PATROLOGIÆ
CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XI.

ORIGENES.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

SÆCULUM III.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ

—

ORIGENIS

OPERA OMNIA,

EX VARIIS EDITIONIBUS ET CODICIBUS MANU EXARATIS, GALLICANIS, ITALICIS, GERMANICIS ET ANGLICIS COLLECTA ATQUE ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATA, CUM COPIOSIS INDICIBUS, VITA AUCTORIS ET MULTIS DISSERTATIONIBUS.

OPERA ET STUDIO

DD. CAROLI ET CAROLI VINCENTII DELARUE,

Presbyterorum et monachorum Benedictinorum e congregatione S. Mauri;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENIT 15 FR. GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XI CONTINENTUR.

ORIGENES.

Epistolæ.	*col.* 41
Fragmenta ex libris *De resurrectione.*	91
Sententia Origenis de resurrectione.	95
Fragmenta ex libris Stromatum,	99
ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ libri quatuor.	115
Libellus de Oratione.	415
Exhortatio ad Martyrium.	563
Contra Celsum libri octo.	637

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

—

ORIGENES.

D. de la Rue epistola dedicatoria.
Præfatio. 13
Admonitio generalis in Origenis epistolas. 35
Admonitio in epistolam Africani ad Origenem, et Origenis ad Africanum responsum de Susannæ historia. 37
EPISTOLA Africani ad Origenem de historia Susannæ. 41
EPISTOLA Origenis ad Africanum de Susannæ historia. 47
EPISTOLA ad Gregorium. — Quando quibusve philosophicæ disciplinæ utiles sint ad sacrarum Scripturarum expositionem Scripturæ testimonio demonstratur. 87
Monitum ad libros *De resurrectione.* 91
FRAGMENTA ex libris *De resurrectione.* 91
SENTENTIA Origenis de resurrectione. 95
FRAGMENTA ex libris *Stromatum.* 99
Admonitio in libros περὶ ἀρχῶν. 107
Prologus. Rufini presbyteri in libros περὶ ἀρχῶν. 111
Περὶ ἀρχῶν libri quatuor, interprete Rufino.
LIBER PRIMUS. 115
Caput primum. — De Deo. 121
Cap. II. — De Christo. 130
Cap. III. — De Spiritu sancto. 145
Cap. IV. — De diminutione vel lapsu. 155
Cap. V. — De rationabilibus naturis. 157
Cap. VI. — De fine vel consummatione. 165
Cap. VII. — De incorporeis et corporeis. 170
Cap. VIII. — De angelis. 176
LIBER SECUNDUS.
Caput primum. 181
Cap. II. — De perpetuitate corporeæ naturæ. 186
Cap. III. — De initio mundi et causis ejus. 188
Cap. IV. — Quod unus est Deus legis et prophetarum, et Domini Jesu Christi Pater. 198
Cap. V. — De justo et bono. 203
Cap. VI. — De incarnatione Christi. 209
Cap. VII. — De Spiritu sancto. 215
Cap. VIII. — De anima. 218
Cap. IX. — De mundo et motibus rationabilium creaturarum, vel bonarum, vel malarum, et de causis earum. 225
Cap. X. — De resurrectione et judicio, de igne inferni et pœnis. 233
Cap. XI. — De repromissionibus. 240
LIBER TERTIUS.
Præfatio Rufini. 247
Caput primum. — De arbitrii libertate. 250
Cap. II. — De contrariis potestatibus. 303
Cap. III. — De triplici sapientia. 315
Cap. IV. — De humanis tentationibus. 317
Cap. V. — Quod mundus ex tempore cœperit. 325
Cap. VI. — De consummatione mundi. 333
LIBER QUARTUS. — Quod Scripturæ divinitus inspiratæ sint. 341
Monitum ad libellum *De oratione.* 413
LIBELLUS DE ORATIONE. 415
Admonitio in *Exhortationem ad martyrium.* 561
EXHORTATIO AD MARTYRIUM. 563
Admonitio in Libros *Contra Celsum.* 637
ORIGENIS PRÆFATIO ad Libros *Contra Celsum* 641
Liber primus. 651
Liber secundus. 791
Liber tertius. 919
Liber quartus. 1027
Liber quintus. 1181
Liber sextus. 1287
Liber septimus. 1421
Liber octavus. 1521
Notæ eruditi Angli in Origenis libellum *De oratione.* 1651
Joannis Croyi notæ in Librum VI *Contra Celsum.*

2550
.642
v. 11

CLEMENTI XII

PONTIFICI MAXIMO.

SANCTISSIME PATER,

Eximius ille Christianæ religionis defensor Origenes, cujus residua quotquot reperiri potuerunt opera, faventibus Sanctitatis Tuæ auspiciis, in lucem prodeunt, sic augustum sanctumque Romani Pontificis nomen coluit ac veneratus est, ut cæteris esse queat exemplo. Noverat apostolorum (a) *principem æternam illam instituisse Romæ ac sanguine suo consecrasse Sedem, quæ semper hæreseos nescia* (b), *semper religionis et Ecclesiæ caput est, necessariumque Catholicæ unitatis centrum. Hinc* (c) *« antiquissimæ Romanorum Ecclesiæ coram videndæ tanto flagravit desiderio, » ut quominus ad eam, « gubernante Zephirino, » accederet, nec locorum intercapedine, nec recenti quamplurium martyrum cæde potuerit absterreri.*

Quanto autem præclarius, sanctissime Pater, cum illo nunc agitur, cui in hac nova operum suorum editione reviviscenti iterum tot elapsis sæculis datur eamdem omnium Ecclesiarum Matrem Ecclesiam conspicere, non jam sub acerbo Caracallæ, impii avarique imperatoris, jugo gementem, sed lætam ac triumphantem, ex quo præsertim e perantiqua, nobilissima, heroibusque fecunda Corsinorum familia sortita est plaudente orbe Christiano principem, quo omnia fortiter suaviterque disponente nihil est quod felicitati suæ deesse conqueratur.

Ecquando enim, beatissime Pater, feliciora esse queant Romæ tempora, quam cum restituitur cura tua majestas legum, emendantur mores, suus virtuti honos constat, annonæ plebis abunde consulitur, severe in ærarii depeculatores animadvertitur, liberales promoventur artes, et ædificia publica ita munificentia tua ac liberalitate vere regia vel perficiuntur vel reficiuntur, ut in nullo fere magnificentiæ genere veteri Romæ hodierna Roma concedat?

Neque vero, cum angustioribus nunc, qui olim amplissimi, cingatur ditio Romana limitibus, iis etiam animus tuus mundi capax continetur, sed quaquaversum urgente omnium Ecclesiarum sollicitudine ad singulas Christiani orbis partes tua se extendit providentia, et sub almæ Pacis, quam inter Catholicos principes assidue foves, umbraculo evelluntur ubique vitiorum stirpes, componuntur exorta in Ecclesiis dissidia, debitum apostolicæ sedi præstatur obsequium, sua gentibus dat jura veritas, Christique in dies efflorescit imperium.

Tot tantisque, sanctissime Pater, Christianorum Pontifice vere dignis impeditus curis, de singulari illo quo semper, ipse doctissimus, litteratos viros persecutus es amore nihil remittis.

(a) Origen., t. II hujus edit., pag. 24.
(b) Bossuet, concione habita in comitiis generalibus cleri Gallicani.
(c) Euseb., lib. VI *Hist.*, cap. 14.

48494

Subseciva tibi sunt tempora, quibus illos paterno Sanctitatis Tuæ alloquio dignaris, et quos, antequam summa Te virtus ad summum pontificatum eveheret, alter Mecœnas benevolentia complectebaris, eos nunc, rerum arbiter, perpetuis beneficiis cumulare et ad majores conatus incendere non desinis. Hinc spes affulsit fore, ut nec Sanctitati Tuæ totus displiceret Origenes (a), « *in quo tanta vis ingenii, tam acris, tam profundi, tanta doctrinæ ac totius eruditionis magnificentia,* » *ut Græcia illa ingeniorum ferax ei vix parem edidisse videatur.*

Neque est quod dicant (b), « *dum ingenio suo nimium indulget sibique satis credit, dum antiquam Christianæ fidei simplicitatem ecclesiasticasque traditiones ac veterum magisteria* » *deserit, in portentosa quandoque prolabi deliria, nec venerando summi Pontificis nomini decenter nuncupari opera hominis* (c) « *in cujus damnationem coacto senatu consensit urbs Roma.* » *Quidnivero, sanctissime Pater, si totus non scatet Origenes erroribus, sed paucis habet permista malis bona propemodum innumera; si nec erroneis ejus opinamentis patrocinium quæritur, nec iisdem ipsemet pervicaciter adhæsit? Eruditum alloquor Pontificem, qui apprime novit* (d) *ipsum violatæ fidei apud sedem apostolicam reum, litteris ad beatum Fabianum pœnitentiam significasse. Quod si in illum ab Oriente damnatum accesserit judex Roma, nihil mirum, eo tempore, quo celeberrimi viri, de quo magna erant animorum divortia, percrebrescens in dies magis magisque fama favorem audacioribus inventis apud imperitam novitatisque avidam plebem erat conciliatura. Verum post, ubi sopitis Ecclesiarum de Origene discordiis in omnium contemptum venerunt singularia ejus placita, mitius cum illo agi cœptum est, sensim paulatimque in desuetudinem abierunt de non legendis ejus operibus Ecclesiastica decreta, et prævaluit tandem consultissima illa Hieronymi sententia, qua* (e) « *Origenem propter eruditionem sic interdum legendum esse* » *pronuntiat,* « *quomodo Tertullianum, Novatum, Arnobium, Apollinarium, et nonnullos ecclesiasticos scriptores Græcos pariter et Latinos, ut bona eorum diligamus vitemusque contraria; neque enim propter doctrinam ejus prava suscipienda esse dogmata, nec propter dogmatum pravitatem, si quos commentarios in Scripturas sanctas utiles edidit, penitus esse respuendos.* »

Hæc aliaque ejusmodi, Beatissime Pater, secum olim animo reputans summus pontifex Nicolaus quintus, nihil non movit, quo Græcas tanti viri reliquias undequaque colligeret (f). *Constantinopolim usque misit, qui coemptos ad se deferret octo ejus contra Celsum libros, ubi Epicureum illum Christianæ religioni juveniliter insultantem immensa omnis generis eruditione atque ineluctabili argumentorum vi prosternit et obruit.* (g) *Eos libros, licet nonnulla erroris labe aspersos, cum e Græco in Latinum sermonem transtulisset Christophorus Persona, sibi dedicatos voluit Sixtus quartus, cujus assertum Origeni patrocinium spem facit fore, ut Tu quoque, Sanctissime Pater, novam hanc residuorum ejus operum editionem, æternum summæ meæ totiusque congregationis S. Mauri erga te sanctamque sedem observantiæ atque intimi obsequii monimentum, benigne accipias, apostolicamque impertiaris benedictionem, quam supplex efflagitat*

Sanctitatis Tuæ

Obsequentissimus et addictissimus servus
Frater Carolus DELARUE, presbyter et
monachus Benedictinus e congregatione
Sancti Mauri.

(a) Vincent. Lirin. in *Commonit.*
(b) Idem. *ibid.*
(c) Hieron. apud Rufin. lib. II *Invect.* edit. Bened., tom. IV, p. 430.
(d) Hieron. epist. 41, *alias* 65, ad Pammachium et Oceanum.
(e) Hieron. epist. 56, *alias* 76, ad Tranquillinum.
(f) *Diarium eruditorum Italiæ*, tom. XIX, art. 12.
(g) Ibid.

PRÆFATIO.

Inter veteres Ecclesiæ Græcæ scriptores nullus fere est qui de se tantam quantam Origenes eruditionis famam reliquerit apud posteros. Ad humanas disciplinas quod attinet, *dialecticam*, teste Hieronymo (*a*), *geometriam*, *arithmeticam*, *musicam*, *grammaticam*, *rhetoricam*, *omniumque philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quosque sæcularium litterarum sectatores haberet. Sæcularis*, inquit Eusebius (*b*), *litteraturæ et philosophiæ studia sibi imprimis necessaria esse existimavit. Quantum porro in iis studiis excelluerit, testes sunt ipsi gentilium philosophi, qui ejus ætate floruerunt, quorum in libris crebram hujus viri mentionem fieri deprehendimus, dum vel proprios libros ei nuncupant, vel eosdem examinandos tanquam ad magistrum suum dirigunt.* Nec mirum : *Versabatur* enim, teste Porphyrio (*c*), *assidue cum Platone. Numenii quoque, Cronii, Apollophanis et Longini, Moderati etiam et Nicomachi, et aliorum, qui inter Platonicos præcipui habentur, scripta quotidie habebat in manibus. Adhibebat etiam Chæremonis Stoici et Cornuti libros.* Et sane quamvis ejusmodi testimonia deficerent Origenem in illa humanarum rerum atque artium scientia, declararent eam plane libri octo *contra Celsum*; quod opus unum vel maximam profanarum institutionum suppeditat ubertatem et copiam.

Qualis autem quantusque in divinis fuerit, facile dijudicaretur, si voluminum ingens numerus certissimo esset ad summam eruditionem argumento. Vincentius Lirinensis (*d*) affirmat neminem mortalium plura scripsisse quam Origenem. *Quis nostrum*, inquit Hieronymus (*e*), *tanta potest legere quanta ille conscripsit? Mille et eo amplius tractatus, quos in ecclesia locutus est, edidit; innumerabiles præterea commentarios, quos ipse appellat* τόμους. Et alio in loco, ubi Varronis apud Latinos scripta omnia scriptis Origenis apud Græcos per singulorum enumerationem contulit : *Videtisne*, inquit (*f*), *et Græcos pariter et Latinos unius* (Origenis) *labore superatos? Quis enim unquam tanta legere potuit, quanta ipse conscripsit?* Verum compertum est, quo quisque plura scripsit, non eo semper doctiorem, aut majori nomine dignum evasisse. Quod si de Origenis peritia in exponendis Scripturis appellamus veteres, studia in contraria scinduntur, ut inter Catholicos ipsos sancti sanctis, martyribus repugnent martyres. Illum alii *velut hæreticum et corruptionem ac perditionem animarum* traducunt, alii doctissimis defendunt apologiis, et *secundum post apostolos Ecclesiarum magistrum* nuncupant. Libros ejus undequaque conquisitos, et maximam partem manu sua descriptos Ecclesiæ Cæsareensi dedicat Pamphilus martyr (*g*); ecce autem Methodius et Eustathius martyres in eos acriter insurgunt, Pachomiusque abbas, mortem jam obiturus, monachos suos ab eorum lectione gravissimis verbis prohibet. Quid non deinde a Theophilo, Epiphanio, Honorio et Arcadio, necnon Justiniano tentatum, omnium de manibus ii libri ut excuterentur, interea dum stabant ab Origenis causa Theotimus Tomitanus, Joannes Chrysostomus, aliique complures episcopi et monachi, qui ejus damnationem, ne scripto vel assensu comprobarent, recusaverunt? Hieronymus clamat : *Credite experto, quasi Christianus Christianis loquor : venenata sunt illius dogmata, aliena a Scripturis sanctis, vim Scripturis facientia.* At hæc ipsa loca quæ insimulat manifestæ in Trinitatem hæreseos sanctus Doctor, brevibus a Didymo commentariis ad catholicum sensum revocantur; cætera vero aut catholice dicta fuisse aut nondum Ecclesiæ decretis labefactata, quæ scilicet non tanquam dogmata proposuerit Origenes, sed ut quæsita tantum exercitii uniuscujusque judicio permiserit, contendunt Eusebius, Didymus, Pamphilus et alii.

In hac tantâ tot illustrium veterum dissensione æquus ac prudens rerum æstimator observabit : 1° Qui acrius in Origenem insurrexerunt, eos dum noxia ejus omnia opinamenta ad nauseam usque recitant et diris devovent, vel invitos satis declarare probari sibi quæcunque in ejus libris minime reprehenderint : quæ cum numero longe plura sint, quam quæ censura sua notarunt, necessario sequitur paucis permista malis esse bona propemodum innumera. 2° Ex iis qui ardentiori zelo libros ejus ex omnium manibus excutiebant, nonnullos sæpius in eorum lectione deprehensos fuisse, eximiarum rerum quæ passim in illis occurrunt, admiratione perculsos. Sic Theophilus ille Origenimastix, post vexatum misere Chrysostomum, Constantinopoli Alexandriam redux, cum esset in Origenis lectione deprehensus, scite dixit, *libros ejus similes esse prato omni florum genere consito; si quid in iis bonum inveniret, id se decerpere; si quid spinosum videretur, id se tanquam aculeum*

(*a*) Lib. *De vir. ill.*
(*b*) Lib. VI *Hist. eccl.*, cap. 18 et 19.
(*c*) Apud Euseb. *ibidem.*
(*d*) In *Commonitorio.*
(*e*) Epist. 41, *alias* 65.
(*f*) Apud Rufin. lib. II *contra Hieronym.*
(*g*) Pamphil. in *Apolog.*

transilire. Alios denique disertis verbis fateri plurima ex libris ejus percipi posse emolumenta. *Quis ardentem*, inquit Hieronymus (*a*), *in Scripturis animum non miretur? Quod si quis Judas Zelotes opposuerit errores ejus, audiat libere :*

Interdum magnus dormitat Homerus.
Verum opere in longo fas est obrepere somnum.
(HORAT., in *Arte poetica*.)

Non imitemur ejus vitia, cujus virtutes non possumus. Et Vincentius Lirinensis (*b*), *Tanta*, inquit, *in eo totius eruditionis magnificentia, ut omnes pene superaret, ac pauca forent divinæ, pene nulla humanæ philosophiæ quæ non penitus adsequeretur*. Ipsis igitur, apud quos violatæ fidei reus habetur, ultro fatentibus, maximus etiam in divinis exstitit Origenes.

Neque est quod dicas, vix hodie certi quidpiam ex ejus scriptis erui posse : infidas quippe eis admovisse manus maleferiatos et hæreticos homines, qui spuria quoque et aliena prorsus opera sub ejus nomine ediderint, quique id genus facinorum post ejus mortem perpetraverint majori confidentia ; magnam præterea Origenis operum partem sine Græco sermone hodie circumferri ex sola interpretatione Rufini, cujus fluxa est admodum fides; nec posse quempiam inde veram Adamantii mentem expiscari. Multum enim abest ut sit hæc librorum ejus tam explorata adulteratio, quam videtur nonnullis. Constat quidem aliquot hæreticos ipso adhuc vivente eo audaciæ devenisse, ut ex libris ejus quosdam corruperint, et alia sub ejus nomine evulgaverint scripta, ubi ea dicere fingebatur, quæ nunquam ei venerant in mentem (*c*). Verum brevissimo temporis intervallo detecta fraus est non sine ingenti falsariorum dedecore, postquam suorum ipse operum authentica exemplaria protulit, alia sibi falso supposita fuisse palam testatus. Quamobrem librorum ejus adulteratio, vivente ipso ab hæreticis tentata, posteris nocere non potuit : neque enim verisimile est Catholicos, auditis ea de re Origenis querelis, libros quos hæretici subdiderant fictos et commentitios posthabitis exscripsisse veris sincerisque libris quos exhibebat. Deinde post ejus mortem, qua specie veritatis movet hæc adulteratio? Rufinus, et alter apologista cujus meminit Photius codice 117, soli sunt qui hoc effugio utantur, ut eum ab impactis violatæ fidei criminibus liberent. Scite observat Hieronymus depravationis ejusmodi mentionem factam non esse in *Apologia pro Origene*, quam uni martyri Pamphilo tribuit Rufinus, quamvis præstantior pars Eusebio Pamphili referenda sit accepta. *Vir doctissimus Eusebius*, inquit (*d*),.... *per sex volumina nihil aliud egit, nisi ut Origenem suæ ostendat fidei, id est Arianæ perfidiæ, et multa ponit exempla, et hoc constanter probat.*

A *Tibi ergo in quo somnio Alexandrini carceris revelatum est, ut quæ ille vera profitetur, falsata confingas? Sed forsitan hic, ut Arianus, ab hæreticis addita in occasionem sui traxit erroris, ne solus male sensisse contra Ecclesiam putaretur : quid respondebis pro Didymo, qui certe in Trinitate Catholicus est? Certe hic in his quæ ab hæreticis in operibus addita sunt, consentire non potuit, et in ipsis* Περὶ ἀρχῶν *quos tu interpretatus es, libris breves dictavit commentariolos quibus non negaret ab Origene scripta quæ scripta sunt, sed nos simplices homines non posse intelligere quæ dicuntur, et quo sensu in bonam partem accipi debeant persuadere conatur. Hoc duntaxat de Filio et Spiritu sancto. Cæterum in aliis dogmatibus et Eusebius et Didymus aperte in Origenis*
B *nis scita concedunt, et quod omnes Ecclesiæ reprobant, catholice et pie dictum esse defendunt*. Præterea unicum, quod affert Rufinus, argumentum, ut probet Origenis opera fuisse ab hæreticis vitiata, petitur ex locis inter se pugnantibus, cujusmodi nonnulla in hoc scriptore deprehendere sibi visus est. *Verum*, inquit Hieronymus (*e*), *si conceditur, ut quidquid in libris omnium reperitur contrarium, ab aliis corruptum sit, nihil eorum erit quorum fertur nominibus, sed his deputabitur, a quibus dicitur esse violatum : quanquam et illorum non erit, quorum incerta sunt nomina. Atque ita fiet, ut dum omnium omnia sunt, nihil alicujus sit. Hac defensionis perturbatione nec Marcion, nec Manichæus, nec Arius,*
C *nec Eunomius accusari poterunt, quia quidquid nos ab his impie dictum objecerimus, discipuli respondebunt non a magistris suis ita editum, sed ab inimicis esse violatum. Hoc genere et iste ipse tuus liber, tuus non erit, sed forsitan meus ; et meus liber, quo tibi accusatus respondeo, si in illo aliquid reprehenderis, non erit meus, sed tuus a quo reprehenditur. Et dum omnia ad hæreticos refers, quid ecclesiasticis tribues, quibus proprium nihil relinquis? Et quomodo, inquies, in libris eorum vitiosa nonnulla sunt? Si me causas vitiorum nescire respondero, non statim illos hæreticos judicabo. Fieri enim potest, ut vel simpliciter erraverint, vel alio sensu scripserint, vel certe antequam in Alexandria quasi dæmonium meridianum Arius nasceretur, innocenter*
D *quædam et minus caute locuti sint et quæ non possint perversorum hominum calumniam declinare.* Deinde hanc deformationem Rufinus tantummodo ponebat in aliquot librorum *Περὶ ἀρχῶν* locis quæ Catholicæ de Trinitate fidei videbantur adversari ; sed, ut jam diximus, eadem ipsa loca pro genuinis agnovere Eusebius et Didymus, hoc uno discrimine, quod hæc ille ad Arianum, hic ad Catholicum sensum brevibus scholiis trahebat. Insuper quæcunque a veteribus in Origenianis scriptis reprehensione et censura digna visa sunt, ea non uno, duobus tribusve enuntiatis continentur quæ e

(*a*) Ep. 41, *alias* 65.
(*b*) In *Commonitorio*.
(*c*) Vide epist. ad amicos Alex.

(*d*) Lib. II *advers. Rufin.*, p. 407.
(*e*) *Ibid.*, p. 409.

solis Περὶ ἀρχῶν libris excerpta sint, et ab Origeniano proposito disjunctissima. Corpus ipsum est Origenianæ doctrinæ, argumentum operis Περὶ ἀρχῶν, fundamenta quibus integrum nititur Origenis systema, columnæ, quarum una eversa totum ruere necesse est ædificium. Denique quæ veteribus vitia visa sunt in libris Περὶ ἀρχῶν, eadem videas in aliis hujus scriptoris operibus dispersa; doctrina ubique eadem, eadem singularia ubique sunt opinamenta. Quis porro in animum inducat suum, omnia simul Origenis opera quorum ingens erat numerus, fuisse ab hæreticis deformata, perversa et conturbata, ita ut ne unum quidem remanserit quod infidas eorum manus effugerit, ne illa quidem ingens voluminum supellex quæ suapte manu descripta Ecclesiæ Cæsareensi dedicavit Pamphilus martyr? *Credat Judæus Apella, non ego.*

Quod ad opera spectat quorum Græcus sermo interiit, et sola superest Latina Rufini interpretatio, homilias in Jesum Nave, in librum Judicum, in psalmos XXXVI, XXXVII et XXXVIII, *simpliciter se expressisse ut invenerat in Græco*, Rufinus testatur in peroratione subjuncta Commentariis in Epistolam ad Romanos; in reliquis autem, nempe in Genesim, in Leviticum, in Isaiam, in tomis super Cantico canticorum, in Explanatione Epistolæ ad Romanos, nimia ipsum usum fuisse licentia, dissimulari nequit. Fatetur in illa quam dixi peroratione se in homiliis in Genesim, in Exodum, et præcipue in Leviticum multa de suo addidisse: *Quem laborem*, inquit, *adimplendi quæ deerant, idcirco suscepimus, ne pulsatæ quæstiones et relictæ Latino lectori fastidium generarent.* Eadem sibi permisit in vertendis Commentariis in Epistolam ad Romanos. Nam cum *apud omnium fere bibliothecas* (*incertum quo casu*) *aliquanta ex ipso corpore volumina* deessent, *adimplere quæ deerant, atque in Latino opere integram consequentiam dare* tentavit, *imo omne hoc decem voluminum corpus quod Græcus sermo ad quadraginta fere aut eo amplius millia versuum perduxit, abbreviavit et ad media spatia coarctavit.* In præfatione ad libros Περὶ ἀρχῶν asserit primum se ubi in hisce libris aliquid contra id invenit quod ab Origene cæteris in locis pie de Trinitate fuerat definitum, id velut adulteratum ab hæreticis aut prætermisisse, aut ad Catholicum sensum quibusdam detractis, quibusdam aliunde accersitis revocasse; deinde se, ubi Origenes pronuntiavit quædam obscurius, ea quæ in aliis ejus libris apertius legerat, adjecisse, ut sententia fieret explicatior, nihil tamen suum dixisse, sed licet in aliis locis dicta, sua tamen Origeni reddidisse. *Addidit*, inquit Hieronymus (a), *quæ non erant, asserens ab eodem in aliis locis disputata: quod, nisi ipsa loca monstraverit, unde transtulisse se dicit, probare non poterit.* Præterea cum in Rufinianam interpretationem incidisset sanctus Doctor, *illico*, ut monet ibidem, animadvertit, *quæ* A *Origenes de Patre et Filio et Spiritu sancto dixerat, et quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata; cætera autem dogmata de angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigiis, de mundo vel intermundis Epicuri, de restitutione omnium in æqualem statum, et multo his deteriora, quæ longum esset retexere, vel ita vertisse ut in Græco invenerat, vel de commentariolis Didymi qui Origenis propugnator est, exaggerata et firmiora posuisse.* Fallit ergo Rufinus, cum ait se vertendo, nihil dixisse suum, sed licet in aliis locis dicta, sua tamen Origeni reddidisse, quandoquidem, teste Hieronymo, nonnulla ex commentariolis Didymi suæ interpretationi inseruit.

B Verum præterquam quod Rufinianæ interpretationes ne tertiam quidem Origenianorum operum partem hodie constituunt, paucula additamenta quæ in illa de suo contulit Rufinus, nullibi (si modo forte aliquot de Trinitate loca exceperis) veram Origenis mentem adulterant, sed eo tantum consilio inserta sunt, ut ea magis explanaretur. Ubique Origenes agnoscitur, et vix quidquam reperitur quod ex aliorum quæ in Græcis operibus exstant locorum collatione aut Origenis esse, aut juxta Origenis mentem scriptum esse non demonstretur. Huc adde quod ex duobus librorum Περὶ ἀρχῶν capitibus quorum habemus etiam nunc archetypum Græcum, liquet Rufini interpretationem, si minus C haberi accurata debeat, at certe rejici non posse tanquam ab Origenis mente alienam.

Cum igitur effectum sit eximiam fuisse Origenis eruditionem, nec probari queat residuis ejus scriptionibus infidas manus admovisse hæreticos, nemo, opinor, inficias ierit utilem, imo et necessariam esse editionem, in qua huc et illuc dispersæ tanti scriptoris reliquiæ in unum veluti corpus colligantur, genuinæ a spuriis secernantur, exhibeantur Græca quoties comparent, omnia denique ad veterum manuscriptorum fidem recenseantur. Duplex equidem tentata est Operum ejus in unum corpus collectio: altera minor, quam Jacobus Merlinus regiæ Navarræ doctor adornavit, et in lucem edidit anno 1512; altera longe amplior, quam pu- D blici juris fecit anno 1574 alter Parisiensis doctor theologus Gilbertus Genebrardus. Sed quia editiones istæ suis numeris absolutæ non erant, atque in eis Græca desiderabantur, idcirco in generalibus cleri Gallicani comitiis, quæ Parisiis anno 1635, subinde 1636, celebrata sunt, decretum fuit ut Origenis Opera typis denuo Græce et Latine accuratius et auctius quam antea ederentur. Decretum Gallicanæ Ecclesiæ præsulum exstat in comitiorum illorum Actis ad diem 21 Januarii anni 1636.

Du lundi vingt-unième Janvier à huit heures du matin, Monseigneur l'Archevêque d'Arles président.

Monseigneur l'Archevêque de Tholoze a rapporté,

(a) Lib. I advers Rufin.

et dit, que lui, et monseigneur de Seez avoient, selon l'intention de l'Assemblée, conferé ensemble, et pris l'avis de quelques docteurs, du choix des livres des Peres Grecs, qu'il seroit plus à propos de faire imprimer. Qu'ils avoient jugé, que les œuvres de saint Jean Damascene, d'Origene, de Maximus, et d'Ephrem Syrus, étoient les plus necessaires, entre celles de tous les anciens, pour servir à la décision des controverses de la Religion, lesquelles neanmoins n'avoient pas été imprimées jusques ici en leur langue originelle; voire que la plûpart de leurs ouvrages n'ont point été imprimez pour tout, lesquels se peuvent trouver en diverses bibliotheques; et que pour cela il faudroit choisir quelque personne bien entendue en la langue grecque, qui prît ce soin; à quoi monseigneur de Seez a ajoûté, que l'on pourroit prier monseigneur de Tholoze de prendre le sieur Aubert docteur de Sorbonne, pour l'un des deux; que la compagnie l'a ci-devant prié de choisir pour travailler sur le droit Canon, et sur l'histoire Ecclesiastique, et lui donner le soin de cette impression, pour ne charger pas l'Etat de plus grande dépense.

Ledit rapport concerté et agité, mesdits seigneurs de Tholoze et de Seez ont été priez de traiter avec quelques imprimeurs qui feront la condition la plus avantageuse; et en leur prêtant la somme de huit mille livres, qui est entre les mains de Cramoisi, les obliger à l'impression desdits Auteurs et aux autres qu'ils jugeront necessaires; auquel traité ils feront entrer par préference le sieur Vitré, imprimeur du Clergé. Et en outre la compagnie a desiré que ledit sieur Aubert fût emploié au soin de ladite impression; et pour ce a ordonné, qu'il sera couché sur l'estat des gratifications, avec l'autre, que monseigneur de Tholoze nommera pour le droit Canon.

Porro comitiorum erat præses illustrissimus archiepiscopus Arelatensis Joannes Joubert de Barrault; archiepiscopus Tolosanus qui in decreto nominatur, Carolus de Monchal, vir eximiæ eruditionis et rei litterariæ studiosissimus; Sagiensis denique episcopus Jacobus le Camus de Pontcarré, vir itidem politiore litteratura excultissimus. Verum Aubertus, qui, Damasceno et Origene omissis, Æphrem Syrum publicare destinaverat, nec Æphrem Syrum edidit, nec Origenem, nec Damascenum.

Postea vir doctissimus Daniel Huetius aliam sibi proposuit Origenis editionem, quæ ea solum complecteretur opera seu fragmenta quæ ad nos usque Græca pervenere; sed postquam duobus in-folio tomis aliquot in sanctas litteras partim jam edita, partim nondum edita ἐξηγητικὰ Rothomagi anno 1668 publicavit, repente ab incœpto destitit, nec alia Origenis Syntagmata, quæ priore hujusce meæ editionis tomo continentur, typis (uti *Origenianorum* lib. III, sect. 2, num. 7, promiserat se facturum) mandari curavit. Huc adde quod in duobus ejus tomis, quibus in sanctos libros ἐξηγητικὰ Græce et Latine continentur, plurima omissa sunt alia Græca fragmenta, quæ omnino merebant ut occuparent ibidem locum.

Cum ita se res haberet, operæ pretium facturum me existimavi, si postquam R. P. D. Bernardus de Montefalconis plaudente orbe litterario Origenianorum Hexaplorum reliquias duobus in-folio tomis in lucem edidit, novam aggrederer editionem Græco-Latinam, quæ suo quæque ordine reliqua tanti scriptoris opera complecteretur, cum illa quorum Græca interiere solaque superest interpretatio Latina, tum illa quæ Græce ad nos pervenerunt. Ea vel ad librorum sacrorum interpretationem pertinent, et ἐξηγητικὰ appellantur ab Huetio, vel sunt peculiaris instituti, et Syntagmata ab eodem nominantur. Primo hujusce editionis tomo continentur Syntagmata; quatuor reliquis exegetica, ad quorum calcem, nempe in fine ultimi tomi subjicientur clarissimi viri Petri Danielis Huetii *Origeniana*, ubi primum Adamantii nostri perscribit vitam: hinc de ejus eruditione disserit et dogmatis, quæ magnas in Ecclesia dum viveret, majores post ejus obitum turbas conciverunt; scripta demum ejus, quæ multorum critica vexavit, attingit et discernit. Magnam, nec immeritam, auctori suo istud opus apud eruditos gloriam peperit. Quamobrem instituenda iterum Origenis vita, disceptandisque ejus dogmatis supersedendum putavi, ne, quod aiunt, actum agerem, satisque lectori meo fore arbitratus sum, si quotiescunque valida me rationum momenta ab amplectenda clarissimi præsulis sententia abducunt, ea notarum et observationum instar in extrema quaque pagina exhiberem. Ita enim fiet, ut uno veluti oculorum conjectu facile perspici queat quid in utramque partem ad accusandum defendendumve Origenem afferatur. Jam si quis ex me quæsierit cur hæcce *Origeniana* ad calcem totius operis rejicere, quam tomi primi fronti præfigere maluerim, duabus de causis id factum sciat. 1° Quia volenti mihi omnia Origenis opera quæ sunt peculiaris instituti, id est Syntagmata, uno volumine comprehendere, in ampliorem omninoque abnormem molem excrevisset tomus primus, si insuper fronti præfixa habuisset *Origeniana*. 2° Quia cum non uno, duobus, tribusve annis quinque in-folio volumina e typis simul exire soleant, sed decennii spatium iis edendis vulgo impendant Parisienses typographi, non imprudenter speravi fore, ut tanto temporis intervallo nova mihi in dies ad Origenianorum recensionem lux accederet, nec, quod aliis plurimorum voluminum editoribus evenire solet, meas ad priores tomos observationes, in ultimo volumine cogerer castigare et palinodiam canere. Habes, benevole lector, totius hujusce editionis conspectum. Quid a nobis in hoc primo tomo potissimum præstitum sit, nunc speciatim dicendum.

De reliquiis epistolarum Origenis, et maxime de Africani epistola ad Origenem et Origenis ad Africanum responso super Suzannæ historia.

Unde prodierint epistolarum Origenis reliquiæ

quæ fronti Syntagmatum præmittuntur, prævia docet admonitio generalis, in qua ea tantum omissa sunt quæ ad varias spectant ἀμοιβαίων Africani et Origenis epistolarum editiones. Utramque primus Latine tantum edidit Leo Castrius, Hispanus, præfixitque suis in Isaiam prophetam commentariis Salmanticæ vulgatis anno 1570. Utramque deinde Gilbertus Genebrardus anno 1574 editionis suæ tomo secundo inseruit, Gentiano Herveto, Aurelianensi, et canonico Remensi, interprete ex codice manuscripto Guillelmi Sirleti cardinalis. Postea Africani ad Origenem epistola integra cum initio responsi Origenis ad Africanum Græce duntaxat edita est Augustæ Vindelicorum anno 1602, cura Davidis Hœschelii post Adriani Isagogen sacrarum Scripturarum, et Hesychii presbyteri Jerosolymitani Στιχηρὸν in Isaiam et duodecim prophetas. Responsi Origenis ad Africanum fragmentum alterum Græce item edidit Patricius Junius, Londini, anno 1637, post Catenam Græcorum Patrum in Job. Denique utramque epistolam simul Græce et Latine una cum Dialogo contra Marcionitas, et Origenis Exhortatione ad Martyrium Basileæ anno 1674 in lucem edidit Joannes Rodolphus Wetsthenius, oratoriæ artis in ejusdem urbis academia professor. Verum ejus editio triplici potissimum videtur laborare vitio: 1° quod mendosum plerumque sequatur codicem manuscriptum; 2° quod barbariem ut plurimum redoleat interpretatio Latina e regione Græci sermonis apposita; 3° quod omnia fere Origenis argumenta quibus objecta ab Africano contra Suzannæ historiam diluuntur, prolixis et inutili eruditione refertis notis elevare conetur. Nostra editio Græcam orationem ab innumeris mendis ope manuscriptorum purgatam exhibet et e regione interpretationem Latinam, quæ, uti spero, minus barbara minusque hirsuta videbitur. Quæ Wetsthenii notæ a Catholica fide non recedunt, eas suo loco in extremis quibusque paginis repræsentandas esse duximus, reliquas vero ut prolixiores et a Catholica fide abnormes confutatas reperies in observationibus nostris ad Huetii librum secundum *Origenianorum*. Denique utriusque epistolæ fronti præfixum est monitum, quo utriusque sinceritas astruitur.

De fragmentis librorum De resurrectione, et de fragmentis librorum qui Στρωματεῖς inscripti sunt.

Epistolam Origenis ad Africanum de Susannæ historia excipiunt superstites nonnullæ librorum *De resurrectione*, et librorum *Stromatum* reliquiæ. Eas unde in hanc editionem adduxerimus, brevissima docet nota quæ unicuique fragmento adjungitur. Id unum hic monendum superest, mihi non certum videri ea omnia quæ in fragmento quinto *De resurrectione* quasi Origenis verba proferuntur, revera Origenis esse. Forte enim sic illum finxit loquentem Hieronymus, uti conjicit Huetius *Origenianorum* libro secundo, quæst. 9, num. 7.

A *De libris Περὶ ἀρχῶν seu De principiis.*

Quatuor Περὶ ἀρχῶν libros Latine tantum Rufino interprete (jamdudum enim maxima pars orationis Græcæ interierat) primus typis mandari curavit Jacobus Merlinus anno 1512, una cum cæteris quas Latine repererat Origenis operum reliquiis. Verum bono illi doctori parum curæ fuisse videtur Rufini illa adprecatio qua in fine prologi sui *omnem qui hos libros descripturus est vel lecturus, in conspectu Dei Patris et Filii et Spiritus sancti contestatur, atque convenit per futuri regni fidem, per resurrectionis ex mortuis sacramentum, per illum qui præparatus est diabolo et angelis ejus æternum ignem, ne addat aliquid scripturæ, ne auferat, ne inferat, ne immutet, sed conferat cum exemplaribus*
B *unde scripserit, et emendet ad litteram, et distinguat, et inemendatum vel non distinctum codicem non habeat, ne sensuum difficultas, si distinctus codex non sit, majores obscuritates legentibus generet.* Nempe in veterum manuscriptorum lectione non belle exercitatus Merlinus, incidit, uti conjicio, in unicum codicem Sorbonicum, accuratum quidem, sed frequentibus abbreviaturis ita implicitum, ut ei pene ad singula verba hæserit aqua, divinarit potius quam legerit, et divinando absurdas sæpissime et ridiculas pro genuinis obtrudat lectiones. Sic sæpissime legit *Deus*, ubi manuscriptus codex habet *dicitur*, et exscripsit *Hebræis* ubi legendum erat *habebis;* et vice versa *dicitur* et *habebis*, ubi legen-
C dum erat *Deus* et *Hebræis*. Longior fuerim si cæteras Merlini hallucinationes hic enumerem. Facile eas omnes deprehendet quisquis notas nostras in extrema quaque pagina appositas leget. Præterea quod veteribus amanuensibus accidit, ut, ubi manuscriptus codex quem describebant, continue duplicem periodum ὁμοιοτέλευτον offerebat, oculorum errore decepti sæpe unam omitterent, id etiam accidit ei qui codicem Sorbonicum scripsit, sed postea conferens quod descripserat cum exemplari unde scripserat, adjecit ad oram omnia quæ omiserat, sed ita minuto charactere ut eis legendis impar fuerit Merlinus. Quamobrem innumera sunt in ejus editione loca, quorum obscuritas vel ipsi Œdipo foret insuperabilis. Neque eis manum medicam ad-
D hibuit Genebrardus, cujus editio anno 1574 ne latum quidem unguem a Merliniana discedit, si modo novos typographicos errores exceperis, et novam quam initio libri tertii et initio libri quarti instituit Latinam interpretationem, neglecta Rufiniana. Denique Græcæ scriptionis reliquiæ quas partim *Philocalia*, partim epistola Justiniani imperatoris ad Menam, partim Marcellus Ancyranus apud Eusebium exhibent, in utraque editione desiderantur, nec non pauca interpretationis Hieronymianæ fragmenta.

Tot vitiis ut mederemur, Rufinianam interpretationem ad fidem sex antiquissimorum manuscriptorum diligenter emendavimus, et quoties sese obtulit sermonis Græci aut interpretationis Hieronymianæ particula, eam e regione apposuimus, ut

uno oculorum conjectu facilius lector judicet qualis sit Rufini interpretis fides. Ejusmodi fragmenta numero sunt circiter quadraginta duo, et interdum accidit ut eadem columna modo in duplicem secta ab una parte repræsentet Græca, ab altera Rufini interpretationem; vel hinc Rufini, illinc Hieronymi; vel hinc Græca, illinc conversionem novam, ubi deest Rufiniana; modo in triplicem divisa, in medio proferat Græca, a sinistris Rufini interpretationem, et a dextris novam, ubi deest Hieronymiana; vel exhibeat a sinistris quæ Hieronymus convertit, in medio Græca, et a dextris conversionem novam Hieronymiana accuratiorem. Denique collocata est in fronte totius operis admonitio, qua breviter indicatur: 1° quo tempore hos libros scripserit Origenes, et quodnam sit uniuscujusque libri argumentum; 2° quantam Origeni invidiam concitarit famosissimum istud opus; 3° cujus hortatu, quo anno, et qua fide Latine illud verterit Rufinus; 4° cur alteram beatus Hieronymus aggressus sit interpretationem Latinam.

De libro Περὶ εὐχῆς, seu De oratione.

Clarissimus Huetius *Origenianorum* libro tertio, § 2, num. 7, spem fecerat erudito orbi se propediem in tertio volumine, quod Syntagmata Origenis contineret, libellum *De oratione* typis commissurum esse ex manuscripto codice Holmiensi a se descripto. Sed elapso fere sæculo ex quo fidem oppigneraverat suam, tandem anno 1685 Oxonii in Anglia e theatro Sheldoniano Græce et Latine opus istud in lucem prodiit. Eodem editor usus est codice Græco quo Huetius, nempe Holmiensi, quem ab Isaaco Vossio accepit Thorndicius, a Thorndicio Galeus, qui illum reposuit in archivis bibliothecæ collegii Sanctissimæ Trinitatis Cantabrigiensis, ubi nunc asservatur. Ex hoc uno codice (neque enim alterum uspiam integrum exstare compertum est) fluxit tum isthæc editio Oxoniensis, tum altera Basileensis, quam anno 1695, in-4°, emisit in lucem Joannes Rodolphus Wetstenius. Posterior isthæc editio hoc tantum a priori differt, quod præter diversam voluminis formam, e regione sermonis Græci collocata sit Latina interpretatio, quam editor Oxoniensis rejecerat ad calcem operis, quodque Wetstenius in fine addiderit nondum editum sermonem Marii Diadochi contra Arianos. De cætero eadem utrobique in Græco sermone cernuntur σφάλματα, similis utrobique in Latino barbaries et interpretis hallucinatio. Neque id mirum videri debet, cum necesse fuerit Græcæ orationis editorem et interpretem ex unius codicis manuscripti, et apographi exinde infeliciter descripti arbitrio pendere. Scilicet codex manuscriptus lacunis hiat non paucis, et perpetuis compendiis vocum implicitus nonnullisque amanuensis corruptelis fœdatus vatem potius quam lectorem desiderare videtur, iis præsertim qui manuscriptorum Græcorum usu non sunt subacti, nec satis solertes ut amanuensium oscitantias ingeniosis reparent conjecturis. Mihi contigit esse beatiori.

A Nam clarissimus dominus Joannes Walker, presbyter Anglus, vir et Græce peritissimus, et in legendis vel difficillimis manuscriptis Græcis exercitatissimus, iterum meo rogatu Cantabrigiensem codicem accurate contulit cum editione Oxoniensi, a qua quantum illum discrepare deprehenderit, adnotavimus in extrema quaque pagina, ubi exstant insuper alterius doctissimi Angli Richardi Bentlei conjecturæ, quibus omnia fere loca quæ medica manu indigebant, sanitati feliciter restituit. Præterea a numero 31 ad finem usque operis nacti sumus manuscriptum codicem Colbertinum 3607, nunc regium, in quo amplissimum est hujus libelli fragmentum, quo plurima emendantur editionis Oxoniensis loca, et Bentleianæ in illa conjecturæ con-

B firmantur.

Ad sermonem Græcum in quo doctissimi amici tam diligentes et seduli fuerunt, adjunximus Latinam interpretationem Oxoniensi longe accuratiorem, ac nitidiorem. Ea olim a Claudio Fleury, *Historiæ ecclesiasticæ* scriptore celeberrimo, elaborata fuerat in usum illustrissimi Huetii, in cujus schedis cum manuscripta etiamnum exstet, ultro eam ac perhumaniter mecum communicavit R. P. Ludovicus de Tournemine, Societatis Jesu, et reipublicæ litterariæ ornamentum. Denique totius operis fronti breve præfixum est monitum, quo validis argumentis hic libellus Origeni asseritur; explicatur quinam fuerint Ambrosius et Tatiana, quorum hortatu conscriptus est; tempus, quo scriptus est, in-

C vestigatur.

Cæterum biennio fere postquam e typis Vincentianis exierat hic libellus a nobis pro modulo nostro sic recognitus et emendatus, prodiit Londini anno 1728 altera ejusdem operis editio Græco-Latina, curis Guillelmi Reading A. M., cleri Londinensis in collegio Sionensi bibliothecarii, qui eidem subjunxit eruditi, sed anonymi cujusdam Angli notas partim criticas, partim locorum difficilium exegeticas.

De Exhortatione ad martyrium.

Fragmentum e *Protreptico ad martyrium* Bibliotheca Regia suppeditat, totum vero opus illustrissimi domini de la Barde, Christianissimi regis apud

D Helvetios legati, cura e Basileensi bibliotheca depromptum cum penes se haberet Huetius, promiserat lib. III *Origenianorum*, § 2, num. 4, se illud suo inter Origenis Syntagmata ordine typis commissurum; sed quia non liberabat fidem, tandem Basileæ anno 1674 Græce et Latine editum est una cum *Dialogo contra Marcionitas* et responso Origenis ad Africani de Susannæ historia epistolam, cura et studio Joannis Rodolphi Wetsthenii, qui eruditis notis omnia hæc opera illustravit. Eodem usus est codice manuscripto quo Huetius. Eodem et nos unico usi sumus, quibus copia nullius præter hunc fuit; sed repudiata Wetsthenii interpretatione Latina, aliam e regione Græcorum collocavimus longe nitidiorem, quam in usum Huetii paraverat Clau-

dius Fleury. Describendam mihi illam amice largitus est R. P. Ludovicus De Tournemine, penes quem exstat.

De octo libris contra Celsum.

Aureorum horumce librorum prima editio Latine tantum in lucem prodiit Romæ anno 1481, Sixto IV, summo pontifici, dicata ab interprete Christophoro Persona, Romano, Sanctæ Balbinæ priore, uti patet ex his quæ ad calcem editionis leguntur, verbis : *Origenis contra Celsum finis : quem Christophorus Persona, Romanus, prior Sanctæ Balbinæ de Urbe, Latine Græceque peritissimus, cum fide e Græco traduxit et emendavit. Magister vero Georgius Herolt de Bamberga Romæ impressit. Anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo octogesimo primo, regnante Sixto quarto pontifice maximo, anno ejus decimo.* In fronte autem eximia exstat Theodori Gazini (is est vulgo dictus Theodorus Gaza), Constantinopolitani, ad Personam epistola, quæ cum, propter maximam hujus editionis raritatem, tanquam pro inedita haberi queat, non injucunda forte lectori erit, si hic repræsentetur : *Theodorus Gazinus, Constantinopolitanus, Christophoro Personæ S. P. D. Cum diebus hisce superioribus animo, ut soleo sæpe, Latinos viros versarem, qui Græce scire aliquid viderentur, et Græcos insuper auctores, qui in Latinum verti non mediocri cum laude possent, ipse in primis oblatus es, quem unum novi ab ineunte adolescentia sic Græcas litteras imbibisse, et, quod plurimum juvit, in Græcia ipsa, et Græcis ex præceptoribus, ut nisi te civem Romanum scirem, et propinquos tuos primarios Urbis viros sat nossem, dicturus facile sim, ex Græcia te oriundum; nam et ipsa tua Græca pronuntiatio Græcum te præfert. Quorsum hæc? Vide Chrysostomi sermones non paucos, quos e Græcis Latinos fecisti, et Livanii meletas nonnullas, veluti majoribus rebus futura præludia. Vidi paulo post apud te Athanasium tuum, cujus traductio ita me oblectavit, ut in spem bonam eo ex tempore venerim posse te et Origenem adversus Celsum traducere : quem librum, quia elegantissimus est, et in fidei Christianæ defensionem conscriptus, Nicolaus pontifex, et si de se erat novorum operum, et Græcorum præcipue cupientissimus, meo hortatu Constantinopolim misit, qui ad se coemptum deferret : delatumque mox mihi dedit, dixitque velle se ei quidvis præmii polliceri, qui Latinum hunc faceret. Et sane ipse id opus aggressus essem ac lubens, nisi me tunc alia gravis traductio præoccupasset. Restat igitur liber ille in pontificis bibliotheca intactus, et, ut arbitror, tibi servatus; ut eu cum dignitate, quam Græce sonat, vel saltem proxima, Latinum facias, et spero fore pro tua utriusque linguæ singulari peritia, ut non minus laudis in hoc convertendo promerearis, quam auctor ipse in edendo promeritus sit. At dices, non esse illa nunc exposita præmia, quæ Nicolaum pontificem narras proposuisse, nec tales nunc principes, qui ejus vestigia consectentur. Cur ergo tantum laboris insumam?* A *Nec ipse quidem inficias eo. Quidni? qui experientia doctus id ausim confirmare, nec principes tales nunc esse, quales antehac exstitere, nec ea laborum virtutumque præmia. Sed quis adeo sive illiberalis, sive ingratissimus princeps, qui, ubi librum hunc illi traductum dono detuleris, non te muneribus principe dignis, et magnis honoribus prosequatur? Aggredere ergo id opus, et pro ejus ut dignitate absolvas, continenter incumbe. Age Romanum virum, et animo ingenti difficultates omnes pervade. Est quidem hoc, fateor, interpretatu difficile, sed eo plus laudis consequeris, quo rem non facilem aggressus videbere. Vale.* His itaque incitamentis adductus est Christophorus Persona, ut libros octo adversus Celsum Latinos faceret, et Sixto quarto summo pontifici dedicaret B epistola, quæ utique, ni esset longior, locum hic ut haberet mereretur. Hoc habet initium : *Sixto IV pontifici maximo Christophorus Persona, prior Sanctæ Balbinæ. Animadverti sæpe, beatissime Pater, priscos illos, et præstanti ingenio viros,* etc. At vero seu quod optatis ejus non respondisset Sixti IV munificentia, seu alia quæcunque de causa, vafre et callide e supradicta editione sua sustulit hanc epistolam, eique alteram substituit Joannis Mocenici Venetiarum principis nomine inscriptam quæ sic incipit : *Joanni Mocenico illustrissimo Venetorum principi, universoque senatui inclyto consultissimoque Christophorus Persona, Romanus. Etsi plerique omnes præclara facinora aggredi idcirco videmur,* etc. Ut ad ipsam interpretationem revertar, C non male existimationi suæ ad aliquantum temporis consuluisse videtur Persona, cum Græca Origenis typis committere pro illorum temporum more neglexit. Postquam enim publici juris facta sunt, incredibile dictu est quantam eruditi in hoc interprete quem tanti faciebat Theodorus Gazinus, linguæ Græcæ ignorationem, quam exiguam in investigandis sententiis diligentiam, quam obtusum acumen, quam levem et sublestam fidem deprehenderint. Verumtamen qualiscunque erat hæc interpretatio, eam avide arripuit Merlinus et editioni suæ operum Origenis ann. 1512 integram inserendam esse duxit. Tandem anno 1605, Augustæ Vindelicorum, e bibliothecis electoris Palatini, Boica et D Augustana, libri octo *contra Celsum* Græce ac Latine prodierunt interprete Sigismundo Geslenio, cum notis Davidis Hœschelii. Eosdem denuo Græce adjuncta ejusdem Geslenii interpretatione Latina Cantabrigiæ anno 1658 in lucem edidit Guillelmus Spencerus, collegii Sanctissimæ Trinitatis Cantabrigiensis socius, qui etiam ad calcem operis adjecit adnotationes doctissimas. Hæc editio typis recusa est Cantabrigiæ anno 1677. Optandum vero foret, ut quantum curæ fuit Spencero doctissimis notis illustrare loca propemodum innumera, quæ vel ad historiam, vel ad peculiaria Origenis dogmata, vel ad priorum sæculorum disciplinam, aut ad veterem philosophiam pertinent, tantum diligentiæ adhibuisset, cum ad orationis Græcæ emendationem,

tum ad corrigendas frequentes interpretis Geslenii hallucinationes. Græca, prout Davidis Hœschelii editio ferebat, integra secutus est, si modo pauca excipiantur loca, ubi variantes quasdam lectiones quas ad oram rejecerat Hœschelius, in seriem Græcam utpote meliores invexit. Innumera alia quæ medica manu egebant, reliquit intacta, ne minima quidem proposita conjectura, qua saltem ad commodiorem sensum revocarentur. Monet in præfatione nihil eorum quæ aliis consueverunt esse adjumento, licet maximæ sibi curæ fuisset de iis acquirendis, se potuisse comparare. *Erant*, inquit, *Hœschelio duo manuscripti codices, quos e bibliothecis electoris Palatini, Boica et Augustana deprompserat. Ego his solis impressis usus sum.* Sed quid obstabat quominus Oxoniensem bibliothecam vel ipse vel per amicos adiret? Ibi certe tres alios codices manuscriptos reperisset, nec esset conquestus *accurandas esse librorum editiones in summa omnium adjumentorum et codicum egestate.* Ut ut sit, tantam ipse manuscriptorum codicum penuriam expertus non sum, quippe cui non solum variæ lectiones ex octo manuscriptis depromptæ magno fuerunt adjumento, sed et notæ ac conjecturæ tum eruditi Francisci Guiet, Jesuitæ, quas penes se manuscriptas habet R. P. Ludovicus de Tournemine, tum aliæ numero longe plures quas erudito orbi proposuit Elias Boherellus ad calcem eximiæ suæ Gallicæ interpretationis librorum *contra Celsum* anno 1700 Amstelodami in lucem editæ.

Archetypo Græco tot talibusque auxiliis ad meliorem statum revocato, diu deliberatum est, an Sigismundi Geslenii interpretatio Latina servaretur, an procuderetur nova. Servandam esse Geslenianam suadebant laudes quibus laboriosus ille interpres a doctissimis viris exornatur. *Ita septem* (inquit Cælius Secundus Curio, præfat. ad Appianum Alexandrinum) *eosque nobilissimos scriptores nobis de Græcis conversos reliquit, atque ita conversos, ut qui majore cum laude in hac arena versatus sit, aut nullum, aut paucissimos sis reperturus.* Magnum istud profecto encomium, sed quo indignum illum non judicat Henricus Valesius præfat. ad Ammianum Marcellinum, ubi de Mariangelo Accursio et Sigismundo Geslenio sic loquitur : *Erat in utroque horum virorum magna doctrina, ut scripta utriusque testantur. Sed in Geslenio major quædam ingenii vis et judicium acrius fuit. Quod cum multi præclari labores illius viri testantur, tum maxime interpretationes Latinæ Dionysii Halicarnassensis, Appiani, Philonis item ac Josephi, Origenis et aliorum. Ex quibus apparet eum excellenti ingenio et singulari doctrina præditum fuisse.* Ad rem propius accedit illustrissimus Huetius libro *De claris interpretibus*, pag. 225. *In iis quoque*, inquit, *numeratur Sigismundus Geslenius, Bohemus, quo vix quisquam pluribus hanc artem monumentis ditavit. Disertus in primis habitus est et elegans : audax constringendis pluribus in unum periodis vel disjungendis, sensus*

A *sibi non semper intellectos ad libitum recoquit.* Speraveram igitur tanti viri nomine fretus, nonnullis, quorum sensum minus belle assecutus est, immutatis et emendatis locis, ejus interpretationem retineri posse. Sed ubi ad horumce locorum emendationem ventum est, et compertum, vix ullam esse paginam ubi semel et sæpius a vero Origenis sensu non recedat, statim intellexi novam facilius interpretationem parari posse, quam veterem emendari. Huc adde quod aliorum interpretationem corrigere, ut molestum per se ac difficile, ita etiam odiosum videbatur. Sua enim cuique laus, suus honor debetur a nobis, quorum laborem illi suo levare et minuere conati sunt. Proinde opus uniuscujusque interpretis laudandum potius est a nobis, quam interpolandum, B præsertim si frequentiores futuræ sint interpolationes. Hæc mecum animo reputabam, cum ecce veteri mecum amicitia conjunctus domnus Vincentius Thuillier, quicum meas sermonis Græci emendationes communicaveram, novam, quam tum virium suarum experiendarum, tum mihi gratificandi causa susceperat, interpretationem Latinam repente obtulit. Continuo avide legi, mature singula ad Græcorum fidem expendi; cumque tria potissimum in interpretatione requirantur, ut fidelis sit, ut elegans, ac perspicua, non sine magna animi mei voluptate deprehendi nullam ex his dotibus in ejus scriptione desiderari. Non verbis serviliter adhæret, sed sensum fideliter exprimit, atque ita reddit, ut quamvis interdum alio ordine, nunquam tamen C aut saltem perraro plura aut pauciora quam Origenes dicat. Ubi longior est in Græco periodus, eam in plures secat, nisi aliunde id fieri prohibeat orationis connexus : quod sæpe accidit. Fecundum enim Origenis ingenium sententias passim congerit, ut verbis in speciem redundantibus maxima rerum ubertas contineatur. Quod sane insuperabilem interpreti Thuillerio præbuisset difficultatem, si non omnia vicisset præclara illa qua præditus est, ingenii sagacitas, summa utriusque linguæ Græcæ ac Latinæ peritia, et illud quo ardebat, veteri amico laboris minuendi desiderium.

Interpretationem sequuntur notæ, quarum aliæ variantes exhibent codicum manuscriptorum lectiones, D aliæ veterem historiam ac philosophiam, dogmata interdum, ac priscam Ecclesiæ disciplinam elucidant. Harum pars major debetur Guillelmo Spencero, qui cum Græce tantum Græcorum scriptorum testimonia protulerit, adjunximus Latinam interpretationem, ne Græce imperitis lectoribus molestiam facesserent, quippe quibus antea ad singulos auctores unde illa loca exscripta erant, recurrendum erat, ut eorum interpretationem haberent. Præterea e Spenceri notis nonnullas recidimus, utpote quæ nihil docerent quod in Huetii *Origenianis* fusius non sit pertractatum. Denique totius operis fronti præfixa est admonitio qua docetur quo tempore vixerit, quæ scripserit, cui etiam philosophorum sectæ se adjunxerit Celsus quicum

Origeni res est; quo tempore adversus illum scripti sint octo Origenis libri; quantis laudibus eximia illa Christianæ religionis Apologia et a veteribus et a recentioribus exornetur.

De suppositis Origeni operibus, ac primum de Dialogo contra Marcionitas, seu De recta in Deum fide.

Genuinas Origenis scriptiones sequuntur aliquot spuriæ, dialogus nimirum *De recta in Deum fide*, vel, ut in aliis exemplaribus legitur, *contra Marcionitas*; et *Φιλοσοφούμενα*, seu liber *De placitis philosophorum*. Dialogum primus omnium Græce simul et Latine in lucem edidit Basileæ anno 1674 Joannes Rodolphus Wetstenius, qui in præfatione ad lectorem omnia movet argumenta ut ipsum Origeni asserat, sed irrito prorsus conatu, ut patet ex monito quod in hujus opusculi fronte præfiximus, ubi id unum omisimus, nempe stylum toto cœlo ab Origeniano differre, et innumeris scatere vocibus Græcis, quas frustra in aliis Origenis operibus Græcis quæsieris, quæque Græcum hominem Origene longe recentiorem sapiunt. Ex unico codice manuscripto hunc libellum Græce edidit Wetstenius, nos ad quatuor aliorum fidem recensuimus, variaque expunximus menda, quibus Wetstenianus codex erat fœdatus. Ante Wetstenii editionem Græco-Latinam, tres aliæ in lucem prodierant, sed Latinæ tantum. Prima fuit Pici, senatoris Parisiensis doctissimi, quam Henrico II, Galliarum regi, obtulit anno 1555, quamvis editionis titulus annum sequentem 1556 præ se ferat. Eodem tempore Basileæ Laurentius Humphredus, Anglus, alteram adornabat apud Hieronymum Frobenium, ut hæc ipsius verba docent: *Contra Marcionistas Dialogos duos ante sesquiannum ex Frobeniano codice manuscripto e Græco traduxi, sensum, non verba reddens, et appendens potius quam numerans: ubique cavens, ne quid Græce positum vertendo everteretur et interciderel.* Hæc ille anno 1557, Augusti die sexta. Ejus autem interpretatio operibus Origenis anno 1571 Basileæ editis adjecta est. Tertiam confecit Joachimus Perionius, Benedictinus Cormeriacenus, quam anno 1574 Gilbertinus Genebrardus primo editionis suæ tomo inseruit. Tres isti interpretes usi sunt Græcis codicibus valde diversis; Humphredum autem usum esse sinceriore atque uberiore exemplari quam aut Picum aut Perionium, cuivis ex comparatione patet, idque jam observatum est ab Andrea Riveto *Critic. sacr.* lib. II, cap. 13, et Philippo Labbeo *De script. eccl.* tom. II, pag. 145. Verumtamen Joanni Rodolpho Wetstenio videbatur Humphredus sæpe paraphrasten potius agere quam interpretem, nec raro inseruisse quædam, ut sententiam quomodocunque assequeretur. Quamobrem cum fusior plerumque sit ejus interpretatio quam ut Græco exemplari æquipararetur, coactus est Wetstenius illam constringere, ac locis plurimis aliam pangere; qua A in re multum ei profuit Joannis Pici interpretatio, multo astrictior verbis Græcis et multis in locis luculentior. Nos multis in locis castigatam secuti sumus Perionianam, quippe quæ cæteris duabus visa sit clarior et elegantior. Wetstenii notas ad extremas paginas apposuimus, demptis modo iis quæ aut nihil continent quam quod jam a Spencero ad libros *contra Celsum* fuerat observatum, aut catholicæ fidei apertius adversantur, et in *Origenianis* Huetii confutatæ sunt.

De Philosophicis (a).

Φιλοσοφούμενα seu librum *De placitis philosophorum* primus Græce ac Latine e codice bibliothecæ Mediceæ in lucem edidit notisque aliquot illustravit vir clarissimus Jacobus Gronovius in B *Thesaur. antiquit.* tom. X, ubi hunc libellum genuinum Origenis esse fetum propugnat, sed infirmis adeo argumentis, ut tanto viro indigna prorsus Joannes Christophorus Wolfius jure merito existimaverit. Primum inde petit quod Origenis nomen præ se fert manuscriptus codex Mediceus, a cujus auctoritate, inquit, non temere est recedendum. Sed quis nescit, reponit Wolfius, illud fraudis fucique genus olim familiarissimum fuisse librariis, ut librum quemdam illo inscriberent nomine, cujus splendore ipsi operi decus et pretium conciliaretur? Speciatim constat, sub Origenis nomine tot supposita scripta circumferri, ut Huetius *Origenianorum* libro tertio, peculiari sectione, non modicam eorum copiam in medium afferre potuerit. Atque hujus C quidem rei ratio in promptu est. Ea enim fuit veterum de eruditione Origenis persuasio, ut librariis nulla dubitandi causa foret, quin libri ejus nomine inscripti faciles emptores invenirent. Ex quo efficitur hoc quidem Gronovii pro libelli auctoritate argumentum parvi, aut nullius esse momenti, nisi aliæ majoris ponderis rationes accesserint. Alterum Gronovii argumentum æque infirmum videtur, quippe desumptum a manuscripti codicis conditione. *Ille enim*, inquit, *licet sit chartaceus, plane tamen auro undequaque pretiosior, quippe unicus, in quo emendatissimum est Arriani* Ἀναβάσεως *Alexandri Magni exemplar eadem manu scriptum, et unde nos olim egregia illa ejus scriptoris supplementa edidi-* D *mus, cui simile et par propterea exstat nullum. Præterea is ipse codex est, in quo Hieroclis ad aurea Pythagoræ carmina eruditissimus commentarius tam integer et inviolatus exhibetur, ut non aliunde æque ac ex ipso volumine colligi possit, quam maculosi codices ab typographis nostris ad multiplicanda ejus exemplaria usurpati fuerint, ut scriptor ejus fuerit omnino vir et ipse doctissimus et qui fidelissima ad bibliothecam suam exemplaria conquisiverit: quibus postremum adjecit hoc Origenis fragmentum, quod nomine falsi et spurii deferre, et hinc adeo eruditam manum pro levi traducere non est alterius hominis, quam qui optima egregia tanquam nugas aspicit.*

(a) Φιλοσοφουμένων libros ex codice in monasterio Montis Athos asservatos integre primus edidit D. Miller, Oxonii 1852, in-8°. Opus hoc, Origeni primum et Hippolyto postea suppositum, edemus in Appendice ad sæculum III, inter *Collectanea veterum hæreticorum*. Edit. Patr.

Nempe omnis isthæc Gronovii argumentatio huc redit ut ex codicum aliorum huic similium inopia, ex singulari, qua Mediceum exemplar exaratum est diligentia et eruditione librarii evincat, hoc opus præpostere νοθείας accusari. Verum non tanta est codicum huic similium raritas, quantam esse sibi finxit, cum tres alii hujus operis exstent codices manuscripti, duo Romæ, et alter Taurini. Deinde quodnam hoc est argumentandi genus : Rarus, et fere unicus est codex qui Origenis nomen præ se fert; ergo Origeni supposititius non est? *Risum teneatis, amici.* Idem dicendum, inquit Wolfius, de singulari quam prædicat, descriptoris eruditione. Quid enim hæc ad rem facit? Largiamur amanuensem illum fuisse eruditissimum et vel cum Aristarcho conferendum; quis præstabit, eumdem examen libri instituisse, nec potius data opera neglexisse, vel si fraudem animadverterit, aliis imponere noluisse, quo carius suas merces venderet, aut cum de illius opusculi possessione sibi gratularetur, præconceptæ de Origene auctore non nimium indulsisse opinioni? Ad hoc imbellis ista ratio est, qua libellum hunc ideo Origenis esse putare videtur, quod in eodem codice conjunctus sit cum aliis operibus quæ sine controversia sunt illorum scriptorum quorum nomina præ se ferunt. Quasi vero hujus consecutionis nervum non incidant tot aliæ manuscriptorum collectiones quæ γνήσια et νοθεύοντα simul scriptorum monumenta miscent. Tertium Gronovii argumentum e stylo dicendique ratione in opusculo obvia ducitur. Belle quidem, si singuli loci, quos hanc in rem attulit, non ita sunt comparati, ut non minus ab alio quocunque quam ab Origene proficisci potuerint. Neque enim styli convenientia æstimanda est ex vocibus phrasibusve receptis et communi omnium scriptorum usu tritis, sed vel ex integrarum periodorum serie, vel saltem ex vocibus quæ illius auctoris videantur plane propriæ, et nemini æque familiares. Hinc parum Gronovio proficit quod observat verum Origenem his uti vocibus, ἀσυστάτοις δόγμασι et ἀσύστατον πρᾶγμα; auctorem autem *Φιλοσοφουμένων* istis : ἀσεβέστατα τῶν δογμάτων, et ἀσύστατον πρᾶγμα. Primum enim ἀσεβέστατα τῶν δογμάτων non respondet ἀσυστάτοις δόγμασι. Deinde ἀσύστατον πρᾶγμα dixit quidem verus Origenes, at idem alteri dicere licuit. Ubi enim de gentilium dogmatis agitur, ea vox est ita hujus argumenti propria, et scriptoribus ecclesiasticis adeo familiaris, ut nec Lactantius lib. III *Divin. institut.* eam Latine exprimere veritus sit, dum *asystatum* dixit *argumentum*. Idem ferendum judicium de verbo ἐκτίθεσθαι, quod ex alio Origenis loco affert Gronovius. Illud enim Origenis adeo non est proprium, ut de expositione dogmatum plerumque non usurpetur. Laertius non solum in *Parmenide*, sed et aliis in locis sæpius hac utitur voce, ut alios taceam, quorum loci a lexicographis collecti sunt, inter quos Budæus tria omnino e Justino martyre exempla affert, ubi verbum hoc

A eadem significatione usurpatur. Iidem lexicographi ostendent τὸ κοινωνεῖν τινι adeo non esse Origenianum, ut optimis quoque Græciæ scriptoribus non sit solemne, quorum locis adnotandis præter rationem immoraremur. Quartus auctoris *Φιλοσοφουμένων* locus exstat ubi de Platone agitur, a quo materiam dicit appellatam esse ἀσχημάτιστον καὶ ἄποιον. Ad hunc locum duos affert Gronovius ex libris *in Celsum*, in quorum priori ἄποιος, in altero vero ἄποιος καὶ ἀσχημάτιστος dicitur materia. At rem eamdem eadem ratione omnes historiæ philosophicæ auctores edisserunt. Sed et verbis aliis nec Origenes, nec *Φιλοσοφουμένων* auctor uti potuit, si propriis Platonicorum verbis, quod fieri debet, sententiam Platonis exprimere uterque voluit. Nam

B illi proprie et consuete ὕλην dicebant ἄποιον, unde ipse Origenes monet ἰδίῳ λόγῳ ita vocari. Sic et Laertius ex Platonis mente, III, 69, materiam dicit ἀσχημάτιστον καὶ ἄποιον, si Menagiana emendatio locum habeat. Non major habenda est ratio loci ibidem exstantis, ubi vox μετενσωμάτωσις reperitur, quam apud Origenem lib. IV *contra Celsum* itidem occurrere monet Gronovius. Nam et illa vox Origenis non est propria, cum et ipse Plato lib. X *De legibus* eadem utatur, sed Epiphanius quoque eamdem usurpet lib. I *Pan.*, *Pr.* 5, ut similem Stoicorum opinionem exprimat. Imo hæc vox adeo apta et huic argumento conveniens visa est Hermiæ, ut novo exemplo verbum ἐνσωματεῖν inde formare non fuerit veritus διασυρμῷ, § 4, ubi ait :

C Οἱ δὲ τρὶς ἐνσωματοῦσιν (scilicet τὴν ψυχήν)· οἱ δὲ τρισχιλίων ἐτῶν περιόδους αὐτῇ ὁρίζουσιν, etc. Præ cæteris niti videtur Gronovius loco in Aristotele exstante, ubi verbum ἐπιδιαμένειν occurrit, quod prorsus Origenis esse probare conatur tribus ex libris ejus contra Celsum locis, quibus addere potuisset alium hunc ex ejusdem in Matthæum Commentario : Οἱ Σαδδουκαῖοι μέντοι λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν σαρκὸς ἠθέτουν, ἀλλὰ καὶ πολυτελῶς ἀνῄρουν τὴν τῆς ψυχῆς οὐ μόνον ἀθανασίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιδιαμονὴν, οἰόμενοι μηδαμῶς ἐν τοῖς Μωϋσέως γράμμασι σημαίνεσθαι τὴν τῆς ψυχῆς μετὰ ταῦτα ζωήν. At hæc non obstant quominus idem verbum ab aliis usurpatum fuisse aut usurpari potuisse

D statuamus. Quid enim fiet de Laertio, VII, 157, qui itidem hac voce usus est, cum eamdem Cleanthis sententiam esse moneret his verbis : Κλεάνθης μὲν οὖν πάσας ἐπιδιαμένειν μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως. Quid de M. Antonino, qui in libris *εἰς ἑαυτὸν* lib. IV, § 21, non solum verbo διαμένει de animis, sed etiam voce ἐπιδιαμονή utitur? Imo innumeri alii de eodem argumento vel cum Numenio verbum ἐπιδιαμένειν, vel cum Tzetze παραμένειν, vel cum Dionysio Halicarnasseo lib. VIII, ἐνδιαμένειν adhibent. Neque aliter omnino possunt, cum tres præcipue de animæ statu post mortem fuerint veterum opiniones, quorum alii eam immortalem negarunt, alii affirmarunt, alii media incedentes via certum tantum ei definierunt tempus, quo corpori esset su-

perstes. Postrema sententia Stoicis in primis placuit, de quibus videatur Gatakerus ad Antoninum loco supra citato, et Menagius loco item supra laudato. Hinc modo laudati veteres scriptores, et ipse quoque Origenes, sollicite ἀθανασίαν ab ἐπιδιαμονῇ ψυχῆς distinguunt. Quam ibidem Gronovius in sequentibus verbis cum alio Origenis loco collatis similitudinem agnoscat, perspicuum non est, nisi forte eam putet, quæ ex relationis convenientia constat. Eam vero et in aliis scriptoribus agnoscas et forte majorem, cum in iis verba observentur, quæ ad *Φιλοσοφουμένων* auctoris sermonem propius accedunt. Vide Laert. v, 33, et Ammonium in *Vita Aristotelis*. Nec magis a Gronovio facit locus de Stoicis, qui eos Deum corpus dixisse testatur: nam licet Origenes in aliis duobus locis a Gronovio allatis Deum Stoicorum σῶμα esse dicat, eamdemque Stoicorum sententiam tertio loco innuat, non tamen hoc solus facere potuit Origenes, cum Stoicorum placita, qui hanc rerum universitatem Dei nomine indicabant, omnes ita loqui juberent. Nec reipsa solus Origenes ita locutus est; nam et Clemens Alexandrinus lib. I *Strom.*, p. 295 edit. Colon. ait: Σῶμα ὄντα τὸν Θεὸν διὰ τῆς ἀτιμοτάτης ὕλης πεφοιτηκέναι λέγουσιν οὐ καλῶς. Et lib. v: Φασὶ σῶμα εἶναι τὸν Θεὸν οἱ Στωϊκοὶ καὶ πνεῦμα κατ' οὐσίαν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὴν ψυχήν, ut omittam alios magno numero ab iis laudatis, qui Stoicorum dogmata fusius exposuerunt. In ultimo denique loco de Epicuri diis ex atomis ortis, cui similem ex libro I *contra Celsum* afferre se putat Gronovius, nihil simile reperitur, nisi quod idem de ejusmodi deorum origine ex Epicuri mente refertur. Sed quotusquisque est, qui non idem de diis Epicuri dixerit senseritve? Atque hæc sunt argumenta quibus vir clarissimus Joannes Christophorus Wolfius erudite exsufflat omnes ratiunculas quæ eo Gronovium virum alioqui doctissimum impulerunt, ut *Φιλοσοφούμενα* Origeni mordicus ascriberet.

Post Gronovianam editionem, prodiit Hamburgi anno 1706 altera Græco-Latina cura et studio ejusdem modo memorati Wolfii, qui doctissimis notis totum opus illustravit, præmissa præfatione, qua ostendit libri scriptorem incertum esse, adeoque nec Huetii, nec Galei, nec Gronovii de eo sententias aut conjecturas firmis rerum argumentis niti. Suam post annos aliquot editionem ex ipso manuscripto Mediceo denuo collato, et alio Taurinensi repetita vice emendavit, et novis notis illustravit, subjunxitque disceptationem, qua contra Christophorum Augustum Heumannum docet Didymum Alexandrinum hujus scripti auctorem non esse. Palmare atque ineluctabile argumentum, quo nec Origenem, nec Aetium, nec Didymum Alexandrinum hujus libelli parentem esse demonstrat, inde petit, quod auctor *Φιλοσοφουμένων*, editionis nostræ p. 876, aperte se episcopum esse declarat: qua dignitate nec Origenem, nec Aetium, nec Didymum potitum esse constat. Episcopus autem cum fuerit Epipha-

A nius et librum scripserit de hæresibus, inde non inanem existimavit Huetius sumi posse conjecturam hoc opus ad ipsum esse referendum. Sed quænam, inquit Wolfius, hæc consecutionis ratio est: Epiphanius fuit episcopus, et librum de hæresibus scripsit: ergo hujus libelli auctor dicendus est! Quasi vero etiam de aliis utrumque dici nequeat, et fuisse episcopos, et de hæresibus scripsisse. « Imo, pergit Wolfius, ipsum illud de hæresibus opus, quod *Panarium* inscripsit Epiphanius, non contemnenda suppeditare videtur argumenta, quæ Huetianam evertant sententiam. Nam in illo opere, tom. I, p. 1086 et seq., brevis habetur et synoptica usque ad pag. 1091 sectarum veteris philosophiæ recensio, quæ tamen a præsente toto cœlo differt, B cum et plenior ea sit, si numerum ineas philosophorum quorum dogmata commemorat, et imperfectior, si dogmatum ipsorum habeas rationem. In id enim operam dedisse præcipue videtur auctor *Φιλοσοφουμένων*, ut variorum de principiis rerum sententias enumeraret, cum nullius in collectione Epiphaniana mentio fiat, cujus non aliæ prætereà opiniones recenseantur. Deinde non videtur idem diversis locis eodem instituto egisse Epiphanius, cum loco laudato non solum plenam dederit sectarum designationem, sed deinde accuratiori stylo singulorum hæreticorum opiniones plerumque ex philosophorum lacunis derivarit: quod auctoris *Φιλοσοφουμένων* institutum etiam fuisse ex ejus præfatione fit manifestum. Nec obstat quod auctor C *Φιλοσοφουμένων* profiteatur se idem argumentum alibi fusius persecutum esse: nam vi verborum hoc intelligendum est de hæresium confutatione, a qua præsens tractatio saltem in eo est diversa, quod hæc simul sententias philosophorum et hæreticorum conferat. Præterea pluribus in locis ab Epiphanio dissentit auctor *Φιλοσοφουμένων*. Sic cap. 19 Platonem ait mundum ἀγένητον statuisse; at Epiphanius tom. I, pag. 1088, ex Platonis mente inquit τὸν κόσμον γενητὸν καὶ φθαρτὸν ὑπάρχειν. Adde lib. I, hæres. 6. Epiphanius itaque *Φιλοσοφουμένων* auctor haberi nequit, nisi turpiter sibi ipsi contradixisse dicatur. » Hactenus eruditus Wolfius, cujus ea de re sententiam amplectimur, D et quam publicavit hujus libelli editionem fere in omnibus secuti sumus.

Modo superest ut præter eruditos viros, quos jam in hujus præfationis decursu commemoravi tanquam præcipuos studiorum meorum fautores et adjutores, alios insuper hic honorifice appellem, qui codicum manuscriptorum mihi per se vel per alios copiam fecerunt. In primis nominandus mihi est ὁ μακαρίτης excellentissimus Ecclesiæ et sacri Imperii princeps dominus Henricus Carolus du Cambout, dux de Coislin, par Franciæ et episcopus Metensis, qui insigni omnis generis manuscriptorum codicum supellectile, quam jam a multis annis in nostro monasterio deposuerat, testamento suo nobis legata, æternum moriens suæ erga con-

gregationem nostram benevolentiæ pignus reliquit. Laudabo et illustrissimum eruditissimumque, ac liberalium omnium artium patronum perpetuum dominum abbatem Joannem Paulum Bignon, comitem consistorianum, et regium bibliothecarium, quo, pro congenita sibi humanitate, benigne favente et annuente libros quosvis regios seu manu exaratos seu excusos consulendi et exscribendi peramplam mihi semper liberrimamque facultatem fecerunt ejusdem bibliothecæ custodes viri clarissimi et notissimæ orbi litterario eruditionis atque humanitatis dominus de Targnies, Sorbonæ doctor celeberrimus, et dominus Sallier, professor regius, et utriusque Academiæ Francicæ et Inscriptionum socius meritissimus. Colbertinæ bibliothecæ, antequam divenderetur et luculenta manuscriptorum ejus accessione Regia ditaretur, thesauros nobis etiam perhumaniter aperuit præstantissimus comes de Seignelay, ejusque jussu codices pro voto commodavit dominus Millet. Hic quoque honorifica mentio erit doctissimi Sorbonæ doctoris et bibliothecarii domini Salmon, qui insignem Origenis Περὶ ἀρχῶν codicem manuscriptum, quo usus erat Merlinus, denuo conferendum mihi officiose admodum obtulit. Grato pariter animo testificabor singularia erga me officia ornatissimorum civium Basileensium dominorum Battier, et Welstein, quorum prior Basileensem codicem Græcum, quo octo Origenis *contra Celsum* libri continentur, accuratissime meo atque doctissimi Iselii rogatu cum editis contulit, et variantes lectiones ad me transmisit; alter vero, dum in Anglia peregrinabatur, Anglicanos omnes eorumdem librorum nec non aliorum Origenis tractatuum codices manuscriptos cum excusis magna cura et fide comparavit, et discrepantes ab invicem lectiones mei juris fecit. Quid de æternum colendo mihi magistro domino Bernardo de Montfaucon dicam, quod ejus erga me meritis longe non sit inferius? Ipse non solum ad hujusce editionis laborem suscipiendum incendit, sed et cum rei ecclesiasticæ et litterariæ præclaris operibus et priscorum monumentorum evulgatione locupletandæ se totum longissimo vitæ spatio impenderit, et (utinam ad multos annos!)

A impendere pergat, nihil mei immemor, quidquid hinc inde ad Origenis editionem aptum et idoneum reperit, hoc mecum vir optimus communicavit. Quantum item τοῖς μακαρίταις Domno Carolo Petey De Lhostallerie, congregationis nostræ superiori generali, et ejusdem seniori assistenti Domno Mauro Audren debeam, digne satis a me significari non potest. Hic enim studiosorum omnium monachorum amantissimus, et ipse historiæ Gallicanæ consultissimus, quotquot fere in variis provinciarum Galliæ bibliothecis Latine exstant manu exarati codices Origenis, eos amicorum suorum ope cum editis conferri curavit; ille vero pro innato sibi quodam incredibili promovendarum apud nos litterarum studio (quod in tertio ejus successore reverendo admodum Patre Domno Joanne Baptista Alaydon renascitur) dum ingens Sangermanensis bibliothecæ B ædificium, cooperante viro optimo Domno Bartholomæo Delaprade, magnis sumptibus exstruebat, nullis interim parcebat expensis, ut quidquid e variis Europæ bibliothecis expetebamus, id quantocius exscriberetur, et ad nos deferretur: mandato ejus haud gravate Romæ obtemperantibus Domno Philippo Raffier, congregationis nostræ in curia Romana tunc procuratore generali, Domno Francisco Le Bel, ejus socio, viro docto; nec non post illos, Domno Carolo Ludovico Conrade; qui eodem generalis in curia Romana procuratoris functus officio, magna rerum gerendarum dexteritate enituit. Ingratus plane fuerim si debita quoque sibi laude fraudavero charissimum mihi συμμύστην Domnum Joannem Baptistam Robart, virum candore morum, sincera in Deum pietate, linguæ C Græcæ haud vulgari peritia, nec non indefesso ad civilem Ecclesiasticamque Orientalis imperii historiam perdiscendam et illustrandam studio prorsus laudabilem. Ipse mecum omnem in hac editione adornanda laborem, quantum in se fuit, alacri semper ac prompto animo partitus est, præsertim ubi locupletes locorum Scripturæ sacræ indices conficiendi, interpretatio Latina accurate cum Græcis conferenda, aut operis typographici specimina castiganda fuerunt et corrigenda.

IN ORIGENIS EPISTOLAS ADMONITIO GENERALIS.

1-2 *Eusebius lib.* VI Hist. eccles., *cap.* 2, *ait se quidquid ad Origenis vitam pertinet, maximam partem ex ejus litteris collegisse; et ejusdem libri cap.* 36 *narrat se quotcunque sparsim apud varios asservatas reperire potuit, seorsim in proprios libros, ne iterum dissiparentur, digessisse; fuisse autem illas numero supra centum. Librum collectionis hujus quartum citat Rufinus in libello* De adulteratione librorum Origenis. *E tanto autem epistolarum numero paucæ admodum sunt quarum aliqua ad nos specialis notitia pervenerit.*

1° *Recensetur ea quam, teste Eusebio* Hist. eccl. *lib.* VI, *cap.* 2, *ad patrem Leonidam in carcere fidei causa detentum misit, quaque illum ad martyrium vehementissime cohortabatur, his inter cætera verbis eum admonens:* Ἔπεχε, μὴ δι' ἡμᾶς ἄλλο τι φρονήσῃς· « *Cave ne nostra causa sententiam mutes.* » *Reliqua hujus aureæ epistolæ periere.*

2° *Commemoratur illa qua Ambrosii ardorem erga sacras litteras describit, et cujus fragmentum ex Cedreno pag.* 253, *et Suida in voce* Ὠριγένης, *infra primo loco exhibetur.*

3° *Refertur ea in qua teste Eusebio lib.* VI Hist. eccl., *c.* 19, *et Suida in voce* Ὠριγένης, *se ipse purgat adversus eos qui nimium ejus studium erga Græcanicas disciplinas reprehendebant. Hujus aliqua particula infra secundo loco repræsentatur.*

4° *Epistola illa memoratur quam contra adversarios suos anno Christi* 231 *vel* 232 *post suum ex urbe Alexandria discessum ad amicos suos Alexandrinos misit. Hujus infra exhibentur Latine duo insignia fragmenta, alterum ex libro secundo Hieronymi* contra Rufinum, *alterum ex Apologetico libello ejusdem Rufini pro Origene. His adjunctum est aliud fragmentum epistolæ Alexandri Hierosolymorum episcopi ad Origenem.*

5° *Magno numero fuisse videntur illæ Origenis epistolæ quas, teste Eusebio lib.* VI Hist. eccl., *cap.* 36, *et ad Fabianum Romanæ urbis episcopum, et ad complures alios Ecclesiarum antistites de recta fidei suæ ratione scripsit circa annum Christi* 236; *sed jamdudum intercidere. De epistola ad Fabianum Hieronymus epist.* 41, *alias* 65, *hæc habet : « Ipse Origenes in epistola quam scribit ad Fabianum, Romanæ urbis episcopum, pœnitentiam agit cur talia scripserit, et causas temeritatis in Ambrosium refert, quod secreto edita in publicum protulerit. »*

6° *Ad nos usque pervenit integra Græce Origenis epistola ad Africanum de Susannæ historia. Infra epistolæ Africani subnectitur.*

7° *Exstat etiamnum epistola ad Gregorium Thaumaturgum qua illum hortatur ut, contempto philosophiæ studio, totum se dedat Scripturæ sacræ. Scripta est circa annum* 240. *Integra infra Græce exhibetur e Philocalia.*

8° *Hieronymus in* Catalogo script. eccles., *cap.* 60, *commemorat Origenis litteras ad Beryllum, Arabiæ Bostrenum episcopum. Scriptæ sunt circa annum Christi* 240, *sed injuria temporum jampridem intercidere.*

9° *Eusebius lib.* VI Hist. eccles., *cap.* 36, *memorat ejus epistolam ad imperatorem ipsum Philippum, et alteram ad conjugem illius Severam. Earumdem meminit Hieronymus in* Catal. script. eccles., *cap.* 54 : *« Ad Philippum, inquit, imperatorem, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, et ad matrem* [*Eusebius, conjugem*] *litteras fecit, quæ usque hodie exstant. » Idem testatur Vincentius Lirinensis* Commonit. I, *cap.* 23, *his verbis : « Quam autem non solum privatæ conditioni, sed ipsi quoque fuerit reverendus Imperio, declarant historiæ, quæ eum a matre Alexandri imperatoris accitum ferunt; cœlestis utique sapientiæ merito, cujus et ille gratia, et illa amore flagrabat. Sed et ejusdem epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum imperatorem, qui primus Romanorum principum Christianus fuit, Christiani magisterii auctoritate conscripsit, » nimirum circa annum* 245. *Jamdudum vero periere.*

3 10° *Hieronymus in* Catal. script. eccles., *cap.* 57, *ait sua ætate nonnullas exstitisse Origenis ad Tryphonem ejus auditorem epistolas. Harum hodie ne γρύ quidem.*

11° *Eusebius lib.* VI Hist. eccles., *cap.* 39, *ubi de persecutione Decii, et quæ in ea passus sit Origenes, refert, hæc ait :* Τὰ μὲν οὖν Ὠριγένει κατὰ τὸν διωγμὸν συμβάντα οἷα καὶ ὅσα, καὶ ὁποίας ἔτυχε τελευτῆς, τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐφαμίλλως τῷ ἀνδρὶ πανστρατιᾷ παραταξαμένου, πάσῃ τε μηχανῇ καὶ δυνάμει κατ' αὐτοῦ στρατηγήσαντος, παρὰ πάντας τε τοὺς τηνικάδε πολεμηθέντας διαφερόντως ἐπισκήψαντος αὐτῷ· οἷά τε καὶ ὅσα διὰ τὸν Χριστοῦ λόγον ὁ ἀνὴρ ὑπέμεινε δεσμὰ, καὶ βασάνους τὰς κατὰ τοῦ σώματος· τάς τε ὑπὸ σιδηρῷ κλοιῷ καὶ μυχοῖς εἱρκτῆς τιμωρίας· καὶ ὡς ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις τοὺς πόδας ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου παραταθεὶς διαστήματα κατασπώμενος· πυρός τε ἀπειλὰς, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τῶν ἐχθρῶν ἐπενεχθέντα καρτερῶς ἤνεγκεν· οἵουτε τὰ κατ' αὐτὸν ἔτυχε τέλους, μηδαμῶς αὐτὸν ἀνελεῖν παντὶ σθένει τοῦ δικαστοῦ φιλονείκως ἐνστάντος· ὁποίας τε μετὰ ταῦτα καταλείπει φωνὰς, καὶ αὐτὰς πλήρεις τοῖς ἀναλήψεως δεομένοις ὠφελείας· πλεῖσται ὅσαι τ' ἀνδρὸς ἐπιστολαὶ τ' ἀληθὲς ὁμοῦ καὶ ἀκριβὲς περιέχουσι. *« Porro quæ et quanta Origeni in ea persecutione acciderint : et quis horum omnium exitus fuerit, dum pessimus dæmon omnes adversus illum copias instantius movet, cunctisque machinis ac viribus eum impugnat, et in hunc præ reliquis omnibus qui tunc temporis appetiti sunt, præcipue irruit : quæ item et quanta propter doctrinam Christi vir ille pertulerit, vincula scilicet et corporis cruciatus, et in intimo carceris recessu ferrei torquis ærumnas; utque multorum dierum spatio pedes in nervo ad quatuor usque foraminum interstitia distenti fuerint; ad hæc ignium minas, et quæcunque alia ab inimicis illata fortiter sustinuit, et cujusmodi tandem harum rerum exitus fuerit, judice omni virium nisu ambitiose contendente ne illum interficeret : denique quos sermones post hæc quamque utiles iis qui consolatione indigent, reliquerit, plurimæ ejus epistolæ non minus vere quam accurate commemorant. » Harum autem nihil hodie superest.*

12° *In nonnullis mss. Catenis Græcorum Patrum ad Deuteronom.* XVI, 20, *affertur fragmentum Origenis* ἐκ τῆς πρὸς Φώτιον καὶ Ἀνδρέαν πρεσβυτέρους ἐπιστολῆς, *« ex epistola ad Photium et Andream presbyteros. » Sed recte monet vir doctissimus Montefalconius noster* Bibliothecæ Coislinianæ *pag.* 41, *Origenem mendose positum fuisse pro Severo, cujus memoratur epistola ad Photium et Andream presbyteros, in codice* 8 *ejusdem* Bibliothecæ Coislinianæ, *pag.* 44. *Quamobrem ab hocce supposititio fragmento inter genuina Origenis opera publicando abstinuimus.*

IN EPISTOLAM AFRICANI

AD ORIGENEM

ET

ORIGENIS AD AFRICANUM RESPONSUM

DE SUSANNÆ HISTORIA

ADMONITIO.

—

4-5 1. Hisce duabus scriptiunculis nihil fere est apud veteres celebratius. Eusebius lib. VI *Hist. eccl.*, cap. 31, ait : Ἐπιστολὴ τούτου (Ἀφρικανοῦ) Ὠριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀποροῦντος ὡς ἂν νό-

A θου καὶ πεπλασμένης οὔσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας· πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα. « Hujus (*Africani*) exstat epistola ad Origenem scripta, in qua historiam Susannæ, quæ

in Danielis libro legitur, spuriam et commentitiam esse suspicatur. Ad quam epistolam Origenes copiosissime respondet. » Rufinus in sua versione hæc pro more suo sic παραφράζει· « Per idem tempus erat etiam Africanus, vir in Scripturis ecclesiasticis nobilis. Hujus epistola fertur ad Origenem scripta, objicientis ei vel proponentis, quod historia Susannæ, quæ in Daniele scripta est, ficta videatur et aliena a Scriptura prophetica. Cui Origenes magnificentissime rescribens, asserit nequaquam Judæorum commentis et fraudibus auscultandum; sed hoc solum pro vero habendum in Scripturis divinis quod LXX interpretes transtulissent : nam id esse solum quod auctoritate apostolica confirmatum sit. » Ubi obiter notes Hieronymum non oblique perstringi qui præfatione in Danielem ex Judæi persona loquens, Susannæ historiam commentum seu *fabulam* vocarat. Eusebio addendus est mox præfatus Hieronymus qui libro *De scriptor. eccles.*, in Julio Africano ait : B « Hujus est epistola ad Origenem super quæstione Susannæ, eo quod dicat in Hebræo hanc fabulam non haberi, nec convenire cum Hebraica etymologia, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, contra quem doctam epistolam scribit Origenes. » His consentit Photius in *Biblioth.* cod. XXXIV : Οὗτος (Ἀφρικανός) καὶ πρὸς Ὠριγένην γράφει περὶ τοῦ κατὰ Σωσάνναν διηγήματος, ὡς οὐκ ἦν αὐτὸ ἐν τοῖς Ἑβραϊκοῖς ἀνεγνωσμένον, καὶ ὡς οὐκ ἀκόλουθον τῇ Ἑβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, ἃ καὶ ἐπιλαβόμενος Ὠριγένης ἀντέγραψεν. « Hic et ad Origenem scripsit de Susannæ historia, quod in Hebræorum libris non legatur, minimeque conveniens sit Hebraicæ etymologiæ illud, ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι. Quæ excipiens Origenes, scripto refellit. » Suidas in voce *Ἀφρικανός*, ait : Κατὰ τούτου ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, C τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ. « Contra hunc scripsit Origenes, respondens ad argumenta, contra historiam Susannæ quæ exstat in Daniele, ab ipso objecta. » Idem in voce *Σωσάννα*· Ὅτι κατὰ τοῦ Ἀφρικανοῦ Σέξτου ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ. « Contra Sextum Africanum scripsit Origenes, ejusque argumenta refutavit, quibus librum Susannæ impugnaverat. » Bene quidem, nisi quod Julium Africanum cum Africano Sexto confundit, uti Josephus Scaliger nos monet in Animadv. Euseb., ad ann. MM. CCXXXVII. Freculphus in *Chronic.*, tom. II, lib. III, cap. 8 : « Hujus (*Africani*) est epistola ad Adamantium super quæstione Susannæ, eo quod dicat eam in Hebraico fabulam haberi (*lege*, non haberi) nec convenire cum Hebraico : contra quam, epistolam doctam scripsit Adamantius. » Nicephorus Callistus lib. V *Hist. eccl.*, cap. 21 : Οὗτος δὲ (Ἀφρικανός) ἐπιστολὴν D σχεδιάσας ἔπεμπεν Ὠριγένει, τὴν κατὰ Σωσάνναν παρὰ τῷ Δανιὴλ ἱστορίαν, ὡς ἂν νόθον τῆς Γραφῆς ἀποσειόμενος σύγγραμμα· πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφων, δείκνυσι μὴ νόθον εἶναι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον γνήσιον τῇ Γραφῇ, καὶ πληρεστάτην πραγματευόμενον λυσιτέλειαν. « Dedit is quoque ad Origenem epistolam, in qua historiam Susannæ quæ in Daniele habetur, veluti adulterinum scriptum rejicit. Ad quem rescribens Origenes, eam non illegitimam, sed germanam potius esse Scripturam, quæ scilicet plurimum afferat utilitatis, ostendit. » Gobelinus Persona in *Cosmodromio*, ætat. 6, cap. 10, « Gordianus, inquit, imperavit annis sex. Hoc tempore Africanus historicus fuit, qui scripsit ad Origenem unam epistolam de historia Susannæ. » Eam quoque inter opera Julii Africani refert Trithemius lib. *De scriptor. eccles.* « Ad Origenem, inquit, de Susanna liber unus. » Denique utraque hæc epistola, tam unanimi veterum testimonio

A asserta, pluribus insuper hodieque consignata reperitur mss. codicibus, quorum duo præsertim venerandam præ se ferunt antiquitatem. Alter enim e bibliotheca Coisliniana num. 21 undecimo Ecclesiæ sæculo est exaratus; alter vero e bibliotheca Regia num. 1892 scriptus est decimo tertio sæculo.

6-8 2. Certum est Origenem Nicomediæ hanc suam ad Africanum epistolam scripsisse; cumque bis in Græciam iter instituerit, primum anno 228, secundum autem duodecim post annos, alterutro itinere Nicomediam petiisse, et inde epistolam dedisse videtur. Huetius secundo itineri id tribuit. Certe in hac epistola Africano narrat Origenes, se ingenti labore Hebraici textus et LXX Interpretum varias lectiones, facta utriusque collatione collegisse, eaque de causa varias omnes editiones examinavisse. Quod si *Hexapla* sua indicare voluit, quibus edendis manum admovit postquam sextam editionem, Epiphanio teste, anno Alexandri Severi B septimo, id est Christi 228, reperit, non potuisse videtur hoc eodem anno tam arduum tamque immensum opus *Hexaplorum* concinnasse et edidisse. Melius ergo epistola ad Africanum ad secundum in Græciam iter remittitur. Tillemontius non censet in hac epistola *Hexapla* indicari, sed *Tetrapla*, quæ opinatur adornari potuisse ante annum 228. At vero in hac epistola de LXX cum obelis et asteriscis editione loquitur Origenes num. 4 : Καὶ ἄλλα δὲ ἔστιν, inquit, εὑρεῖν ἐν τῇ Γενέσει οἷς σημεῖα παρεθήκαμεν, τοὺς καλουμένους παρ' Ἕλλησιν ὀβελοὺς, ἵν' ἡμῖν γνώριμον ᾖ τὸ τοιοῦτον· ὡς πάλιν ἀστερίσκους, τοῖς κειμένοις μὲν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, παρ' ἡμῖν δὲ μὴ εὑρισκομένοις. « Alia quoque in Genesi reperire est, quibus signa apposuimus, verua a Græcis dicta, ut nobis ejusmodi loca innotescant : sicut rursus obeliscos, iis quæ in Hebræo quidem exstant, apud nos autem non inveniuntur. » Quod autem in *Tetraplis* editionem LXX non emendaverit C Origenes, sed iis manum medicam obelorum et asteriscorum usu postea admoverit, nempe cum *Hexapla* et *Octapla* adornaret, invicte probat R. P. domnus Bernardus de Montfaucon in Præliminaribus suis ad *Hexapla*, pag. 10 et pag. 38. Non ergo solum post *Tetraplorum*, sed etiam post *Hexaplorum* editionem et ad secundum Origenis iter in Græciam epistola ad Africanum remittitur. Quod autem objicit sibi Tillemontius ex epistola Africani, ubi Origenem ille filium appellat, non tanti esse momenti videtur; nam verisimile est ideo filium Origenem fuisse nuncupatum, quia longe minor ætate erat; quæ ratio tam in primo quam in secundo ejus itinere par haud dubie erat. Nec desunt exempla quibus id confirmetur : Eusebius enim Vercellensis Dionysium Mediolanensem episcopum, ætate jam maturum dignitateque conspicuum, se tamen juniorem, filium compellare solebat.

3. Nunc confutandus est Joannes Rodolphus Wetsthenius qui in notis ad hanc Origenis episto- D lam, quam anno 1674 in lucem Græce edidit, censet non eo spectare illius argumenta ut ἀποκοπῇ Susannæ pro canonica, θεοπνεύστῳ, et vera genuinaque libri Danielis parte recipiatur, sed tantum ut pro vera, utili ac proinde inter pios et sacros libros legenda historia habeatur. Quam falsum id sit, paucis accipe. 1° Scripserat Africanus se cum Origenem in dialogo cum 9 Agnomone audiisset historiam Susannæ commemorantem, putasse primum rem ita se habere, sed postmodum re maturius perpensa mirari quo pacto tantum virum latuerit spuriam esse hanc libri Danielis partem. Θαυμάζω, inquit, πῶς ἔλαθέ σε τὸ μέρος τοῦ βιβλίου τοῦτο κίβδηλον ὄν. Origenes igitur in dialogo absque ullo dubitationis indicio laudaverat hanc historiam ceu veram et genuinam libri Danielis partem. 2° Nec lecta Africani epistola sententiam mutavit. Id patet ex ejus singulis ad Africani objecta responsis. Objicit Africanus primitus

οὖν ἀνάστηθι καὶ ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς ταύτης, καὶ ἄπελθε εἰς τὴν γῆν τῆς γεννήσεώς σου. » Περὶ δὲ ἐπιφανείας ὕπαρ κρείττονος, ταῦτα περὶ αὐτοῦ εἴρηται· « Ὑπελείφθη δὲ Ἰακὼβ μόνος· καὶ ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ ἕως πρωΐ. Εἶδε δὲ, ὅτι οὐ δύναται πρὸς αὐτὸν, καὶ ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ, ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀπόστειλόν με· ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. Ὁ δὲ εἶπεν· Οὐ μή σε ἀποστείλω, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Τί τὸ ὄνομά σου; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἰακώβ· εἶπε δὲ αὐτῷ· Οὐ κληθήσεται ἔτι τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατός. Ἠρώτησε δὲ Ἰακὼβ, καὶ εἶπεν· Ἀνάγγειλόν μοι τὸ ὄνομά σου· καὶ εἶπεν· Ἵνα τί τοῦτο ἐρωτᾷς τὸ ὄνομά μου; Καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν ἐκεῖ. Καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου Εἶδος Θεοῦ· Εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. Ἀνέτειλε δὲ ὁ ἥλιος, ἡνίκα παρῆλθε τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ. » Ὅτι δὲ καὶ ἐξ ἐπιπνοίας προφητεύει, δῆλον ἐκ τούτων· « Ἐκάλεσε δὲ Ἰακὼβ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ καὶ εἶπε· Συνάχθητε, ἵνα ἀπαγγείλω ὑμῖν τί ἀποβήσεται ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν· ἀθροίσθητε καὶ ἀκούσατε υἱοὶ Ἰακὼβ, ἀκούσατε Ἰσραὴλ τοῦ πατρὸς ὑμῶν· Ῥουβὶμ πρωτότοκός μου, σὺ ἰσχύς μου, καὶ ἀρχὴ τέκνων μου, σκληρὸς φέρεσθαι καὶ σκληρὸς αὐθάδης· ἐξύβρισας, ὡς ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς· ἀνέβης γὰρ ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου· τότε ἐμίανας τὴν στρωμνὴν, οὗ ἀνέβης. » Ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς αἱ εὐλογίαι προφητεῖαι οὖσαι ἐξ ἐπιπνοίας εἴρηνται. Οὐδὲν τοίνυν θαυμαστὸν καὶ τὸν Δανιὴλ, ὁτὲ μὲν ἐξ ἐπιπνοίας λελαληκέναι (75) τὸν κατὰ τῶν πρεσβυτέρων ἔλεγχον, ὁτὲ δὲ ἐνυπνίοις, ὡς καὶ σὺ φῄς, ἢ ὁράσει τε, καὶ ἄλλοτε γεγονέναι αὐτῷ ἀγγέλου ἐπιφάνειαν.

Τά γε μὴν ἄλλα σου ἐπαπορήματα ἐδόκει μοι ἀσεμνότερον εἰρῆσθαι, καὶ οὐκ ἔχεσθαι τῆς πρεπούσης σοι εὐλαβείας· οὐ χεῖρον δὲ θεῖναι τὸ αὐταῖς λέξεσιν ὑπὸ σοῦ γεγραμμένον οὕτως· « Ἔπειτα μετὰ (76) τὸ θαυμασίως πως οὕτως ἀποφθέγξασθαι, καὶ παραδοξότατά πως αὐτοὺς ἀπελέγχει, ὡς οὐδὲ Φιλιστίων ὁ μῖμος· οὐ γὰρ ἐξήρκει ἡ διὰ τοῦ Πνεύματος ἐπίπληξις, ἀλλ' ἰδίᾳ διαστήσας ἑκάτερον αὐτῶν, ἐρωτᾷ ποῦ θεάσαιτο αὐτὴν μοιχωμένην. Ὡς δὲ ὁ μὲν ὑπὸ πρῖνον ἔφασκεν, ἀποκρίνεται *πρίσειν* αὐτὸν τὸν ἄγγελον· τῷ δὲ ὑπὸ σχῖνον εἰρηκότι, *σχισθῆναι* παραπλησίως ἀπειλεῖ. » Ὥρα γὰρ παραβάλλειν ἄλλο τούτῳ παραπλήσιον εἰρημένον ἐν τῇ τρίτῃ τῶν *Βασιλειῶν*, ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁμολογήσεις ὑγιῶς ἀναγεγράφθαι, τῷ Φιλιστίωνος μίμῳ. Ἔχει δὲ οὕτως ἡ ἀπὸ τῶν *Βασιλειῶν* λέξις· « Τότε ὤφθησαν δύο γυναῖκες πόρναι τῷ βασιλεῖ, καὶ ἔστησαν ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ μία· Ἐν ἐμοὶ, κύριέ μου. Ἐγὼ καὶ ἡ γυνὴ αὕτη οἰκοῦμεν ἐν οἴκῳ ἑνὶ, καὶ ἐτέκομεν ἐν τῷ οἴκῳ. Καὶ ἐγενήθη ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ τεκούσης μου, καὶ ἔτεκε καὶ ἡ γυνὴ αὕτη. Καὶ ἡμεῖς κατὰ τὸ αὐτό. Οὐκ ἔστιν οὐδὲ

visione præstantior est, hæc de illo dicta sunt : « Remansit autem Jacob solus et luctabatur homo cum ipso usque ad mane. Vidit autem quod non prævaleret adversus eum, et tetigit latitudinem femoris ejus et emarcuit latitudo femoris Jacob, dum luctaretur cum eo. Et dixit ei : Dimitte me, ascendit enim aurora. Ille vero dixit : Non dimittam te, nisi mihi benedixeris. Ait illi : Quod est nomen tuum? Ille dixit : Jacob. Dixit illi : Non vocabitur amplius nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum, quoniam fortis fuisti cum Deo, et cum hominibus potens. Interrogavit autem illum Jacob, et dixit : Annuntia mihi nomen tuum. Et respondit : Cur rogas nomen meum? Et benedixit ei illic. Et vocavit Jacob nomen loci illius, Visionem Dei : Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea. Ortus est autem sol, quando pertransiit visio Dei [31]. » Quod vero etiam ex inspiratione prophetet, ex his est perspicuum : « Vocavit autem Jacob filios suos, et dixit : Congregamini, ut annuntiem vobis quæ ventura sunt vobis in novissimis diebus. Congregamini et audite, filii Jacob, audite Israel patrem vestrum. Ruben primogenitus meus, tu virtus mea, et initium filiorum meorum : durus ad ferendum, durus et arrogans, injuriosus fuisti, tanquam aqua ne effervescas. Ascendisti enim cubile patris tui : tunc maculasti stratum, in quod ascendisti [32]. » Similiter et reliquis impertitæ benedictiones, quæ prophetiæ sunt, ex inspiratione prolatæ sunt. Nihil igitur mirum Danielem quoque interdum ex inspiratione locutum esse, ut cum seniores reprehendit, interdum post insomnia, ut tute ais, vel visiones; alias vero angeli apparitionem ei obtigisse.

11. Aliæ tuæ dubitationes indecentius a te propositæ mihi visæ sunt, nec satis sapere eam quæ te decet, pietatem. Satius fuerit quod a te scriptum est, iisdem verbis apponere : « Deinde **24** posteaquam mirabiliter sic exclamavit, insolito prorsus illos redarguit modo, quo ne Philistion quidem mimus uteretur. Neque enim satis ei fuit afflante Spiritu illos objurgasse, sed utrumque alterum ab altero disjunctum seorsum interrogat ubinam viderit eam mœchantem. Cumque alter sub πρίνῳ (ilice) diceret; respondet πρίσειν (secturum) eum angelum; alteri vero sub σχίνῳ (lentisco) dicenti, similiter minitatur eum σχισθῆναι, id est scissum iri. » Tempus est ut etiam cum Philistionis mimo compares aliud non absimile e libro tertio Regnorum, quod tamen et ipse fateberis recte fuisse litteris mandatum. En verba : « Tunc apparuerunt duæ mulieres meretrices regi, et steterunt coram ipso. Et dixit mulier una : In me, domine mi. Ego et mulier hæc habitabamus in domo una, et peperimus domi. Et factum est tertia die postquam ego peperi, peperit

[31] Gen. XXXII, 23. [32] Gen. XLIX, 1, seqq.

(75) Wetsthenius, λελαληκέναι ὡς τόν, sed in mss. deest ὡς.

(76) *Μετά*, deest apud Wetstenium, sed reperitur in codice regio. Infra Wetstenius, οὐδ' ὡς Φιλιστίωνος μῖμος, sed codex Reg. ut in nostro textu.

et hæc mulier. Et nos simul. Nemo erat in domo A nostra præter nos ambas. Et mortuus est filius mulieris hujus noctu, quoniam dormivit super eum. Et surrexit media nocte, et sumpsit filium meum ex ulnis meis. Et ego ancilla tua dormiebam. Et transtulit eum in sinum suum, et filium suum mortuum transtulit in sinum meum. Et surrexi mane, ut lactarem filium meum : et ille erat mortuus. Et ecce consideravi eum mane : et ecce non erat filius meus, quem pepereram. Et dixit mulier altera : Non; sed filius tuus est mortuus; filius autem meus est qui vivit. Altera vero ipsa quoque dixit : Non ; sed filius meus est qui vivit, filius autem tuus mortuus est. Et locutæ sunt coram rege, et dixit rex eis : Tu dicis : Hic est filius meus qui vivit, et filius istius est mortuus. Et tu dicis : Non, sed filius meus est B qui vivit, filius autem tuus mortuus est. Et dixit rex : Accipite mihi gladium. Et attulerunt gladium coram rege. Et dixit rex : Dividite infantem vivum in duas partes, et date dimidium ejus huic, et dimidium ejus illi. Et respondit regi mulier, cujus filius erat vivus (commota sunt enim viscera ejus in filio) dixitque : In me, domine : date ei infantem vivum, et nolite interficere illum. Dixit altera : Nec mihi, nec isti sit; dividite. Et respondit rex et dixit : Date infantem ei quæ dixit : Date illi eum et nolite eum interficere. Hæc enim mater ejus est. Et audivit omnis Israel judicium quod judicavit rex, et timuerunt a facie regis, quia viderunt prudentiam Dei esse in eo ad faciendum judicium [33]. » Enimvero si liceret de iis quæ in Ecclesiis feruntur pronuntiare C cavillatorie, potius duarum meretricum, quam venerabilis Susannæ historia **25** Philistionis mimo comparanda esset. Et quemadmodum ad populi persuasionem non satis erat ut diceret Salomon : « Date huic infantem vivum, hæc enim est mater ejus; » ita non sufficiebat seniores a Daniele increpari, nisi eos ex proprio ipsorum ore convicisset, cum ambo dicerent se sub arbore quadam illam vidisse cum juvene cubantem, nequaquam autem consentirent quænam esset arbor. Et quoniam, perinde ac si compertum haberes, dixisti Danielem ex inspiratione seniores judicasse, forte quidem sic convincentem, forte autem aliter, attende : etiam hæc quæ a Daniele gesta sunt, mihi videntur similia D judicio Salomonis, de quo testatur Scriptura vidisse populum sapientiam Dei in illo fuisse ad faciendum judicium. Hoc utique de Daniele dici possit, cum sapientia polleret ad faciendum judicium, ab ipso judicatos fuisse seniores eo quo scriptum est modo.

12. Hoc etiam parum abfuit quin me fugeret, quod tamen necesse est ut apponam de lusu verborum πρῖνον-πρίσειν, et σχῖνον-σχίσειν; nempe in nostris Scripturis quasdam exstare ceu etymologias

[33] III Reg. III, 16 et seqq.

(77) Wetstenius in textu ἐπινοίας, sed alii codd. mss. ἐπιπνοίας.

(78) Wetstenius in textu τῷ ποιεῖν. Paulo post, μικροῦ δεῖν, ἔλαβέ με.

εἷς ἐν τῷ οἴκῳ ἡμῶν παρὲξ ἀμφοτέρων ἡμῶν ἐν τῷ οἴκῳ. Καὶ ἀπέθανεν ὁ υἱὸς τῆς γυναικὸς ταύτης τὴν νύκτα, ὡς ἐπεκοιμήθη ἐπ' αὐτόν. Καὶ ἀνέστη μέσης τῆς νυκτός· καὶ ἔλαβε τὸν υἱόν μου ἐκ τῶν ἀγκαλῶν μου· καὶ ἡ δούλη σου ὕπνουν. Καὶ ἐκοίμισεν αὐτὸν ἐν τῷ κόλπῳ αὐτῆς, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν τεθνεῶτα ἐκοίμισεν ἐν τῷ κόλπῳ μου. Καὶ ἀνέστην τὸ πρωῒ θηλάσαι τὸν υἱόν μου· κἀκεῖνος ἦν τεθνηκώς. Καὶ ἰδοὺ κατενόησα αὐτὸν τὸ πρωῒ, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν ὁ υἱός μου ὃν ἔτεκον. Καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ ἡ ἑτέρα· Οὐχί· ἀλλ' ὁ υἱός σου ἐστὶν ὁ νεκρὸς, ὁ υἱὸς δὲ ὁ ἐμὸς ὁ ζῶν. Ἡ δὲ ἄλλη καὶ αὐτὴ ἔλεγεν· Οὐχὶ, ἀλλ' ὁ υἱός μου ὁ ζῶν· ὁ δὲ υἱός σου ὁ τεθνηκώς. Καὶ ἐλάλησαν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς αὐταῖς· Σὺ λέγεις· Οὗτός μου ὁ υἱὸς ὁ ζῶν, καὶ ὁ υἱὸς ταύτης ὁ τεθνηκώς. Καὶ σὺ λέγεις· Οὐχὶ, ἀλλ' ὁ υἱός μου ὁ ζῶν· ὁ δὲ υἱός σου ὁ τεθνηκώς. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς· Λάβετέ μοι μάχαιραν. Καὶ προσήνεγκαν τὴν μάχαιραν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς· Διέλετε τὸ παιδίον τὸ ζῶν εἰς δύο, καὶ δότε τὸ ἥμισυ αὐτοῦ ταύτῃ, τὸ ἥμισυ αὐτοῦ ταύτῃ. Καὶ ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ ἧς ὁ υἱὸς ἦν ὁ ζῶν πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι ἐταράχθη ἡ μήτρα αὐτῆς ἐν τῷ υἱῷ αὐτῆς, καὶ εἶπεν· Ἐν ἐμοὶ, Κύριε· δότε αὐτῇ τὸ παιδίον τὸ ζῶν, καὶ θανάτῳ μὴ θανατώσητε αὐτό. Καὶ αὕτη εἶπε· Μήτε ἐμοὶ, μήτε αὐτῇ ἔστω· διέλετε. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς, καὶ εἶπε· Δότε τὸ παιδίον τῇ εἰπούσῃ· Δότε αὐτῇ τοῦτο, καὶ θανάτῳ μὴ θανατώσητε αὐτό· αὕτη γὰρ μήτηρ αὐτοῦ. Καὶ ἤκουσε πᾶς Ἰσραὴλ τὸ κρῖμα ὃ ἔκρινεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐφοβήθησαν ἀπὸ προσώπου τοῦ βασιλέως, ὅτι εἶδον, ὅτι φρόνησις Θεοῦ ἐν αὐτῷ τοῦ ποιεῖν δικαίωμα. » Εἴπερ γὰρ χρὴ περὶ τῶν φερομένων ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἀποφαίνεσθαι χλευαστικῶς, μᾶλλον τὴν περὶ τῶν δύο ἑταιρῶν ἱστορίαν τῷ Φιλιστίωνος μίμῳ, ἢ τὴν περὶ τῆς σεμνῆς Σωσάννης ὁμοιῶσαι ἐχρῆν. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἤρκει πρὸς πειθὼ τοῦ λαοῦ τὸ εἰπεῖν Σολομῶντα· « Δότε τῇδε τὸ ζῶν παιδίον· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ μήτηρ αὐτοῦ· » οὕτως οὐκ ἤρκει ἡ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους ἐπίπληξις τοῦ Δανιὴλ, μὴ προσπαραλαμβανομένου τοῦ ἐκ στόματος αὐτῶν ἐλέγχου· εἰπόντων μὲν ὑπό τι δένδρον αὐτὴν ἑωρακέναι κοιμωμένην μετὰ τοῦ νεανίσκου, μὴ μὴν συμφωνησάντων περὶ τοῦ τί δένδρον ἦν. Καὶ ἐπείπερ ὡς καταλαβὼν ἔφασκες ἐξ ἐπιπνοίας (77) τὸν Δανιὴλ κεκρικέναι τὰ περὶ τοὺς πρεσβυτέρους, τάχα μὲν οὕτως ἐλέγχοντα, τάχα δὲ ἑτέρως, πρόσχες· καὶ ταῦτα παραπλήσια δοκεῖ μοι εἶναι τὰ κατὰ τὸν Δανιὴλ τῇ κρίσει τοῦ Σολομῶντος· περὶ οὗ μαρτυρεῖ ἡ Γραφὴ, ὅτι εἶδεν ὁ λαὸς, ὅτι φρόνησις Θεοῦ ἐν αὐτῷ τοῦ ποιεῖν δικαίωμα. Τοῦτο ἂν δύναιτο λέγεσθαι καὶ περὶ τοῦ Δανιήλ· ὅτι φρονήσεως οὔσης ἐν αὐτῷ τοῦ ποιεῖν (78) δικαίωμα, ἐκρίθη τὰ ἀναγεγραμμένα περὶ τῶν πρεσβυτέρων.

Καὶ τοῦτο δὲ μικροῦ δεῖν ἔλαθέ με, ἀναγκαῖον παρατεθῆναι περὶ τοῦ πρῖνον-πρίσειν καὶ σχῖνον-σχίσειν· ὅτι καὶ ἐν ταῖς ἡμετέραις Γραφαῖς κεῖνταί τινες οἱονεὶ ἐτυμολογίαι (79) αἵτινες παρὰ μὲν

(79) Idem, πρῖνον πρίσιν, καὶ σχῖνον σχίσιν· ὅτι ἐν ταῖς ἡμετέραις Γραφαῖς κεῖνταί τινες οἱονεὶ ἐτυμελετίαι, sed alii codd. mss. rectius.

Ἑβραίοις οἰκείως ἔχουσι, παρὰ δὲ ἡμῖν οὐχ ὁμοίως. Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, ᾠκονομηκέναι (80) τοὺς ἑρμηνεύσαντας τὰ περὶ τὴν Σωσάνναν ἀνευρεῖν ἤτοι σύμφωνον τῷ Ἑβραϊκῷ, οὐ γὰρ πείθομαι, ἢ ἀνάλογον τῷ συμφωνοῦντι τῷ Ἑβραϊκῷ ὄνομά τι παρώνυμον (81). Πῶς δὲ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ Γραφῇ κεῖται τὸ τοιοῦτον, παραστήσομεν. Φησὶν ὁ Ἀδὰμ ἐπὶ τῇ γυναικὶ οἰκοδομηθείσῃ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ ἀνδρός· « Αὕτη κληθήσεται γυνὴ (82), ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. » Φασὶ δὲ οἱ Ἑβραῖοι « ἐσσὰ » μὲν καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα (83)· δηλοῦσθαι δὲ ἀπὸ τῆς λέξεως τὸ « ἔλαβον, » ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· « Χῶς ἰσουὼθ (84) ἐσσά, » ὅπερ ἑρμηνεύεται· « Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι· » « ἴς » δὲ τὸν ἄνδρα, ὡς φανερὸν ἐκ τοῦ· « Ἐσρὴ αΐς, » ὅπερ ἐστί· « Μακάριος ἀνήρ. » Κατὰ μὲν οὖν Ἑβραίους ἴς καὶ ἐσσὰ ἀνδρὸς (85), ὅτι ἀπὸ ἴς ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη. Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἑρμηνεύσαντάς τινας τὸ περὶ Σωσάννης Ἑβραϊκὸν, ἐν ἀποῤῥήτοις, ὡς εἰκὸς, πάλαι παρ' αὐτοῖς κείμενον, καὶ παρὰ τοῖς φιλομαθεστέροις καὶ φιλαληθεστέροις σωζόμενον, ἤτοι κυρίως ἐκδεδωκέναι τὰ τῆς λέξεως, ἢ εὑρηκέναι τὸ ἀνάλογον τοῖς κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν παρωνύμοις, ἵνα δυνηθῶμεν οἱ Ἕλληνες αὐτοῖς παρακολουθῆσαι. Καὶ γὰρ ἐπ' ἄλλων πολλῶν ἔστιν εὑρεῖν οἰκονομικῶς τινα (86) ὑπὸ τῶν ἑρμηνευσάντων ἐκδεδομένα· ἅπερ ἡμεῖς τετηρήκαμεν συνεξετάζοντες πάσας τὰς ἐκδόσεις ἀλλήλαις.

A quæ apud Hebræos quidem affinitatem inter se habent, sed apud nos non item. Nihil ergo mirum iis qui Susannæ historiam interpretati sunt, hanc fuisse curam, ut invenirent nomen aliquod derivatum quod aut cum Hebræo consonaret (non enim id pro certo habeo), aut cum consonante Hebræo analogiam servaret. Quomodo autem in nostra Scriptura istud reperiatur, exemplo ostendemus. Dicit Adam de muliere ædificata a Deo ex costa viri : « Hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro suo sumpta est [34]. » Dicunt autem Hebræi mulierem quidem vocari « essa, » et ea voce significari quæ huic respondet, « sumpsi, » ut patet ex his : « Chos Isuoth **26** essa, » quod est, « calicem salutaris sumam [35] ; » virum autem vocari « is, » uti liquet B ex istis : « Esre ais, » quod est, « Beatus vir [36]. » Secundum Hebræos igitur « is, » vir, et « essa, » virago, quoniam hæc a viro suo sumpta est. Nihil ergo mirum interpretes quosdam Hebraici de Susanna contextus quem olim in secretis, ut videtur, habebant, et qui apud doctiores et veritatis amantiores servabatur, vel proprie reddidisse verba, vel excogitasse quidpiam quod Hebraicis responderet derivatis, ut possimus nos Græci illos imitari. Nam et in multis aliis quædam invenire est prudenti consilio sic translata, quæ quidem nos observavimus, collatis inter se omnibus editionibus.

[34] Gen. II, 23. [35] Psal. CXV, 13. [36] Psal. I, 1.

(80) *Ὠκονομηκέναι*. Similem œconomiam tribuit C LXX Interpretibus homil. 16 in Jerem. ad locum Jerem. XVI, 18 : Ἀνταποδώσω, φησὶ, *πρῶτον διπλᾶς τὰς ἀδικίας αὐτῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸ *πρῶτον* εἴτε μὴ νοήσαντες ἐξεῖλόν τινες τὸ γεγραμμένον, εἴτε καὶ οἰκονομήσαντες ἐξελεῖν οἱ Ἑβδομήκοντα, Θεὸς ἂν εἰδείη· ἡμεῖς μέντοιγε συγκρίνοντες ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσιν εὕρομεν κείμενον, *καὶ ἀνταποδώσω πρῶτον διπλᾶς τὰς ἀδικίας*. *Retribuam*, inquit, *primum duplices iniquitates eorum*, etc. Illud, *primum*, an imperiti id expunxerint e Scriptura, an vero LXX œconomia usi exstinxerint, Deus novit. Nos equidem collatis reliquis editionibus invenimus in contextu : *et reddam primum duplices iniquitates*. Vide alias quas infra profert Origenes interpretum œconomias.

(81) Wetsthenius in textu habet, Οὐ γὰρ πείθομαι ἀνάλογον εἶναι τῷ συμφωνοῦντι τῷ Ἑβραϊκῷ ὀνόματι παρώνυμον, sed præterquam quod altera lectio quam sequimur, reperitur in aliis mss., confirmatur insuper infra ab Origene dum ait historiæ Susannæ interpretes ἤτοι κυρίως ἐκδεδωκέναι τὰ τῆς λέξεως, D ἢ εὑρηκέναι τὸ ἀνάλογον τοῖς κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν παρωνύμοις.

(82) *Γυνή*. Videtur legendum λῆμμα vel λῆψις, id est, « assumptio. »

(83) *Ἐσσὰ μὲν καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα*, etc. Hieronymus in cap. II Osee, « Hebræorum lingua vocatur vir is ; unde et uxor quæ de viro sumpta est, *issa*, quasi a viro, *virago*. » Idem in *Quæst. Hebr.* in Genesim : « Hæc vocabitur *mulier* quoniam ex viro sumpta est. Non videtur in Græco et in Latino sonare, cur *mulier* appelletur, quia ex viro sumpta sit ; sed etymologia in Hebræo sermone servatur. Vir quippe vocatur *is* איש, et mulier *essa* אשה, recte igitur ab *is* appellatur mulier *issa*. Unde et Symmachus pulchre etymologiam etiam in Græco voluit custodire dicens, αὕτη κληθήσεται *ἀνδρὶς*, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη. Quod nos Latine possumus dicere : « Hæc vocabitur *virago*, quia ex viro sumpta est. » Porro Theodotio aliam etymologiam suspicatus est, dicens : « Hæc vocabitur *assumptio*, quia ex viro sumpta est. » Potest quippe *issa*, secundum varietatem accentus, et *assumptio* intelligi. » Jam vero cum Origenes mulieris nomen Essa, perinde atque Theodotio deducat a radice נשא λαμβάνω, ut sua ipsi ratiocinatio constet, et aliqua etymologia in verbis Græcis servetur, locum Geneseos II, 23, quem paulo antea laudavit, sic debuit legere, αὕτη κληθήσεται *λῆμμα*, vel *λῆψις*, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. Ut ut est, quod ait Hieronymus posse *Issa* secundum varietatem accentus, et *assumptionem* intelligi, id verissimum est, si אשה deducatur ex נשה vel נשא « sumpsit, assumpsit ; » nam per « varietatem accentus » nihil aliud intelligit sanctus doctor, quam variam litteræ ש pronuntiationem. Quamobrem dicendum est Theodotionem, si παρωνυμίαν Hebraicam proprie reddere voluit, tam τὸ, λῆμμα, quam τὸ, ἐλήφθη, ex unica radice נשה vel נשא deduxisse, prorsus neglecto D præterito passivo sequenti ולקחה. Verum longe mihi verisimilius est illum παρωνυμίαν, quæ in textu Hebraico est, non proprie reddere voluisse, sed œconomice aliam longe diversam excogitasse, *Issa* λῆμμα *assumptionem* interpretando, ut luderet cum τῷ, ἐλήφθη, « sumpta est, » quo verbo exprimitur ולקחה

(84) *Ἰσουώθ*. Sic omnes habent codd. mss. Male autem Wetsthenii codex, Ἰσουάθ.

(85) *Ἴς καὶ ἐσσὰ ἀνδρός*. Forte legendum, uti conjicit Wetsthenius, ἴς ἀνὴρ, καὶ ἐσσὰ ἀνδρὶς, ut servetur verborum lusus a Symmacho excogitatus. [Emendo εἶς aut ἕς איש, *aish*. Idem legimus apud Eusebium, *Præp. evang.* XI, 6, p. 517 B, ubi Stephan., contra omnes codd., ἴς edidit. NOLTE.] Paulo post codex Wetsthenii perperam habet : οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἑρμηνεῦσαι τὰς τινάς τὸ, recte autem alii mss. ut in nostro textu.

(86) Nostri mss., τινά, Wetsthenii codex τά.

13. Præterea hæc a te objiciuntur his verbis : A « Quomodo qui Babylone captivi erant, qui talorum lusu væniebant, qui, ut de priori Israelis captivitate narratur, in plateas projiciebantur insepulti, filiis eorum abreptis ut eunuchi, et filiabus ut pellices essent, sicut a prophetis prædictum erat, hi judicium mortis ferebant, et quidem contra uxorem regis sui Joakim quem throni sui consortem fecerat rex Babyloniorum? Quod si non fuit iste, sed alter ex plebe Joakim, undenam captivo tantæ ædes, undenam ei erat tam elegans et spatiosus hortus? » Undenam vero habes quod dixisti hos lusu talorum væniisse, et in plateas projectos esse insepultos, nisi, quantum ego novi, ex Tobia? Verum nos oportebat scire Hebræos Tobia non uti, B neque Judith. Nec enim hos libros etiam in apocryphis Hebraice habent, ut ab ipsis didicimus. Sed quoniam Ecclesiæ Tobia utuntur, sciendum est etiam in captivitate nonnullos captivos divites fuisse, beneque res suas gessisse. Ipse Tobias ait : « Quoniam memor fui Dei in tota anima mea, dedit Altissimus gratiam et formam coram Nemessaro, et eram ejus dispensator, et ivi in Mediam, et deposui apud Gabelum fratrem Gabriæ in Ragis Mediæ argenti talenta decem [37]. » Atque ut dives **27** hoc addit : « In diebus Nemessari multas erogavi eleemosynas fratribus meis. Panes meos dedi esurientibus, et vestes nudis, et si quem vidissem ex genere mortuum et projectum post mœnia Ninive, sepeliebam eum; et si quem occidisset C Sennacherim rex fugiens ex Judæa, sepeliebam eos furtim. Multos enim occidit in ira sua[37*]. » Considera annon multas ostendat divitias et facultates tantus catalogus beneficiorum Tobiæ, et id maxime quod subjungit dicens : « Cum cognovissem quæri me ad mortem, timore perculsus recessi, et direpta sunt omnia mea bona[37**]. » Sed et alius captivus Dachiacharus, Ananielis fratris Tobiæ filius, præfectus

A Πρὸς τούτοις ἐπαπορεῖς αὐταῖς λέξεσι· « Πῶς αἰχ-
μάλωτοι ὄντες ἐν τῇ Βαβυλῶνι, ἠστραγαλωμένοι (87),
καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἄταφοι ῥιπτούμενοι, ὡς ἐν
τῇ προτέρᾳ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ Ἰσραὴλ ἱστόρηται, τῶν
παίδων αὐτοῖς ἀποσπωμένων εἰς εὐνουχισμὸν, καὶ
τῶν θυγατέρων εἰς παλλακὰς, ὡς (88) προπεφήτευτο,
οἵδε περὶ θανάτου ἔκρινον, καὶ ταῦτα τῇ τοῦ βασιλέως
αὐτῶν γενομένῃ γυναικὶ Ἰωακεὶμ, ὃν σύνθρονον
πεποίητο ὁ Βαβυλώνιος βασιλεύς; Εἰ δὲ οὐχ οὗτος (89),
ἄλλος δὲ τοῦ λαοῦ Ἰωακείμ· πόθεν τοιαύτη κατά-
λυσις αἰχμαλώτῳ περιῆν, καὶ παράδεισος ἀμφιλαφὴς
ἦν; πόθεν δὲ λαβὼν ἔλεγες τό· *Ἠστραγαλωμένοι* (90)
καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἄταφοι ῥιπτούμενοι· ἢ, ὅσον
ἐπ' ἐμῇ γνώσει, ἀπὸ τοῦ Τωβία; περὶ οὗ ἡμᾶς
ἐχρῆν ἐγνωκέναι, ὅτι Ἑβραῖοι τῷ Τωβίᾳ οὐ χρῶνται,
B οὐδὲ τῇ Ἰουδήθ· οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν αὐτὰ καὶ ἐν ἀπο-
κρύφοις ἑβραϊστί (91)· ὡς ἀπ' αὐτῶν μαθόντες ἐγνώ-
καμεν. Ἀλλ' ἐπεὶ χρῶνται τῷ Τωβίᾳ αἱ Ἐκκλησίαι,
ἰστέον, ὅτι καὶ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τινὲς τῶν αἰχμα-
λώτων ἐπλούτουν, καὶ εὖ ἔπραττον. Αὐτὸς δὲ ὁ Τω-
βίας φησί· « Καθότι ἐμεμνήμην τοῦ Θεοῦ ἐν ὅλῃ
τῇ ψυχῇ μου, καὶ ἔδωκεν ὁ Ὕψιστος χάριν καὶ
μορφὴν ἐνώπιον Νεμεσσάρου (92), καὶ ἤμην αὐτοῦ
ἀγοραστής· καὶ ἐπορευόμην εἰς τὴν Μηδίαν, καὶ παρ-
εθέμην Γαβαήλῳ τῷ ἀδελφῷ Γαβρία ἐν Ῥάγοις (93)
τῆς Μηδίας ἀργυρίου τάλαντα δέκα. » Καὶ ἐπι-
φέρει ὡς πλούσιος τό· « Ἐν ταῖς ἡμέραις Νεμεσ-
σάρου ἐλεημοσύνας πολλὰς ἐποίησα (94) τοῖς ἀδελ-
φοῖς μου. Τοὺς ἄρτους μου ἐδίδουν πεινῶσι καὶ ἱμά-
C τια τοῖς γυμνοῖς· καὶ εἴ τινα ἐκ τοῦ γένους ἑώρων
(95) τεθνηκότα καὶ ἐῤῥιμμένον ὀπίσω τοῦ τείχους
Νινευΐ, ἔθαπτον αὐτόν· καὶ εἴ τινα ἀπέκτεινε Σενα-
χηρεὶμ βασιλεὺς, ὅτε ἦλθε φεύγων ἐκ τῆς Ἰουδαίας,
ἔθαψα αὐτοὺς κλέπτων· πολλοὺς γὰρ ἐπέκτεινεν (96)
ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ. » Καὶ κατανόει εἴ γε μὴ (97) πο-
λὺν πλοῦτον ἐμφαίνει καὶ πολλὴν περιουσίαν ὁ κατά-
λογος ὁ τοσοῦτος τῶν εὐποιιῶν τοῦ Τωβία· καὶ μά-
λιστα, ὅτι ἐπιφέρει λέγων τό· « Ἐπιγνοὺς, ὅτι ζη-

[37] Tob. I, 12, 13, 14 sec. LXX. [37*] Ibid. 16, 17, 18. [37**] Ibid. 19, 20.

(87) *Ἠστραγαλωμένοι*. Wetstenii codex, ἀστρα-
γαλώμενοι. Notum est ἀστράγαλον et ἀστραγαλίζω,
« talos, et lusum talorum » significare. Notum
etiam, tempore captivitatis, Judæos tanquam ab-
jectissima mancipia habitos, modo « sortibus jactis, »
modo « pro vino » distractos fuisse. Vide Joel III,
3, et Abdiam II. Ergo participium istud ἠστραγα-
λωμένοι non male videtur verti posse : « Talorum
lusu distracti. » Verumtamen licet τὸ, ἠστραγαλω-
μένοι, constanter legatur tum apud Africanum,
tum apud Origenem, dubitandi locus est, ut monet
Wetsthenius, an potius legendum sit ἐστραγγαλω-
μένοι. Africani enim verba Origenes paulo infra
diserte refert ad Tobiam, at Tobiæ cap. II, 3, tam
in Aldi quam in aliis editis libris legitur : εἷς ἐκ
τοῦ γένους ἡμῶν ἐστραγγαλωμένος ἔῤῥιπται ἐν τῇ
ἀγορᾷ. « Quidam de genere nostro » Vet. interp.
Latin. « jugulatus, » Vulgat. « præfocatus, » Xantes
Pagninus « strangulatus projectus est in foro. »
Vox tamen, ἠστραγαλωμένοι, nobis videtur reti-
nenda, tum quia altera ἐστραγγαλωμένος semel
tantum occurrit in Tobia, nec alibi legitur in Bi-
bliis, tum quia sortis abjectissimæ argumentum
est « lusu talorum » distrahi et post mortem « in-
sepultum in foro jacere. » — Vide quæ ad ep.
Africani ad Orig., cap. 2, initio dicta sunt. NOLTE.

(88) Wetstenius, ὥσπερ προπεφήτευτο, quod in margine conjicit legendum ὥσπερ πεπροφήτευται.

(89) Wetstenii codex, οὕτως, male.

(90) Idem ἔλεγε τὸ, ἀστραγαλώμενοι. Emendo στραγγαλώμενοι. NOLTE.

D (91) *Ἑβραῖοι τῷ Τοβίᾳ οὐ χρῶνται, οὐδὲ τῇ*
Ἰουδήθ· οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν αὐτὰ καὶ ἐν ἀποκρύφοις
ἑβραϊστί. Hieronymus Præfat. in Tobiam : « Librum
Tobiæ Hebræi de catalogo divinarum Scripturarum
secantes, his quæ hagiographa memorant, manci-
parunt. Arguunt nos Hebræorum studia, et impu-
tant nobis contra suum canonem Latinis auribus
ista transferri, sed melius esse judicans Pharisæo-
rum displicere judicio, et episcoporum jussionibus
deservire, institi ut potui. » Idem Præfat. in Judith :
« Apud Hebræos liber Judith inter apocrypha legi-
tur, cujus auctoritas ad roboranda illa quæ in con-
tentionem veniunt, minus idonea judicatur. »

(92) Aldus Ἐνεμεσσάρου, et sic infra.

(93) Idem, Ἀργοῖς.

(94) Idem, ἐποίησα.

(95) Idem, ἐθεώρουν.

(96) Idem, ἀπώλεσεν.

(97) Wetstenii codex, εἴ γε μὴν, male.

τοῦμαι ἀποθανεῖν, φοβηθεὶς ἀνεχώρησα, καὶ διηρπάγη πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου. » Ἀλλὰ καὶ ἕτερος αἰχμάλωτος Δαχιάχαρος (98) ὁ τοῦ Ἀνανιὴλ υἱὸς ἀδελφοῦ Τωβία ἐπὶ πᾶσαν κατεστάθη τὴν λογιστείαν τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως Ἀχερδόνος, καὶ ἐπὶ πᾶσιν τὴν διοίκησιν· καὶ λέγεται, « ὅτι ἦν ὁ Δαχιάχαρος οἰνοχόος, καὶ ἐπὶ τοῦ δακτυλίου, καὶ διοικητὴς, καὶ ἐκλογιστής. » Καὶ ὁ Μαρδοχαῖος δὲ περὶ τὴν αὐλὴν διέτριβε τοῦ βασιλέως, καὶ τοσαύτην εἶχε παῤῥησίαν πρὸς αὐτὸν, ὥστε καὶ ἐν εὐεργέταις ἀναγεγράφθαι τοῦ Ἀρταξέρξου. Ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ Ἔσδρα· Νεεμίας οἰνοχόος τοῦ βασιλέως καὶ εὐνοῦχος αὐτοῦ (99), Ἑβραῖος τῷ γένει, ᾐτήσατο τὰ περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ, καὶ ἔτυχεν· ὥστε μετὰ πλειόνων ἐπιτραπῆναι ἀπελθεῖν ἀνορθῶσαι τὸν ναόν. Τί οὖν θαυμαστὸν τὸ, παράδεισον, καὶ οἰκίαν, καὶ κτῆμα γεγονέναι τινὸς Ἰωακεὶμ, εἴτε πολυτελὴς (99*) εἴτε καὶ μετρία ἦν; Οὐ γὰρ σαφῶς δηλοῦται ἀπὸ τῆς Γραφῆς τὸ τοιοῦτον.

A erat cunctis rationibus regni regis Acherdonis, et universæ administrationi, diciturque : « Et erat Dachiacharus pocillator, annuli custos, dispensator, et rationibus præfectus [38]. » Mardochæus quoque versabatur in aula regis, tantaque pollebat apud eum auctoritate, ut etiam ascriptus sit inter benefactores Artaxerxis [39]. Præterea in Esdra etiam Neemias pocillator regis et ejus eunuchus, genere Hebræus, petiit ædificationem templi, et impetravit ut sibi liceret abire cum pluribus et templum instaurare [40]. Quid ergo mirum, hortum, domum ac prædium habuisse quemdam nomine Joakim, sive ampla illa sive mediocria fuerint. Nihil enim hujuscemodi aperte indicat Scriptura.

Ἀλλὰ φῄς· « Πῶς περὶ θανάτου ἔκρινον ἐν αἰχμαλωσίᾳ τυγχάνοντες; » οὐκ οἶδα πόθεν ἀμφιβάλλων τὸ βασιλέως εἶναι γυναῖκα, διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τοῦ Ἰωακεὶμ, τὴν Σωσάνναν. Λεκτέον δ', ὅτι οὐδὲν παράδοξον, μεγάλων ἐθνῶν ὑποχειρίων γενομένων, πρὸς βασιλέως συγκεχωρῆσθαι τοῖς οἰκείοις νόμοις χρῆσθαι (1) τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τοῖς δικαστηρίοις. Καὶ νῦν γοῦν Ῥωμαίων βασιλευόντων, καὶ Ἰουδαίων τὸ δίδραχμον αὐτοῖς τελούντων, ὅσα συγχωροῦντος Καίσαρος

B 14. Sed, inquis, « quomodo sententiam mortis ferebant qui erant in captivitate? » dubitans, nescio qua de causa, fueritne Susanna conjux regis, propter nominis Joakim æquivocationem. Respondeo, nihil insolitum accidisse si, magnis gentibus subactis, a rege concessum fuit ut suis legibus 28 et judiciis utantur captivi. Certe nunc cum Judæi Romanis imperantibus didrachma pendunt, quantam concedente Cæsare in ipsos auctoritatem ha-

[38] Tob. I, 22. [39] Esth. II, 19, 23. [40] II Esdr. I.

(98) Aldus, Ἀχιάχαρος, et pro Ἀνανιὴλ habet Ἀναὴλ. Ibidem in codice Wetstenii desideratur vox υἱός quæ in codice Regio et Cant. et in aliis reperitur. Paulo post Aldus, τὴν ἐκλογιστίαν, et pro Ἀχερδόνος, legit Σαρχεδόνος.

(99) *Νεεμίας οἰνοχόος τοῦ βασιλέως καὶ εὐνοῦχος αὐτοῦ.* Origenes tom. XIV in Matth. : Εἰσί τινες εὐνοῦχοι, τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι, διὰ τοῦτο εὐνοῦχοι ἵν' οἰκοδομήσωσι πεσοῦσαν τὴν Ἱερουσαλήμ. Τῶν δὲ παράδειγμα ὁ ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἔσδρα γεγραμμένος, ὅς φησι· Καὶ ἐγὼ ἤμην εὐνοῦχος τῷ βασιλεῖ. « Sunt quidam eunuchi, Dei homines, qui propterea eunuchi facti sunt ut collapsam ædificent Jerusalem. Horum exemplum est is de quo scribitur in II Esdræ libro, qui inquit : Et ego eram eunuchus regi. » Observat hunc locum doctissimus Huetius lib. II *Origenianorum*, cap. 1, num. 2, putatque imperitia linguæ Hebrææ lapsum esse Origenem, ut εὐνοῦχον pro οἰνοχόῳ substituerit. Forte tamen ex collatione præsentium verborum deprehendi potest, Origenem memoria lapsum fuisse : diserte namque οἰνοχόον eum vocat, quod respondet Hebræo משקה. Utrum vero Origenes, ex traditione Judæorum, vel ex consuetudine regum orientalium quorum famuli et οἰνοχόοι (vide Genes. XL, 1, 2) eunuchi plerumque fuerunt, collegerit ipsum etiam Nehemiam eunuchum fuisse, incertum est. Quomodo autem factum sit, ut Nehemias a poculis regis Persarum fuerit, ex *Athenæi* lib. I, pag. 14, viri docti eleganter monstrarunt. Sic ille : Ὅτι ὁ Περσῶν βασιλεὺς τὸν Χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπινεν, ὅν φησὶ Ποσειδώνιος κἀν Δαμασκῷ τῆς Συρίας γίνεσθαι, Περσῶν αὐτόθι καταφυτευσάντων τὰς ἀμπέλους. « Persarum rex vinum Chalybonium solum bibere consueverat, quod Posidonius etiam in Damasco Syriæ nasci confirmat, quia vineas ibi Persæ plantarunt. » Syria autem Judææ finitima est, adeoque Nehemiæ poterat vini illius administratio magis esse nota quam aliis. Unde et regi aptior et præ aliis idoneus pincerna visus. WETSTENIUS.

(99*) Forte leg. πολυτελῆ. EDIT. PATROL.

(1) *Συγκεχωρῆσθαι τοῖς οἰκείοις νόμοις χρῆσθαι.* Id diserte testatur Strabo Cappadox teste Josepho libr. XIV *Antiq. Judaic.*, cap. 12, qui ejus verba sic refert : Τέτταρες δ' ἦσαν ἐν τῇ πόλει τῶν Κυρηναίων, ἥ τε τῶν πολιτῶν, καὶ ἡ τῶν γεωργῶν, τρίτη δ' ἡ τῶν μετοίκων, καὶ τετάρτη ἡ τῶν Ἰουδαίων. Αὕτη δ' εἰς πᾶσαν πόλιν ἤδη παρεληλύθει, καὶ τόπον οὐκ ἔστι ῥᾳδίως εὑρεῖν τῆς οἰκουμένης, ὃς οὐ C παραδέδεκται τοῦτο τὸ φῦλον, μηδ' ἐπικρατεῖται ὑπ' αὐτοῦ. Τήν τε Αἴγυπτον καὶ τὴν Κυρηναίαν, ἅτε τῶν αὐτῶν ἡγεμόνων τυχοῦσαν, τῶν τε ἄλλων συχνὰ, ζηλῶσαι συνέβη· καὶ δὴ τὰ συντάγματα τῶν Ἰουδαίων θρέψαι διαφερόντως, καὶ συναυξῆσαι χρώμενα τοῖς πατρίοις τῶν Ἰουδαίων νόμοις. Ἐν γοῦν Αἰγύπτῳ κατοικία τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν ἀποδεδειγμένη, χωρὶς δὲ καὶ τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων πόλεως ἀφώριστο μέγα μέρος τῷ ἔθνει τούτῳ. Καθίσταται δὲ καὶ ἐθνάρχης αὐτῶν, ὃς διοικεῖ τε τὸ ἔθνος, καὶ διαιτᾷ κρίσεις, καὶ συμβολαίων ἐπιμελεῖται καὶ προσταγμάτων, ὡσὰν πολιτείας ἄρχων αὐτοτελοῦς. « Quatuor erant genera in Cyrenensium urbe, cives, agricolæ, inquilini, et quarti Judæi. Hoc jam in omnes urbes subrepsit, nec est facile invenire locum in orbe habitabili, quem recepta semel hæc gens non obtineat. Nam et Ægyptus et Cyrene, utpote eisdem solitæ parere dominis, aliæque multæ regiones horum ritus admiserunt, aluntque congregationes Judæo- D rum maximas, tempore coalitas et utentes institutis domesticis. Per Ægyptum sane etiam coloniæ sunt ejus gentis. Absque eo quod Alexandrinæ urbis magna pars eis assignata est. Habet etiam ethnarcham qui suæ gentis res administret, et controversias ex jure dirimat, et contractus atque pacta rata habeat, non aliter quam fit in absoluta republica. » Vide insuper Josephum lib. XIX *Antiquit. Judaic.*, cap. 4, ubi duplex refert Claudii imperatoris edictum jubentis ut Judæis tum Alexandrinis, tum aliis sub imperio Romano viventibus, suo jure et suis legibus uti liceat. Vide eumdem Joseph. lib. VII *De bello Judaico*, cap. 9, Græc. vel c. 21 Latin., ubi de Judæis apud Antiochiam degentibus agitur.

beat ethnarcha, ut nihil differat ab eo qui regnum obtineret in gentem, scimus qui sumus experti. Fiunt etiam judicia latenter secundum legem et nonnulli morte damnantur, non quidem cum plena omni ex parte libertate, sed tamen non inscio imperatore : idque in regione gentis longo tempore commorati didicimus et pro certo accepimus. Verumtamen sub Romanis duæ solum referuntur esse tribus, Juda nempe et Benjamin. Esto et Levitica. At Israel, præter populum Juda, decem erant tribus, verisimileque est Assyriis satis fuisse quod imperio suo subditos illos haberent, cæterum propria eis concessisse judicia.

15. Inveni et istud in tua epistola hisce verbis : « Postremo omnium, cum tot præcesserint prophetæ, nullus e posterioribus sententiam alterius iisdem verbis usurpavit. Neque enim emendicabat illorum oratio, utpote vera ; hic autem cum alteri illorum minitatur, commemorat Dominum dicentem : « Insontem et justum non occides [41] ; » et miratus sum quod cum multum sis versatus in examinandis et meditandis Scripturis, non observaris prophetas prophetarum uti sermonibus, iisdem propemodum verbis. Quis enim vel e vulgo fidelium ignorat id quod scriptum est in Isaia : « Erit in extremis diebus manifestus mons Domini, et domus Dei in vertice montium, et exaltabitur super colles, et venient omnes gentes ad eum, et proficiscentur populi multi et dicent : Venite, ascendamus in montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et annuntiabit nobis viam suam, et ambulabimus in ea. Nam de Sion exibit lex, et verbum Domini in Jerusalem. Et judicabit inter gentes et judicabit populum multum. Et concident gladios suos in aratra, et hastas suas in falces, et
29 non accipiet gens contra gentem gladium, et non discent amplius bellare [42]. » His omnibus plane similis est ac iisdem verbis conceptus hic Michææ locus : « Et erit in novissimis diebus manifestus

A ὁ ἐθνάρχης (2) παρ' αὐτοῖς δύναται, ὡς μηδὲν διαφέρειν βασιλεύοντος τοῦ ἔθνους, ἴσμεν οἱ πεπειραμένοι. Γίνεται δὲ καὶ κριτήρια λεληθότως κατὰ τὸν νόμον, καὶ καταδικάζονταί τινες τὴν ἐπὶ τῷ θανάτῳ (3)· οὔτε μετὰ τῆς πάντη εἰς τοῦτο παῤῥησίας, οὔτε μετὰ τοῦ λανθάνειν τὸν βασιλεύοντα· καὶ τοῦτο ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ ἔθνους πολὺν διατρίψαντες χρόνον μεμαθήκαμεν καὶ πεπληροφορήμεθα. Καί τοι γε ὑπὸ Ῥωμαίοις (4) δύο φυλαὶ μόναι εἶναι ἱστόρηνται, ἥ τε Ἰούδα καὶ Βενιαμίν· ἔστω δὲ καὶ Λευϊτική. Ὁ δὲ (5), παρὰ τὸν λαὸν Ἰούδα, Ἰσραὴλ, δέκα ἦσαν φυλαί· καὶ εἰκὸς, ἀρκεσθέντας τοὺς Ἀσσυρίους τῷ ὑποχειρίους αὐτοὺς ἔχειν, ἐπιτετραφέναι αὐτοῖς τὰ οἰκεῖα δικαστήρια.

Εὗρόν σου ἐν τῇ ἐπιστολῇ καὶ τοῦτο αὐταῖς λέξεσι τό· « Ἐπὶ δὲ πᾶσι, τοσούτων προωδοιπορηκότων προ- B φητῶν, τῶν τε ἑξῆς οὐδεὶς ἕτερος ἑτέρου κέχρηται ῥητῷ (6) νοήματι· οὐ γὰρ ἐπτώχευσεν ὁ λόγος αὐτῶν ἀληθὴς ὤν· οὑτοσὶ δὲ, ἐκείνων θατέρῳ ἐπαπειλῶν ὑπομιμνήσκει σε (7) λέγοντος τοῦ Κυρίου· Ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς· » καὶ ἐθαύμασα, πῶς πολλὰς διατριβὰς ἔχων ἐν ταῖς ἐξετάσεσι καὶ μελέταις τῆς Γραφῆς, οὐ τετήρηκας συγχρωμένους προφήτας προφητῶν λόγοις σχεδὸν αὐταῖς λέξεσι. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε καὶ τῶν πολλῶν πιστῶν κείμενον ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ τό· « Ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου· καὶ ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ (8) ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων, καὶ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ ἥξουσιν ἐπ' αὐτὸ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, ἀνα- C βῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ· ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐν Ἱερουσαλὴμ (9). Καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν, καὶ κρινεῖ λαὸν πολύν· καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐ λήψεται ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν· καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. » Τὸ δὲ παραπλήσιον τούτοις ὅλοις, καὶ τῇ αὐτῇ λέξει, ἐν τῷ Μιχαίᾳ οὕτως ἐστὶ

[41] Exod. XXIII. 7. [42] Isa. II, 2 seqq.

(2) *Ὁ ἐθνάρχης.* Hunc magistratum modo Josephus vocat ἄρχοντα, Græcorum more, ut *De bello Judaico* lib. VII, cap. 9, Græc., modo etiam ἐθνάρχην, hoc est ἄρχοντα τοῦ ἔθνους lib. XIX *Antiq. Judaic.*, cap. 4. Alias vocatur πατριάρχης ab Origene lib. IV *De principiis*, cap. 1, et ab Epiphanio hæres. 30, pag. 60.

(3) *Τὴν ἐπὶ τῷ θανάτῳ.* Quanta auctoritate et licentia fruerentur Judæi præsertim in Phrygia, liquet ex responsis orthodoxi cujuspiam ad Montanistas apud Eusebium *Historiæ ecclesiasticæ* libro quinto, cap. 16 : Ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν πρὸς Θεοῦ· ἐστί τις, ὦ βέλτιστοι, τούτων τῶν ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ γυναικῶν λαλεῖν ἀρξαμένων, ὅστις ὑπὸ Ἰουδαίων ἐδιώχθη, ἢ ὑπὸ παρανόμων ἀπεκτάνθη ; Οὐδείς. Οὐδέ γέ τις αὐτῶν κρατηθεὶς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος ἀνεσταυρώθη ; Οὐ γὰρ οὖν. Οὐδὲ μὴν οὐδὲ ἐν συναγωγαῖς Ἰουδαίων τῶν γυναικῶν τις ἐμαστιγώθη ποτὲ, ἢ ἐλιθοβολήθη ; Οὐδαμόσε οὐδαμῶς. Ἄλλῳ δὲ θανάτῳ τελευτῆσαι λέγονται Μοντανός τε καὶ Μαξιμίλλα, etc. « Respondeant nobis, quæso per Deum : estne aliquis eorum qui jam inde a Montano et mulierculis primum garrire cœperunt, qui a Judæis persecutionem passus sit, aut ab impiis trucidatus ? nemo certe. Nec vero ullus eorum pro Christi nomine prehensus, in crucem actus est. Sed neque ulla mulier in Judæorum synagogis aut flagris cæsa aut lapidibus impetita est. Nusquam profecto, nec unquam. Imo longe alio mortis genere interiisse dicuntur Montanus et Maximilla »

(4) *Ὑπὸ Ῥωμαίοις.* Leo Castrius legendum pu- D tat, ὑπὸ Βαβυλωνίοις, « sub Babyloniis. » Videtur tamen recte dictum sub Romanis fuisse duas tribus, ut argumentum sit « a minori ad majus : » nimirum, si duæ tribus sub Romanis tantam habuerint potestatem, multo magis decem tribus sub Assyriis, eamdem aut majorem habuisse credendum est. WETSTENIUS.

(5) *Ὁ δέ.* Wetstenius omisit particulam δέ.

(6) Wetstenius , ῥητῶν, et paulo post, ὁ λόγος αὐτῆς ἀληθὴς ὤν· οὑτωσὶ δέ, male.

(7) *Ὑπομιμνήσκει σε.* In epistola Africani deest, σε, et abesse quoque hoc loco potest sine sensus dispendio.

(8) *Θεοῦ.* Unus codex ms. Κυρίου. Mox Aldus ἐπ' ἄκρου, et paulo post, ἥξουσιν ἐν αὐτῇ πάντα.

(9) Aldus, ἐξ Ἱερουσαλήμ. Idem paulo post, ἐξελέγξει λαὸν πολύν. Codex Basileensis, ἐλέγξει λαὸν πολύν.

γεγραμμένον· « Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν A ἐμφανὲς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν· καὶ σπεύσουσιν ἐπ' αὐτῷ λαοί, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλά, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος (10) τοῦ Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, καὶ δείξουσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· καὶ πορευσόμεθα ἐν ταῖς τρίβοις αὐτοῦ· ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. Καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον λαῶν πολλῶν, καὶ ἐλέγξει ἐπὶ ἔθνη (11) ἰσχυρὰ ἕως εἰς μακράν, καὶ κατακόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐκέτι μὴ ἄρῃ ἔθνος ἐπ' ἔθνος ῥομφαίαν, καὶ οὐκέτι μὴ μάθωσι πολεμεῖν. » Ἔτι δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν *Παραλειπομένων* ὁ τεταγμένος ἐν χειρὶ Ἀσὰφ, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ψαλ- B μὸς, τοῦ αἰνεῖν τὸν Κύριον, οὗ ἡ ἀρχή· « Ἐξομολογεῖσθε καὶ ἐπικαλεῖσθε αὐτὸν ἐν ὀνόματι αὐτοῦ, » ἐν μὲν τοῖς πλείστοις κατὰ τὴν ἀρχὴν ἰσοδυναμεῖ τῷ ρδ' ψαλμῷ, ἕως τοῦ· « Καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε· » μετὰ δὲ τοῦτο τῷ ϙε' ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐγγύς πως ἐχούσης τό· « Ἄσατε τῷ Κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ· » ἕως τοῦ· « Ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν. » Ἐπεὶ δὲ ἦν τὸ παραθέσθαι αὐτὰς τὰς λέξεις πολὺ, διὰ βραχέων πρὸς τὸ προκείμενον ταῦτα εἰρήκαμεν. Εὑρήσεις δὲ καὶ περὶ τοῦ μὴ αἴρειν βάσταγμα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων οὐ μόνον παρὰ Μωϋσεῖ γεγραμμένον, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ. Καὶ περὶ τοῦ Πάσχα καὶ νόμων ἱερατικῶν εὑρήσεις παρά τε Μωϋσεῖ καὶ ἐν τοῖς τελευταίοις τοῦ Ἰεζεκιήλ. Καὶ αὐτὰς δ' ἂν παρεθέμην τὰς λέξεις, καὶ C ἄλλας πλείονας, εἰ μὴ ἑώρων ὑπὸ τῆς ὀλιγότητος τῶν ἐν Νικομηδείᾳ ἡμερῶν ἡμῶν ἀποκλειόμενον τὸν χρόνον τῆς πρὸς σὲ γραφῆς.

Πρὸς τούτοις ἔφασκες καὶ τὸν τῆς φράσεως χαρακτῆρα διαλλάσσειν· ὅπερ ἐμοὶ οὐ πάνυ τι ἐφάνη. Καὶ ταῦτα μὲν ἀπελογησάμην· ἣν δ' ἂν προηγουμένως μετὰ τὰ ἐγκλήματα ἐγκώμιον εἰπεῖν τῆς περὶ Σωσάνναν Γραφῆς ἐπιβαίνοντα ἑκάστῃ λέξει, καὶ δεικνύντα τὸ ἐξαίρετον τῶν νενοημένων· ὅπερ ἰδίᾳ τις τῶν φιλομαθῶς καὶ ἱκανῶς μεμελετηκότων τὰ θεῖα συντάξαι δυνήσεται. Ταῦτα πρὸς τὰ, ὡς φής, κρούματα ἀπεκρινάμην, καὶ ἀντιγράφω· εἴθε καὶ παιδεύειν δυναίμην! νυνὶ δὲ οὐ τηλικαῦτα ἐμαυτῷ δίδωμι. Προσαγορεύει σε ὁ συναγωνισάμενος τῇ ὑπαγορεύσει τῆς ἐπιστολῆς, καὶ παρατυχὼν πάσῃ αὐτῇ, ἐν οἷς βεβούληται διορθωσάμενος, κύριός μου καὶ ἀδελφὸς ἱερὸς Ἀμβρόσιος (12). Ἀσπάζεταί δέ σε καὶ ἡ πιστοτάτη σύμβιος αὐτοῦ Μαρκέλλα ἅμα τοῖς D τέκνοις, καὶ Ἀνίκητος (13). Σὺ τὸν καλὸν ἡμῶν πάπαν Ἀπολλινάριον (14) ἄσπασαι, καὶ τοὺς ἀγαπῶντας ἡμᾶς.

mons Domini, præparatus in vertice montium, et elevabitur supra colles, et festinabunt ad ipsum populi; et proficiscentur multæ gentes, et dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et ostendent nobis viam ejus, et ambulabimus in semitis ejus; quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem: et judicabit inter multos populos, et arguet gentes multas usque in longinquum, et concident gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces, et non tollet amplius gens gladium contra gentem, et non amplius discent bellare [43]. » Præterea in primo *Paralipomenon*, psalmus in manu Asaph et fratrum ejus ordinatus ad laudandum Dominum, cujus est initium: « Confitemini et invocate ipsum in nomine ejus [44], » in plerisque ab initio similis est psalmo centesimo quarto usque ad verba: « Et in prophetis meis nolite malignari [45]; » postea vero psalmo nonagesimo quinto ab ejus initio quod fere sic habet: « Cantate Domino, omnis terra; » usque ad hæc verba: « Quoniam venit judicare terram [46]. » Sed quoniam longum fuisset ipsa verba apponere, paucis hæc ad propositum diximus. Invenies autem et de onere non ferendo die Sabbati non solum apud Moysem scriptum, sed etiam in Jeremia. Item de Paschate et legibus sacerdotalibus invenies et apud Moysem, et in extremis Ezechielis capitibus [47]. Apposuissem et ipsa verba, et alia plura, nisi vidissem paucitate dierum nostræ Nicomediæ commorationis tempus ad te scribendi nobis præcludi.

16. Præterea dixisti stylum dictionis esse diversum: quod mihi nequaquam visum est. Et ista quidem ad defensionem respondi. Nunc post tot criminationes, historia Susannæ encomio celebrari posset, præsertim ab eo qui singulas perpenderet voces et eximios earum ostenderet sensus. Id aggredi seorsum poterit quispiam eorum qui res divinas diligenter et satis meditati sunt. Hæc ad tuas quas vocas pulsationes respondi, et rescribo. Utinam simul erudire possim: nunc autem tantum mihi non tribuo. Salutat te qui dictandæ epistolæ fuit adjutor, quique integram recensens, quæ voluit correxit, dominus meus et frater sanctus Ambrosius. Salutat te quoque fidelissima ejus conjux Marcella una cum **30** liberis, et Anicetus. Tu saluta optimum nostrum papam Apollinarium, et eos qui nos diligunt.

[43] Mich. IV, 1 seqq. [44] I Paral. XVI, 8, 22. [45] Psal. CIV, 1, 15. [46] Psal. XCV, 1-13. [47] Exod. XXXV, 2; Num. XV, 32; Jerem. XVII, 21, 24; in Levit. passim; Ezech. XLIII, XLIV, XLV, XLVI.

(10) Aldus, εἰς τὸν οἶκον.

(11) Aldus, ἐξελέγξει ἔθνη. Idem paulo post, ἕως μακράν. Idem infra, τὰ δόρατα αὐτῶν εἰς δρέπανα, et mox, ἔθνος πρὸς ἔθνος ῥομφαίαν.

(12) *Ἀμβρόσιος*. Vide notas ad primum fragment. epist. Origenis.

(13) *Ἀνίκητος*. Quis fuerit hic Anicetus a doctiore edoceri malim, quam incertas scribere conjecturas. WETSTENIUS.

(14) *Ἀπολλινάριον*. Duo fuere Apollinarii cum primis celebres: alter Laodicenus schismatis auctor, a quo Apollinaristæ appellati sunt. Vixit is diu post Origenem; obiit enim, monente Hieronymo in *Catalogo*, sub Theodosio imperatore. Alter in Asia Hierapolitanus episcopus, ἀνὴρ ἀξιέπαινος, καὶ πρὸς τῇ γνώσει τῶν θείων καὶ τὴν ἔξωθεν παι-

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΠΡΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

Πότε καὶ τίσι τὰ ἀπὸ φιλοσοφίας μαθήματα χρήσιμα εἰς τὴν τῶν ἱερῶν Γραφῶν διήγησιν, μετὰ Γραφικῆς μαρτυρίας.

ORIGENIS EPISTOLA AD GREGORIUM

Quando quibusve philosophicæ disciplinæ utiles sint ad sacrarum Scripturarum expositionem Scripturæ testimonio demonstratur.

1. Origenes domino suo optimo et multum venerando filio Gregorio salutem in Deo. Quæ est ad intelligentiam bene a natura comparata indoles, ea, ut probe nosti, si exercitatio accesserit, opus expromere potest, quod deducat ad contingentem, ut ita dicam, finem illius rei quam quis tractare voluerit. Potest igitur bona tua indoles Romanum te jurisconsultum facere omnibus numeris absolutum, et Græcum quempiam philosophum ex iis sectis quæ insigniores habentur. At ego te omnibus bonæ tuæ indolis viribus incumbere velim in Christianam doctrinam ut finem, ad hunc vero assequendum a te optarim quasi auxilium e Græcorum philosophia adhiberi ea quæ ceu circulares disciplinæ et ceu præludia ad Christianismum esse possunt; necnon e geometria et astronomia, quæcunque ad sacras interpretandas litteras conferent, ut quod de geometria, musica, grammatica, rhetorica et astronomia philosophi prædicant, tanquam philosophiæ adjutricibus, id nos de philosophia respectu Christianismi dicamus.

A Χαῖρε ἐν Θεῷ, κύριέ μου σπουδαιότατε καὶ αἰδεσιμώτατε υἱὲ Γρηγόριε (15) παρὰ Ὠριγένους. Ἡ εἰς σύνεσιν, ὡς εὖ οἶσθα, εὐφυΐα ἔργον φέρειν δύναται, ἄσκησιν προσλαβοῦσα, ἄγον ἐπὶ τὸ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, τέλος ἐκείνου ὅπερ ἀσκεῖν τις βούλεται. Δύναται οὖν ἡ εὐφυΐα σου Ῥωμαῖόν σε νομικὸν ποιεῖν τέλειον, καὶ Ἑλληνικόν τινα φιλόσοφον τῶν νομιζομένων ἐλλογίμων αἱρέσεων. Ἀλλ' ἐγὼ τῇ πάσῃ τῆς εὐφυΐας δυνάμει σου ἐβουλόμην καταχρήσασθαί σε τελικῶς μὲν εἰς Χριστιανισμὸν, ποιητικῶς δὲ διὰ τοῦτ' ἂν ηὐξάμην παραλαβεῖν σε καὶ φιλοσοφίας Ἑλλήνων τὰ οἱονεὶ εἰς Χριστιανισμὸν δυνάμενα γενέσθαι ἐγκύκλια μαθήματα ἢ προπαιδεύματα, καὶ τὰ ἀπὸ γεωμετρίας καὶ ἀστρονομίας χρήσιμα ἐσόμενα εἰς τὴν τῶν ἱερῶν B Γραφῶν διήγησιν, ἵν', ὅπερ φασὶ φιλοσόφων παῖδες περὶ γεωμετρίας καὶ μουσικῆς, γραμματικῆς τε καὶ ῥητορικῆς καὶ ἀστρονομίας, ὡς συνεριθῶν φιλοσοφίᾳ, τοῦθ' ἡμεῖς εἴπωμεν καὶ περὶ αὐτῆς φιλοσοφίας πρὸς Χριστιανισμόν.

2. Et forsitan tale quid tacite indicat quod in Exodo scriptum est ex persona Dei, ut jubeantur filii Israel petere a vicinis et contubernalibus vasa argentea et aurea, itemque vestes, ut spoliatis Ægyptiis materiam habeant ad ea apparanda quæ ad divinum cultum pertinent. Ex his enim quæ filii Israel Ægyptiis **31** subtraxerunt, constructa

Καὶ τάχα τοιοῦτό τι αἰνίσσεται τὸ ἐν Ἐξόδῳ γεγραμμένον ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ἵνα λεχθῇ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ αἰτεῖν παρὰ γειτόνων καὶ συσκήνων σκεύη ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ καὶ ἱματισμόν· ἵνα, σκυλεύσαντες τοὺς Αἰγυπτίους, εὕρωσιν ὕλην πρὸς τὴν κατασκευὴν τῶν παραλαμβανομένων εἰς τὴν πρὸς Θεὸν λατρείαν. Ἐκ γὰρ ὧν ἐσκύλευσαν τοὺς Αἰγυ-

δείαν προσειληφώς. « Vir laude dignus, qui cum cognitione rerum divinarum etiam externas didicit disciplinas, » inquit Theodoretus lib. III *Hæretic. fabul.*, cap. 2. Scripsit *Apologeticum pro Christianis*, quod imperatori Marco Antonino secundo, cognomine Vero, obtulit : item libros quinque *Adversus gentes*, et duos *De veritate* et *adversum Cataphrygas* seu Montanistas. De quibus vide Hieronymum in *Catalogo*, Photium in *Bibliothec.*, cod. 14, et Theodoretum loco supra laudato. Trithemius eum floruisse vult circa annum Domini 165; Eusebius tamen, in *Chronico* ab Hieronymo Latine verso, ei assignat annum Christi 172. Mors autem Maximini, post quam statuit Huetius hanc Origenis epistolam scriptam fuisse, incidit in annum Christi 238, sicque intercedit spatium 66 annorum. Oportet igitur ut Apollinarius longævam vixerit vitam et fere centum attigerit annos, si is est quem hic salutat Origenes : aut alius denique nobis Apollinarius est quærendus. Vix autem alium reperies episcopum, hoc nomine iis temporibus notum. Epi-

C scopatus vero hujus Apollinarii, quisquis fuerit, papæ nomen est index. Nam papæ antiquitus salutabantur omnes episcopi. Sic Athanasius apud Epiphanium, hæres. 68; Epiphanius, apud Hieronymum in *Apolog.* adversus Rufinum; Augustinus apud eumdem in fine epist. ad Augustinum; Joannes patriarcha Alexandrinus a Sophronio patriarcha Hierosol. l. II *Epigr.*, c. 1, pag. 104; Lupus a Sidonio Apollinari epist. lib. VIII, pag. 272; item Noverius, Principius, Prosper, Euphronius, Ambrosius, etc., eodem lib. VIII et IX hoc nomine honorantur. Estque πάπας, πατρὸς ὑποκόρισμα, explicante Hesychio. WETSTENIUS.

(15) *Γρηγόριε*. Is est sanctus Gregorius qui postea, ob miraculorum donum quo pollebat Thaumaturgus dictus, Neocæsareæ episcopus fuit. Hujus πανηγυρικὸν εὐχαριστίας ad Origenem habes initio hujus tomi. De hoc celeberrimo viro consule, si vacat, Eusebium *Histor. eccles.* lib. VI, cap. 30; Hieronymum *De scriptor. eccles.*, num. 65.

πτίους οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, τὰ ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων κατεσκεύασται· ἡ κιβωτὸς μετὰ τοῦ ἐπιθέματος, καὶ τὰ χερουβὶμ, καὶ τὸ ἱλαστήριον, καὶ ἡ χρυσῆ στάμνος, ἐν ᾗ ἀπέκειτο τὸ μάννα, τῶν ἀγγέλων ὁ ἄρτος. Ταῦτα μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ καλλίστου τῶν Αἰγυπτίων εἰκὸς γεγονέναι χρυσοῦ· ἀπὸ δὲ δευτέρου τινὸς παρ' ἐκεῖνον ἡ στερεὰ δι' ὅλου χρυσῆ λυχνία, πλησίον τοῦ ἐσωτέρου καταπετάσματος, καὶ οἱ ἐπ' αὐτῆς λύχνοι, καὶ ἡ χρυσῆ τράπεζα ἐφ' ἧς ἦσαν οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως, καὶ μεταξὺ ἀμφοτέρων τὸ χρυσοῦν θυμιατήριον. Εἰ δέ τις ἦν τρίτος καὶ τέταρτος χρυσὸς, ἐξ ἐκείνου κατεσκευάζετο τὰ σκεύη τὰ ἅγια, καὶ ἀπὸ ἀργύρου δὲ Αἰγυπτίου ἄλλα ἐγίνετο. Ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ παροικοῦντες οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, τοῦτο ἀπὸ τῆς ἐκεῖ παροικίας κεκερδήκασι, τὸ εὐπορῆσαι τοσαύτης ὕλης τιμίας εἰς τὰ χρήσιμα τῆς λατρείας τοῦ Θεοῦ. Ἀπὸ δὲ Αἰγυπτίου ἱματισμοῦ εἰκὸς γεγονέναι ὅσα ἐδεήθη ἔργων, ὡς ὠνόμασεν ἡ Γραφὴ, ῥαφιδευτῶν, συῤῥαπτῶν, τῶν ῥαφιδευτῶν μετὰ σοφίας Θεοῦ, τὰ τοιάδε ἱμάτια τοῖς τοιοισδὶ, ἵνα γένηται τὰ καταπετάσματα, καὶ αἱ αὐλαὶ αἱ ἐσωτέρω καὶ ἐξωτέρω. Καὶ τί με δεῖ, ἀκαίρως παρεκβαίνοντα, κατασκευάζειν εἰς ὅσα χρήσιμά ἐστι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ ἀπὸ Αἰγύπτου παραλαμβανόμενα οἷς Αἰγύπτιοι μὲν οὐκ εἰς δέον ἐχρῶντο, Ἑβραῖοι δὲ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν εἰς θεοσέβειαν ἐχρήσαντο; Οἶδε μέν τοι ἡ θεία Γραφὴ πρὸς κακοῦ γεγονέναι τὸ ἀπὸ τῆς γῆς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον καταβεβηκέναι, αἰνισσομένη, ὅτι τισὶ πρὸς κακοῦ γίνεται τὸ παροικῆσαι τοῖς Αἰγυπτίοις, τουτέστι τοῖς τοῦ κόσμου μαθήμασι μετὰ τὸ ἐγγραφῆναι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ Ἰσραηλιτικῇ εἰς αὐτὸν θεραπείᾳ. Ἄδερ γοῦν ὁ Ἰδουμαῖος (16), ὅσον μὲν ἐν τῇ γῇ τοῦ Ἰσραὴλ ἦν, μὴ γευόμενος τῶν Αἰγυπτίων ἄρτων, εἴδωλα οὐ κατεσκεύαζεν· ὅτε δὲ ἀποδρὰς τὸν σοφὸν Σολομῶντα κατέβη εἰς Αἴγυπτον, ὡς ἀποδρὰς ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας, συγγενὴς γέγονε τῷ Φαραὼ γήμας τὴν ἀδελφὴν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ τεκνοποιῶν τὸν τρεφόμενον μεταξὺ τῶν παίδων τοῦ Φαραώ. Διόπερ εἰ καὶ ἐπανελήλυθεν εἰς τὴν γῆν Ἰσραὴλ, ἐπὶ τὸ διασχίσαι τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ ἐπανελήλυθε, καὶ ποιῆσαι αὐτοὺς εἰπεῖν ἐπὶ τῇ χρυσῇ δαμάλει· « Οὗτοί εἰσιν οἱ θεοί σου, Ἰσραὴλ, οἱ ἀναγαγόντες σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Κἀγὼ δὲ τῇ πείρᾳ μαθὼν εἴποιμ' ἄν σοι, ὅτι σπάνιος μὲν ὁ τὰ χρήσιμα τῆς Αἰγύπτου λαβὼν, καὶ ἐξελθὼν ταύτης, καὶ κατασκευάσας τὰ πρὸς τὴν λατρείαν τοῦ Θεοῦ· πολὺς δὲ ὁ τοῦ Ἰδουμαίου Ἄδερ ἀδελφός. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ἀπό τινος Ἑλληνικῆς εὐτρεχείας αἱρετικὰ γεννήσαντες νοήματα, καὶ οἱονεὶ δαμάλεις χρυσᾶς κατασκευάσαντες ἐν Βαιθήλ· ὃ ἑρμηνεύεται *οἶκος Θεοῦ*. Δοκεῖ δέ μοι καὶ διὰ τούτων ὁ λόγος αἰνίσσεσθαι, ὅτι τὰ ἴδια ἀναπλάσματα ἀνέθηκαν ταῖς Γραφαῖς ἐν αἷς οἰκεῖ λόγος Θεοῦ, τροπικῶς Βαιθὴλ καλουμέναις. Τὸ δ' ἄλλο ἀνάπλασμα ἐν Δὰν φησὶν ὁ λόγος ἀνατεθεῖσθαι. Τοῦ δὲ Δὰν τὰ ὅρια τελευταῖά ἐστι, καὶ ἐγγὺς τῶν ἐθνικῶν ὁρίων, ὡς

A sunt quæ in Sanctis sanctorum erant, arca cum operculo, cherubim, propitiatorium, et urna aurea, in qua repositum erat manna, panis angelorum. Hæc igitur ex optimo Ægyptiorum auro confecta fuisse verisimile est; e quodam autem secundario auri genere solidum candelabrum plane aureum prope interius velum, et lucernas ipsi impositas, et mensam auream in qua erant panes propositionis, et inter utrumque thuribulum aureum. Quod si tertium et quartum aliquod aurum fuit, ex illo conflata sunt vasa sacra, et ex argento Ægyptio alia confecta sunt. Ægyptum enim incolentes filii Israel id ex illa habitatione lucri reportarunt, ut tam pretiosa materia abundarent ad divini cultus usum. E vestibus autem Ægyptiorum effecta fuisse B credibile est, quæcunque indiguerunt opere, ut nominat Scriptura, acu pingentium et consuentium, acu pingentium cum Dei sapientia, hæc illa vestimenta his illis modis, ut fierent velamina atriaque interiora et exteriora. Verum quid me attinet intempestiva digressione explicare quot et quantos usus Israelitis præbuerint Ægyptiorum spolia quibus hi male utebantur; Hebræi vero Dei sapientia instituti ad divinum cultum usi sunt? Solet tamen divina Scriptura e terra filiorum Israel in Ægyptum descensum in malis ponere, tacite innuens quibusdam malum esse versari cum Ægyptiis, hoc est, cum mundi disciplinis, postquam legi Dei nomen dederint, et Israeliticæ in Deum C pietati. Ader certe Idumæus[48], quandiu fuit in terra Israel, nec gustavit Ægyptiorum panes, idola non fabricatus est; cum vero a sapiente Salomone aufugiens descendit in Ægyptum, velut fugiens a Dei sapientia, cum Pharaone affinitatem iniit, ducta uxoris ipsius sorore, et procreato ex ea filio qui inter Pharaonis liberos educatus est. Quare, etsi in terram Israel reversus est, in id reversus est, ut Dei populum divideret, eoque induceret ut de aurea vitula diceret: « Hi sunt dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti [49]. » Ac ego sane experientia doctus affirmaverim paucos admodum inveniri qui perceptis Ægypti utilitatibus, ex ea egressi sint, et quæ ad Dei cultum pertinent, constituerint; multos vero esse Ader Idumæi fratres. D Hi sunt qui e Græca quadam solertia hæreticas opiniones genuerunt, et ceu vitulas quasdam aureas fabricati sunt in Bethel, quæ interpretatur *domus Dei*. His mihi **32** videtur tacite indicari, sua eos commenta affinxisse Scripturis in quibus Dei verbum habitat, et quæ tropice appellantur Bethel. Cæterum aliud figmentum ait Scriptura in Dan repositum fuisse. Fines porro Dan extremi sunt et in confinio gentium, ut constat ex iis quæ in libro Jesu Nave scripta sunt. Sunt igitur vicina finibus gentium quædam ex iis figmentis quæ, ut exposuimus, fratres Ader finxerunt.

[48] III Reg. XI, 14. [49] Exod. XXXII, 4.

(16) *Ἄδερ γοῦν ὁ Ἰδουμαῖος*, etc. Confundere videtur hoc loco Origenes Ader seu Adad cum Jeroboam. Confer caput undecimum libri tertii Regum cum ejusdem libri capite duodecimo.

δῆλον ἐκ τῶν ἀναγεγραμμένων ἐν τῷ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦ. Ἐγγὺς οὖν εἰσιν ἐθνικῶν ὁρίων τινὰ τῶν ἀναπλασμάτων ἅπερ ἀνέπλασαν οἱ τοῦ Ἄδερ, ὡς ἀποδεδώκαμεν, ἀδελφοί.

3. Tu igitur, domine fili, præcipue attende divinarum Scripturarum lectioni, sed attende; multa enim attentione nobis, qui divina legimus, opus est, ne de iis aliqua inconsideratius dicamus aut sentiamus; et attendens rerum divinarum lectioni cum fideli et quæ Deo placeat anticipata opinione, pulsa quæ in iis clausa sunt, et aperietur tibi a janitore, de quo dixit Jesus: « Huic ostiarius aperit [50]. » Et attendens divinæ lectioni, recte et firma in Deum fide eam quære quæ multis abscondita est, divinarum mentem litterarum. Verum ne tibi satis sit pulsare et quærere. Nam maxime etiam necessaria est ad res divinas intelligendas oratio, ad quam cohortans Salvator, non solum dixit: « Pulsate, et aperietur vobis; » et: « Quærite, et invenietis [51]; » sed et: « Petite, et dabitur vobis [52]; » Hæc pro paterna mea in te charitate ausus sum. An recte sim ausus necne, novit Deus, et Christus ipsius, nec non qui particeps est spiritus Dei et spiritus Christi. Utinam et tu particeps sis, et eam partem semper augeas, ut non solum dicas: « Participes Christi facti sumus [53], » sed et, « participes Dei. »

A Σὺ οὖν, κύριε υἱὲ, προηγουμένως πρόσεχε τῇ τῶν θείων Γραφῶν ἀναγνώσει· ἀλλὰ πρόσεχε· πολλῆς γὰρ προσοχῆς ἀναγινώσκοντες τὰ θεῖα δεόμεθα· ἵνα μὴ προπετέστερον εἴπωμέν τινα, ἢ νομίσωμεν περὶ αὐτῶν· καὶ προσέχων τῇ τῶν θείων ἀναγνώσει μετὰ πιστῆς καὶ Θεῷ ἀρεσκούσης προλήψεως, κροῦε τὰ κεκλεισμένα αὐτῆς, καὶ ἀνοιγήσεταί σοι ὑπὸ τοῦ θυρωροῦ, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· « Τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει. » Καὶ προσέχων τῇ θείᾳ ἀναγνώσει, ὀρθῶς ζήτει καὶ μετὰ πίστεως τῆς εἰς Θεὸν ἀκλινοῦς τὸν κεκρυμμένον τοῖς πολλοῖς νοῦν τῶν θείων γραμμάτων. Μὴ ἀρκοῦ δὲ τῷ κρούειν καὶ ζητεῖν· ἀναγκαιοτάτη γὰρ καὶ ἡ περὶ τοῦ νοεῖν τὰ θεῖα εὐχή· ἐφ' ἣ προτρέπων ὁ Σωτὴρ, οὐ μόνον εἶπε τό· « Κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν, » καὶ τό· « Ζητεῖτε, καὶ εὑ-
B ρήσετε, » ἀλλὰ καὶ τό· « Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. » Ταῦτα ἀπὸ τῆς πρὸς σέ μου πατρικῆς ἀγάπης τετόλμηται. Εἰ δ' εὖ ἔχει τὰ τετολμημένα, ἢ μὴ, Θεὸς ἂν εἰδείη, καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῦ, καὶ ὁ μετέχων πνεύματος Θεοῦ καὶ πνεύματος Χριστοῦ. Μετέχοις δὲ καὶ σὺ, καὶ ἀεὶ αὔξοις τὴν μετοχὴν, ἵνα λέγῃς οὐ μόνον τό· « Μέτοχοι τοῦ Χριστοῦ γεγόναμεν, » ἀλλὰ καὶ, « μέτοχοι τοῦ Θεοῦ. »

[50] Joan. x, 3. [51] Matth. vii, 7. [52] Luc. ii, 9. [53] Heb. iii, 14.

MONITUM AD LIBROS DE RESURRECTIONE.

Eusebius Hist. eccl. *lib.* vi, *cap.* 24, *inter opera quæ Origenem Alexandriæ composuisse narrat, recenset* De resurrectione libros duos. *Scripti sunt ante libros* Περὶ ἀρχῶν, *quandoquidem lib.* i Περὶ ἀρχῶν, *cap.* 10, *laudantur his verbis : « De quo (nimirum de Resurrectione) in aliis quidem libris quos De resurrectione scripsimus, plenius disputavimus, et quid nobis de hoc videretur, ostendimus. Sed et nunc pauca inde repetere non videtur absurdum.» Hieronymus in libro quodam qui citatur a Rufino in* Apologia secunda adversus Hieronymum, *indiculum texens librorum Origenis, non solum ait eum scripsisse* De resurrectione libros duos, *sed et alios* De resurrectione dialogos duos. *Cum ergo aliquo sensu dici queat Origenes quatuor* De resurrectione *libros scripsisse, idcirco forte idem Hieronymus epist.* 38, *alias* 61, *librum citat* De resurrectione *quartum. Contra hos Origenis libros* De resurrectione *scripsit Methodius episcopus insignem* De resurrectione dialogum *teste Hieronymo in libro* De script. eccles., *et Maximo in scholiis ad librum*
33 ecclesiasticæ Hierarchiæ *Dionysii, cap.* 7. *Ex hoc Methodii* Dialogo *egregia habes fragmenta apud Epiphanium in hæresi Origenistarum, et apud Photium in* Bibliotheca. *Scripti sunt etiam super ea quæstione adversus Origenem ab Hammone Adrianopolita libri, sed quorum hodie nihil superest. Huetius* Origenianorum *lib.* ii, *quæst.* 9, *alios enumerat scriptores, quibus si fides habenda sit, variorum et e diametro fere oppositorum criminum de resurrectione reus fuerit Origenes necesse est. Denique tot scatere erroribus ejus* De resurrectione *libri Hieronymo videbantur, ut in epistola* 41, *alias* 65, *exclamet : « Quis Latinorum ausus est unquam transferre libros ejus* De resurrectione, Περὶ ἀρχῶν, Στρωματέας, et Τόμους? *quis per infame opus se ipsum voluit infamari ? » Verumtamen Pamphilus martyr in* Apologia *sua pro* Origene *aliis testimoniis quæ ex illius commentariis tum in Isaiam prophetam, tum in psalmos* i, xv *et* xviii *protulit, ut eum de resurrectione admodum catholice sensisse ostendat, præmisit etiam e libro illius primo et e libro secundo* De resurrectione *aliquot loca quæ hocce Monitum excipiunt, quæque catholicæ fidei omnino consonant. His addere poterat sanctus martyr quæ de resurrectione scripta reperiuntur lib.* iii Contra Celsum, *num.* 41, *his verbis :* Εἴπερ δυνατὸν ἀμείβειν ποιότητας τὴν ὑποκειμένην πάσαις ποιότησιν ὕλην· πῶς οὐ δυνατὸν καὶ τὴν σάρκα τοῦ Ἰησοῦ ἀμείψασαν ποιότητας γεγονέναι τοιαύτην, ὁποίαν ἐχρῆν εἶναι τὴν ἐν αἰθέρι καὶ τοῖς ἀνωτάτω αὐτοῦ πολιτευομένην, οὐκέτι ἔχουσαν τὰ τῆς σαρκικῆς ἀσθενείας ἴδια; *« Si materiæ qualitatibus omnibus subjectæ mutari possint qualitates, cur fieri non potuit ut caro Jesu, mutatis qualitatibus, talis evaserit, qualem oportuit esse eam, quæ in æthere, eoque superioribus locis versaretur, nihilque haberet eorum quæ infirmæ carnis propria sunt ? » Carnis ergo resurrectionem in Salvatore ac proinde in nobis confitetur. Confer quæ habet lib.* iv Contra Celsum, *num.* 57; *lib.* v, *num.* 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23; *lib.* vi, *num.* 29; *lib.* i Περὶ ἀρχῶν, *cap.* 10; *et ex singulorum locorum accurata collatione fateberis nihil illis inesse quod catholico de resurrectione dogmati non possit aptari, si modo quasdam exceperis quæstiunculas quas luxurians Origenis ingenium curiosius persequens, paulo longius progreditur. Vide animadversiones nostras in* Origenianorum *lib.* ii, *quæst.* 9.

EX LIBRO PRIMO ORIGENIS DE RESURRECTIONE (17).

Quomodo enim non videtur absurdum, ut hoc corpus quod pro Christo pertulit cicatrices, et pa-

(17) Desumptum est hocce fragmentum ex *Apologia* Pamphili *pro Origene*.

riter cum anima persecutionum toleravit sæva tormenta, carcerum quoque ac vinculorum et verberum supplicia pertulit, igne etiam cruciatum, ferro cæsum est, insuper et bestiarum cruentos morsus, crucis patibula, ac diversa pœnarum genera perpessum est, tantorum certaminum præmiis defraudetur? Quippe si sola anima quæ non sola certaverit, coronetur, et corporis sui vasculum quod ei cum magno labore servivit, nulla agonis et victoriæ A præmia consequatur, quomodo non contra omnem rationem esse videtur, ut naturalibus vitiis atque ingenitæ libidini propter Christum caro resistens, et virginitatem obtinens cum ingenti labore, qui continentiæ labor utique aut major corporis quam animæ est, aut certe utriusque æqualis est, præmiorum tempore altera velut indigna rejiciatur, altera veniat ad coronam? Quæ res sine dubio aut injustitiæ alicujus Deum, aut impossibilitatis accusat.

—

34 EX LIBRO SECUNDO ORIGENIS DE RESURRECTIONE (18).

Nos vero post corruptionem mundi eosdem ipsos futuros esse homines dicimus, licet non eodem statu, neque in iisdem passionibus. Non enim iterum ex conventione viri et mulieris erunt, sed verbi gratia, ea ratio quæ continet Pauli substantiam (Pauli autem nunc dico corporalis) salva permanet; et cum voluerit Deus secundum ea quæ dicta sunt per sacramentum tubarum in novissima tuba facere ut mortui resurgant, per illam ipsam substantialem rationem quæ salva permanet, de terræ pulvere suscitantur a mortuis ex omnibus locis ii quibus ratio illa substantiæ corporalis in ipsis corporibus permanebat, quæ in terram prolapsa Dei voluntate iterum suscitantur. Et hoc arbitror asserere volentem dixisse Apostolum in prima Epistola ad Corinthios. Post assertionem enim resurrectionis mortuorum, cum proposuisset sibi ea quæ possent ab aliis objici de resurrectione mortuorum, sic ait: « Sed dicit aliquis: Quomodo resurgunt mortui? Quo autem corpore venient? Stulte, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non quod futurum est corpus seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum. Deus autem dat illi corpus prout vult [54]. » Cum enim manifestissime ostendisset quia mortui resurgunt, et certum esset quia Salvator noster cum ipso corpore resurrexit quod susceperat ex Maria, non autem satis clarum esset quomodo resurrecturi essent cæteri, vel quale corpus habituri: comparat resurrectionem seminibus quæ seminantur in terra, ut puta grano frumenti, quod cum ceciderit in terram, corrumpitur; sed rationis illius virtus quæ est insita in interioribus ejus medullis; ipsa rationis virtus assumpta adjacentem sibi terram, vel aquæ humorem, sed et aeris circumstantem temperiem, caloris quoque sufficientem recipiens fomitem, per divinam potentiam in corpus culmi vel spiræ consurgit: et hoc est quod dicit: « Tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est, seminas. » Ergo hoc quod cadit ut semen in terram corpus nostrum, comparatum est grano frumenti.

Et assertis his per hujusmodi consequentiam post pauca addidit etiam hæc:

Quod autem omnis illa repromissio resurrectionis mortuorum de hoc corpore sit quod mortuum relinquitur, sanctæ Scripturæ multis modis hoc ostendunt. B Sed et ipsa hoc Domini nostri Jesu Christi resurrectio declarat, qui primogenitus ex mortuis dicitur.

Post hæc quibusdam per medium latius disputatis adjecit etiam ista:

Sicut enim plus habet omnis rationabilis anima his quæ vel crescendi, vel nutriendi, vel motus solius officium exhibere dicuntur: sic ea ratio quæ in humano corpore est, multo amplius habet, quam quæ in reliquis est corporibus, ex eo quod etiam cum corruptum fuerit corpus humanum, subsistere rursum potest Dei virtute conservatum et custoditum usque ad resurrectionis suæ tempus. Quod autem ubicunque fuerit, restituatur, id est ab omni in quocunque jacuerit loco, ita ait Joannes in Revelatione sua: « Et reddidit mare mortuos quos C habebat in se, et mors et infernus reddiderunt mortuos suos qui erant in eis [55]. » Forte enim, ut ego puto, mare hic pro humido omni appellatum est elemento, infernus autem pro aere, mors vero pro terra. Quasi quamdam namque cognationem his inter se invicem habentibus, corpus nostrum pulverem mortis vocat Scriptura, vel terram, vel corpus mortis. Sane qualis fuerit uniuscujusque præparatio in hac vita, talis erit et resurrectio ejus. Qui beatius hic vixerit, corpus ejus in resurrectione diviniore splendore fulgebit, et apta ei mansio beatorum tribuetur locorum; huic vero qui in malitia consumpserit tempus sibi vitæ præsentis indultum, tale dabitur corpus quod sufficere et perdurare tantummodo possit in pœnis. Et arbitror quod D hanc differentiam volens ostendere Paulus apostolus dicit: « Alia caro animalium, alia volucrum, alia piscium [56], » et cætera quæ enumeravit Apostolus. Sed sicut non est putandum, quod animalium corpus accepturus sit peccator, aut volucrum, aut piscium, sic neque solis aut lunæ, aut stellarum formam sperandum est accipere eos qui resurgent in gloria; sed exempli causa dicta esse hæc ab Apostolo sentiendum est, ut designetur per hæc quod alii pro meritis suis honorabiliores et clariores erunt, beatiora quoque habitacula sortituri: aliorum vero indignissimus et abjectissimus pro gestorum scelere erit status, qui etiam mutis animalibus dignus sit comparari.

[54] I Cor. XV, 35 seqq. [55] Apoc. XX, 13. [56] I Cor. XV, 33.

(18) Item ex *Apologia* Pamphili *pro Origene*.

ORIGENIS FRAGMENTUM DE RESURRECTIONE (19).

35 De Lazaro et de divite dubitari potest, cum simpliciores hæc ita dicta esse existiment quasi ambo cum corporibus digna iis quæ in vita gesserint, præmia recipiant; ii autem qui accuratiores sunt, quoniam post resurrectionem nullus in vita relinquitur, hæc in resurrectione contigisse non putent; dicit enim dives: « Habeo quinque fratres. Ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum, mitte Lazarum qui nuntiet ipsis quæ hic fiunt[87]; » et per hæc quærant linguam, digitum, sinum Abrahæ, et recubitum. Et forte illa quæ animæ e corpore egredienti statim obtigit figura, quæ etiam forma similis est crasso ac terreno corpori, ita potest intelligi. Si quis ergo unquam e mortuis narratur apparuisse, similis visus est ei, quam cum in carne ageret habuit, formæ.

Deinde habet : Sed et Samuel qui, ut manifestum est, conspicabilis apparuit, probat se corpore fuisse indutum; præsertim cum certa non desint argumenta quibus animæ substantiam esse incorpoream pronuntiare cogamur. Huc adde quod et dives pœnas luens, et pauper in sinu Abrahæ requiescens, quorum alter in inferno puniri, alter in sinu Abrahæ requiescere dicitur, idque ante Salvatoris adventum, atque ante consummationem sæculi, ac proinde ante resurrectionem, docent animam etiam nunc post excessum e vita uti corpore.

A Περὶ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου ἀπορεῖσθαι δύναται· τῶν μὲν ἁπλουστέρων (20) οἰομένων ταῦτα λελέχθαι, ὡς ἀμφοτέρων μετὰ τῶν σωμάτων λαμβανόντων τὰ ἄξια τῶν τῷ βίῳ πεπραγμένων· τῶν δὲ ἀκριβεστέρων (21), ἐπεὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐδεὶς ἐν βίῳ καταλείπεται, οὐκ ἐν τῇ ἀναστάσει οἰομένων ταῦτα γεγονέναι· λέγει γὰρ ὁ πλούσιος, ὅτι « πέντε ἀδελφοὺς ἔχω, καὶ ἵνα μὴ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου, πέμψον Λάζαρον ἀπαγγέλλοντα αὐτοῖς τὰ ἐνταῦθα· » καὶ διὰ τούτων ζητούντων τὴν γλῶσσαν, καὶ τὸν δάκτυλον, καὶ τοὺς κόλπους Ἀβραάμ, καὶ τὴν ἀνάκλισιν (22). Καὶ τάχα τὸ τῆς ψυχῆς ἅμα τῇ ἀπαλλαγῇ σχῆμα ὁμοειδὲς ὂν τῷ παχεῖ καὶ γηΐνῳ σώματι δύναται οὕτως λαμβάνεσθαι. Εἴ ποτε γοῦν ἱστόρηταί τις τῶν κεκοιμημένων φαινόμενος, ὅ-

B μοιος (23) ἑώραται τῷ ὅτε τὴν σάρκα εἶχε σχήματι.

Εἶτα· Ἀλλὰ καὶ ὁ Σαμουὴλ φαινόμενος, ὡς δῆλόν ἐστιν, ὁρατὸς ὤν, παρίστησιν ὅτι σῶμα περιέκειτο· μάλιστα ἐὰν ἀναγκασθῶμεν ὑπὸ τῶν ἀποδείξεων τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἀσώματον εἶναι καὶ ταύτην ἀποφήνασθαι. Ἀλλὰ καὶ ὁ κολαζόμενος πλούσιος, καὶ ὁ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ πένης ἀναπαυόμενος, πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος καὶ πρὸ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, καὶ διὰ τοῦτο πρὸ τῆς (24) ἀναστάσεως λεγόμενοι ὁ μὲν ἐν ᾅδου κολάζεσθαι, ὁ δὲ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ ἀναπαύεσθαι, διδάσκουσιν ὅτι καὶ νῦν τῇ ἀπαλλαγῇ σώματι χρῆται ἡ ψυχή.

Ex Methodio, apud Epiph. hæres. 64.

Cum ita dixisset (Origenes) Dominum Sadducæis tentantibus respondisse, « qui compotes resurrectionis essent, angelorum instar futuros[88]; » post ista subjunxit: « Angeli porro carnis expertes in summa felicitate degunt ac gloria. Quare et nos, quos æquari angelis oportet, necesse est ad eumdem modum carne nudari. »

C *Ἐκ τῶν Μεθοδίου.*

Φράσας (Ὠριγένης) ἀποφήνασθαι τὸν Κύριον, ὡς « οἱ τῆς ἀναστάσεως τευξόμενοι ἔσονται τότε ὡς ἄγγελοι, » ἔνθα πειράζουσιν αὐτὸν οἱ Σαδδουκαῖοι, ἐπέφερεν· « Οἱ δὲ ἄγγελοι ἐκτὸς ὄντες σαρκὸς ἐν μακαριότητος ἀκρότητι, διὰ τοῦτο καὶ δόξης εἰσί· καὶ ἡμᾶς δὲ ἄρα ἐξισάζεσθαι μέλλοντας ἀγγέλοις ἀνάγκη δὴ σαρκῶν ὡσαύτως (25) ἐκείνοις γυμνοὺς ἔσεσθαι δεῖν. »

ORIGENIS SENTENTIA DE RESURRECTIONE.

Ex Hieronymi epistola 38, *alias* 61, *ad Pammachium.*

---

36 Dicit Origenes in pluribus locis, et maxime in libro *De resurrectione* quarto, et in expositione primi psalmi, et in *Stromatibus*, duplicem errorem versari in Ecclesia: nostrorum et hæreticorum; nos simplices et philosarcas dicere, quod eadem ossa et sanguis et caro, id est, vultus et membra, totiusque compago corporis resurgat in novissima D die: scilicet ut pedibus ambulemus, operemur manibus, videamus oculis, auribus audiamus, circumferamusque ventrem insatiabilem, et stomachum cibos concoquentem; consequens autem esse, qui ista credamus dicere nos quod et comedendum nobis sit, et bibendum, digerenda stercora, effundendus humor, ducendæ uxores, liberi procreandi.

[87] Luc. XVI, 27, 28. [88] Marc. XII, 23.

(19) E libro S. Methodii *De resurrectione* affert hoc Origenis fragmentum Photius in *Biblioth.* cod. 224. Sed e quonam Origenis libro illud necnon alterum sequens deprompserit Methodius, incertum est. Ut autem quid in eo sibi velit Adamantius possis assequi, vide quæ de animarum statu post mortem docet lib. II *contra Celsum*, num. 60, et libro VII, num. 5; item adnotationes ad lib. I *De principiis*, cap. 1, num. 7.

(20) Ἁπλουστέρων. Alias, ἁπλούστερον.

(21) Ἀκριβεστέρων. Alias, ἀκριβέστερον.

(22) Ἀνάκλισιν. Alias, ἀνάκλησιν.

(23) Ὅμοιος. Alias, ὁμοίως.

(24) Πρὸ τῆς. Alias, περὶ τῆς.

(25) *Σαρκῶν ὡσαύτως.* Quod ait necesse esse ut in resurrectione carne nudemur, id intelligit de carne corruptibili et infirmitatibus adhuc obnoxia; neque enim futuri hominum in resurrectione status cum angelico comparationem omnino adæquatam esse voluit. Vide Monitum.

Quo enim membra genitalia, si nuptiæ non erunt? Quo dentes, si cibi non molendi sunt? Quo venter et cibi, si juxta Apostolum et hic et illi destruentur? ipso iterum clamante : « Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio incorruptionem[59]. » Hæc nos innocentes et rusticos asserit dicere. Hæreticos vero, in quorum parte sunt Marcion, Apelles, Valentinus, Manes, nomen insaniæ, penitus et carnis et corporis resurrectionem negare; et salutem tantum tribuere animæ, frustraque nos dicere ad exemplum Domini resurrecturos, cum ipse quoque Dominus in phantasmate resurrexerit; et non solum resurrectio ejus, sed et ipsa nativitas τῷ δοκεῖν, id est putative, visa magis sit quam fuerit. Sibi autem utramque displicere sententiam, fugere se et nostrorum carnes, et hæreticorum phantasmata : quia utraque pars in contrarium nimia sit; aliis idem volentibus se esse quod fuerunt; aliis resurrectionem corporum omnino denegantibus. « Quatuor, inquit, elementa sunt, philosophis quoque nota et medicis, de quibus omnes res et corpora humana compacta sunt, terra, aqua, aer et ignis. Terram in carnibus, aerem in halitu, aquam in humore, ignem in calore intelligi. Cum ergo anima caducum hoc frigidumque corpusculum Dei jussione dimiserit, paulatim omnia redire ad matrices suas substantias : carnes in terram relabi, halitum in aera misceri, humorem reverti ad abyssos, calorem ad æthera subvolare. Et quomodo si sextarium lactis et vini mittas in pelagus, velisque rursum separare quod mistum est : vinum quidem et lac quod miseras, non periere, non tamen posse quod fusum est separari; sic substantiam carnis et sanguinis non perire quidem in originalibus materiis, non tamen in antiquam redire compaginem, nec posse ex toto eadem esse quæ fuerint. Cum autem ista dicantur, soliditas carnium, sanguinis liquor, crassitudo nervorum, venarumque perplexio et ossium durities denegatur. Alia ratione resurrectionem corporum confitemur eorum quæ in sepulcris posita sunt, dilapsaque in cineres : Pauli Pauli, et Petri Petri, et singula singulorum ; neque enim fas est ut in aliis corporibus animæ peccaverint, in aliis torqueantur; nec justi judicis alia corpora pro Christo sanguinem fundere, et alia coronari. » Quis hæc audiens resurrectionem carnis eum negare putet? « Est, inquit, singulis seminibus ratio quædam a Deo artifice insita, quæ futuras materias in medullæ principiis tenet. Et quomodo tanta arboris magnitudo, truncus, rami, poma, folia non videntur in semine, sunt tamen in ratione seminis, quam Græci σπερματισμόν vocant; et in grano frumenti est intrinsecus, vel medulla, vel venula, quæ cum in terra fuerit dissoluta, trahit ad se vicinas materias, et in stipulam, folia, aristasque consurgit; aliudque moritur, aliud resurgit ; neque

A enim in grano tritici, radices, culmus, folia, aristæ, paleæ sunt dissolutæ : sic et in ratione humanorum corporum manent quædam surgendi antiqua principia, et quasi ἐντεριώνη, id est seminarium mortuorum, sinu terræ confovetur. Cum autem judicii dies advenerit, et in voce archangeli et in novissima tuba tremuerit terra, movebuntur statim semina, et in puncto horæ mortuos germinabunt; non tamen easdem carnes, nec in his formis restituent quæ fuerunt. Vis scire verum esse quod dicimus, audi Apostolum : « Sed dicit aliquis, « Quomodo resurgent mortui? quo autem corpore « venient? Insipiens, quod tu seminas, non corpus « quod futurum est seminas, sed nudum granum, « ut puta tritici[60], » vitis et arboris. Et quia de grano B tritici ac semente arborum ex parte jam diximus, nunc de acino vinacii disseramus. Granum parvum est, ita ut vix duobus digitulis teneri possit. Ubi sunt radices? ubi radicum et trunci et propaginum tortuosa perplexio? ubi pampinorum umbracula, et uvarum pulchritudo, futura vina parturiens? Aridum est quod tenetur, et pene vix cernitur : sed in sicco illo grano potentia Dei et occulta ratione sementis, spumantia musta fundentur. Hæc ligno tribuis, quod periturum est; sic ornatur, quod mansurum non est, nec pristinam recipiet vilitatem; et vis rursus 37 ossa, sanguinem, membra; ut crescentibus capillis tonsore egeas, nasus pituitas digerat, incre- C menta unguium resecanda sint; ut per inferiores partes vel stercora vel libidines effluant? si affers istas ineptias rusticorum, et carnis, in qua Deo placere non possumus, quasi inimicæ oblivisceris et resurrectionis mortuorum : « Seminatur in cor- « ruptione, surget in incorruptione. Seminatur in « contumelia, surget in gloria. Seminatur in infir- « mitate, surget in virtute. Seminatur corpus ani- « male, surget corpus spirituale[61]. » Nunc oculis videmus, auribus audimus, manibus agimus, pedibus ambulamus : in illo autem corpore spirituali toti videbimus, toti audiemus, toti operabimur, toti ambulabimus : et « transfigurabit Dominus corpus « humilitatis nostræ, conforme corpori suæ gloriæ[62]. » Quando dixit, « transfigurabit, » id est μετασχη- D ματίσει, membrorum quibus nunc utimur, diversitas denegatur. Aliud nobis spirituale et æthereum promittitur, quod nec tactui subjacet, nec oculis cernitur, nec pondere prægravatur, et pro locorum in quibus futurum est, varietate mutabitur. Alioqui si eædem carnes erunt, et corpora quæ fuerunt, rursum mares et feminæ, rursum nuptiæ; viris hirsutum supercilium, barba prolixa, mulieribus læves genæ et angusta pectora; ad concipiendos et pariendos fetus venter et femora dilatanda sunt. Resurgent etiam infantuli, resurgent et senes; illi nutriendi, hi baculis sustentandi. Nec vos, o simplices, resurrectio Domini decipiat, quod latus et ma-

59 I Cor. xv, 50. 60 I Cor. xv, 37. 61 I Cor. xv, 42, 43, 44. 62 Philip. iii, 21.

nus monstraverit, in littore steterit, in itinere cum Cleopha ambulaverit, et carnes et ossa habere se dixerit. Illud corpus aliis pollet privilegiis, quod de viri semine et carnis voluptate non natum est. Comedit post resurrectionem suam et bibit, et vestitus apparuit, tangendum se præbuit, ut dubitantibus apostolis fidem faceret resurrectionis. Sed A tamen non dissimulat naturam aerii corporis et spiritualis. Clausis enim ingreditur ostiis, et in fractione panis ex oculis evanescit. Ergo et nobis post resurrectionem bibendum erit et comedendum, et post cibum stercora egerenda? Et ubi erit illa promissio : « Oportet mortale hoc induere immor« talitatem [63]? »

FRAGMENTA

EX ORIGENIS LIBRIS STROMATUM

Eusebius lib. VI *Hist. eccl.*, cap. 18, postquam narravit Ambrosium qui Valentini hæresim sectabatur, veritatis quam docebat Origenes, virtute convictum, ad rectæ fidei quæ in Ecclesia prædicabatur, professionem transiisse, addit : Καὶ ἄλλοι δὲ πλείους τῶν ἀπὸ παιδείας, τῆς περὶ τὸν Ὠριγένην φήμης πανταχόσε βοωμένης, ᾖεσαν ὡς αὐτὸν, πεῖραν τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις ἱκανότητος τ' ἀνδρὸς ληψόμενοι· μυρίοι τε τῶν αἱρετικῶν, φιλοσόφων τε τῶν μάλιστα ἐπιφανῶν οὐκ ὀλίγοι διὰ σπουδῆς αὐτῷ προσεῖχον, μονονουχὶ πρὸς τοῖς θείοις, καὶ τὰ τῆς ἔξωθεν φιλοσοφίας πρὸς αὐτοῦ παιδευόμενοι. Εἰσῆγέ τε γὰρ ὅσους εὐφυῶς ἔχοντας ἑώρα καὶ ἐπὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα· γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικὴν, καὶ τὰ ἄλλα προπαιδεύματα παραδιδούς· εἴς τε τὰς αἱρέσεις τὰς παρὰ τοῖς φιλοσόφοις προάγων, καὶ τὰ παρὰ τούτοις συγγράμματα διηγούμενος, ὑπομνηματιζόμενός τε, καὶ θεωρῶν εἰς ἕκαστα· ὥστε μέγαν καὶ παρ' αὐτοῖς Ἕλλησι φιλόσοφον τὸν ἄνδρα κηρύττεσθαι. « Alii quoque complures eruditi homines pervulgato ubique Origenis nomine illecti, ad eum confluebant, periculum de ejus viri in sacris litteris peritia facturi. Innumeri præterea hæretici, nec pauci ex illustribus philosophis studiose eum auscultabant : et præter rerum divinarum scientiam, Græcanicæ quoque philosophiæ præcepta quasi discipuli ex illo percipiebant. Quoscunque enim ex discipulis solertia et acumine ingenii præditos animadverterat, eos in philosophiam introducebat, geometriam illis tradens, et arithmeticam, aliasque prævias disciplinas; inde ad varias philosophorum sectas eos perducens, et libros a veteribus philosophis conscriptos exponens; commentarios quoque in singulos scribens, et reconditos sensus penitus inquirens; adeo ut apud ipsos etiam gentiles summus philosophus pronuntiaretur. » Porro hos Origenis in singulos veterum philosophorum libros commentarios aut nihil aliud fuisse quam ipsosmet libros *Στρωματεῖς* inscriptos, numero decem, aut certe præcipuam fuisse *Στρωματέων* materiam, admodum verisimile fit ex Hieronymi epistola 83, alias 84, in qua ait : « Hunc (Clementem Alexandrinum) imitatus Origenes decem scripsit *Stromateas*, Christianorum et philosophorum inter se **38** sententias comparans, et omnia nostræ religionis dogmata de Platone et Aristotele, Numenio Cornutoque confirmans. »

Quo tempore et ubi scripti sint, docet Eusebius lib. VI *Hist. eccles.*, cap. 24 : Καὶ τοὺς ἐπιγεγραμμένους *Στρωματεῖς*, ὄντας τὸν ἀριθμὸν δέκα, ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως ('Αλεξανδρείας) κατὰ τὴν 'Αλεξάνδρου συντάττει βασιλείαν, ὡς καὶ τοῦτο ὁλόγραφοι δηλοῦσιν αὐτοῦ πρὸ τῶν τόμων ἐπισημειώσεις. « Sed et libros qui *Στρωματεῖς* inscribuntur, numero decem, in eadem civitate (Alexandria) Alexandri imperatoris temporibus conscripsit, sicut notationes manu ipsius perscriptæ ac libris ipsis præfixæ testantur. »

Tertium hujus operis librum citat ipse Origenes tom. XIII in Joannem his verbis : Ὡς καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν *Στρωματέων* παρεστήσαμεν διηγούμενοι τὸ, *Ὁ Πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ*, ἀποδώσει σοι. « Sicut in tertio *Stromatum* libro exposuimus, enarrantes illud (Matth. VI, 4) : *Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* » Quintum commemorat Hieronymus lib. IV *Comment. in Jerem.*, cap. XXII, ubi exponens versum 24 : *Vivo ego, dicit Dominus, quia si fuerit Chonias filius Joakim regis Juda annulus in manu dextera mea, in die evellam eum*, etc. Hæc habet : « Nunc dico et illi (Joviniano) qui mortuus est, et isti (Rufino) qui vivit, et hæresim instaurare conatur, magistrum eorum Origenem hunc referre ad Christum, quod de manu Dei Patris instar annuli avulsus sit et missus in terram captivitatis in vallem lacrymarum, crucique traditus; matrem quoque ejus, haud dubium quin Synagogam, captam atque projectam. Et non pertimescit ista commemorans hoc quod sequitur : « Terra, terra, terra, audi verbum « Domini. Hæc dicit Dominus : Scribe virum istum abominatum sive sterilem, » et reliqua, intelligere de Domino majestatis. Scribit autem hoc, ne discipuli ejus negare audeant, in quinto *Stromatum* libro. » Idem Hieronymus epist. 41, alias 65, sexti *Stromatεωn* libri meminit, et in eo asserit perjuria et mendacia docere Origenem : « Quod autem, inquit, perjuriorum atque mendacii inter se orgiis fœderentur Origenistæ, sextus *Στρωματέων* liber, in quo ex Platonis sententia nostrum dogma confirmat, planissime docet. » Et lib. I *adversus Rufinum*, « Indignantur, inquit, quare Origenistas scripserim inter se orgiis mendaciorum fœderari. Nominavi librum, in quo hoc scriptum legerim, id est sextum *Στρωματέων* Origenis, in quo Platonis sententiæ nostrum dogma componens, ita loquitur. » Mox profert Hieronymus Origenis locum ipsum qui hoc monitum sequitur, et postea addit : « Hæc Origenes scripsit, negare non possumus : scripsit in libris quos ad perfectos et ad discipulos loquebatur : docetque magistris mentiendum; discipulos autem non debere mentiri. Qui ergo bene mentitur, et absque ulla verecundia quidquid in buccam venerit, confingit in fratres, magistrum se optimum probat. » Decimi tomi sæpius meminit Hieronymus : 1° *Comment. in Daniel.* cap. XIII, ubi insigne profert de Susannæ et Belis historiis fragmentum, quod post hocce monitum secundo loco editum reperies; 2° Præfat. in *Comment. Epistolæ ad Galatas*, ubi ait : « Scripsit ille vir (Origenes) in Epistolam Pauli ad Galatas quinque propria volumina, et decimum *Stromatum* suorum librum commatico super explanatione ejus sermone complevit; » 3° epist. 74, alias 89, ad S. Augustinum, eam explanationem quam Galat. II, 14, dederat, et qua simulate Petrum a Paulo reprehensum contendebat, ait Origenem in decimo *Stromatum* libro, ubi Epistolam ad Galatas interpretatur, primum introduxisse; 4° libro tertio *Comment. in Epist. ad Galatas* cap. V, ex eodem *Stromateωn* Origenis volumine sanctus doctor longissimum exhibet locum, infra tertio loco editum.

[63] I Cor. XV, 53.

Id unum nunc monendum superest, Hieronymum hosce Στρωματεῖς inter eos recensere libros qui maximis, et præcipue de resurrectione erroribus scatebant, et quos eam ob rem nemo ausus erat Latine reddere. Vide epistolam 38, alias, 61, cap. 8, ubi Origenis dogma de resurrectione exponit: et epistolam 41, alias 65, in qua ait: « Centum quinquaginta anni prope sunt, ex quo Origenes mortuus est Tyri. Quis Latinorum ausus est unquam transferre libros ejus *De resurrectione*, *Περὶ ἀρχῶν*, *Στρωματέας* et *Τόμους*; quis per infame opus seipsum voluit infamari? »

—

EX LIBRO SEXTO STROMATUM ORIGENIS (26).

39 Plato in tertio *De republica* libro: « Veritas quoque sectanda magnopere est. Si enim, ut paulo ante rectissime dicebamus, Deo indecens et inutile mendacium est; hominibus quandoque utile, ut utantur eo quasi condimento atque medicamine, nulli dubium est quin hujusmodi licentia medicis danda sit et ab imprudentibus removenda. Vera, inquit, asseris: ergo principes urbium, si quibus et aliis hoc conceditur, oportet aliquando mentiri vel contra hostes, vel pro patria et civibus. » Et nos igitur illius præcepti memores: « Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo [64], » non debemus dicere, Quis est proximus meus? sed considerare quomodo philosophus caute dixerit, Deo indecens et utile esse mendacium; hominibus interdum inutile; et quod ne pro dispensatione quidem putandus sit Deus aliquando mentiri. Sin autem commodum audientis exegerit, verbis loqui- A tur ambiguis, et per ænigmata quæ vult profert, ut et veritatis apud eum dignitas conservetur; et quod noxium esse poterat si nudum proferretur in vulgus, quodam tectum velamine proferatur. Homo autem cui incumbit necessitas mentiendi, diligenter attendat, ut sic utatur interdum mendacio, quomodo condimento atque medicamine; ut servet mensuram ejus, ne excedat terminos, quibus usa est Judith contra Holophernem, et vicit eum prudenti simulatione verborum [65]. Imitetur Esther, quæ Artaxerxis sententiam diu tacita gentis veritate correxit [66]; et in primis patriarcham Jacob, quem legimus benedictiones patris artifici impetrasse mendacio [67]. Ex quo perspicuum est, quod nisi ita mentiti fuerimus, ut magnum nobis ex hoc aliquod B quæratur bonum, judicandi simus, quasi inimici ejus qui ait: « Ego sum veritas [68]. »

—

EX LIBRO DECIMO STROMATUM ORIGENIS (27).

« Et erat vir habitans in Babylone, et nomen ejus Joacim, et accepit uxorem nomine Susannam, filiam Helciæ, pulchram nimis et timentem Dominum. Et parentes ejus justi edocuerant filiam suam juxta legem Moysi [69]. » Hoc utendum est testimonio ad exhortationem parentum, ut doceant juxta legem Dei sermonemque divinum, non solum filios, sed et filias suas.

« Erat autem Joacim dives valde, et erat ei pomarium vicinum domui suæ [70], » etc. Referebat Hebræus istos esse Ahab et Sedeciam, de quibus scribit Jeremias: « Faciat te Dominus sicut Ahab et Sedeciam, quos frixit rex Babylonis in igne propter iniquitatem quam fecerant in Israel, et adulterarant uxores civium suorum [71]. »

De quibus locutus est Dominus: quia egressa est iniquitas de Babylone a senibus judicibus qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum Joacim [72], » etc. Pulchre de presbyteris peccatoribus non ait: « qui regebant populum; » sed, « qui videbantur regere. » Qui enim bene præsunt populo, regunt populum; qui autem tantum nomen habent judicum et injuste præsunt populo, regere videntur populum magis quam regant.

« Et deambulabat in pomario viri sui et videbant eam senes quotidie ingredientem et deambulantem, et exarserunt in concupiscentiam [73], » etc. Quod Græci vocant πάθος, nos « perturbationem » magis quam « passionem » rectius interpretamur. Hæc igitur perturbatio et cupido libidinis titillavit, imo percussit corda seniorum. Sed ut in animis eorum C jaceret fundamentum, et cogitarent desiderata complere, ipsi everterunt sensum suum; quo subverso oculi eorum inclinati sunt, ut cœlestia non viderent, nec recordarentur judiciorum justorum, sive Dei, sive honestatis, sive naturæ, quæ omnibus ad bonum insita est.

« Et ecce Susanna inambulabat, » etc. Ante jam dictum est quod facto mane inambularet Susanna. Nec incongruum est ad placandos eos qui omnium

[64] Ephes. IV, 25. [65] Judith, II. [66] Esth. IV et seqq. [67] Gen. XXVII. [68] Joan. XIV, 6. [69] Dan. XIII, 1, 2, 3. [70] Ibid. 4. [71] Jerem. XXIX, 22, 23. [72] Dan. XIII, 5, 6. [73] Ibid. 7, 8.

(26) Fragmentum istud exhibet sanctus Hieronymus lib. I *adversus Rufinum*. Vide Monitum.

(27) Hieronymus *Comment. in Daniel.* cap. XIII: « Expositis, inquit, ut potuimus quæ in Danielis libro juxta Hebraicum continentur, ponam breviter quid Origenes in decimo *Stromatum* suorum libro de Susannæ et Belis fabulis dixerit. Cujus hæc verba sunt quæ locis suis subnotabis. » Verum Origenis verbis nonnulla de suo interdum addidit Hieronymus, ut legenti patebit.

quæ gerimus de Scripturis sanctis quærunt exempla, hunc inambulandi locum assumere: quod recte quis ad vegetandum corpusculum deambulet (28). Quem locum de Septuaginta editione nunc posui.

« Cum autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, ut accurrerent ad eam [74], » etc. Qui ad summitatem perfectæ virtutis venerit, nunquam dicit sibi imminere discrimen, si adulterorum manus non effugerit, dicentium: « Assentire nobis, et commiscere nobiscum. Alioquin, etsi nolueris, dicemus testimonium contra te quod fuerit tecum juvenis, et hac de causa **40** dimiseris puellas a te [75]. » Humanæ quippe fragilitatis est, mortem timere quæ infertur pro justitia; nisi forte angustiam interpretabimur non imminentis mortis, sed opprobrii et ignominiæ, qua perfundenda erat illis accusantibus atque dicentibus: « Fuit cum illa juvenis, et idcirco dimisit puellas. »

« Si enim hoc egero, mors mihi est; si autem non [76], » etc. Peccatum mortem vocat. Sicut ergo ei qui facit adulterium, mors est adulterium; sic omne peccatum quod ducit ad mortem, mors appellandum est. Et toties mori credimur quoties peccamus ad mortem. Unde econtrario toties resurgimus et vivificamur, quoties vitæ digna opera facimus.

« Sed melius mihi est absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini [77]. » In Græco non legitur αἱρετώτερον, id est, *melius*, sed αἱρετόν, quod *bonum* interpretari possumus. Unde eleganter non dixit: « Melius mihi est incidere in manus iniquorum presbyterorum, quam peccare in conspectu Domini: » ne videretur comparatione peccati quod non erat bonum, hoc appellare melius. Sed, « Bonum est, inquit, mihi non facere malum, et incidere in manus vestras, ne peccem in conspectu Domini. » Non ergo per comparationem legendum est: « Melius mihi est incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini; » sed absolute: « Bonum mihi est non facere malum et incidere in manus vestras, ne peccem in conspectu Domini. »

« Et exclamavit voce magna Susanna [78], » etc. Magna vox erat, non aeris percussione et clamore faucium, sed pudicitiæ magnitudine per quam clamabat ad Dominum. Unde et sancta Scriptura in exclamatione seniorum non apposuit magnam vocem. Sequitur enim: « Clamaverunt et senes adversus eam [79]. » « Exclamavit autem Susanna voce magna, » etc. Cordis affectus, et mentis pura confessio, et bonum conscientiæ, vocem ejus fecerant clariorem. Unde magna erat exclamatio ejus Deo, quæ ab hominibus non audiebatur.

« Cumque duceretur ad mortem, suscitavit Dominus Spiritum sanctum pueri junioris [80], » etc. Quo sermone ostenditur non intrasse in Danielem Spiritum sanctum, sed eum qui erat in illo et quiescebat propter ætatis infirmitatem, nec sua poterat opera demonstrare, data occasione pro sancta femina a Domino suscitatum.

« Et exclamavit voce magna: Mundus ego sum a sanguine hujus [81], » etc. Suscitato in se Spiritu sancto, et quæ puer deberet dicere suggerente, vox ejus magna erat. Et notandum sicubi in Scripturis sanctis peccatoris vox magna vocatur.

« Cumque divisi essent alter ab altero, vocavit unum de eis [82], » etc. Quia Hebræi reprobant historiam Susannæ (29), dicentes eam in Danielis volumine non haberi, debemus inquirere nomina σχίνου καὶ πρίνου quæ Latini « ilicem et lentiscum » interpretantur, si sint apud Hebræos, et quam habeant etymologiam, ut a σχίνῳ, « scissio, » et a πρίνῳ, « sectio » sive serratio dicatur lingua eorum. Quod si non fuerit inventum, necessitate cogemur, et nos eorum acquiescere sententiæ, qui Græci tantum sermonis hanc volunt esse περικοπήν, quæ Græcam habeat tantum etymologiam, et Hebraicam non habeat. Quod si quis ostenderit duarum istarum arborum scissionis et sectionis in Hebræo stare etymologiam, tunc poterimus etiam hanc Scripturam recipere.

« Exclamavit autem omnis synagoga voce magna, et benedixerunt Deum qui salvat sperantes in se [83], » etc. Si interfecit eos omnis synagoga (30), videtur illa opinio refutari, de qua supra diximus, secundum Jeremiam, quod ipsi essent presbyteri Ahab et Sedecias, nisi forte hoc quod scriptum est: « Interfecerunt eos, » sic interpretemur pro eo quod est, regi Babylonis occidendos tradiderunt. Sicut et nos dicimus, quod Judæi interfecerint Salvatorem; non quo ipsi percusserint, sed quo tradiderint occidendum et succlamantes dixerint: Crucifige, crucifige eum [84].

« Helcias autem et uxor ejus laudaverunt Deum pro filia sua Susanna [85], » etc. Digne quasi sancti laudant Deum; non quia liberata est de manu presbyterorum Susanna, hoc enim non satis laudabile est, nec magni discriminis, si non esset liberata, sed quia non est inventa in ea res turpis.

« Statimque cum aperuisset ostia, aspiciens rex super mensam, exclamavit voce magna: Magnus es, Bel, et non est apud te ullus dolus [86]. » Hoc quod

[74] Dan. XIII, 19. [75] Ibid. 21. [76] Ibid. 22. [77] Ibid. 23. [78] Ibid. 24. [79] Ibid. [80] Ibid. 45. [81] Ibid. 46. [82] Ibid. 52. [83] Ibid. 60. [84] Luc. XXIII, 21. [85] Dan. XIII, 63. [86] Dan. XIV, 17.

(28) « Quo dicto, observat ibidem Hieronymus, Origenes ostendit cætera se non juxta Septuaginta Interpretes disseruisse. » Vide notas in epist. ad Africanum, num. 2.

(29) *Hebræi reprobant historiam Susannæ*. Vide Monitum ad Africani et Origenis ἀμοιβαίας epistolas, et notas ad utramque.

(30) *Si interfecit eos omnis synagoga*, etc. Confer hunc locum cum num. 8 epistolæ Origenis ad Africanum, ubi contra Wetstenium probatur duplicem fuisse historiæ Susannæ versionem Græcam, alteram ab altera longe diversam.

Scriptura nunc dicit : « Exclamavit voce magna, » quia de idololatra et ignorante Deum dicitur, videtur observationem nostram subvertere, qua dudum asseruimus vocem magnam in sanctis tantum A reperiri. Quod solvet facile qui hanc historiam in libro Danielis apud Hebræos dixerit non haberi. Si quis autem potuerit eam approbare esse de canone, tunc quærendum est quid ei respondere debeamus.

—

41 EX DECIMO STROMATUM ORIGENIS LIBRO (31).

In hæc verba Epistolæ ad Galatas cap. v, v. 13 : *Vos enim in libertatem vocati estis, fratres; tantum ne libertatem in occasionem carni detis.*

Difficilis locus est, et ita nobis disserendus videtur. Qui liber est, et altiori sensu spiritum, et veritatem sequitur, præcedentes et typos contemnit et litteram : non idcirco debet minores despicere, et occasionem dare his qui non possunt sentire sublimius, de se penitus desperandi. Licet enim infirmi sint et caro comparatione spiritus appellentur, caro tamen Christi sunt. Si enim intelligit mysterium charitatis infirmioribus servientis, faciat aliquid propter infirmos : ne inscientia sua frater pereat, pro quo Christus est mortuus. Diligenter itaque attende, an ex consequentibus sensus iste texetur. « Vos, inquit, fratres, in libertatem vocati estis ; » forsitan ideo, quia non omnes vocationem capere poterant libertatis. Propter quod nunc auditis : « Tantum ne libertatem in occasionem detis carni. » Per dilectionem enim oportet minoribus servire majores; quia qui vult esse major, erit omnium servus [87]. Neque ergo spiritualis laceret Christi carnes, neque occasionem illis tribuat ut se remordeant provocantem, ne ab invicem consumantur. Oportet ergo spiritu ambulantem, et spiritu Scripturarum verba sectantem, non perficere desiderium carnis earum. Si autem hoc quod dicitur : « Spiritu ambulate, et desiderium carnis non perficietis [88] » simpliciter intelligimus, ut plerique arbitrantur, contra argumentum et hypothesin totius Epistolæ, in hæc subito Paulus erumpet; statim quippe sequitur : « Si autem spiritu ducimini, non estis sub lege [89]. » Et cum huc usque aliqua ex parte sibi sermo cohæreat, rursum si simplicem intelligentiam sequamur, ad inordinata repente præcepta nos transfert, de carne et spiritu disserens, id est : « Manifesta autem sunt opera carnis illa et illa [90]. » Et e contrario : « Fructus autem spiritus est charitas [91], » et reliqua. Sed neque in his consequentiam desperare debemus : quia opera carnis divinorum voluminum historia continet; non valde eos juvans qui sic eam intelligunt, ut scripta est. Quis enim non docebitur servire luxuriæ et fornicationem habere pro nihilo, cum Judam ad meretricem legerit ingredientem [92], et patriarchas habuisse multas pariter uxores? Quomodo non ad idololatriam provocabitur, qui sanguinem taurorum et cæteras Levitici victimas non plus quam quod in littera sonat putaverit indicare ? Quod autem inimicitias in B aperto positus Scripturæ sermo doceat, et ex hoc loco probatur : « Filia Babylonis misera ; beatus qui retribuet tibi retributionem quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram [93] ; » ex illo : « In matutino interficiebam omnes peccatores terræ [94], » et cætera his similia : de contentionibus videlicet, æmulatione, ira, rixis, dissensionibus. Ad quæ, si non altius aliquid sentiamus, provocant nos magis historiæ exempla quam prohibent. Hæreses quoque magis de carnali Scripturæ intelligentia quam de opere carnis nostræ, ut plurimi æstimant, substiterunt. Nec non invidiam et ebrietates per legis litteram discimus. Inebriatur Noe post diluvium, et patriarchæ apud fratrem Joseph in Ægypto [95]. Sed et comessationes C in Regnorum libro scriptæ sunt [96] ; saltante David et concrepante tympanis coram arca testamenti Dei ; et his similia. Quæritur quomodo ad veneficia et ad maleficas artes simplex Scripturæ divinæ sermo, qui dicitur caro, nos provocet, nisi ad ejusdem Scripturæ spiritum transcendamus. Puto hoc significare decies Danielem et tres pueros magis, incantatoribus et Gazarenis atque Chaldæis sapientiores repertos, et Moysem omni sapientia et doctrina Ægyptiorum eruditum. Multorum ergo malorum occasio est, si quis in Scripturæ carne permaneat. Quæ qui fecerint, regnum Dei non consequentur. Quamobrem spiritum Scripturæ fructusque quæramus, qui non dicuntur esse manifesti. Multo quippe labore et sudore, et digno cultu in Scripturis fru- D ctus spiritus invenitur. Unde arbitror Paulum diligenter et caute de Scripturæ sensibus dixisse carnalibus : « Manifesta autem sunt opera carnis [97] ; » de spiritualibus vero non ut ibi posuisse, manifestus est fructus spiritus, sed ita : « Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium, pax [98], » et reliqua. Quod si relictis typis ad veritatem Scripturæ transeamus et spiritum, statim nobis prima charitas panditur ; et ad gaudium inde gradientes, pervenimus ad pacem, per quam consequimur patientiam.

[87] Matth. xx, 26, 27 ; Marc. x, 43, 44. [88] Gal. v, 16. [89] Ibid. 18. [90] Ibid. 19. [91] Ibid. 22. [92] Gen. xxxviii. [93] Psal. cxxxvi, 8, 9. [94] Psal. c, 8. [95] Gen. ix, 43. [96] II Reg. vi. [97] Gal. v, 19. [98] Ibid. 22.

(31) Exstat hocce fragmentum apud Hieronymum lib. iii *Comment. in Epist. ad Galat.* cap. 5.

Quis autem non ad miserationem et bonitatem erudiatur, cum etiam ea quæ quibusdam tristia putantur in lege, supplicia dico et prælia, et eversiones gentium, et comminationes ad populos per prophetas, magis remedia intellexerit esse quam pœnas? Non enim in æternum irascetur Dominus [99]. Cum hæc ergo nobis aperta fuerint, rationabiliorem habebimus fidem et correctos mores temperantia comitabitur, quam continentiam sequitur et castitas; et post hæc omnia incipiet esse lex pro nobis.

[99] Isa. LVII, 16.

IN LIBROS ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ

ADMONITIO.

—

42 1. Eusebius lib. VI *Hist. eccles.*, cap. 24, recensens quænam Alexandriæ opera composuerit Origenes, libros *Περὶ ἀρχῶν* inter alios enumerat his verbis : Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ *Περὶ ἀρχῶν* πρὸ τῆς ἀπ' Ἀλεξανδρείας μεταναστάσεως γράφει. « Libros item *De principiis*, antequam ab urbe Alexandria migraret, composuit. » Id unum ergo scimus, scriptos fuisse ante annum Christi 231, quo Alexandria excessit, ut Cæsaream Palæstinæ se reciperet. Jamdudum Græcus illorum contextus periit, et pauca admodum Græce supersunt fragmenta quæ infra suis locis Rufini interpretationi reperies adjuncta. Photius, cui quatuor hosce libros Græce legere adhuc contigit, breviter cod. VIII *Bibliothecæ* suæ, quid continerent, explicat his verbis : Ἀνεγνώσθη Ὠριγένους τὸ *Περὶ ἀρχῶν λόγοι δ'*· ὧν ὁ μὲν πρῶτος περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· ἐν ᾧ πλεῖστα βλασφημεῖ, τὸν μὲν Υἱὸν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς πεποιῆσθαι λέγων, τὸ δὲ Πνεῦμα ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ· καὶ διήκειν μὲν τὸν Πατέρα διὰ πάντων τῶν ὄντων, τὸν δὲ Υἱὸν μέχρι τῶν λογικῶν μόνον, τὸ δὲ Πνεῦμα μέχρι μόνον τῶν σεσωσμένων. Λέγει δὲ καὶ ἄλλα παραλογώτατα καὶ δυσσεβείας πλήρη· μετεμψυχώσεις τε γὰρ ληρωδεῖ, καὶ ἐμψύχους τοὺς ἀστέρας, καὶ ἕτερα τούτοις παραπλήσια. Ἔστι δὲ ὁ μὲν πρῶτος μυθολογούμενος λόγος περὶ Πατρὸς, καὶ, ὡς ἐκεῖνός φησι, περὶ Χριστοῦ καὶ περὶ ἁγίου Πνεύματος· ἔτι καὶ περὶ λογικῶν φύσεων. Ὁ δὲ δεύτερος περὶ κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κτισμάτων· καὶ ἔτι, ὅτι εἷς Θεὸς νόμου καὶ προφητῶν· καὶ ὅτι ὁ αὐτὸς παλαιᾶς καὶ καινῆς Διαθήκης Θεός· καὶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρωπήσεως· καὶ ὅτι τὸ αὐτὸ Πνεῦμα ἐν Μωσεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις προφήταις καὶ ἁγίοις ἀποστόλοις· ἔτι περὶ ψυχῆς, περὶ ἀναστάσεως, περὶ κολάσεως, περὶ ἐπαγγελιῶν. Ὁ δὲ τρίτος περὶ αὐτεξουσίου· πῶς ὁ διάβολος καὶ αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις κατὰ τὰς Γραφὰς στρατεύονται τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει· ὅτι γενητὸς ὁ κόσμος καὶ φθαρτὸς ἀπὸ χρόνου ἀρξάμενος· ὁ δὲ τέταρτος, περὶ τέλους· ὅτι θεῖαι αἱ Γραφαί· τέλος, ὅπως δεῖ ἀναγινώσκειν καὶ νοεῖν τὰς Γραφάς. « Lecti sunt Origenis *De principiis libri quatuor*. Horum primus de Patre, et Filio, et Spiritu sancto agit. Quo in libro plurima blaspheme scribit, ut, Filium a Patre factum, Spiritum a Filio; et Patrem quidem per omnia quæ exsistunt, pervadere; Filium vero per ea duntaxat quæ ratione prædita sunt; Spiritum autem per ea tantum, quæ salva facta sunt. Tradit et alia absurdissima impietatisque plena : animarum migrationes, et animata sidera, pluraque id genus nugatur. Primo itaque libro fabulose disserit de Patre, et, ut ipse appellat, de Christo, et de sancto Spiritu, insuper et de naturis ratione præditis. Secundo vero, de mundo rebusque in eo conditis; præterea unum eumdemque esse Deum legis et prophetarum; unum item esse veteris et novi Testamenti Deum; de Salvatoris incarnatione; eumdem Spiritum in Moyse et aliis prophetis sanctisque apostolis fuisse; ad hæc de anima, de resurrectione, de pœnis et præmiis. Tertio libro, de arbitrii libertate; qua ratione diabolus contrariæque potestates juxta Scripturarum doctrinam adversus humanum genus pugnent; mundum item ortum habere, et corruptioni obnoxium a tempore initium sumpsisse. Quarto libro, de fine; divinas esse Scripturas; denique quomodo legendæ et intelligendæ sint »

2. Ex omnibus porro Origenis operibus nullum fuisse quod majorem ei criminum invidiam concitarit, quam istud *Περὶ ἀρχῶν*, ut non constaret vel ex hoc Photii testimonio, aperte fatetur Pamphilus martyr in *Apologia* sua *pro Origene*, ubi ait : « Incipientes igitur indiciis scriptorum suorum ostendere quid de singulis senserit, ex his præcipue libris testimonia congregabimus quos accusatores ejus quam maxime criminantur, id est, quos per spatium et quietem in secreto conscripsit : hos enim asserunt maxime a
43 prædicatione ecclesiastica discrepare : ex his præcipue libris, quos *Περὶ ἀρχῶν* attitulavit, in quibus quamplurima a calumniatoribus incusantur. » Marcello Ancyrano quantum displicuerit hoc opus, docet Eusebius libro primo contra eumdem Marcellum, cap. 4, ubi ejus verba hæc affert : Καί τοι, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς περὶ Ὠριγένους εἰπεῖν, τοῦτο προσήκει λέγειν, ὅτι ἄρτι τῶν κατὰ φιλοσοφίαν ἀποστὰς μαθημάτων, καὶ τοῖς θείοις ὁμιλῆσαι προελόμενος λόγοις, πρὸ τῆς ἀκριβοῦς τῶν Γραφῶν καταλήψεως, διὰ τὸ πολὺ καὶ φιλότιμον τῆς ἔξωθεν παιδεύσεως, θᾶττον τοῦ δέοντος ἀρξάμενος ὑπογράφειν, ὑπὸ τῶν τῆς φιλοσοφίας παρήχθη λόγων, καί τινα δι' αὐτοὺς οὐ καλῶς γέγραφε. Δῆλον δέ· ἔτι γὰρ τῶν τοῦ Πλάτωνος μεμνημένος δογμάτων, καὶ τῆς τῶν ἀρχῶν παρ' αὐτῷ διαφορᾶς, *Περὶ ἀρχῶν* γέγραφε βιβλίον, καὶ ταύτην τῷ συγγράμματι τὴν ἐπιγραφὴν ἔθετο. Δεῖγμα δὲ τοῦτο μέγιστον τὸ, μηδὲ ἄλλοθέν ποθεν τὴν ἀρχὴν τῶν λέξεων αὐτὸν ἢ τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ βιβλίου ποιήσασθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν τῷ Πλάτωνι ῥηθέντων ῥημάτων. Γέγραφε γὰρ ἀρχόμενος οὕτως· *Οἱ πεπιστευκότες καὶ πεπιστευμένοι.* Τοῦτο τὸ ῥητὸν οὕτως εἰρημένον εὕροις ἂν ἐν τῷ *Γοργίᾳ* Πλάτωνος. « Quod si verum de Origene fatendum est, illud dicendum, cum vix a philosophicis scholis divertisset, et divinis litteris vacare vellet, priusquam illarum sensum diligenter fuisset assecutus, eo quod esset sæcularibus disciplinis cumulatissime instructus, citius quam par erat, accessisse ad scribendum : unde per philosophiam seductus quædam minus recte scripsit. Exempli gratia : Platonis dogmatum et variorum ejus principiorum memor, librum quemdam inscripsit *De principiis*. Quæ quidem inscriptio argumento est non vulgari, non aliunde eam quam a Platone ea omnia mutuatum. Exorditur autem librum ad hunc modum : *Qui credunt, et quibus creditur*. Quod ita dictum in *Gorgia* Platonis reperitur. » At vero iniquum esse hocce Marcelli judicium contendit Eusebius his verbis : Οὔτ' εἰ ἐφέρετο, ἤνεγκεν ἂν διαβολὴν Ὠριγένει φάντι, *Οἱ πεπιστευκότες ἢ καὶ πεπιστευμένοι*, καὶ συνάψαντι ἑξῆς, *τὴν χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν δι' Ἰησοῦ Χριστοῦ γεγονέναι, καὶ Χριστὸν εἶναι τὴν ἀλήθειαν, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ*· « *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια.* » Ποία γὰρ πρὸς ταῦτα κοινωνία γένοιτ' ἂν ποτε Πλάτωνι; οὐδὲν Πλάτωνος

Περὶ ἀρχῶν μνημονεύεται βιβλίον, οὐδὲ Ὠριγένης ὁμοίως περὶ ἀρχῶν ἐδόξασε Πλάτωνι, ὁ μίαν μόνην τὴν ἀγέννητον, καὶ ἄναρχον, καὶ ἐπέκεινα τῶν ὅλων εἰδὼς ἀρχὴν, ταύτην τε εἶναι Πατέρα ἑνὸς μονογενοῦς Υἱοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε « Id quod ut ita esse concedatur, calumniam Origeni non inferret, cum statim his verbis : *Qui credunt, et quibus creditur*, subjunxerit, *gratiam et veritatem per Jesum Christum advenisse, et esse Christum veritatem, secundum id quod ab eo dictum est ; « Ego sum veritas.* » Quænam vero cum istis Platoni communio esse queat ? Nullus liber a Platone *De principiis* scriptus memoratur. Nec ut Plato de principiis Origenes sentiebat, qui principium unicum, ingeneratum, sine principio, super omnia cum agnoscat, ipsum statuit esse Patrem unius unigeniti Filii, per quem omnia facta sunt. » Vide insuper quid in his libris arguat Marcellus, et quid reponat Eusebius ibidem pag. 21. Longior sim si enumerem quotquot in his etiam errores videre se clamitaverint Methodius, Eustathius, Theophilus, Epiphanius, Hieronymus, aliique. Hieronymi præsertim operæ pretium est legere epistolam 38, alias 61, epistolam 40, alias 64, libros tres *adversus Rufinum*, et epistolam 94, alias 69, ad Avitum, quem docet quid cavendum sit in libris *Περὶ ἀρχῶν* ; item Justiniani imperatoris epistolam ad Menam patriarcham Constantinopolitanum. Econtrario Didymus commentariolis seu brevibus in hosce libros editis scholiis catholice ubique et diverse ab Arianis sentire Origenem propugnabat, teste Hieronymo epist. 41, alias 65, et sub finem libri II *adversus Rufinum*. Hanc vero excusandi et defendendi Origenis methodum deseruit Rufinus qui plurima quidem in libris *Περὶ ἀρχῶν* catholicæ de Trinitate fidei adversari non negabat, sed ea ab hæreticis et malevolis hominibus inserta fuisse contendebat. Sed vide quemadmodum in notis ad libellum ejus *De adulteratione librorum Origenis* confutetur, perinde ac vetus auctor *Apologiæ* de qua Photius cod. 117.

3. Anno Christi 398 Rufinus, Macarii nobilis Romani hortatu, cujus precibus jam anno superiore apologeticum Pamphili martyris pro Origene librum Latine verterat, hos quoque *Περὶ ἀρχῶν* libros interpretari aggressus est, tantoque ardore in id operis incubuit, ut, elapsis Quadragesimæ diebus, duos jam priores libros absolvisset, urgente nimirum Macario qui tum in ejus vicinia **44** manebat. At cum paucis post Pascha diebus mutato domicilio in extrema urbis parte habitaret Macarius, et inde rarior exactor accederet, lentius reliquo operi vacavit Rufinus, adeo ut sub hujus anni finem nondum ei ultimam manum admovisset. Absoluti tandem operis fronti hanc præfixit præfationem quæ etiamnum superest, et unde seminarium discordiæ, et ingens eum inter et Hieronymum natum est incendium, de quo fuse agitur *Origenianorum* lib. III, cap. 4, sect. 1. Id potissimum nunc in hac præfatione observari velim, asserere Rufinum : 1° se sicubi in hisce libris aliquid contra id invenit quod ab Origene cæteris locis pie de Trinitate fuerat definitum, velut adulteratum hoc et alienum aut prætermisisse, aut secundum eam regulam protulisse quam ab ipso frequenter invenerat affirmatam, id est, ad catholicum sensum quibusdam detractis, quibusdam aliunde additis revocasse ; 2° se, ubi Origenes obscurius quædam protulerat, ea quæ in aliis ejus libris apertius legerat, adjecisse ut manifestior fieret locus ; nihil tamen suum dixisse, sed licet in aliis locis dicta, sua tamen Origeni reddidisse. Hinc satis patet nec fidelem nec accuratam esse Rufini interpretationem. « Addidit, inquit Hieronymus lib I *adversus Rufinum*, quæ non erant, asserens ab eodem Origene in locis aliis disputata. Quod, nisi ipsa loca monstraverit, unde translulisse se dicit, probare non poterit. » Præterea cum istius translationis exemplaria legisset Hieronymus, et contulisset cum Græco, illico, ut monet eodem libro, « animadvertit quæ Origenes de Patre et Filio et Spiritu sancto impie dixerat, et quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata ; cætera autem dogmata de angelorum ruina ; de animarum lapsu ; de resurrectionis præstigiis ; de mundo vel intermundis Epicuri ; de restitutione omnium in æqualem statum, et multo his deteriora, quæ longum esset retexere, vel ita vertisse, ut in Græco invenerat ; vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata et firmiora posuisse. » Fallit ergo Rufinus, asserens se nihil suum vertendo dixisse, sed « licet in aliis locis dicta, sua tamen Origeni reddidisse, » cum testetur Hieronymus multa illum de commentariolis Didymi versioni suæ inseruisse. Idem Hieronymus lib. II *adversus Rufinum* ait : « In primo libro *Περὶ ἀρχῶν*, ubi Origenes lingua sacrilega blasphemavit quod Filius Patrem non videat, tu etiam causas reddis quasi ex persona ejus qui scripsit, et Didymi interpretaris *σχόλιον*, in quo ille casso labore conatur alienum laborem defendere, quod Origenes quidem bene dixerit, sed nos simplices homines et cicures Enniani, nec illius sapientiam, nec tuam qui interpretaris, intelligere possumus. »

4. Anno Christi 399 Hieronymus, tum amicorum Pammachii et Oceani litteris, tum propriis oculis certior factus libros *Περὶ ἀρχῶν* fraudulenter fuisse a Rufino translatos, nec satis præmonitum fuisse lectorem quid potissimum in illis cavere deberet, veritus aliunde ne ob fictas laudes quibus in præfatione Rufini exornatus fuerat, Origenis erroribus favere existimaretur, aliam hujus operis versionem ad Græci contextus fidem aggressus est. « Ego autem, inquit lib. I *adversus Rufinum*, in libris *Περὶ ἀρχῶν* quod in Græco habebatur expressi : non ut crederet lector his quæ interpretabar, sed ne crederet illis quæ tu ante transtuleras. Duplex in meo opere utilitas fuit, dum et hæreticus auctor proditur, et non verus interpres arguitur. Ac ne quis me putaret his consentire quæ verteram, interpretationis necessitatem præfatione munivi, et docui quibus lector non deberet credere. Prior translatio laudem auctoris continet ; secunda vituperationem. Illa lectorem provocat ad credendum ; ista ad non credendum movet. Ibi et ego invitus laudator Origenis assumor ; hic in tantum non laudo quem transfero, ut cogar accusare laudantem. Eadem res non eadem mente perfecta est ; imo unum iter diversos exitus habuit. » Ubi primum absoluta est hæc interpretatio et ad Pammachium missa, quænam fuerit illius conditio narrat ipse sanctus doctor in epistola 94, alias 59, ad Avitum scripta anno 409. « Ante annos, inquit, circiter decem, sanctus vir Pammachius ad me cujusdam schedulas misit, quæ Origenis *Περὶ ἀρχῶν* interpretata volumina continerent, imo vitiata ; hoc magnopere postulans, ut Græcam veritatem Latina servaret translatio ; et in utramque partem seu bene seu male dixisset, ille **45** qui scripsit, absque interpretis patrocinio Romana lingua cognosceret. Feci ut voluit, misique ei libros : quos cum legisset, exhorruit ; et reclusit scrinio, ne prolati in vulgus multorum animos vulnerarent. A quodam fratre qui habebat zelum Dei, sed non secundum scientiam, rogatus ut traderet ad legendum, quasi statim reddituro, propter angustiam temporis, fraudem non potuit suspicari. Qui acceperat legendos, adhibitis notariis opus omne descripsit, et multo celerius quam promiserat, codicem reddidit, eademque temeritate, et, levius dicam, ineptia, quod male subripuerat, pejus alii credidit. Et quia difficile grandes libri de rebus mysticis disputantes, notarum possunt servare compendia, præsertim qui furtim celeriterque dictantur, ita in illis confusa sunt omnia, ut et ordine in plerisque et sensu careant. » Quamobrem ipsum ad Avitum exemplar direxit quod a se olim translatum, et nulli alii traditum, a supradicto fratre perverse fuerat editum, sed

Avitum præmonet quid potissimum in hisce libris cavendum sit, « ut scias, inquit, detestanda tibi in eis esse quamplurima, et juxta sermonem Domini inter scorpiones incedendum. » Mox e singulis libris loca profert quæ maxime reprehensioni erant obnoxia. Ea suis quæque locis Rufini interpretationi reperies adjuncta. Integra porro Hieronymi interpretatio jamdudum injuria temporum intereidit.

RUFINI PRESBYTERI

PROLOGUS

IN LIBROS ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ ORIGENIS PRESBYTERI (32).

Scio quamplurimos fratrum, scientiæ Scripturarum desiderio provocatos, poposcisse ab aliquantis viris et Græcarum litterarum peritis, ut Origenem Romanum facerent et Latinis auribus eum donarent. Inter quos etiam frater et collega noster (33) ab episcopo Damaso deprecatus, cum homilias duas de Cantico canticorum in Latinum transtulisset ex Græco, ita in illo opere ornate magnificeque præfatus est, ut cuivis legendi Origenem et avidissime perquirendi desiderium commoveret, dicens illius animæ convenire quod dictum est quia « introduxit (34) me rex in cubiculum suum [1]; » asserens eum quod cum in cæteris libris omnes vincat, in Canticis canticorum etiam ipse se vicerit. Pollicetur sane in ipsa præfatione se et ipsos in Cantica canticorum libros, et alios quamplurimos Origenis Romanis auribus largiturum. Sed ille, ut video, in stylo proprio placens, rem majoris gloriæ sequitur, ut pater verbi sit potius quam interpres. Nos ergo rem ab illo quidem cœptam sequimur et probatam, sed non æquis eloquentiæ viribus tanti viri ornare possumus dicta; unde vereor ne vitio meo id accidat, ut is vir quem ille alterum post apostolos Ecclesiæ doctorem scientiæ ac sapientiæ merito comprobat, inopia sermonis nostri longe esse inferior videatur. Quod ego sæpe considerans reticebam, nec deprecantibus me frequenter in hoc fratribus annuebam; sed tua vis, fidelissime frater Macari, tanta est, cui obsistere, ne imperitia quidem, potest. Propter quod ne te ultra gravem paterer exactorem, etiam contra propositum (35) meum cessi, ea tamen lege atque eo **46** ordine, ut quantum fieri potest, interpretando sequar regulam præcessorum, et ejus præcipue viri cujus superius fecimus mentionem: qui cum ultra septuaginta libellos Origenis quos homileticos (36) appellavit, aliquantos etiam de tomis in Apostolum scriptis transtulisset in Latinum; in quibus cum aliquanta offendicula inveniantur in Græco, ita elimavit omnia interpretando, atque purgavit, ut nihil in illis quod a fide nostra discrepet Latinus lector inveniat. Hunc ergo etiam nos licet non eloquentiæ viribus, disciplinæ tamen regulis (37) in quantum possumus, sequimur, observantes scilicet ne ea

[1] Cant. II, 4.

(32) Ex hac præfatione Rufini ejusque quatuor Περὶ ἀρχῶν librorum interpretatione Latina seminarium discordiæ et ingens incendium natum est eum inter et Hieronymum; de quo vide Huetium *Origenianorum* libro secundo, capitis quarti sectione prima, num. 16, 17 et seqq. Interim moneo nos hunc prologum et sequentem quatuor Περὶ ἀρχῶν librorum interpretationem contulisse cum sex codicibus manuscriptis, uno Virodunensi noni sæculi; altero Corbeiensi, noni pariter sæculi; tertio Colbertino; quarto Sorbonico; quinto monasterii de Monte Sancti Michaelis in Periculo maris; sexto monasterii Sancti Remigii Rhemensis. Denique cum hanc præfationem paulo accuratius quam Merlinus et Genebrardus ediderit dominus Joannes Martianæus tom. IV parte secunda suæ editionis Operum Hieronymi, p. 339, placuit etiam inde varias lectiones excerpere.

(33) *Inter quos etiam frater et collega noster.* Sic omnes codd. mss. præter Remigianum ubi legitur, « in quo, » etc., quam lectionem sequitur etiam Martianæus. Perperam vero Merlinus et Genebrardus: « Inter quos etiam frater Hieronymus, sed et collega. » Tacuerat enim Rufinus Hieronymi nomen, ut testantur Pammachius et Oceanus epist. 40, alias 64, ad Hieronymum. « Sane subtiliter, inquiunt, in præfatione operis sui mentionem tacito nomine tuæ sanctitatis expressit. »

(34) *Quia introduxit*, etc. Vox « quia » deest in omnibus libris antea editis, quamvis reperiatur in omnibus mss. Ibid. omnes mss. et Martianæus, « asserens eum quod cum .... etiam ipse se vicerit. » Merl. et Genebr., « asserens quod cum .... ipse se vincit. » Paulo post codd. Corb., Remig. et Colbert., « merito comprobat. » Merlinus, Martianæus et codex monasterii de Monte Sancti Michaelis, « merito comprobavit. » Ibidem omnes mss. et Martianæus, « quod ego sæpe considerans reticebam, nec deprecantibus me .... annuebam. » Merlinus et Genebr., « quod ego sæpius considerans reticebam, et deprecantibus me .... non annuebam. »

(35) *Contra propositum.* Ita omnes mss. et Martianæus. At Merlinus et Genebr., « citra propositum. » Mox omnes mss. et Martianæus, « ea tamen lege atque eo ordine, ut quantum fieri potest, interpretando sequar regulam præcessorum. » Merlinus et Genebr., « ea tamen lege atque ordine, in quantum fieri potest, interpretando sequor regulam prædecessorum. »

(36) *Homileticos.* Ita Martianæus. In omnibus mss. legitur « omeliticos, » corrupte pro « homileticos, » vel « homiliticos. » Merlin. et Geneb., « homiliaticos, » male.

(37) *Disciplinæ tamen regulis.* Sic recte omnes mss. et Martianæus. Perperam Merlinus et Genebr., « discipulum tamen regulis. » Mox Merlinus

quæ in libris Origenis a seipsis discrepantia inveniuntur atque contraria, proferamus: cujus diversitatis causam plenius tibi in *Apologetico* quem Pamphilus pro libris ipsius Origenis scripsit, edidimus, brevissimo libello superaddito, in quo evidentibus, ut arbitror, probamentis corruptos esse in quamplurimis ab hæreticis et malevolis libros ejus ostendimus, et præcipue istos quos nunc exigis ut interpreter, id est *Περὶ ἀρχῶν*, quod vel *De principiis* vel *De principatibus* (38) dici potest; qui sunt revera alias et obscurissimi et difficillimi. De rebus enim talibus ibi disputat in quibus philosophi omni ætate sua consumpta invenire potuerunt nihil. Hic vero noster quantum potuit, id egit, ut Creatoris fidem et creaturarum rationem (39) quam illi ad impietatem traxerant, ad pietatem iste converteret*. Sicubi ergo nos in libris ejus aliquid contra id invenimus, quod ab ipso in cæteris locis pie de Trinitate fuerat definitum, velut adulteratum hoc et alienum aut prætermisimus, aut secundum eam regulam protulimus quam ab ipso frequenter invenimus affirmatam. Si qua sane velut peritis jam et scientibus loquens, dum breviter transire vult, obscurius protulit, nos, ut manifestior fieret locus, ea quæ de ipsa re in aliis ejus libris apertius legeramus, adjecimus explanationi studentes; nihil A tamen nostrum diximus, sed licet in aliis locis dicta, tamen sua sibi reddidimus. Hoc autem idcirco in præfatione commonui ne forte calumniatores iterum (40) se criminandi putent invenisse materiam. Sed viderint quid perversi et contentiosi homines agant. Nobis interim tantus labor, si tamen orantibus vobis Deus juverit, idcirco susceptus est, non ut calumniosis os, quod fieri non potest, licet forte etiam hoc Deus faciet, clauderemus, sed ut proficere ad scientiam rerum volentibus materiam præberemus. Illud sane omnem (41) qui hos libros descripturus est vel lecturus, in conspectu Dei Patris et Filii et Spiritus sancti contestor atque convenio per futuri regni fidem, per resurrectionis ex mortuis sacramentum, per illum qui præparatus B est diabolo et angelis ejus, æternum ignem (sic non illum locum æterna hæreditate possideat ubi est fletus et stridor dentium, et ubi ignis eorum non exstinguetur et vermis eorum non morietur), ne addat aliquid Scripturæ (42), ne auferat, ne inserat, ne immutet, sed conferat cum exemplaribus unde scripserit, et emendet ad litteram et distinguat, et inemendatum vel non distinctum codicem non habeat, ne sensuum difficultas, si distinctus codex non sit, majores obscuritates legentibus generet.

* Vide Monitum. num. 3.

et Geneorardus, « observantes scilicet ut ea quæ in libris Origenis a seipsis discrepantia inveniuntur, proferamus. » At omnes mss. et Martianæus ut in nostro textu.

(38) *De principatibus*. Merlinus et Genebr., « de potestatibus, » contra fidem omnium manuscriptorum. Ibidem omnes mss., « alias et obscurissimi et difficillimi. » Merlin. et Geneb., « alias et obscuri et difficillimi. »

(39) *Creaturarum rationem*. Sic omnes mss. Martianæus, « creatarum rerum rationem. » Merlinus, « creaturam rerum. » Genebrardus, « creaturam naturarum. » Paulo post omnes mss., « aliquid contra id invenimus quod ab ipso in cæteris locis pie de Trinitate. » Sicque Martianæus qui tamen ante « pie » addit « fideliter. » Merlinus, « aliquid citra id invenimus quod ab ipso in cæteris locis de pietate, de Trinitate. »

(40) *Iterum*, etc. Sic omnes codd. mss. et Martianæus. Merlinus autem et Genebrardus, « inde; » D male omnino. Nam ipse Rufinus *Invectiv.* lib. I adversus Hieronymum citans hunc locum ait: « Quod dixi, *iterum*, illa causa est quia jam sancti episcopi Joannis epistolam *De fide* ad sanctum Theophilum scriptam criminati sunt, quando corpus humanum aliud nescio quid fingebant esse quam carnem; idcirco *iterum* posui. » Ibidem omnes mss. et veteres editiones, « putent evenisse. » Martianæus, « putarent evenisse. » Paulo post omnes mss., « Deus juverit. » Martianæus, « Deus annuerit. » Merlinus et Genebr., « Deus adjuverit. » Ibid. Martianæus, « non ut calumniosorum ora. » Mss., « non ut calumniosis os. » Mox codd. Corbeiens. et Remig., « licet forte etiam hoc Deus faceret. » Martianæus, « licet forte etiam hoc Deus C faciet. » Codex Colbert., « licet forte etiam hoc Deus facere possit. »

(41) *Illud sane omnem*, etc. Consimilem adjurationis formulam Irenæus subnexuerat in fine libri *De ogdoade*, his verbis: Ὁρκίζω σε, τὸν μεταγραψόμενον τὸ βιβλίον τοῦτο, κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μετεγράψω, καὶ κατορθώσῃς αὐτὸ πρὸς τὸ ἀντίγραφον τοῦτο ὅθεν μετεγράψω ἐπιμελῶς· καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψῃς. Καὶ θήσεις ἐν τῷ ἀντιγράφῳ. « Adjuro te qui transcripseris hunc librum, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per gloriosum ejus adventum, in quo judicaturus est vivos et mortuos; ut conferas quod transcripseris, et diligenter emendes ad exemplar ex quo transcripsisti: utque adjurationem istam similiter exscribas, et codici tuo inseras. » Quam formulam referens Eusebius lib. V, cap. 20 *Hist. eccl.*, χαριεστάτην σημείωσιν appellat, et addit: « Atque hæc utiliter ab eo dicta et a nobis commemorata sunt, ut priscos illos et sine controversia sanctissimos viros tanquam pulcherrimum exemplum exactissimæ diligentiæ semper ante oculos habeamus. » Ita certe hoc placuit Eusebio ut similem adjurationem suis quoque attexuerit libris, qualis hodieque in principio *Chronici* ab Hieronymo translati legitur, quam antiquiores codices litteris grandioribus exhibent.

(42) Martianæus, « ne quis addat aliquid, » etc. Merlinus et Genebrard., « ne addat aliquid huic, nec auferat, neu immutet, sed conferat cum exemplaribus unde conscripserat .... vel indistinctum codicem, » etc. Sed omnes mss. ut in nostro textu.

ORIGENIS ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ

LIBRI QUATUOR

INTERPRETE RUFINO AQUILEIENSI PRESBYTERO.

LIBER PRIMUS.

1. Οἱ πεπιστευκότες (43) καὶ πεπιστευμένοι τὴν χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν δι' Ἰησοῦ Χριστοῦ γεγονέναι, καὶ Χριστὸν εἶναι τὴν ἀλήθειαν κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. »

47 1. Omnes qui credunt et certi sunt quod et gratia et veritas per Jesum Christum facta sit, et Christum veritatem esse norunt, secundum quod ipse dixit : « Ego sum veritas [a], » scientiam quæ provocat homines ad bene beateque vivendum non aliunde quam ab ipsis verbis Christi doctrinaque suscipiunt. Christi autem verbis dicimus, non his solum quæ homo factus, atque in carne positus docuit : et prius namque Christus Dei Verbum in Moyse atque prophetis erat. Nam sine Verbo Dei quomodo poterant prophetare de Christo? Ad cujus rei probationem non esset difficile ex divinis Scripturis ostendere, quomodo vel Moyses, vel prophetæ spiritu Christi repleti, vel locuti sunt, vel gesserunt omnia quæ gesserunt, nisi studio nobis esset præsens hoc opus omni qua possumus brevitate succingere. Unde sufficere existimo uno hoc Pauli testimonio debere nos uti ex Epistola quam ad Hebræos scribit; in qua ita ait : « Fide magnus factus Moyses negavit se dici filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei quam temporalem habere peccati jucunditatem, majores divitias æstimans Ægyptiorum thesauris opprobrium Christi [b] (44). » Sed et post assumptionem ejus in cœlos, quod in apostolis suis locutus sit, hoc modo indicat Paulus : « Aut nunquid probamentum ejus quæritis qui in me loquitur Christus [c] ? »

2. Quoniam ergo multi ex his qui Christo credere A se profitentur, non solum in parvis et minimis discordant, verum etiam in magnis et maximis : id est vel de Deo vel de Domino Jesu Christo, vel de Spiritu sancto; non solum autem de his, sed et de aliis creaturis, id est vel de dominationibus, vel de virtutibus sanctis; propter hoc necessarium videtur prius de his singulis certam lineam manifestamque regulam ponere, tum deinde etiam de cæteris quærere. Sicut enim multis apud Græcos et barbaros pollicentibus veritatem, desivimus (45) apud omnes eam quærere qui eam falsis opinionibus asserebant, posteaquam credidimus Filium Dei esse Christum, et ab ipso nobis hanc discendam esse persuasimus ; ita cum multi sint qui se putant sentire quæ Christi sunt, et nonnulli eorum diversa a prioribus sentiant, B servetur vero ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab apostolis tradita, et usque ad præsens in Ecclesiis permanens : illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab ecclesiastica et apostolica discordat traditione.

3. Illud autem scire oportet, quoniam sancti apostoli fidem Christi prædicantes, de quibusdam quidem quæcunque necessaria crediderunt, omnibus etiam his qui pigriores erga inquisitionem divinæ scientiæ videbantur, manifestissime tradiderunt, rationem scilicet assertionis eorum relinquentes ab his inquirendam, qui Spiritus dona excellentia mererentur (46), et præcipue sermonis, sapientiæ et scientiæ gratiam per ipsum Spiritum sanctum percepissent; de aliis vero dixerunt quidem, quia sint; C quomodo autem, aut unde sint, siluerunt, profecto ut studiosiores quique ex posteris suis qui amatores

[a] Joan. XIV, 6. [b] Heb. XI, 25, 26. [c] II Cor. XIII, 3.

(43) *Οἱ πεπιστευκότες*. Græcum hocce librorum *Περὶ ἀρχῶν* initium desumptum est e libro I Eusebii contra Marcellum Ancyranum. Vide Monitum nostrum, num. 2.

(44) *Æstimans Ægyptiorum thesauris opprobrium Christi*. Ita omnes codd. mss. Merlinus vero et Genebr., « existimans thesauris Ægyptiorum improperium Christi. » Paulo post iidem mss. : « Aut nunquid probamentum. » Libri editi, « an probamentum. »

(45) Omnes mss., « desivimus. » Merlin. et Genebr., « desuevimus. » Infra omnes mss., « ab ecclesiastica et apostolica discordat traditione. » In antea editis deest, « et apostolica. » Paulo post mss., « omnibus etiam his qui pigriores. » Merl. et Genebr., « omnibus credentibus etiam his qui pigriores. »

(46) *Qui Spiritus dona excellentia mererentur*, etc. Sic omnes mss. In antea editis legitur : « Qui Spiritus dona excellentia et præcipue sermonis, sapientiæ et scientiæ per ipsum Spiritum sanctum percipere merebantur. . . . . profecto ut studiosiores quoque ex posteris suis amatores sapientiæ et scientiæ exercitium habere possent, in quo ingenii sui fructum ostendere valerent, hi videlicet qui dignos se et capaces sapientiæ præpararent. »

essent sapientiæ, exercitium habere possent, in quo ingenii sui fructum ostenderent, hi videlicet qui dignos se et capaces ad recipiendam sapientiam præpararent.

4. Species vero eorum quæ per prædicationem apostolicam manifeste traduntur, istæ sunt. Primo quod unus Deus est qui omnia creavit atque composuit, quique, cum nihil esset, esse fecit universa (47), Deus a prima creatura et conditione mundi, omnium justorum Deus, Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Jacob, duodecim patriarcharum, Moysis et prophetarum; et quod hic Deus in novissimis diebus, sicut per prophetas suos ante promiserat, **48** misit Dominum nostrum Jesum Christum, primo quidem vocaturum Israel, secundo vero etiam gentes post perfidiam populi Israel. Hic Deus justus et bonus Pater Domini nostri Jesu Christi, legem et prophetas, et Evangelia ipse dedit qui et apostolorum Deus est, et veteris et novi Testamenti. Tum deinde [6] quia Jesus Christus ipse qui venit, ante omnem creaturam natus ex Patre est. Qui cum in omnium conditione Patri ministrasset (48), « per ipsum enim omnia facta sunt [7], » novissimis temporibus seipsum exinaniens homo factus incarnatus est (49) cum Deus esset, et homo factus mansit quod erat Deus. Corpus assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens quod natum ex Virgine et Spiritu sancto est. Et quoniam hic Jesus Christus natus et passus est in veritate, et non per phantasiam communem hanc mortem sustinuit (50), vere mortuus; vere enim a mortuis resurrexit, et post resurrectionem conversatus cum discipulis suis, assumptus est. Tum deinde honore ac dignitate Patri ac Filio sociatum tradiderunt Spiritum sanctum [8]. In hoc non jam manifeste discernitur, utrum natus an innatus (51) vel Filius etiam Dei ipse habendus

A sit, necne. Sed inquirenda jam ista pro viribus sunt de sacra Scriptura, et sagaci perquisitione investiganda. Sane quod iste Spiritus unumquemque sanctorum, vel prophetarum, vel apostolorum inspiraverit (52), et non alius Spiritus in veteribus, alius vero in his qui in adventu Christi inspirati sunt, fuerit, manifestissime in Ecclesiis prædicatur.

5. Post hæc jam quod anima substantiam vitamque habens propriam, cum ex hoc mundo discesserit, pro suis meritis dispensabitur, sive vitæ æternæ ac beatitudinis hæreditate potitura, si hoc ei sua gesta præstiterint; sive igni æterno ac suppliciis mancipanda, si in hoc eam scelerum culpa detorserit; sed et quia erit tempus resurrectionis mortuorum, cum corpus hoc quod nunc « in corruptione

B seminatur, surget in incorruptione; » et quod « seminatur in ignominia, surget in gloria [9]. » Est et illud definitum in ecclesiastica prædicatione, omnem animam rationabilem esse liberi arbitrii et voluntatis; esse quoque ei certamen adversus diabolum et angelos ejus, contrariasque virtutes, ex eo quod illi peccatis eam onerare contendant, nos vero si recte consulteque vivamus, ab hujusmodi onere (53) nos exuere conemur. Unde et consequens est intelligere [10], non nos necessitati esse subjectos, ut omnimodo, etiamsi nolimus, vel mala vel bona agere cogamur. Si enim nostri arbitrii sumus, impugnare nos fortasse possunt (54) aliquæ virtutes ad peccatum, et aliæ juvare ad salutem; non tamen necessitate cogimur vel agere recte, vel male: quod fieri

C arbitrantur hi qui stellarum cursum et motus causam dicunt humanorum esse gestorum, non solum eorum quæ extra arbitrii accidunt libertatem, sed et eorum quæ in nostra sunt posita potestate. De anima vero utrum ex seminis traduce (55) ducatur, ita ut ratio ipsius vel substantia inserta ipsis seminibus

[6] vide Origenian. l. II, q. 2. [7] Joan. I, 3. [8] vide Origenian. l. II, q. 2. [9] I Cor. XV, 42. [10] vide Origenian. l. II, q. 7, num. 3.

(47) *Cum nihil esset, esse fecit universa.* Ita omnes mss. Merlin. et Geneb., « ex nullis fecit esse universa. »

(48) *Qui cum in omnium conditione Patri ministrasset.* Non desunt exempla locutionum quibus Filius ante incarnationem dicitur Deo Patri ministrasse, non modo in iis qui ante Arium vixerunt, Justino nempe martyre, Theophilo Antiocheno, Irenæo, Clemente Alexandrino, Tertulliano, et in epistola sex episcoporum ad Paulum Samosatenum; sed et in illis qui post exortam Arianam hæresim scripsere, v. g. in Hilario lib. III *De Trinitate*, Mario Victorino hymno 3, et Epiphanio. Utrum vero ejusmodi locutione Origenes doceat necne Verbum in creatione rerum instrumenti tantum partes obiisse, vide *Origenianorum* lib. II, q. 2, n. 13.

(49) *Homo factus incarnatus est*, etc. Sic omnes mss.; at libb. editi: « Homo factus incarnatus est, cum Deus esset, et homo mansit quod Deus erat. »

(50) *Et non per phantasiam communem hanc mortem sustinuit*, etc. Sic mss. Alias vero, « et non per imaginem communi morte vere mortuus est. Vere enim, » etc.

(51) Quod vertit Rufinus « natus an innatus, » ab Hieronymo epist. 94, alias 59, ad Avitum, redditum est, « factus an infectus. » Errores quippe libri primi *Περὶ ἀρχῶν* recensens ait: « Tertium dignitate et honore post Patrem et Filium asserit Spiritum sanctum, de quo cum ignorare se dicat utrum factus sit an infectus, in posterioribus quid de eo sentiret expressit nihil absque Deo Patre infectum esse confirmans. » Legebat nimirum Hieronymus γενητὸς ἢ ἀγένητος. Rufinus econtra, γεννητὸς ἢ ἀγέννητος. De his vide *Origenianorum* lib. II, q. 2,

D num. 21, 22, 23 et 24. Quod autem his verbis « natus an innatus, » in textu subjunximus, « vel Filius etiam Dei ipse habendus sit necne, » id quidem in antea editis libris desideratur, sed in omnibus mss. reperitur.

(52) *Inspiraverit.* Sic mss. Alias, « inspiravit. » Paulo post mss., « inspirati sunt, fuerit, manifestissime, » etc. In antea editis deest « fuerit. »

(53) Vox « onere » deest apud Merlinum et Genebrardum, sed reperitur in *Apologia* Pamphili in qua hic locus exhibetur. In mss. hoc loco pro « onere » legitur « labe. »

(54) *Impugnare nos fortasse possunt.* Sic in omnibus legitur mss. et in *Apologia* Pamphili; apud Merlinum vero et Genebrardum, « instigare fortasse possunt. » Paulo post mss., « non solum eorum..... sed et eorum. » Merlinus et Genebrard., « non eorum.... sed eorum. »

(55) *Seminis traduce.* Sic omnes mss., libri vero editi, « semine traducis. » infra mss., « extrinsecus

corporalibus habeatur, an vero aliud habeat initium : et hoc ipsum initium si genitum est, aut non genitum : vel certe si extrinsecus corpori inditur, necne : non satis manifesta prædicatione distinguitur.

6. De diabolo et angelis ejus contrariisque virtutibus ecclesiastica prædicatio docuit, quoniam sunt quidem hæc (56); quæ autem sint, aut quomodo sint, non satis clare exposuit. Apud plurimos tamen ista habetur opinio, quod angelus fuerit iste diabolus, et apostata effectus quamplurimos angelorum secum declinare persuaserit, qui et nunc usque angeli ipsius nuncupantur.

7. Est præterea et illud in ecclesiastica prædicatione, quod (57) mundus iste factus sit, et a certo tempore cœperit, et sit pro ipsa sui corruptione solvendus. Quid tamen ante hunc mundum fuerit, aut quid post mundum erit, jam non pro manifesto multis innotuit. Non enim evidens (58) de his in ecclesiastica prædicatione sermo profertur.

8. Tum demum quod per Spiritum Dei Scripturæ conscriptæ sint et sensum habeant, non eum solum qui in manifesto est, sed et alium quemdam latentem quamplurimos. Formæ enim sunt hæc quæ descripta sunt **49** sacramentorum quorumdam, et divinarum rerum imagines (59). De quo totius Ecclesiæ una sententia est (60), esse quidem omnem legem spiritalem; non tamen ea quæ spirat lex, esse omnibus nota, nisi his solis quibus gratia Spiritus sancti in verbo sapientiæ ac scientiæ condonatur. Appellatio autem ἀσωμάτου, id est incorporei non solum apud multos alios, verum etiam apud nostras Scripturas est inusitata et incognita. Si vero quis velit nobis proferre ex illo libello qui Petri Doctrina appellatur (61), ubi Salvator videtur ad discipulos dicere : « Non sum dæmonium incorporeum ; » primo respondendum est ei, quoniam ille liber inter A libros ecclesiasticos non habetur ; et ostendendum quia neque Petri est ipsa scriptura, neque alterius cujusquam qui Spiritu Dei fuerit inspiratus. Quod etiamsi ipsum concederetur, non idem sensus ibi ex isto sermone ἀσωμάτου indicatur, qui a Græcis et gentilibus (62) auctoribus ostenditur, cum de incorporea natura a philosophis disputatur. In hoc enim libello incorporeum dæmonium dixit, pro eo quod ipse ille quicunque est habitus, vel circumscriptio dæmonici corporis, non est similis huic nostro crassiori et visibili corpori : sed secundum sensum ejus qui composuit illam scripturam, intelligendum est quod dixit ; id est non se tale corpus (63) quale habent dæmones, quod est naturaliter subtile, et velut aura tenue, et propter hoc vel putatur a B multis, vel dicitur incorporeum, sed habere se corpus solidum et palpabile. In consuetudine vero hominum omne quod tale non fuerit, incorporeum simplicioribus vel imperitioribus nominatur ; velut si quis aerem istum quo fruimur, incorporeum dicat, quandoquidem non est tale corpus ut comprehendi ac teneri possit, urgentique resistere.

9. Quæremus tamen si vel alio nomine res ipsa quam Græci philosophi ἀσώματον, id est incorpoream dicunt, in Scripturis sanctis invenitur. Deus quoque ipse quomodo intelligi debeat (64) inquirendum est [11], corporeus, et secundum aliquem habitum deformatus, an alterius naturæ quam corpora sunt, quod utique in prædicatione nostra manifeste non designatur. Eadem quoque etiam de C Christo et de Spiritu sancto requirenda sunt, sed et de omni anima atque omni rationabili natura nihilominus requirendum est.

10. Est etiam illud in ecclesiastica prædicatione, esse angelos Dei quosdam et virtutes bonas qui ei ministrant (65) ad salutem hominum con-

[11] vide Origenian. l. II, q. 1, n. 5, 6, 7.

corpori inditur. » Merlinus et Genebr., « intrinsecus, » etc. Cæterum quid de animæ origine senserit Origenes, fuse docetur *Origenianorum* lib. II, quæst. 6, num. 11.

(56) Merlinus et Geneb., « quoniam sunt quidem, sed quid sint. » At mss. lectionem nostri textus exhibent.

(57) *Et illud in ecclesiastica prædicatione quod.* Sic mss. ; libb. autem editi, « illud ecclesiastica prædicatione definitum quod, » etc.

(58) *Evidens.* Sic mss. Alias, « evidenter. » Paulo post mss., « per Spiritum Dei, » alias, « per Spiritum sanctum. »

(59) Sic mss. ; alias vero : « Formæ enim hæc quæ scripta sunt, sacramentorum quorumdam et divinarum rerum imagines sunt. »

(60) Mss., « una sententia est. » Libb. editi, « unus est sensus. » Infra post « condonatur, » in editis additur : « sat insequitur, » quod cum in omnibus mss. desit, resecandum esse duximus.

(61) *Qui Petri Doctrina appellatur.* Ignatius martyr epist. ad Smyrnæos, cap. 3, eadem Christi verba profert : Ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα· καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἐλήλυθεν, ἔφη αὐτοῖς· Λάβετε, ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. « Ego autem etiam post resurrectionem in carne ipsum novi et credo exsistere, et cum ad Petrum et eos qui cum ipso erant venit, dixit eis : Tenete, tangite me, et videte quoniam non sum dæmonium incorporeum. » Hæc unde hauserit sanctus martyr, nescire se fatetur Eusebius *Hist. eccl.* lib. III, cap. 36, sed Hieronymus in *Catalogo* D *scriptorum ecclesiasticorum*, ubi de Ignatio agit, hæc desumpta esse ait « de Evangelio quod nuper a me translatum est, » nempe de evangelio Nazaræorum. Idem testatur proœmio in librum XVIII *Commentar.* in Isaiam. Origenes tamen hoc præsenti loco non ex evangelio Nazaræorum, sed « ex Doctrina Petri » laudat Christi verba ; verum in utroque apocrypho esse potuerunt.

(62) *Qui a Græcis et gentilibus.* Sic mss. Alias vero, « qui Græcis vel gentilibus. »

(63) *Non se tale corpus.* Ita mss. Alias, « non esse tale corpus. » Paulo post mss., « vel putatur a multis. » Alias, « vel imputatur a multis. »

(64) *Deus quoque ipse quomodo intelligi debeat*, etc. Vide *Origenian.* lib. II, q. 1, num. 5 et seqq.

(65) *Qui ei ministrant*, etc. Ita mss. Alias, « quæ ei ministrant..... sed quando isti creati sunt, non satis in manifesto distinguitur. » Paulo post mss.,

summandam; sed quando isti creati sint, vel quales, aut quomodo sint, non satis in manifesto designatur. De sole autem et luna et stellis utrum animantia sint, an sine anima, manifeste non traditur. Oportet igitur velut elementis ac fundamentis hujusmodi uti secundum mandatum quod dicit: « Illuminate vobis lumen scientiæ [12], » omnem qui cupit seriem quamdam et corpus ex horum omnium ratione perficere ut manifestis et necessariis assertionibus de singulis quibusque quid sit in vero rimetur, et unum, ut diximus, corpus efficiat exemplis et affirmationibus, vel his quas in sanctis Scripturis invenerit, vel quas ex consequentiæ ipsius indagine ac recti tenore repererit.

CAPUT PRIMUM.

De Deo.

1. Scio quoniam conabuntur quidam etiam secundum Scripturas nostras dicere Deum corpus esse (66), quoniam inveniunt scriptum esse apud Moysem quidem: « Deus noster ignis consumens est [13]; » in Evangelio vero secundum Joannem: « Deus spiritus est, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare [14]. » Ignis vero et spiritus non aliud apud eos quam corpus esse putabitur. Quos interrogare volo quid dicant de eo quod scriptum est, quia Deus lux est, sicut Joannes in Epistola sua dicit: « Deus lux est, et tenebræ non sunt in eo [15]. » Ista nempe lux est, quæ illuminat omnem sensum eorum, qui possunt capere veritatem, sicut in XXXV psalmo dicitur: « In lumine tuo videbimus lumen [16]. » Quid enim aliud lumen Dei dicendum est, in quo quis videt lumen, nisi virtus Dei, per quam quis illuminatus vel veritatem rerum omnium pervidet, vel ipsum Deum cognoscit qui veritas appellatur? Tale est ergo quod dicitur: « In lumine tuo videbimus lumen; » hoc est, in Verbo et sapientia tua, qui est Filius tuus (67), in ipso te videbimus Patrem. Nunquidnam quia lumen nominatur, simile putabitur solis hujus lumini? Et quomodo vel levis aliquis dabitur intellectus, ut ex isto quis corporali lumine causam scientiæ capiat, et veritatis inveniat intellectum?

50 2. Si ergo acquiescunt huic assertioni nostræ quam de natura luminis ipsa demonstravit ratio, et fatentur non posse corpus intelligi Deum secundum luminis intellectum, similis quoque ratio de igne consumente dabitur. Quid enim consumet A Deus secundum hoc quod ignis est? Nunquidnam putabitur consumere materiam corporalem, ut est lignum, vel fenum, vel stipula? et quid in hoc dignum Dei laudibus dicitur, si Deus ignis est hujusmodi materias consumens? Sed consideremus quia Deus consumit quidem et exterminat, sed consumit (68) malas mentium cogitationes, consumit gesta turpia, consumit desideria peccati, cum se credentium mentibus inserit, et eas animas quæ Verbi ejus ac sapientiæ efficiuntur capaces, una cum Filio suo inhabitans, secundum quod dictum est: « Ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus [17]; » omnibus eorum vitiis passionibusque consumptis purum (69) sibi eas seque dignum efficit templum. Sed et his qui per hoc quod dictum est B quoniam « Deus spiritus est [18], » corpus esse arbitrantur Deum (70), hoc modo arbitror esse respondendum: consuetudo est Scripturæ sanctæ cum aliquid contrarium corpori huic crassiori et solidiori designare vult, spiritum nominare, sicut dicit: « Littera occidit, spiritus autem vivificat [19]. » In quo sine dubio per litteram corporalia significat (71), per spiritum intellectualia, quæ et spiritalia dicimus. Apostolus quoque dicit: « Usque in hodiernum cum legitur Moyses velamen est positum super cor eorum; cum autem conversus fuerit quis ad Dominum, auferetur velamen; ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas [20]. » Donec enim quis non se converterit ad intelligentiam spiritalem, est positum velamen super cor ejus, quo C velamine, id est intelligentia crassiore, Scriptura ipsa velari dicitur vel putatur; et hoc est quod ait superpositum esse velamen vultui Moysi cum loqueretur ad populum [21], id est cum lex vulgo recitaretur. Si autem convertamus nos ad Dominum, ubi est et Verbum Dei, et ubi Spiritus sanctus revelat scientiam spiritalem, tunc auferetur velamen, et tunc revelata facie in Scripturis sanctis gloriam Domini speculabimur.

3. Sed et cum de Spiritu sancto multi sancti participant, non utique corpus aliquod intelligi potest Spiritus sanctus, quod divisum in partes corporales percipiat unusquisque sanctorum; sed virtus profecto sanctificans est; cujus participium D habere dicuntur omnes, qui per ejus gratiam sanctificari meruerint (72). Et ut facilius quod dicimus possit intelligi, ex rebus quamvis imparibus sumamus exemplum. Multi sunt qui disciplinæ sive artis medicinæ participant, et nunquid putandum

[12] Ose. X, 12. [13] Deut. IV, 24. [14] Joan. IV, 24. [15] I Joan. I, 5. [16] Psal. XXXV, 10. [17] Joan. XIV, 23. [18] Joan. IV, 24. [19] II Cor. III, 6. [20] ibid. 15, 16, 17. [21] Exod. XXXIV, 36.

« an sine anima. » Alias, « an exanima. » Infra mss., « exemplis et affirmationibus. » Alias, « excerptis affirmationibus. »

(66) *Dicere Deum corpus esse.* Ita mss. Alias, « Deum corpus esse asserere..... apud Moysem, quod Deus. »

(67) *Qui est Filius tuus.* Sic mss. Alias, « quæ est Filius tuus. » Paulo post mss., « vel levis aliquis dabitur; » alias, « vel ejus aliquis. »

(68) Sic mss. Alias vero, « consumit quod exterminat si consumit. »

(69) Alias deest vox, « purum, » quam exhibent mss.

(70) Deest in antea editis vox, « Deum, » quæ in mss. omnibus reperitur.

(71) Sic mss. Alias, « signat. »

(72) Sic mss. Alias, « participium debent habere omnes qui per ejus gratiam sanctificari meruerunt. »

est omnes eos qui medicinæ participant, corporis alicujus quod medicina dicitur, in medio positi sibi auferre particulas, et ita ejus participium sumere (73)? An potius intelligendum est quod quicunque promptis paratisque mentibus intellectum artis ipsius disciplinæque percipiunt, hi medicinæ participare dicantur? Sed hæc non omnino similia exempla putanda sunt de medicina sancto Spiritui comparata; sed ad hoc tantummodo comprobandum (74), quia non continuo corpus putandum est id cujus participatio habetur a plurimis : Spiritus enim sanctus longe differt a medicinæ ratione vel disciplina; pro eo quod Spiritus sanctus subsistentia est intellectualis, et proprie subsistit et exstat : nihil autem tale est medicina.

4. Sed ad ipsum jam sermonem Evangelii transeundum est, ubi scriptum est (75) quia « Deus spiritus est [22], » et ostendendum est quam consequenter his quæ diximus intelligi debeat. Interrogemus namque quando ista dixerit Salvator noster, vel apud quem, vel cum quid quæreretur. Invenimus sine dubio quod ad Samaritanam mulierem loquens ista protulerit, ad eam quæ putabat quod in monte Garizim secundum opinionem Samaritanorum adorari oporteret Deum, dicens quoniam (76) « Deus spiritus est. » Quærebat enim ab eo Samaritana mulier putans eum esse unum ex Judæis, utrum in Hierosolymis adorari oporteret Deum, an in hoc monte; et ita dicebat : « Patres nostri omnes hoc in monte adoraverunt, et vos dicitis quia in Hierosolymis est locus ubi adorare oportet [23]. » Ad hæc ergo quæ opinabatur Samaritana, putans ex locorum corporalium prærogativa, quod minus recte, vel rite (77) adorabatur Deus, aut a Judæis in Hierosolymis, aut a Samaritanis in monte Garizim, respondit Salvator esse recedendum a præsumptione corporalium locorum huic qui vult sequi Dominum, et ita ait : « Venit hora ut veri adoratores, neque in Hierosolymis, neque in monte hoc adorent Patrem. Deus spiritus est, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare [24]. » Et vide quam consequenter veritatem spiritui sociavit, ut ad distinctionem quidem corporum nominaret spiritum; ad distinctionem vero umbræ vel imaginis, veritatem. Qui A enim adorabant in Hierosolymis, umbræ vel imagini cœlestium deservientes, non veritate, neque spiritu (78) adorabant Deum; similiter autem et ii qui adorabant in monte Garizim.

5. Omni igitur sensu qui corporeum aliquid de Deo intelligi suggerit, prout potuimus, confutato, dicimus secundum veritatem quidem Deum incomprehensibilem esse atque inæstimabilem. Si quid enim illud est quod sentire vel intelligere de Deo potuerimus, multis longe **51** modis eum meliorem esse ab eo quod sensimus necesse est credi. Sicut enim si videamus aliquem vix posse scintillam luminis, aut brevissimæ lucernæ lumen aspicere : et eum cujus acies oculorum plus luminis (79) capere quam supra diximus, non va-
B let, si velimus de claritate ac splendore solis edocere : nonne oportebit nos ei dicere, quia omni hoc lumine quod vides, ineffabiliter et inæstimabiliter melior ac præstantior est solis splendor? Ita mens nostra cum intra carnis et sanguinis claustra concluditur, et pro talis materiæ participatione hebetior atque obtusior redditur, licet ad comparationem naturæ corporeæ longe præcellens habeatur, tamen dum ad incorporea nititur atque eorum rimatur intuitum (80), tunc scintillæ alicujus aut lucernæ vix obtinet locum. Quid autem in omnibus intellectualibus, id est incorporeis, tam præstans omnibus, tam ineffabiliter atque inæstimabiliter præcellens, quam Deus? cujus utique natura
C acie humanæ mentis (81) intendi atque intueri, quamvis ea sit purissima mens ac limpidissima, non potest.

6. Verum non videtur absurdum, si ad evidentiorem rei manifestationem etiam alia utamur similitudine. Interdum oculi nostri ipsam naturam lucis, id est substantiam solis, intueri non possunt; splendorem vero ejus, vel radios fenestris forte et quibuslibet luminum brevibus receptaculis infusos (82) intuentes, considerare possumus fomes ipse ac fons quantus sit corporei luminis. Ita ergo quasi radii quidam sunt Dei naturæ, opera divinæ providentiæ et ars universitatis (83) hujus, ad comparationem ipsius substantiæ ac naturæ. Quia ergo mens nostra ipsum per seipsam Deum sicut est non po-
D test intueri, ex pulchritudine operum et decore

[22] Joan. IV, 24. [23] ibid. 20. [24] ibid. 21, 23, 24.

(73) Sic mss. Alias, « nunquam putandum est... quod medicina dicatur... et ejus participium sumere. »

(74) Alias, « dicuntur. Sed hæc non omnimodo... tantummodo probandum. » At mss. ut in nostro textu.

(75) Sic mss. Alias, « ubi scriptum quod. »

(76) Ita mss. Alias, « dicens quomodo. »

(77) *Recte vel rite.* Sic codd. Sorbonicus et Colbertinus; alias, « recte vel recte. »

(78) *Non veritate, neque spiritu*, etc. Sic omnes mss. Alias, « non veritatem, neque spiritum adorabant Deum. »

(79) *Plus luminis.* Sic mss. Alias, « plus de lumine. » Paulo post mss., « pro talis materiæ participatione..... licet ad comparationem. » Alias, « pro tali materiæ participatione..... licet pro comparatione. »

(80) *Intuitum.* Sic mss. Alias, « intentionem. »

(81) *Natura acie humanæ mentis*, etc. Sic omnes mss. Alias, « naturam humanæ mentis intendi atque intueri, quamvis purissima mens ac limpidissima non potest. »

(82) *Luminum brevibus receptaculis infusos.* Sic omnes mss. Alias vero, « illis receptaculis brevibus infusos. »

(83) *Et ars universitatis.* Sic mss. Alias deest « ars. » Paulo post mss., « ipsum per se ipsam Deum. » Alias, « ipsum per se Deum. »

creaturarum parentem universitatis intelligit. Non ergo aut corpus aliquod, aut in corpore esse putandus est Deus, sed intellectualis natura simplex, nihil omnino in se adjunctionis admittens; uti ne majus aliquid et inferius in se habere credatur, sed ut sit ex omni parte μονάς, et ut ita dicam ἑνάς, et mens (84), ac fons ex quo initium totius intellectualis naturæ vel mentis est. Mens vero ut moveatur vel operetur, non indiget loco corporeo, neque sensibili magnitudine, vel corporali habitu, aut colore, neque alio ullo prorsus indiget horum quæ corporis vel materiæ propria sunt (85). Propter quod natura illa simplex et tota mens ut moveatur vel operetur aliquid, nihil dilationis aut cunctationis habere potest, ne per hujusmodi adjunctionem circumscribi vel inhiberi aliquatenus videatur divinæ naturæ simplicitas, uti ne quod est principium (86) omnium, compositum inveniatur et diversum, et sit multa, non unum, quod oportet totius corporeæ admistionis alienum una sola, ut ita dixerim, deitatis specie constare. Quia autem mens non indigeat loco, ut secundum naturam suam moveatur, certum est etiam ex nostræ mentis contemplatione (87). Hæc enim si in sua mensura consistat, nec ex qualibet causa aliquid ei obtusionis eveniat, nihil unquam ex locorum diversitate tardabitur, quominus suis motibus agat; neque rursus ex locorum qualitate augmentum aliquod vel incrementum mobilitatis acquirit. Quod si obtendat aliquis (88), verbi gratia quia navigantibus et fluctibus maris jactatis minus aliquanto mens vigeat quam vigere in terris solet; non ex loci diversitate id pati, sed ex corporis commotione vel conturbatione credendum est, cui mens adjuncta vel inserta est. Videtur enim quasi contra naturam in mari degere corpus humanum, et propterea velut quadam sui inæqualitate motus mentis (89) incomposite ordinateque suscipere, et acuminis ejus ictus obtusiori ministerio dispensare, non minus quam si qui etiam in terra positi febribus urgeantur: quorum certum est quod si minus aliquid per vim febrium mens suum non servet officium, non loci culpam, sed morbum corporis esse causandum, per quem turbatum corpus atque confusum (90) nequaquam notis ac naturalibus lineis solita menti dependit officia, quandoquidem nos homines animal sumus compositum ex corporis animæque concursu. Hoc enim modo habitare nos super terram possibile fuit. Deum vero, qui omnium est principium, compositum esse non est putandum: ne forte priora ipso principio inveniantur elementa esse, ex quibus compositum est omne, quidquid illud est, quod compositum dicitur. Sed nec magnitudine corporali mens indiget ut agat aliquid, vel moveatur; sicut oculus cum in majora quidem corpora (91) intuendo diffunditur, ad parva vero et exigua coarctatur et astringitur ad videndum. Indiget sane mens magnitudine intelligibili, quia non corporaliter, sed intelligibiliter crescit. Non enim corporalibus incrementis simul cum corpore mens usque ad vigesimum vel trigesimum annum ætatis augetur, sed eruditionibus et exercitiis
52 adhibitis acumen quidem elimatur ingenii, quæque sunt ei insita (92) ad intelligentiam provocantur, et capax efficitur majoris intellectus, non corporalibus incrementis aucta, sed eruditionis exercitiis elimata. Quæ idcirco non statim a puero vel a nativitate recipere potest, quia invalida adhuc et imbecilla membrorum est compago, quibus velut organis ad exercitium sui mens utitur, neque operandi vim (93) sustentare valet, nec percipiendæ disciplinæ exhibere sufficit facultatem.

7. Si qui autem sunt qui mentem ipsam animamque corpus esse arbitrentur, velim mihi responderent, quomodo tantarum rerum (94), tam difficilium tamque subtilium rationes assertionesque recipiat [25]. Unde ei virtus memoriæ? Et unde ei rerum invisibilium contemplatio? Unde certe incorporalium intellectus rerum corpori inest? Quomodo

[25] confer Platonem in Phædone.

(84) *Et inferius in se habere credatur ... μονάς, et ut ita dicam ἑνάς, mens.* Ita codd. omnes mss. Alias, « et inferius esse credatur..... μονάς, et, ut ita dicam, totus mens. »

(85) Sic mss. Alias, « corporis vel propriæ materiæ propria sunt. »

(86) Ita recte omnino omnes codd. mss. Alias, « operetur, aliquid dilationis habere potest, ne... circumscribi vel inhabitari... uti ne quod principium. » Quæ lectio sensu plane caret.

(87) Sic mss. Alias, « quia ergo mens non indiget loco..... certum est nostræ mentis contemplatione... nec ex aliqua causa. »

(88) *Obtendat aliquis*, etc. Sic mss. Alias, « contendat aliquis quia navigantibus fluctibus. »

(89) Vox, « mentis, » deest in antea editis, sed reperitur in omnibus mss.

(90) Sic omnes mss. Alias, « culpandum propterea quod turbatum atque confusum. »

(91) Vox, « corpora, » quam exhibent mss., desideratur in antea editis.

(92) Sic mss. Alias, « quo quæ sunt ei insita. » Paulo post iidem mss., « sed eruditionis exercitiis elimata. » Alias, « sed eruditionibus et exercitiis elimata. »

(93) *Vim.* Ita mss. Alias, « usum. »

(94) *Quomodo tantarum rerum*, etc. Ex his sane argumentis quæ profert Origenes, liquet ipsum naturam animæ in corpore quantumvis subtili non posuisse. Sic in *Protreptico ad martyrium*: Ἔτι δὲ καὶ φιλοζωεῖ ἄνθρωπος, πεῖσμα λαβὼν περὶ οὐσίας λογικῆς ψυχῆς, ὡς ἐχούσης τι συγγενὲς Θεῷ· νοερὰ γὰρ ἑκάτερα καὶ ἀόρατα, καὶ ὡς ἐπικρατῶν ἀποδείκνυσι λόγος, ἀσώματα. « Et adhuc homo vitam amat, cum demonstrationem acceperit de animæ rationalis natura, quod aliquam habeat cum Deo cognationem. Intelligibilia enim utraque sunt et invisibilia, et, ut invicta ratione demonstratur, incorporea. » Nec obstat quod habet lib. I *De principiis*, cap. 6, « solius Dei, id est Patris et Filii et Spiritus sancti naturæ id proprium esse, ut sine materiali substantia, et absque ulla corporeæ adjectionis societate intelligatur subsistere. » Nec quod scribit lib. II, cap. 2, « incorporeas remanere rationabiles naturas sibi quidem difficillimum et pene impossibile videri. » Et paulo post: « Si vero impossibile est hoc

natura corporea disciplinas artium, rerum contemplationes rationesque rimatur? Unde etiam divina dogmata quæ manifeste incorporea sunt, sentire ac intelligere potest? Nisi forte aliquis putet quod sicut forma ista corporea, et habitus ipse aurium vel oculorum, confert aliquid ad audiendum et ad videndum, et ut singula membra quæ a Deo formata sunt, habent aliquid (95) opportunitatis etiam ex ipsa formæ qualitate ad hoc quod agere naturaliter instituta sunt; ita etiam habitum animæ vel mentis intelligi debere arbitretur, quasi apte accommodateque formatum ad hoc ut de singulis sentiat vel intelligat, atque ut vitalibus (96) motibus moveatur. Verum qualem colorem mentis secundum hoc quod mens est et intelligibiliter movetur, describere quis posset, aut dicere, non adverto. Adhuc ad confirmationem atque explanationem eorum quæ de mente vel anima diximus, eo quod præstantior sit totius naturæ corporeæ (97), etiam hæc addi possunt: unicuique corporeo sensui substantia quædam sensibilis subjacet propria in quam sensus ipse corporalis intenditur. Verbi gratia, visui subjacent colores, habitus, magnitudo; auditui voces et sonus; odoratui nidores, boni vel mali odores; gustui, sapores; tactui calida vel frigida, dura vel mollia, aspera vel lævia (98). Horum autem sensuum de quibus supra diximus, quia multo melior sensus sit mentis, omnibus clarum est. Quomodo ergo non videtur absurdum, his quidem quæ inferiora sunt, substantias esse subjectas ad intendendum; huic autem virtuti quæ melior est, id est mentis sensui, nihil omnino subjici substantiale, sed esse intellectualis naturæ virtutem corporibus accidentem vel consequentem? Quod qui dicunt, sine dubio in contumeliam ejus substantiæ, quæ in ipsis melior est,

A hoc proferunt: imo vero ex hoc etiam ad ipsum Deum refertur injuria, cum putant eum per naturam corpoream posse intelligi, quo scilicet secundum ipsos (99) corpus sit et illud quod per corpus potest intelligi vel sentiri; et nolunt hoc intelligi quod propinquitas quædam sit menti ad Deum, cujus et ipsa mens intellectualis imago sit, et per hæc possit aliquid de divinitatis sentire natura, maxime si expurgatior et segregatior sit a materia corporali.

8. Verum istæ assertiones minus fortassis auctoritatis habere videantur apud eos qui ex sanctis Scripturis de rebus divinis institui volunt, et etiam sibi inde approbari quærunt, quomodo natura Dei

B supereminet corporum naturam. Vide ergo si non etiam Apostolus hoc idem ait, cum de Christo loquitur dicens: « Qui est imago invisibilis Dei primogenitus omnis creaturæ [26]. » Non enim, ut quidam putant, natura Dei alicui visibilis est, et aliis invisibilis (1); non enim dixit Apostolus, imago invisibilis Dei hominibus, aut invisibilis peccatoribus, sed valde constanter pronuntiat de ipsa natura Dei dicens: « Imago invisibilis Dei. » Sed et Joannes in Evangelio dicens: « Deum nemo vidit unquam [27], » manifeste declarat omnibus qui intelligere possunt, quia nulla natura est cui visibilis sit Deus; non quasi qui visibilis quidem sit per naturam, et velut fragilioris creaturæ evadat atque excedat aspectum,

C **53** sed quoniam naturaliter videri impossibile est.

	INTERPR. HIERON.
Quod si requiras a me quid etiam de ipso Unigenito sentiam, si ne ipsi quidem visibilem dicam naturam Dei, quæ natura-	*Sicut enim incongruum* (2) *est dicere quod possit Filius videre Patrem, ita inconveniens est ovi-*

[26] Coloss. I, 15. [27] Joan. I, 18.

ullo modo affirmari, id est quod vivere præter corpus possit ulla alia natura præter Patrem et Filium et Spiritum sanctum, necessitas consequentiæ ac rationis coarctat intelligi, principaliter quidem creatas esse rationabiles naturas; materialem vero substantiam opinione quidem et intellectu solum separari ab eis... sed nunquam sine ipsa eas vel vixisse vel vivere. » Ex his enim et similibus locis non sequitur Origenem naturam animæ et aliorum spirituum in corpore posuisse; id solum conficitur, Ori-

D genem juxta ac Platonicos putasse animas nunquam corporibus omnino nudari, sed præter crassum hoc corpus quo in hac vita induuntur, certo quodam connexas esse aerio corpore quod eas ubique sequitur, quod servant etiam deposito crassiori, quod denique vocatur a Porphyrio et Plotino « spiritale » et interius animæ indumentum. Imo præter duplex hocce corpus, Philoponus tertium agnoscit subtilius et purius quod vocat σῶμα οὐράνιον, αἰθέριον, et αὐγοειδές, quodque animabus tribuit quæ ab affectibus corporeis liberæ sunt. Proclus et Hierocles illud vocant τὸ πνευματικὸν ὄχημα τῆς λογικῆς ψυχῆς, « spiritale vehiculum rationabilis animæ. » At valde peregrinum in Platonicorum scriptis oportet eum esse qui in hocce duplici interiori, vel alterutro vehiculo eos putaverit animæ naturam posuisse.

(95) Sic mss. Alias, « vel ad vivendum, ut singula membra quæ a Deo formata sunt, habeant aliquid. »

(96) Alias, « ut in talibus, » sed mss., « ut vitalibus. »

(97) Sic omnes mss. Alias, « dicimus, eo quod præstantior sit tota natura corporea. » Paulo post mss., « subjacet propria. » Alias, « subjacet proprie. »

(98) *Lævia; horum autem sensuum.* Sic mss. Alias, « levia. His autem sensibus. »

(99) *Posse intelligi quo scilicet secundum ipsos*, etc. Sic hunc locum ad fidem omnium mss. restituimus; libb. editi habent, « posse intelligi vel sentiri, ut volunt hoc intelligi, » pluribus omissis. Paulo infra mss., « si expurgatior et segregatior. » Alias deest, « et segregatior. »

(1) *Alicui visibilis est, et aliis invisibilis.* Sic omnes mss. Alias, « invisibilis est alicui, et aliis visibilis est. »

(2) *Sicut enim incongruum est*, etc. Hunc locum e libro I *Περὶ ἀρχῶν* profert Hieronymus in epist. 38, alias 61 ad Pammachium. Ipsemet Rufinus invectiva prima adversus Hieronymum fatetur fuisse « aliqua verba in Græco incautius fortasse posita, » quæ interpretando declinaverit, aut ad catholicum sensum reduxerit. Vide *Origenianorum* lib. II quæst. 2, num. 17 et 18.

liter (3) invisibilis est, ne tibi statim vel impium videatur esse vel absurdum: | *nari quod Spiritus sanctus possit videre Filium.*

rationem quippe dabimus consequenter (4). Aliud est videre, aliud cognoscere; videri et videre corporum res est, cognosci et cognoscere intellectualis naturæ est. Quidquid ergo proprium corporum est, hoc nec de Patre est, nec de Filio sentiendum. Quod vero ad naturam pertinet deitatis, hoc inter Patrem et Filium constat. Denique etiam ipse in Evangelio non dixit, quia nemo vidit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, sed ait: « Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius [28]. » Ex quo manifeste indicatur quod quidquid inter naturas corporeas videri et videre dicitur, hoc inter Patrem et Filium cognoscere dicitur et cognosci, per virtutem scientiæ, non per visibilitatis fragilitatem. Quia igitur de incorporea natura et invisibili, nec videre proprie dicitur, nec videri; idcirco neque Pater a Filio, neque Filius a Patre videri in Evangelio dicitur, sed cognosci.

9. Quod si proponat nobis aliquis, quare dictum est: « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt [29]; » multo magis etiam ex hoc, ut ego arbitror, assertio nostra firmabitur: nam quid aliud est corde Deum videre, nisi secundum id quod supra exposuimus mente eum intelligere atque cognoscere? Frequenter enim sensibilium membrorum nomina ad animam referuntur, ita ut oculis cordis videre dicatur, id est virtute intelligentiæ aliquid intellectuale conjicere (5). Sic et audire auribus dicitur, cum sensum intelligentiæ profundioris advertit. Sic et uti eam posse dentibus dicimus, cum mandit, et panem comedit vitæ qui de cœlo descendit. Similiter et cæteris uti membrorum officiis dicitur, quæ ex corporali appellatione translata virtutibus animæ coaptantur, sicut et Salomon dicit: « Sensum divinum invenies [30]. » Sciebat namque duo genera esse sensuum in nobis, unum genus sensuum mortale (6), corruptibile, humanum; aliud genus immortale et intellectuale, quod nunc divinum nominavit. Hoc ergo sensu divino non oculorum, sed cordis mundi, quæ est mens, Deus

A videri ab his qui digni sunt potest. Cor sane pro mente, id est pro intellectuali virtute nominari in omnibus Scripturis novis ac veteribus abundanter invenies. Hoc igitur modo quamvis longe inferius quam dignum est, utpote pro infirmitate humanæ intelligentiæ naturam Dei intelligentes, nunc quid sibi velit nomen Christi videamus.

CAPUT II.

De Christo.

1. Primo illud nos oportet scire, quod aliud est in Christo deitatis ejus natura, quod est unigenitus Filius Patris (7): et alia humana natura quam in novissimis temporibus pro dispensatione suscepit. Propter quod videndum primo est quid sit unigenitus Filius Dei, qui multis quidem et diversis no-
B minibus pro rebus vel opinionibus appellantium nuncupatur. Sapientia namque dicitur, sicut et Salomon dixit: « Dominus creavit me initium viarum suarum, et in opera sua antequam aliquid faceret, ante sæcula fundavit me. In initio, priusquam terram faceret, priusquam produceret fontes aquarum, antequam firmarentur montes, ante omnes autem colles generat me [31] (8). » Dicitur autem et primogenitus, sicut dixit Apostolus: « Qui est primogenitus omnis creaturæ [32]. » Nec tamen alius est primogenitus per naturam quam sapientia, sed unus atque idem est. Denique et apostolus Paulus dicit: « Christus Dei virtus et Dei sapientia [33]. »

2. Nemo tamen putet aliquid nos insubstantivum
C dicere cum eum Dei sapientiam nominamus; id est, ut exempli causa finxerim, quod eum non velut animal quoddam sapiens, sed rem aliquam quæ sapientes efficiat, intelligamus, præbentem se et mentibus inserentem eorum qui capaces virtutum ejus atque intelligentiæ fiunt (9). Si ergo semel recte receptum est, unigenitum Filium Dei, sapientiam ejus esse substantialiter subsistentem, nescio si jam ultra evagari sensus noster debeat ad suspicandum, ne forte ipsa ὑπόστασις, id est substantia ejus (10) corporeum aliquid habeat, cum omne quod corporeum est, vel habitu, vel colore, vel magnitudine designetur. Et quis unquam sani sensus habitum, vel colorem, vel mensuræ magni-

[28] Matth. XI, 27. [29] Matth. V, 8. [30] Prov. II, 5. [31] Prov. VIII, 23 seqq. [32] Col. I, 15. [33] I Cor. I, 24.

(3) *Quæ naturaliter.* Sic mss. Alias, « qui naturaliter. »

(4) *Rationem quippe dabimus consequenter.* Rufinus invect. 1 adversus Hieronymum queritur ab inimicis suis falsatam fuisse hoc loco interpretationem suam: « Pro eo, inquit, quod nos scripsimus: *rationem quippe dabimus consequenter;* illi scripserunt: *non tibi statim impium vel absurdum videatur esse, quia sicut Filius Patrem non videt, ita nec Spiritus sanctus videt Filium.* » Verum nec in libris antea editis, nec in mss. ullum hodie superest ejusmodi adulterationis vestigium.

(5) Sic mss. Alias, « id est cum virtute intelligentiæ aliquid intellectualis conjicere. »

(6) *In nobis unum genus sensuum mortale.* Ita mss. Alias deest « in nobis, » et « genus sensuum. » Paulo post libri editi post « immortale, » addunt,

D « et intellectuale, » quod in mss. desideratur. Infra mss. « abundanter invenies. » Alias, « abundantius invenies. » Paulo post mss., « nunc quid sibi velit. » Alias, « Tunc qui sibi velit. »

(7) Sic mss. Alias, « quod alia est in Christo deitatis ejus natura quæ est.... et alia humana quam, » etc.

(8) Mss., « generat me. » Alias, « genuit me. » Paulo post mss., « Dei virtus et Dei sapientia. » Alias, « Dei virtus et sapientia. »

(9) Sic mss. Alias, « fuerint. »

(10) *Ne forte ipsa ὑπόστασις, id est substantia ejus.* Ita mss. in quibus tamen ante vocem ὑπόστασις comparet alia vox Græca sic delineata, IPIYA, quæ quid sibi velit ne conjectura qui[d]em asse[q]ui possum, nisi forte legatur: ἰδία. In libris antea editis legitur, « ne forte ipsa ideæ substantia ejus. »

tudinem **54** in sapientia requisivit per hoc quod sapientia est? Quomodo autem extra hujus sapientiæ generationem fuisse aliquando Deum Patrem (11), vel ad punctum momenti alicujus, quis potest sentire vel credere, qui tamen pium aliquid de Deo (12) intelligere noverit, vel sentire? Aut enim non potuisse Deum dicet generare sapientiam antequam generaret, ut eam quæ ante non erat, postea genuerit ut esset; aut potuisse quidem et, quod dici de Deo nefas est, noluisse generare: quod utrumque et absurdum esse et impium omnibus patet; id est ut aut ex eo quod non potuit Deus proficeret ut posset, aut cum posset, dissimularet ac differret generare sapientiam. Propter quod nos semper Deum Patrem novimus unigeniti Filii sui, ex ipso quidem nati, et quod est ab ipso trahentis, sine ullo tamen initio, non solum eo quod aliquibus temporum spatiis distingui potest, sed ne illo quidem quod sola (13) apud semetipsam mens intueri solet, et nudo, ut ita dixerim, intellectu, atque animo conspicari. Extra omne ergo quod vel dici, vel intelligi potest initium generatam esse credendum est sapientiam. In hac ipsa ergo sapientiæ subsistentia, quia omnis virtus ac deformatio futuræ inerat creaturæ, vel eorum quæ principaliter exsistunt, vel eorum quæ accidunt consequenter virtute præscientiæ præformata atque disposita, pro his ipsis quæ in ipsa sapientia velut descriptæ ac præfiguratæ fuerant creaturis (14), seipsam per Salomonem dicit creatam esse sapientia initium viarum Dei, continens scilicet in semetipsa universæ creaturæ vel initia, vel formas, vel species.

3. Quali autem modo intelleximus sapientiam initium viarum Dei esse, et quomodo creata esse

A dicitur, species scilicet in se et initia totius præformans et continens creaturæ; hoc etiam modo Verbum Dei eam esse intelligendum est per hoc quod ipsa cæteris omnibus, id est universæ creaturæ mysteriorum et arcanorum rationem, quæ utique intra Dei sapientiam continentur, aperiat: et per hoc Verbum dicitur, quia sit tanquam arcanorum mentis interpres. Unde et recte mihi dictus videtur sermo ille qui in Actibus Pauli scriptus est (15), quia « hic est Verbum animal Vivens. » Joannes vero excelsius et præclarius in initio Evangelii sui dicit, propria definitione Deum esse definiens Verbum, dicens: « Et Deus erat Verbum, et hoc erat in initio apud Deum [34]. » Qui autem initium dat Verbo Dei, vel sapientiæ Dei, intuere ne magis in

B ipsum ingenitum Patrem impietatem suam jactet, cum eum neget semper Patrem fuisse et genuisse Verbum, et habuisse sapientiam in omnibus anterioribus, vel temporibus, vel sæculis, vel si quid illud est quod nominari potest.

4. Hic ergo Filius etiam omnium quæ sunt veritas est et vita; et recte. Nam quomodo viverent (16) quæ facta sunt, nisi ex vita? Vel quomodo veritate constarent ea quæ sunt, nisi ex veritate descenderent? Vel quomodo rationabiles possent esse substantiæ, nisi Verbum vel ratio præcederet? Vel quomodo saperent (17), nisi esset sapientia? Verum quoniam futurum erat ut etiam deciderent aliqui a vita, et mortem sibi ipsi consciscerent (18), ex eo

C ipso quod a vita deciderent (non enim aliud est mors quam a vita discedere), et utique non esset consequens, ut ea quæ semel ad vivendum fuerant procreata a Deo penitus deperirent, oportuit ante mortem esse talem virtutem, quæ futuram dissol-

[34] Joan. I, 1.

Paulo post mss., « in sapientia requisivit. » Alias, « in sapientia Dei requisivit. »

(11) *Quomodo autem extra hujus sapientiæ generationem fuisse aliquando Deum Patrem*, etc. Si cui forte suspecta sit hoc loco Rufini fides, et expressiora putet quam ut Origenis sint, hæc argumenta quibus æternitas Filio Dei vindicatur, is legat alia ἰσοδυναμοῦντα Origenis verba quæ refert Marcellus Ancyranus apud Eusebium lib. I adversus eumdem Marcellum, cap. 4, pag. 22: Οὐ γὰρ ὁ Θεὸς Πατὴρ εἶναι ἤρξατο, κωλυόμενος, ὡς οἱ γινόμενοι πατέρες ἄνθρωποι, ὑπὸ τοῦ μὴ δύνασθαί πω πατέρες εἶναι.

D Εἰ γὰρ ἀεὶ τέλειος ὁ Θεὸς, καὶ πάρεστιν αὐτῷ δύναμις τοῦ Πατέρα αὐτὸν εἶναι, καὶ καλὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα τοῦ τοιούτου Υἱοῦ, τί ἀναβάλλεται, καὶ ἑαυτὸν τοῦ καλοῦ στηρίσκει, καὶ ὡς ἔστιν εἰπεῖν, ἐξ οὗ δύναται Πατὴρ εἶναι Υἱοῦ; Τὸ αὐτὸ μέντοιγε καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λεκτέον. « Non enim Deus cœpit esse Pater, eo quod, ut inter homines fieri solet, Pater esse nequiverat. Nam si semper perfectus exstitit Deus, potestasque ei fuit qua fieret Pater, ac bonum est illum esse Patrem talis Filii, cur differt, et ex quo Filii potest esse Pater, seipsum tanto bono privat? Idem etiam dicendum de sancto Spiritu. » Vide insuper alia Origenis loca quæ profert Athanasius lib. *De decretis Nicænæ syn.*, p. 233, et quæ infra reperies lib. IV *De principiis*, in notis ad n. 28.

(12) *De Deo*. Hæc desunt in libb. antea editis, sed exstant in omnibus mss. Paulo post mss., « quod utrumque et absurdum esse... id est ut aut ex eo. » Alias, « quia utrumque et absurdum esse... id est ut eo. »

(13) Sic mss. Alias, « sine illo quidem quod sola. »

(14) Ita codex Remigianus et recte omnino. Alii, « pro his ipsis quæ in ipsa sapientia velut descripta et præfigurata fuerant creaturis. » Paulo post mss., « dicit creatam esse sapientia. » Libb. editi, « dicit creatam esse sapientiam. »

(15) *Qui in Actibus Pauli scriptus est*, etc. De his Actibus loquitur Eusebius lib. III *Hist.*, cap. 3, et eodem libro, cap. 25, Philastrius hæres. 87. Diversi erant hi Actus ab Actibus Pauli et Theclæ. Porro quod in ejusmodi apocryphis Actibus habebatur quia « hic est verbum animal vivens, » nullus dubito quin corrupte derivatum sit ex his ad Hebræos IV, 12: ζῶν γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ.

(16) Mss., « viverent. » Alias, « vivent. »

(17) *Saperent*. Ita codex Colbertinus. Alii cum antea editis, « sapiens. » Ibidem mss., « verum quoniam futurum erat. » Alias « verum quomodo futurum erat. »

(18) *Sibi ipsi consciscerent*. Sic recte omnes mss. Alias « Christi consciscerent. » Paulo post libri antea editi, « et esset resurrectio in Domino et Salvatore nostro, quæ resurrectio, etc., tum deinde quomodo futurum erat. » Sed. mss. ut in nostro textu.

veret mortem, et esset resurrectio quæ in Domino et Salvatore nostro formata est, quæ resurrectio in ipsa Dei sapientia et Verbo ac vita consisteret. Tum deinde quoniam futurum erat ut aliqui ex his qui creati sunt, pro eo quod non naturaliter, id est substantialiter inesset eis bonum, sed accidens, non volentes inconvertibiles et incommutabiles semper permanere, ac semper in eisdem bonis æqua ac moderata libratione durare, sed conversi atque mutati de statu suo deciderent (19), via factus est Verbum Dei et sapientia. Quæ via idcirco dicitur, quod ad Patrem ducat eos qui per eam incedunt. Quæcunque ergo diximus de sapientia Dei, hæc convenienter aptabuntur et intelligentur etiam pro eo quod Filius Dei vita est, et pro eo quod Verbum est, et pro eo quod veritas est, et pro eo quod resurrectio est: quia hæ omnes appellationes ex operibus ejus ac virtutibus nominatæ sunt, et in nulla harum vel levi opinione intelligi corporale aliquid potest, quod vel magnitudinem designare videatur, vel habitum, **55** vel colorem: quoniam hi (20) qui videntur apud nos hominum filii, vel cæterorum animalium, semini eorum a quibus seminati sunt respondent, vel earum quarum in utero formantur ac nutriuntur, habent ex his quidquid illud est quod in lucem hanc assumunt ac deferunt processuri. Infandum autem est et illicitum, Deum Patrem in generatione unigeniti Filii sui atque in subsistentia ejus exæquare alicui vel hominum vel aliorum generanti; sed necesse est aliquid exceptum esse Deoque dignum cui nulla prorsus comparatio non in rebus solum, sed ne in cogitatione quidem vel sensu inveniri potest, ut humana cogitatio possit apprehendere quomodo ingenitus Deus Pater efficitur unigeniti Filii (21). Est namque ita æterna ac sempiterna generatio sicut splendor generatur ex luce (22). Non enim per adoptionem Spiritus Filius fit extrinsecus, sed natura Filius est.

5. Videamus tamen quomodo hæc quæ dicimus etiam divinæ Scripturæ auctoritate muniantur. Ait apostolus Paulus unigenitum Filium imaginem esse Dei invisibilis, et primogenitum eum esse totius creaturæ [35]: ad Hebræos vero scribens dicit de eo quia « sit splendor gloriæ, et figura expressa substantiæ ejus [36]. » Invenimus nihilominus etiam in Sapientia, quæ dicitur Salomonis, descriptionem A quamdam de Dei sapientia hoc modo scriptam: « Vapor est enim, inquit, virtutis Dei, et ἀπόῤῥοια gloriæ omnipotentis purissima [37]. » Ideo ergo in eam nihil commaculatum incidere potest. Splendor enim est lucis æternæ, et speculum immaculatum operationis Dei, et imago bonitatis ejus. Sapientiam vero dicimus, sicut superius diximus, subsistentiam habentem non alibi, nisi in eo qui est initium omnium; ex quo et nata est quæque sapientia, quia ipse est qui est solus natura Filius, idcirco et unigenitus dicitur.

6. Videamus sane quid intelligi debeat etiam de hoc quod imago invisibilis dicitur, ut et per hoc advertamus quomodo Deus recte Pater dicitur Filii sui; et consideremus primo ex his quæ consuetu- B dine hominum imagines appellari solent. Imago interdum dicitur ea quæ in materia aliqua, id est ligni vel lapidis, depingi vel exsculpi solet. Interdum imago dicitur ejus qui genuit, is qui natus est, cum in nullo similitudinem (23) lineamenta ejus qui genuit in eo qui natus est, mentiuntur. Puto ergo posse priori quidem exemplo aptari eum qui ad imaginem et similitudinem Dei factus est, hominem (24), de quo diligentius favente Deo cum locum ipsum in Genesi exponere cœperimus, videbimus. Secundæ vero comparationi imago Filii Dei, de quo nunc sermo est, comparari potest etiam secundum hoc quod invisibilis Dei imago invisibilis est, sicut secundum historiam dicimus imaginem Adæ esse filium ejus Seth. Ita enim scriptum est: « Et genuit C Adam Seth, secundum imaginem suam, et secundum speciem suam [38]. » Quæ imago etiam naturæ ac substantiæ Patris et Filii continet unitatem. Si enim omnia quæ facit Pater, hæc et Filius facit similiter, in eo quod omnia ita facit Filius sicut Pater, imago Patris in Filio deformatur, qui utique natus ex eo est velut quædam voluntas ejus ex mente procedens (25). Et ideo ego arbitror quod sufficere debeat voluntas Patris ad subsistendum hoc quod vult Pater. Volens enim non alia via utitur, nisi quæ consilio voluntatis profertur. Ita ergo et Filii subsistentia generatur ab eo. Quod necesse est in primis suscipi ab his qui nihil ingenitum, id est innatum præter solum Deum Patrem fatentur (26). Observandum namque est, ne quis incurrat in illas absurdas D fabulas eorum, qui prolationes quasdam sibi ipsis

[35] Coloss. I, 15. [36] Heb. I, 3. [37] Sap. VII, 25. [38] Gen. V, 3.

(19) *De statu suo deciderent.* Sic optime mss. In antea editis male omittitur « deciderent. »

(20) Sic mss. Alias, « colorem. Quomodo quidem hi. » Paulo infra mss., « habent ex his quidquid illud est quod. » Alias « habent ex his quidquam, illud est quod. » Paulo infra mss., « atque in subsistentia ejus. » Alias, « atque in substantia ejus. »

(21) Sic recte mss. Alias corrupte, « quomodo unigenitus Deus efficitur unigeniti Filii. »

(22) *Sicut splendor generatur ex luce.* Hoc solis solarisque radii exemplo ad significandam æternam Verbi generationem, nihil frequentius esse apud Origen. aliosque Patres. Videsis *Origenian.* l. II, q. 3, n. 24.

(23) Tres codd. mss. Corbeiensis, Remigianus, et monast. S. Michael, habent « similitudinum. »

(24) Sic mss. Alias, « homo. » Paulo infra mss., « imago Filii de quo. » Alias, « imago Filii de qua. » Paulo post mss., « imaginem Adæ esse filium ejus Seth. » Alias, « similitudinem Adæ filium Seth. »

(25) *Velut quædam voluntas ejus ex mente procedens.* Sic Clemens Alexandr. *Pædag.* III, cap. ult., ἀγαθοῦ Πατρὸς ἀγαθὸν βούλημα. « Boni Patris bona voluntas. » *Stromat.* lib. V, pag. 547: θέλημα παντοκρατορικόν. Tertullianus *De orat.* cap. 4: « Ipse erat voluntas et potestas Patris. » Apud Athanas. orat. 3 et 4 contra Arianos: βουλὴ καὶ βούλημα τοῦ Πατρός.

(26) *Qui nihil ingenitum id est innatum præter solum Deum Patrem fatentur.* Quod vertit Rufinus

depingunt, ut divinam naturam in partes vocent, et Deum Patrem quantum in se est dividant, cum hoc de incorporea natura vel leviter suspicari, non solum extremæ impietatis sit, verum etiam ultimæ insipientiæ, nec omnino ad intelligentiam consequens ut incorporeæ naturæ substantialis divisio possit intelligi. Magis ergo sicut voluntas procedit e mente, et neque partem aliquam mentis secat, neque ab ea separatur aut dividitur, tali quadam specie putandus est Pater Filium genuisse, imaginem scilicet suam, ut sicut ipse invisibilis est per naturam, ita imaginem quoque invisibilem genuerit. Verbum enim est **56** Filius, et ideo nihil in eo sensibile intelligendum est. Sapientia est, et in sapientia nihil corporeum suspicandum est. Lumen est verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [39], sed nihil habet commune ad solis hujus lumen. Imago ergo est invisibilis Dei Patris Salvator noster, quantum ad ipsum quidem Patrem veritas (27); quantum autem ad nos quibus revelat Patrem, imago est per quam cognoscimus Patrem, quem nemo alius novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare. Revelat autem per hoc quod ipse intelligitur. A quo ipse enim fuerit intellectus consequenter intelligitur et Pater, secundum hoc quod ipse dixit: « Qui me vidit, vidit et Patrem [40]. »

7. Sed quoniam sermonem Pauli inseruimus de Christo dicentis in eo quod ait quia « splendor est gloriæ Dei, et figura expressa substantiæ ejus [41]: » quid ex hoc sentiendum sit videamus. « Deus lux est [42], » secundum Joannem. Splendor ergo hujus lucis est unigenitus Filius, ex ipso inseparabiliter velut splendor (28) ex luce procedens, et illuminans universam creaturam. Secundum hæc namque quæ superius exposuimus, quomodo via sit, et ducat ad Patrem, et quomodo Verbum sit arcana sapientiæ ac scientiæ mysteria interpretans ac proferens rationabili creaturæ, quomodo etiam veritas et vita est et A resurrectio, consequenter intelligere debemus etiam splendoris opus; per splendorem namque quid sit lux ipsa intelligitur et sentitur. Qui splendor fragilibus se et infirmis mortalium oculis placidius ac lenius offerens, et paulatim velut edocens et assuefaciens claritatem luminis pati, cum ab eis dimoverit omne quod visum obducit et impedit, secundum quod Dominus dixit: « Ejice trabem de oculo tuo [43]; » capaces eos efficit ad suscipiendam gloriam lucis, etiam in hoc velut quidam mediator hominum ac lucis effectus.

8. Verum quoniam (29) non solum splendor gloriæ esse dicitur ab Apostolo, sed et figura expressa substantiæ vel subsistentiæ ejus, non mihi videtur otiosi esse intellectus advertere quomodo B alia præter ipsam Dei substantiam, quæcunque illa substantia et subsistentia dicitur, figura substantiæ ejus esse dicatur. Et vide ne forte quoniam Filius Dei, qui Verbum ejus et sapientia dicitur, et solus novit Patrem, et revelat quibus vult, id est qui capaces verbi ipsius et sapientiæ fuerint, secundum hoc ipsum quod intelligi atque agnosci facit Deum, figuram substantiæ atque subsistentiæ ejus dicatur exprimere: id est cum semetipsum primum describit sapientia ea quæ revelare vult cæteris, ex quibus ab illis agnoscitur et intelligitur Deus, et hoc dicatur figura expressa substantiæ Dei. Ut autem plenius adhuc intelligatur quomodo Salvator figura est substantiæ vel subsistentiæ Dei (30), utamur C etiam exemplo, quod quamvis rem non plene nec proprie significet de qua agimus, tamen ad hoc solum videatur assumptum, quod exinaniens se Filius qui erat in forma Dei, per ipsam sui exinanitionem studet nobis deitatis plenitudinem demonstrare. Verbi causa, si facta esset aliqua statua talis quæ magnitudine sui universum orbem terræ teneret, et pro sui immensitate considerari a nullo posset; fieret autem alia statua membrorum habitu ac

[39] Joan. I, 9. [40] Joan. XIV, 9. [41] Heb. I, 3. [42] I Joan. I, 5. [43] Luc. VI, 42.

nihil ingenitum, id est innatum, » id Hieronymus reddidit « nihil infectum » in epist. ad Avitum ubi ait: « Tertium dignitate et honore post Patrem et Filium, asserit Spiritum sanctum, de quo cum ignorare se dicat utrum factus sit an infectus, in posterioribus quid de eo sentiret expressit, nihil absque Deo Patre infectum esse confirmans. » At bona Hieronymi venia dixerim, decipi se passus est ambiguæ vocis ἀγένητον significatione quæ non semper « rem infectam » exprimit: a γεννάω, « gigno » fit γεννητός, « genitus; » a γίνομαι « sum, exsisto, » fit γενητός, hoc est « habens ab aliquo ut sit. » Itaque, ut observat Huetius *Origenian.* l. II, q. 2, n. 23, si proprie loqui velimus, Deus Pater est ἀγέννητος, et ἀγένητος, quia neque ab ullo genitus est, neque ab ullo habet ut exsistat. Item Filius est γεννητός, « genitus, » nam gignitur a Patre. Est item γενητός, nam a Patre sic tanquam a principio habet ut sit. Spiritus vero sanctus non est γεννητός, sed γενητός, genitorem enim non habet, sed habet a Patre et Filio ut exsistat. Ergo cum hoc loco ait Origenes nihil absque Patre esse ἀγένητον, Patrem solum ἀγένητον esse vult, quia solus ab alio non habet ut sit, non vero quia solus infectus et increatus est, nam et hoc ultimo sensu Filium ἀγένητον, id est increatum asserit lib. VI *contra Celsum*, num. 7. Hinc liquet a vera Origenis mente aberrasse Hieronymum cum vertit: « Nihil absque Patre infectum esse. » Melius certe Rufinus, « nihil ingeniD tum, id est innatum præter solum Deum Patrem. »

(27) Suspectam Rufini fidem hoc loco facere possint quæ scribit Hieronymus epist. ad Avitum, docere Origenem, « Filium qui sit imago invisibilis Patris, comparatum Patri, non esse veritatem; apud nos autem qui Dei omnipotentis non possumus recipere veritatem, imaginariam veritatem videri; ut majestas ac magnitudo majoris, quodammodo circumscripta sentiatur in Filio; Deum Patrem esse lumen incomprehensibile; Christum collatione Patris splendorem esse perparvum, qui apud nos pro imbecillitate nostra magnus esse videatur. » Sed vide notas ad *Origenian.* lib. II, q. 2, n. 8 et 16.

(28) Ita mss. Alias, « et ut splendor. »

(29) Ita mss. Alias, « quando. »

(30) Sic mss. Alias, « et subsistentia ejus. » Mox mss., « non plene nec proprie, » alias, « non plane nec proprie. »

vultus lineamentis, specie ac materia per omnia A similis absque magnitudinis immensitate, pro eo ut qui illam immensam considerare atque intueri non possent, hanc videntes, illam se vidisse confiterentur (31), pro eo quod omnia membrorum et vultus lineamenta, vel ipsam speciem materiamque similitudine prorsus indiscreta servaret; tali quadam similitudine exinaniens se Filius Dei de æqualitate Patris, et viam nobis cognitionis ejus ostendens, figura expressa substantiæ ejus efficitur; ut qui in magnitudine deitatis suæ positam gloriam miræ lucis non poteramus aspicere, per hoc quod nobis splendor efficitur, intuendæ lucis divinæ viam per splendoris capiamus aspectum. Comparatio sane de statuis (32) quasi in rebus materialibus posita, ad nihil aliud recipitur, quam ad hoc quod Filius Dei B brevissimæ insertus humani corporis formæ ex operum virtutisque similitudine Patris in se immensam (33) ac invisibilem magnitudinem designabat, per hoc quod dicebat ad discipulos suos, quia « Qui me videt, videt et Patrem [44]; » et : « Ego et Pater unum sumus [45]. « Quibus etiam illud simile intelligendum est quod ait, quia « Pater in me est, et ego in Patre [46]. »

9. Videamus nunc etiam illud qualiter sentiendum est, quod in Sapientia Salomonis scriptum legimus, qui ita ait de sapientia, quia « vapor est quidam (34) virtutis Dei, et aporrhœa omnipotentis gloriæ purissima, et splendor lucis æternæ, et speculum immaculatum inoperationis sive virtutis Dei, C et imago bonitatis ejus [47]. » Quæ ergo hic de Deo definit, ex singulis quibusque certa quædam 57 inesse sapientiæ Dei designat : virtutem namque Dei nominat, et gloriam et lucem æternam, et inoperationem et bonitatem. Ait autem sapientiam vaporem esse non gloriæ Omnipotentis, neque æternæ lucis, nec inoperationis Patris, nec bonitatis ejus; neque enim conveniens erat alicui horum ascribi vaporem; sed cum omni proprietate (35) ait virtutis Dei vaporem esse sapientiam. Intelligenda est ergo virtus Dei, qua viget, qua omnia visibilia et invisibilia vel instituit, vel continet, vel gubernat, quæ ad omnia sufficiens est, quorum providentiam gerit, quibus, velut uni, ita omnibus adest. Hujus ergo totius virtutis tantæ et tam immensæ vapor, et, ut ita dicam, vigor ipse in propria subsistentia effectus, quamvis ex ipsa virtute velut voluntas ex mente procedat, tamen et ipsa voluntas Dei nihilominus Dei virtus efficitur (36). Efficitur igitur virtus altera in sua proprietate subsistens, ut ait sermo Scripturæ, vapor quidam primæ et ingenitæ virtutis Dei, hoc quidem quod est, inde trahens; non est autem quando (37) non fuerit. Si enim quis voluerit dicere quasi prius non exstiterit, sed postea ad subsistentiam venerit, dicat causam quare qui eam subsistere fecit Pater, ante hoc non fecerit. Quod si aliquod semel initium dederit, quo initio vapor iste ex Dei virtute processerit, iterum interrogabimus quare non et ante illud quod dixit initium; et ita semper de anterioribus inquirentes, et verbo interrogationis ascendentes, perveniemus in illum intellectum, ut quoniam semper poterat Deus et volebat, nunquam vel decuerit, vel causa aliqua exsistere potuerit, ut non hoc quod bonum volebat, semper habuerit (38). Ex quo ostenditur semper fuisse vaporem istum virtutis Dei nullum habentem initium nisi ipsum Deum. Neque decebat aliud esse initium, nisi ipsum unde et est et nascitur, Deum. Secundum Apostolum vero dicentem, quia Christus Dei virtus est [48], jam non solum vapor virtutis Dei, sed virtus ex virtute dicenda est.

10. Videamus etiam de eo quod dictum est, quoniam (39) « aporrhœa est purissima gloriæ Omnipotentis; » et prius quidem consideremus quid est gloria omnipotentis Dei, deinde etiam quid sit ejus aporrhœa sentiemus. Quemadmodum pater non potest esse quis si filius non sit (40), neque domi-

[44] Joan. xiv, 9. [45] Joan. x, 30. [46] ibid. 38. [47] Sap. vii, 25, 26. [48] I Cor. i, 24.

(31) Ita mss. Alias, « possunt, hanc videntes illam vidisse considerent. »

(32) *Comparatio sane de statuis*, etc. Multum Hieronymo displicuit hæc comparatio quam inter Ori- D genis errores vitandos reponit epistola ad Avitum his verbis : « Duarum statuarum majoris et parvulæ : unius quæ mundum impleat, et magnitudine sua quodammodo invisibilis sit, et alterius quæ sub oculos cadat, ponit exemplum; priori Patrem, posteriori Filium comparans. » Cruda itaque et indigesta in Græco necesse est fuerit hæc comparatio, sed postea a Rufino emollita, et ad commodiorem sensum quibusdam additis, quibusdam detractis revocata. Vide *Origenian.* lib. ii, quæst. 2, num. 8.

(33) Sic omnes mss. Alias, « apparens in terris in humani corporis forma ex operum virtute atque similitudine Dei Patris in immensam, » etc.

(34) *Vapor est quidam.* Alias, « vapor est quidem. »

(35) Sic mss. Alias, « aliquem horum ascribi vaporem, sed tum cum proprietate. » Paulo post mss., « qua viget, qua omnia visibilia, » etc. In antea editis deest, « qua viget. » Paulo infra mss., « quibus velut uni, ita omnibus adest. » Alias, « quibus velut unita omnibus adest. »

(36) *Virtus efficitur.* Post hæc verba in antea editis additur, « virtus altera : ita dictum est sicut in Evangelio : alius est qui testimonium de me reddet Pater. Et de Spiritu ait : Mittam vobis alium Paracletum. » Sed hæc omnia cum desint in omnibus mss., resecanda esse e textu duximus.

(37) Sic mss. Alias, « intra ens, non est ante quando. »

(38) Sic mss. Alias, « verbum interrogationis ascendentes pervenimus .... ut quomodo semper poterat et volebat, nunquam vel decuit .... ut non hoc quod volebat, semper habuerit. »

(39) Alias, « quomodo. »

(40) *Quemadmodum Pater non potest esse quis, si Filius non sit*, etc. Hic locus vel potius alter certe ipsi consimilis refertur a Methodio cujus excerpta habet Photius cod. 235 : Εἰ οὐκ ἔστι δημιουργὸς ἄνευ δημιουργημάτων, ἢ ποιητὴς ἄνευ ποιημάτων, οὐδὲ παντοκράτωρ ἄνευ τῶν κρατουμένων· τὸν γὰρ δημιουργὸν διά τε δημιουργήματα, ἀνάγκη καὶ τὸν

nus quis esse potest sine possessione, sine servo (41); ita ne omnipotens quidem Deus dici potest, si non sint in quos exerceat potentatum; et ideo ut omnipotens ostendatur Deus, omnia subsistere necesse est. Nam si quis est qui velit vel sæcula aliqua, vel spatia transisse, vel quodcunque aliud nominare vult, cum nondum facta essent quæ facta sunt; sine dubio hoc ostendet quod in illis sæculis vel spatiis omnipotens non erat Deus, et postmodum omnipotens factus est, ex quo habere cœpit in quos ageret potentatum; et per hoc videbitur profectum quemdam (42) accepisse, et ex inferioribus ad meliora venisse; siquidem melius esse non dubitatur, esse eum omnipotentem quam non esse.

Πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον (43) τὸ, μὴ ἔχοντά τι τῶν πρεπόντων αὐτῷ τὸν Θεὸν, εἰς τὸ ἔχειν ἐληλυθέναι; Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔστιν ὅτε παντοκράτωρ οὐκ ἦν, ἀεὶ εἶναι δεῖ ταῦτα δι' ἃ παντοκράτωρ ἐστί· καὶ ἀεὶ ἦν ὑπ' αὐτοῦ κρατούμενα, ἄρχοντι αὐτῷ χρώμενα.

58 Et quomodo non videbitur absurdum, ut cum non haberet aliquid ex his Deus quæ eum habere dignum erat, postmodum per profectum quemdam in hoc venerit ut haberet? Quod si nunquam est quando non omnipotens fuerit, necessario subsistere oportet etiam ea per quæ omnipotens dicitur, et semper habuerit in quibus exercuerit potentatum, et quæ fuerint ab ipso vel rege vel principe moderata: de quibus plenius in locis propriis, in quibus de creaturis ejus disputandum fuerit, disseremus. Sed et nunc strictim licet, tamen admonere necessarium puto, quoniam quidem quæstio nobis (44) de sapientia agitatur, quemadmodum aporrhœa sit sapientia gloriæ omnipotentis purissima, ne videatur alicui anterior esse in Deo omnipotentis appellatio nativitate sapientiæ per quam Pater vocatur, quoniam dicta est aporrhœa omnipotentis

ποιητὴν διὰ τὰ ποιήματα, καὶ τὸν παντοκράτορα διὰ τὰ κρατούμενα λέγεσθαι· ἀνάγκη ἐξ ἀρχῆς αὐτὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι, καὶ μὴ εἶναι χρόνον ὅτε οὐκ ἦν ταῦτα. Εἰ γὰρ ἦν χρόνος ὅτε οὐκ ἦν τὰ ποιήματα, ἐπεὶ τῶν ποιημάτων μὴ ὄντων οὐδὲ ποιητής ἐστιν, ὅρα οἷον ἀσεβὲς ἀκολουθεῖ. Ἀλλὰ καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ μεταβαλεῖν τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον συμβήσεται Θεόν. Εἰ γὰρ ὕστερον πεποίηκε τὸ πᾶν, δῆλον ὅτι ἀπὸ τοῦ μὴ ποιεῖν, εἰς τὸ ποιεῖν μετέβαλε. Τοῦτο δὲ ἄτοπον μετὰ τῶν προειρημένων. Οὐκ ἄρα δυνατὸν λέγειν μὴ εἶναι ἄναρχον καὶ συναΐδιον τῷ Θεῷ τὸ πᾶν. « Si non est opifex sine opificio, poeta sine poematis, imperator sine subjectis, necesse est enim ut opifex ab opificio, poeta a poematis, et imperator a subjectis nominetur, ita necesse est creata a Deo a principio facta esse, nec tempus ullum esse, quo hæc non fuerint. Si enim fuit tempus quo non fuerunt opificia, ergo opificiis nullis exsistentibus, neque opifex fuit. Vide quæ inde sequatur impietas. Quin alterari etiam et mutari sequetur immutabilem et invariabilem Deum. Si enim non ab æterno omnia creavit, manifestum est illum a non faciendo ad faciendum transiisse. Sed hoc una cum ante dictis absurdum est, ergo dici non potest non esse initii expers et Deo coæternum hoc universum. » Origenes postquam multa fabulatus erat de universi æternitate, etiam hoc inferebat teste ibidem eodem Methodio: Οὔτε οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ, ὥς φασί τινες, πρότερον οὐκ ὢν ὁ ἄνθρωπος, τότε πρῶτος πλασθεὶς εἰς κόσμον παρῆλθεν· οὔτε αὖ κόσμος πρὸ ἓξ ἡμερῶν τῆς τοῦ Ἀδὰμ γενέσεως ἤρξατο δημιουργεῖσθαι. Εἰ δὲ φιλοφρονοῖτο διαφέρεσθαι πρὸς ταῦτά τις, πρότερον φρασάτω, εἰ μὴ εὐαρίθμητος ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως κατὰ τὴν Μωσέως βίβλον τοῖς οὕτω αὐτὴν ἐκλαμβανομένοις ὁ χρόνος εἴη; Τῆς προφητικῆς καὶ ἐνθάδε βοώσης φωνῆς· « Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ, ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου, ὡς ἡμέρα ἡ χθὲς, ἥτις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί· » χιλίων γὰρ ἐτῶν περιοριζομένων εἰς μίαν ἡμέραν ἐν ὀφθαλμοῖς Θεοῦ, ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως μέχρι καταπαύσεως μέχρις ἡμῶν, ὡς οἱ περὶ τὴν ἀριθμητικὴν φάσκουσι δεινοὶ, ἓξ ἡμέραι συμπεραιοῦνται. Ἑξακισχιλιοστὸν ἄρα ἔτος φασὶν ἀπὸ Ἀδὰμ εἰς δεῦρο συντείνειν· τῇ γὰρ ἑβδομάδι τῷ ἑπτακισχιλιοστῷ ἔτει κρίσιν ἀφίξεσθαί φασιν· οὐκοῦν αἱ πᾶσαι ἡμέραι δέκα καὶ τρεῖς ἀφ' ἡμῶν, ἕως εἰς τὴν ἐν ἀρχῇ, ἐν ᾗ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, μετροῦνται· ὧν ὁ Θεὸς ἀνώτερον κατὰ τὴν σφῶν αὐτῶν ἄνοιαν οὐδὲν οὐδαμῶς δημιουργήσας, ἐγεγύμνωτο τοῦ Πατὴρ καὶ παντοκράτωρ εἶναι. Εἰ δὲ καὶ τρισκαίδεκά εἰσιν ἡμέραι ἐν ὀφθαλμοῖς Θεοῦ ἀπὸ γενέσεως κόσμου, πῶς φησὶν ἡ ἐν τῷ Σειρὰχ σοφία· « Ἄμμον θαλασσῶν, καὶ σταγόνας ὑετοῦ, καὶ ἡμέρας αἰῶνος τίς ἐξαριθμήσει; » — « Neque ergo ab Adam, ut quidam affirmant, homo cum prius non esset, tunc omnium primus formatus in mundum venit. Neque mundus rursum, ante sex dies, quam crearetur Adam, cœpit fieri. Quod si quis hæc cupiat dispicere, prius perpendat, annon secundum Moysem, iis qui ita Moysem exponunt, tempus sit facile numeratu? Prophetica voce hic etiam acclamante: « A sæculo et usque in sæculum tu es, quoniam « mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna « quæ præteriit, et custodia in nocte (*Psal.* « LXXXIX, 2, 4). » Mille enim annis in unum diem conclusis in oculis Dei, a condito mundo usque ad requiem nostram optimi calculandi magistri affirmant sex dies præteriisse. Annum vero sexies millesimum ab Adamo ad nos usque aiunt extendi. Nam in septimo mundi millenario judicium aiunt futurum. Ergo a nobis usque ad principium in quo Deus creavit cœlum et terram tredecim dies numerantur: quibus Deus antiquior, ut vos ipsi absurde dicitis, nihil quidquam ante id tempus egit aut creavit, et Patris nomine ac creatoris privatus est. Si autem tredecim dies sunt in oculis Dei a mundo condito, quomodo Sapientia in Jesu Sirach dicit: « Arenam maris et pluviæ guttas et dies sæculi « quis dinumerabit (*Eccli.* I, 2)? » De his vide *Origenianorum* lib. II, quæst. 12, n. 4.

(41) *Sine servo.* Id desideratur in antea editis, sed exstat in omnibus mss. Paulo post mss., « in quos exerceat potentatum. » Alias, « in quos exerceat potestatem. »

(42) Sic mss. Alias, « perfectionem quamdam. » Infra mss., « quod si nunquam est quando. » Alias, « quod si nunquam factum est quando. » Paulo post mss., « et semper habuerit. » Alias, « et semper habuit. »

(43) *Πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον*, etc. Hæc ut erronea Græce exhibet Justinianus imperator ad calcem epistolæ ad Menam patriarcham Constantinopolitanum. De his autem disseritur *Origenianorum* lib. II, quæst. 1, num. 1 et 2; item ejusdem libri quæst. 12, num. 4.

(44) Sic mss. Alias, « admonitionem necessariam puto quomodo quidem quæstio nobis. » Paulo post mss., « anterior esse in Deo. » Alias, « interior esse in Deo. » Ibidem mss., « Pater vocatur, quoniam dicta est. » Alias, « Pater vocatur quomodo dicta est. »

gloriæ purissima esse sapientia quæ est Filius Dei. Audiat qui hæc ita vult suspicari, quod manifestissime Scriptura pronuntiat dicens, quia «Omnia in sapientia fecisti [49]; » et per Evangelium docetur, quia « omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [50]; » et intelligat ex hoc, quia non potest antiquior esse in Deo Omnipotentis appellatio quam Patris; per Filium enim omnipotens est Pater. Sed quoniam gloriam dixit (45) esse omnipotentis, cujus gloriæ aporrhœa est sapientia, hoc intelligi datur, quod etiam in omnipotentiæ gloria societatem habeat sapientia, per quam Deus omnipotens dicitur. Per sapientiam enim quæ est Christus, tenet Deus omnium potentatum, non solum dominantis auctoritate, verum etiam subjectorum spontaneo famulatu. Ut autem unam et eamdem omnipotentiam Patris ac Filii esse cognoscas, sicut unus atque idem est cum Patre Deus et Dominus, audi hoc modo Joannem in Apocalypsi dicentem : « Hæc dicit Dominus Deus qui est, et qui erat, et qui venturus est omnipotens [51]. » Qui enim venturus est (46), quis est alius nisi Christus? Et sicut nemo debet offendi cum Deus sit Pater, quod etiam Salvator est Deus; ita et cum omnipotens dicitur Pater (47), etiam nullus debet offendi, quod etiam Filius Dei omnipotens dicitur. Hoc modo namque verum erit illud quod ipse dicit ad Patrem, quia «Omnia mea tua sunt et tua mea, et glorificatus sum in eis [52]. » Si vero omnia quæ Patris sunt, Christi sunt, inter omnia vero quæ sunt, Pater est etiam omnipotens, sine dubio etiam unigenitus Filius debet esse omnipotens, ut omnia quæ habet Pater, etiam Filius habeat. « Et glorificatus sum, inquit, in eis. In nomine enim Jesu omne genu flectetur cœlestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confitebitur, quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris [53]. » Igitur aporrhœa gloriæ Dei secundum hoc quod omnipotens est, pura ac limpida ipsa sapientia est, glorificata (48) tanquam aporrhœa omnipotentiæ, vel gloriæ. Ut autem manifestius intelligatur quæ sit gloria omnipotentiæ, etiam hoc addimus. Deus Pater (49) omnipotens est, eo quod potentatum omnium tenet, id est, cœli et terræ, solis et lunæ et stellarum, omniumque quæ in ipsis sunt. Horum autem potentatum gerit per Verbum suum, quoniam in nomine Jesu omne genu flectetur et cœlestium, et terrestrium, et infernorum. Et si omne genu flectitur Jesu, sine dubio Jesus est cui subjecta sunt omnia, et ipse est qui potentatum agit in omnibus, et per quem subjecta sunt Patri omnia (50); per sapientiam namque, id est verbo et ratione, non vi ac necessitate, cuncta subjecta sunt. Et ideo in eo ipso quo obtinet omnia, gloria sua est; et hæc est omnipotentiæ purissima et limpidissima gloria, cum ratione et sapientia, non vi ac necessitate, cuncta subjecta sunt. Purissima vero ac limpidissima gloria sapientiæ, satis convenienter dictum est ad distinctionem ejus gloriæ, quæ non pure, nec sincere gloria dicitur. Omnis vero natura (51) quæ convertibilis est et commutabilis, etiamsi glorificatur in operibus justitiæ vel sapientiæ, per hoc ipsum tamen quod accidentem habet justitiam vel sapientiam, et quod hoc quod accidit, etiam decidere potest, gloria ejus sincera ac limpidissima esse non potest. Sapientia vero Dei quæ est unigenitus Filius ejus, quoniam in omnibus inconvertibilis est et incommutabilis, et substantiale in eo omne bonum est quod utique mutari atque converti nunquam potest, idcirco pura ejus ac sincera gloria prædicatur.

11. Tertio dicitur sapientia esse splendor (52) lucis æternæ; cujus rei virtutem jam in præcedentibus **59** exposuimus, cum solis similitudinem, et radiorum ejus splendorem introduximus et pro viribus nostris ostendimus quomodo hoc deberet intelligi. Addemus tamen etiam hoc unum. Sempiternum vel æternum proprie dicitur quod neque initium ut esset habuit, neque cessare unquam potest esse quod est. Hoc autem designatur apud Joannem cum dicit quoniam « Deus lux est [54]. » Splendor autem lucis ejus sapientia sua est, non solum secundum quod lux est, sed et secundum quod sempiterna lux est, ita ut æternus et æternitatis splendor sit sapientia sua. Quod si integre intelligatur, manifeste declarat, quia subsistentia Filii ab ipso Patre descendit, sed non temporaliter, neque ab ullo alio initio, nisi, ut diximus, ab ipso Deo.

[49] Psal. CIII, 24. [50] Joan. I, 3. [51] Apoc. I, 8. [52] Joan. XVII, 10. [53] Phil. II, 10, 11. [54] I Joan. I, 5.

(45) Ita mss. Alias, « quomodo gloriam dixit. » Paulo post mss., « in omnipotentiæ gloria. » Alias, « in omnipotentia gloriæ. » Infra mss., « omnium potentatum. » Alias, « omnipotentatum. »

(46) In antea editis post, « venturus est, » additur, « omnipotens, » quæ vox in mss. nostris deest.

(47) *Dicitur Pater.* Sic mss. Alias vero, « Deus Pater. » Infra mss., « inter omnia vero quæ sunt, Pater est etiam .... ut omnia. » Alias, « inter omnia quæ sunt Patris, est etiam .... et omnia. »

(48) Sic mss. Alias, « ipsa est sapientia Dei glorificata. »

(49) *Deus Pater,* etc. Vide *Origenian.* lib. II, quæst. 1, num. 1 et 2.

(50) *Et ipse est qui potentatum agit in omnibus et per quem subjecta sunt Patri omnia.* Hæc desunt in antea editis, sed in mss. omnibus reperiuntur.

(51) *Omnis vero natura,* etc. Hunc locum qui in antea editis corruptissimus est, sic sanum et integrum restituunt mss. Alias, « omnis vero natura quæ convertibilis est et commutabilis etiam si glorificatur, glorificatur in operibus justitiæ vel sapientiæ per Jesum Christum quod accidentem habet justitiam vel sapientiam, et quod accidet etiam decidere potest. Gloria tamen ejus sincera ac limpidissima decidere potest. »

(52) Sic mss. Alias, « Deus sapientia est et splendor. » Paulo infra mss., « neque cessare unquam potest esse quod est. Hoc autem designatur. » Alias, « neque cessare unquam potest. Quid autem hoc sit designatur. »

12. Sed et speculum immaculatum ἐνεργείας, id A est, inoperationis Dei esse sapientia nominatur. Ergo inoperatio virtutis Dei (53) quæ sit, prius intelligenda est, quæ est vigor quidam, ut ita dixerim, per quem inoperatur Pater, vel cum creat, vel cum providet, vel cum judicat, vel cum singula quæque in tempore suo disponit atque dispensat. Sicut ergo in speculo omnibus motibus quibus is qui speculum intuetur, movetur vel agit, iisdem ipsis etiam ea imago quæ per speculum deformatur, actibus et motibus commovetur vel agit, in nullo prorsus declinans; ita etiam sapientia de se vult intelligi, cum speculum immaculatum paternæ (54) virtutis inoperationisque nominatur; sicut et Dominus Jesus Christus qui est sapientia Dei, de se ipso pronuntiat, dicens, quia «Opera quæ B facit Pater, hæc etiam Filius facit similiter[55].» Et iterum dicit, quoniam «non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem[56].» Quoniam ergo in nullo prorsus Filius a Patre virtute operum immutatur ac differt, nec aliud est opus Filii quam Patris, sed unus atque idem, ut ita dicam, etiam motus in omnibus est, idcirco speculum eum immaculatum nominavit, ut per hoc nulla omnino dissimilitudo Filii intelligatur ad Patrem. Ea sane quæ secundum similitudinem vel imitationem discipuli ad magistrum a quibusdam dicta sunt, et quod in materia corporali ea a Filio fiant, quæ a Patre in substantiis spiritalibus prius fuerint deformata (55), convenire quomodo C possunt, cum in Evangelio Filius dicatur non similia facere, sed eadem similiter?

13. Superest quid sit imago bonitatis ejus inquirere : in quo eadem, ut opinor, intelligi convenit quæ superius de imagine ea quæ per speculum deformatur, expressimus.

(56) [Οὕτω τοίνυν ἡγοῦμαι καὶ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος καλῶς ἂν λεχθήσεσθαι ὅτι εἰκὼν ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἀλλ' οὐκ αὐτὸ ἀγαθόν· καὶ τάχα καὶ Υἱὸς ἀγαθὸς, ἀλλ' οὐχ ὡς ἁπλῶς ἀγαθός. Καὶ ὥσπερ εἰκών ἐστι τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ κατὰ τοῦτο Θεὸς, ἀλλ' οὐ περὶ οὗ λέγει αὐτὸς ὁ Χριστός· «Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν·» οὕτως εἰκὼν ἀγαθότητος, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ Πατὴρ ἀπαραλλάκτως ἀγαθός. Id est : *Ita etiam censeo de Salvatore pulchre dici posse, esse quidem illum Dei bonitatis imaginem, non autem bonitatem ipsam; fortasse etiam Filium bonum, sed non simpliciter bonum. Et quemadmodum Dei invisibilis est imago, et propterea Deus, non tamen is de quo Christus ipse ait : «Ut cognoscant te solum verum Deum;» ita bonitatis imago, non tamen ut Pater, sine ulla differentia bonus.*]

Principalis namque bonitas sine dubio, ex qua Filius natus; qui per omnia imago est Patris, procul dubio etiam bonitatis ejus convenienter imago dicetur. Non enim alia aliqua secunda bonitas exsistit in Filio præter eam quæ est in Patre (57). Unde et recte ipse Salvator in Evangelio dicit quoniam «nemo bonus nisi unus Deus Pater[57-58];» quo scilicet per hoc intelligatur Filius non esse alterius bonitatis; sed illius solius quæ in Patre est; cujus recte imago appellatur, quia neque aliunde est, nisi ex ipsa principali bonitate; ne altera bonitas quam ea quæ in Patre est, videatur in Filio. Neque aliqua dissimilitudo aut distantia bonitatis in Filio est. Propter quod non debet velut blasphemiæ aliquod genus putari in eo quod dictum est : «Nemo bonus (58) nisi unus Deus Pater;» ut propterea putetur, vel Christus, vel Spiritus sanctus negari quod bonus sit; sed ut superius diximus, principalis bonitas in Deo sentienda est Patre ex quo vel Filius natus, vel Spiritus sanctus procedens, sine dubio bonitatis ejus naturam in se refert (59), quæ est in eo fonte de quo vel natus est Filius, vel procedit Spiritus sanctus. Jam vero si qua alia bona in Scripturis dicuntur, vel angelus, vel homo, vel servus, vel thesaurus, vel cor bonum, vel arbor bona, hæc omnia **60** abusive dicuntur, accidentem, non substantialem in se continentia bonitatem. Multum autem est, et alterius vel operis vel temporis, congregare omnes Filii Dei appellationes : verbi causa, quomodo vel

[55] Joan. v, 19. [56] ibid. [57-58] Marc. x, 18; Luc. xviii, 19.

(53) Vox «Dei» deest in antea editis, sed reperitur in omnibus mss. Paulo infra omnes codd. mss., «omnibus motibus quibus is qui speculum intuetur, movetur et agit, iisdem ipsis etiam ea imago...... commovetur vel agit.» Alias, «omnibus motibus atque omnibus actibus quibus is qui speculum intuetur, movetur vel agitur, his et ipsis etiam ea imago.... commovetur vel agitur.»

(54) Sic mss. Alias, «æternæ.» Paulo post mss., «opera quæ facit Pater.» Alias, «opera quæ fecit Pater.» Ibidem mss., «nisi quod viderit Patrem.» Alias, «nisi viderit Patrem.»

(55) Ita mss. Alias, «et sane quæ secundum similitudinem vel unitionem discipuli..... prius fiunt deformata.»

(56) *Οὕτω τοίνυν ἡγοῦμαι*, etc. Ex his verbis, inter uncos positis, quæ Græce exhibet Justinianus ad calcem epistolæ ad Menam, et quæ hoc loco in textu Græco exstitisse existimamus, liquet quam fluxæ sit fidei Rufinus qui ea omiserit et alia substituerit. Certe de bonitate Filii detraxisse hoc D loco Origenem queritur Hieronymus in epistola ad Avitum. «Deum Patrem omnipotentem, inquit, appellat bonum et perfectæ bonitatis; Filium non esse bonum, sed auram quamdam et imaginem bonitatis, ut non dicatur absolute bonus, sed cum additamento, pastor bonus,» etc. Vide *Origenianorum* lib. ii, quæst. 2, num. 13.

(57) Sic mss. Alias, «exsistit in Filium præter eam quæ est a Patre.» Infra mss., «ne altera bonitas quam ea quæ in Patre est, videatur in Filio.» Alias, «ne altera bonitas quam in Patre, esse videatur in Filio.»

(58) *Nemo bonus*, etc. Vide not. in *Exhort. ad martyr.*, num. 7.

(59) Sic mss. Alias, «retinent.» Ibidem mss. «vel natus est Filius, vel procedit Spiritus sanctus.» Alias, «vel natus est Filius, vel procedens Spiritus sanctus.» Paulo post mss., «vel homo, vel servus.» In antea editis deest, «vel servus.» Ibidem mss., «accidentem, non substantialem.» Alias, «accidentalem, non subsistentialem.»

lumen verum est, vel ostium, vel justitia, vel sanctificatio, vel redemptio, et alia innumera, et quibus causis unumquodque horum nominetur, exponere. Sed contenti his de quibus superius disseruimus, consequenter etiam reliqua perquiramus.

CAPUT III.

De Spiritu sancto.

1. Consequens igitur est nunc, ut de Spiritu sancto quam possumus breviter requiramus. Et omnes quidem qui quoquomodo providentiam esse sentiunt, Deum esse ingenitum qui universa creavit atque disposuit, confitentur, eumque parentem (60) universitatis agnoscunt. Huic tamen esse Filium non nos soli pronuntiamus, quamvis satis hoc et mirum et incredulum videatur iis qui apud A Græcos et barbaros philosophari videntur; tamen a nonnullis etiam ipsorum habita ejus videtur opinio (61), cum verbo Dei, vel ratione creata esse omnia confitentur. Nos vero secundum fidem doctrinæ ejus, quam divinitus aspiratam pro certo habemus, eminentiorem divinioremque rationem de Filio Dei, nullius alterius possibilitatis esse credimus exponere, atque in hominum cognitionem proferre, nisi ejus solius Scripturæ quæ a Spiritu sancto inspirata est, id est, evangelicæ atque apostolicæ, nec non legis ac prophetarum, sicut ipse Christus asseruit. De subsistentia vero Spiritus sancti ne suspicionem quidem ullam habere quis potuit (62), præter eos qui in lege et prophetis versati sunt, vel eos qui se Christo credere confiten-

(60) Sic mss., male Genebrardus, « potentem. »

(61) *Tamen a nonnullis etiam ipsorum habita ejus videtur opinio.* Plato ejusque discipuli speciem quamdam Trinitatis informarunt, duosque ac tres distinxere universe deos, e quibus primus est parens cæterorum; secundus artifex et principium omnium rerum; tertius a Platone obscure significatus, a plerisque mundi esse anima dicitur. In epistola secunda ad Dionysium sic habet : Φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν, ἵν' ἄν τι ἡ δέλτος ἢ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ. Ὧδε γὰρ ἔχει. Περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν· δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. « Dicendum est igitur tibi nunc per ænigmata quædam, ut si quid huic tabellæ vel mari vel terra contingat, qui eam legerit intelligere non possit. Est autem ita. Circa omnium regem cuncta sunt; ipsius gratia omnia; ipse pulchrorum omnium causa; circa secundum secunda; tertia circa C tertium. » His verbis tres divinitatis personas significari putavit Eusebius lib. xi, *Præpar. evangel.*: « Hæc Platonis, inquit, verba qui explicandam philosophi mentem suscepere, ad primum Deum, secundumque principium referunt, nec non ad tertium, quam mundi animam Deumque tertium ipsi quoque appellare solent. » Idem Plato epistola sexta ad Hermiam et Erastum et Coriscum, duos deos, Patrem et Filium, disertius significat, cum epistolam suam legere illos jubet, ad quos eam scribit, ἐπομνύντας, σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ, καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ, καὶ τὸν τῶν πάντων Θεὸν ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου Πατέρα Κύριον ἐπομνύντας. « Etiam jurejurando interposito, non sine eleganti studio, atque hujus studii sorore disciplina : testando rerum omnium ducem, quæ sunt, et quæ futuræ sunt; ac ducis et principii Patrem Dominum. » Plotinus *Enn.* v, lib. I, c. 6 et 7, primum de tribus his Pla- D tonicis diis censet esse summum ac perfectum, quem κρείττονα νοῦν vocat, « mentem » videlicet « potiorem. » Secundum appellat νοῦν δεύτερον, « mentem posteriorem » a priore genitam et illius imaginem. Tertium porro, animam esse quæ ab secunda mente gignitur, ejusque est λόγος. Proclus lib. II *Comment. ad Timæum*, Numenii Pythagorei sententiam breviter et dilucide sic refert : Νουμήνιος μὲν γὰρ τρεῖς ἀνυμνήσας θεοὺς, πατέρα μὲν καλεῖ τὸν πρῶτον· ποιητὴν δὲ τὸν δεύτερον· ποίημα δὲ τὸν τρίτον· ὁ γὰρ κόσμος κατ' αὐτὸν ὁ τρίτος ἐστὶ θεός. Ὥστε ὁ κατ' αὐτὸν δημιουργὸς, διττὸς, ὅτε πρῶτος, καὶ ὁ δεύτερος θεός· τὸ δὲ δημιουργούμενον ὁ τρίτος. « Numenius tres deos prædicans, patrem quidem appellat primum; factorem autem secundum; opus vero, tertium. Mundus enim ex illius opinione, tertius est deus. Itaque duplex ab eo constituitur artifex, primus et secundus deus; B quod autem conditum est, tertius. » Quæ tria totidem appellabat nominibus, vocans « avum, filium, nepotem, » πάππον, ἔκγονον, ἀπόγονον. Tertium itaque numerabat Deum mundum ipsum, hoc est animam mundi, sive id quod ex anima et vastissimo universitatis corpore, unum, Platonicorum opinione, animal efficitur. At vero, ut optime observat Petavius lib. I *De Trinitate*, cap. 1, num. 4, non æquales illos, et, ut Græci loquuntur, ὁμοτίμους, tres deos esse Plato voluit, uti personas tres pares et æquales esse in uno Deo catholica profitetur fides; sed unum inter illos summum, ac seipso contentum, nec alio spectantem, et ab omni, ut vocant, σχέσει, hoc est, « habitudine ac respectu » liberum, ac solutum, quem τ' ἀγαθὸν, hoc est ipsummet bonum vocabat, eumdemque « causam vel principium essentiæ omnis, et supra id omne quod est erectum. » Huic secundum subjiciunt cui totius universitatis procuratio convenit, qua quidem ex C parte seipso quodammodo minor est. Nam qua superiorem ac potiorem respicit, et ejus contemplatione ac velut haustu pascitur, longe felicior est ac divinior. Ergo posterior ille deus multum priori cedit, a quo et genitus dicitur; non eo modo quo a Patre Filium genitum esse credimus : hoc est e substantia, ut sit ὁμοούσιος, sed itidem plane, ut Arius, ejusque discipuli, Filium a Patre verbo tenus genitum affirmabant, reipsa vero creatum et factum. Tertius porro deus manifeste creatus ab iisdem Platonicis putatur, quem et ποίημα nominant. Quamobrem inferiorem utrumque deum a supremo creatum esse ex Platonis opinione, Macrobius lib. I, *in Somn. Scip.*, cap. 14, affirmat his verbis : « Deus, inquit, qui prima causa et est et vocatur, unus omnium quæque sunt, quæque videntur, princeps et origo est. Hic superabundanti majestatis fecunditate de se mentem creavit. Hæc mens quæ νοῦς vocatur, qua Patrem inspicit, ple- D nam similitudinem servat auctoris; animam vero de se creat, posteriora respiciens. Rursus anima partem qua intuetur, induitur; ac paulatim regrediente respectu in fabricam corporum, incorporea ipsa degenerat. » Ergo trinitas Platonicorum toto cœlo a Christianorum catholicorum Trinitate distabat.

(62) *De subsistentia vero Spiritus sancti ne suspicionem quidem ullam habere quis potuit*, etc. Mirum hæc Origenem protulisse. Iidem enim Platonici quibus, ut nota præcedenti observavimus, aliquam Verbi Dei putabat fuisse opinionem, tertium quiddam in sua trinitate ponebant, quod animam solebant appellare. Quid vetat si ex Origene, secundi dei nomine verum Dei Verbum intellexerunt, ipsos pariter tertii dei, nempe animæ nomine, Spiritum sanctum designasse? Vel ergo prius dicere non debuit, vel alterum debuit concedere.

tur (63). Nam de Deo quidem Patre quamvis quidem proloqui nemo valeat, tamen possibile est intellectum aliquem capi ex occasione visibilium creaturarum et ex his quæ humana mens naturaliter sentit; insuper etiam de Scripturis sanctis confirmari possibile est. Sed et de Filio Dei, quamvis nemo noverit Filium nisi Pater, tamen ex divinis Scripturis etiam de ipso qualiter sentiri debeat, mens humana formatur, et non solum ex Novo, sed etiam ex Veteri Testamento, per ea quæ a sanctis gesta ad Christum figuraliter referuntur, ex quibus adverti vel divina ejus natura, vel humana quæ ab eo assumpta est, potest.

2. De Spiritu vero sancto quod sit, multæ nos Scripturæ docuerunt, sicut David in L psalmo dicit : « Et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me [59]. » Et in Daniele dicitur : « Spiritus sanctus qui est in te [60]. » In Novo vero Testamento abundantibus (64) testimoniis edocemur, cum Spiritus sanctus super Christum descendisse describitur, et cum ipse Dominus insufflavit in apostolos post resurrectionem, dicens : « Accipite Spiritum **61** sanctum [61]. » Et ad Mariam ab angelo dicitur : « Spiritus sanctus superveniet in te [62]. » Paulus vero dicit, « quia nemo potest dicere Dominum Jesum (65) nisi in Spiritu sancto [63]. » Et in Actibus apostolorum per impositionem manuum apostolicarum Spiritus sanctus dabatur in baptismo [64]. Ex quibus omnibus didicimus (66) tantæ esse auctoritatis et dignitatis substantiam Spiritus sancti, ut salutaris baptismus non aliter nisi excellentissimæ omnium Trinitatis auctoritate, id est, Patris, et Filii, et Spiritus sancti cognominatione compleatur, et ingenito Deo Patri, et unigenito ejus Filio nomen quoque Spiritus sancti copuletur. Quis ergo non obstupescat quanta majestas sit Spiritus sancti, cum eum qui dixerit verbum in Filium hominis, audiat sperare veniam posse, eum vero qui in Spiritum sanctum blasphemaverit, veniam non habere neque in præsenti sæculo, neque in futuro?

3. Quod autem a Deo universa creata sint, nec sit ulla creatura quæ non ab eo hoc ipsum ut esset acceperit, ex multis Scripturæ assertionibus comprobatur, repudiatis atque depulsis his quæ a quibusdam falso perhibentur, vel de materia Deo coæterna, vel de ingenitis animabus, quibus non tam subsistendi naturam, quam æqualitatem atque ordinem (67) a Deo insitum volunt. Nam et in eo

A libello qui *Pastoris* dicitur angeli pœnitentiæ, quem Hermas (68) conscripsit, ita refertur : « Primo omnium crede, quia unus est Deus qui omnia creavit atque composuit; qui, cum nihil esset prius, esse fecit omnia; qui est omnia capiens, ipse vero a nemine capitur. » Sed et in Enoch libro his similia describuntur. Verumtamen usque ad præsens nullum sermonem in scriptis sanctis invenire potuimus per quem Spiritus sanctus factura esse vel creatura diceretur, ne eo quidem modo quo de sapientia referre Salomonem supra edocuimus, vel quæ de Vita (69), vel Verbo, aliisque appellationibus Filii Dei intelligenda esse tractavimus. Spiritus igitur Dei qui super aquas ferebatur [65], sicut scriptum est in principio facturæ mundi, puto quod B non sit alius quam Spiritus sanctus, secundum quod ego intelligere possum, sicut et cum ipsa loca exponeremus (70), ostendimus, non tamen secundum historiam, sed secundum intelligentiam spiritalem.

4. Quidam sane ex præcessoribus nostris in Novo Testamento observarunt, quod sicubi Spiritus nominatur sine adjectione ea quæ assignet qualis sit spiritus, de sancto Spiritu debet intelligi, ut puta : « Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium et pax [66], » etc. Item et ibi : « Cum cœperitis spiritu, nunc carne perficimini [67]. » Nos vero etiam in Veteri Testamento putamus distinctionem istam posse servari, sicut cum dicit : « Qui dat spiritum populo qui est super terram, et spiritum his qui calcant C eam [68]. » Sine dubio enim omnis qui calcat terram, id est terrena et corporalia, particeps est Spiritus sancti a Deo eum accipiens.

Ἔλεγε δὲ ὁ Ἑβραῖος (71) τὰ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ δύο σεραφὶμ ἑξαπτέρυγα κεκραγότα ἕτερον πρὸς ἕτερον, καὶ λέγοντα· « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, » τὸν Μονογενῆ εἶναι τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἡμεῖς οἰόμεθα ὅτι καὶ ἐν τῇ ᾠδῇ Ἀμβακούμ· « Ἐν μέσῳ δύο D ζώων γνωσθήσῃ, » περὶ Χριστοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος.

Dicebat autem et Hebræus magister, quod duo illa seraphim quæ in Isaia senis alis describuntur clamantia adinvicem, et dicentia : « Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth [69]; » de unigenito Filio Dei et Spiritu sancto essent intelligenda. Nos vero putamus etiam illud quod in cantico Abacuc dictum est : « In medio *vel* duorum animalium, *vel* duarum vitarum cognosce-

[59] Psal. L, 13. [60] Dan. IV, 6. [61] Joan. XX, 22. [62] Luc. I, 35. [63] I Cor. XII, 3. [64] Act. VIII, 18. [65] Gen. I, 2. [66] Galat. V, 22. [67] Gal. III, 3. [68] Isa. XLII, 5. [69] Isa. VI, 3.

(63) Ita mss. Alias, « profitentur. »

(64) Ita mss. Alias, « abundantius. »

(65) Sic mss. Alias, « Dominus Jesus. »

(66) Sic mss. Alias, « dicimus. » Paulo post mss., « excellentissimæ omnium Trinitatis. » Alias, « excellentissimæ omnitrinitatis. »

(67) Sic mss. Alias, « quibus tam subsistendi quam vitæ qualitatem atque ordinem. »

(68) Sic mss. Alias mendose, « pastoralis dicitur de angeli positione quem Hermes. »

(69) Sic mss. Alias, « quo de vita. »

(70) Ita mss. Alias, « exponerem. » Paulo post mss., « quidam sane ex præcessoribus nostris ..... observarunt. » Alias, quidam sane ex prædecessoribus nostris.... observant. » Paulo infra mss., « particeps est Spiritus sancti a Deo eum accipiens. » Alias deest, « Spiritus sancti. »

(71) *Ἔλεγε δὲ ὁ Ἑβραῖος*, etc. Græce hæc profert Justinianus ad calcem epistolæ ad Menam patriarcham Constantinopolitanum. Hieronymo autem stomachum ita movit hæc Origenis interpretatio, ut impiam illam et detestandam appellet lib. III in

ris [70] (72), » de Christo et de Spiritu sancto sentiri debere. Omnis enim scientia de Patre revelante Filio in Spiritu sancto cognoscitur, ut ambo hæc quæ secundum prophetam vel animantia, vel vitæ dicuntur, causa scientiæ Dei Patris exsistant. Sicut enim de Filio dicitur, quia « nemo novit Patrem nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare [71]; » hæc eadem etiam de Spiritu sancto dicit Apostolus, cum ait : « Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum (73); Spiritus enim omnia scrutatur etiam alta Dei [72]. » Sed et rursus in Evangelio de divinis ac profundioribus doctrinis commemorans Salvator quas nondum capere poterant discipuli sui, ita ait ad apostolos : « Adhuc multa habeo quæ vobis dicam, sed non potestis illa modo capere; cum autem venerit consolator Spiritus sanctus, ille vos docebit omnia, et commonebit omnia quæ dixi vobis [73-74]. » Et ita sentiendum est quod sicut Filius qui solus cognoscit Patrem, revelat cui vult; ita Spiritus sanctus qui solus scrutatur etiam alta Dei, revelat Deum (74) cui vult. « Spiritus enim ubi vult spirat [75]. » Neque enim putandum **62** est quod etiam Spiritus Filio revelante cognoscit. Si enim revelante Filio cognoscit Patrem Spiritus sanctus, ergo ex ignorantia ad scientiam venit; quod utique et impium pariter et stultum est, Spiritum sanctum confiteri, et ignorantiam ei ascribere. Non enim cum aliud aliquid esset antequam Spiritus sanctus, per profectum venit in hoc ut esset Spiritus sanctus; ut quis audeat dicere, quia tunc quidem cum nondum esset Spiritus (75) sanctus, ignorabat Patrem, postea vero quam recepit scientiam, Spiritus sanctus effectus est; quod si esset, nunquam utique in unitate Trinitatis, id est Dei Patris inconvertibilis et Filii ejus, etiam ipse Spiritus sanctus haberetur, nisi quia et ipse semper erat Spiritus sanctus. Hoc

A sane quod dicimus, vel « semper, » vel « erat, » vel si quod aliud tale temporalis significationis nomen adsciscimus (76), simpliciter et cum venia accipiendum est; quoniam nominum quidem horum significationes temporales sunt, ea autem de quibus loquimur, tractatu quidem sermonis temporaliter nominantur, natura autem sui omnem intelligentiam sensus temporalis excedunt.

5. Rectum tamen videtur inquirere quid causæ sit, quod qui regeneratur per Deum in salutem, opus habet et Patre et Filio et Spiritu sancto, non percepturus salutem nisi sit integra Trinitas : nec possibile sit participem fieri Patris vel Filii sine Spiritu sancto (77). De quibus discutientes sine dubio necessarium erit ut operationem specialem Spiri-
B tus sancti, et specialem Patris ac Filii describamus.

[(78) Ὅτι ὁ μὲν Θεὸς καὶ Πατὴρ συνέχων τὰ πάντα φθάνει εἰς ἕκαστον τῶν ὄντων μεταδιδοὺς ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ ἰδίου τὸ εἶναι· ὢν γάρ ἐστιν· ἐλάττων δὲ πρὸς τὸν Πατέρα ὁ Υἱὸς φθάνων ἐπὶ μόνα τὰ λογικά· δεύτερος γάρ ἐστι τοῦ Πατρός· ἔτι δὲ ἧττον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ μόνους τοὺς ἁγίους διϊκνούμενον· ὥστε κατὰ τοῦτο μείζων ἡ δύναμις
C τοῦ Πατρὸς παρὰ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· πλείων δὲ ἡ τοῦ Υἱοῦ παρὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ πάλιν διαφέρουσα μᾶλλον τοῦ ἁγίου

Arbitror ergo operationem quidem esse Patris et Filii tam in sanctis quam in peccatoribus, in hominibus rationalibus et in mutis animalibus; sed et in his quæ sine anima sunt, et in omnibus omnino quæ sunt; operationem vero Spiritus sancti nequaquam prorsus incidere vel in ea quæ sine anima sunt, vel in ea quæ animantia quidem, sed muta sunt; sed ne in illis quidem inveniri (79) qui rationabiles quidem sunt, sed in malitia positi, nec omnino ad meliora conversi. In

[70] Habac. III, 3. [71] Luc. x, 22. [72] I Cor. II, 10. [73-74] Joan. XVI, 12, 13; XIV, 26. [75] Joan. III, 8.

Isaiam, et epist. 41, alias 65, ad Pammachium et Oceanum. Sed vide quo pacto excusetur *Origenianorum* lib. II, quæst. 2, num. 26.

(72) *In medio* vel *duorum animalium* vel *duarum vitarum cognosceris.* Verterunt LXX interpretes : ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ. « In medio duorum animalium cognosceris. » Si vero pro ζώων legas ζωῶν a ζωή, vertendum est, « in medio duarum vitarum cognosceris. » Hebraica verba sonant : « in interiori annorum vivifica illud. » Paulo post mss., « omnis enim scientia de Patre. » Alias, « omnis enim sapientia de Patre. » Paulo post libri editi, « ut ambo quæ secundum hoc vel animantia vel vitæ dicuntur, causa sapientiæ Dei Patris exsistant. »

(73) Sic mss. Libri editi, « sanctum. » Ibidem libri editi : « De divinis profundioribus discipulis commemorans..... ait ad discipulos.... sed non potestis portare modo. Cum autem venerit Paracletus, id est consolator Spiritus sanctus ..... et ita sciendum est. » Sed omnes codd. mss. ut in nostro textu.

(74) *Deum.* Deest in antea editis, sed reperitur in omnibus mss.

(75) *Spiritus.* Desideratur in antea editis, sed non in mss.

(76) Ita mss. Libb. editi, « adducimus. » Paulo post mss., « tractatu quidem sermonis. » Editi, « tractu quidem sermonis. »

(77) *Non percepturus salutem nisi sit integra Trinitas; nec possibile sit participem fieri Patris vel Filii sine Spiritu sancto.* Hæc desiderantur in antea editis, sed exstant in omnibus mss.

(78) Ὅτι ὁ μὲν Θεὸς καὶ Πατήρ, etc. Græca hæc, uncis conclusa, exhibet Justinianus imperator ad cal-
D cem epistolæ ad Menam; ea autem utpote quæ catholicæ de Trinitate fidei adversari videbantur, resecavit interpres Rufinus, aut saltem quibusdam additis et quibusdam detractis emollivit, et ad catholicum sensum revocavit. Ne quis vero suspecta habeat Græca ista quæ profert Justinianus, operæ pretium est audire Hieronymum qui epistola 94 ad Avitum id etiam crimini vertit Origeni quod dixerit: « Filium quoque minorem Patre, eo quod secundus ab illo sit, et Spiritum sanctum inferiorem Filio in sanctis quibusque versari; atque hoc ordine majorem Patris fortitudinem esse quam Filii et Spiritus sancti, et rursum majorem Filii fortitudinem esse quam Spiritus sancti; et consequenter ipsius sancti Spiritus majorem esse virtutem cæteris quæ sancta dicuntur. » Vide *Origenianorum* lib. II, quæst. 2, num. 27 et 28.

(79) Sic mss. Alias, « vel in illis quidem inveniri. »

Πνεύματος ἡ δύναμις παρὰ τὰ ἄλλά ἅγια. Id est : *Arbitror Deum quidem Patrem, cum omnia contineat, ad unumquodque entium pervenire, esse unicuique impertientem de suo : ipse enim est qui est. Minor vero Patre Filius ad sola rationabilia pervenit ; est enim secundus a Patre. Adhuc etiam minor Spiritus sanctus, ad solos sanctos pertingit. Ita ex hoc major est potestas Patris quam Filii et Spiritus sancti. Amplior item potestas Filii quam Spiritus sancti ; ac rursum præstantior est sancti Spiritus virtus quam aliorum sanctorum entium.*] illis solis arbitror esse A opus Spiritus sancti qui jam se ad meliora convertunt, et per vias Christi Jesu incedunt, id est, qui sunt in bonis actibus, et in Deo permanent.

6. Quia autem operatio Patris et Filii et in sanctis et in peccatoribus sit, manifestatur ex eo quod omnes qui rationabiles sunt, Verbi, id est rationis participes sunt (80), et per hoc velut quædam semina insita sibi gerunt sapientiæ et justitiæ, quod est Christus. Ex eo autem qui vere est, qui dixit per Moysem : « Ego sum qui sum [76], » omnia quæcunque sunt participant : quæ participatio Dei Patris pervenit in omnes tam justos quam peccatores, et rationabiles atque irrationabiles, et in omnia omnino quæ sunt. Ostendit sane et Apostolus quod omnes habeant participium Christi, dicens : « Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cœlum (81)? id est Christum deducere ; aut quis descendet in abyssum ? id est Christum a mortuis revocare. Sed quid dicit Scriptura ? Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo [77]. » Ex quo in corde omnium significat esse Christum secundum id quod Verbum vel ratio est, cujus participatione rationabiles sunt. Sed et illud quod in Evangelio dictum est : « Nisi venissem et locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent pro peccato suo [78] (82) ; » his qui rationem norunt, usque ad quod tempus peccatum homo non habeat, et ex qua ætate obnoxius peccato sit, manifestum est et patet quomodo ex participatione Verbi vel rationis homines peccatum habere dicuntur ; videlicet ex quo intellectus atque scientiæ capaces effecti, cum jam eis boni (83) vel mali discretionem ratio intrinsecus inserta suggesserit ; et cum scire jam cœperint quid sit malum, si **63** faciunt illud, peccato efficiuntur obnoxii : et hoc est quod dicit, quia excusationem non habent homines pro peccato suo, ex quo eis divinus sermo vel ratio ostendere cœperit in corde discretionem boni et mali, ut per hanc (84) debeant refugere et cavere quod malum est ; quia « scienti bonum et non facienti, peccatum est illi [79]. » Item quod omnes homines non sunt extra communionem Dei, hoc modo Evangelium docet, dicente Salvatore : « Regnum Dei cum ob- B servatione non venit ; neque dicent, ecce hic, aut ibi ; sed regnum Dei intra vos est [80]. » Sed et illud videndum est ne forte idem significet quod in Genesi scriptum est, cum ait : « Et insufflavit in faciem ejus inspirationem vitæ, et factus est homo in animam vivam [81]. » Quod si generaliter in omnes homines datum esse intelligitur, omnes homines habent participium Dei (85).

7. Si vero hoc de Spiritu Dei dictum intelligendum est, quoniam et Adam prophetasse (86) de nonnullis invenitur, ergo jam non generaliter, sed sanctis quibusque datum accipi potest. Denique etiam diluvii tempore cum omnis caro corrupisset viam Dei, tanquam de indignis (87) et peccatoribus scriptum est dixisse Deum : « Non permanebit Spi- C ritus meus in hominibus istis in æternum, propter quod caro sunt [82]. » In quo manifeste ostenditur quod ab indignis quibusque aufertur Spiritus Dei. In Psalmis (88) quoque scribitur : « Auferes spiritum eorum, et deficient, et in terram suam revertentur. Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [83] ; » quod manifeste de Spiritu sancto designatur, qui ablatis atque exstinctis peccatoribus et indignis, ipse sibi novum populum creet, et renovet faciem terræ, cum per gratiam Spiritus

[76] Exod. III, 14. [77] Rom. X, 6, 7, 8. [78] Joan. XV, 22. [79] Jacob. IV, 17. [80] Luc. XVII, 20, 21 [81] Gen. II, 7. [82] Gen. VI, 3. [83] Psalm. CIII, 29, 30.

(80) Sic omnes codd. mss. Alias, « quia quæ operatio Patris et Filii .... manifestatur ex eo quod rationabiles omnes qui sunt, Verbi Dei, id est rationis participes sunt. »

(81) Sic mss. Alias, « quis ascendit .... aut quis descendit. »

(82) Ita mss. Alias, « de peccato suo. »

(83) Sic omnes mss. Alias, « capacibus effectis jam eis. »

(84) Sic mss. Alias, « qui excusationem non habent de peccato suo, ex quo eis.... ostendere cœpit corde discretionem boni et mali, et per hanc. »

(85) Sic mss. Alias, « et insufflavit in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem. Quod si generaliter est in omnes homines habent. »

(86) *Quoniam et Adam prophetasse.* Sic mss. Alias vero, « quomodo et Adam prophetasse. » Adamum prophetasse tradit idem Origenes homilia 2 in Canticum, Clemens Alexandrinus I *Stromat.*, pag. D 333 : Παρὰ Ἑβραίοις δὲ οἱ προφῆται δυνάμει Θεοῦ καὶ ἐπιπνοίᾳ· πρὸ μὲν τοῦ νόμου Ἀδὰμ ἐπί τε τῆς γυναικὸς, ἐπί τε τῆς ζώων ὀνομασίας προθεσπίσας. « Apud Hebræos autem Dei virtute et inspiratione prophetæ exstitere, ante legem quidem Adamus de muliere, et in animantium denominatione futura significans. » Adamum quoque haud obscure prophetam appellat Justinus martyr *Apologia*, p. 73. Item pseudo-Clemens lib. I *Recognit.*, num. 47, Petrum inducit affirmantem « quod certum sit Adamum prophetam fuisse. » His adde Epiphanium tom. I, pag. 6, προφήτης γὰρ ἦν, et Suidam in voce Ἀδάμ, ubi præter omnium disciplinarum inventionem prophetias etiam illi tribuit.

(87) Sic omnes mss. Alias, « viam suam, de illis tanquam de indignis. »

(88) Sic mss. omnes. Alias, « in psalmo. » Paulo post mss., « et in terram suam revertentur. » Alias, « in pulverem suum revertentur. »

deponentes veterem hominem cum actibus suis, in novitate vitæ cœperint ambulare. Et ideo de eo competenter dicitur, quia non in omnibus, neque in his qui caro sunt, sed in his quorum terra renovata fuerit, Spiritus sanctus habitabit. Denique idcirco per impositionem manuum apostolorum post baptismum gratia et revelatio sancti Spiritus tradebatur. Sed et Salvator noster post resurrectionem, cum vetera jam transissent, et facta fuissent omnia nova, novus ipse homo et primogenitus ex mortuis renovatis (89) quoque per fidem suæ resurrectionis apostolis ait : « Accipite Spiritum sanctum[84]. » Hoc est nimirum quod et ipse Salvator Dominus in Evangelio designabat[85], cum vinum novum in utres mitti posse veteres denegabat, sed jubebat utres fieri novos (90), id est homines in novitate vitæ ambulare, ut vinum novum, id est Spiritus sancti gratiæ susciperent novitatem. Hoc ergo pacto operatio virtutis Dei Patris et Filii indiscrete super omnem protenditur (91) creaturam : Spiritus sancti vero participationem a sanctis tantummodo haberi invenimus. Propter quod dicitur : « Nemo potest dicere Dominum Jesum nisi in Spiritu sancto[86]. » Et vix aliquando ipsi apostoli (92) digni habentur audire : « Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos[87]. » Propter quod et consequens puto, quia qui peccaverit quidem in Filium hominis venia dignus est; pro eo quod is qui Verbi Dei vel rationis est particeps, si desinat rationabiliter vivere, videtur in ignorantiam vel stultitiam decidisse, et propter hoc veniam promereri; qui autem dignus jam habitus est sancti Spiritus participatione, et retro fuerit conversus, hic reipsa et opere blasphemasse dicitur in Spiritum sanctum. Ne quis sane existimet nos ex eo quod diximus Spiritum sanctum solis sanctis præstari, Patris vero et Filii beneficia vel inoperationes pervenire ad bonos et malos, justos et injustos, prætulisse per hoc Patri et Filio Spiritum sanctum, vel majorem ejus per hoc asserere dignitatem : quod utique valde inconsequens est. Proprietatem namque gratiæ ejus operisque descripsimus. Porro autem nihil in Trinitate majus minusve dicendum est, cum unius divinitatis fons verbo ac ratione sua teneat universa, spiritu vero oris sui quæ digna sunt sanctificatione, sanctificet, sicut in psalmo scriptum est : « Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum[88]. » Est etiam quædam inoperatio Dei Patris præcipua præter illam qua omnibus ut essent naturaliter præstitit. Est et Do- A mini Jesu Christi præcipuum quoddam ministerium in eos quibus naturaliter ut rationabiles sint, confert, per quod ad hæc quæ sunt præstatur eis ut bene sint. Est et alia quoque etiam Spiritus sancti gratia quæ dignis præstatur, ministrata quidem per Christum, inoperata autem a Patre secundum meritum eorum qui capaces ejus efficiuntur. Quod manifestissime indicat apostolus Paulus, unam eamdemque virtutem Trinitatis exponens in eo dum dicit : « Divisiones sunt donorum (93), **64** idem autem Spiritus; et divisiones sunt ministeriorum, idem autem Dominus; et divisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus secundum id quod expedit[89]. » Ex quo manifestis- B sime designatur quod nulla est in Trinitate discretio, sed hoc quod donum Spiritus dicitur, manifestatur per Filium, et inoperatur per Deum Patrem. « Omnia autem operatur unus atque idem Spiritus, dividens unicuique (94) prout vult[90]. »

8. His igitur de unitate Patris, et Filii, et Spiritus sancti protestatis, redeamus nunc ad eum ordinem quem disserere cœperamus. Deus Pater omnibus præstat ut sint; participatio vero Christi, secundum id quod Verbum vel ratio est, facit ea esse rationabilia. Ex quo consequens est ea vel laude digna esse, vel culpa, quia virtutis et malitiæ sunt capacia. Propter hoc consequenter adest etiam gratia Spiritus sancti, ut ea quæ substantialiter sancta non sunt, participatione ipsius sancta effi- C ciantur. Cum ergo primo ut sint, habeant ex Deo Patre; secundo ut rationabilia sint, habeant ex Verbo; tertio ut sint sancta, habeant ex Spiritu sancto, rursum Christi secundum hoc quod justitia Dei est, capacia efficiuntur ea quæ jam sanctificata ante fuerint per Spiritum sanctum; et qui in hunc gradum proficere meruerint per sanctificationem Spiritus sancti, consequentur nihilominus donum sapientiæ secundum virtutem et inoperationem Spiritus Dei. Et hoc puto Paulum dicere, cum ait quibusdam dari sermonem sapientiæ, aliis sermonem scientiæ secundum eumdem Spiritum. Et designans unamquamque discretionem donorum, refert omnia ad universitatis fontem, et dicit : « Di- D visiones sunt inoperationum, sed unus Deus qui operatur omnia in omnibus[91]. » Unde et inoperatio Patris quæ esse (95) præstat omnibus, clarior ac magnificentior invenitur, cum unusquisque per participationem Christi secundum id quod sapientia est, et secundum id quod scientia est et sanctifica-

[84] Joan. xx, 22. [85] Matth. ix, 16, 17. [86] I Cor. xii, 3. [87] Act. i, 8. [88] Psalm. xxxii, 6. [89] I Cor. xii, 4, 5, 6. [90] ibid. 11. [91] ibid. 6.

(89) *Renovatis.* Sic omnes mss. Alias, « renovatur. » male.

(90) Ita hunc locum restituunt omnes codd. mss. In antea editis legitur : « Cum novum vinum in utres novos mitti posse et in veteres denegabat, sed videbat utres fieri novos. »

(91) Ita mss. Alias, « pertenditur. »

(92) Sic mss. Alias, « angeli, » male.

(93) Post vocem, « donorum, » libb. editi addunt, « vel donationum, » quod in mss. non reperitur. Paulo infra libb. editi : « Sed hoc quod donum Spiritus Dei ministratur. » At mss., « sed hoc quod donum Spiritus dicitur, manifestatur. »

(94) Ita mss. Alias, « singulis. »

(95) In antea editis deest, « esse, » quod exstat in mss.

tio est, proficit et in altiores profectuum gradus venit; et per hoc quod participatione sancti Spiritus factus est quis purior atque sincerior, effectus dignus recipit sapientiæ ac scientiæ gratiam, ut depulsis omnibus expurgatisque pollutionis atque ignorantiæ maculis, tantum profectum sinceritatis ac puritatis (96) accipiat, ut hoc quod accepit a Deo ut esset, tale sit quale Deo dignum est, eo qui ut esset pure utique præstitit (97) ac perfecte; ut tam dignum sit id quod est, quam est ille qui id esse fecit. Ita namque et virtutem semper esse atque in æternum manere percipiet a Deo is qui talis est, qualem eum esse voluit ille qui fecit. Quod ut accidat, et ut indesinenter atque inseparabiliter adsint ei qui est ea quæ ab ipso facta sunt, sapientiæ id opus est instruere atque erudire ea, et ad perfectionem perducere ex Spiritus sancti confirmatione atque indesinenti sanctificatione per quam solum Deum capere possunt. Ita ergo indesinenti erga nos opere (98) Patris, et Filii, et Spiritus sancti per singulos quosque profectuum gradus instaurato, vix si forte aliquando intueri possumus sanctam ac beatam vitam : in qua cum post agones multos in eam perveniri potuerit, ita perdurare debemus ut nulla unquam (99) nos boni illius satietas capiat; sed quanto magis de illa beatitudine percipimus, tanto magis in nobis vel dilatetur ejus desiderium, vel augeatur, dum semper ardentius et capacius Patrem (1), et Filium, ac Spiritum sanctum vel capimus, vel tenemus. Si autem aliquando satietas capit aliquem ex his qui in summo perfectoque constiterint gradu, non arbitror quod ad subitum quis evacuetur, ac decidat : sed paulatim et per partes defluere eum necesse est : ita ut fieri possit interdum, ut si brevis aliquis lapsus acciderit, et cito resipiscat atque in se revertatur, non penitus ruere, sed revocare pedem et redire ad statum suum, et rursum statuere possit id quod per negligentiam fuerat lapsum.

CAPUT IV.

De diminutione vel lapsu.

1. Ut autem istam diminutionem vel lapsum eorum qui se negligentius egerint ostendamus, etiam similitudine alicujus exempli uti non videtur absurdum. Igitur si sit aliquis qui peritia vel arte, verbi gratia geometriæ vel medicinæ, paulatim fuerit imbutus usquequo venerit ad perfectum, multo scilicet tempore institutionibus atque exercitiis semetipsum informans ut ad integrum supradictæ artis assumeret disciplinam : huic nunquam profecto accidere poterit, ut cum peritus dormierit, evigilet imperitus. Non enim ea quæ per læsionem aliquam vel debilitatem accidunt, in medium adducere aut commemorare nunc convenit; neque enim similitudini propositæ exemploque conveniunt. Secundum ergo id quod proposuimus, geometres ille vel medicus, donec exercet se in meditationibus artis suæ et rationabilibus institutis, permanet apud **65** eum etiam scientia disciplinæ. Si vero dissimulet ab exercitiis, et negligat ab industria, paulatim primo per negligentiam pauca excidunt, tum deinde etiam plura, et ita per multum tempus (2) abeunt omnia in oblivionem, atque universa ex memoria penitus abolentur. Potest sane fieri, ut cum decidere ab initio cœperit (3) et parva adhuc corrumpi negligentia, si resuscitetur et citius in semetipsum revertatur, reparet (4) ea quæ adhuc nuper amissa sunt, et recolat ea quæ ab eo fuerant tenui adhuc abolitione sublata. Transferamus nunc hæc ad eos qui se Dei scientiæ ac sapientiæ dediderunt, cujus eruditio atque industria incomparabilibus omnes reliquas (5) disciplinas supereminet modis, et secundum propositæ similitudinis formam vel quæ sit assumptio scientiæ, vel quæ sit ejus abolitio contemplemur; maxime cum audiamus ab Apostolo quod de perfectis dicitur (6), quod facie ad faciem gloriam Domini ex mysteriorum revelationibus speculabuntur[92].

2. Verum nos volentes divina in nos beneficia demonstrare, quæ nobis per Patrem et Filium et Spiritum sanctum præbentur, quæ Trinitas totius est sanctitatis fons, excessu quodam usi hæc diximus (7), et sermonem de anima qui inciderat, strictim licet contingendum putavimus, vicinum utpote (8) locum de natura rationabili disserentes. Opportunius tamen in loco proprio de omni ratio-

[92] II Cor. III, 18.

(96) Ita mss. Alias, « pietatis. »

(97) Sic mss. Alias, « præstiterit. » Paulo post libb. editi : « Ita namque ei virtutem semper atque in æternum manere perciperet a Deo qui talis est qualem esse voluit ille qui fecit. Quod ut accidat atque indesinenter atque inseparabiliter adsint et qui est et ea quæ ab ipso facta sunt, sapere id opus est instruere.... perducere ex Spiritus, » etc.; at mss. ut in nostro textu.

(98) Sic mss. Alias, « opera. » Ibidem libb. editi post, « instaurato, » addunt, « corde, » quod abest ab omnibus mss.

(99) Ita mss. Alias, « utique. »

(1) Alias, « dilatentur ejus desideria vel augeantur dum semper ardentius Patrem, » sed mss. ut in nostro textu. Paulo post mss., « satietas capit. » Alias, « satietas ceperit. » Quod autem hoc loco ait Origenes posse fieri ut qui ad summum perfectumque beatitudinis gradum pervenerit, inde paulatim decidat ac ruat, id quidem sequitur ex ejus circa arbitrii libertatem et in omni statu perseverantem bene vel male agendi facultatem placitis, sed catholicæ fidei repugnat. Vide *Origenianorum* lib. II, quæst. 11, n. 1.

(2) *Tempus*. Deest in libb. editis, sed habetur in mss.

(3) Sic mss. Alias, « cœpit. »

(4) *Reparet*. Ita mss. Alias, « repetat. »

(5) Sic mss. Alias, « dederunt, cujus conditio atque industria incomparabilibus reliquas, » etc.

(6) Sic mss. Alias, « quod de perfectis dicitur. » Ibidem mss., « ex mysteriorum revelationibus. » Alias, « ab interioribus revelationibus. » Paulo post mss., « quæ nobis per Patrem et Filium. » Alias, « quæ nobis ad Patrem et Filium. »

(7) Sic mss. Alias, « etiam hoc dicimus. »

(8) Sic mss. Alias, « ut puta. »

nabili natura quæ in tria genera speciesque distinguitur, Deo nobis per Jesum Christum et sanctum Spiritum concedente, disputabimus.

CAPUT V (9).

De rationabilibus naturis.

1. Post eam dissertationem quam de Patre, et Filio, et Spiritu sancto, quantum valuimus, breviter digessimus, consequens est etiam de naturis rationabilibus, ac de speciebus earum et ordinibus, vel officiis tam sanctarum quam etiam malignarum virtutum, sed et de his qui inter has bonas et malas medii quidam sunt et adhuc (10) in agone atque in certamine positi, pauca disserere. Quamplurima namque in sanctis Scripturis invenimus ordinum quorumdam atque officiorum tam sanctorum quam etiam contrariorum nomina, quæ (11) prius proponentes, tum deinde quid sibi velit horum significatio, pro viribus nostris discutere pertentabimus. Sunt quidam sancti angeli Dei, quos Paulus ministeriales spiritus appellat ad ministerium destinatos, propter eos qui hæreditatem capiunt in salutem [93]. Apud ipsum quoque sanctum Paulum invenimus, nescio unde sumentem, cognominantem tamen quasdam sedes, et dominationes, et principatus, et potestates, et post enumerationem horum, velut alia adhuc quædam rationabilia officia atque ordines esse sentiens præter eos quos supra dixerat, ait de Salvatore: « Qui est super omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro [94]. » Ex quo videlicet ostendit esse quædam præter hæc quæ commemoravit, quæ nominentur quidem in hoc sæculo, non tamen ab ipso enumerata nunc fuerint, forte nec ab alio aliquo intellecta: esse vero alia quæ in hoc sæculo quidem non nominentur, in futuro (12) tamen nominabuntur.

2. Nunc deinde sciendum est, quia omne quod rationabile est; et rationis terminos statutaque declinat, sine dubio per prævaricationem recti justique efficitur in peccato. Est ergo omnis creatura rationabilis laudis et culpæ capax; laudis, si secundum rationem quam in se habet, ad meliora proficiat; culpæ, si rationem recti tenoremque declinet: propter quod recte etiam pœnis et suppliciis subjacet. Quod etiam de ipso diabolo et his qui cum ipso sunt et dicuntur ejus angeli, sentiendum est (13). Exponendæ tamen sunt etiam appellationes eorum, ut sciamus quæ sint ista de quibus sermo nobis movendus est. Diaboli igitur nomen, et Satanæ, et maligni in multis Scripturæ locis designatur, qui et inimicus Dei esse describitur. Necnon et quidam angeli diaboli nominantur, sed et princeps (14) mundi hujus, qui utrum ipse sit diabolus an alius quis, nondum manifeste declaratum est. Principes quoque hujus mundi quidam dicuntur sapientiam quamdam habentes quæ destruetur; sed utrum ipsi sint isti principes, qui et illi sunt principatus adversus quos nobis est colluctatio, an alii sint, non facile mihi ab aliquo pronuntiandum videtur. Post principatus autem, etiam potestates quædam nominantur adversus quas colluctatio nobis est, et agon geritur, sed et adversus principes mundi hujus, et rectores tenebrarum harum; quædam etiam spiritalia malitiæ in cœlestibus ab ipso Paulo nominantur. Quid autem dicendum est etiam de spiritalibus malignis (15) et dæmonibus immundis qui in Evangeliis nominantur? Tum **66** deinde appellantur etiam quædam simili nomine cœlestia, sed quæ dicuntur genu flectere, vel esse flexura in nomine Jesu, sed et terrestria et inferna quæ per ordinem Paulus [95] enumerat (16). In eo sane loco in quo de rationalibus naturis disserimus, reticere non convenit, nec de nobis quidem hominibus qui utique rationabile animal esse dicimur; sed ne illud quidem otiose prætereundum est, quod etiam de nobis ipsis hominibus diversi quidam ordines nominantur, cum dicitur: « Pars Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel. » Pars autem angelorum dicuntur cæteræ nationes, quoniam quidem « cum divideret Excelsus gentes et dispergeret filios Adam, statuit fines gentium secundum numerum angelorum Dei [96]. » Et idcirco cum cæteris rationalibus (17) naturis etiam humanæ animæ ratio pervidenda est.

3. Igitur tot et tantis ordinum officiorumque nominibus cognominatis, quibus certum est subesse substantias, requirendum est utrum conditor et creator omnium Deus, quosdam quidem ex his ita fecerit, sanctos ac beatos, ut nihil possint recipere

[93] Heb. I, 14. [94] Ephes. I, 21. [95] Philip. II, 10. [96] Deut. XXXII, 8, 9.

(9) Caute admodum legendum est hoc quintum caput, nec non sequens sextum, quippe ubi nihil fere est quod a catholicæ fidei norma non recedat; nec excusationis locum ullum haberet Origenes, si hæc non « cum magno metu et cautela, » ut mox dicturus est, discutiens magis et pertractans « quam pro certo ac definito » statuisset.

(10) Alias, « ut hic. »

(11) In editis libris deest, « quæ, » et præterea Genebrardus edidit, « pro virilibus nostris. »

(12) *In futuro.* Deest in libb. editis, sed habetur in mss.

(13) Sic mss. Alias, « sciendum est. »

(14) *Princeps.* Sic recte mss.; male vero libb. editi, « principes. » Mox mss., « principes quoque hujus mundi quidam. » In antea editis pro « quidam » legitur « quidem. » Infra libb. antea editi, « sed utrum isti sunt principes illi qui sunt principatus... an alii sunt. »

(15) Sic mss.; libb. editi, « spiritibus malignis. »

(16) Post « enumerat, » continua serie nec ulla interposita virgula in libris editis legitur: « In loco sane in quo de naturalibus naturis disseremus, reticere non convenit, cum de nobis quidem hominibus qui utique rationabile animal esse dicimur, pertractabimus. Sed ne illud quidem, » etc. At mss. ut in nostro textu.

(17) Ita mss. Alias, « irrationabilibus. »

omnino contrarium (18); et quosdam ita fecerit ut possint tam virtutis quam malitiæ effici capaces (19); aut si putandum est quod alios ita fecerit, ut omnino incapaces sint ad virtutem, et alios malitiam quidem nequaquam posse recipere, solummodo autem posse in beatitudine permanere; alios vero tales qui possint utraque recipere. Ut autem etiam ex ipsis nominibus prima nobis inquisitio moveatur, consideremus si sancti angeli ex quo sunt, semper sancti fuerunt, et sancti sunt, sanctique erunt, et neque receperunt unquam, neque recipere potuerunt peccati locum. Tum deinde etiam hi qui sancti principatus appellantur, consideremus si statim ut creati a Deo sunt, principatum exercere cœperunt in aliquos qui eis essent subjecti, et illos tales creatos, et ad hoc factos ut essent subditi et subjecti (20). Similiter autem et quæ appellantur potestates, utrum tales et in hoc ipsum creatæ sunt, ut exercerent potestatem; an meritum aliquod istud est et præmium virtutis, per quod ad potestatem istam dignitatemque venerunt. Necnon et hi qui throni dicuntur, vel sedes, an istam beatitudinis sedem stabilitatemque simul cum substantiæ suæ prolatione meruerint, ut ex voluntate sola hoc possideant Creatoris; vel quæ appellantur dominationes, hoc quod dominantur, non per profectus sui meritum eis fuerit additum, sed conditionis prærogativa donatum sit et ideo sit ab eis inseparabile quodammodo ac naturale (21). Quod utique si ita recipiamus, ut putentur sancti angeli, et sanctæ potestates, et beatæ sedes, gloriosæque virtutes, et magnificæ dominationes substantialiter potestates istas ac dignitates gloriasque possidere, consequens sine dubio videbitur etiam ea quæ in contrariis officiis nominata sunt ad hunc modum intelligi debere: ita ut principatus illi adversus quos nobis est colluctatio, illud ipsum obluctans ac resistens omni bono propositum non postmodum recepisse declinantes a bono per arbitrii libertatem putentur (22), sed cum ipsis simul substantialiter exstitisse; similiter etiam potestates, et virtutes, nec esse in eis juniorem substantia sua posterioremque malitiam. Illi quoque quos mundi tenebrarum rectores et principes appellavit, hoc quod principantur et obtinent tenebras (23), non ex perversitate propositi, sed ex conditionis necessitate dicuntur descendere. Eadem quoque de spiritalibus nequitiæ, et de spiritalibus (24) malignis, et dæmonibus immundis consequentiæ ipsius ratio coget intelligi. Quod si hæc ita de malignis contrariisque virtutibus intelligi videtur absurdum, sicut certe absurdum est, ut causa malitiæ ipsarum remota ab arbitrii sui proposito, conditori earum necessario ascribatur, quomodo non etiam de bonis sanctisque virtutibus cogimur similia confiteri, id est, quia non substantiale sit in ipsis bonum, quod utique in solo Christo et in Spiritu sancto evidenter esse ostendimus, sine dubio utique et in Patre. Non enim Trinitatis natura habere aliquid compositionis ostensa est, ut hæc ei consequenter videantur accidere. Unde superest ut in omni creatura sui operis suorumque motuum fuerit quod virtutes istæ quæ vel principatum agere in aliis, vel potestatem exercere, vel dominationem videntur, ex merito, et non per conditionis prærogativam prælatæ sint et superpositæ his quibus præesse, vel in quos potestatem exercere dicuntur.

4. Sed ne de tantis ac tam difficilibus rebus consequentiæ solius ratione invitati videamur asserere, atque ex conjecturis tantummodo in assensum cogere auditores, videamus si quid etiam de Scripturis sanctis possumus assertionis assumere, quarum auctoritate hæc credibilius astruantur. Et primum quidem de malis virtutibus quid sancta Scriptura contineat, proferemus; tum deinde etiam de cæteris **67** investigabimus, secundum quod Dominus nos fuerit illuminare dignatus, ut in rebus tam difficilibus quid magis veritati sit proximum, vel quid secundum pietatis regulam opinandum sit, consequamur. Invenimus namque in Ezechiele propheta duas quasdam prophetias scriptas esse ad principem Tyri [97], quarum prima fortasse videbitur alicui antequam audiat et secundam, dici de homine aliquo qui princeps fuerit Tyriorum. Et ideo nos interim nihil de prima illa sumemus; secunda vero quoniam evidentissime talis est, ut nihil prorsus de homine, sed de virtute aliqua superiori intelligi debeat (25) quæ delapsa fuerit a superioribus et in

[97] Ezech. XXVI et XXVIII.

(18) *Requirendum est utrum conditor et creator omnium Deus, quosdam quidem ex his ita fecerit sanctos ac beatos ut nihil possint recipere omnino contrarium*, etc. Vide *Origenianorum* lib. II, quæst. 7, num. 2, *De libero arbitrio*, et quæst. 5, num. 11, ubi expenditur quid de angelorum libertate statuerit Origenes.

(19) Sic mss. Alias, « esse capaces. »

(20) *Et illos tales creatos, et ad hoc factos ut essent subditi et subjecti.* Hæc desunt in libb. antea editis, sed habentur in omnibus mss.

(21) Sic mss. Alias, « an ex voluntate sola hæc possideant Creatoris. Vel quæ appellantur dominationes, hæ si quod dominantur non per facti sui meritum eis fuerit additum, sed de conditionis prærogativa, » etc.

(22) *Putentur.* Deest in antea editis, sed in mss. reperitur.

(23) Sic recte omnino codd. mss., editi vero: « Minorem substantia sua malitiam posteriorem. Illos quoque mundi tenebrarum rectores et principes appellavit, eo quod principatus et qui obtinent tenebras, » etc.

(24) Ita mss. Alias, « spiritibus. » Paulo post mss., « quod si hæc ita de malignis. » Libb. editi, « quod si id de malis. »

(25) *Ut nihil prorsus de homine, sed de virtute aliqua intelligi debeat.* Vide eumdem Origenem infra lib. III *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 2, et homil. 9 et 10 in Numeros, ubi similiter docet prophetiam Ezechielis cap. XXVIII non de homine rege Tyri, sed esse intelligendam de angelo quem Deus cele-

inferiora ac deteriora dejecta (26), ex ipsa deferemus exemplum, ex quo manifestissime demonstretur contrarias istas malignasque virtutes non natura tales esse conditas, vel creatas, sed de melioribus venisse in pejus, atque in deterius esse conversas; beatas quoque (27) illas virtutes non esse talis naturæ quæ contrarium recipere non possit si velit, ac negligat, et status sui beatitudinem non omni cautela custodiat. Si enim is qui dicitur princeps Tyri, refertur quia inter sanctos erat et immaculatus erat, et in paradiso Dei constitutus, corona quoque decoris et pulchritudinis (28) exornatus, is qui talis erat quomodo aliquo sanctorum inferior fuisse putandus est? Corona enim decoris et pulchritudinis ipse fuisse, et in paradiso Dei ambulasse immaculatus describitur; et quomodo ab aliquo putari potest (29) quod iste talis non unus fuerit de illis sanctis beatisque virtutibus, quas utique in beatitudine positas, non alio quam tali honore præditas esse credendum est? Sed videamus tandem quid etiam ipsa prophetiæ verba nos doceant. « Et factus est, inquit, sermo Domini ad me, dicens : Fili hominis, accipe lamentum super principem Tyri, et dic ei : Hæc dicit Dominus Deus : Tu signaculum similitudinis, et corona decoris in deliciis paradisi fuisti; omni lapide vel gemma bona exornatus es, et indutus sardio, et topazio, et smaragdo, et carbunculo, et sapphiro (30), et jaspide, argento et auro insertis (31), et achate, amethysto, et chrysolitho, et beryllo, et onychio, auro quoque replesti thesauros tuos, et promptuaria tua in temetipso. Ex qua die creatus es cum cherubim, posui te in monte sancto Dei. Fuisti in medio lapidum igneorum; fuisti immaculatus tu in diebus tuis, ex qua die creatus es tu, donec inventæ (32) sunt iniquitates in te; ex multitudine negotiationis tuæ replesti iniquitate promptuaria tua, et peccasti, et vulneratus es a monte A Dei. Et ejecit te cherub de medio lapidum ignitorum (33); et elatum est cor tuum in decore tuo, corrupta est disciplina tua cum pulchritudine (34) tua; propter multitudinem peccatorum tuorum in terram projeci te coram regibus; dedi te in ostentationem atque in illusionem propter multitudinem peccatorum tuorum (35), et iniquitatum tuarum, ex negotiatione tua polluisti sancta tua. Et educam ignem de medio tui, et comedet te, et dabo te in cinerem ac favillam super terram in conspectu omnium videntium te, et omnes qui sciebant in gentibus, mœrebunt super te. Perditio effectus es, et non subsistes ultra in æternum tempus [98]. » Hæc cum ita dicta sint, quis est qui audiens : « Signaculum similitudinis, B et corona decoris in deliciis paradisi fuisti; » vel audiens quod « ex quo creatus es tu cum cherubim, posui te in monte sancto Dei, » ultra sensum suum poterit relaxare, ut de aliquo hominum, vel sanctorum, non dicam Tyri principe, hæc dicta esse suspicetur? Aut quos lapides igneos putabit, in quorum medio homo (36) aliquis conversari poterit? Aut quis immaculatus ab ipsa die qua creatus est intelligi poterit, in quo postea aliquando injustitiæ in ipso inventæ sint, et tunc in terram projectus esse dicatur? Quod utique significat, quia de eo dicitur, qui cum non esset in terra, in terram projectus est (37); cujus etiam sancta polluta esse dicuntur. Hæc quidem de principe Tyri ex propheta Ezechiele quæ in adversariam virtutem re- C feruntur ostendimus, per quæ manifestissime demonstratur quod sancta ante (38) virtus hæc fuerit et beata, de qua beatitudine, ex quo in ea inventa est iniquitas, ruerit, in terramque demersa sit, et non per naturam conditionemque talis exstiterit. Arbitramur ergo dici hæc de angelo quodam, qui Tyriorum gentis dispensandæ sit sortitus officium (39), cui etiam animæ eorum procurandæ

[98] Ezech. XXVIII, 12 seqq.

bris hujus urbis regimini præposuerit, quemque postea ob superbiam qua elatus est, in inferos præcipitarit. Plerique etiam Patres ad peccatum et lapsum dæmonis caput illud XXVIII Ezechielis referunt. Vide Tertullian. *Contra Marcionitas*, lib. II, c. 10; Augustin. lib. XI *De civitate Dei*, c. 15; Hieronym. ad Damasum et in Isai. lib. IV; Greg. lib. XXXII *Moral.*, c. 23; Isidor. *De summo bono* l. I, c. 12; Bedam lib. *Quæst.*, q. 9; Ambros. *De paradiso*, c. 2. Sed in hoc ab Origene differunt, quod ut ille, temere non negent hanc prophetiam de homine rege Tyri posse accipi, cum verisimile admodum sit, ne dicam certum, hic ab Ezechiele designari Ithobalum regem Tyri, quo regnante Josephus *Antiq.* lib. X, cap. 11, I *Contra Appion.*, pag. 1046, refert urbem Tyrum a Nabuchodonosore obsessam esse et captam.

(26) Ita omnes codd. mss. Alias, « ad inferiores et ad deteriora dejecta. » Paulo post libb. editi, « contrarias istas magnasque virtutes. » Sed mss. ut in nostro textu.

(27) Caute lege.

(28) Ita mss. Alias, « plenitudinis. »

(29) Mss., « potest. » Alias, « solet. » Infra mss., « quid etiam ipsa prophetiæ verba. » Libb. editi, « quid etiam ipsa prophetica verba. »

(30) *Et smaragdo et carbunculo et sapphiro.* Hæc desiderantur in antea editis, sed habentur in omnibus mss.

(31) Sic mss. Alias, « insertus. »

(32) Sic mss. Genebrardus vero, « commi- D nuendæ. »

(33) Sic mss. Libb. editi, « ejeci te cherub de medio lapidum igneorum. »

(34) Ita mss. Alias, « multitudine. »

(35) *In terram projeci te coram regibus; dedi te in ostentationem atque illusionem propter multitudinem peccatorum tuorum.* Hæc desunt in libris antea editis, sed in omnibus mss. reperiuntur.

(36) *Homo.* Sic mss. Editi, « ab eo, » male.

(37) *Qui cum non esset in terra, in terram projectus est.* Ita optime mss. In libris editis deest, « in terra. »

(38) In libris editis deest, « ante. »

(39) *Arbitramur ergo dici hæc de angelo quodam qui Tyriorum gentis dispensandæ sit sortitus officium.* Sic mss. Alias vero, « arbitrantur ergo hoc de angelo, » etc. Cæterum de hac Origenis opinione vide, si vacat, *Origenian.* lib. II, quæst. 5, num. 26.

videntur esse commissæ. Quam sane Tyrum, vel quas Tyriorum animas sentire debeamus, utrum hanc quæ in Phœnices provinciæ regionibus sita est, **68** an aliam aliquam cujus hæc quam in terris novimus, forma est; et animas Tyriorum utrum horum, an eorum qui domestici sunt illius Tyri quæ spiritaliter intelligitur, in hoc loco non videtur requirendum; ne forte velut in transitu de tantis et tam absconditis rebus videamur inquirere, quod utique proprium vel opus exigit, vel laborem.

5. Rursum tamen etiam de alia virtute contraria (40) ab Isaia propheta talia quædam docemur. Ait enim: « Quomodo cecidit (41) de cœlo Lucifer, qui mane oriebatur? Confractus est et collisus in terram qui immittebat ad omnes gentes. Tu vero dixisti in sensu (42) tuo: Ascendam in cœlum, super stellas cœli ponam meum thronum, sedebo in monte excelso super montes excelsos qui sunt ad Aquilonem (43), ascendam super nubes, ero similis Altissimo. Nunc autem in infernum demergeris, et in fundamenta terræ. Qui te viderint, admirabuntur super te, et dicent: Hic est homo qui exacerbabat totam terram, qui movebat reges, qui fecit universum orbem desertum, qui urbes destruxit, nec eos qui in vinculis sunt, resolvit. Omnes reges gentium dormierunt in honore, unusquisque in domo sua: tu vero projicieris in montibus sicut mortuus exsecrabilis cum multis mortuis qui transfossi sunt gladiis, et descenderunt in infernum. Sicut vestimentum sanguine concretum et infectum non erit mundum, ita nec tu quidem eris mundus pro eo quod terram meam perdidisti, et populum meum occidisti, non manebis in æternum tempus, semen pessimum. Præpara filios tuos ad interfectionem pro peccatis patris tui, ne resurgant et terram hæreditate possideant, et repleant terram bellis, et insurgam in eos, dicit Dominus Sabaoth, et deperire faciam nomen ipsorum, et reliquias, et semen eorum [99]. » Manifestissime per hæc ostenditur cecidisse de cœlis utique qui prius erat Lucifer, et qui mane oriebatur. Si enim, ut putant aliqui, natura (44) tenebrarum erat, quomodo ante fuisse Lucifer dicitur? Vel quomodo poterat oriri mane qui nihil in se habebat ex luce? Sed et Salvator

A docet nos de diabolo dicens: « Ecce video Satanam cecidisse de cœlo sicut fulgur [1]. » Lux enim erat aliquando. Sed et Dominus noster qui veritas est, gloriosi adventus sui (45) potentiam nihilominus fulguri comparavit dicens: « Sicut enim fulgur a summo cœlo fulget usque ad summum ejus, ita erit adventus Filii hominis [2]. » Et nihilominus hunc fulguri comparat, et dicit eum cecidisse de cœlo; ut ostenderet per hoc fuisse et ipsum aliquando in cœlo, et habuisse locum inter sanctos, et participasse de hac luce, de qua omnes sancti participant, ex qua angeli lucis efficiuntur, et apostoli lux (46) mundi dicuntur a Domino. Hoc ergo modo erat etiam iste lux aliquando antequam prævaricaretur et caderet in hunc locum, et gloria ejus converte-
B retur in pulverem, quod est proprie impiorum, sicut et propheta dicit, ex quo et princeps hujus mundi, id est terrenæ habitationis, appellatus est; principatum namque egit in eos qui ejus malitiæ obsecuti sunt, quoniam (47) quidem « totus hic mundus (mundum autem nunc terrenum istum appello locum) in maligno positus est [3], » et in hoc apostata. Quod autem apostata sit iste, id est refuga, etiam Dominus in Job ita dicit: « Adduces (48) autem draconem in hamo apostatam [4], » id est refugam. Certum est autem quia draco ipse diabolus intelligitur. Si ergo contrariæ virtutes nominantur et immaculatæ fuisse aliquando dicuntur, immaculatum autem esse præter Patrem et Filium et Spiritum sanctum nulli substantialiter inest, sed
C sanctitas in omni creatura accidens res est, quod autem accidit, et decidere potest, et istæ virtutes contrariæ immaculatæ aliquando fuerunt, et inter illas utique fuerunt quæ adhuc immaculatæ permanent, per hoc ostenditur neque substantialiter, vel naturaliter esse aliquem (49) immaculatum, neque substantialiter esse pollutum:

Et per hoc consequens est in nobis esse, atque in nostris motibus, ut vel beati vel sancti simus, vel per desidiam et negligentiam a beatitudine in malitiam et perditionem ver-

HIERON. INTERPR.

Quibus moti disputationibus (50) arbitramur sua sponte alios esse in numero sanctorum et ministerio Dei; alios ob culpam propriam de san-

[99] Isa. XIV, 12 seqq. [1] Luc. X, 18. [2] Matth. XXIV, 27. [3] I Joan. V, 19. [4] Job XL, 20.

(40) *Etiam de alia virtute contraria.* Isaiæ verba XIV, 12 seqq., mox laudata, de diabolo etiam accipit infra lib. IV Περὶ ἀρχῶν, cap. 2, nec aliter Tertull. lib. V *adversus Marcion.*, cap. 11 et 17; Euseb. in psalm. LXXXI; Ambros. in psalm. CXVIII; Athanasius pluribus in locis, Greg. Mag. sæpius; Theodoret. hic; Isidorus Pelus. lib. I epist. 13; Bernard. serm. 3 in vision. Isai. Sed non desunt alii Patres et Scripturæ sacræ interpretes qui hæc ad litteram intelligenda putent de rege Babylonis, alii de Nabuchodonosore, alii de Balthasare, alii de Sennacherib, unusquisque juxta suam hypothesim. Ego vero de Balthasare accipio, qui eadem nocte qua capta est dolo urbs Babylon a Cyro, interfectus est. Vide Danielem cap. V.

(41) Ita mss. Alias, « descendit. »

D (42) Ita mss. Alias, « corde. »

(43) Libb. editi, « super omnes excelsos qui sunt in Aquilone; » sed mss. ut in nostro textu.

(44) Libb. editi, « ut putant, aliqua natura. » At mss. ut in nostro textu.

(45) *Sui.* Deest in antea editis, sed exstat in mss.

(46) *Lux.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(47) Mss., « quoniam. » Alias, « quomodo. »

(48) Mss., « adduces. » Alias, « educes. » Paulo post mss., « contrariæ virtutes nominantur. » Libb. editi, « contrariæ virtutes refugæ nominantur. »

(49) Mss., « aliquem. » Libb. editi, « aliquid. »

(50) *Quibus moti disputationibus*, etc. Hunc locum sic vertit Hieronymus epistola 94 ad Avitum; unde liquet quam dubiæ sit fidei interpres Rufinus.

gamus in tantum ut nimius profectus, ut ita dixerim, malitiæ, si quis in tantum sui neglexerit, usque ad eum statum deveniat, ut ea quæ dicitur contraria virtus efficiatur.	*ctimonia corruentes, in tantam negligentiam corruisse, ut etiam in contrarias fortitudines verterentur.*

69 CAPUT VI.

De fine vel consummatione.

1. Finis vel consummatio, rerum perfectarum consummatarumque esse videtur indicium (51). Quæ res etiam nos in hoc loco commonet, quod ad hæc tam ardua et difficilia intelligenda, si quis ille est qui legendi horum et talia cognoscendi desiderium ceperit, perfectum et eruditum sensum debet adhibere : ne forte si aut nullum usum in hujuscemodi quæstionibus habuit (52), vana quædam hæc illi et superflua videantur ; aut si jam præjudicatum et præventum in aliis (53) animum gerit, hæretica hæc et contra fidem ecclesiasticam (54) putet, non tam ratione convincens quam animi sui præjudicio definiens. Quæ quidem a nobis etiam cum magno metu et cautela dicuntur, discutientibus magis et pertractantibus quam pro certo ac definito statuentibus. Indicatum namque a nobis in superioribus est quæ sint (55) de quibus manifesto dogmate terminandum sit, quod et pro viribus nos fecisse puto, cum de Trinitate (56) loqueremur. Nunc autem disputandi specie magis quam definiendi, prout possumus, exercemur. Finis ergo mundi et consummatio dabitur, cum unusquisque pro merito peccatorum etiam pœnis subjicietur ; quod tempus Deus solus agnoscit, quando unusquisque quod meretur expendet. In unum (57) sane finem putamus (58) quod bonitas Dei per Christum suum universam revocet creaturam, subactis et subditis etiam inimicis. Sic enim dicit sancta Scriptura : « Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [5]. » Quod si minus nobis manifestum est quid in hoc indicet propheticus sermo, Paulo apostolo discamus (59) apertius dicente, quod « oportet (Christum) regnare, donec ponat omnes A inimicos sub pedibus suis [6]. » Quod si ne ista quidem Apostoli tam aperta sententia satis nos edocuit, quid sit inimicos poni sub pedibus, audi adhuc eum in consequentibus : « Oportet enim ei omnia esse subjecta [7]. » Quæ ergo est subjectio qua Christo debent esse omnia subjecta ? Ego arbitror (60) quia hæc ipsa qua nos quoque optamus ei esse subjecti, qua subjecti ei sunt et apostoli et omnes sancti, qui secuti sunt Christum. Subjectionis enim nomen qua Christo subjicimur, salutem quæ a Christo est, indicat subjectorum ; sicut et David dicebat : « Nonne Deo subjecta erit anima mea ? ab ipso enim salutare meum [8]. »

2. Talem igitur finem videntes, cum omnes inimici subjecti erunt Christo, et cum novissimus B inimicus destruetur mors, et cum tradetur a Christo cui omnia subjecta sunt, regnum Deo Patri, ab isto, inquam, tali fine rerum contemplemur initia. Semper enim (61) similis est finis initiis (62) ; et ideo sicut unus omnium finis, ita unum omnium intelligi debet initium ; et sicut multorum unus finis, ita ab uno initio multæ differentiæ ac varietates, quæ rursum per bonitatem Dei et subjectionem Christi, atque unitatem Spiritus sancti in unum finem qui sit initio similis revocantur : omnes scilicet hi qui in nomine Jesu genu flectentes, per hoc ipsum subjectionis suæ insignia declararunt ; qui sunt cœlestium, terrestrium et infernorum ; in quibus tribus significationibus omnis universitas indicatur, hi videlicet qui ab illo uno initio pro suis C unusquisque motibus et varietatibus (63) per diversos ordines pro merito dispensati sunt ; non enim in his bonitas substantialiter inerat, sicut in Deo et Christo ejus, et in Spiritu sancto. In hac enim sola Trinitate, quæ est auctor omnium, bonitas substantialiter inest ; cæteri vero accidentem eam ac decidentem habent (64), et tunc sunt in beatitudine, cum de sanctitate ac sapientia et de ipsa divinitate participant. Si vero ab hujusmodi participatione negligant atque dissimulent, tunc vitio

[(65) Ἐξ ἰδίας αἰτίας τῶν μὴ προσεχόντων ἑαυτοῖς ἀγρύπνως γίνονται τάχιον ἢ βράδιον μετα-	propriæ desidiæ alius citius, alius tardius, plus alius, alius minus, ipse

[5] Psal. CX, 1. [6] I Cor. XV, 25. [7] ibid. 26. [8] Psal. LXI, 1.

(51) Alias, « videtur esse judicium. » Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(52) Lib. editi, « habuerit. » Mss., « habuit. »

(53) *In aliis.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(54) Sic mss. ; at libb. editi, « catholicam. »

(55) *Quæ sint.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(56) *De Trinitate.* Sic mss. Alias, « determinate, » male.

(57) Caute lege.

(58) *In unum sane finem putamus,* etc. Vide Huetium lib. II *Origenianorum*, quæst. undecima, num. 9, et quæst. 3, num. 30.

(59) Sic mss. Alias, « ab Apostolo discamus. » Paulo post libb. editi, « quod sane ista quidem Apostoli... nos edocuit quod sit. » At mss. ut in nostro textu.

D (60) Caute lege.

(61) Caute lege.

(62) *Semper enim similis est finis initiis,* etc. Hunc locum respicit et carpit Hieronymus epist. 94 ad Avitum, cum Origenem sentire ait, « rursum nasci ex fine principium, et ex principio finem ; et ita cuncta variari, ut et qui nunc homo est, possit in alio mundo dæmon fieri ; et qui dæmon est, et negligentius egerit, in crassiora corpora relegetur, id est, ut homo fiat. Sicque permiscet omnia, ut de angelo possit diabolus fieri, et rursus diabolus in angelum revertatur. »

(63) *Et varietatibus.* Sic mss. Alias, « varie acti. »

(64) Caute lege.

(65) Ἐξ ἰδίας αἰτίας, etc. Græca uncis conclusa exstant ad calcem epistolæ Justiniani imperatoris ad Menam patriarcham Constantinopolitanum.

πτώσεις, καὶ ἐπὶ πλεῖον, ἢ ἐπ' ὡς ἔλαττον· ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας κρίσει θείᾳ συμπαραμετρούσῃ τοῖς ἑκάστου βελτίοσιν ἢ χείροσι κινήμασι καὶ τὸ κατ' ἀξίαν, ὁ μέν τις ἕξει ἐν τῇ ἐσομένῃ διακοσμήσει τάξιν ἀγγελικὴν ἢ δύναμιν ἀρχικὴν ἢ ἐξουσίαν τὴν ἐπί τινων, ἢ θρόνον τὸν ἐπὶ βασιλευομένων, ἢ κυρείαν τὴν κατὰ δούλων· οἱ δὲ πάνυ τι ἐκπεσόντες, τὴν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις οἰκονομίαν τε, καὶ βοήθειαν ἕξουσι. Καὶ οὕτως κατὰ μὲν τὸ πλεῖστον ἀπὸ τῶν ὑπὸ τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας καὶ τοὺς θρόνους καὶ τὰς κυριότητας, τάχα δὲ ἔστ' ὅτε καὶ ἀντ' αὐτῶν συστήσεται τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐν τῷ καθ' ἕνα κόσμῳ.

Id est :

Ex propria eorum culpa qui minime sibi vigilantes attendunt, fiunt citius aut serius delapsiones, eæque vel majores vel minores; eamque ob causam divino judicio bonis vel malis uniuscujusque motibus dignam commensurante retributionem, hic quidem in futura mundi dispositione habebit ordinem angelicum, aut virtutem principatus, aut potestatem in aliquos, aut thronum supra regno subditos, aut dominationem in servos. Qui vero non multum exciderint, habebunt quam diximus œconomiam et adjumentum. Atque ita ut plurimum ex iis qui sunt sub principatibus et potestatibus et thronis et dominationibus, forte e- A *tiam aliquando eorum loco constituetur genus humanum in singulis mundis.*]

sibi causa sui lapsus vel casus efficitur. Et quoniam, ut diximus (66), casus iste vel lapsus, quo de statu suo quisque declinat, quamplurimam in se habet diversitatem pro mentis ac propositi motibus, quod alius levius, alius gravius ad inferiora declinat, in hoc jam justum judicium Dei providentiæ, ut unicuique secundum diversitatem motuum pro merito sui decessus et commotionis **70** occurrat. Ex his sane qui in illo initio permanserunt, quod futuro fini simile esse descripsimus, quidam ex ipsis in ordinatione (67) ac dispensatione mundi ordinem angelicum sortiuntur, alii virtutum, alii principatuum, alii potestatum, quod in eos videlicet exerceant potestatem qui habere super caput indigent potestatem : alii thronorum ordinem, id est, judicandi vel regendi eos qui hoc indigent, habentes officium; alii dominationem (68) sine dubio super servos; quæ omnia eis pro merito et profectibus suis quibus in Dei participationem imitationemque profecerant (69), æquo justoque judicio divina contulit providentia.

Hi vero qui de statu primæ beatitudinis moti quidem sunt (70), non tamen irremediabiliter moti, illis quos supra descripsimus, sanctis beatisque ordinibus dispensandi subjecti sunt ac regendi (71); quorum adjutorio usi, et institutionibus ac disciplinis salutaribus reformati, redire ac restitui ad statum suæ beatitudinis possint. Ex quibus existimo, prout ego sentire possum, hunc ordinem humani generis institutum, qui utique in futuro sæculo, vel supervenientibus sæculis, cum cœlum novum et terra nova secundum Isaiam [9] erit (72), restituetur in illam unitatem quam promittit Dominus Jesus B dicens ad Deum Patrem de suis discipulis (73) : « Non pro istis rogo solum, sed et pro omnibus qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut ego in te, Pater, et tu in me, ita et isti in nobis unum sint [10]. » Et iterum ubi ait : « Ut sint unum, sicut et nos unum sumus, ego in ipsis, et tu in me, ut sint et ipsi consummati in uno [11]. » Et sicut confirmat nihilominus etiam Paulus apostolus dicens : « Donec occurramus omnes in unitatem fidei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi [12]. » Et sicut idem Apostolus jam nos (74) etiam in præsenti vita in Ecclesia positos, in qua utique futuri regni est forma, ad hanc eamdem unitatis similitudinem cohortatur dicens : « Ut eadem C dicatis omnes, et non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in uno eodemque sensu, atque in una eademque sententia [13]. »

3. Sciendum tamen est (75) quosdam qui ex uno principio, quod supra diximus, delapsi sunt, in tantam indignitatem ac malitiam se dedisse (76) ut indigni habiti sint institutione hac, vel eruditione qua per carnem humanum genus adjutorio virtutum cœlestium instituitur atque eruditur, sed e contrario etiam adversarii atque repugnantes his qui erudiuntur atque imbuuntur, exsistant. Unde et

[9] Isa. LXVI, 22. [10] Joan. XVII, 20, 21. [11] Joan. XVII, 22, 23. [12] Ephes. IV, 13. [13] I Cor. I, 10.

(66) Libb. editi, « quomodo ut dicimus, » At mss. ut in nostro textu.

(67) Sic mss. Alias, « vel ordinatione, » male.

(68) Sic mss. Alias, « dominationum. »

(69) Ita mss. Alias, « immutationemque proferunt, » male.

(70) *Hi vero qui de statu primæ beatitudinis moti quidem sunt*, etc. Hæc et quæ sequuntur summatim refert Hieronymus epist. 91 ad Avitum his verbis : « Qui vero fluctuaverint et motis pedibus nequaquam corruerint, subjicientur omnino dispensandi et regendi atque ad meliora gubernandi, principatibus, potestatibus, thronis, dominationibus; et forsitan ex his hominum constabit genus, in uno aliquo ex mundis; quando juxta Isaiam cœlum et terra nova fient. Qui vero non fuerint meriti, ut per genus hominum revertantur ad pristinum statum, fient diabolus et angeli ejus, et pessimi dæmones; ac pro varietate meritorum in singulis mundis diversa officia sortientur. Ipsosque dæmones ac rectores tenebrarum, in aliquo mundo, vel mundis, si voluerint ad meliora converti, fieri homines, et D sic ad antiquum redire principium; ita duntaxat ut per supplicia atque tormenta, quæ vel multo vel brevi tempore sustinuerint, in hominum eruditi corporibus, rursum veniant ad angelorum fastigia. Ex quo consequenti ratione monstrari, omnes rationabiles creaturas ex hominibus fieri, non semel et subito, sed frequentius; nosque et angelos futuros dæmones, si egerimus negligentius; et rursum dæmones si voluerint capere virtutes, pervenire ad angelicam dignitatem. »

(71) Ita mss. Libb. editi, « ordinibus subjecti sunt ad regendum. » Paulo post iidem libb. editi, « restitui ad statum beatitudinis possunt. » At mss. ut in nostro textu.

(72) Libb. editi, « secundum omnes jam cœperit. » Mss. ut in nostro textu.

(73) Ita mss. Lib. editi, « pro suis discipulis. »

(74) Ita mss. Alias, « eos. »

(75) Ita mss. Alias, « esse. »

(76) *Se dedisse*. Hæc desunt in antea editis, sed exstant in omnibus mss.

agones quosdam atque certamina omnis hæc habet vita mortalium, reluctantibus scilicet et repugnantibus adversum nos his qui sine ullo respectu de statu meliori delapsi sunt, qui appellantur diabolus et angeli ejus, cæterique ordines malitiæ, quos Apostolus de virtutibus contrariis nominavit. Jam vero si aliqui ex his ordinibus (77) qui sub principatu diaboli agunt, ac malitiæ ejus obtemperant (78), poterunt aliquando in futuris sæculis converti ad bonitatem, pro eo quod est in ipsis liberi facultas arbitrii; an vero permanens et inveterata malitia velut in naturam quamdam ex consuetudine convertatur, etiam tu qui legis probato, si omnimode neque in his quæ videntur temporalibus sæculis, neque in his quæ non videntur et æterna sunt, penitus pars ista ab illa etiam finali unitate atque convenientia discrepabit. Interim tam in his quæ videntur (79) et temporalibus sæculis quam in illis quæ non videntur et æterna sunt, omnes isti pro ordine, pro ratione, pro modo et meritorum dignitatibus dispensantur; ut alii in primis, alii in secundis, nonnulli etiam in ultimis temporibus, et per majora ac graviora **71** supplicia, necnon et diuturna ac multis, ut ita dicam, sæculis tolerata asperioribus emendationibus reparati et restituti eruditionibus primo angelicis, tum deinde etiam superiorum (80) graduum virtutibus, et sic per singula ad superiora provecti usque ad ea quæ sunt invisibilia et æterna perveniant, singulis videlicet quibusque cœlestium virtutum officiis quadam eruditionum specie (81) peragratis. Ex quo, ut opinor (82), hoc consequentia ipsa videtur ostendere, unamquamque rationabilem naturam posse ab uno in alterum ordinem transeuntem per singulos (83) in omnes, et ab omnibus in singulos pervenire, dum accessus profectuum defectuumve varios pro motibus vel conatibus propriis unusquisque pro liberi arbitrii facultate perpetitur.

4. Quoniam sane visibilia quædam dicit esse Paulus et temporalia, alia vero præter hæc invisibilia et æterna, quærimus quomodo hæc, quæ videntur, temporalia sint; utrumne pro eo quod nihil omnino post hæc erunt in omnibus illis futuri sæculi spatiis (84), quibus dispersio illa unius principii atque divisio ad unum et eumdem finem (85) ac similitudinem reparetur: an pro eo quod habitus quidem eorum quæ videntur, transeat, non tamen eorum substantia omnimode corrumpatur. Et Paulus quidem videtur id, quod posterius diximus, confirmare, cum dicit: « Transit enim habitus hujus mundi [14]. » Sed et David cum dicit: « Cœli peribunt, tu autem permanebis, et omnes sicut vestimentum veterascent, et velut amictum mutabis eos, sicut vestimentum mutabuntur [15], » eadem videtur ostendere. Si enim mutabuntur cœli, utique non perit quod mutatur; et si habitus mundi transit, non omnimode exterminatio vel perditio substantiæ materialis ostenditur, sed immutatio quædam fit qualitatis, atque habitus transformatio. Isaias quoque cum per prophetiam dicit (86), quia « erit cœlum novum, et terra nova [16], » similem sine dubio suggerit intellectum. Innovatio namque cœli et terræ et transmutatio habitus (87) hujus mundi, et immutatio cœlorum, his sine dubio præparabitur, qui per illam viam, quam supra ostendimus, iter agentes, ad illum finem beatitudinis tendunt, cui etiam ipsi inimici subjiciendi dicuntur, in quo fine omnia et in omnibus dicitur esse Deus. In hoc fine si quis materialem naturam, id est corpoream, penitus interituram putet, nullo omnino genere intellectui meo occurrere potest (88), quomodo tot et tantæ substantiæ vitam agere et subsistere sine corporibus possunt, cum solius Dei, id est Patris et Filii et Spiritus sancti naturæ id proprium sit, ut sine materiali substantia et absque ulla corporeæ adjectionis societate intelligatur subsistere. Alius fortasse dicet, quoniam in illo fine omnis substantia corporalis ita pura erit atque purgata, ut ætheris in modum et cœlestis cujusdam puritatis atque sinceritatis possit intelligi. Certius tamen qualiter se habitura sit res, scit solus Deus, et si qui ejus per Christum et Spiritum sanctum amici sunt.

CAPUT VII.

De incorporeis et corporeis.

1. Hæc quidem quæ superius disseruimus, generali nobis sermone (89) digesta sint, per consequen-

[14] I Cor. VII, 31. [15] Psal. CII, 27. [16] Isa. LXVI, 22.

(77) *Jam vero si aliqui ex his ordinibus*, etc. Vide *Origenian.*, lib. II, quæstione 11, num. 18.

(78) Caute lege.

(79) *Interim tam in his quæ videntur*, etc. Consule iterum *Origenian.* lib. II, quæst. 5, num. 14 et 22. Item libri ejusdem quæst. undecimam, num. 4.

(80) *Superiorum*. Deest in libb. editis, sed habetur in omnibus mss.

(81) *Eruditionum specie*. Sic mss. Male alias, « eruditione in specie. »

(82) Caute lege.

(83) *Transeuntem per singulos*. Sic mss. Alias, « transire et per singulos. »

(84) Libb. editi, « futuris spatiis ac sæculis. » At mss. omnes ut in nostro textu.

(85) Sic mss. Libb. vero editi, « eumdem modum. » Paulo post mss., « non tamen eorum substantia omnimode corrumpatur. » In libb. editis pro « substantia » legitur « qualitas. »

(86) Ita mss. Libb. editi, « Isaias quoque cum prophetiam dicat. »

(87) *Habitus*. Deest in libris antea editis, sed habetur in omnibus mss.

(88) *Nullo omnino genere intellectui meo occurrere potest*. Aliud forte vidit in textu Græco Hieronymus, qui epist. ad Avitum Origenem docere refert, « Corporales quoque substantias penitus dilapsuras; aut certe in fine omnium hoc esse futura corpora, quod nunc est æther et cœlum, et si quod aliud corpus sincerius et purius intelligi potest. Quod cum ita sit, » inquit idem doctor, « quid de resurrectione sentiat, perspicuum est. »

(89) *Generali nobis sermone*, etc. Integram phrasim sic exhibent mss., libb. autem editi habent: « in generali nobis sermone digesta sunt per consequentiam magis intellecta quam definito dogmate pertractata atque discussa de rationabilibus naturis secundum eum locum, » etc.

tiam magis intellectuum quam definito dogmate pertractata atque discussa de rationabilibus naturis, post eum locum quem de Patre et Filio et Spiritu sancto pro nostris viribus exposuimus. Nunc ergo videamus quæ sint de quibus disserere in consequentibus convenit secundum dogma nostrum, id est secundum Ecclesiæ fidem. Omnes animæ atque omnes rationabiles naturæ factæ sunt vel creatæ, sive sanctæ sint, sive nequam; quæ omnes secundum propriam naturam incorporeæ sunt: sed et per hoc ipsum, quod incorporeæ sunt, nihilominus factæ sunt (90); quoniam quidem omnia a Deo per Christum facta sunt, sicut generaliter Joannes docet in Evangelio, dicens: « In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia B per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil[17]. » Per species autem et numeros ordinemque describens ea quæ facta sunt, Paulus apostolus disserit hoc modo, quo omnia ostendat facta esse per Christum dicens: « Et omnia in ipso creata sunt quæ in cœlis sunt, et quæ in terra, sive visibilia, sive invisibilia, sive sedes, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnes, et ipse est caput[18]. » Manifeste ergo in Christo et per Christum facta esse omnia et creata pronuntiat, sive visibilia quæ sunt corporalia, sive invisibilia, quæ non alia etiam arbitror quam incorporeas spiritualesque virtutes. Horum autem quæ vel corporea vel C incorporea generaliter dixerat, ut mihi videtur, **72** in sequentibus enumerat species, id est sedes, dominationes, principatus, potestates, virtutes. Hæc autem a nobis prædicta sint volentibus per ordinem ad inquisitionem solis et lunæ, vel stellarum (91) per consequentiam pervenire: utrum etiam ipsa inter (92) principatus haberi conveniat pro eo quod dicuntur in ἀρχὰς, id est, in principatum diei facta, vel noctis; an putanda sint istum solum (93) habere principatum diei ac noctis[19], quas illuminando officium gerunt, non tamen sint de illo ordine principatuum principes.

2. Verumtamen cum dicitur quia omnia per ipsum facta sunt et in ipso creata sunt omnia, sive quæ in cœlis sunt, sive quæ sunt in terra, non D potest dubitari quod etiam ea quæ in firmamento

A sunt, quod cœlum utique appellatur, in quo luminaria ista posita esse dicuntur, inter cœlestia numerentur. Tum deinde cum omnia (94) facta esse, vel creata, et in his quæ facta sunt, nihil esse quod non bonum malumque recipiat, atque utriusque capax sit, evidenter (95) sermo disputationis invenerit; quomodo putabitur consequens quod etiam nostrorum quidam de sole et luna, vel sideribus opinantur, ut inconvertibiles sint et contrarii incapaces? Idque nonnulli etiam de sanctis angelis, hæretici vero etiam de animabus, quæ apud illos spiritales naturæ appellantur (96), existimaverunt. Primo ergo videamus quid ipsa ratio de sole et luna ac stellis inveniat, si rectum est quod quidam putant, convertibilitatis eos esse alienos, et quantum fieri potest de sanctis Scripturis primum adhibeatur assertio. Job namque ita videtur ostendere, quod non solum stellæ possunt esse subditæ peccatis, verum etiam quod mundæ non sunt a contagione peccati. Ita namque scriptum est: « Stellæ quoque non sunt mundæ in conspectu ejus[20]. » Quod non utique de corporis earum splendore sentitur: verbi causa, ut si diceremus, vestimentum non est mundum; quod si ita intelligatur, ad conditoris sine dubio revocatur injuriam, si quid immundum in splendore earum corporis accusetur. Si enim per industriam suam neque lucidius sibi corpus assumere, neque minus purum per desidiam poterunt, cur quasi non mundæ stellæ culpentur, si neque, quia mundæ sunt, laudabuntur (97)?

3. Sed ut hæc manifestius intelligi possint, etiam illud primo debemus inquirere, si animantia hæc esse et rationabilia intelligi fas est; tum deinde utrum animæ ipsarum pariter suis corporibus exstiterunt, an anteriores suis corporibus videantur; sed et post consummationem sæculi si intelligendum est eas relaxandas esse corporibus; et sicut nos cessamus ab hac vita, si ita etiam ipsæ a mundi illuminatione (98) cessabunt. Quamvis hoc inquirere audaciæ cujusdam videatur, quoniam tamen captandæ veritatis studio provocamur, quæ possibilia nobis sunt, secundum gratiam Spiritus sancti scrutari et pertentare non videtur absurdum. Putamus ergo posse ea per hoc animantia designari, quod et mandata dicuntur accipere a Deo, quod utique non nisi rationabilibus animan-

[17] Joan. I, 1, 2, 3. [18] Col. I, 16, 17. [19] Gen. I. [20] Job XXV, 5.

(90) *Vel creatæ, sive sanctæ sint sive nequam; quæ omnes secundum propriam naturam incorporeæ sunt; sed et per hoc ipsum quod incorporeæ sunt, nihilominus factæ sunt.* Hæc omnia omissa sunt in libris antea editis, sed reperiuntur in omnibus mss.

(91) *Ad inquisitionem solis et lunæ vel stellarum*, etc. Quid Origenes de astris commentus sit, disputat Huetius lib. II *Origenianorum*, quæstione octava. Ipsum vide.

(92) *Etiam ipsa est.* Deest in libb. antea editis, sed habetur in mss. omnibus. Mox ibidem mss., « dicuntur in ἀρχὰς, id est in principatum. » Alias deest, « in ἀρχάς. »

(93) Ita ms. codex Virodunensis. In aliis mss. pro « solum » legitur « solem, » in libris vero editis sic: « an putanda sint istum solem habere principatum diei ac lunam noctis quos illuminando, » etc.

(94) Sic mss. Editi vero, « inter cœlestia esse numerentur, cum deinde omnia. »

(95) *Evidenter.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(96) *Hæretici vero etiam de animabus quæ apud illos spiritales naturæ appellantur*, etc. Valentinianos designat quorum sententiam fuse explicat Irenæus lib. I *adversus hæreses*, cap. sexto novæ editionis, pag. 28.

(97) Ita omnes codd. mss. Libb. vero editi, « culpabuntur, sive quæ mundæ sunt, laudabuntur? »

(98) Libb. editi, « etiam ipsa et a mundi illuminatione, » sed mss. ut in nostro textu. Mox mss., « Quoniam tamen captandæ, » etc. In editis pro « quoniam » legitur « quando. »

tibus fieri solet. Ait ergo : « Mandatum ego omnibus stellis præcepi. » Quæ autem sunt illa præcepta? scilicet ut unumquodque astrum suo ordine suisque cursibus indultæ sibi quantitatis splendorem præbeat mundo. Aliis enim qui vocantur planetæ, moventur ordinibus, aliis hi quos ἀπλανεῖς vocant. In quo id manifestissime ostenditur, quod neque motus illius corporis sine anima effici potest; neque quæ animantia sunt, possunt aliquando esse sine motu. Stellæ vero cum tanto ordine ac tanta ratione moveantur, ut in nullo prorsus cursus earum aliquando visus sit impeditus, quomodo non est ultra omnem stoliditatem tantum ordinem, tantamque disciplinæ ac rationis observantiam dicere ab irrationabilibus exigi vel expleri? Apud Jeremiam sane etiam regina cœli luna esse nominatur[21]. Quod si animantes sunt stellæ et rationabiles animantes, sine dubio (99) videbitur inter eas et profectus aliquis et decessus. Hoc enim quod ait Job : « Stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus[22], » talem mihi quemdam videtur indicare intellectum.

4. Jam vero ea quæ animantia esse et rationabilia, consequentia disputationis invenit, utrum cum corporibus pariter animata videantur eo tempore, cum dicit Scriptura quia « fecit Deus duo luminaria magna, et luminare majus in principatum diei, et luminare minus in principatum noctis, et stellas[23]; » annon cum ipsis corporibus, sed extrinsecus factis jam corporibus inseruit spiritum, pervidendum est (1). Ego quidem suspicor extrinsecus insertum esse spiritum, sed operæ pretium videbitur de Scripturis hoc ostendere. Nam per conjecturam facilis assertio esse videbitur; Scripturarum autem testimoniis utique (2) difficilius affirmatur. Nam per conjecturas ita possibile est ostendi. Si hominis anima quæ utique inferior est, dum hominis anima est, non cum corporibus ficta (3), sed extrinsecus proprie probatur inserta, multo 73 magis eorum animantium quæ cœlestia designantur. Nam quantum ad homines spectat (4), quomodo cum corpore simul ficta (5) anima videbitur ejus qui in ventre suum fratrem supplantavit, id est Jacob[24]? Aut quomodo simul cum corpore ficta (6) est anima, vel plasmata ejus qui adhuc in ventre matris suæ positus, repletus est Spiritu sancto? Joannem dico tripudiantem in utero matris, et magna se exsultatione jactantem (7) pro eo quod

A salutationis vox Mariæ ad aures Elizabeth suæ matris advenerat[25]. Quomodo cum corpore simul ficta (8) est et plasmata etiam illius anima, qui antequam in utero formaretur, notus esse Deo dicitur, et antequam de vulva procederet, sanctificatus est ab eo[26]? Ne forte non judicio, nec pro meritis replere aliquos Deus videatur Spiritu sancto, et sanctificare non merito. Et quomodo effugiemus illam vocem quæ ait : « Nunquid injustitia est apud Deum? Absit[27]. » Vel illud : « Nunquid personarum acceptio est apud Deum[28]? » Hoc enim consequitur eam defensionem, quæ animas subsistere simul cum corporibus asseverat. Quantum ergo ex comparatione humani status concipi (10) potest, consequens puto multo magis hæc de cœlestibus sentienda, quæ etiam in hominibus ratio ipsa et Scripturæ auctoritas videtur ostendere.

B [(9) Ὅτι δὲ πρεσβυτέρα ἡ ψυχὴ τοῦ ἡλίου τῆς ἐνδέσεως αὐτοῦ τῆς εἰς τὸ σῶμα, μετὰ τὸ συλλογίσασθαι ἐκ συγκρίσεως ἀνθρώπου τῆς πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐντεῦθεν ἀπὸ τῶν Γραφῶν οἶμαι ἀποδεῖξαι δύνασθαι. Id est : *Animam autem solis antiquiorem esse alligatione ejus ad corpus, conclusum jam est ex comparatione hominis; verum e Scripturis arbitror posse demonstrari.*]

5. Sed videamus (11) si quam proprie etiam de ipsis cœlestibus significantiam jam apud Scripturam sanctam possimus invenire. Paulus apostolus ait ita, quoniam, inquit, « vanitati creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit in spe,
C quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem (12) gloriæ filiorum Dei[29]. » Cui, obsecro, vanitati creatura subjecta est, vel quæ creatura, vel quomodo non volens, vel sub qua spe? Quo autem modo ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis? Sed et alibi ipse Apostolus ait : « Nam exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat[30]. » Et iterum alibi ait : « Non solum autem nos, sed et ipsa creatura congemiscit et condolet (13) usque nunc[31]. » Unde inquirendum est qui sit gemitus, vel qui sint dolores ejus. Et primo ergo videamus quæ est vanitas cui creatura subjecta est. Ego quidem arbitror non esse aliam vanitatem quam corpora; nam licet æthereum sit corpus astrorum, tamen est materiale. Unde et Salomon mihi
D universam corpoream naturam velut onerosam quodammodo, et vigorem spirituum retardantem hoc

[21] Jer. VII, 18. [22] Job XXV, 5. [23] Gen. I, 16. [24] Gen. XXV, 22. [25] Luc. I, 41. [26] Jer. I, 5. [27] Rom. IX, 14. [28] Rom. II, 11. [29] Rom. VIII, 20, 21. [30] ibid. 19. [31] ibid. 23.

(99) Sic mss. Libb. editi, « memoratur. Quod si animatæ sunt stellæ, sine dubio. »

(1) *Pervidendum est.* Deest in antea editis, sed habetur in omnibus mss.

(2) Sic mss. Merlinus « testimonio utique. » Genebrardus, « testimonio uti. »

(3) Sic omnes mss. Alias, « facta. »

(4) Caute lege.

(5) Alias, « facta. »

(6) Sic mss. Alias, « facta. » Ibidem mss. « in ventre matris suæ positus. » Libb. editi, « in ventre matris ejus positus. »

(7) Libb. editi, « et magna exsultatione gaudentem et se jactantem. »

(8) Sic mss. Alias, « facta. »

(9) Ὅτι δὲ πρεσβυτέρα, etc. Græca hæc exstant in calce epistolæ Justiniani imperatoris ad Menam.

(10) Mss. « concipi. » Alias, « conjici. »

(11) Caute lege.

(12) Libb. editi, « in laudem. » At mss. « in libertatem. »

(13) Libb. editi, « parturit. » Mss. « condolet. »

modo videtur appellare : « Vanitas vanitatum et A omnia vanitas, dixit Ecclesiastes. Omnia vanitas : respexi enim, inquit, et vidi universa quæ sub sole sunt, et ecce omnia vanitas [32]. » Huic ergo vanitati creatura subjecta est, illa præcipue creatura (14) quæ utique maximum in hoc mundo et egregium operis sui obtinet principatum, id est sol et luna et stellæ vanitati subjecta dicuntur, corporibus indita, atque ad illuminandi officium humano generi deputata. « Et non, inquit, volens creatura hæc vanitati subjecta est [33]. » Non enim voluntate exhibendum suscepit ministerium vanitati, sed quoniam (15) volebat ille qui subjiciebat, propter eum qui subjecit, promittentem his qui non voluntate vanitati subdebantur, quod expleto magnifici operis ministerio liberabuntur ab hac servitute corruptionis et B vanitatis, cum redemptionis gloriæ filiorum Dei tempus advenerit. Qua spe accepta, et quam promissionem complendam sperans universa creatura congemiscit nunc interim utpote etiam affectum habens erga eos quibus ministrat, et condolet per patientiam quæ promissa sunt sperans. Intuere etiam illud, si forte aptari potest illa vox Pauli his qui licet non volentes, pro voluntate tamen ejus qui subjecit, et pro repromissionum spe (16) vanitati subjecti sunt, qua ait :

« Κάλλιον ἀναλῦσαι (17) καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον· » νομίζω γὰρ ὅτι λέγοι ἂν ὁ ἥλιος· « Κάλλιον ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· πολλῷ γὰρ κρεῖσσον. » Καὶ ὁ μὲν Παῦλος· « Ἀλλὰ τὸ ἐπιμένειν τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς· » ὁ δὲ ἥλιος, Τὸ ἐπιμένειν τῷ οὐρανίῳ τούτῳ σώματι ἀναγκαιότερον διὰ τὴν ἀποκάλυψιν τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ περὶ σελήνης, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων λεκτέον.

« Optarem enim resolvi, vel redire, et esse cum Christo ; multo enim melius (18). » Puto C enim quia similiter possit etiam sol dicere quia « Optarem resolvi vel redire et esse cum Christo : multo enim melius. » Et Paulus quidem addit : « Sed permanere in carne magis necessarium propter vos [34] ; » sol vero potest dicere : Permanere autem in hoc cœlesti et lucido corpore magis necessarium, propter revelationem filiorum Dei. Eadem sane etiam de luna et stellis sentienda sunt et dicenda. Videamus nunc quæ sit etiam libertas creaturæ, 74 vel quæ absolutio servitutis. Cum tradiderit Christus regnum Deo et Patri, tunc etiam ista animantia cum prius regnum Christi fuerint effecta, simul cum omni regno etiam Patri regnanda (19) tradentur; ut cum Deus erit omnia in omnibus, etiam ista cum sint ex omnibus, sit et in istis Deus sicut in omnibus.

CAPUT VIII.

De angelis (20).

1. Simili quoque ratione etiam de angelis utendum puto, nec existimandum quoniam fortuito accidat, ut illi angelo illud injungatur officium : verbi gratia, ut (21) Raphaelo curandi et medendi opus, Gabrielo bellorum providentia, Michaelo mortalium preces supplicationesque curare. Hæc enim officia promeruisse eos non aliter putandum est, quam ex suis quemque meritis et pro studiis ac virtutibus quæ ante mundi hujus compagem gesserint, suscepisse. Tum deinde (22) in archangelico ordine illud vel illud officii genus unicuique deputatum; alios vero in angelorum ordine meruisse describi, et agere sub illo vel illo archangelo, vel illo duce, vel principe ordinis sui. Quæ omnia, ut dixi, non fortuito atque indiscrete, sed aptissimo et justissimo Dei judicio ordinata sunt, et pro meritis disposita ipso judicante et probante; ut illi quidem angelo Ephesiorum committi Ecclesia debeat [35], illi vero alii Smyrnensium, et ille quidem angelus ut sit Petri, alius vero ut sit Pauli; tum demum per singulos minimorum qui sunt in Ecclesia, qui vel qui ascribi (23) singulis debeant angeli, qui etiam quotidie videant faciem Dei ; sed et quis debeat esse angelus qui circumdet in circuitu timentium Deum. Quæ utique omnia non casu, neque fortuito geri, neque quia naturaliter tales facti sunt, existimandum est, ne etiam in hoc factoris inæqualitas accusetur ; sed pro meritis et virtutibus ac pro uniuscujusque (24) vigore et ingenio deferri a justissimo et æquissimo moderatore omnium credendum est Deo

2. De his vero qui naturas esse spiritales diversas affirmant, aliquid dicamus (25), ne forte incurramus in illas ineptas atque impias fabulas eorum

[32] Eccl. I, 1, 14. [33] Rom. VIII, 20. [34] Philip. I, 23, 24. [35] Apoc. II.

(14) In libris editis deest « creatura, » et legitur : « Illa præcipue quæ utique maximum in hoc mundo obtinet principatum operis sui ; et illa quæ egregia, id est sol et luna, » etc. In mss. legitur ut in nostro textu.

(15) Sic mss. Alias « quomodo. » Mox mss. « promittentem his qui non voluntate vanitati subdebantur. » In libb. editis pro « promittentem » habetur « promittens, » et deest « vanitati. »

(16) Sic mss. Libb. editi, « repromissione spei. »

(17) *Κάλλιον ἀναλῦσαι*, etc. Hæc habentur in calce epistolæ Justiniani imperatoris ad Menam.

(18) *Puto enim quia similiter possit etiam sol dicere quia optarem resolvi* vel *redire et esse cum Christo; multo enim melius. Et Paulus quidem addit.* Hæc in edit. male omissa restituunt omnes codices mss.

(19) Mss. « regnanda. » Lib. editi « regenda. » D Mox mss. « ut cum Deus erit omnia in omnibus » In editis deest « omnia. » Ibidem mss. « sit et in istis Deus sicut in omnibus. » In editis deest « sicut. »

(20) *De angelis.* Quid de angelis opinatus sit Origenes, disquiritur *Origenian.*, lib. II, quæst. 5.

(21) Hic ut et paulo post pro « Raphaeli, Gabrieli, Michaeli, » legitur in omnibus mss. « Raphaelo, Gabrielo, Michaelo. »

(22) Sic mss. Alias, « suscepisse tamen deinde. »

(23) Sic mss. Alias, « conscribi. »

(24) *Pro uniuscujusque.* Sic omnes mss. Libri editi « præmiis cujusque. » Mox mss. « a justissimo et æquissimo moderatore. » In libb. editis deest « et æquissimo. »

(25) *De his vero qui naturas esse spiritales diversas affirmant aliquid dicamus.* Hæc desunt in libris

qui naturas spiritales diversas et ob hoc a diversis conditoribus institutas, tam in cœlestibus quam etiam inter animas hominum fingunt; dum et uni eidemque conditori diversas naturas rationabilium creaturarum ascribi videtur absurdum, sicut vere absurdum est, et causam tamen ejus diversitatis ignorant. Aiunt enim consequens non videri ut unus atque idem conditor nulla exstante causa meritorum, aliis potestatem dominationis injungat, alios subjiciat dominantibus, aliis tribuat principatum, alios subjectos faciat principibus esse. Quæ utique omnia, ut ego existimo, consequentia rationis hujus quam supra exposuimus, redarguit atque confutat, per quam causa diversitatis ac varietatis in singulis quibusque creaturis ostenditur ex ipsarum motibus vel ardentioribus, vel pigrioribus, secundum virtutem, vel secundum malitiam, non ex dispensantis inæqualitate descendere. Sed quo facilius hæc ita esse in cœlestibus agnoscantur, de his quæ inter homines gesta sunt, vel geruntur, proferamus exempla, ut consequenter ex visibilibus etiam invisibilia contemplemur (26). Paulum vel Petrum sine dubio spiritalis naturæ fuisse confirmant. Cum ergo contra pietatem Paulus egisse inveniatur, in eo quod persecutus est Ecclesiam Dei [36]; cumque Petrus peccatum tam grave commiserit, ut ancilla ostiaria interrogante se cum juramento affirmarit nescire se quis sit Christus [37]; quomodo isti qui secundum illos spiritales sunt, in peccata hujusmodi corruerunt: maxime cum soleant frequenter asserere (27) et dicere quoniam « non potest arbor bona malos fructus facere [38]? » Et si utique arbor bona non potest fructus malos facere, secundum ipsos vero de radice bonæ arboris erant Petrus et Paulus, quomodo istos fructus tam pessimos attulisse putandi sunt? Quod si responderint ea quæ comminisci solent, quoniam non Paulus persecutus est, sed alius nescio quis qui erat in Paulo; neque Petrus negavit, sed alius negavit (28) in Petro: quare Paulus si nihil peccaverat, dixit quia « Non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei [39]. » Cur autem et Petrus alio peccante ipse flevit amarissime? Ex quo omnes quidem illorum ineptiæ arguentur.

A 3. Secundum nos vero nihil est in omni rationabili creatura, quod non tam boni quam mali sit capax. Sed non continuo, quia dicimus (29) nullam esse naturam quæ non possit recipere malum, idcirco confirmamus omnem naturam recepisse malum, id est malam effectam; sicut est dicere quod omnis hominis natura recepit ut possit navigare, non tamen ex eo etiam omnis homo navigabit; et iterum omni homini **75** possibile est discere artem grammaticam vel medicinam, non tamen idcirco ostenditur omnis homo, vel medicus esse, vel grammaticus: ita si dicimus nullam esse naturam quæ non possit recipere malum, non tamen continuo etiam recepisse malum designatur. Secundum nos namque ne diabolus quidem ipse incapax fuit boni (30):
B non tamen idcirco quia potuit recipere bonum, etiam voluit, vel virtuti operam dedit. Sicut enim per hæc quæ de prophetis exempla protulimus, edocetur, fuit aliquando bonus, cum in paradiso Dei in medio cherubim versaretur. Sicut ergo iste habuit quidem in se vel virtutis recipiendæ vel malitiæ facultatem, et a virtute declinans tota se mente convertit ad malum: ita etiam cæteræ creaturæ cum utriusque habeant facultatem, pro arbitrii libertate fugientes malum, adhærent bono. Nulla igitur natura est quæ non recipiat bonum vel malum, excepta Dei natura quæ bonorum omnium fons est, et Christi; sapientia enim est, et sapientia utique stultitiam recipere non potest (31): et justitia est; justitia autem nunquam profecto injusti-
C tiam capiet: et Verbum est, vel ratio, quæ utique irrationabilis effici non potest. Sed et lux est, et lucem certum est quod tenebræ non comprehendant. Similiter quoque et natura Spiritus sancti quæ sancta est, non recipit pollutionem; naturaliter enim, vel substantialiter sancta est. Si qua autem alia natura sancta est, ex assumptione hoc (32), vel inspiratione Spiritus sancti habet ut sanctificetur, non ex sua natura hoc possidens, sed accidens sibi, propter quod et decidere potest quod accidit. Ita et accidentem justitiam quis habere potest, unde et decidere eam possibile est. Sed et sapientiam quis accidentem nihilominus habet, quamvis
D in nostra positum sit potestate, studio nostro et

[36] Galat. I, 13. [37] Matth. XXVI, 72. [38] Matth. VII, 18. [39] I Cor. XV, 9.

antea editis, sed habentur in omnibus mss. Perstringit hoc loco Origenes Valentinianos quorum ineptias refert Irenæus lib. I *Adversus hæreses*, cap. 6. Paulo infra mss. « et causam tamen ejus diversitatis ignorant. » Editi vero, « et causa tamen ejus diversitatis ignoratur. »

(26) Ita mss. Alias, « contemplentur. » Mox libb. editi, « spiritalis naturæ confirmant. Cum ergo multa contra pietatem. » Mss. ut in nostro textu.

(27) Libb. editi, « disserere. »

(28) *Sed alius negavit.* Hæc desunt in antea editis, habentur autem in mss.

(29) Mss. « dicimus. » Libb. editi, « diximus. » Paulo infra libb. editi, « non tamen ex eo et omnis navigabit. » Mss. ut in nostro textu.

(30) *Ne diabolus quidem ipse incapax fuit boni.* Aliud forte vidit in Græco Hieronymus qui in epistola ad Avitum refert Origenem asseruisse « diabolum non incapacem esse virtutis, et tamen necdum velle capere virtutem, » quasi innueret Adamantius fore ut aliquando velit diabolus capere virtutem. Vide *Origenianorum* lib. II, quæst. 5, num. 11, 12, 13, 14.

(31) Sic omnes codd. mss. Editi vero: « et Christi sapientia. Sapientiæ enim fons et sapientia utique, » etc. Ibidem libb. editi: « et justitia est quæ nunquam profecto injustitiam capiet. » Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(32) Libb. editi, « hæc. » Mox mss., « sed accidens sibi. » In edit. deest « sibi. »

vitæ merito, si sapientiæ operam damus, effici sapientes, et si semper id studii geramus (33), semper sapientiæ participemus, et id nobis vel plus vel minus accidat, sive pro merito vitæ, sive pro studii quantitate. Benignitas enim Dei secundum quod se dignum est, provocat omnia, et attrahit ad beatum finem illum, ubi decidit et aufugit omnis dolor, et tristitia, et gemitus (34).

4. Puto ergo, secundum quod mihi videtur, quod præcedens disputatio sufficienter ostenderit, quod non indiscreto vel fortuito aliquo casu vel principatus teneant principatum, vel cæteri ordines suum quisque sortiatur officium (35), sed pro meritis suis gradum dignitatis hujus adepti sunt, licet non sit nostrum vel scire, vel quærere qui illi actus fuerint per quos in istum ordinem venire meruerint. Sed hoc tantum scire (36) sufficit ad Dei æquitatem et justitiam demonstrandam, quia secundum sententiam apostoli Pauli « personarum acceptio non est apud Deum [40], » qui potius omnia pro meritis singulorum profectibusque dispensat. Neque ergo angelorum officium nisi ex merito constat, neque potestates nisi ex profectu suo agunt potestatem, neque quæ nominantur sedes, id est judicandi, vel regendi potestates, id, nisi ex meritis, administrant (37), neque dominationes contra meritum dominantur; et est unus iste summus et excellentissimus ordo in cœlestibus rationabilis creaturæ gloriosa officiorum varietate dispositus. Similiter sane etiam de adversariis virtutibus sentiendum est, quæ se in id loci atque officii præbuerunt (38), ut hoc quod principatus, vel potestates, vel mundi rectores tenebrarum, vel spiritalia nequitiæ, vel spiritus maligni, vel dæmonia immunda sunt, non substantialiter id habeant, neque quia tales etiam creati sunt, sed pro motibus suis et profectibus quibus in scelere profecerunt, hos malitiæ sortiti

A sunt gradus. Et est alter (39) iste ordo rationabilis creaturæ (40), qui se ita præceps nequitiæ dedit, ut revocari nolit magis quam non possit, dum scelerum rabies jam libido est, et delectat. Tertius vero creaturæ rationabilis ordo est earum quæ ad humanum genus replendum aptæ judicantur a Deo (41), id est animæ hominum, per profectum etiam in illum (42) angelorum ordinem assumptæ; ex quibus quosdam videmus assumi, illos videlicet qui filii Dei facti fuerint, vel filii resurrectionis, vel hi qui dereliquerint tenebras, et dilexerint lucem, et facti fuerint filii lucis; vel hi qui omnem pugnam superantes, et pacifici effecti, filii pacis et filii Dei fuerint; vel qui mortificantes membra sua quæ sunt super terram, et transcendentes non solum

B corpoream naturam, verum etiam animæ ipsius ambiguos fragilesque motus adjunxerint se Domino, facti ex integro spiritus, ut sint cum illo unus spiritus semper, cum ipso singula quæque discernentes, usquequo perveniant in hoc ut perfecte effecti spiritales omnia discernant per hoc (43) quod in omni sanctitate illuminati sensu per Verbum et sapientiam Dei a nullo penitus possint discerni.

[(44) Ἡ ψυχὴ ἀποῤῥέουσα τοῦ καλοῦ, καὶ τῇ κακίᾳ προσκλιναμένη, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐν ταύτῃ γινομένη, εἰ μὴ ὑποστρέφοι, ὑπὸ τῆς ἀνοίας ἀποκτη-

C νοῦται, καὶ ὑπὸ τῆς πονηρίας ἀποθηριοῦται. *Καὶ μετ' ὀλίγα*· Καὶ αἱρεῖται πρὸς τὸ ἀλογωθῆναι, καὶ τὸν ἔνυδρον, ἵν' οὕτως εἴπω, βίον· καὶ τάχα κατ' ἀξίαν τῆς ἐπὶ πλεῖον πτώ-

76 Illa sane nos nequaquam recipienda censemus, quæ et a quibusdam superfluo vel requiri, vel astrui solent, id est quod animæ in tantum sui decessum veniant (45), ut naturæ rationabilis ac dignitatis oblitæ etiam in ordinem irrationabilium animantium (46) vel bestiarum, vel pecudum devolvan-

[40] Coloss. III, 25.

(33) *Id studii geramus.* Ita mss.; editi vero, « studii curam geramus. » Mox libb. editi, « sapientiæ participes esse, ut ad nos vel plus, » etc. Sed mss. ut in nostro textu.

(34) Sic mss.; editi vero, « perit, et aufugit omnis dolor et tristitiæ gemitus. » Mox mss., « sufficienter ostenderit. » Editi, « sufficienter ostendit. »

(35) *Vel cæteri ordines suum quisque sortiatur officium.* Hæc in editis desunt, sed habentur in mss.

(36) Ita mss. Libb. vero editi, « meruerunt; sed hæc tamen scire, » etc.

(37) Libb. editi : « potestates, nisi id ex meritis administretur. » Sed mss. ut in nostro textu.

(38) Sic mss.; editi vero : « quia se in id loci atque officii præbuerunt. »

(39) Sic mss. Libb. vero editi, « altissimus. »

(40) Caute lege.

(41) Caute lege.

(42) Sic mss. Alias, « profectæ esse et in illum. »

(43) Merlinus habet : « usquequo pervenient in hoc ut perfecte effecti spirituales omnia discernant per hoc. » In editione autem Genebrardi hæc omnia omissa sunt. Mss. legunt ut in nostro textu.

(44) *Ἡ ψυχὴ ἀποῤῥέουσα*, etc. Græca hæc verba e lib. I *Περὶ ἀρχῶν* affert Justinianus imperator ad calcem epistolæ ad Menam. Genuina autem esse fidem facit Hieronymus qui in epistola ad Avitum ait : « Ad extremum (primi libri) sermone latissimo disputavit (Origenes), angelum sive animam, aut certe dæmonem, quos unius asserit esse naturæ, sed diversarum voluntatum, pro magnitudine negligentiæ et stultitiæ jumentum posse fieri; et pro dolore pœnarum et ignis ardore, magis eligere ut brutum animal sit, et in aquis habitet et

D fluctibus; ac corpus assumere hujus vel illius pecoris; ut nobis non solum quadrupedum, sed et piscium corpora sint timenda. Et ad extremum ne teneretur Pythagorici dogmatis reus qui asserit μετεμψύχωσιν, post tam nefandam disputationem qua lectoris animum vulneravit : Hæc, inquit, juxta nostram sententiam, non sint dogmata, sed quæsita tantum atque projecta, ne penitus intractata viderentur. » Quæ si ita se habent, nullus pene dubitandi locus est, quin interpretatio Rufini ab his verbis : « illa sane nos nequaquam recipienda censemus, » usque ad finem hujus libri, omni prorsus fide careat, et spuria pro genuinis obtrudat. Fatendum tamen Origenem in aliis suis tractatibus a Pythagorica μετεμψυχώσει prorsus abhorrere. Vide *Origenianorum* librum II, quæst. 6, num. 17, 18 et 19.

(45) Caute lege.

(46) Sic mss. Alias, « animalium. »

σεως τῆς κακίας ἐνδύεται σώματα οὐδετῇ [f. ὑδαρῇ] τοιοῦδε ζώου ἀλόγου. Id est: *Anima defluens a bono, et vergens ad nequitiam, diutiusque in ipsa permanens, nisi resipiscat, præ insipientia efferatur, atque ob pravitatem brutescit.* Et paulo post : *Eligitque, ut brutescat, vitam etiam, ut ita dicam,* A *aquatilem, et forte pro merito majoris ad vitium prolapsionis induit corpus aquaticum hujus vel hujus bruti animalis.*]

tur. Pro quibus etiam quasdam ex Scripturis commentitias afferre astructiones solent, id est quod vel pecus cui se mulier contra naturam subjecerit, in reatum pariter cum muliere devocetur (47) ac lapidari pariter jubeatur, vel quod taurus cornupeta lapidari nihilominus præcipitur : sed et quod Balaam asina os ejus Deo aperiente locuta est, et subjugale mutum in hominum voce respondens, arguit prophetæ dementiam (48). Quas nos non solum non suscipimus, sed et omnes has assertiones eorum contra fidem nostram venientes refutamus atque respuimus. Verumtamen suo loco et tempore confutato hoc perverso dogmate et depulso, ea quæ de sanctis Scripturis ab illis prolata sunt, qualiter intelligi debeant, exponemus. (49).

Ex libro primo Περὶ ἀρχῶν, interprete Divo Hieronymo in Epistola ad Avitum (50).

Grandis negligentiæ atque desidiæ est in tantum unumquemque defluere (51), atque evacuari, ut ad vitia veniens irrationabilium jumentorum possit crasso corpore colligari.

Ex eodem libro I *Περὶ ἀρχῶν, eodem Divo Hieronymo interprete in epistola ad Avitum.*

(52) In fine atque consummatione mundi, quando velut de quibusdam repagulis atque carceribus missæ fuerint a Domino animæ, et rationabiles creaturæ, alias earum tardius incedere ob segnitiem, alias pernici volare cursu propter industriam. Cumque omnes liberum habeant arbitrium, et sponte sua vel virtutes possint capere vel vitia, illæ multo in pejori conditione erunt quam nunc sunt, hæ ad meliorem statum pervenient ; quia diversi motus et variæ voluntates in utramque partem diversum accipient statum, id est, ut angeli homines vel dæmones, et rursum ex his homines vel angeli fiant.

LIBER SECUNDUS.

77 CAPUT PRIMUM.

1. Consequens nunc videtur, licet omnia quæ superiori libello disserta sunt, de mundo atque ejus ordinatione disserta sint, proprie tamen de ipso mundo pauca repetere, id est de initio ejus ac fine, vel his quæ inter initium ac finem (53) ejus per divinam providentiam dispensantur, seu de his quæ ante mundum facta vel post mundum facienda putantur. In quo hoc primum evidenter apparet quod omnis status ejus, qui est varius ac diversus, non solum ex rationabilibus et divinioribus naturis, et ex diversis corporibus constet, sed ex mutis animantibus, id est feris, bestiis, pecudibus et avibus, atque omnibus quæ in aquis vivunt; tum deinde ex locis, id est cœli, vel cœlorum, et terræ vel aquæ ; sed et ex eo qui medius est aere, vel B quem ætherem dicunt (54), atque ex omnibus quæ procedunt vel nascuntur ex terra.

[(55) Οὕτω δὴ ποικιλωτάτου κόσμου τυγχάνοντος, καὶ τοσαῦτα διάφορα λογικὰ περιέχοντος, τί ἄλλο χρὴ λέγειν αἴτιον γεγονέναι τοῦ ὑποστῆναι αὐτὸν, ἢ τὸ ποικίλον τῆς ἀποπτώσεως τῶν οὐχ ὁμοίως τῆς ἑνάδος ἀποῤῥεόντων. Id est : *Ita cum mundus summa constet varietate, tantamque rationabilium contineat differentiam, quid*

Cum ergo tanta sit mundi varietas, atque in ipsis rationabilibus animantibus sit tanta diversitas, propter quam etiam omnis reliqua varietas ac diversitas putanda est exstitisse ; quam causam aliam dici oportebit qua mundus exstiterit (56), præcipue si intueamur illum finem per quem omnia restituenda in statum initii sui, libro su-

(47) Sic mss. Alias, « devocatur. »

(48) Mss., « dementiam. » Libb. editi « inclementiam. »

(49) Libb. editi, « ea quæ de sanctis Scripturis ab aliis prolata sunt, exponemus. » Sed mss. ut in nostro textu.

(50) Duo hæcce sequentia fragmenta ad calcem libri primi rejecimus, quoniam interpretationi Rufini, qui ea suppressit, adjungi e regione non potuerunt.

(51) Caute lege.

(52) Caute lege.

(53) Sic recte mss.; male libri antea editi : « ad terminum ac finem. » Paulo post libb. editi : « Quæ ante mundum vel post mundum putantur. In quo primum evidenter apparet quoad omnis status ejus qui est varius ac diversus ex rationabilibus et divinioribus naturis, et ex diversis corporibus constans, scilicet ex mutis animantibus, » etc. Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(54) Mss., « dicunt. » Libb. editi, « dicimus. »

(55) *Οὕτω δὴ ποικιλωτάτου*, etc. Græca hæc exstant ad calcem epistolæ Justiniani imperatoris ad Menam patriarcham Constantinopolitanum.

(56) Caute lege.

aliud dicendum est fuisse causæ ut subsistat, quam varietatem lapsus eorum qui non similiter ab unitate defluunt.]

periori dissertum est? Quod utique si consequenter dictum videtur, quam aliam, ut diximus, causam putabimus tantæ hujus mundi diversitatis, nisi diversitatem ac varietatem motuum ac prolapsuum eorum qui ab illa initii unitate atque concordia in qua a Deo primitus procreati sunt, deciderunt, et ab illo bonitatis statu commoti atque distracti, diversis dehinc animorum motibus ac desideriis agitati, unum illud et indiscretum naturæ suæ bonum pro intentionis suæ diversitate in varias deduxerunt mentium qualitates?

2. Deus vero per ineffabilem sapientiæ suæ artem omnia quæ quoquomodo fiunt (57), ad utile aliquid et ad communem omnium transformans ac reparans profectum, has ipsas creaturas quæ a semetipsis in tantum animorum varietate distabant, in unum quemdam revocat operis studiique consensum (58), ut diversis licet motibus animorum, unius tamen mundi plenitudinem perfectionemque consumment (59), atque ad unum perfectionis finem varietas ipsa mentium tendat. Una namque virtus est quæ omnem mundi diversitatem constringit et continet, atque in unum opus varios agit motus, ne scilicet tam immensum mundi opus dissidiis solveretur animorum. Et propter hoc opinamur (60) parentem omnium Deum pro salute universarum creaturarum suarum per ineffabilem Verbi sui ac sapientiæ rationem ita hæc singula dispensasse, ut singuli quique spiritus, vel animi, vel quoquomodo appellandæ sunt rationabiles subsistentiæ, non contra arbitrii libertatem, vi in aliud (61) quam motus mentis suæ ageret, cogerentur, et per hoc adimi ab his videretur liberi facultas arbitrii; quod utique qualitatem jam naturæ ipsius immutabat; et diversi motus propositi earum ad unius mundi consonantiam competenter atque utiliter aptarentur, dum aliæ juvari indigent, aliæ juvare possunt, aliæ vero proficientibus certamina atque agones movent, in quibus eorum probabilior haberetur industria, et certior post victoriam reparati gradus statio teneretur quæ per difficultates laborantium constitisset.

3. Quamvis ergo in diversis sit officiis ordinatus,
A non tamen dissonans atque a se discrepans mundi totius intelligendus est status; sed sicut corpus nostrum unum ex multis membris aptatum (62) est et ab una anima continetur, ita et universum mundum velut animal quoddam immensum atque immane opinandum puto (63), quod quasi ab una anima virtute Dei **78** ac ratione teneatur. Quod etiam a sancta Scriptura indicari arbitror per illud quod dictum est per prophetam: « Nonne cœlum et terram ego repleo, dicit Dominus [41]? » et iterum: « Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum [42], » et quod Salvator dixit (64), cum ait non jurandum « neque per cœlum, quia sedes Dei est; neque per terram, quia scabellum pedum ejus est [43]. » Sed et illud quod ait Paulus cum apud
B Athenienses concionaretur, dicens quoniam « in ipso vivimus, et movemur, et sumus [44]. » Quomodo enim in Deo vivimus, et movemur, et sumus, nisi quod virtute sua universum constringit et continet mundum? Quomodo autem cœlum sedes Dei est, et terra scabellum pedum ejus, sicut ipse Salvator pronuntiat, nisi quia et in cœlo et in terra virtus ejus replet universa sicut et dicit Dominus? Quomodo ergo parens omnium Deus universum mundum virtutis plenitudine repleat atque contineat, ex his quæ ostendimus non puto quemquam difficulter annuere. Jam sane quoniam (65) diversos motus rationabilium creaturarum, variasque sententias causam dedisse diversitatis mundo huic,
C sermo superioris disputationis ostendit, videndum ne forte similis initio (66) exitus quoque huic mundo conveniat. Dubium enim (67) non est quin finis ipsius in diversitate multa adhuc et varietate reperiendus sit, quæ utique varietas in hujus mundi fine deprehensa causas (68) rursus diversitatum alterius mundi post hunc futuri occasionesque præstabit.

4. Quod si hæc ita esse ordo disputationis invenit, consequens nunc videtur, quoniam mundi diversitas sine corporibus subsistere non potest (69), naturæ corporeæ discutere rationem. Ex rebus ipsis apparet quod diversam variamque permutationem recipiat natura corporea, ita ut possit ex omnibus in omnia transformari; sicut, verbi gratia dixerim,
D lignum in ignem vertitur, et ignis in fumum, et fumus in aerem. Sed et olei liquor in ignem muta-

[41] Jerem. xxiii, 24. [42] Isa. lxvi, 1. [43] Matth. iii, 34. [44] Act. xvii, 28.

(57) Mss., « fiunt. » Libb. editi, « fuerint. »
(58) Caute lege.
(59) *Perfectionemque consumment.* Sic mss.; Merlinus vero, « perfectionis consummet. »
(60) Sic mss. Libb. editi, « propter hæc enim opinantur quidam. » Mox omnes mss., « per ineffabilem, etc. Ita hæc singula dispensasse. » In libb. editis deest « per, » et apud Merlinum legitur, « ita in hoc singula; » apud Genebrardum, « ita in hæc singula. »
(61) Ita mss. Libb. vero editi, « quomodo appellandæ sunt rationabiles substantiæ non contra arbitrii libertatem vel in aliud, » etc.
(62) Ita mss. Libb. editi, « aptum. » Mox mss., « velut animal quoddam immensum atque immane. » In antea editis deest, « immensum. »
(63) Confer Platonem in *Timæo.*
(64) *Dixit.* Desideratur in editis, sed habetur in mss.
(65) Sic mss. Alias, « quomodo. »
(66) Sic mss. Alias, « simul cum initio. »
(67) Caute lege.
(68) *Causas.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.
(69) Sic mss. Alias, « poterit. »

tur. Escæ quoque ipsæ vel hominum, vel animalium nonne eamdem permutationis causam declarant? Nam quodcunque illud est quod per cibum sumpserimus, in corporis nostri substantiam vertitur. Sed et qualiter aqua mutetur in terram, vel in aerem, et aer rursus in ignem, vel ignis in aerem, vel aer in aquam, quamvis non sit difficultas exponere (70-71), tamen in præsenti loco ea sufficit tantummodo commemorasse volenti corporalis materiæ discutere rationem. Materiam ergo intelligimus quæ subjecta est corporibus, id est ex qua inditis atque insertis qualitatibus corpora subsistunt. Qualitates autem quatuor dicimus: calidam, frigidam, aridam, humidam. Quæ quatuor qualitates ὕλῃ, id est materiæ insertæ, quia materia propria ratione extra has esse invenitur quas supra diximus qualitates, diversas corporum species efficiunt. Hæc tamen materia quamvis, ut supra diximus, secundum suam propriam rationem sine qualitatibus sit, nunquam tamen subsistere extra qualitatem invenitur. Hanc ergo materiam quæ tanta et talis est ut sufficere ad omnia mundi corpora, quæ esse Deus voluit, queat, et conditori ad quascunque formas velit et species, famularetur in omnibus et serviret, recipiens in se qualitates quas ipse voluisset (72) imponere; nescio quomodo tanti ac tales viri ingenitam (73), id est non ab ipso Deo factam conditore omnium putaverunt, sed fortuitam quamdam ejus naturam virtutemque dixerunt. Et miror quomodo isti culpent eos, qui vel opificem Deum, vel providentiam hujus universitatis negant, et impie eos sentire arguunt, quod tantum mundi opus arbitrentur sine opifice vel provisore constare; cum ipsi quoque similem culpam impietatis incurrant, ingenitam dicentes esse materiam Deoque ingenito coæternam. Secundum hanc ergo rationem si ponamus, verbi gratia materiam non fuisse, ut isti asserunt dicentes quia Deus non potuerit (74) aliquid facere cum nihil esset, sine dubio futurus erat otiosus, materiam non habens ex qua posset operari, quam ei non sua provisione, sed fortuito sentiunt affuisse; videturque eis quod hoc quod fortuito inventum est, sufficere ei potuerit ad tanti operis molem, et ad suæ virtutis potentiam, quod totius sapientiæ suæ suscipiens rationem distingueretur ac formaretur ad mundum. Quod mihi perabsurdum videtur, et eorum esse hominum qui virtutem atque intelligentiam ingenitæ naturæ penitus ignorant. Sed ut ra-
A tionem rerum possimus dilucidius intueri, concedatur paulisper non fuisse materiam; et Deum, cum nihil esset prius, fecisse ut essent ea quæ esse voluit; quid putabimus quia meliorem, aut majorem, aut alterius generis materiam facturus esset Deus, quam ex sua virtute et sapientia proferebat, ut esset quæ ante non fuerat? An inferiorem et deteriorem? An similem atque eamdem ut est illa quam isti ingenitam dicunt? Et puto cuivis facillime pateat intellectus, quod neque melior, neque inferior potuisset mundi formas speciesque suscipere, nisi talis fuisset, qualis ista est quæ suscepit. Et quomodo ergo non videbitur impium id ingenitum dicere, quod si factum a **79** Deo credatur, tale sine dubio invenitur, quale et illud est
B quod ingenitum dicitur.

5. Ut autem etiam ex Scripturarum auctoritate hæc ita se habere credamus (75), audi quomodo in Machabæorum libris, ubi mater septem martyrum unum ex filiis cohortatur ad toleranda tormenta, de hoc dogmate confirmatur (76); ait enim: « Rogo te, fili, respice cœlum et terram, et ad omnia quæ in eis sunt, et videns hæc, scito quia Deus hæc omnia, cum non essent, fecit [45]. » Sed et in libro *Pastoris* in primo mandato ita ait: « Primo omnium crede quia unus est Deus qui omnia creavit atque composuit, et fecit ex eo quod nihil erat, ut essent universa. » Fortassis ad hoc respicit etiam illud quod in Psalmis scriptum est, quia « ipse dixit, et
C facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt [46]. » Nam quod ait quia « ipse dixit, et facta sunt, » videtur ostendere substantiam dici eorum quæ sunt; quod vero ait: « Mandavit, et creata sunt, » de qualitatibus dictum videtur quibus substantia ipsa formata est.

CAPUT II.

De perpetuitate corporeæ naturæ.

1. Hoc in loco quærere solent quidam, utrum sicut ingenitum Filium generat Pater, et Spiritum sanctum profert, non quasi qui ante non erat, sed quia origo et fons Filii vel Spiritus sancti Pater est, et nihil in his anterius posteriusve intelligi potest; ita etiam inter rationabiles naturas et materiam corporalem similis (77) quædam societas vel pro-
D pinquitas possit intelligi. Quam rem ut plenius atque intentius investigent, illuc solent initium disputationis inflectere, ut inquirant si hæc ipsa natura corporea quæ spiritalium et rationabilium mentium vitas fert et continet motus, pari cum

[45] II Mach. VII, 28. [46] Psalm. CXLVIII, 5.

(70-71) Sic mss. Alias, « difficile exponere. »

(72) Sic in omnibus legitur mss.; in editis vero, « famuletur in omnibus, et serviat recipiens qualitates quas ipse vellet. »

(73) *Nescio quomodo tanti ac tales viri ingenitam*, etc. Idem argumentum fusius persequitur Origenes in primo *Commentariorum in Genesim* fragmento Græco quod reperire est sub initium tom. II nostræ editionis. Vide ibidem clarissimi Huetii primam in istud fragmentum observationem, ubi docet Anaxagoræ, Pythagoreorum, Platonicorum, Stoicorum aliorumque eam sententiam fuisse, mundum ex ingenita materia Deum condidisse.

(74) Sic mss. Editi, « fuisse, non ut isti disserunt dicentes quia Deus non potuerit. »

(75) Sic mss.; editi, « doceamus. »

(76) *De hoc dogmate confirmatur.* Hæc desunt in antea editis, sed habentur in omnibus mss.

(77) In antea editis deest « inter rationabiles naturas, » et insuper pro « similis, » legitur « simul. »

ipsis æternitate perduret (78), an vero absoluta A interibit et peribit. Quod ut possit scrupulosius deprehendi, quærendum primo videtur, si possibile est penitus incorporeas remanere rationabiles naturas, cum ad summum sanctitatis ac beatitudinis venerint, quod mihi quidem difficillimum et pene impossibile videtur; an necesse est eas semper conjunctas esse corporibus. Si ergo posset quis ostendere rationem qua possibile esset eas omnimode carere corporibus, consequens videbitur quod natura corporea ex nihilo per intervalla temporum procreata, sicut cum non esset, effecta est, ita et esse desineret, cum usus ejus ministerii præterisset.

2. Si vero impossibile est hoc ullo modo affirmari, id est quod vivere præter corpus possit ulla alia natura præter Patrem et Filium et Spiritum sanctum, necessitas consequentiæ ac rationis coarctat intelligi, principaliter quidem creatas (79) esse rationabiles naturas; materialem vero substantiam opinione quidem et intellectu solum separari ab eis, et pro ipsis vel post ipsas effectam videri, sed nunquam sine ipsa eas vel vixisse vel vivere; solius namque Trinitatis incorporea vita exsistere recte putabitur. Ut ergo superius diximus, materialis ista substantia hujus mundi habens (80) naturam quæ ex omnibus ad omnia transformatur, cum ad inferiores quosque trahitur, in crassiorem corporis statum solidioremque formatur, ita ut visibiles istas mundi species variasque distinguat; cum vero perfectioribus ministrat (81) et beatioribus, in fulgore cœlestium corporum micat, et spiritalis corporis indumentis vel angelos Dei, vel filios resurrectionis exornat; ex quibus omnibus diversus ac varius unius mundi complebitur status (82). Verum si plenius hæc discutere libet, oportebit attentius et diligentius cum omni metu Dei (83) et reverentia perscrutari Scripturas divinas, si quid forte in his de talibus arcanus et reconditus sensus revelare (84), si quid in absconsis et reconditis sermonibus (sancto Spiritu demonstrante his qui digni sunt), poterit inveniri, cum plura testimonia de hac ipsa specie fuerint congregata.

CAPUT III.

De initio mundi, et causis ejus.

1. Superest (85) ut post hæc requiramus utrum ante hunc mundum (86), qui nunc est, mundus alius fuerit; et si fuit, utrum talis fuerit qualis iste qui nunc est, an paulo differentior, vel inferior aut omnino non fuerit mundus, sed tale aliquid fuerit, qualem illum intelligimus post omnium finem futurum, cum tradetur regnum Deo et Patri: qui nihilominus alterius mundi fuerit finis, illius scilicet post quem hic mundus cœpit: lapsus autem varius intellectualium (87) naturarum provocaverit Deum ad istam variam diversamque conditionem mundi. B Sed et illud similiter requirendum puto, **80** utrum post hunc mundum curatio aliqua et emendatio erit, asperior quidem et doloris plena erga eos qui verbo Dei obedire noluerunt; per eruditionem vero rationabilemque institutionem, per quam possent ad locupletiorem proficere veritatis intellectum ut qui in præsenti vita in hæc se studia dediderunt (88), et mentibus purgatiores effecti, capaces jam hinc divinæ sapientiæ perrexerunt; et post hæc statim finis omnium consequetur, et pro correctione et emendatione eorum qui talibus indigent, alius rursus mundus erit, vel similis isti qui nunc est, vel hoc melior, aut multo deterior; et qualiscunque ille erit post hunc mundus, quandiu erit; et si erit aliquando cum nullus unquam sit mundus, aut si C fuit aliquando cum mundus non fuerit omnino (89); aut si fuerint plures, vel erunt, aut si accidat aliquando ut alter alteri æqualis et similis per omnia atque indiscretus eveniat.

2. Ut ergo manifestius appareat utrum materia corporalis per intervalla (90) subsistat, et sicut non fuit antequam fieret, iterum resolvatur ut non sit; videamus primum si fieri potest ut vivat aliquis sine corpore.

Si enim aliquis potest vivere sine corpore, possunt et omnia (91) esse

HIERON. INTERPR.

Si omnia, ut ipse disputationis ordo compellit,

(78) Sic mss.; editi vero, « perferet, » male.

(79) *Creatas.* Sic mss. Libri vero antea editi, « coarctatas. » De eo autem quod mox addit Origenes, materialem substantiam intellectu solum separari a rationabilibus naturis, consulas velim notam 94, col. 126.

(80) Aliquot mss., « habet. »

(81) Caute lege.

(82) Ita mss.; in editis deest « unius, » et pro « complebitur, » legitur « complectitur, » male.

(83) *Dei.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(84) In antea editis legitur: « si quis forte in his talibus arcanis et reconditis sit arcanus sensus, si quid in absconsis et reconditis sancto Spiritu, » etc., sed mss. lectionem nostri textus exhibent.

(85) Caute lege.

(86) *Utrum ante hunc mundum*, etc. Quod in hoc capite ab Origene de pluribus mundis pertractatur, summatim in epistola ad Avitum refert Hieronymus his verbis: « In secundo autem libro mundos asserit innumerabiles, non juxta Epicurum uno tempore plurimos et sui similes, sed post alterius mundi finem, alterius esse principium; et ante hunc nostrum mundum, alium fuisse mundum; et post hunc D alium esse futurum, et post illum alium; rursumque cæteros post cæteros. Et dubitat utrum futurus sit mundus alteri mundo ita ex omni parte consimilis, ut nullo inter se distare videantur; aut certe nunquam mundus alteri mundo ex toto indiscretus et similis sit futurus. »

(87) Sic optime mss. Pessime vero libb. editi: « cœpit lapsus; an varius, et intellectualium, » etc.

(88) Sic mss. Alias, « in hoc esse studio didicerunt. » Ibidem libb. editi: « capaces jam hujus divinæ sapientiæ effecti sunt, et si post hanc vitam statim finis. » At mss. ut in nostro textu.

(89) Sic mss. Alias, « erit ille post hunc mundum, quandiu erit, aut si omnino non erit, et si erit aliq. »

(90) *Intervalla.* Recte mss.; male vero editi, « materiam. » Paulo post mss., « ut vivat aliquis sine corpore. » In antea editis deest « aliquis. »

(91) *Si omnia*, etc. Hæc desumpta sunt ex epistola beati Hieronymi ad Avitum.

sine corpore: omnia enim ad unum finem tendere superior tractatus edocuit. Si autem omnia possunt carere corporibus, sine dubio non erit substantia corporalis, cujus usus nullus exsistet.

sine corpore vixerint, consumetur corporalis universa natura, et redigetur in nihilum, quæ aliquando facta est de nihilo; eritque tempus quo usus ejus iterum necessarius sit.

Et quomodo sentiemus illud quod dixit Apostolus in his locis in quibus de resurrectione disputat mortuorum, cum ait: « Necesse est autem corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria; ubi est, mors, victoria tua? Absorptus est, mors, aculeus tuus (92); aculeus autem mortis peccatum, virtus autem peccati lex [47]. » Talem ergo quemdam videtur Apostolus suggerere intellectum. Quod enim ait: « Corruptibile hoc, et mortale hoc, » velut tangentis et ostendentis affectu, cui alii convenit nisi materiæ corporali (93)? Hæc ergo materia corporis, quæ nunc corruptibilis est, induet incorruptionem, cum perfecta anima et dogmatibus incorruptionis instructa uti eo cœperit. Et nolo mireris si velut indumentum corporis perfectam animam dicimus, quæ propter Verbum Dei et sapientiam ejus nunc incorruptio nominatur; cum ipse utique qui est Dominus et creator animæ Jesus Christus indumentum sanctis esse dicatur, sicut Apostolus dicit: « Induite vos Dominum Jesum Christum [48]. » Sicut ergo Christus indumentum est animæ, ita intelligibili quadam ratione etiam anima indumentum dicitur esse corporis. Ornamentum enim ejus est velans et contegens ejus mortalem naturam (94). Tale est ergo quod dicitur: « Necesse est corruptibile hoc induere incorruptionem [49-50]; » ut si diceret, naturam hanc corruptibilem corporis necesse est indumentum accipere incorruptionis, animam habentem in se incorruptionem, pro eo videlicet quod induta est Christum qui est sapientia et Verbum Dei. Cum autem vitæ participaverit corpus hoc quod aliquando gloriosius habebimus, tunc ad id quod immortale est accedet, ut etiam incorruptibile fiat. Si quid

A namque mortale est, hoc continuo et corruptibile est; non tamen si quid corruptibile est, hoc etiam mortale dici potest. Denique lapidem vel lignum corruptibile quidem dicimus; non tamen etiam mortale consequenter dicemus. Corpus vero quoniam vitæ participat, ex eo quod separari ab eo vita potest et separatur, consequenter mortale (95) nominamus, et secundum alium quoque intellectum etiam corruptibile dicimus. Mira ergo ratione sanctus Apostolus (96) ad generalem primam causam respiciens materiæ corporalis, cujus materiæ anima usum semper habet (97) in qualibet qualitate positæ, nunc quidem carnali, postmodum vero subtiliori et puriori, quæ spiritalis appellatur, ait: « Necesse est corruptibile hoc induere incorruptionem. » Secundo vero ad specialem (98) corporis respiciens causam ait: « Necesse est mortale hoc induere immortalitatem. » Incorruptio autem et immortalitas quid aliud erit nisi sapientia, et Verbum, et justitia Dei, quæ formant animam, et induunt, et exornant? Et ita fit ut dicatur, quia corruptibile incorruptionem induet, et mortale immortalitatem. Nunc enim etiamsi valde proficiamus, tamen quoniam (99) solum ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus, et per speculum in ænigmate videmus ea ipsa quæ videmur intelligere, nondum corruptum hoc induit incorruptionem, neque mortale ab immortalitate circumdatur; et quoniam sine **81** dubio in longius protrahitur nostra hæc in corpore eruditio (1): videlicet usquequo ipsa corpora nostra quibus circumdati sumus, propter Verbum Dei et sapientiam ac perfectam justitiam (2), incorruptionem immortalitatemque mereantur; propterea dicitur: « Necesse est corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. »

3. Verumtamen (3) hi qui putant posse unquam extra corpora vitam ducere rationabiles creaturas, possunt in hoc loco talia quædam movere.

Si verum est (4) quod corruptibile hoc induet incorruptionem, et mortale hoc induet immortalitatem, et quod absorbeatur mors in finem

HIERONYMI INTERPR.

Sin autem, ut ratione (5) et Scripturarum auctoritate monstratum est, corruptivum hoc induerit incorruptionem, et mortale

[47] I Cor. xv, 53-56. [48] Rom. xiii, 14. [49-50] I Cor. xv, 53.

(92) *Absorptus est mors aculeus.* Sic mss. Libri vero editi, « ubi est mors stimulus tuus? »

(93) Ita mss. Alias, « primæ. » Paulo infra mss., « si velut indumentum corporis. » In editis deest « velut. »

(94) *Ornamentum enim ejus est velans et contegens ejus mortalem naturam.* Hæc desunt in antea editis, sed habentur in omnibus mss.

(95) *Mortale.* Deest in antea editis, sed reperitur in mss.

(96) *Mira ergo ratione sanctus Apostolus,* etc. De his consule clarissimum Huetium *Origenianorum* lib. ii, quæst. nona, de resurrectione mortuorum, num. quinto.

(97) Sic mss. Libb. editi, « animæ usum semper habent. »

(98) *Specialem.* Recte omnino mss. Libb. editi corrupte, « spiritalem. »

(99) Sic mss. Alias, « quodammodo. »

(1) Sic optime mss. Libb. editi pessime, « et quodammodo sine dubio in longius protrahitur nostra hæc corruptio. »

(2) Hunc locum in antea editis depravatum sic restituunt omnes codd. mss. In antea editis legitur: « ad perfectam justitiam et corruptionem devenerint, et mortale hoc induerit immortalitatem. Verumtamen hi qui putant id nunquam decere irrationabiles creaturas, possunt in hoc loco, » etc.

(3) Caute lege.

(4) Vide lib. ii *Origenian.*, q. 6, num. 2 et 12.

(5) *Sin autem, ut ratione,* etc. Hæc exstant in epistola Hieronymi ad Avitum.

(6), non aliud quam materialem naturam exterminandam declarat, in qua operari mors aliquid poterat, dum his qui sunt in corpore, per naturam materiæ corporalis mentis acumen videtur obtundi (7). Si vero extra corpus sunt, tunc omnino molestiam hujuscemodi perturbationis effugient. Sed quoniam non ad subitum omne indumentum corporeum effugere poterunt, prius in subtilioribus ac purioribus immorari corporibus æstimandi sunt, quæ ultra nec a morte vinci, nec aculeo mortis compungi prævaleant; ut ita demum paulatim cessante natura materiali, et absorbeatur mors, et etiam exterminetur in finem, atque omnis aculeus ejus penitus retundatur per divinam gratiam, cujus capax effecta est anima, et incorruptionem atque immortalitatem meruit adipisci (8). Et tunc merito dicetur ab omnibus : « Ubi est, mors, victoria tua? Ubi est, mors, aculeus tuus? Aculeus autem mortis peccatum est [81]. »

hoc induerit immortalitatem, absorbebitur mors in victoriam, et corruptio in incorruptionem, et forsitan omnis corporea natura tolletur e medio, in quâ sola potest mors operari.

Si ergo hæc habere consequentiam videntur, reliquum est ut status noster aliquando incorporeus futurus esse credatur; quod si recipitur, et omnes subjiciendi Christo esse dicuntur, necesse est ut omnibus et hoc deferatur, in quos pervenit subjectio Christi; quia omnes qui subjecti sunt Christo, in fine quoque subjecti erunt Deo Patri, cui regnum traditurus dicitur Christus, et ita videtur ut tunc etiam usus corporum cesset. Si autem cessat, in nihilum redit sicut et ante non erat. Sed videamus quid eis occurrat, qui hoc ita

HIERON. INTERP.

Si hæc non sunt contraria fidei (9), forsitan sine corporibus aliquando vivemus. Sin autem qui perfecte subjectus est Christo, absque corpore intelligitur; omnes autem subjiciendi sunt Christo; et nos erimus sine corporibus, quando ei ad perfectum subjecti fuerimus. Si subjecti fuerint omnes Deo omnes deposituri sunt corpora, et tunc corporalium rerum universa natura solvetur in nihilum. Quæ, si secundo necessitas postularit, ob lapsum rationabilium creaturarum rursus exsistet. Deus enim in

[81] I Cor. xv, 55, 56.

A asserunt. Videbitur enim esse necessarium ut si exterminata fuerit natura corporea, secundo iterum reparanda sit et creanda; possibile enim videtur ut rationabiles naturæ a quibus nunquam aufertur liberi facultas arbitrii (10), possint iterum aliquibus motibus subjacere, indulgente hoc

certamen et luctam animas dereliquit, ut intelligant plenam consummatamque victoriam non ex propria se fortitudine, sed ex Dei gra ia consecutas. Et idcirco arbitror pro varietate causarum diversos mundos fieri, et elidi errores eorum qui similes sui mundos esse contendunt.

ipsum Domino, ne forte, si immobilem semper teneant statum, ignorent se Dei gratia (11) et non sua virtute in illo fine beatitudinis constitisse;
B quos motus sine dubio rursum varietas corporum et diversitas prosequetur, ex qua mundus semper adornatur, nec unquam poterit mundus nisi ex varietate ac diversitate constare; quod effici nullo genere potest (12) extra materiam corporalem.

4. Jam vero (13) qui indissimiles sibi mundos (14) ac per omnia pares aliquando evenire confirmant, nescio quibus id possint asserere documentis. Si enim similis per omnia mundus dicitur, erit ut iterum Adam vel Eva eadem faciant quæ fecerunt; idem iterum erit diluvium, atque idem Moyses rursum populum sexcenta fere millia numero educet ex Ægypto : Judas quoque bis Dominum tradet; Paulus secundo lapidantium Stephanum vestimenta
C servabit; et omnia quæ in hac vita gesta sunt, iterum gerenda (15) dicentur; quod non puto ratione aliqua posse firmari, si arbitrii libertate aguntur animæ, et vel profectus suos, vel decessus pro voluntatis suæ sustinent potestate. Non enim cursu aliquo in eosdem se circulos post multa sæcula revolvente (16) aguntur animæ, ut hoc aut illud vel agant, vel cupiant, sed quocunque proprii ingenii libertas **82** intenderit, illo gestorum suorum dirigunt (17) cursum. Tale enim est quod ab istis dicitur, ut si quis velit asserere, quod frumenti medimnum si profundatur in terram, potest fieri ut iidem et penitus indiscreti secundo accidant casus granorum, ita ut unumquodque granum juxta id profusum (18) jaceat secundo, quo primo aliquando dejectum est, et eodem ordine, eisdemque dispersum

(6) Sic mss. Libb. editi, « in victoria. »

(7) Sic recte omnes codd. mss., editi vero perperam, « acumini videntur objiciendi. » Ibidem mss. « tunc omnino molestiam hujuscemodi. » Libb. editi, « tunc omnem molestiam hujusmodi. » Mox iidem mss., « sed quoniam non ad subitum omne indumentum. » Libb. editi, « sed quomodo non id omne indumentum. » Paulo post mss., « quæ ultra nec a morte vinci. » Libb. editi, « quod ultra nec a morte vinci. »

(8) Sic omnes mss. Lib. editi, « cum ejus capax effecta anima incorruptionem atque immortalitatem meruerit. »

(9) *Si hæc non sunt contraria fidei*, etc. Ex epistola Hieronymi ad Avitum hæc desumpsimus ex quibus vides quantum licentiæ Rufinus sibi interpretando sumpserit.

D (10) Vide *Origenian.* l. II, q. 6, num. 12, 13 et q. 7, num. 12.

(11) *Gratia.* Deest in antea editis, sed habetur in omnibus mss. Paulo post mss., « et diversitas prosequetur. » Libb. editi, « et diversitas persequitur. »

(12) Ita mss.; male libb. editi, « possunt. »

(13) Vide, l. II *Origenian.*, q. 12, n. 4, 5, 6.

(14) *Mundos.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(15) Ita mss. Alias, « etiam gerenda. »

(16) Sic omnes codd. mss.; editi vero, « in eosdem circulos post multa sæcula revolutæ. »

(17) Ita mss. Libb. editi, « dirigit. »

(18) *Juxta id profusum.* Sic mss. Libb. editi, « juxta profusum. » Paulo post mss., « quod utique innumerabilibus mundi granis. » In editis deest

sit signis quibus fuerat primo diffusum; quod utique innumerabilibus medimni granis impossibile est prorsus accidere, etiamsi per immensa sæcula indesinenter ac jugiter effundantur. Ita ergo impossibile mihi videtur eodem ordine, eisdemque modis nascentium, et morientium, et agentium quid secundo mundum (19) posse reparari; sed immutationibus non minimis diversos posse mundos exsistere, ita ut pro manifestis quibusque causis melior status sit alterius mundi, et pro aliis inferior, et pro aliis medius quidem status. Qui autem numerus vel modus hic sit, ego me nescire fateor. Si quis autem posset ostendere, libentius discerem.

5. Veruntamen multorum sæculorum finis dicitur esse hic mundus, qui et ipse sæculum dicitur. Docet autem sanctus Apostolus (20) quod Christus in eo sæculo quod ante hoc fuit, non est passus, sed ne in illo quidem quod ante ipsum fuit: et nescio si enumerare sufficiam quanta fuerint anteriora sæcula in quibus passus non est. Ex quibus autem sermonibus Pauli ad occasionem hujus intelligentiæ venerim, proferam; ait enim (21) : « Nunc vero semel in consummatione sæculorum ad refellendum peccatum per hostiam sui manifestatus est [52]. » Semel enim ait hostiam effectum, et in consummatione sæculorum ad refellendum peccatum esse manifestatum. Quod autem post hoc sæculum, quod ad consummationem aliorum sæculorum dicitur factum, erunt alia sæcula supervenientia, manifeste ab ipso Paulo didicimus dicente : « Ut ostenderet in sæculis supervenientibus superabundantes divitias gratiæ suæ in bonitate super nos [53]. » Non dixit, in sæculo superveniente, neque in duobus sæculis supervenientibus; unde arbitror multa sæcula indicio sermonis illius declarari. Si vero aliquid est sæculis majus, ita et in creaturis quædam sæcula (22) intelligantur, in aliis vero quæ excedunt et supergrediuntur visibiles creaturas (quod erit forte in restitutione omnium, cum ad perfectum finem universa pervenient), id fortasse plus aliquid esse quam sæculum intelligendum est, in quo erit omnium consummatio. Movet me (23) autem in hoc Scripturæ sanctæ auctoritas quæ dicit : « In sæculum, et adhuc. » Et « adhuc » enim quod dicit, plus aliquid sine dubio quam sæculum vult intelligi, et vide ne illud quod dicit Salvator quia « volo ut ubi ego sum et isti sint mecum; et sicut ego et tu unum sumus, et isti sint in nobis unum [54]; » ostendere videatur plus aliquid quam est sæculum et sæcula, forte etiam plus quam est sæcula sæculorum, id videlicet cum jam non in sæculo sunt omnia, sed in omnibus Deus (24).

6. His pro nostris viribus de mundi ratione dissertis, non incongruum etiam videtur ipsius mundi appellatio quid sibi velit inquirere; quæ appellatio in Scripturis sanctis diversa significans frequenter ostenditur. Quod enim Latine mundum dicimus, Græce κόσμος appellatur; κόσμος autem non solum mundum, sed et ornamentum significat. Denique in Isaia ubi ad principes filias Sion increpationis sermo dirigitur et dicit : « Pro ornamento capitis aurei calvitium habebis propter opera tua [55], » ornamentum ibi eo nomine quo mundum appellavit, id est κόσμον (25). Dicitur etiam in indumento pontificis mundi ratio contineri, sicut in Sapientia Salomonis invenimus, cum dicit, quia « in vestimento poderis erat universus mundus [56]. » Mundus dicitur etiam noster cum habitatoribus suis orbis terrarum iste, sicut cum Scriptura dicit : « Omnis mundus in maligno positus est [57]. » Meminit sane Clemens apostolorum discipulus etiam eorum quos ἀντίχθονας Græci nominarunt atque alias partes (26) orbis terræ ad quas neque nostrorum quisquam accedere potest, neque ex illis qui ibi sunt quisquam transire ad nos : quos et ipsos mundos appellavit cum, ait : « Oceanus intransmeabilis est hominibus (27), et hi qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdem dominatoris Dei dispositionibus gubernantur. » Dicitur

[52] Heb. IX, 26. [53] Ephes. II, 7. [54] Joan. XVII, 22. [55] Isa. III, 24. [56] Sap. XVIII, 42. [57] I Joan. V, 19.

« utique. » Mox mss., « per immensa sæcula. » Alias, « per diversa sæcula. »

(19) *Mundum*. Deest in antea editis, sed habetur in mss. Ibidem mss., « immutationibus non minimis. » Libb. editi, « immutationibus innumeris. » Paulo post mss., « qui autem numerus vel modus hic sit. » Editi, « qui autem verissimus modus horum sit. »

(20) Vide *Origenian.*, l. II, q. 3, num. 23 et 24.

(21) Sic omnes codd. mss.; editi vero, « ex quibus tamen sermonibus Pauli ad occasionem hujus intelligentiæ (ut verum proferam) facile deveniemus. Ait enim. »

(22) Ita mss.; editi vero, « ita ut in creaturis quidem sæcula, » etc.

(23) *Movet me*. In antea editis deest « me. »

(24) Ita mss.; editi autem, « sed omnia et in omnibus Deus. »

(25) Sic hunc locum optime emendant mss. In antea editis legitur : « Dicitur : per ornamentum capitis aurei calvitium Hebræis propter opera tua. Ornamentum ibi eo nomine quo mundum appellavit. Ideo κόσμος scribit. » Quod omni sensu caret.

(26) Ita codd. mss.; editi vero, « nominant, atque illius partes. » Paulo post mss., « intransmeabilis est. » Editi, « intransibilis est. »

(27) *Oceanus intransmeabilis est*, etc. Clementis Romani verba imitari videtur Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. VII, cap. 2, *Histor.*, ὁ πολὺς καὶ ἀπέραντος ἀνθρώποις Ὠκεανός. Eo quoque respicere videtur Irenæus lib. II, cap. 47 : « Quid autem, inquit, possumus exponere de Oceani accessu et recessu, cum constet esse certam causam? quidve de his quæ ultra eum sunt, enuntiare qualia sint? » Quibus verbis adjungenda sunt ista Hilarii ad psalmi LXVIII finem : « Mare quod profunda infinitaque sui obice mentem humanæ opinionis excedat, ut neque quid extra sit, neque quid intra sit, sensu persequente capiamus. » Sed et Clementis Romani locus citatur a cognomine Alexandrino *Stromat.* V, p. 586, ubi de multis cœlis seu mundis; et ab Hieronymo in Ephes. II, 2, qui, opinor, transcribit Origenis commentarios. Hæc observata sunt a clarissimo Cotelerio in notis in hunc Clementis locum de quo plura, si cupis, vide eumdem ibidem.

etiam mundus ista universitas quæ ex cœlo et terra continetur, sicut Paulus ait : « Transiet (28) enim habitus hujus mundi [58]. » Designat sane et alium quemdam mundum præter hunc visibilem etiam Dominus et Salvator noster, quem revera describere et designare difficile est : ait namque : « Ego non sum de hoc mundo [59]. » Tanquam enim ex alio quodam esset mundo, ita dicit, **83** quod « Non sum de hoc mundo. » Cujus mundi difficilem nobis esse expositionem idcirco prædiximus, ne forte præbeatur aliquibus occasio illius intelligentiæ, qua putent nos imagines quasdam quas Græci ἰδέας nominant, affirmare : quod utique a nostris alienum est, mundum incorporeum dicere, in sola mentis phantasia vel cogitationum lubrico consistentem; et quomodo Salvatorem inde esse, vel sanctos quoque illuc ituros poterunt affirmare, non video. Verumtamen præclarius aliquid et splendidius quam iste qui præsens est mundus, indicari a Salvatore non dubium est, quo etiam credentes in se tendere provocat et hortatur. Sed utrum mundus iste quem sentiri vult, separatus ab hoc sit longeque divisus, vel loco, vel qualitate, vel gloria; an gloria quidem et qualitate præcellat, intra tamen hujus mundi circumscriptionem cohibeatur, quod et mihi magis verisimile videtur, incertum tamen est, et, ut ego arbitror, humanis adhuc cogitationibus et mentibus inusitatum. Ex his tamen quæ Clemens visus est indicare cum dicit : « Oceanus intransmeabilis est hominibus, et hi mundi qui post ipsum sunt : » qui post ipsum sunt mundos pluraliter nominans, quos et eadem Dei summi providentia agi regique significat, semina quædam nobis hujusmodi intelligentiæ videtur aspergere, quo putetur omnis quidem universitas eorum quæ sunt atque subsistunt cœlestium, et supercœlestium, terrenorum, infernorumque, unus et perfectus mundus generaliter dici; intra quem vel a quo cæteri (si qui illi sunt) putandi sunt contineri. Unde voluit quidem globum lunæ vel solis, cæterorumque, quos planetas vocant, per singula mundos nominari. Sed et ipsum supereminentem quem dicunt ἀπλανῆ globum, proprie (29) nihilominus mundum appellari volunt. Denique etiam Baruch prophetæ librum in assertionis hujus testimonium vocant, quod ibi de septem mundis vel cœlis evidentius indicatur. Esse tamen super illam sphæram quam ἀπλανῆ (30) dicunt, volunt aliam, quam, sicut apud nos cœlum

A continet omnia quæ sub cœlo sunt, ita illam dicunt immensa quadam sui magnitudine et ineffabili complexu spatia universarum sphærarum ambitu magnificentiore constringere; ita ut omnia intra ipsam ita sint sicut est hæc terra nostra sub cœlo : quæ etiam in Scripturis sanctis terra bona et terra viventium creditur nominari, habens suum cœlum illud quod superius, in quo cœlo sanctorum nomina scribi, vel scripta esse dicuntur a Salvatore (31); quo cœlo cohibetur illa terra atque concluditur, quam Salvator in Evangelio mitibus et mansuetis repromittit [60]. Ex illius namque terræ nomine etiam hanc nostram cui *arida* prius nomen fuerat, cognominatam volunt, sicut et firmamentum hoc cœlum illius cœli vocabulo nuncupatum

B est. Verum de hujuscemodi opinionibus plenius in illo loco tractavimus, cum requireremus quid esset quod in principio fecit Deus cœlum et terram [61]. Aliud enim cœlum et alia terra indicatur esse quam illud firmamentum quod post biduum factum dicitur, vel arida quæ postmodum terra nuncupatur. Sane hoc quod dicunt quidam de hoc mundo, quoniam corruptibilis quidem est ex eo quod factus est, nec tamen corrumpitur, quia corruptione fortior et validior est voluntas Dei qui fecit eum et continet illum ne ei corruptio dominetur, rectius sentiri ista possunt de eo mundo quem ἀπλανῆ sphæram (32) supra diximus, quia ex voluntate Dei nequaquam corruptioni subjaceat, pro eo quod nec

C causas corruptionis accepit. Sanctorum quippe est et ad liquidum purificatorum (33) mundus ille, et non impiorum sicut iste noster. Videndum autem est ne forte in hoc respiciens Apostolus dixerit : « Prospicientibus nobis non ea quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna sunt [62] (34). Scimus autem quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, ædificationem habemus a Deo domum non manufactam æternam in cœlis [63]. » Cum enim alibi dicat : « Quia videbo cœlos opera digitorum tuorum [64], » et de omnibus invisibilibus per prophetam Deus dixit : « Quia manus mea fecit hæc omnia [65], » istam æternam domum quam sanctis repromittit (35) in cœlis,

D manufactam non esse pronuntiat, differentiam sine dubio creaturæ in his quæ videntur, et in his quæ non videntur (36) ostendens. Non enim idem intelligitur, quod dicit (37), ea quæ non videntur, et

[58] I Cor. VII, 31. [59] Joan. XVII, 15. [60] Matth. V, 4. [61] Gen. I, 1. [62] II Cor. IV, 18. [63] II Cor. V, 1. [64] Psalm. VIII, 4. [65] Isa. LXVI, 2.

(28) Sic mss. Libb. editi, « quæ est ex cœlo et terra, sicut Paulus ait : Transiet. »

(29) Ἀπλανῆ, *globum proprie*. Ita codd. mss. In antea editis deest ἀπλανῆ et « proprie. »

(30) Ἀπλανῆ. Deest in antea editis, sed habetur in omnibus mss. Paulo infra mss., « repromittit. Ex illius namque terræ nomine. » Editi, « promittit, et illius namque terræ nomine. »

(31) Vide lib. II *Origenian.*, q. 11, num. 11.

(32) Sic codd. mss. ; editi vero, ἀκηράτων *sphæram.*

(33) Editi libb., « perfectorum. »

(34) Libb. editi : « Vobis non ea quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim non videntur, æterna sunt; quæ autem videntur, temporalia sunt. » Sed mss. ut in nostro textu.

(35) Ita mss. Libb. editi vero, « cum alibi dicatur : Videbo cœlos tuos, etc., per prophetam dixit, etc., quam sanctis promittit. »

(36) *Et in his quæ non videntur.* Hæc in antea editis omissa sunt, quamvis habeantur in omnibus mss.

(37) *Quod dicit.* Deest in antea editis, sed reperitur in mss.

ea quæ invisibilia sunt. Ea namque quæ sunt invisibilia, non solum non videntur, sed ne naturam quidem habent ut videri possint, quæ Græci ἀσώματα, id est incorporea appellarunt; hæc autem de quibus Paulus dixit: « Quæ non videntur [66], » naturam quidem habent ut videri possint, nondum tamen videri ab his quibus promittuntur, exponit.

7. His igitur tribus opinionibus de fine omnium et de summa beatitudine prout sentire potuimus adumbratis, unusquisque legentium apud semetipsum diligentius et scrupulosius judicet, si potest aliqua harum probari vel eligi. **84** Dictum est enim quod vel incorporea vita agi posse putanda sit (39), posteaquam Christo fuerint subjecta omnia et per Christum Deo Patri, cum erit omnia (40) et in omnibus Deus; vel cum nihilominus Christo fuerint universa subjecta, et per Christum Deo, cum quo et unus spiritus, secundum hoc quod spiritus sunt naturæ rationabiles, fiunt (41); tunc ipsa quoque substantia corporalis optimis et purissimis spiritibus sociata pro assumentium qualitate vel meritis (42) in æthereum statum transmutata, secundum quod Apostolus dicit: « Et nos immutabimur [67], » refulgebit; aut certe quod eorum quæ videntur habitu prætereunte, omni corruptibilitate D decussa atque purgata, omnique hoc mundi statu in quo planetarum dicuntur sphæræ, supergresso atque superato, supra illam quæ ἀπλανής dicitur (43), sphæram piorum atque beatorum statio A collocatur (44), quasi in terra bona, et terra vivorum quam mansueti et mites hæreditate percipient (45); cujus est cœlum illud quod ambitu magnificentiore ipsam illam circumdat et continet terram; quod vere cœlum et principaliter appellatur, in quo cœlo vel terra finis omnium atque perfectio tuta ac fidissima possit statione consistere, quo scilicet illi post correptionem castigationemque quas pro delictis pertulerant purgationis obtentu, expletis omnibus atque depensis, terræ illius habitaculum mereantur; hi vero qui verbo Dei obedientes fuerunt ac sapientiæ ejus jam hinc capaces se obtemperantes præbuerunt, cœli illius vel cœlorum regna promereri dicantur; et ita dignius compleatur illud quod dictum est: « Beati B mansueti, quia ipsi hæreditate possidebunt terram; » et: « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsi hæreditate capient regnum cœlorum [68]; » et quod dicit in psalmo: « Exaltabit te et hæreditate capies terram [69] (46). » Ad hanc etenim terram descendi dicitur, ad illam autem quæ in alto est, exaltari. Hoc ergo modo videtur quasi iter quoddam sanctorum profectibus aperiri ab illa terra ad illos cœlos, ut non tam permanere in illa terra quam habitare videantur, transituri scilicet, cum in id quoque profecerint (47), ad hæreditatem regni cœlorum.

HIERON. INTERP.

Triplex ergo suspicio (38) nobis de fine suggeritur, e quibus quæ vera et melior sit, lector inquirat. Aut enim sine corpore vivemus, cum subjecti Christo subjiciemur Deo, et Deus fuerit omnia in omnibus; aut quomodo Christo subjecta cum ipso Christo subjicientur Deo, et in unum fœdus arctabuntur; ita omnis substantia redigetur in optimam qualitatem, et dissolvetur in ætherem quod purioris simpliciorisque naturæ est; aut certe sphæra illa quam supra appellavimus ἀπλανῆ, et quidquid illius circulo continetur, dissolvetur in nihilum; illa vero qua ἀντιζώνη ipsa tenetur et cingitur, vocabitur terra bona; nec non et altera sphæra, quæ hanc ipsam terram circumambit vertigine et dicitur cœlum, in sanctorum habitaculum conservabitur.

CAPUT IV.

Quod unus est Deus legis et prophetarum, et Domini Jesu Christi Pater.

1. His itaque per ordinem prout potuimus breviter digestis, consequens est secundum quod ex C initio proposuimus, confutare etiam eos qui putant alium Deum esse Patrem Domini nostri Jesu Christi, præter illum qui Moysi responsa legis dabat, vel prophetas mittebat, qui est Deus patrum Abraham, Isaac et Jacob. Oportet enim primum in hac nos fidei ratione firmari. Considerandum ergo est illud quod frequenter in Evangeliis dicitur, et singulis quibusque Domini et Salvatoris nostri gestis adjungitur: « Ut impleatur quod dictum est per prophetam » illum vel illum, cum manifestum sit quia prophetæ illius sunt Dei qui mundum fecit. Ex ipsa ergo consequentia concluditur, quoniam qui prophetas misit, de Christo quæ prædicenda erant, ipse prædixit. Et dubium D non est, quod hæc non alienus quisquam ab eo, sed Pater ipsius prædicebat. Sed et illud quod frequenter exempla de Veteri Testamento a Salvatore proferuntur, vel ab apostolis ejus, non aliud

[66] I Cor. IV, 18. [67] I Cor. XV, 52. [68] Matth. V, 3, 4. [69] Psalm. XXXVI, 34.

(38) *Triplex ergo suspicio*, etc. Hæc exstant in epistola Hieronymi ad Avitum. De his autem vide librum II *Origenianorum*, quæst. 9, de resurrectione.

(39) Vide l. II *Origen.*, q. 11, n. 16.

(40) *Per Christum Deo Patri, cum erit omnia.* Hæc quæ in editis omissa sunt, restituunt codd. mss.

(41) Mss., « fiunt. » Editi, « fuerint. »

(42) Sic mss.; editi « mentis, » male.

(43) Sic omnes codd. mss. recte, ut patet ex versione Hieronymi. Libb. editi: « hujus mundi statu qui ἀκηράτων sphæra dicitur, supergresso atque superato, super illam quæ aplanes dicitur. »

(44) Vide l. II *Origenian.*, q. 11, num. 11.

(45) Mss., « percipiant. » Libb. editi, « possideant. » Infra libb. editi, « quo scilicet illi qui post correptionem, » etc., sed delendus erat articulus « qui » hic redundans et orationis seriem turbans.

(46) Sic mss. Libb. editi, « ut hæredites terram. »

(47) Sic mss. Libb. editi, « id quoque fecerint. »

indicat nisi quod auctoritas veteribus a Salvatore A et ab ejus discipulis adhibetur. Sed et illud quod ad benignitatem provocans discipulos Salvator dicit : « Estote perfecti sicut et Pater vester cœlestis perfectus est, qui solem suum oriri jubet super bonos et malos, et pluit super justos et injustos [70]; » cuivis etiam exiguæ intelligentiæ viro evidentissimum suggerit (48) intellectum, quod non alium ad imitandum proponit discipulis suis Deum, nisi factorem cœli, et imbrium præbitorem. Quod autem dicit quia orantes oporteat dicere : « Pater noster qui es in cœlis [71]; » quid aliud videtur ostendere nisi Deum in melioribus mundi, id est creaturæ suæ partibus requirendum ? Sed et quod de juramentis optima quædam instituta definiens B ait « non oportere (49) jurare, neque per cœlum, quia sedes est Dei; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus [72]; » nonne apertissime videtur propheticis vocibus consonare quibus dicitur : « Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum [73]? » Sed et e templo ejiciens eos qui vendebant oves, et boves, et columbas, effundens quoque mensas nummulariorum, et dicens : « Tollite ista hinc, et nolite facere domum Patris mei domum negotiationis [74]; » **85** Patrem suum sine dubio dicebat eum cujus nomini Salomon (50) magnificum templum exstruxerat. Sed et illud quod ait : « Non legistis quod dictum est a Deo ad Moysem : Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob; non est autem Deus mortuorum, sed C viventium [75]; » manifestissime nos docet quoniam (51) Deum patriarcharum, pro eo quod sancti essent et viverent, Deum appellabat viventium, illum scilicet qui dixerat in prophetis : « Ego sum Deus, et non est Deus præter me [76]. » Sciens namque Salvator Deum Abraham esse eum qui in lege scriptus est, et ipsum esse qui dicit quia « Ego sum Deus, et non est Deus præter me; » siquidem ipsum illum Patrem esse fatetur qui ignorat alium super se esse Deum, sicut putant hæretici; absurde eum Patrem pronuntiat qui eminentiorem ignorat Deum. Si vero non quidem ignorat, sed fallit dicens non alium esse Deum præter se, multo magis absurdum est si mendacem Patrem suum fatetur. Ex quibus omnibus in hanc indaginem sensus adducitur, quia D alium nesciat Patrem nisi omnium conditorem et creatorem Deum.

2. Longum erit (52) si ex omnibus Evangeliorum locis testimonia congregemus, quibus unus atque idem Deus legis et Evangeliorum esse doceatur. Contingemus tamen (53) breviter etiam de Actibus apostolorum [77], ubi Stephanus et apostoli preces suas dirigunt ad eum Deum qui fecit cœlum et terram, et qui locutus est per os sanctorum prophetarum suorum; ipsum dicentes Deum Abraham, Isaac et Jacob; Deum qui eduxit populum suum de terra Ægypti. Quæ sententiæ sensum nostrum evidentissime sine dubio ad Creatoris dirigunt fidem, et affectum ejus inserunt his qui hæc pie de eo fideliterque didicerunt; sicut et ipse Salvator cum interrogatus esset quod mandatum esset maximum omnium in lege, respondit, dicens : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua. Secundum autem simile est huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum. » Et his addidit, « quia in istis duobus mandatis tota lex pendet et prophetæ [78]. » Quomodo ergo ei quem erudiebat atque in discipulatum (54) producebat, hoc mandatum ante omnia mandata commendat, per quod sine dubio in Deum legis ejus conciliaretur affectus, eo quod ipsis his verbis (55) hæc fuerant a lege prædicata ? Sed concedatur contra has omnes evidentissimas approbationes, quia de alio nescio quo Deo dicat Salvator : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, » et reliqua quæ dicta sunt. Et quomodo si lex et prophetæ Creatoris sunt, sicut dicunt, id est alterius Dei præter eum quem ait bonum, consequenter dictum videbitur (56) id quod addidit, legem et prophetas in his duobus pendere mandatis ? Quomodo enim quod alienum et peregrinum a Deo est, pendebit in Deo ? Paulus autem dicens : « Gratias ago Deo meo cui servio in spiritu meo a proavis meis in conscientia pura [79]; » dilucide ostendit quia non ad aliquem novum Deum, sed ad Christum (57) venerit. Quos enim alios proavos Pauli oportebit intelligi, nisi eos de quibus ipse dicit : « Hebræi sunt, et ego; Israelitæ sunt, et ego [80]. » Sed et præfatio ipsa Epistolæ ejus ad Romanos nonne (58) hæc eadem his qui intelligere Pauli litteras norunt, diligenter ostendet, quem Deum Paulus prædicat ? Ait enim : « Paulus servus Jesu Christi vocatus apostolus, segregatus in Evangelium

[70] Matth. v, 48, 45. [71] Matth. vi, 9. [72] Matth. v, 34, 35. [73] Isa. LXVI, 1. [74] Joan. II, 16. [75] Matth. XXII, 32. [76] Isa. XLV, 7. [77] Act. VII. [78] Matth. XXII, 37-39. [79] II Tim. I, 3. [80] II Cor. XI, 22.

(48) Sic omnes codd. mss.; libb. editi, « cui etiam..... non suggerit. » Paulo post libb. editi : « proponit Deus discipulis suis Dominum. » Mss., « proponit discipulis suis Deum. »

(49) Ita mss. Alias, « sed et de juramentis... ait : non oportet. »

(50) Sic recte omnes codd. mss. Alias : « Patrem sine dubio Dominum dicebat eum cujus novum Salomon. »

(51) Libb. editi, « quomodo. » Mss., « quoniam. »

(52) *Longum erit.* Sic mss.; editi vero, « congruum erit. »

(53) Vox « tamen » deest in antea editis, sed habetur in mss.

(54) Sic mss.; editi vero « in disciplinatum. »

(55) *Verbis.* Deest in antea editis, sed habetur in mss. Ibidem libb. editi habent, « sed concedatur circa has omnes. » Mss. ut in nostro textu.

(56) Libb. editi mendose, « quem aiunt bonum, consequenter deinde videbitur; » recte autem mss. ut in nostro textu.

(57) Sic mss. Libb. editi, « nisi Christum. »

(58) *Nonne.* Deest in editis; sed habetur in mss.

Dei quod ante promiserat per prophetas suos (59) in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Christi Jesu Domini nostri [81], » etc. Sed et illud quod ait : « Non obturabis os bovi trituranti ; nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique dicit? Propter nos enim scriptum est, quia in spe debet qui arat arare, et qui triturat sub spe fructus percipiendi [82]. » In quo evidenter ostendit quia qui legem dedit Deus, propter nos, id est propter apostolos dicit : « Non obturabis os bovi trituranti ; » cui cura erat non boum, sed apostolorum qui Christi Evangelium prædicabant. In aliis quoque promissionem legis amplectens Paulus ipse ita ait : « Honora patrem tuum et matrem, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, et longævus super terram sis, terram bonam quam Dominus Deus tuus dabit tibi [83]. » Per quæ sine dubio (60) placere sibi legem et Deum legis atque ejus promissa pronuntiat.

5. Sed quoniam solent interdum hujus hæresis assertores per deceptiosa quædam sophismata simpliciorum quorumque corda decipere (61), absurdum non puto si etiam ea quæ in assertionibus suis proferre solent, proponentes subreptionem eorum ac mendacia (62) confutemus. Aiunt igitur : Scriptum est : « Deum nemo vidit unquam [84] ; » ille autem Deus quem Moyses prædicat, et ab ipso Moyse visus est, et antea a patribus ejus ; is vero qui a Salvatore annuntiatur, a nullo penitus visus est. Interrogemus ergo eos et nos si hunc quem fatentur Deum et alium esse eum dicunt quam creatorem Deum, visibilem an invisibilem dicant esse. Et siquidem dixerint quia visibilis est, **86** præter hoc quod contra Scripturæ sententiam venire arguentur, quæ dicit de Salvatore, quia « imago est invisibilis Dei primogenitus omnis creaturæ [85] ; » incurrent etiam in illud absurdum, quod Deum corporeum esse dicant. Non enim aliter videri quid potest nisi per habitum, et magnitudinem, et colorem, quæ sunt specialia corporum. Et si corpus esse pronuntietur Deus, quoniam omne corpus ex materia est, invenietur et Deus esse ex materia ; quod

A si ex materia sit, materia autem sine dubio corruptibilis est, erit ergo jam secundum illos corruptibilis Deus. Rursum quoque interrogabimus eos : Materia facta est an ingenita, id est infecta ? Et siquidem dixerint quia (63) infecta est, id est ingenita, requiremus ab eis si materiæ pars quidem alia Deus, alia autem pars mundus est. Si vero responderint de materia quia facta est, sine dubio consequetur, ut eum quem Deum dicunt, factum esse fateantur (64) ; quod utique nec ipsorum, nec nostra ratio admittit. Sed dicent : Invisibilis est Deus. Et quid agetis ?

Si invisibilem eum esse dicitis per naturam, neque Salvatori debet esse B visibilis.

HIERONYMI INTERPRET. *Restat ut invisibilis (65) sit Deus ; si autem invisibilis per naturam est, neque Salvatori visibilis erit.*

Quinimo et videri Deus Pater Christi dicitur, quoniam « qui videt, inquit, Filium, videt et Patrem [86]. » Quod utique vos vehementer angustat (66), a nobis vero rectius non pro videndo, sed pro intelligendo sentitur. Qui enim intellexerit Filium, intelliget et Patrem. Hoc ergo modo Moyses etiam Deum vidisse putandus est, non carnalibus oculis eum intuens, sed visu cordis ac sensu mentis intelligens, et hoc ex parte aliqua. Manifestum enim est quia, « Faciem, inquit, meam non videbis (scilicet qui Moysi responsa præbebat), sed posteriora mea [87]. » Quæ utique cum eo sunt intelligenda sacramento, quo intelligi convenit dicta divina, abC jectis profecto illis et spretis anilibus fabulis quæ de anterioribus Dei ab imperitis posterioribusque finguntur. Neque sane quis nos impium aliquid sensisse arbitretur, quod diximus quia nec Salvatori visibilis est Pater : consideret quali distinctione (67) adversus hæreticos agentes utimur. Diximus enim quod aliud sit videre et videri, et aliud nosse et nosci, vel cognoscere atque cognosci. Igitur videre et videri corporum res est ; quod utique nec Patri nec Filio, nec Spiritui sancto inter se invicem competenter aptabitur. Natura enim Trinitatis modum visionis excedit, his quæ in corpore sunt, id est omnibus (68) reliquis creaturis qualitatem inter se invicem visionis indulgens ; incorporeæ vero naturæ et principaliter intellectuali, nihil aliud conD venit nisi nosse vel nosci, sicut et Salvator ipse

[81] Rom. I, 1-4. [82] I Cor. IX, 9, 10. [83] Ephes. VI, 2, 3. [84] Joan. II, 18. [85] Coloss. I, 15. [86] Joan. XIV, 9. [87] Exod. XXXIII, 23.

(59) *Suos.* Deest in editis, non vero in mss. Paulo post mss., « bovi trituranti. » Editi, « bovis triturantis. » Ibidem mss., « an propter nos utique dicit. » Editi, « an propter nos voluit dicere. »

(60) *Per quæ sine dubio.* Ita mss. ; editi autem, « persæpe sine dubio. » Ibidem libb. editi, « atque ejus jussa pronuntiat. » Mss. ut in nostro textu.

(61) *Decipere.* Ita mss. ; editi vero, « surripere. »

(62) *Mendacia.* Sic mss.; editi vero, « dementiam. » Paulo post libb. editi, « si hunc quem fatentur Deum, alium esse Deum quam creatorem Deum dicunt, visibilem. » Mss. ut in nostro textu.

(63) *Quia.* Deest in antea editis, sed habetur in mss. Ibidem libb. editi, « pars aliqua Deus, pars autem mundus est. » Mss. ut in nostro textu.

(64) Mss., « fateantur. » Libb. editi, « confiteantur. »

(65) *Restat ut invisibilis*, etc. Ex Hieronymi epist. 94 ad Avitum. Vide Huetium *Origenianorum* lib. II, quæst. 2, num. 17 et 18.

(66) Sic omnes codd. mss. ; libb. editi, « quo utique nos quidam vehementer angustant. »

(67) Sic mss. ; editi perperam, « neque sane nos impium aliquid sensisse arbitremur... considerent quali distinctione. »

(68) Sic mss. ; libb. editi, « his qui in corpore sunt, idem omnibus. »

pronuntiat dicens, quia « nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare [88]. » Manifestum ergo est quia non dixit, nemo vidit Patrem nisi Filius, sed « nemo novit Patrem nisi Filius (69). »

4. Si vero propter illa quæ dicuntur in Veteri Testamento, quod irascitur Deus vel pœnitet, vel si qua alia humani affectus passio designatur, materiam sibi ad confutandos nos præberi putant, affirmantes penitus impassibilem Deum, atque his omnibus carentem affectibus sentiendum (70); ostendendum est eis etiam in evangelicis parabolis haberi similia cum dicit, quia is qui plantavit vineam et locavit eam colonis, qui coloni missos ad se servos interemerunt, ad ultimum etiam filium ad se missum occiderunt, iratus dicitur abstulisse vineam ab eis, et malos colonos male perditum dedisse, et vineam colonis aliis tradidisse qui redderent ei fructum (71) in tempore suo [89]. Sed et illos cives qui profecto patrefamilias accipere sibi regnum, legatos miserunt post eum dicentes: « Nolumus eum regnare super nos [90], » impetrato regno regressus (72) paterfamilias et iratus interfici coram se jubet, et civitatem eorum igne consumit. Sed et nos sive in Vetere Testamento, sive in Novo cum de ira Dei legimus, non secundum litteram quæ dicuntur advertimus, sed spiritalem intellectum requirimus in talibus, ut ita sentiamus sicut intelligere de Deo dignum est. De quibus secundum parvitatem sensus nostri cum secundi psalmi exponeremus illum versiculum in quo ait (73): « Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos [91], » prout potuimus, qualiter hoc intelligi deberet ostendimus.

CAPUT V.

De justo et bono.

1. Verum quoniam movet etiam istud quosdam quod principes istius hæresis divisionem quamdam fecisse sibi videntur, qua dixerunt aliud esse justum, aliud bonum, et hac divisione in divinitate etiam usi sunt, affirmantes bonum quidem Deum esse Patrem Domini nostri Jesu Christi, et non justum, justum vero legis et prophetarum Deum, nec tamen bonum; huic quæstioni respondere quam potuero breviter necessarium puto. Existimant igitur bonitatem affectum talem quemdam esse, quod bene fieri omnibus debeat **87** etiamsi indignus sit is cui beneficium (74) datur, nec bene consequi mereatur; sed, ut mihi videtur, non recte usi sunt

A tali definitione, putantes non fieri bene huic cui austerum vel triste aliquid infertur. Justitiam vero putarunt affectum esse talem qui unicuique prout meretur retribuat. Sed et in hoc rursum definitionis suæ sensum non recte interpretantur. Putant enim quia quod justum est malis mala faciat, bonis bona, id est, ut secundum sensum ipsorum justus malis non videatur bene velle, sed velut odio quodam ferri adversus eos; et colligunt sicubi forte in Scripturis Veteris Testamenti inveniunt historiam referentem, verbi gratia de diluvii pœnis, et eorum qui in eo exstincti referuntur, vel cum Sodoma et Gomorrha ignei sulphureique imbris vastatione depopulantur, vel cum in deserto pro peccatis suis omnes (75) decidunt, ita ut nullus ex his qui de
B Ægypto fuerant profecti, inveniatur terram repromissionis intrare præter Jesum et Caleb [92]. De Novo autem Testamento misericordiæ ac pietatis congregant verba, quibus a Salvatore discipuli informantur, et quibus pronuntiari videtur, quia nemo sit bonus præter unum Deum Patrem; et per hoc ausi sunt bonum quidem nominare Patrem Salvatoris Jesu Christi, alium autem esse dicunt mundi Deum, quem justum eis, non etiam bonum (76) placuit appellare.

2. A quibus primo illud exigendum puto, si secundum suam definitionem justum possunt ostendere conditorem punientem pro meritis vel eos qui diluvii tempore perierunt, vel Sodomitas, vel eos
C qui ex Ægypto profecti fuerant, cum videamus interdum multo nequiora et scelestiora committi flagitia quam fuerint illa pro quibus hi quos supra diximus interempti sunt, nondum tamen videmus unumquemque peccantium pœnam luere meritorum; nunquidnam bonum dicent (77) effectum eum qui aliquando justus erat? An potius illud putabunt, quod justus quidem est nunc, sed patienter fert humana delicta, tunc vero nec justus quidem erat qui innocentes parvulos et lactentes simul cum immanibus et impiis gigantibus (78) exstinguebat? Sed hæc ita sentiunt, quia nihil audire ultra litteram norunt; alioquin ostendant quomodo justum est secundum litteram, in tertiam et quartam progeniem parentum reddi peccata in sinum filiorum, et in fi-
D liorum ipsorum filios post ipsos [93]. A nobis autem talia ista non secundum litteram intelliguntur, sed sicut Ezechiel docuit parabolam eam dicens [94], requirimus quid significet introrsus ipsa parabola. Sed et illud debent ostendere, quomodo justus sit, et

[88] Matth. xi, 27. [89] Matth. xx. [90] Luc. xix, 14. [91] Psal. ii, 5. [92] Gen. vii, 19. [93] Deut. v, 9. [94] Ezech. xviii, 3.

(69) *Sed nemo novit Patrem nisi Filius.* Desiderantur in antea editis, sed in omnibus habentur mss.

(70) Ita mss. Libb. editi, « sentiendi. »

(71) Libb. editi, « iratus Dominus dicitur... male perdidisse... redderent ei fructus. » Mss. ut in nostro textu.

(72) Ita mss. Alias, « ingressus. » Ibidem mss., « igne consumit. » Libb. editi, « igne consumi. »

(73) *In quo ait.* Desiderantur in antea editis, sed habentur in mss.

(74) Mss., « beneficium. » Libb. editi, « benefactum. »

(75) *Omnes.* Sic mss.; editi, « mortui. » Ibidem libb. editi, « terram promissionis intrasse. » Mss. ut in nostro textu.

(76) *Non etiam bonum.* Ita mss.; libb. editi, « et non solum bonum. »

(77) Mss., « dicent. » Editi, « dicunt. »

(78) *Gigantibus.* Deest in editis, sed habetur mss. Mox mss., « ultra litteram. » Libb. « præter litteram. »

pro meritis unicuique retribuens, qui punit terrenos et diabolum, cum nihil dignum pœna commiserint. Non enim poterant (si secundum istos naturæ malæ et perditæ erant) aliquid boni agere. Nam et quod judicem eum dicunt, non tam gestorum, quam naturarum judex videtur; quippe si natura mala benefacere non potest, nec bona male. Tum deinde eum quem bonum dicunt, si ad omnes bonus est, sine dubio et ad eos qui perituri sunt bonus est; et quomodo non eos salvat? Si non vult, jam non erit bonus; si vult et non potest, omnipotens non erit. Quin potius audiant in Evangeliis Patrem Domini nostri Jesu Christi ignem præparantem diabolo et angelis ejus [95]. Et quomodo istud opus tam pœnale quam triste secundum sensum istorum (79) boni Dei videbitur? Sed et ipse Salvator boni Dei Filius in Evangeliis protestatur et dicit, « quia si signa et prodigia facta fuissent in Tyro et Sidone, olim in sacco et cinere sedentes pœnitentiam egissent [96]. » Et cum proximus utique ipsis urbibus accessisset, ac fines earum fuisset ingressus (80), cur, quæso, declinat civitates istas ingredi, et præstare eis signorum et prodigiorum copiam, si eas his gestis in sacco et cinere certum erat acturas esse pœnitentiam? Quod utique cum non facit, sine dubio perditioni eas relinquit, quas malæ et perditæ naturæ (81) non esse ipse Evangelii sermo indicat qui eas potuisse pœnitere designat. Sed et in quadam Evangelii nihilominus parabola ingrediens rex videre discumbentes qui fuerant invitati, vidit quemdam non indutum nuptialibus indumentis, et ait ei: « Amice, quomodo huc intrasti non habens indumentum nuptiale? Tunc ait ministris: Ligantes ei manus et pedes mittite eum foras in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium [97]. » Dicant nobis quis est iste rex qui ingressus est videre discumbentes, et inveniens inter eos quemdam sordidis indumentis, jubet eum vinctum per ministros suos in exteriores tenebras detrudi. Nunquidnam ille est quem justum dicunt? Et quomodo bonos ac malos jusserat invitari (82), nec merita a ministris sciscitari præceperat? Per quod utique non justi alicujus, ut isti dicunt, et pro meritis retribuentis, sed erga omnes indiscretæ benignitatis indicatur affectus. Si vero necesse est hoc de bono Deo, id est vel de Christo, vel de Patre Christi intelligi, quid aliud est quod justo Dei judicio objiciunt; imo quid tale est quod in Deo legis criminantur (83), quale est ut eum qui ab his servis quos miserat vocare bonos et malos, fuerat invitatus, juberet pro sordidioribus indumentis vinctum manibus pedibusque in exteriores tenebras præcipitari?

88 3. Et hæc quidem sufficere debent quæ ex auctoritate assumpsimus Scripturarum ad refellenda ea quæ hæretici obtendere solent. Non tamen indecens videbitur, si etiam ex ratione ipsius consequentiæ paucis agamus cum eis. Interrogamus ergo eos si norunt quæ ratio apud homines virtutis ac malitiæ habeatur, et si videtur consequens esse, ut virtutes dicamus in Deo, vel, ut ipsis videtur, in duobus istis diis. Respondeant hoc quoque: si videtur eis bonitas virtus (84) esse aliqua, quod puto sine dubio fatebuntur, quid etiam dicent de justitia? Nunquam profecto, ut mihi videtur, ita desipient, ut justitiam negent esse virtutem. Ergo si bonum virtus, et justitia virtus est, sine dubio justitia bonitas est (85). Si vero dixerint non esse bonum justitiam, superest ut aut malum sit, aut indifferens. Et quidem dicentibus malum esse justitiam respondere ineptum puto. Videbor enim vel insanis sermonibus, vel mente motis hominibus respondere. Malum enim quomodo videbitur id quod bonis bona retribuere potest, sicut etiam ipsi fatentur? Si vero indifferens dixerint, consequens est ut cum justitia indifferens sit, et sobrietas et prudentia et omnes reliquæ virtutes indifferentes habeantur. Et quid respondebimus Paulo dicenti: « Si qua virtus, si qua laus, hæc cogitate quæ didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me [98]? » Discant ergo perscrutantes Scripturas divinas, quæ sunt singulæ virtutes, et non subripiant in hoc quod dicunt, quia is Deus qui unicuique secundum meritum retribuit, odio malorum retribuit (86) malis mala, et non pro eo quod austerioribus curari indigent medicamentis hi qui deliquerunt, et propterea (87) his adhibet ea quæ emendationis prospectu ad præsens videntur sensum doloris inferre. Non legunt (88) quid scriptum sit de spe illorum qui in diluvio perempti sunt, de qua spe Petrus ipse in prima Epistola sua ita ait: « Quia Christus mortuus quidem est carne, vivificatus autem spiritu: in quo pergens prædicavit his spiritibus qui in carcere tenebantur, qui increduli fuerant aliquando cum exspectarent Dei patientiam in diebus Noe cum fabricaretur arca, in qua pauci,

[95] Matth. xxv, 41. [96] Matth. xi, 21. [97] Matth. xxii, 12, 13. [98] Phil. iv, 8, 9.

(79) Sic mss. Alias, « tam pœnale, tam triste secundum sensum eorum. »

(80) *Ac fines earum fuisset ingressus.* Hæc desunt in antea editis, sed habentur in omnibus mss.

(81) Sic recte mss.; libb. editi, « vitæ. » Paulo post mss., « huc intrasti. » Libb. editi, « introisti huc. »

(82) Ita mss. Libb. editi, « nunquid non ille est... invitare jusserat. »

(83) Sic mss. Libb. editi: « Quid illud est quod justo Dei judicio objicitur? Imo quid tale est quod in Deo legis criminatur? »

(84) *Bonitas virtus.* Desiderantur in antea editis, sed habentur in omnibus mss.

(85) *Sine dubio justitia bonitas est.* Hæc etiam desunt in antea editis, quamvis reperiantur in omnibus mss.

(86) *Odio malorum retribuit.* Hæc quoque desiderantur in antea editis, sed habentur in mss.

(87) Ita mss. Libb. editi, « postea. » Paulo post mss., « de qua spe Petrus. » In editis deest, « spe. »

(88) Vide l. ii *Origenian.*, q. 11, n. 7.

id est octo animæ salvæ factæ sunt per aquam, quod et vos simili forma nunc baptisma salvos facit [99]. » De Sodoma autem et Gomorrha dicant nobis, si credunt creatoris Dei esse propheticas voces, ejus scilicet qui refertur super eos ignis et sulphuris imbrem pluisse: quid dicit de ipsis Ezechiel propheta? « Restituetur, inquit, Sodoma in antiquum [1]. » Quid autem affligens eos qui pœna digni sunt, non pro bono affligit? Qui etiam ad Chaldæam dicit: « Habes carbones ignis, sede super eos, ipsi erunt tibi adjutorio [2]. » Sed et de his qui in deserto ceciderunt, audiant quid in LXXVII psalmo, qui Asaph superscribitur, referatur; ait enim: « Cum occideret eos, tunc exquirebant eum [3]. » Non dicit, quia aliis interfectis alii requirebant eum, sed ait quia eorum qui occidebantur talis erat interitus, ut mortificati requirerent Deum. Ex quibus omnibus constat unum eumdemque esse justum et bonum legis et Evangeliorum Deum, et benefacere cum justitia et cum bonitate punire; quia nec bonum sine justo, nec justum sine bono dignitatem divinæ potest indicare naturæ. Addemus adhuc etiam hoc, versutiis eorum compellentibus nos: Si aliud est justum quam bonum, quoniam bono malum contrarium est, et justo injustum, sine dubio et injustum aliud erit quam malum; et sicut justus apud vos (89) non est bonus, ita neque injustus erit malus; et rursum, sicut bonus non est justus, ita et malus non erit injustus. Cui autem non videtur absurdum, ut Deo quidem bono contrarius sit malus, Deo autem justo quem inferiorem bono dicunt, contrarius nemo sit? Non enim sicut Satanas est qui malus dicitur, ita est alius aliquis qui dicatur injustus. Quid ergo est? Rescindamus ea quæ defendimus. Non enim poterunt dicere, quia malus non etiam injustus sit, et injustus malus. Quod si in istis contrariis indissociabiliter inhæret vel malo injustitia, vel injustitiæ malum, sine dubio et bonus indissociabilis erit justo, et justus bono; ut sicut unam eamdemque nequitiam malitiæ et injustitiæ dicimus, ita bonitatis ac justitiæ virtutem unam eamdemque teneamus.

4. Sed iterum ad Scripturæ nos revocant verba proferentes illam suam (90) famosissimam quæstionem. Aiunt namque: Scriptum est, quia « non potest arbor mala fructus bonos facere; ex fructu enim arbor cognoscitur [4]. » Quid ergo aiunt? Qualis arbor sit lex, ex fructibus suis, id est ex præceptorum sermonibus declaratur. Si enim bona inveniatur lex, sine dubio et qui dedit eam bonus Deus esse creditur. Si vero justa magis quam bona, justus etiam legislator putabitur Deus. Paulus apostolus nulla circuitione usus ait: « Lex ergo bona est, et mandatum sanctum et justum et bonum [5]. » Ex quibus est manifestum, quia Paulus non istorum litteras didicerat qui justum a bono separant (91), sed ab eo Deo fuerat instructus, et ejus Dei Spiritu fuerat illuminatus, qui simul et sanctus et bonus et justus est; per cujus ille Spiritum loquens, dicebat mandatum legis esse sanctum, et justum, et bonum. Et ut evidentius supra justitiam et sanctitatem bonitatem magis inesse ostenderet in mandato, repetito sermone, pro his tribus solam protulit bonitatem dicens: « Quod ergo bonum est,
89 mihi mors est? absit [6]. » Sciens quippe bonitatem genus esse virtutum, justitiam vero vel sanctitatem species generis, ideo cum in superioribus genus simul ac species nominasset, repetens sermonem ad solum genus retorsit. Sed et in consequentibus: « Peccatum, inquit, per bonum mihi operatum est mortem [7]. » In quo id per genus concludit, quod superius per species exposuerat. Hoc modo namque intelligendum est etiam illud quod dictum est: « Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, et malus de malo profert malum [8]. » Genus namque assumpsit etiam hic in bono (92) vel malo, ostendens sine dubio in bono homine esse et justitiam et sobrietatem et prudentiam et pietatem et omne quod vel dici bonum vel intelligi potest. Similiter etiam et malum hominem dixit, qui sine dubio esset injustus, et impurus, et impius, et omnia quæ per partes hominem malum deformant. Sicut enim sine his nequitiis nemo aliquem (93) malum hominem putat, nec esse malus potest, ita et sine illis virtutibus certum est quod nemo putabitur esse bonus. Superest eis adhuc etiam, illud, quod velut proprie sibi datum scutum putant, quod dixit Dominus in Evangelio: « Nemo bonus nisi unus Deus Pater [9], » dicentes hoc esse proprium vocabulum Patris Christi, qui tamen alius sit a creatore omnium Deo, cui creatori bonitatis (94) nullam dederit appellationem. Videamus ergo si in Veteri Testamento Deus prophetarum et mundi creator ac legislator non dicitur bonus. Et quid est quod in Psalmis dicit: « Quam bonus Israel Deus rectis corde [10]; » et: « Dicat nunc Israel quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus [11]. » Et in Lamentationibus Jeremiæ scriptum est: « Bonus Dominus his qui sustinent eum, animæ quærenti eum [12]. » Sicut ergo bonus in Veteri Testamento frequenter dicitur Deus, ita etiam justus in Evangeliis appellatur Domini

[99] I Pet. III, 18, 19, 20, 21. [1] Ezech. XVI, 53. [2] Isa. XLVII, 14, 15. [3] Psalm. LXXVII, 34. [4] Matth. VII, 18, et XII, 33. [5] Rom. VII, 12. [6] Ibid. 13. [7] Ibid. [8] Matth. XII, 35. [9] Luc. XVIII, 19. [10] Psal. LXXII, 1. [11] Psal. CXVII, 2. [12] Thren. III, 25.

(89) Sic mss. Libb. editi, « apud nos. » Paulo post mss., « cui autem non videbitur absurdum. » Libb. editi, « quomodo autem non erit absurdum. » Ibidem mss., « quem inferiorem bono dicunt. » Libb. editi, « quem inferiorem bono dicimus. »

(90) *Suam*. Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(91) Sic mss. Libb. editi, « separarent. »

(92) Sic mss. Libb. editi, « huic bono. »

(93) Sic mss. Libb. editi, « aliquis. »

(94) Libb. editi, « bonitas. »

nostri (95) Jesu Christi Pater. Denique in Evangelio secundum Joannem orans ipse Dominus noster ad Patrem dicit: « Pater juste, et mundus te non cognovit [13]. » Ne forte dicant, quia etiam mundi creatorem pro assumptione carnis Patrem vocabat, et ipsum justum nominabat, excluduntur ab eo sermone qui statim sequitur; ait enim: « Et mundus te non cognovit. » Secundum ipsos enim solum Deum bonum mundus ignorat. Nam conditorem suum verissime recognoscit, Domino ipso dicente, quia mundus quod suum est diligit. Aperte ergo ille quem putant bonum Deum, justus esse in Evangeliis dicitur. Ex otio sane licebit (96) plura testimonia congregare, sicubi in Novo Testamento Pater Domini nostri Jesu Christi justus appellatur, et etiam in Veteri Testamento cœli et terræ creator bonus dicitur, ut pluribus testimoniis convicti hæretici aliquando forte erubescant.

CAPUT VI.

De incarnatione Christi.

1. Tempus est his decursis repetere nos de incarnatione Domini et Salvatoris nostri, quomodo vel quare homo fuerit factus. Pro viribus igitur nostris perexiguis considerata ex operum suorum magis quam ex nostri sensus contemplatione, divina natura, intuitisque nihilominus creaturis ejus visibilibus, fide quoque invisibilibus contemplatis, quia non omnia vel oculis videre potest humana fragilitas, vel ratione complecti, pro eo quod omnium rationabilium infirmius et fragilius animal nos homines sumus; præstantiora enim sunt illa quæ vel in cœlo, vel super cœlos habentur; superest ut harum omnium creaturarum, et Dei, medium, id est mediatorem quæramus, quem Paulus apostolus primogenitum omnis creaturæ pronuntiat. Videntes quoque nos ea quæ de ejus majestate in Scripturis sanctis referuntur, et intuentes quod « imago invisibilis Dei, et primogenitus omnis creaturæ dicatur, et quod in ipso creata sunt omnia visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum et in ipso creata sunt; et ipse (97) est ante omnes, et omnia illi constant [14], » qui est caput omnium, solus habens caput Deum Patrem; scriptum est enim: « Caput autem Christi Deus [15]; » pervidentes etiam quod scriptum est, quoniam (98) « nemo novit Patrem nisi Filius, neque quis novit Filium nisi Pater [16]; » (quis enim potest nosse quæ sit sapientia, nisi qui genuit eam? Aut quis ad liquidum quæ sit veritas novit nisi veritatis pater? Quis certe uni- A versam verbi sui naturam, atque ipsius Dei quæ ex Deo est, investigare potuit, nisi solus Deus apud quem erat Verbum?) pro certo habere debemus quod hoc Verbum, sive ratio dicenda est, hanc sapientiam, hanc veritatem, nullus alius nisi solus (99) Pater novit, de quo scriptum est: « Ne ipsum quidem mundum capere arbitror libros qui scribentur [17]; » de gloria scilicet et majestate Filii Dei. Impossibile namque est litteris committere ea quæ ad Salvatoris gloriam pertinent. His igitur tantis ac talibus (1) de natura Filii Dei consideratis, cum summa admiratione obstupescimus quod eminens omnium ista natura exinaniens se de statu majestatis suæ homo factus sit, et inter homines conversatus, sicut gratia labiis ejus infusa testatur, B et sicut testimonium ei reddit Pater cœlestis, et ut signis quoque et prodigiis variis virtutibusque ab eo gestis confirmatur. Qui etiam ante præsentiam suam hanc quam ostendit in corpore, præcursores suos et nuntios adventus sui misit prophetas; post ascensionem vero suam in cœlos, sanctos **90** apostolos divinitatis suæ virtute repletos homines vel ex publicanis vel ex piscatoribus imperitos et indoctos circuire fecit orbem terrarum, ut ex omni genere atque ex omnibus populis piorum plebem in se credentium congregarent.

2. Verum ex omnibus de eo miraculis et magnificentiis illud penitus admirationem humanæ mentis excedit, nec invenit mortalis intelligentiæ fragi- C litas quomodo sentire vel intelligere possit, quod tanta illa potentia divinæ majestatis, ipsum illud Verbum Patris, atque ipsa sapientia Dei, in qua creata sunt omnia visibilia et invisibilia, intra circumscriptionem ejus hominis qui apparuit in Judæa, fuisse credenda sit; sed et ingressa esse Dei sapientia vulvam feminæ, et nasci parvulus, et vagitum emittere ad similitudinem plorantium parvulorum; tum deinde quod in morte conturbatus refertur, ut ipse etiam profitetur dicens: « Tristis est anima mea usque ad mortem [18]; » et ad ultimum quod usque ad eam quæ inter homines indignissima habetur, adductus est mortem, licet post tertiam surrexerit diem (2). Cum ergo in eo quædam ita videamus humana ut nihil a communi morta- D lium fragilitate distare videantur, quædam ita divina, ut nulli alii nisi illi primæ et ineffabili naturæ conveniant deitatis, hæret humani intellectus angustia, et tantæ admirationis stupore percussa quo declinet, quid teneat, quo se convertat, ignorat (3). Si Deum sentiat, mortalem videt; si homi-

[13] Joan. XVII, 25. [14] Coloss. I, 15, 16, 17. [15] I Cor. XI, 3. [16] Matth. XI, 27. [17] Joan. XXI, 25. [18] Matth. XXVI, 38.

(95) *Nostri*. Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(96) Ita omnes codd. mss., editi vero, « licebat. »

(97) Sic mss. Libb. editi, « omnia per ipsum facta sunt et in ipso et ipso, » etc. Paulo post lib. editi, « cum solus habeat caput Deum Patrem. » Mss. « solus habens caput Deum Patrem. »

(98) Sic mss. Libb. editi, « quomodo. »

(99) *Solus*. Desideratur in antea editis, sed habetur in mss.

(1) *His igitur tantis ac talibus*. Sic mss. Libb. editi, « his igitur transactis ac talibus. »

(2) Ita mss. Alias, « habebatur... licet tertia die resurrexerit. »

(3) Sic recte mss. Alias, « primo et ineffabili in

nem putet, devicto mortis imperio cum spoliis redeuntem a mortuis cernit. Propter quod cum omni metu et reverentia contemplandum est, ut in uno eodemque ita utriusque naturæ veritas demonstretur, ut neque aliquid indignum et indecens in divina illa et ineffabili substantia sentiatur, neque rursum quæ gesta sunt, falsis illusa imaginibus existimentur. Quæ quidem in aures humanas proferre, et sermonibus explicare, longe vires vel meriti nostri, vel ingenii ac sermonis excedit. Arbitror autem quia etiam sanctorum apostolorum supergrediatur mensuram; quinimo etiam fortassis totius creaturæ cœlestium virtutum eminentior est sacramenti istius explanatio. De quo nos non temeritate aliqua, sed quoniam (4) ordo loci deposcit, ea magis quæ fides nostra continet, quam quæ humanæ rationis assertio vindicare solet, quam paucissimis proferemus, suspiciones potius nostras quam manifestas aliquas affirmationes in medium proferentes.

3. Igitur Unigenitus Dei per quem omnia facta esse visibilia et invisibilia in superioribus (5) sermo disputationis edocuit, secundum Scripturæ sententiam et fecit omnia, et quæ fecit, diligit. Nam cum invisibilis Dei ipse sit imago invisibilis, participationem sui universis rationalibus creaturis invisibiliter præbuit, ita ut tantum ex eo unusquisque participii sumeret, quanto erga eum dilectionis inhæsisset affectu. Verum cum pro liberi arbitrii facultate (6) varietas unumquemque ac diversitas habuisset animorum, ut alius ardentiore, alius tenuiore et exiliore erga auctorem suum amore teneretur, illa anima de qua dixit Jesus, quia « Nemo auferet a me animam meam [19]; » ab initio creaturæ et deinceps inseparabiliter ei atque indissociabiliter inhærens (7), utpote sapientiæ et Verbo Dei et veritati ac luci veræ, et tota totum recipiens, atque in ejus lucem splendoremque ipsa cedens, facta est cum ipso principaliter unus spiritus, sicut et Apostolus his qui eam imitari deberent, promittit, quia « qui se jungit Domino, unus spiritus est [20]. » Hac ergo substantia animæ inter Deum carnemque mediante (non enim possibile erat Dei naturam corpori sine mediatore misceri) nascitur, ut diximus, Deus homo illa substantia media (8) exsistente, cui utique contra naturam non erat corpus assumere. Sed neque rursus anima illa, utpote substantia rationabilis, contra naturam habuit capere Deum, in quem, ut superius diximus, velut in Verbum et sapientiam et veritatem tota jam ces-

A serat. Unde et merito pro eo vel quod tota esset in Filio Dei, vel totum in se caperet Filium Dei, etiam ipsa cum ea quam assumpserat carne, Dei Filius et Dei virtus, Christus et Dei sapientia appellatur; et rursum Dei Filius per quem omnia creata sunt, Jesus Christus et Filius hominis nominatur. Nam et Filius Dei mortuus esse dicitur, pro ea scilicet natura quæ mortem utique recipere poterat; et Filius hominis appellatur, qui venturus in Dei Patris gloria cum sanctis angelis prædicatur. Et hac de causa per omnem Scripturam tam divina natura humanis vocabulis appellatur, quam humana natura divinæ nuncupationis insignibus decoratur. Magis enim de hoc quam de ullo alio dici potest, quod scriptum est, quia « erunt ambo in carne una, et

B jam non sunt duo, sed caro una [21]. » Magis enim Verbum Dei cum anima in carne una esse, quam vir cum uxore, putandum est. Sed et unus spiritus esse cum Deo, cui magis convenit, quam huic animæ quæ se ita Deo per dilectionem junxit, ut cum eo unus spiritus merito dicatur?

[Διὰ τοῦτο καὶ ἄνθρωπος γέγονε Χριστὸς, ἐξ ἀνδραγαθήματος τούτου τυχὼν, ὡς μαρτυρεῖ ὁ Προφήτης λέγων· « Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου ἔλαιον

C ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Ἔπρεπε δὲ τὸν μηδέποτε κεχωρισμένον τοῦ μονογενοῦς συγχρηματίσαι τῷ μονογενεῖ καὶ συνδοξασθῆναι αὐτῷ (9)·] Id est: *Idcirco et homo factus est Christus suo merito hoc sortitus, ut Propheta testatur dicens: « Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. » Decebat enim illum*

D *qui nunquam ab Unigenito separatus est, una cum Unigenito* (*Deum*) *appellari, et conglorificari.*]

4. Quod autem dilectionis perfectio, et meriti affectus sinceritas ei hanc inseparabilem cum Deo fecerit unitatem, ita ut non fortuita fuerit, aut

91 cum personæ acceptione animæ ejus assumptio, sed virtutum suarum ei merito delata, audi ad eam (10) Prophetam dicentem: « Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis [22]. » Dilectionis ergo merito ungitur oleo lætitiæ, id est anima Christi cum Verbo Dei Christus (11) efficitur.

Ungi namque oleo lætitiæ, non aliud intelligitur quam Spiritu sancto repleri. Quod autem « præ participibus » dixit, indicat quia non gratia Spiritus sicut prophetis ei data est, sed ipsius Verbi Dei in

[19] Joan. x, 18. [20] I Cor. vi, 17. [21] Gen. ii, 24; Marc. x, 8. [22] Psal. xliv, 8.

se conveniat deitati habere, humani intellectus angustia tantæ admirationis stupore percussa quo declinet, et quo se convertat ignorat. »

(4) Mss. « quoniam. » Alias, « quomodo. »

(5) Ita mss. Alias, « sunt visibilia, et invisibilia, ut in superioribus. »

(6) *Pro liberi arbitrii facultate.* Sic mss. Alias deest, « pro ».

(7) Vide l. ii *Origenian.*, q. 3, n. 6.

(8) Vox « media » deest in antea editis, quamvis reperiatur in omnibus mss.

(9) *Διὰ τοῦτο καὶ ἄνθρωπος*, etc. Græca hæc repræsentat Justinianus imperator ut erronea ad calcem epistolæ ad Menam. De hoc autem Origenis errore vide *Origenianorum* lib. ii, qu. 3, n. 6.

(10) Ita mss. Alias, « eum, » male.

(11) *Christus.* Sic mss. Alias, « unum. »

A ea substantialis inerat plenitudo, sicut et Apostolus dixit : « In quo inhabitat (12) omnis plenitudo divinitatis corporaliter [23]. » Denique propter hoc non solum dixit : « Dilexisti justitiam, » sed addit : « Et odisti iniquitatem [24]. » Odisse enim iniquitatem est illud quod Scriptura dicit de eo (13), quia « peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [25] ; » et quod ait : « Tentatus per omnia pro similitudine absque peccato [26]. » Sed et ipse Dominus dicit : « Quis vestrum arguet me de peccato [27] ? » Et iterum ipse dicit de se : « Ecce venit princeps mundi hujus, et in me non invenit quidquam [28]. » Quæ omnia nullum in eo peccati sensum indicant exstitisse. Quod ut propheta evidentius designaret, quia nunquam in eum iniquitatis B sensus intrasset, ait : « Priusquam sciret puer patrem aut matrem vocare, avertit se ab iniquitate [29]. »

5. Quod si alicui difficile videbitur, pro eo quod rationabilem animam esse in Christo supra ostendimus, cum (14) utique animarum naturam boni malique capacem per omnes disputationes nostras frequenter ostendimus, hoc modo rei hujus explanabitur difficultas. Naturam quidem animæ illius hanc fuisse quæ est omnium animarum, non potest dubitari ; alioquin nec dici anima potuit, si vere non fuit anima. Verum quoniam (15) boni malique eligendi facultas omnibus præsto est, hæc anima quæ Christi est (16), ita elegit diligere justitiam, ut pro immensitate dilectionis inconvertibiliter ei atque insepara- C biliter (17) inhæreret, ita ut propositi firmitas, et affectus immensitas, et dilectionis inexstinguibilis calor, omnem sensum conversionis atque immutationis abscinderet, et quod in arbitrio erat positum, longi usus affectu jam versum sit in naturam : ita et fuisse quidem in Christo humana et rationabilis anima credenda est (18), et nullum sensum vel possibilitatem eam putandum est habuisse peccati.

6. Ad pleniorem tamen rei explanationem non videtur absurdum, si etiam similitudine aliqua utamur, licet in re tam ardua, tamque difficili, ne exemplis quidem uti commodis copia est. Tamen ut absque aliquo præjudicio dicamus, ferri metallum capax est frigoris et caloris. Si ergo massa aliqua D ferri semper in igne sit posita, omnibus suis poris, omnibusque venis ignem recipiens, et tota ignis effecta, si neque ignis ab ea cesset aliquando, neque ipsa ab igne separetur, nunquidnam (19) dicemus hanc, quæ natura quidem ferri massa est, in igne positam et indesinenter ardentem posse frigus aliquando recipere? Quinimo, quod verius est, magis eam sicut in fornacibus sæpe fieri oculis deprehendimus, totam ignem effectam dicimus, quoniam nec aliud in ea nisi ignis cernitur ; sed et si quis contingere atque attrectare (20) tentaverit, non ferri, sed ignis vim sentiet. Hoc ergo modo etiam illa anima quæ, quasi ferrum in igne, sic semper in Verbo, semper in sapientia, semper in Deo posita est, omne quod agit, quod sentit, quod intelligit, Deus est ; et ideo nec convertibilis aut mutabilis dici potest, quæ inconvertibilitatem ex Verbi Dei unitate indesinenter ignita possedit. Ad omnes denique sanctos calor aliquis Verbi Dei putandus est pervenisse ; in hac autem anima ipse ignis divinus substantialiter requievisse credendus est, ex quo ad cæteros calor aliquis venerit. Denique quod dixit, quia « Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis [30], » ostendit quod aliter ista anima oleo lætitiæ, id est Verbo Dei et sapientia (21) ungitur, et aliter participes ejus, id est sancti prophetæ et apostoli. Illi enim in odore unguentorum ejus cucurrisse dicuntur : ista autem anima vasculum unguenti ipsius fuit, ex cujus fragrantia participantes digni quique prophetæ fiebant et apostoli. Sicut ergo aliud est unguenti substantia, aliud odor ejus ; ita aliud est Christus, et aliud participes sui. Et sicut vas ipsum quod substantiam continet unguenti (22), nullo genere potest aliquid recipere fœtoris ; hi vero qui ex odore ejus participant, si se paulo longius a fragrantia ejus removerint, possibile est ut incidentem recipiant fœtorem ; ita Christus, velut vas ipsum in quo erat unguenti substantia, impossibile fuit ut contrarium reciperet odorem. Participes vero ejus quam proximi fuerint (23) vasculo, tam odoris erunt participes et capaces.

92 7. Arbitror sane etiam Jeremiam prophetam intelligentem quæ sit in eo natura Dei sapientiæ, quæ etiam hæc esset quam pro salute mundi susceperat, dixisse : « Spiritus vultus nostri Christus Dominus, cui diximus quod in umbra ejus vivemus in gentibus [31]. » Pro enim eo quod sicut umbra corporis nostri inseparabilis est a corpore, et indeclinabiliter motus ac gestus corporis suscipit et gerit, puto eum animæ Christi opus ac motum qui ei inseparabiliter inhærebat, et pro motu ejus ac voluntate cuncta perpetrabat, ostendere volentem umbram Christi Domini hanc vocasse, in qua

[23] Coloss. II, 9. [24] Psalm. XLIV, 8. [25] Isa. LIII, 9. [26] Heb. IV, 15. [27] Joan. VIII, 46. [28] Joan. XIV, 30. [29] Isa. VIII, 4 ; VII, 16. [30] Psalm. XLIV, 8. [31] Thren. IV, 1.

(12) Sic mss. Alias, « habitat. »
(13) Sic mss. Alias, « illius est de quo Scriptura dicit : qui.... et de quo scriptum est tentatum. »
(14) *Cum.* Ita editi. Mss. vero, « quam. »
(15) Vide l. II *Origenian.*, q. 3, num. 6.
(16) Ita mss. Alias, « præsto est huic animæ quæ Christi est. »
(17) *Ei atque inseparabiliter.* Hæc desiderantur in antea editis, quamvis reperiantur in omnibus mss.
(18) Sic mss. Libb. editi, « ita ut fuisse quidem... credenda sit. »
(19) *Nunquidnam.* Ita mss. ; editi, « nunquam. »
(20) Sic mss. Alias, « tractare. »
(21) *Et sapientia.* Desideratur in antea editis, sed habetur in mss.
(22) *Unguenti.* Sic mss. Alias, « et unguentum. »
(23) Sic mss. Alias, « participes vero sui quam propinqui fuerint. »

umbra nos viveremus in gentibus. In hujus namque A assumptionis sacramento gentes vivunt, quæ imitantes eam per fidem veniunt ad salutem. Sed et David dicens: « Memor esto opprobrii mei, Domine, quo exprobraverunt me in commutationem Christi tui [32], » similia mihi videtur ostendere. Et Paulus quid aliud sentit, cum dicit: « Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo [33]? » Et quidem in alio loco dicit (24): « An documentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus [34]? » Et nunc Christum in Deo dicit absconditum. Cujus rei intellectus nisi talis aliquis indicetur (25), qualem per umbram Christi a propheta significatum esse supra diximus, fortassis etiam hunc sensum humanæ mentis excedit. Sed et quamplurima alia in Scripturis divinis de umbræ significantia videmus inserta, ut illud in B Evangelio secundum Lucam, cum dicit Gabriel ad Mariam: « Spiritus autem Domini superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi [35]. » Et Apostolus de lege dicit, quia « similitudini et umbræ deserviunt cœlestium [36] » hi qui carnalem habent circumcisionem. Et alibi dicitur: « Nonne umbra est vita nostra supra terram [37]? » Si ergo et lex quæ super terram, umbra est, et in umbra Christi vivimus inter gentes; videndum est ne harum omnium (26) veritas umbrarum in illa revelatione noscatur cum jam non per speculum et in ænigmate, sed facie ad faciem sancti quique gloriam Dei et rerum causas ac veritatem speculari merebuntur. Cujus veritatis accepto jam pignore per Spiritum sanctum, dicebat Apostolus: « Etiam si cognovi- C mus Christum secundum carnem aliquando, sed nunc jam non novimus [38]. » Hæc interim nobis ad præsens de rebus tam difficilibus disputantibus, id est de incarnatione et de deitate Christi occurrere potuerunt. Si quis sane melius aliquid poterit invenire, et evidentioribus de Scripturis sanctis assertionibus confirmare quæ dicit, illa potius quam hæc recipiantur.

CAPUT VII.

De Spiritu sancto.

1. Quia ergo post primas illas dissertationes quas de Patre et Filio et Spiritu sancto in initiis secundum quod res poposcerat, exposuimus, visum est rursum repetere nos debere, et ostendere quod Deus D idem esset creator mundi, et Pater Domini nostri Jesu Christi, id est legis et prophetarum atque Evangeliorum unus atque idem Deus; tum deinde etiam de Christo, quod is qui Verbum et sapientia Dei superius fuerat ostensus, etiam qualiter homo factus est in consequentibus debuit demonstrari; superest ut etiam de Spiritu sancto quam possumus breviter repetamus. Tempus ergo est nunc de Spiritu sancto nos pro viribus pauca disserere quem Dominus et Salvator noster in Evangelio secundum Joannem Paracletum nominavit [39]. Sicut enim idem ipse Deus, atque idem ipse Christus, ita idem Spiritus sanctus est qui in prophetis et in apostolis fuit, id est sive in illis qui ante adventum Christi Deo crediderunt, sive in his qui per Christum confugerunt ad Deum. Et duos quidem deos ausos esse hæreticos dicere, et duos Christos audivimus, duos autem Spiritus sanctos nunquam cognovimus ab aliquo prædicari (27). Quomodo enim hoc de Scripturis poterunt affirmare, aut quam differentiam dare poterunt inter Spiritum sanctum et Spiritum sanctum? si tamen diffinitio aliqua, aut descriptio inveniri potest Spiritus sancti. Nam ut concedamus Marcioni vel Valentino posse differentias deitatis inducere, et aliam boni naturam, aliam vero justi (28) describere, quid excogitabit, atque quid inveniet, ut differentiam Spiritus sancti introducat? Nihil ergo illos posse ad indicium qualiscunque differentiæ arbitror invenire.

2. Nos vero existimamus (29) quod participationem ejus similiter ut sapientiæ Dei et Verbi Dei absque ulla differentia creatura rationabilis omnis assumat. Video tamen quod præcipuus sancti Spiritus adventus ad homines post ascensionem Christi in cœlos magis quam ante adventum ejus declaretur. Antea namque solis prophetis, et paucis, si quis forte in populo meruisset (30), donum Spiritus sancti præbebatur; post adventum vero Salvatoris scriptum est adimpletum esse illud, quod dictum est in propheta Joele, quia « Erit in novissimis diebus, et effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt [40]; » quod utique tale est sicut illud quod ait: « Omnes gentes servient ei [41]. » Per gratiam **93** ergo Spiritus sancti cum reliquis quamplurimis etiam illud magnificentissimum demonstratur, quod ea quæ in prophetis scripta sunt, vel lege Moysi, pauci tunc, id est (31) ipsi prophetæ, et vix sicubi unus ex omni populo superare poterat intellectum corporeum, et majus aliquid, id est spiritale quid poterat intelligere in lege vel

[32] Psal. LXXXVIII, 51, 52. [33] Col. III, 3. [34] II Cor. XIII, 3. [35] Luc. I, 35. [36] Heb. VIII, 5. [37] Job VIII, 9. [38] II Cor. V, 16. [39] Joan. XIV, 26. [40] Joel II, 28. [41] Psal. LXXI, 11.

(24) Ita mss. Alias, « dicitur. »

(25) Sic mss. Alias, « judicetur. » Ibidem libb. editi, « signatum esse supra diximus. Fortassis etiam hoc sensum..... sed et quamplurima alia de Scripturis. » Mss., « significatum esse, » etc., ut in nostro textu.

(26) Sic libb. editi, aliquot vero mss., « ut harum omnium. »

(27) *Duos autem Spiritus sanctos nunquam cognovimus ab aliquo prædicari.* Contrarium tamen scripsit Origenes ad Titi III, 10, referente Pamphilo in *Apologia:* « Sed et sunt qui Spiritum sanctum alium quidem dicant esse qui fuit in prophetis, alium autem qui fuit in apostolis Domini nostri Jesu Christi. » Certe canone apostolico 41 damnatur qui baptizaverit in tres Filios aut in tres Paracletos; et capite secundo concilii Bracarensis primi anathemate feriuntur Gnostici quod in divinitate Trinitatem Trinitatis ponerent.

(28) Sic omnes codd. mss. Alias, « mali. »

(29) Vide l. II *Origenian.*, q. 2, n. 27 et 28.

(30) Sic iidem mss. Alias, « si qui forte in populo meruissent. »

(31) Ita mss. Alias, « iidem. »

prophetis; nunc autem innumeræ sunt multitudines credentium, qui licet non omnes possint per ordinem atque ad liquidum spiritalis intelligentiæ explanare consequentiam (32), tamen omnes persuasum habent, quod neque circumcisio corporaliter intelligi debeat neque otium Sabbati, vel sanguinis effusio pecoris, neque quod de his Moysi responsa darentur a Deo: qui utique sensus dubium non est quod Spiritus sancti virtute omnibus suggeratur.

3. Sicut autem multi sunt intellectus de Christo, qui utique quamvis sapientia sit, non tamen in omnibus sapientiæ agit aut obtinet vim, nisi in his qui in ipso sapientiæ student: neque cum medicus dicatur, erga omnes quasi medicus agit, sed erga illos tantum qui ægritudinis suæ intellecto languore confugiunt ad misericordiam ejus, ut possint consequi sanitatem; ita arbitror etiam de Spiritu sancto in quo omnis est natura donorum. Aliis namque præbetur per Spiritum sermo sapientiæ, aliis sermo scientiæ, aliis fides [42], et ita per singulos qui eum capere possunt, hoc efficitur, vel hoc intelligitur ipse Spiritus, quo indiget ille qui eum participare meruerit. Quas divisiones ac differentias non advertentes hi qui eum Paracletum in Evangelio audiunt nominari, neque considerantes ex quo opere vel actu Paracletus nominetur, vilibus eum nescio quibus spiritibus compararunt, et per hoc conturbare conati sunt Ecclesias Christi, ita ut dissensiones fratribus non modicas generarent. Evangelium vero tantæ eum potentiæ ac majestatis ostendit, ut dicat apostolos non posse capere adhuc ea quæ volebat docere eos Salvator, nisi cum advenerit (33) Spiritus sanctus, qui se eorum animabus infundens illuminare eos possit de ratione ac fide Trinitatis. Isti vero pro imperitia sui intellectus, quia non solum ipsi quod rectum est consequenter non valent exponere, sed ne his quidem quæ a nobis dicuntur, possunt audientiam commodare, minora quam dignum est de ejus divinitate sentientes, erroribus se ac deceptionibus tradiderunt, erratico magis spiritu depravati, quam sancti Spiritus institutionibus eruditi, secundum quod Apostolus dixit: « Doctrinam spirituum dæmoniorum sequentes prohibentium nubere ad interitum et ruinam multorum, et importune se abstinere a cibis, ut per ostentationem acrioris observantiæ seducant animas innocentum [43]. »

4. Oportet ergo nos scire quia Paracletus est Spiritus sanctus, docens majora quam voce proferri (34) possunt, et, ut ita dixerim, quæ ineffabilia sunt, et « quæ non licet homini loqui [44], » id est quæ indicari humano sermone non possunt. Quod autem ait « non licet, » pro eo quod « non potest, » dictum sentimus ab Apostolo, sicut et ibi, ubi ait (35): « Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt; omnia mihi licent, sed non omnia ædificant [45]. » Ea enim quorum potestas nobis est, propter quod habere ea possumus, licere nobis dicit. Paracletus vero quod dicitur Spiritus sanctus, a consolatione dicitur. Paraclesis enim Latine consolatio appellatur. Si quis namque de Spiritu sancto participare meruerit, cognitis ineffabilibus sacramentis consolationem sine dubio et lætitiam cordis assumit. Cum enim rationes omnium quæ fiunt, quare vel qualiter fiant, Spiritu indicante cognoverit, in nullo utique conturbari ejus anima poterit, aut ullum sensum mœroris (36) accipere; nec in aliquo terretur, cum Verbo Dei et sapientiæ ejus inhærens, Dominum Jesum dicit in Spiritu sancto (37). Verum quoniam Parocleti fecimus mentionem, et pro viribus nostris qualiter de eo sentiri debeat, exposuimus; dicitur autem etiam Salvator noster Paracletus in Epistola Joannis cum dicit: « Si quis nostrum peccaverit, Paracletum habemus apud Patrem Jesum Christum justum, et ipse est (38) propitiatio pro peccatis nostris [46]; » consideremus ne forte aliud hic significet hæc appellatio Paracleti de Salvatore, aliud de Spiritu sancto. Videtur enim de Salvatore Paracletus dici deprecator. Utrumque enim significat in Græco Paracletus, et deprecatorem, et consolatorem. Propter eum ergo qui subsequitur sermonem, quo ait: « Et ipse est repropitiatio pro peccatis nostris, » magis in Salvatore nomen Paracleti pro deprecatore intelligendum videtur; deprecari enim Patrem pro peccatis nostris (39) dicitur. De Spiritu sancto Paracletus consolator (40) debet intelligi pro eo quod consolationem præstat animabus, quibus aperte revelat sensum scientiæ spiritalis.

CAPUT VIII.

De anima.

1. Post hæc jam ordo deposcit nos etiam de anima generaliter inquirere, et ab inferioribus incipientes ad superiora conscendere. Esse namque animas in singulis quibusque animalibus, etiam in his quæ in aquis degunt, a nullo arbitror dubitari. Nam et **94** communis omnium hoc servat opinio,

[42] I Cor. XII, 8. [43] I Tim. IV, 1, 2. [44] II Cor. XII, 4. [45] I Cor. X, 22, 23. [46] I Joan. II, 1, 2.

(32) Sic mss. Alias, « neque ad liquidum.... explicare consequentiam. »

(33) Libb. editi, « adveniret. » Sed omnes mss., « advenerit. »

(34) *Proferri.* Ita recte mss. Alias, « fieri. » Mox mss., « quæ non licet homini loqui. » In editis pro « homini, » legitur, « hominibus. »

(35) Mss., « ibi ubi ait. » Alias, « alibi ait. »

(36) Sic mss. Alias, « timoris. »

(37) *Sancto.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(38) Ita mss. Alias, « apud Patrem nostrum, Jesum Christum, et ipse est. »

(39) Sic mss. Alias, « deprecatur enim Patrem pro peccatis nostris. »

(40) *Consolator.* Deest in antea editis, sed habetur in mss. Mox mss., « quibus aperte revelat. » Libb. editi, « quibus aperit et revelat. »

et confirmatio sanctæ Scripturæ auctoritatis accedit, cum dicitur, quia « fecit Deus cetos magnos, et omnem animam animantium repentium, quæ produxerunt aquæ secundum genus eorum [47]. » Ex communi vero rationis intelligentia confirmatur etiam ab his qui definitionem animæ certis determinant verbis. Definitur namque anima hoc modo, quia sit substantia φανταστικὴ et ὁρμητικὴ, quod Latine, licet non tam proprie explanetur, dici tamen potest sensibilis et mobilis. Quod utique convenit etiam de omnibus animalibus dici, et his quæ in aquis degunt; sed et in volucribus eadem definitio animæ convenienter ostenditur. Addidit sane Scriptura etiam alterius sententiæ auctoritatem, cum dicit : « Non manducabitis sanguinem, quia anima totius carnis sanguis ejus est, et non manducabitis animam cum carnibus [48]; » in quo evidentissime sanguinem omnium animalium animam eorum esse designat. Jam vero si quis requirat, quomodo animam omnis carnis sanguinem ejus esse dixit, de apibus, vespis, et formicis, et de his quæ in aquis sunt, ostreis, et cochleis, et quæcunque sunt alia (41) quæ carent sanguine, et esse animantia manifestissime demonstrantur; respondendum est, quoniam in hujuscemodi animantibus quam in cæteris vim habet rubri sanguinis vigor, hanc vim obtinet in istis humor iste qui inest in eis, licet alterius sit coloris, nihil enim refert qui sit color, dummodo substantia sit vitalis. De jumentis vero vel pecudibus quod animantia sint, etiam apud communem opinionem nulla dubitatio est. Evidens tamen est divinæ Scripturæ sententia, cum dicit Deus : « Producat terra animam vivam secundum genus, quadrupedia et repentia et bestias terræ secundum genus [49] (42). » Jam vero de homine quamvis nulli dubium sit, nec requirere aliquis possit; tamen et Scriptura divina designat, quod « Deus in faciem ejus inspiraverit spiramentum vitæ, et factus est homo in animam viventem [50]. » Superest de angelico ordine requirere, utrum et ipsi animas habeant (43), an animæ sint, vel de cæteris divinis cœlestibusque virtutibus, sed et de contrariis potestatibus. Auctoritatem quidem divinæ Scripturæ usquam nullam invenimus, quod vel angeli, vel si qui sunt divini spiritus ministri Dei, vel animas habere, vel animæ dicantur; animantia tamen esse a quamplurimis sentiuntur. De Deo autem (44) invenimus scriptum esse ita : « Et ponam animam meam super animam illam quæ manducaverit sanguinem, et eradicabo eam de populo suo [51]; » et A item alibi : « Neomenias vestras et sabbata et diem magnum acceptum non habeo. Jejunia et ferias et dies festos vestros odit anima mea [52]. » Et in XXI psalmo de Christo (certum est enim quia ex persona ipsius iste psalmus ascribitur, sicut Evangelium contestatur) ita dictum est : « Tu autem, Domine, ne longe facias auxilium tuum, ad defensionem meam respice, erue a framea, Deus, animam meam, et de manu canis unicam meam [53]. » Quamvis et multa alia sint testimonia de anima Christi in carne positi.

2. Sed de Christi quidem anima omnem nobis adimet quæstionem ratio incarnationis occurrens. Sicut enim vere carnem habuit, ita vere et animam habuit. De eo vero (45) quod Dei anima in Scri-B pturis nominatur, qualiter intelligi debeat, et sentire et proferre difficile est; semel enim simplicem illam naturam, et absque ullius adjectionis permistione profitemur; tamen quoquomodo sentiendum est, nominari interim Dei anima videtur; de Christo vero non dubitatur. Et ideo non mihi videtur absurdum (46) etiam de sanctis angelis cæterisque cœlestibus virtutibus tale aliquid vel dicere, vel sentire. Siquidem definitio illa animæ etiam in ipsos videtur incurrere. Quis enim rationabiliter sensibiles eos esse vel mobiles poterit denegare? Quod si recta ista videtur esse definitio, quod substantia rationabiliter sensibilis et mobilis anima dicatur, videtur hæc eadem (47) definitio C etiam ad angelos pertinere. Quid enim aliud in illis quam sensus rationabilis et motus est (48). Quorum autem una definitionis ratio est, horum sine dubio et eadem substantia est. Paulus sane esse quemdam animalem hominem significat [54], quem negat ea quæ sunt Spiritus Dei posse recipere; sed stultam dicit ei videri Spiritus sancti doctrinam, nec posse eum intelligere quod spiritualiter discernatur. Sed et in alio loco ait seminari corpus animale, et surgere corpus spiritale [55], ostendens in resurrectione justorum nihil animale futurum. Et ideo requirimus ne forte substantia aliqua sit quæ secundum hoc quod anima est, imperfecta sit. Verum utrum (49) propterea imperfecta sit quod a perfectione decidit, an talis a Deo D facta sit, cum per ordinem singula discuti cœperint, requiremus. Si enim animalis homo non recipit quæ sunt Spiritus Dei, et pro eo quod animalis est, melioris naturæ, id est divinæ, intelligentiam recipere non potest, hac fortassis de causa evidentius nos Paulus docere volens quid sit per

[47] Gen. I, 21. [48] Levit. XVII, 14. [49] Gen. I, 24. [50] Gen. II, 7. [51] Levit. XVII, 10. [52] Isa. I, 13, 14. [53] Psal. XXI, 20, 21. [54] I Cor. II, 14. [55] I Cor. XV, 44.

(41) Sic mss. Alias, « talia. »

(42) *Quadrupedia et repentia et bestias terræ secundum genus.* Hæc in antea editis omissa sunt, quamvis reperiantur in omnibus mss.

(43) *Utrum et ipsi animas habeant*, etc. Vide Huetium *Origenianorum* lib. II, quæst. 5, num. 6.

(44) *De Deo autem*, etc. Vide Huetium ibidem.

(45) Vide lib. II *Origenian.*, quæst. 5, num. 6.

(46) Sic mss. Alias, « et ideo non videbitur absurdum. »

(47) *Eadem.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(48) Mss., « et motus est. » Libb. editi, « commotus est. »

(49) *Verum utrum*, etc. Vide lib. II *Origenianorum*, quæst. 6, num. 4 et 5.

quod ea quæ sunt spiritus, id est spiritalia intelligere possumus, mentem magis quam animam Spiritui sancto conjungit et sociat. Hoc enim eum puto ostendere cum dicit: « Orabo spiritu, orabo (50) et mente, psalmum dicam spiritu, psalmum dicam et mente [56]. » Et non dicit quia anima orabo, sed spiritu et mente; et non dicit, anima psallam; sed spiritu psallam et mente.

95 3. Sed fortasse requiritur: Si mens est quæ spiritu orat et psallit, et ipsa est quæ et perfectionem percipit et salutem: quomodo dicit Petrus, « Percipientes finem fidei nostræ salutem animarum nostrarum [57]? » Si anima cum spiritu nec orat nec psallit, quomodo sperabit salutem? Aut si cum ad beatitudinem venerit, jam anima non dicetur? Sed videamus ne forte possit hoc modo responderi, quia sicut Salvator (51) venit salvare quod perierat, etiam cum salvatur, non est perditum quod prius perditum dicebatur; ita fortassis etiam hoc quod salvatur, anima dicitur; cum autem jam salva facta fuerit, ex perfectioris partis suæ vocabulo nuncupabitur (53). Sed et illud adjici posse videtur quibusdam; quia sicut hoc quod perditum est, erat sine dubio antequam periret, cum aliud nescio quid erat quam perditum, sicut erit (54) utique cum jam non est perditum: ita etiam anima quæ perisse dicitur, videbitur fuisse quid aliquando cum nondum perisset, et propter hoc anima diceretur (55), quæ rursum ex perditio-

A ne liberata potest iterum illud esse quod fuit antequam periret et anima diceretur. Sed et ex ipsa nominis animæ significatione quam in Græco indicat, visum est et nonnullis requirentibus curiosius posse non mediocrem (56) suggeri intellectum. Nam sermo divinus Deum ignem esse dixit cum ait: « Deus noster ignis est consumens [58]. » Sed et de angelorum substantia ita ait: « Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem [59]; » et alibi: « Apparuit angelus Domini in flamma ignis in rubo [60]. » Insuper etiam mandatum accepimus, ut simus spiritu ferventes [61]; per quod sine dubio igneum ostenditur et calidum Dei Verbum. Sed et Jeremias propheta audit ab eo qui sibi responsa dabat: « Ecce dedi verba mea in os tuum ignem [62]. »
B Sicut ergo Deus ignis est, et angeli flamma ignis, et sancti quique spiritu fervent; ita e contrario hi qui deciderunt a dilectione Dei, sine dubio refrixisse in charitate ejus ac frigidi facti dicendi sunt. Ait enim et Dominus, quia « propterea quod multiplicata est iniquitas, refrigescet charitas multorum [63]. » Sed et omnia quæcunque sunt quæ adversæ potestati in Scripturis sanctis comparantur, frigida semper inveniens diabolus dicitur: quo quid frigidius invenitur. Sed et in mari regnare dicitur draco. Serpentem namque et draconem, quod utique ad aliquem de malignis spiritibus retorquetur, et in mari propheta esse designat [64]. Et alibi dicit propheta: « Inducam gladium sanctum super dra-
C conem serpentem (57) fugientem, super draconem serpentem perversum, et interficiet eum [65]. » Et iterum ait: « Etiam si abscesserint ab oculis meis, et descenderint in profundum maris, ibi mandabo draconi et mordebit eos [66]. » Sed et in Job ipse rex esse omnium quæ in aquis sunt dicitur [67]. A Borea vero accendi mala super omnes qui habitant terram, propheta denuntiat [68]. Boreas autem ventus in Scripturis sanctis frigidus designatur, sicut scriptum est in Sapienti: « Frigidus ventus Boreas [69]. » Quod et ipsum sine dubio sentiendum est de diabolo. Si ergo ea quæ sancta sunt, et ignis et lumen et ferventia nominantur, quæ autem contraria sunt, frigida, et charitas multorum refrigescere (58) dicitur (59), requirendum est ne forte et nomen ani-
D mæ quod Græce dicitur ψυχή, a refrigescendo (60) de statu diviniore ac meliore, dictum sit, et translatum

HIER. INTERP.

Unde cum infinita cautione tractandum est, ne forte cum animæ salutem fuerint consecutæ, et ad beatam vitam pervenerint, animæ esse desistant.

[(52) Ὥσπερ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς ἦλθεν ὁ Σωτὴρ, ὅτε μέν τοι σώζεται τὸ ἀπολωλὸς, οὐκέτι ἐστὶν ἀπολωλὸς, οὕτως ἦν σῶσαι ἦλθε ψυχὴν ὡς σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, οὐκέτι μένει ψυχὴ ἡ σωθεῖσα ψυχὴ, οὔτε τὸ ἀπολωλός. Ἔτι βασανιστέον εἰ ὥσπερ τὸ ἀπολωλὸς ἦν ὅτε οὐκ ἀπολώλει, καὶ ἔσται ποτὲ ὅτε οὐκ ἔσται ἀπολωλὸς, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἦν ὅτε οὐκ ἦν ψυχὴ, καὶ ἔσται ὅτε οὐκ ἔσται ψυχή. I. e. *Sicut enim venit Dominus atque Salvator quærere et salvum facere quod perierat, ut perditum esse desistat; sic anima quæ perierat, et ob cujus salutem venit Dominus, cum salva facta fuerit anima, anima esse cessabit. Illud quoque pariter requirendum, utrum sicut perditum aliquando non fuit perditum, et erit tempus quando perditum non erit, sic aliquando anima fuerit non anima, et fore tempus quando nequaquam anima perseveret.*]

[56] I Cor. XIV, 15. [57] I Pet. I, 7. [58] Deut. IV, 24. [59] Hebr. I, 9. [60] Exod. III, 2. [61] Rom. XII, 11. [62] Jer. I, 9. [63] Matth. XXIV, 12. [64] Ezech. XXXII. [65] Isa. XXVII, 1. [66] Amos IX, 3. [67] Job XLI, 34. [68] Jer. I, 14. [69] Eccli. XLIII, 22.

(50) *Orabo.* Desideratur in editis, sed habetur in ms.

(51) Sic mss. Lib. editi, « potest hoc modo responderi, quia Salvator. »

(52) *Ὥσπερ σῶσαι*, etc. Græca hæc exstant ad calcem epistolæ Justiniani imperatoris ad Menam; Latina autem interpretatio in epistola sancti Hieronymi ad Avitum. Vide *Origenianorum* lib. II, quæst. 6, De anima.

(53) Sic mss. Alias, « jam nuncupatur. »

(54) Sic mss. Alias pessime, « succurrerit. »

(55) Sic mss. Alias, « dicetur. »

(56) *Non mediocrem.* Sic recte mss. Alias vero, « mediocrem. »

(57) *Serpentem.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(58) Sic mss. Alias, « quæ autem contraria frigida, et charitas peccato dicitur frigescere. »

(59) Vide lib. II *Origenian.*, q. 6, num. 5.

(60) Sic mss. Alias, « a frigesc. »

inde quod ex calore illo naturali et divino refrixisse videatur, et ideo in hoc quo nunc est statu, et vocabulo sita sit. Denique proprie laudabiliter animam poni in Scripturis sanctis, require si facile invenias; culpabiliter autem frequenter occurrit, ut ibi: « Anima mala perdit (61) eum qui possidet eam; » et « anima quæ peccat, ipsa morietur [70]. » Postea enim quam dictum est: « Omnes animæ meæ sunt, sicut anima patris, ita anima filii mea est [71]; » utique consequens videbatur ut diceret: Anima quæ agit justitiam, ipsa salvabitur; et anima quæ peccat, ipsa morietur. Sed nunc videmus quoniam quod culpabile quidem est, adjunxit ad animam: quod autem laude dignum erat, reticuit. **96** Videndum ergo est, ne forte, sicut diximus B ex ipso nomine declarari, ab eo quod refrixerit a fervore justorum et divini ignis participatione (63) ψυχή, id est anima appellata sit, nec tamen amisit facultatem restituendi se in illum statum fervoris, in quo ex initio fuit. Unde et Propheta tale aliquid videtur ostendere, cum dicit: « Revertere, anima mea, in requiem tuam [72]. » Ex quibus (64) omnibus C illud videtur ostendi, quod mens de statu suo ac dignitate declinans, effecta vel nuncupata est anima; quæ si reparata fuerit et correcta, redit in hoc ut sit mens.

[Παρὰ τὴν ἀπόπτωσιν (62) καὶ τὴν ψύξιν τὴν ἀπὸ τοῦ ζῆν τῷ πνεύματι, γέγονεν ἡ νῦν γενομένη ψυχὴ, οὖσα καὶ δεκτικὴ τῆς ἐπανόδου τῆς ἐφ' ὅπερ ἦν ἐν ἀρχῇ· ὅπερ νομίζω λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ Προφήτου ἐν τῷ· « Ἐπίστρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου· » ὥστε ὅλον τοῦτο εἶναι.

* Νοῦς πως οὖν γέγονε ψυχὴ, καὶ ψυχὴ κατορθωθεῖσα γίνεται νοῦς. *Ex eo quod decidit et refrixit a spiritali vita, facta est anima, quæ etiam in id quod ab initio fuit, redire potest. Quod a Propheta significari arbitror, dum ait: « Revertere, anima mea, in requiem tuam, » ut totum hoc sit.*

VERSIO HIER.

* Νοῦς, *id est, mens corruens facta est anima, et rursum anima instructa virtutibus mens fiet. Quod et de anima Esau scrutantes possumus invenire, propter antiqua peccata eum in deteriori vita esse damnatum. Et de cœlestibus requirendum est, quod non eo tempore quo factus est mundus, solis anima, vel quodcunque eam appellari oportet, esse cœperit, sed antequam lucens illud et ardens corpus intraret. De luna et stellis similiter sentiamus, quod ex causis præcedentibus,*

A *licet invitæ compulsæ sint subjici vanitati, ob præmia futurorum; non suam facere, sed Creatoris voluntatem, a quo in hæc officia distributæ sunt.*]

4. Quod si ita est, decessus ipse mentis ac devolutio videtur mihi quod non æqualis omnium sentiendus sit, sed vel plus vel minus in animam verti, et aliquas quidem mentes servare aliquid etiam prioris vigoris, aliquas vero aut nihil, aut exiguum aliquid. Unde inveniuntur quidam statim ab ineunte ætate ardentioris acuminis, alii vero tardioris, nonnulli autem obtusissimi et penitus indociles nasci. Verumtamen quod diximus (65), mentem in animam verti, vel si qua alia in hoc videntur aspicere, discutiat apud se qui legit diligentius et pertractet; a nobis tamen non putentur velut dogmata esse B prolata, sed tractandi more ac requirendi esse discussa. Addat autem et hoc qui legit ad tractatum, quod etiam de Salvatoris anima ex his quidem quæ in Evangelio scripta sunt, observatur, quod alia sunt quæ ei sub animæ nomine ascribuntur, et alia quæ sub Spiritus nomine deputantur. Nam cum passionem aliquam vel perturbationem sui vult indicare, sub animæ nomine indicat, ut cum dicit: « Nunc anima mea turbata est [73], » et: « Tristis est anima mea usque ad mortem [74], » et: « Nemo tollit animam meam (66); sed ego pono eam abs me [75]. » In manus autem Patris commendat non animam, sed spiritum; et cum carnem dicat infirmam, non animam promptam dicit, sed spiritum; unde videtur quasi medium quoddam esse anima inter carnem C infirmam et spiritum promptum.

5. Sed fortassis occurrat nobis aliquis ex his de quibus ipsi in nostris propositionibus admonuimus, et dicat: Quomodo ergo etiam Dei anima dicitur? Cui respondebimus hoc modo: quia sicut omnia quæ corporaliter (67) de Deo dicuntur, id est vel digiti, vel manus, vel brachia, vel oculi, vel pes, vel os, dicimus non hæc humana membra, sed virtutes ejus quasdam in his corporeorum membrorum appellationibus indicari; ita et esse aliquid aliud putandum est, quod (68) appellatione hac quæ anima Dei dicitur, indicatur. Et si fas est audere nos in tali re amplius aliquid dicere (69), potest fortasse anima Dei intelligi unigenitus Filius ejus. Sicut enim anima per omne corpus inserta movet D omnia et agitat quæ operatur universa; ita et unigenitus Filius Dei, qui est Verbum et sapientia ejus, pertingit et pervenit ad omnem virtutem Dei, insertus ei. Et fortassis ob hujus sacramenti indi-

[70] Eccli. VI, 4. [71] Ezech. XVIII, 4. [72] Psal. CXIV, 7. [73] Joan. XII, 27. [74] Matth. XXVI, 38. [75] Joan. X, 18.

(61) *Ibi: anima mala perdit.* Sic mss. In editis « ibi » omittitur, et pro « mala » legitur « male. »

(62) *Παρὰ τὴν ἀπόπτωσιν*, etc. Hæc habentur ad calcem epistolæ Justiniani ad Menam, Latina autem interpretatio partim exstat in epistola Hieronymi ad Avitum, ex qua palam est multa Rufinum interpretando omisisse.

(63) *Participatione.* Deest in antea editis, licet reperiatur in omnibus mss.

(64) Vide l. II *Origenian.*, q. 6, n. 4.

(65) Vide l. II *Origenian.*, q. 6, n. 12 et 13.

(66) *Et nemo tollit animam meam.* Hæc etiam desunt in antea editis, sed in omnibus habentur mss.

(67) *Corporaliter.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(68) *Aliquid aliud putandum est quod.* Sic mss. Lib. vero editi, « aliud putandum est quam quod, » etc.

(69) Caute lege.

cium (70) corpus in Scripturis vel dicitur Deus, vel describitur. Considerandum sane est, ne forte possit etiam pro hoc (71) anima Dei intelligi Unigenitus ejus, quoniam venit et ipse in locum hunc afflictionis, et in convallem fletus descendit, et in locum humiliationis nostræ; sicut dicit in Psalmo: « Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis [76]. » Denique scio quosdam exponentes illud quod in Evangelio a Salvatore (72) dictum est: « Tristis est anima mea usque ad mortem [77]; » interpretatos esse de apostolis, quos velut meliores reliquo corpore animam suam dixerit. Nam quia multitudo credentium corpus illius dicitur, apostolos velut reliquo corpore meliores animam intelligi debere dixerunt. Hæc prout potuimus de rationabili anima discutienda magis a legentibus quam statuta ac definita protulimus. De animabus vero pecudum cæterorumque mutorum sufficiant illa quæ absolute superius diximus.

97 CAPUT IX.

De mundo (73) *et motibus rationabilium creaturarum, vel bonarum, vel malarum, et de causis earum.*

1. Sed nunc ad propositæ disputationis ordinem revertamur, et intueamur creaturæ initium, quodcunque illud initium creantis Dei mens potuerit intueri.

[Ἐν τῇ ἐπινοουμένῃ (74) ἀρχῇ τοσοῦτον ἀριθμὸν τῷ βουλήματι αὐτοῦ ὑποστῆσαι τὸν Θεὸν νοερῶν οὐσιῶν, ὅσον ἠδύνατο διαρκέσαι· πεπερασμένην γὰρ εἶναι καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ λεκτέον, καὶ μὴ προφάσει εὐφημίας τὴν περιγραφὴν αὐτῆς περιαιρετέον. Ἐὰν γὰρ ᾖ ἄπειρος ἡ θεῖα δύναμις, ἀνάγκη αὐτὴν μηδὲ ἑαυτὴν νοεῖν· τῇ γὰρ φύσει τὸ ἄπειρον ἀπερίληπτον. Πεποίηκε τοίνυν τοσαῦτα ὧν ἐδύνατο περιδράξασθαι, καὶ ἔχειν αὐτὰ ὑπὸ χεῖρας, καὶ συγκροτεῖν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ πρόνοιαν· ὥσπερ καὶ τοσαύτην ὕλην κατεσκεύασεν ὅσην ἠδύνατο κατακοσμῆσαι. Id est: *In illo quod mente percipitur initio, tantum nu-* A *merum intelligibilium substantiarum voluntate sua constituit Deus, quanto poterat sufficere. Dicendum enim finitam esse Dei potentiam; nec sub obtentu laudis, tollenda ejus circumscriptio est. Etenim si infinita sit divina potentia, necesse est eam ne seipsam quidem intelligere: natura enim infinitum comprehendi non potest. Tanta igitur fecit, quanta poterat apprehendere, ac sub providentia sua continere; quemadmodum et tantam materiam* B *apparavit, quantam poterat exornare.*]

In illo ergo initio putandum est tantum numerum rationabilium creaturarum, vel intellectualium, vel quoquomodo appellandæ sunt quas mentes superius diximus (75), fecisse Deum quantum sufficere posse prospexit. Certum est quippe quod præfinito aliquo apud se numero eas fecit: non enim, ut quidam volunt, finem putandum est non habere creaturas; quia ubi finis non est, nec comprehensio ulla, nec circumscriptio esse potest. Quod si fuerit, utique nec contineri, vel dispensari a Deo quæ facta sunt, poterunt. Naturaliter nempe quidquid (76) infinitum fuerit, et incomprehensibile erit. Porro autem sicut Scriptura dicit: « In numero et mensura universa [78], condidit Deus, et idcirco numerus quidem recte aptabitur rationabilibus creaturis, vel mentibus, ut tantæ sint quantæ a providentia Dei dispensari, regi et contineri possint. Mensura vero materiæ corporali consequenter (77) aptabitur; quam utique tantam a Deo esse creatam credendum est, quantam sibi sciret ad ornatum (78) mundi posse sufficere. Hæc ergo sunt quæ in initio, id est ante omnia a Deo creata esse existimandum est. Quod quidem etiam in illo initio quod Moyses latentius introduxit, indicari putamus cum dicit: « In principio fecit Deus cœlum et terram [79]. » Certum est enim quia non de firmamento, neque de arida, sed de illo cœlo ac terra dicatur quorum cœlum hoc et terra quam videmus, vocabula postea mutuata C sunt.

2. Verum quoniam rationabiles istæ naturæ quas in initio factas supra diximus, factæ sunt cum ante non essent, hoc ipso quia non erant, et esse cœperunt, necessario convertibiles et mutabiles (79) substiterunt: quoniam quæcunque inerat substantiæ earum virtus, non naturaliter inerat, sed beneficio conditoris effecta. Quod ergo sunt, non est proprium, nec sempiternum, sed a Deo datum. Non enim semper fuit: et omne quod datum est, etiam auferri et recedere potest. Recedendi autem causa in eo erit, si non recte et probabiliter dirigitur motus animorum. Voluntarios enim (80) et liberos motus a se conditis mentibus D Creator indulsit, quo scilicet bonum in eis proprium (81) fieret, cum id voluntate propria servaretur; sed desidia et laboris tædium in servando bono, et aversio ac negligentia meliorum, initium dedit recedendi a bono. Recedere autem a bono,

[76] Psal. XLIII, 20. [77] Matth. XXVI, 33. [78] Sap. XI, 21. [79] Gen. I, 1.

(70) Ita mss. Alias, « et insertus est ei, et fortassis ad hujus Sacram. indicium, » etc.

(71) Sic mss. Libb. editi, « potest etiam per hoc. »

(72) Alias, « de Salvatore. » Sed mss. ut in nostro textu.

(73) *De mundo*, etc. In prioribus editionibus hæc verba series sunt præcedentis capitis, et caput nonum *De mundo* ibi tantum incipit, ubi nunc numerus tertius ponitur.

(74) Ἐν τῇ ἐπινοουμένῃ, etc. Hæc desumpta sunt ex epistola Justiniani imper. ad Menam in fine. Videsis *Origenian.* lib. II, q. 1, n. 1, 2, 3 et 4.

(75) Sic mss. Alias, « quomodolibet appellandæ sunt quas superius diximus. »

(76) Ita mss. Alias, « si quidquam, » etc.

(77) Libb. editi, « convenienter. » Mss., « consequenter. »

(78) Sic mss. Libb. editi, « ornamentum. »

(79) *Et mutabiles.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(80) Vide *Origenian.* l. II, q. 7, n. 14.

(81) Alias, « propositum. »

non aliud est quam effici in malo. Certum namque est malum esse bono carere. Ex quo accidit, ut in quanta mensura quis devolveretur a bono, in tantam mensuram malitiæ deveniret. In quo utique (82) pro motibus suis unaquæque mens vel amplius, vel parcius (83) bonum negligens, in contrarium boni quod sine dubio malum est, trahebatur. Ex quo videtur semina quædam et causas varietatis ac diversitatis ille omnium conditor accepisse, ut pro diversitate mentium, id est, rationabilium creaturarum, quam diversitatem ex ea causa quam superius diximus, putandæ sunt concepisse, varium ac diversum mundum crearet. Quod autem varium ac diversum dicimus, hoc est quod volumus indicare.

3. Mundum nunc dicimus, omne quod est super cœlos, vel in cœlis, vel super terram, vel in his qui inferi (84) appellantur, vel quæcunque usquam prorsus loca sunt, et hi qui in ipsis degere nominantur. Totum ergo hoc, mundus vocatur. In quo mundo quædam dicuntur esse supercœlestia, id est, in habitationibus beatioribus posita, et corporibus cœlestioribus ac splendentioribus induta (85), et in his ipsis multæ differentiæ ostenduntur; sicut, verbi causa, etiam Apostolus dicit, quod « alia sit gloria solis, alia lunæ, alia gloria stellarum; stella enim a stella differt in gloria[80] (86). » Quædam vero terrena dicuntur, et inter ipsa non parva est differentia, id est, inter homines; alii namque eorum **98** barbari, alii Græci; et barbarorum quidam immanes et feri, alii mitiores. Et quidam quidem legibus probatissimis utuntur, alii vilioribus vel asperioribus, alii quoque inhumanis et ferinis magis moribus quam legibus utuntur. Et quidam quidem statim ab initio nativitatis suæ humiliantur, et subjecti sunt, ac serviliter educantur, vel sub dominis, vel sub principibus positi, vel tyrannis, alii vero liberius et rationabilius educantur, alii sanis corporibus, nonnulli ægris statim a prima ætate, alii visu, alii auditu et voce decepti, nonnulli ita nati, alii statim post nativitatem hujuscemodi sensibus defraudati, vel certe jam adulta ætate tale aliquid passi. Et quid refert evolvere me omnes atque enumerare humanarum clades miseriarum, a quibus alii liberi, alii involuti sunt, cum possit unusquisque etiam apud semetipsum considerare de his singulis atque perpendere? Sunt et quædam invisibiles virtutes, quibus quæ super terram sunt, dispensanda commissa sunt; et non parva etiam in ipsis differentia credenda est, sicut

A et in hominibus invenitur. Sane apostolus Paulus esse quædam etiam inferna designat, et in ipsis simili modo sine dubio varietatis causa requirenda est. De mutis vero animalibus et volucribus, atque de his quæ in aquis habitant, requirere superfluum videtur: cum hæc non principalia, sed consequentia accipi debere certum sit.

4. Quoniam ergo omnia quæ facta sunt, per Christum et in Christo facta esse dicuntur (87), sicut et apostolus Paulus manifestissime designat dicens: « Quoniam in ipso et per ipsum creata sunt omnia, sive quæ in cœlo sunt, sive quæ in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive potestates, sive principatus, sive dominationes; omnia per ipsum et in ipso creata sunt[81]. » Sed et in B Evangelio Joannes nihilominus eadem ostendit, dicens: « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud Deum (88); omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil[82]. » Sed et in psalmo scriptum est quia « Omnia in sapientia fecisti[83]. » Quia ergo Christus sicut Verbum et sapientia est, ita etiam justitia est, consequens sine dubio erit, ut ea quæ in Verbo et sapientia facta sunt, etiam ea in justitia quæ est Christus, facta esse dicantur (89); quod scilicet in his quæ facta sunt, nihil injustum, nihil fortuitum videatur, sed omnia ita esse ut æquitatis ac justitiæ regula expetit, doceantur. Quomodo ergo tanta ista rerum varietas, C tantaque diversitas justissima et æquissima possit intelligi, certus sum humano ingenio vel sermone explicari non posse, nisi ipsum Verbum ac sapientiam et justitiam qui est unigenitus Filius Dei, prostrati ac supplices deprecemur, qui per gratiam suam sensibus se nostris infundens, obscura illuminare, clausa patefacere, pandereque dignetur arcana: si tamen inveniamur tam digne (90) vel petere, vel quærere, vel pulsare, ut vel petentes accipere mereamur, vel quærentes invenire, vel pulsantibus jubeatur aperiri. Non ergo freti nostro ingenio, sed ipsius sapientiæ auxilio quæ fecit universa, et justitiæ ejus quam inesse creaturis omnibus credimus, interim etiamsi asserere non valemus, ipsius tamen confisi misericordia inquirere perscrutarique D tentabimus quomodo ista tanta varietas mundi atque diversitas, omni justitia ac ratione (91) constare videatur. Rationem autem dico duntaxat generalem; nam specialem singulorum, et quærere imperiti est, et reddere velle dementis est.

[80] I Cor. xv, 41. [81] Coloss. i, 16. [82] Joan. i, 1, 2. [83] Psal. ciii, 24.

(82) Vide l. ii *Origenian.*, q. 12, n. 2.

(83) Priores editiones omittunt « vel parcius, » quod habetur in mss.

(84) Alias, « supra terram vel in his quæ inferi. » Sed mss. ut in nostro textu.

(85) Sic mss. Alias, « inclyta. »

(86) Alias, « claritate. » Paulo post mss., « id est inter homines. » Libb. editi, « sicut inter homines. »

(87) Sic mss. Alias, « quomodo..... facta esse videntur. »

(88) *In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum.* Hæc desiderantur in prioribus editionibus, licet habeantur in omnibus mss.

(89) Sic mss. Alias, « etiam ea justitia quæ est in Christo facta esse dicantur. »

(90) Mss., « tam digne. » Libb. editi, « eam digne. »

(91) Sic recte mss. Alias, « omnium justitiæ ratione. » Paulo post mss., « et quærere imperiti est. » Alias, « et quærere rationem imperitiæ est. »

5. Dicentibus autem nobis mundum istum in hac varietate positum, qua supra exposuimus a Deo factum, quem Deum et bonum et justum atque æquissimum dicimus, objicere hoc plurimi solent, et hi maxime qui ex schola Marcionis, et Valentini, et Basilidæ venientes, audierunt (92) diversas esse naturas animarum : quomodo justitiæ Dei conveniat mundum facientis, ut habitaculum aliis quidem in cœlis præbeat, et non solum his habitaculum melius præstet, verum etiam gradum aliquem celsiorem spectabilioremque (93) concedat, principatum aliis indulgeat, aliis potestates, dominationes quoque aliis tribuat, aliis amplissimas sedes cœlestium tribunalium præstet, eluceant alii rutilantius, et coruscent fulgore sidereo; aliis sit gloria solis, aliis gloria lunæ, aliis gloria stellarum (94); stella a stella in gloria differat[84]; et, ut simul ac breviter totum dicam, si creatori Deo nec voluntas summi bonique operis, nec perficiendi facultas deest, quid causæ exsistere potuit, ut naturas rationabiles creans, id est, quibus ut essent ipse exstitit causa, celsiores alios faceret, alios secundo, aut tertio, et multis jam inferiores gradibus deterioresque procrearet? Tum deinde objiciunt etiam de his quæ in terris sunt, quod aliis nascendi sors felicior evenerit, ut quis, verbi gratia, ex Abraham generetur, et ex repromissione nascatur, alius quoque ex Isaac et Rebecca[85], quique adhuc in ventre positus supplantat fratrem suum, et antequam nascatur, diligi dicitur a Deo. Vel hoc ipsum (95) omnino, quod in Hebræis quis nascitur, apud quos eruditionem divinæ legis inveniat; alius vero apud Græcos et ipsos sapientes, et non parvæ eruditionis homines, **99** jam vero alius apud Æthiopes, quibus vesci (96) humanis carnibus usus est; aut apud Scythas apud quos parricidium quasi ex lege geritur; vel apud Tauros, ubi hospites immolantur. Aiunt ergo nobis : Si hæc tanta rerum diversitas, nascendique conditio tam varia, tamque diversa, in qua causa utique facultas liberi arbitrii locum non habet (non enim quis ipse sibi eligit, vel ubi, vel apud quos, vel qua conditione nascatur); si ergo, inquiunt, hoc non facit naturæ diversitas animarum (97), id est, ut mala natura animæ ad gentem malam destinetur, bona autem ad bonas, quid aliud superest, nisi ut fortuito ista agi putentur et casu? Quod utique si recipiatur, jam nec a Deo factus esse mundus, nec a providentia ejus regi credetur, et consequenter nec Dei judicium de uniuscujusque gestis videbitur exspectandum. In qua re quæ sit quidem ad liquidum veritas rerum, illius est nosse solius qui scrutatur omnia, etiam alta Dei[86].

6. Nos vero quasi homines (ne hæreticorum insolentiam reticendo nutriamus), quæ pro viribus nostris occurrere nobis possunt, ad ea quæ obtenderunt, hoc modo respondebimus. Bonum esse et justum et omnipotentem Deum creatorem universorum, quibus valuimus ex divinis Scripturis assertionibus frequenter ostendimus. Hic cum in principio crearet ea quæ creare voluit (98), id est rationabiles naturas, nullam habuit aliam creandi causam nisi propter seipsum (99), id est bonitatem suam. Quia ergo eorum quæ creanda erant, ipse exstitit causa : in quo neque varietas aliqua, neque permutatio, neque impossibilitas inerat, æquales creavit (1) omnes ac similes quos creavit, quippe cum nulla ei causa varietatis ac diversitatis exsisteret. Verum quoniam rationabiles ipsæ creaturæ, sicut frequenter ostendimus, et in loco suo nihilominus ostendemus, arbitrii facultate donatæ sunt; libertas unumquemque (2) voluntatis suæ vel ad profectum per imitationem Dei provocavit (3), vel ad defectum per negligentiam traxit. Et hæc exstitit causa, sicut et antea jam diximus, diversitatis inter rationabiles creaturas, non ex conditoris voluntate vel judicio originem trahens, sed propriæ libertatis arbitrio. Deus vero cui jam creaturam suam pro merito dispensare justum videbatur, diversitates mentium in unius mundi consonantiam traxit, quo velut unam domum in qua inesse deberent non solum vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et alia quidem ad honorem, alia autem ad contumeliam, ex istis (4) diversis vasis, vel animis, vel mentibus ornaret, et has causas, ut ego arbitror, mundus iste suæ diversitatis accepit, dum unumquemque divina providentia (5) pro varietate motuum suorum, vel animorum proposi-

[84] I Cor. xv, 41. [85] Gen. xxv. [86] I Cor. ii, 10.

(92) Ita mss. Alias, « asserunt. »

(93) *Præstet, verum etiam gradum aliquem celsiorem spectabilioremque.* Sic mss.; in prioribus editionibus deest « præstet, » et pro « spectabiliorem, » legitur « spectaculum. »

(94) Sic mss. Alias, « et luceant : aliis rutilantiam, et coruscent fulgore sidereo. Alia sit gloria solis, alia lunæ, alia stellarum. »

(95) *Hoc ipsum.* Sic mss. Alias, « quid hoc sit. »

(96) *Vesci.* Deest in prioribus editionibus, sed habetur in mss.

(97) *Animarum, id est.* Hæc quoque desunt in libb. antea editis, sed habentur in mss. Ibidem mss., « bona autem ad bonas. » Alias, « bona autem ad bonos. »

(98) Vide l. ii *Origenian.*, q. 12, n. 2.

(99) *Aliam creandi causam, nisi propter seipsum.* Sic omnes codd. mss. In editis deest « aliam, » et pro « nisi propter seipsum » legitur « præter seipsum. »

(1) Libb. editi, « æquales creavit, » sed mss., « æqualiter. »

(2) Sic mss. Alias, « unumquodque. » Paulo post mss., « non ex conditoris voluntate. » Alias, « non ex creatoris voluntate. »

(3) Vide *Origenian.*, lib. ii, q. 7, n. 12.

(4) Libb. editi, « quædam ad honorem .... ut ex istis, » etc., sed mss. ut in nostro textu.

(5) *Unumquemque divinâ providentia.* Sic mss. In antea editis pro « unumquemque » legitur « unumquodque, » et deest « divina providentia. » Paulo post libb. editi, « sed secundum præcedentes cau-

tique dispensat. Qua ratione neque Creator injustus videbitur (6), cum secundum præcedentes causas pro merito unumquemque distribuit; neque fortuita uniuscujusque nascendi vel felicitas vel infelicitas putabitur, vel qualiscunque acciderit illa conditio, neque diversi creatores, vel diversæ naturæ credentur animarum (7).

7. Verum ne Scriptura quidem sancta videtur (8) mihi penitus arcani (9) hujus tacuisse rationem; sicut cum apostolus Paulus de Jacob et Esau disputans ait : « Cum enim nondum nati fuissent, neque egissent aliquid boni vel mali, ut propositum quod secundum electionem Dei factum est, permaneret, non ex operibus, sed ex eo qui vocavit, dictum est quia major serviet minori, sicut scriptum est : Jacob dilexi, Esau autem odio habui [87]. » Et post hæc sibi ipse respondet et dicit : « Quid ergo dicemus? Nunquid injustitia est apud Deum [88]? » Et ut nobis occasionem præstaret inquirendi de his et perscrutandi quomodo hæc non extra rationem fiant, respondet sibi ipsi, et ait (9*). Eadem namque, ut mihi videtur, quæ de Jacob et Esau quæstio proponitur, haberi etiam de cœlestibus omnibus et terrestribus creaturis et de infernis (10) potest. Et similiter mihi videtur, sicut ibi ait : « Cum enim nondum nati fuissent, neque aliquid egissent boni vel mali, » ita etiam de cæteris omnibus dici posse, « cum enim nondum creata essent, neque egissent aliquid boni vel mali (11) ut secundum electionem propositum Dei maneat » (sicut putant quidam), facta sunt illa quidem cœlestia, hæc autem terrestria, et alia inferna (12) « non ex operibus (ut putant illi), sed ex eo qui vocavit. Quid ergo dicemus, » si hæc ita sunt? « Ergo injustitia est apud Deum? Absit. » Igitur sicut de Esau et Jacob diligentius perscrutatis Scripturis invenitur, quia non est injustitia apud Deum, ut antequam nascerentur, vel agerent aliquid in vita hac, diceretur « quia major serviet minori ; » et ut invenitur non esse injustitia, quod et in ventre fratrem suum supplantavit Jacob, si ex præcedentis (13) videlicet vitæ meritis digne eum dilectum esse sentiamus a Deo, ita ut fratri præponi mereretur; ita etiam de cœlestibus

A creaturis, si advertamus quia ista diversitas non creaturæ principium, sed ex præcedentibus causis pro **100** meriti dignitate diversum singulis a conditore ministerii paratur officium, ex eo profecto quod unusquisque in eo quod mens creatus a Deo est (14) vel rationabilis spiritus, pro motibus mentis et sensibus animorum, vel plus vel minus sibi meriti paraverit, vel amabilis Deo, vel etiam odibilis exstiterit; cum tamen aliqui ex his qui melioribus meritis sunt ad exornandum mundi statum compati reliquis, et officium præbere inferioribus ordinentur (15), quo per hoc (16) et ipsi participes exsistant patientiæ Creatoris; secundum quod Apostolus ipse dicit : « Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecerit in

B spem [89]. » Observantes igitur istam sententiam quam Apostolus de nativitate Esau et Jacob exponens dixit : « Nunquid injustitia est apud Deum? Absit [90]; » etiam in omnibus creaturis rectum arbitror hanc eamdem debere sententiam custodiri; quoniam, sicut superius diximus, justitia debet Creatoris in omnibus apparere. Quæ, ut mihi videtur, ita demum lucidius ostendetur, si causas diversitatis unusquisque vel cœlestium, vel terrestrium, vel infernorum in semetipso præcedentes nativitatem corpoream habere dicatur. Verbo enim Dei et sapientia ejus (17) creata sunt universa, et per ipsius ordinata sunt justitiam. Per gratiam vero (18) misericordiæ suæ omnibus providet, atque omnes quibuscunque curari possunt remediis

C hortatur, et provocat ad salutem.

8. Sicut ergo dubium non est in die judicii futurum quod separentur boni a malis, et justi ab injustis, et singuli quique pro merito per ea loca quibus digni sunt, distribuantur judicio Dei, sicut Deo volente in consequentibus ostendemus; tale aliquid opinor etiam ante (19) jam factum. Omnia enim Deus et semper judicio agere ac dispensare credendus est. Illud quoque quod Apostolus docet, dicens : « In domo magna non sunt tantummodo vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et alia quidem ad honorem, alia autem ad contumeliam ; » et quod addit dicens : « Quia si quis se

D expurgaverit, erit vas in honorem (20) sanctifica-

[87] Rom. IX, 11, 12. [88] Ibid. 14. [89] Rom. VIII, 20. [90] Rom. IX, 14.

sas pro merito unicuique distribuit. » mss. ut in nostro textu.

(6) Vide l. II *Origenian.*, q. 7, n. 14.

(7) Sic recte mss. Alias mendose, « illa conditione qua diversi creatores et diversæ creaturæ creduntur animarum. »

(8) Vide l. II *Origenian.*, q. 7, n. 8.

(9) Ita mss. Libb. editi, « arcanam. » Ibidem mss., « disputans ait. » In editis deest, « ait. »

(9*) Manca phrasis videtur. Forte leg. — *et ait : « Absit. »* EDIT. PATROL.

(10) *De infernis*. recte mss, Corrupte vero editi, « formis. »

(11) *Ita etiam de cæteris omnibus dici posse : cum enim nondum creata essent, neque egissent aliquid boni vel mali.* Hæc desiderantur in prioribus editionibus, licet reperiantur in omnibus mss.

(12) Ita recte mss. Libb. autem editi, « sancta sunt ..... et infernalia. »

(13) *Si ex præcedentis*, etc. Ita mss. Alias, « sed ex præcedentis, » etc.

(14) Ita mss. Alias, « vel mens a Deo creatus est. »

(15) Sic recte mss. Libb. editi mendose, « eam tamen aliquis .... ad exornandum mundi statum compar reliquis et officium præbere inferioribus opinentur. »

(16) Vide l. II *Origenian.*, q. 8, n. 1.

(17) *Ejus*. Deest in editis, sed habetur in mss. Paulo post libri editi, « hortatur quia provocat ad salutem; » mss. ut in nostro textu.

(18) Vide l. II *Origenian.*, q. 7, n. 16.

(19) *Ante*. Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(20) *In honorem*. Id quoque deest in antea editis, licet reperiatur in mss.

tum, Domino utile ad omne opus bonum [91]; » sine A dubio illud ostendit, quia qui se expurgaverit in hac vita positus, ad omne bonum opus erit paratus in futuro; qui autem non se purgaverit, secundum quantitatem immunditiæ suæ erit vas ad contumeliam, id est, indignum. Ita ergo possibile est intelligi etiam antea fuisse vasa rationabilia vel purgata, vel minus purgata, id est quæ seipsa vel purgaverint, vel non purgaverint; et ex hoc unumquodque vas secundum mensuram (21) puritatis aut impuritatis suæ locum vel regionem, vel conditionem nascendi vel explendi aliquid in hoc mundo accepisse; quæ omnia Deus usque ad minimum (22) virtute sapientiæ suæ providens atque dignoscens, moderamine judicii sui æquissima retributione universa disponit, qualenus unicuique B pro merito vel succurri vel consuli deberet (23). In quo profecto omnis ratio æquitatis ostenditur, dum inæqualitas rerum retributionis meritorum (24) servat æquitatem. Quorum meritorum rationes per singulos quosque secundum veritatem et ad liquidum solus ipse cum unigenito Verbo ac sapientia sua et Spiritu sancto recognoscit.

CAPUT X.

De resurrectione et judicio, de igne inferni et pœnis.

1. Sed quoniam nos sermo commonuit de judicio futuro, et de retributione, ac suppliciis peccatorum, secundum quod comminantur sanctæ Scripturæ, et C ecclesiastica prædicatio continet, eo quod judicii tempore ignis æternus et tenebræ exteriores et carcer et caminus, et alia his similia peccatoribus præparata sint; videamus quid etiam de his sentire oporteat. Sed ut ad hæc competenti ordine veniatur, prius mihi videtur de resurrectione sermo movendus, ut sciamus quid est illud quod vel ad supplicium, vel ad requiem, vel ad beatitudinem veniet; de quo in aliis quidem libris quos de resurrectione scripsimus, plenius disputavimus, et quid nobis de hoc videretur, ostendimus. Sed et nunc propter consequentiam tractatus pauca inde repetere non videtur absurdum: maxime propter hoc quod offenduntur quidam in ecclesiastica fide, quasi velut stulte et D penitus insipienter de resurrectione credamus (25); præcipue hæretici, quibus hoc modo arbitror respondendum. Si confitentur etiam ipsi quia resurrectio sit mortuorum, respondeant nobis quid est quod mortuum est. Nonne corpus? Corporis ergo resurrectio fiet. Tum deinde dicant si utendum nobis putant (26) esse corporibus an non? Arbitror apostolo Paulo dicente quia « seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale [92], » istos negare non posse quod corpus resurgat, vel quia in resurrectione corporibus utamur. Quid ergo? Si certum est quod corporibus nobis utendum sit, et corpora quæ ceciderunt, resurgere prædicantur (non enim proprie resurgere dicitur, nisi id quod ante ceciderit), nulli dubium est idcirco ea resurgere, ut his iterum ex resurrectione induamur. Alterum ergo hæret ex altero. **101** Nam et si resurgunt (27) corpora, sine dubio ad indumentum nostri resurgunt; et si necesse est nos esse in corporibus, sicut certe necesse est, non in aliis quam in nostris corporibus esse debemus. Quæ si verum est quod resurgunt et spiritalia resurgunt, dubium non est quin abjecta corruptione, et deposita mortalitate resurgere dicantur a mortuis; alioquin vanum videbitur et superfluum resurgere quemquam a mortuis, ut iterum moriatur. Quod ita demum intelligi evidentius potest, si quis diligenter advertat (28), quæ sit animalis corporis qualitas, quæ in terram seminata spiritalis corporis reparet qualitatem. Ex animali namque corpore ipsa (29) virtus resurrectionis et gratia spiritale corpus educit, cum id ab indignitate transmutat ad gloriam.

2. Quoniam ergo hæretici eruditissimi sibi videntur et sapientissimi, interrogabimus eos, si omne corpus schema aliquod habet, id est habitu aliquo (30) deformetur. Et si quidem dixerint esse corpus quod non aliquo habitu deformetur, imperitissimi omnium atque insipientissimi videbuntur. Nullus enim hoc negabit, nisi sit ab omni eruditione penitus alienus. Si vero secundum id quod consequens est dixerint, quia omne corpus certo aliquo (31) habitu deformatur, requiremus ab eis si possunt nobis spiritalis corporis habitum demonstrare atque describere; quod utique nullo modo facere poterunt. Sed et differentias eorum qui resurgunt inquiremus ab eis. Quomodo ostendent verum esse illud quod dictum est quia « alia caro volucrum, alia piscium, et corpora cœlestia et corpora terrestria, sed alia quidem cœlestium gloria, alia vero terrestrium, alia gloria solis, alia lunæ, alia stellarum; stella a stella differt in gloria, ita et

[91] II Tim. II, 20, 21. [92] I Cor. XV, 44.

(21) Ita mss. Alias, « naturam. »
(22) Sic mss. Alias, « numerum. »
(23) Vide *Origenian.*, lib. II, q. 7, n. 14.
(24) *Meritorum.* Deest in prioribus editionibus, licet in omnibus reperiatur mss.
(25) *Quasi velut stulte et penitus insipienter de resurrectione credamus.* Quid de resurrectione docuerit Origenes, fuse disputatur *Origenianorum* libro II, quæstione nona.
(26) *Dicant, si utendum nobis putant.* Ita recte mss. In prioribus editionibus deest « dicant, » et pro « putant » legitur « putatur. »
(27) Sic mss. Alias, « etiamsi resurgant. » Paulo post, « sicut certe necesse est, » hæc desunt in libris editis, licet habeantur in omnibus mss. Ibidem mss., « Quæ si verum est quod resurgunt. » Alias, « quod si, » etc.
(28) Sic mss. Libb. editi, « si qui diligenter advertant. »
(29) *Ipsa.* Deest in libb. editis, sed habetur in mss.
(30) *Aliquo.* Deest in prioribus editionibus, licet habeatur in mss. Ibidem mss., « et si quidem dixerint esse corpus. » In libb. editis pro « esse » legitur « etiam. »
(31) *Aliquo.* Desideratur in prioribus editionibus, sed habetur in mss.

resurrectio mortuorum [93]? » Secundum istam ergo A consequentiam cœlestium corporum ostendant nobis differentias gloriæ (32) eorum qui resurgunt, et si ullo genere conati fuerint secundum cœlestium corporum differentias aliquam excogitare rationem, quæremus ab eis ut etiam secundum terrenorum corporum comparationem differentias resurrectionis assignent (33). Nos vero ita intelligimus, quod volens Apostolus describere quanta esset differentia eorum qui resurgent in gloria, id est sanctorum, comparationem cœlestium corporum sumpsit dicens: « Alia gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum [94]. » Et iterum volens differentias eorum docere (34), qui in hac vita non expurgati ad resurrectionem venient, id est peccatores, de terrenis sumit exemplum, dicens: « Alia corpora volucrum, alia piscium [95]. » Digne etenim sanctis cœlestia, terrena peccatoribus comparantur. Hæc quidem dicta sint adversus eos qui resurrectionem mortuorum, id est resurrectionem corporum negant.

3. Nunc vero sermonem convertimus ad nonnullos nostrorum, qui vel pro intellectus exiguitate, vel explanationis inopia, valde vilem et abjectum sensum de resurrectione corporis introducunt. Quos interrogamus, quomodo intelligant animale corpus gratia resurrectionis immutandum, et spiritale futurum; et quomodo quod in infirmitate seminatur, resurrecturum sentiant in virtute; quod in ignobilitate, quomodo resurgat in gloria; et quod in corruptione, quomodo ad incorruptionem transferatur. Quod utique si credunt Apostolo, quia corpus in gloria et virtute et incorruptibilitate resurgens, spiritale jam effectum sit, absurdum videtur et contra sensum Apostoli dicere id rursum carnis et sanguinis passionibus implicari, cum manifeste dicat Apostolus: « Quoniam caro et sanguis regnum Dei non possidebunt; neque corruptio incorruptionem (35) possidebit [96]. » Sed illud quomodo accipiunt quod dicit Apostolus: « Omnes autem immutabimur [97]? » Quæ utique immutatio secundum illum ordinem, quem superius docuimus, exspectanda est; in qua sine dubio dignum aliquid divina gratia sperare nos convenit (36); quod futurum credimus hoc ordine quo « nudum granum frumenti aut alicujus cæterorum » in terra seminatum describit Apostolus, cui « Deus dat corpus (37) prout vult [98], » cum primum granum ipsum frumenti mortuum fuerit. Ita namque etiam nostra corpora velut granum cadere in terram putanda sunt; quibus insita ratio (38) ea quæ substantiam continet corporalem, quamvis emortua fuerint corpora et corrupta atque dispersa, verbo tamen Dei ratio illa ipsa quæ semper in substantia corporis salva est, erigat ea de terra, et restituat ac reparet, sicut ea virtus quæ est in grano frumenti, post corruptionem ejus et mortem reparat ac restituit granum B in culmi corpus et spicæ (39). Et ita his quidem qui regni cœlorum hæreditatem consequi merebuntur, ratio illa reparandi corporis quam supra diximus, Dei jussu ex terreno et animali corpore corpus reparat spiritale, quod habitare possit in cœlis; his vero qui inferioris meriti fuerint, vel abjectioris, vel etiam ultimi et abstrusi, pro uniuscujusque vitæ atque animæ dignitate, etiam gloria corporis et dignitas datur; ita tamen ut
102 etiam eorum qui ad ignem æternum, vel ad supplicia destinandi sunt, per ipsam resurrectionis permutationem ita corpus incorruptum sit quod resurgit (40), ut ne suppliciis quidem corrumpi valeat et dissolvi. Si ergo ita se habet qualitas ejus corporis quod resurget a mortuis, videamus nunc C quid sibi velit ignis æterni comminatio (41).

(42) 4. Invenimus namque in Isaia propheta designari uniuscujusque proprium esse ignem quo punitur; ait enim (43): « Ambulate in lumine ignis vestri, et in flamma quam accendistis [99]. » Per quos sermones hoc videtur indicari, quod unusquisque peccatorum flammam (44) sibi ipse proprii ignis accendat (45), et non in aliquem ignem, qui antea jam fuerit accensus ab alio, vel ante ipsum substiterit, demergatur. Cujus ignis materia atque esca nostra sunt peccata, quæ ab apostolo Paulo ligna et fenum et stipula nominantur [1]. Et arbitror quod sicut in corpore escæ

[93] I Cor. xv, 39, 40, 41, 42. [94] Ibid., 41. [95] Ibid., 39. [96] Ibid., 50. [97] Ibid., 51. [98] Ibid., 37, 38. [99] Isa. L, 11. [1] I Cor. III, 12.

(32) *Gloriæ.* Deest etiam in prioribus editionibus, D sed habetur in mss.

(33) Sic recte omnes codd. mss. Editi vero: « Quæramus ab eis ut etiam terrenorum corporum comparationum differentias assignent. »

(34) Ita mss. Alias, « ostendere. »

(35) Sic mss. Libb. editi, « incorruptelam. » Ibidem libb. editi, « quomodo accipiunt: sed non omnes immutabimur. Quæ immutatio. » Sed mss. ut in nostro textu.

(36) Mendose in antea editis legitur, « dignum aliquid ex divina gratia sperantes non convenit. » Sed mss. veram lectionem restituunt.

(37) *Corpus.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(38) Sic mss. Libb. editi, « ratione. »

(39) Sic optime omnes codd. mss.; mendose autem libb. editi, « restituit vivum corpus et spicæ. »

(40) Sic mss. Alias, « ut resurgat. »

(41) Origenis sententiam de pœnis inferni investigat Huetius *Origenianorum* lib. II, quæst. 11. Illum videsis. Interim moneo hæc verba: « Quid sibi velit ignis æterni comminatio, » in prioribus editionibus finem esse capitis decimi, cui undecimum subnectitur cum hoc titulo: « De igne inferni et pœnis ejusdem; » sed in omnibus mss. sequentia verba, « invenimus namque in Isaia propheta, » continua serie post « comminatio » ponuntur sine ullo prævio titulo, quem idcirco expungendum esse duxi.

(42) Alias, cap. XI.

(43) *Ait enim.* Deest in antea editis, sed sic habetur in mss.

(44) Sic recte mss. Alias, mendose, « indicari peccator ut flammam, » etc. Ibidem libb. antea editi, « qui fuerat accensus ab alio. » Mss. ut in nostro textu.

(45) Cave.

abundantia et qualitas et quantitas cibi contraria (46) febres generant, et febres diversi modi vel temporis secundum eam mensuram qua intemperies collecta materiam suggesserit ac fomitem febrium; quæ materiæ qualitas ex diversa intemperie congregata, causa vel acerbioris morbi, vel prolixioris exsistit; ita anima cum multitudinem malorum operum (47) et abundantiam in se congregaverit peccatorum, competenti tempore omnis illa malorum congregatio effervescit ad supplicium, atque inflammatur (48) ad pœnas; cum mens ipsa, vel conscientia per divinam virtutem omnia in memoriam recipiens, quorum in semetipsa signa quædam et formas, cum peccaret, expresserat, et singulorum quæ vel fœde ac turpiter gesserat, vel etiam impie commiserat, historiam quamdam scelerum suorum ante oculos suos videbit expositam; tunc et ipsa conscientia propriis stimulis agitatur atque compungitur, et sui ipsa efficitur accusatrix et testis. Quod ita sensisse puto etiam Paulum apostolum cum dicit: « Inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die qua judicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum per Jesum Christum[1]. » Ex quo intelligitur quod circa ipsam animæ substantiam tormenta quædam ex ipsis peccatorum noxiis affectibus generantur.

5. Et ne satis tibi hujus rei intellectus difficilis appareat, considerari possibile est ex his passionum vitiis, quæ animabus accidere solent, id est, cum vel flammis amoris exuritur (49) anima, vel zeli, vel livoris ignibus maceratur; aut cum ira agitatur, vel cum insaniæ, vel tristitiæ immensitate consumitur, quomodo horum malorum nimietates aliquanti intolerabiliter ferentes, mortem subire, quam (50) hujuscemodi cruciatus perpeti, tolerabilius habuere. Requires sane si his qui vitiorum malis istis quæ supra diximus, irretiti sunt, nec emendationis aliquid in hac vita adhuc positi comparare sibimet potuerunt, et ita ex hoc mundo abscesserunt, sufficiat illis ad pœnam quod illis ipsis perdurantibus in se noxiis affectibus crucientur, id est, vel iræ, vel furoris, vel insaniæ, vel mœroris, quorum utique mortiferum virus nullo in hac vita emendationis medicamento mitigatum est; an his affectibus immutatis generalis pœnæ stimulis vexabuntur. Sed et aliam (51) suppliciorum speciem intelligi arbitror posse, quia sicut quidem sentimus soluta corporis membra atque a suis invicem divulsa compagibus immensi doloris generare cruciatum, ita cum anima extra ordinem atque compagem, vel eam harmoniam qua ad bene agendum et utiliter sentiendum a Deo creata est, fuerit inventa, nec sibimetipsi rationabilium motuum compagine consonare, pœnam cruciatumque putanda sit suimetipsius ferre dissidii, et inconstantiæ suæ, atque inordinationis sentire supplicium. Quæ animæ dissolutio atque divulsio cum adhibiti ignis ratione fuerit explorata, sine dubio ad firmiorem sui compaginem instaurationemque solidatur.

6. Multa sunt etiam alia quæ nos latent, quæ illi soli cognita sunt, qui est medicus animarum nostrarum. Si enim ad corporis sanitatem pro his vitiis quæ per escam potumque collegimus, necessariam habemus interdum austerioris ac mordacioris (52) medicamenti curam; nonnunquam vero, si id vitii qualitas depoposcerit, rigore ferri et sectionis asperitate indigemus; quod si etiam hæc supergressus fuerit morbi modus, ad ultimum conceptum vitium etiam ignis exurit; quanto magis intelligendum est et hunc medicum nostrum Deum volentem diluere vitia animarum nostrarum, quæ ex peccatorum et scelerum diversitate collegerant, uti hujuscemodi pœnalibus curis, insuper etiam ignis inferre supplicium his qui sanitatem animæ perdiderunt? Cujus rei **103** imagines etiam in Scripturis sanctis referuntur. Denique in Deuteronomio sermo divinus peccatoribus comminatur[2], quod febribus et frigoribus et aurigine punientur, et oculorum vacillationibus, et mentis alienatione, et paraplexia, et cæcitate, ac debilitate renum cruciandi sint. Si quis igitur ex otio de omni Scriptura congreget omnes languorum commemorationes, quæ in comminatione (53) peccatoribus velut corporearum ægritudinum appellationibus memorantur, inveniet quod animarum vel vitia, vel supplicia per hoc figuraliter indicentur. Ut autem intelligamus quia ea ratione qua medici adjutoria languentibus adhibent, ut per curas reparent sani-

[1] Rom. II, 15, 16. [2] Deut. XXVIII.

(46) *Contraria.* Deest in prioribus editionibus, sed habetur in mss. Paulo post mss., « intemperies collecta materiam suggesserit. » Alias pro « collecta » legitur « collectam. »

(47) *Ita anima cum multitudinem malorum operum*, etc. Hunc locum summatim refert Hieronymus epist. 94 ad Avitum his verbis: « Ignes quoque gehennæ et tormenta quæ Scriptura sancta peccatoribus comminatur, non ponit (Origenes) in suppliciis, sed in conscientia peccatorum, quando Dei virtute et potentia omnis memoria delictorum ante oculos nostros ponitur, et veluti ex quibusdam seminibus in anima derelictis, universa vitiorum seges exoritur, et quidquid feceramus in vita vel turpe vel impium, omnis eorum in conspectu nostro pictura describitur, ac præteritas voluptates mens intuens conscientiæ punitur ardore, et pœnitudinis stimulis confoditur. »

(48) Sic mss. Alias, « atque supplicium inflammatur. »

(49) *Vel flammis amoris exuritur.* Ita mss. In editis deest *vel* et *amoris*.

(50) Ita mss. Alias, « iræ agitatur insania vel tristitiæ immensitate consumitur, quoniam horum malorum duritjes aliquanti intolerabiliter ferentes mori quam, » etc.

(51) Sic mss. Alias, « aliorum. »

(52) Ita mss. Alias, « moderatioris. »

(53) In editis deest « in comminatione, » et legitur, « quæ de peccatoribus. »

tatem, etiam Deus agit circa eos qui lapsi sunt, et deciderunt in peccata, indicio est et illud (54), quod per Jeremiam prophetam jubetur calix furoris (55) Dei propinari omnibus gentibus ut bibant, et insaniant, et evomant[4]. In quo comminatur dicens[5], quia si quis noluerit bibere, non mundabitur. Ex quo utique intelligitur quod furor vindictæ Dei ad purgationem proficit animarum. Quoniam autem (56) et ea pœna quæ per ignem inferri dicitur (57), pro adjutorio intelligitur adhiberi, Isaias docet, qui de Israel quidem sic dicit : «Abluet Dominus sordes filiorum, vel filiarum Sion, et sanguinem expurgabit e medio ipsorum spiritu judicii et spiritu ustionis[6]. » De Chaldæis autem sic dicit (58) : « Habes carbones ignis, sede super eos, hi erunt tibi in adjutorio[7]. » Et in aliis dicit : « Sanctificabit Dominus in igne ardenti. Et in Malachia propheta dicit : « Sedens Dominus (59) conflabit, et purgabit, et fundet purgatos filios Juda[8]. »

7. Sed et illud quod de dispensatoribus non bonis in Evangelio dictum est[9], qui dividendi dicuntur, et pars eorum cum infidelibus poni, tanquam ea pars quæ ipsorum propria non sit, aliorsum sit mittenda (60), sine dubio genus aliquod indicat pœnæ eorum, quorum, ut mihi videtur, separandus ab anima spiritus indicatur. Qui spiritus si quidem divinæ naturæ, id est Spiritus sanctus intelligendus est, sentiemus hoc dictum de dono Spiritus sancti; quod, sive per baptismum, sive per gratiam Spiritus cum alicui sermo sapientiæ, vel sermo scientiæ, vel alterius cujusque datus est (61) doni, et non recte administratus, id est aut ad terram defossus est, aut in sudario colligatus, auferetur profecto ab anima donum Spiritus, et pars reliqua quæ superest, id est animæ substantia cum infidelibus ponetur, divisa ac separata ab eo Spiritu cum quo adjungens se Domino unus Spiritus esse debuerat. Si vero hoc non de Dei Spiritu, sed de animæ ipsius natura intelligendum est, pars ejus melior illa dicetur quæ ad imaginem Dei et similitudinem facta est; alia autem pars, ea quæ postmodum per liberi arbitrii lapsum contra naturam primæ conditionis et A puritatis assumpta est, quæ utique pars utpote amica et chara materiæ cum infidelium sorte mulctatur. Potest autem et tertio sensu illud intelligi de divisione ista (62), ut quoniam unicuique fidelium etiamsi minimus sit in Ecclesia, adesse angelus dicitur qui etiam semper videre faciem Dei Patris a Salvatore perhibetur[10], et hic utique unum erat cum eo qui præerat, si is per inobedientiam efficiatur indignus, auferri ab eo Dei (63) angelus dicatur, et tunc pars ejus, id est humanæ naturæ pars avulsa a Dei parte cum infidelibus deputetur, quoniam commonitiones appositi sibi a Deo angeli non fideliter custodivit.

8. Sed et exteriores tenebras, ut ego opinor, non B tam aerem aliquem obscurum et sine ullo lumine intelligendum puto, quam de his qui profundæ ignorantiæ tenebris immersi extra omne intelligentiæ lumen (64) effecti sunt. Videndum quoque est, ne forte etiam illud iste sermo significet, quod sicut sancti corpora sua, in quibus sancte et pure in hujus vitæ habitationibus vixerunt, lucida et gloriosa ex resurrectione suscipient, ita et impii quique qui in hac vita errorum tenebras et noctem (65) ignorantiæ dilexerunt, obscuris et atris post resurrectionem corporibus induantur, ut ea ipsa caligo ignorantiæ quæ in hoc mundo interiores eorum mentes obsederat (67), in futuro per exterius corporis appareat indumentum. Similiter quoque et de carcere sentiendum est. Sed sufficiant ista in præsenti loco, quæ interim nunc ut dicendi ordo servaretur, quam paucissimis dicta sunt.

HIERONYMI VERSIO. *Nisi forte corpus hoc* (66) *pingue atque terrenum caligo et tenebræ nominandæ* C *sunt, per quod consummato hoc mundo cum necesse fuerit in alium transire mundum, rursum nascendi sumet exordia.*

104 CAPUT XI.

De repromissionibus.

1. Videamus nunc breviter quid et de repromissionibus sentiendum sit (68). Certum est quia nullum

[4] Jer. xxv, 15. [5] Ibid., 28. [6] Isa. iv, 4. [7] Isa. xlvii, 14. [8] Malach. iii, 3. [9] Luc. xii, 46. [10] Matth. xviii, 10, 11.

(54) Sic omnes codd. mss. Alias, « et deciderunt in judicio. Est et illud, » etc.

(55) *Furoris*. Deest in prioribus editionibus, sed habetur in mss.

(56) Sic mss. Alias, « proficiet animarum. Quomodo autem, » etc.

(57) Cave.

(58) *Abluet Dominus sordes filiorum vel filiarum Sion, et sanguinem expurgabit e medio ipsorum spiritu judicii et spiritu ustionis. De Chaldæis autem sic dicit.* Hæc in prioribus editionibus omissa sunt, licet in omnibus habeantur mss.

(59) *Dominus*. Deest in antea editis, sed reperitur in mss.

(60) Ita mss. Alias, « cum infidelibus terræ poni tanquam ea quæ ipsorum propria non sit, cum aliorum partibus sit mittenda. »

(61) Sic mss. Alias, « et sermo scientiæ vel alicujus alterius datus est. » Paulo post mss., « auferetur profecto ab anima. » Alias, « auferatur ab D anima. »

(62) Vide lib. ii *Origenian.*, q. 5., n. 28.

(63) *Dei*. Deest in prioribus editionibus, sed habetur in mss. Paulo post libb. editi, « commonitio appositi sibi a Deo angeli non fideliter eum custodivit. » Mss. ut in nostro textu. Ibidem mss., « et sine ullo lumine. » In prioribus editionibus deest, « ullo. »

(64) *Omne intelligentiæ lumen*. Sic mss. Alias, « divinæ intelligentiæ lumen. »

(65) *Noctem*. Deest in antea editis, sed habetur in mss. Ibidem mss. « et atris. » Editi, « et tetris. »

(66) *Nisi forte corpus hoc*, etc. Hæc Hieronymus e lib. ii Περὶ ἀρχῶν affert in epistola ad Avitum, a Rufino autem interpolata et in alium sensum detorta fuisse palam est.

(67) Sic mss. Alias, « interiora eorum mentis obsederat. »

(68) *Quid et de repromissionibus sentiendum sit.* Vide *Origenianorum* lib. ii, quæst. 11.

animal omni modo otiosum atque immobile esse potest, sed omni genere moveri et agere semper et velle aliquid gestit; et hanc inesse naturam omnibus animantibus, manifestum puto. Multo magis ergo rationabile animal, id est, hominis naturam necesse est semper aliquid movere vel agere. Et si quidem immemor sui sit, et quid se deceat ignoret, circa usus corporales omnis sua movetur intentio, et per omnes motus suos erga voluptates suas ac libidines corporis occupatur; si vero talis sit qui in commune aliquid curare vel providere studeat, aut reipublicæ consulens, aut magistratibus parens, aut quidquid illud est quod in commune certe prodesse videatur, exercet. Jam vero si quis talis sit ut aliquid melius quam hæc quæ corporea videntur, intelligat, et sapientiæ et scientiæ operam habeat, sine dubio erga hujuscemodi studia omnem declinabit industriam, quo possit inquisita veritate rerum causas rationemque (69) cognoscere. Sicut ergo in hac vita alius quidem summum bonum corporis judicat voluptatem alius vero in commune consulere, alius studiis et intelligentiæ operam dare; ita requiramus in illa vita quæ vera est, quæ abscondita esse dicitur cum Christo in Deo [11], id est in illa æterna vita, si aliquis talis erit nobis vivendi ordo vel status.

2. Quidam ergo laborem quodammodo intelligentiæ recusantes, et superficiem quamdam legis litteræ consectantes, et magis delectationi suæ quodammodo ac libidini indulgentes, solius litteræ discipuli, arbitrantur repromissiones futuras in voluptate et luxuria corporis exspectandas (70); et propterea præcipue carnes iterum desiderant post resurrectionem tales quibus manducandi, et bibendi et omnia quæ carnis et sanguinis sunt, agendi nunquam desit facultas, apostoli Pauli de resurrectione spiritalis corporis sententiam non sequentes [12]. Quibus consequenter addunt et nuptiarum conventiones, et filiorum procreationes etiam post resurrectionem futuras, fingentes sibimetipsis Jerusalem terrenam urbem reædificandam lapidibus pretiosis in fundamenta ejus jaciendis (71), et de lapide jaspide muros ejus erigendos, et propugnacula ejus ex lapide crystallo; peribolum quoque habituram ex lapidibus electis et variis, id est jaspide et sapphiro, et chalcedonio, et smaragdo, et sardio (72), et onychino, et chrysolitho, et chrysopaso, et hyacintho, et amethysto. Quin etiam ministros deliciarum suarum dandos sibi alienigenas putant, quos vel aratores A habeant, vel structores parietum, a quibus diruta ipsorum et collapsa civitas exstruatur; et arbitrantur quod facultates gentium (73) accipiant ad edendum, et in divitiis eorum dominentur, ut etiam cameli Madian et Cedar veniant, et afferant eis aurum, et thus, et lapides pretiosos. Et hæc conantur auctoritate prophetica confirmare ex his quæ de Jerusalem repromissionibus scripta sunt; ubi etiam dicitur quia qui serviunt Domino, manducabunt et bibent, peccatores autem esurient et sitient: et quod lætitiam agent justi, impios vero mœror possidebit. Et de Novo quoque Testamento vocem proferunt Salvatoris, qua discipulis promittit de vini lætitia dicens: « Quia non bibam ex hoc jam usquequo bibam illud vobiscum novum in B regno Patris mei [13]. » Addunt quoque et illud, quod Salvator beatos dicit eos qui nunc esuriunt et sitiunt, pollicens eis quia saturabuntur [14]; et multa alia ex Scripturis exempla proferunt, quorum vim figuraliter intelligi debere non sentiunt. Tum vero secundum formam quæ in hac vita est, et secundum mundi hujus dispositiones dignitatum, vel ordinum, vel eminentias potestatum, reges se fore et principes arbitrantur, sicut sunt isti terreni, propter illud videlicet quod in Evangelio dictum est: « Eris (74) potestatem habens super quinque civitates [15]. » Et, ut breviter dicam, secundum vitæ hujus conversationem per omnia similia volunt esse omnia quæ de repromissionibus exspectantur, id est ut iterum sit hoc quod est. Hoc ita sentiunt qui C Christo quidem credentes, Judaico autem quodam sensu Scripturas divinas (75) intelligentes, nihil ex his dignum divinis pollicitationibus præsumpserunt.

3. Hi vero qui secundum apostolorum sensum theoriam Scripturarum recipiunt, sperant manducaturos quidem esse sanctos, sed panem vitæ qui veritatis et sapientiæ cibis nutriat animam, et illuminet mentem, et potet eam divinæ sapientiæ poculis, sicut dicit Scriptura divina (76): « Quia sapientia præparavit mensam suam, jugulavit victimas suas, miscuit in cratere vinum suum, et summa voce clamat: Divertite ad me, manducate panes quos paravi vobis, et bibite vinum quod D miscui vobis [16]. » Quibus sapientiæ escis nutrita mens ad integrum et perfectum, sicut ex initio factus est homo, ad **105** imaginem et similitudinem Dei reparetur; ut etiamsi quis ex hac vita minus

[11] Coloss. III, 3. [12] I Cor. XV, 44. [13] Matth. XXVI, 29. [14] Matth. V, 6. [15] Luc. XIX, 17. [16] Prov. IX, 1, 2, 3, 4, 5.

(69) *Rationemque*. Deest in libb. antea editis, sed reperitur in mss.

(70) Sic. mss. Alias, « futuras voluptates et luxurias corporis exspectandas. »

(71) Ita mss. Libb. editi, « ædificandam lapidibus pretiosis, eos in fundamenta jacentes. »

(72) *Et sardio*. Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(73) Ita mss. Alias, « eorum. » Ibidem mss., « ut etiam cameli Madian et Cedar veniant. » In editis deest, « etiam cameli Madian et Cedar. »

(74) Ita mss.; in editis deest, « eris. » Paulo post mss. « exspectantur, id est ut iterum sit hoc quod est. » Editi, « exspectant ut interim sit quod est. »

(75) *Divinas*. Deest in prioribus editionibus, sed habetur in mss.

(76) *Divina*. Desideratur etiam in prioribus editionibus, licet habeatur in mss. Ibidem, « jugulavit victimas suas; » hæc quoque desunt in antea editis, sed reperiuntur in omnibus mss.

eruditus (77) abierit, probabilia tamen opera detulerit, instrui poterit in illa Jerusalem sanctorum civitate, id est edoceri (78) et informari, et effici lapis vivus, lapis pretiosus et electus, pro eo quod fortiter et constanter pertulerit agones vitæ, et certamina pietatis; ibique hoc quod jam hic prædictum est, verius manifestiusque cognoscet, « quod non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. [17] » Sed et principes et rectores intelligendi sunt hi qui inferiores et regunt, et erudiunt, et edocent atque instituunt (79) ad divina.

4. Verum si minus videntur hæc sperantibus ea dignum mentibus incutere desiderium, paululum repetentes, quanquam naturalis sit et insita animæ rei ipsius cupiditas, inquiramus, ut ita demum (80) velut species ipsas panis vitæ et qualitatem vini ejus ac proprietatem principatuum, per theoriæ consequentiam describamus. Igitur sicut in artibus his quæ manu adimpleri solent, ratio quidem quid, vel qualiter, vel ad quos usus fiat, versatur in sensu, efficacia vero operis manuum ministerio explicatur; ita in operibus Dei quæ ab ipso facta sunt, sentiendum est, quod eorum quæ videmus ab eo facta, ratio et intelligentia manet in occulto. Et sicut ea quæ ab artifice facta sunt, cum oculus noster viderit, si quid præcipue fabrefactum prospexerit, continuo qualiter, vel quomodo, vel ad quos usus factum sit, ardet animus sciscitari; multo amplius et super omnem comparationem, eorum quæ a Deo facta pervidemus, ineffabili desiderio ardet animus agnoscere rationem. Quod desiderium, quem amorem sine dubio a Deo nobis insitum credimus; et sicut oculus naturaliter lucem requirit et visum, et corpus nostrum escas (81) et potum desiderat per naturam; ita mens nostra sciendæ veritatis Dei et rerum causas noscendi proprium ac naturale desiderium gerit. Accepimus autem a Deo istud desiderium, non ad hoc ut nec debeat unquam, nec possit expleri; alioquin a conditore Deo menti nostræ (82) frustra videbitur amor veritatis insertus, si nunquam desiderii compos efficitur. Unde et in hac vita qui summo labore piis studiis ac religiosis (83) operam dederint, quanquam parva quædam ex multis et immensis divinæ scientiæ capiant thesauris, tamen hoc ipsum quod animos suos mentemque erga hæc occupant, atque in hac semetipsos cupiditate præveniunt, multum utilitatis accipiunt ex hoc ipso quod animos suos ad inquirendæ veritatis studium amoremque convertunt, et paratiores eos

A faciunt ad eruditionis futuræ capacitatem; sicut cum aliquis velit imaginem pingere, si ante futuræ formæ lineamenta tenuis styli adumbratio designet (84), et superponendis vultibus capaces præparet notas, sine dubio per adumbrationem imposita præformatio ad suscipiendos veros illos colores jam paratior invenitur; sic modo adumbratio ipsa ac deformatio stylo (85) Domini nostri Jesu Christi in cordis nostri tabulis perscribatur. Et idcirco fortasse dicitur, « quia omni habenti dabitur et adjicietur [18]. » Unde constat habentibus deformationem quamdam in hac vita veritatis et scientiæ, addendam etiam esse pulchritudinem perfectæ imaginis in futuro.

5. Tale, opinor, indicabat desiderium suum ille B qui dicebat: « Coarctor autem ex duobus, desiderium habens dissolvi et cum Christo esse, multo enim melius [19]; » sciens quod tunc cum regressus esset ad Christum, omnium quæ geruntur in terris manifestius agnosceret rationes, vel de homine vel de anima hominis, vel de mente, vel ex quibuscunque illis qui sit spiritus qui inoperetur, qui sit quoque vitalis (86) spiritus, vel quæ sit gratia quæ datur fidelibus Spiritus sancti. Tunc quoque intelliget qui sibi videatur Israel, vel quæ diversitas gentium, quid etiam sibi velint Israel duodecim tribus, et quid singuli populi per singulas tribus. Tunc intelliget etiam de sacerdotibus et levitis, et de diversis sacerdotalibus ordinibus rationem, et cujus forma erat in Moyse, et nihilominus quæ sit veritas C apud Deum jubilæorum, et septimanas annorum (87); sed et festorum dierum et feriarum rationes videbit; et omnium sacrificiorum et purificationum intuebitur causas; quæ sit quoque ratio lepræ purgationis, et quæ lepræ diversæ, et quæ purgatio sit eorum qui seminis profluvium patiuntur, advertet; et agnoscet quoque quæ et quantæ qualesque virtutes sint bonæ, quæque nihilominus contrariæ, et qui vel illis affectus sit hominibus, vel istis contentiosa æmulatio. Intuebitur quoque quæ sit ratio animarum, quæve diversitas animalium, vel eorum quæ in aquis vivunt, vel avium, vel ferarum, quidve sit quod in tam multas species singula genera deducuntur, qui Creatoris prospectus, vel quis per hæc singula sapientiæ ejus tegitur sensus. Sed et D agnoscet qua ratione radicibus quibusdam vel herbis associantur quædam virtutes, et aliis econtrario herbis vel radicibus depelluntur; quæ ratio apostatarum angelorum, quæve causa quod iis qui

[17] Deut. VIII, 3. [18] Luc. XIX, 26. [19] Philipp. I, 23.

(77) *Ex hac vita minus eruditus.* Sic mss. Alias, « ex hoc minus eruditus. »

(78) In prioribus editionibus deest, « id est; » et pro « edoceri » legitur « doceri. »

(79) Sic mss. Alias, « docent atque instruunt. »

(80) Mss., « demum. » Editi, « deinde. »

(81) Sic mss. Alias, « ad visum et corpus nostrum escam, » etc.

(82) In antea editis pro « Deo » legitur « nostro, » et deest « menti nostræ »

(83) Mss., « religiosis. » Libb. editi, « religioni. »

(84) Libb. editi, « si ante formæ lineamenta tenui styli adumbratione designet. » Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(85) Libb. editi, « sicut modo adumbratio ipsa deformata stylo, » etc.

(86) Sic mss. Libb. editi, « qui sint spiritus qui operentur, qui sint, quive vitales. »

(87) Ita mss. Alias, « formæ erant : imo sentiet nihilominus quæ sit veritas jubilæorum et septimanarum annorum. » Paulo post infra mss., « Quæ et quantæ qualesque virtutes sint bonæ. » Libb. editi solum habent, « quales virtutes sint bonæ. »

eos non tota fide contempserint, vel adulari in aliquibus possunt (88), vel erroris causa **106** ac deceptionis exsistere. Sed et de singulis divinæ providentiæ judicium discet, de his quæ accidunt hominibus, quod non fortuito vel casu accidunt, sed ratione quadam tam examinata, tam ardua, ut eam non solum sanctorum, sed fortassis omnium hominum, ne numerus quidem prætereat capillorum, cujus providentiæ ratio perducatur usque ad duos passeres qui denario distrahuntur, sive spiritaliter, sive etiam secundum litteram passeribus intellectis. Nunc enim adhuc interim quæritur, tunc autem ibi jam manifeste videbitur (89). Ex quibus omnibus putandum est, quod interim non parum temporis transeat usquequo eorum tantummodo quæ super terram sunt ratio post vitæ abscessum dignis et benemeritis ostendatur, ut per eorum omnium agnitionem et plenæ scientiæ gratiam, lætitia inenarrabili perfruantur. Tum deinde si aer iste qui inter cœlum et terram est, non est vacuus ab animantibus, et animantibus rationabilibus, sicut et Apostolus dixit: « In quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus (90) spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiæ [20]; » et iterum ait: « Rapiemur in nubibus obviam Christo in aera, et ita semper cum Domino erimus [21]. »

6. (90*) Putandum est igitur quod tandiu sancti ibi permaneant, usquequo utriusque modi rationem dispensationis eorum quæ in aere geruntur, agnoscant. Quod autem dixi utriusque modi, hoc est: verbi gratia, cum in terris essemus, vidimus vel animalia, vel arbores, et differentias eorum prospeximus, sed et diversitatem quamplurimam inter homines; verum videntes hæc, rationem eorum non intelleximus, sed hoc nobis tantum ex ipsa quam vidimus diversitate suggestum est, ut inquiramus et perscrutemur qua ratione ista omnia vel diversa fuerint creata, vel varie dispensentur, et concepto in terris hujuscemodi agnitionis (91) vel studio, vel amore, dabitur nobis post exitum etiam cognitio ejus et intelligentia; si tamen res procedat ex voto. Cum ergo comprehenderimus integre ejus rationem, tunc utroque modo comprehendemus ea quæ vidimus super terram. Tale ergo aliquid etiam de aerea sede dicendum est. Puto enim (92) quod

A sancti quique discedentes de hac vita permanebunt (93) in loco aliquo in terra posito, quem paradisum dicit Scriptura divina, velut in quodam eruditionis loco, et, ut ita dixerim, auditorio vel schola animarum in quo de omnibus his quæ in terris viderant, doceantur, indicia (94) quoque quædam accipiant etiam de consequentibus et futuris, sicut in hac quoque vita positi indicia (95) quædam futurorum, licet per speculum et ænigmata, tamen ex aliqua parte conceperant, quæ manifestius et lucidius sanctis in suis et locis et temporibus revelantur. Si quis sane mundus corde, et purior mente, et exercitatior sensu fuerit, velocius proficiens, cito ad aeris locum ascendet, et ad cœlorum regna perveniet per locorum singulorum, ut ita dixerim, B mansiones; quas Græci quidem sphæras, id est globos appellaverunt, Scriptura vero divina cœlos nominat; in quibus singulis primo quidem perspiciet ea quæ ibi geruntur, secundo vero etiam rationem quare gerantur agnoscet; et ita per ordinem digredietur (96) singula, sequens eum qui transgressus est cœlos Jesum Filium Dei dicentem: « Volo ut ubi sum ego, et isti sint mecum [22]. » Sed et de his locorum diversitatibus indicat cum dicit: « Multæ mansiones sunt apud Patrem meum [23]. » Ipse tamen ubique est, et universa percurrit. Nec ultra intelligamus eum in ea (97) exiguitate in qua nobis propter nos effectus est; id est, non illa circumscriptione quam in nostro corpore in terris positus inter homines habuit, quo velut in C uno aliquo circumseptus loco putetur.

7. Cum ergo (98), verbi gratia, ad cœlestia loca pervenerint sancti, tunc jam rationem astrorum per singula pervidebunt, et sive animantia sunt, sive quidquid illud est, comprehendent. Sed et alias rationes operum Dei quas eis ipse revelabit, intelligent. Jam enim tanquam filiis rerum causas, et virtutem suæ conditionis ostendet; et docebit eos quare illa stella in illo loco cœli posita est, et quare ab alia tanto dirimente spatio separatur; verbi gratia, si propinquior fuisset, quid ex hoc esset futurum; si vero longius, quid accideret; aut si major fuisset illa stella quam illa, quomodo similis non servaretur universitas, sed in aliam quamdam for- D mam cuncta mutarentur. Sic ergo decursis (99) omnibus quæ in astrorum ratione et in his conversionibus

[20] Ephes. II, 2, 3. [21] I Thes. IV, 16. [22] Joan. XVII, 24. [23] Joan. XIV, 2.

(88) Sic mss. Alias, « tanta fide contempserint, vel adulari in aliquibus possent. »

(89) Libb. editi, « Subtrahuntur, sive spiritualiter, sive jam secundum litteram passeribus intellectis. Quod enim nunc interim quæritur, tum autem ibi jam manifestum videbitur. » Sed mss. ut in nostro textu.

(90) *Secundum principem potestatis aeris hujus.* Hæc omissa sunt in antea editis, licet habeantur in omnibus mss.

(90*) Hæc ad præcedentem phrasim, quæ conclusione carere videtur, referenda sunt, ni fallor, ita ut sic periodus construatur: *Tum deinde si aer...; putandum est*, etc. Edit. Patrol.

(91) *Agnitionis.* Deest etiam in prioribus editionibus, sed habetur in mss.

(92) Vide l. II *Origenian.*, q. 11, n. 11 et 12.

(93) Ita mss. Alias, « permaneant. »

(94) Sic mss. Alias, « judicia. »

(95) Sic iterum mss. Alias, « judicia, » male. Ibidem libb. editi, « per speculum in ænigmate. » Mss. ut in nostro textu.

(96) Mss., « digreditur. » Libb. editi, « egreditur. »

(97) Sic mss. Alias, « vel ultra intelligamus eum non in ea, » etc.

(98) Vide l. II *Origenian.*, q. 8, num. 1 et 3.

(99) Sic mss. Alias, « diversitas, sed in aliam quamdam formam cuncta formarentur, si decursis, » etc.

quæ in cœlo sunt continentur, venient etiam ad ea quæ non videntur, vel ad ea quorum sola nomina nunc audivimus, et ad invisibilia: quæ multa quidem esse Paulus apostolus docuit, quæ autem sint, vel quam habeant differentiam, ne exiguo quidem aliquo intellectu conjicere possumus [24]. Et ita crescens per singula rationabilis natura (1), non sicut in carne vel corpore et anima in hac 107 vita crescebat, sed mente ac sensu aucta ad perfectam scientiam mens jam perfecta perducitur, nequaquam jam ultra istis carnalibus sensibus impedita, sed intellectualibus incrementis aucta, semper ad purum, et, ut ita dixerim, facie ad faciem rerum causas inspiciens, potitur perfectione primo illa qua in id ascendit, secundo qua permanet, cibos quibus vescatur habens theoremata et intellectus rerum rationesque causarum. Sicut enim in hac vita corpora nostra primo in hoc ipsum quod sumus corporaliter crescunt, in prima ætate ciborum sufficientia nobis incrementum præstante; postea vero quam crescendi ad mensuram sui fuerit expleta proceritas, utimur cibis jam non ut crescamus, sed ut vivamus et conservemur in vita per escas: ita arbitror et mentem etiam cum venerit ad perfectum, vesci tamen et uti propriis et competentibus cibis in ea mensura, cui neque deesse aliquid debeat, neque abundare. In omnibus autem cibus hic intelligendus est theoria et intellectus Dei, habens mensuras proprias et competentes huic naturæ quæ facta est et creata; quas mensuras singulos quosque incipientium videre Deum, id est intelligere per puritatem cordis competit observare.

HIERONYMI VERSIO. *Cumque in tantum profecerimus* (2) *ut nequaquam carnes et corpora, forsitan ne animæ quidem fuerimus, sed mens et sensus ad perfectum veniens, nulloque perturbationum nubilo caligans, intuebitur* (3) *rationabiles intelligibilesque substantias facie ad faciem.*

LIBER TERTIUS.

PRÆFATIO RUFINI.

Qui legis, memor esto mei in tuis sanctis orationibus, ut et nos effici mereamur æmulatores spiritus. Superiores duos Περὶ ἀρχῶν libellos te non solum insistente, verum etiam cogente, diebus Quadragesimæ interpretatus sum. Sed quoniam illis diebus etiam tu, religiose frater Macari, et vicinus manebas (4), et amplius vacabas, etiam ego amplius operabar; hos vero posteriores duos tardius explicuimus, dum tu ad nos ab extrema et ultima urbis (5) parte rarior exactor accedis. Verum si meministi quod in præfatiuncula priore commonui, quia indignaturi essent quidam si nos audissent non aliquid de Origene (6) male loqui, continuo id, ut arbitror, prosecutum probasti. Quod si in illo opere ita inflammati sunt hi qui hominum linguas ad male loquendum excitant dæmones, in quo nondum eorum secreta ad plenum nudaverat; quid in hoc futurum putas, in quo omnes eorum cæcas et occultas vias, quibus humanis cordibus irrepunt, et animas infirmas ac fragiles decipiunt, revelabit? Videbis illico perturbari omnia, seditiones moveri, clamores tota urbe diffundi, ad damnationem vocari eum qui evangelicæ lucernæ lumine diabolicas ignorantiæ (7) tenebras fugare conatus est. Verum hæc parvipendat qui cupit salva fidei catholicæ regula in divinis eruditionibus exerceri; illud autem necessario commoneo, quod sicut in prioribus libris fecimus, etiam in istis observavimus, ne ea quæ reliquis ejus sententiis, et nostræ fidei contraria videbantur, interpretarer, sed velut inserta ea ab aliis et adulterata præterirem. De creaturis vero rationabilibus si quid novi dixisse visus est, quia non in hoc est summa fidei, scientiæ gratia et exercitii, cum forte nobis adversum nonnullas hæreses tali ordine necessario respondendum est, neque in his libellis, neque in superioribus prætermisi, nisi si qua forte jam in superioribus dicta repetere etiam in his posterioribus voluit, et brevitatis gratia aliqua ex his resecare commodum duxi. Si quis tamen proficiendi et non obtrectandi studio hæc leget, rectius faciet si exponi sibi hæc a peritioribus velit. Absurdum namque est poetarum ficta carmina et comœdiarum ridiculas fabulas a grammaticis exponi; et ea quæ vel de Deo, vel de cœlestibus virtutibus, ac de omni universitate dicuntur, in quibus omnis (8) vel paga-

[24] Ephes. I, 20, 21.

(1) Vide l. II *Origenian.*, q. 11, num. 14.

(2) *Cumque in tantum profecerimus*, etc. Hæc quæ e Græco ad verbum versa sunt ab Hieronymo in epistola ad Avitum, fuisse a Rufino adulterata liquet ex utriusque interpretationum collatione.

(3) *Intuebitur.* Forte legendum « intuebimur. »

(4) Ita mss. Alias, « vicinius monebas. »

(5) Sic optime mss. Alias, « orbis. »

(6) *De Origene.* Deest in antea editis, ubi pro « male » legitur « mali. » Ibidem libb. editi, « continuo id arbitror persecutum putasti. » Mss. ut in nostro textu.

(7) Ita mss. Alias, « diabolicæ ignorantiæ. »

(8) Sic mss. Alias, « omnibus. »

norum philosophorum, vel hæreticorum pravus error arguitur, sine magistro et explanatore putare aliquem posse se discere (9) : et ita fit ut res difficiles et obscuras malint homines per temeritatem et inscientiam condemnare, quam per diligentiam et studium discere.

—

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ αὐτεξουσίου, καὶ τῶν δοκούντων ἀναιρεῖν τοῦτο Γραφικῶν ῥητῶν λύσις καὶ ἑρμηνεία.

A

Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ κηρύγματι τῷ ἐκκλησιαστικῷ περιέχεται ὁ περὶ κρίσεως δικαίας Θεοῦ λόγος, ὅστις καὶ τοὺς ἀκούοντας πιστευθεὶς εἶναι ἀληθὴς προκαλεῖται ἐπὶ τὸ καλῶς βιοῦν, καὶ παντὶ τρόπῳ φεύγειν τὴν ἁμαρτίαν, δηλονότι συγκατατιθεμένους τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι τὰ ἐπαίνου καὶ ψόγου ἄξια· φέρε καὶ περὶ τοῦ αὐτεξουσίου ἰδίᾳ ὀλίγα διαλάβωμεν, ἀναγκαιοτάτου ὡς ἔνι μάλιστα προβλήματος. Ἵνα δὲ νοήσωμεν τί τὸ αὐτεξούσιον, τὴν ἔννοιαν αὐτοῦ ἀναπτύξαι δεῖ, ἵνα ταύτης σαφηνισθείσης ἀκριβῶς, παρασταθῇ (10) τὸ ζητούμενον.

B

Τῶν κινουμένων τὰ μὲν τινὰ ἐν ἑαυτοῖς ἔχει τὴν τῆς κινήσεως αἰτίαν, ἕτερα δὲ ἔξωθεν μόνον κινεῖται. Ἔξωθεν οὖν μόνον κινεῖται τὰ φορητά, οἷον, ξύλα καὶ λίθοι καὶ πᾶσα ἡ ὑπὸ ἕξεως μόνης συνεχομένη ὕλη. Ὑπεξῃρήσθω δὲ νῦν τοῦ λόγου τὸ κίνησιν λέγειν τὴν ῥύσιν τῶν σωμάτων, ἐπεὶ μὴ χρεία τούτου (11) πρὸς τὸ προκείμενον. Ἐν ἑαυτοῖς δὲ ἔχει τὴν αἰτίαν τοῦ κινεῖσθαι ζῶα καὶ φυτὰ καὶ ἁπαξαπλῶς ὅσα ὑπὸ φύσεως καὶ ψυχῆς συνέχεται, ἐξ ὧν φασὶν εἶναι καὶ τὰ μέταλλα. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὸ πῦρ αὐτοκίνητόν ἐστι, τάχα δὲ καὶ αἱ πηγαί. Τῶν δὲ ἐν ἑαυτοῖς τοῦ κινεῖσθαι τὴν αἰτίαν ἐχόντων, τὰ μὲν φασὶν ἐξ ἑαυτῶν κινεῖσθαι, τὰ δὲ ἀφ' ἑαυτῶν. Ἐξ ἑαυτῶν μὲν τὰ ἄψυχα, ἀφ' ἑαυτῶν δὲ τὰ ἔμψυχα· ἀφ' ἑαυτῶν γὰρ κινεῖται τὰ ἔμψυχα, φαντασίας ἐγγινομένης ὁρμὴν προκαλουμένης· καὶ πάλιν ἐν τισὶ (12) C τῶν ζώων φαντασίαι γίνονται ὁρμὴν προκαλούμεναι, φύσεως φανταστικῆς τεταγμένως κινούσης τὴν ὁρμήν, ὡς ἐν τῷ ἀράχνῃ φαντασία τοῦ ὑφαίνειν γίνεται, καὶ ὁρμὴ ἀκολουθεῖ ἐπὶ τὸ ὑφαίνειν, τῆς φανταστικῆς

108 CAPUT I.

De arbitrii libertate.

1. Talia quædam de repromissionibus divinis credimus sentienda, cum intelligentiam nostram ad contemplationem æterni illius, et nullo fine claudendi sæculi jaculamur, atque ineffabilem ejus lætitiam ac beatitudinem contemplamur. Verum quoniam in ecclesiastica prædicatione inest etiam de futuro Dei justo judicio fides, quæ judicii credulitas provocat homines et suadet ad bene præclareque vivendum, et omni genere refugere peccatum, et per hoc sine dubio indicatur quod in nostra sit positum potestate vel laudabili nos vitæ vel culpabili dedere, propterea necessarium reor pauca etiam de arbitrii nostri libertate disserere, eo quod non ignobiliter hæc quoque quæstio a quamplurimis agitetur. Ut autem facilius quid sit libertas arbitrii cognoscamus, quid sibi velit natura ipsius arbitrii voluntatisque, requiramus.

2. Omnium quæ moventur alia in semetipsis causas motuum suorum gerunt, alia extrinsecus accipiunt; utpute extrinsecus tantummodo moventur omnia quæ sine vita sunt, ut lapides et ligna et quæcunque hujusmodi sunt quæ solo habitu materiæ suæ vel corporum constant. Omittenda sane nunc est illa quæstio quæ etiam illum motum putat esse, cum per corruptelam corpora dissolvuntur; nihil enim nunc hæc ad propositum conducunt. Alia vero in seipsis habent movendi causam, ut animalia, vel arbores, et omnia quæ per naturalem vitam, vel per animam constant : inter quæ etiam metallorum venas deputari aliquibus visum est; sed et ignis sui motus esse putandus est, fortassis autem etiam et fontes aquarum. Hæc autem quæ in semetipsis causam suorum motuum habent, quædam dicuntur ex se, quædam a se moveri et ita dividunt (13), quod ex se moveantur ea quæ vivunt quidem, non tamen animantia sunt; a se autem moveantur animantia, cum **109** eis phantasia, id est, vo-

INTERPRETATIO NOVA.

CAPUT I.

De libero arbitrio; item dictorum Scripturæ, quæ id tollere videntur, solutio et interpretatio.

1. Quoniam de justo Dei judicio sermonem continet ecclesiastica prædicatio, qui quidem si verus creditur, ad vitam honestam et ad fugiendum omnibus modis peccatum auditores provocat, utpote qui in nobis sita esse fateantur quæ laude et vituperio digna sunt, age et de libero arbitrio, necessaria in primis quæstione pauca seorsum disputemus. Atque ut intelligamus quid sit libertas arbitrii, ipsius notio explicanda est, ut hac accurate declarata, quæstio constituatur.

2. Eorum quæ moventur alia in se causam motus habent; alia extrinsecus tantum moventur. Extrinsecus itaque solum moventur quæ feruntur, ut ligna et lapides et omnis materia quæ solo habitu continetur. Jam vero prætermittatur id quod dici solet, motum esse luxum corporum; quod ad rem præsentem minime facit. In seipsis autem causam motus habent animalia et plantæ, ea demum omnia quæ natura et

(9) Sic mss. Alias, « explanatione aliquem posse discere. » Paulo post ubi mss. habent, « inscientiam condemnare, » in editis legitur « inscitiam condemnare. »

(10) *Παρασταθῇ*. Sic mss. codd. Editi vero σταθῇ. Paulo post aliquot mss., ἡ ὑπὸ ἕξεως μόνη συνεχομένη ὕλη.

(11) Ita mss. Editi, τούτων. Paulo post libb. editi, ὅσα ἀπὸ φύσεως, sed mss. ὅσα ὑπὸ φύσεως.

(12) Libb. editi, ἄν τισι; mss., ἔν τισι.

(13) Sic mss. Merlinus vero, « et ita dividuntur. » Infra mss. recte omnino, « aeria congregandi. » Merlinus, « avaritia congregandi. »

luntas quædam vel incitamentum, adfuerit, quæ ea moveri ad aliquid vel incitari provocaverit. Denique in quibusdam animantibus inest talis phantasia, id est voluntas, vel sensus qui ea naturali quodam instinctu provocet et concitet ad ordinatos et compositos motus : sicut videmus araneas facere, quas phantasia, id est voluntate quadam et studio textrinæ ad opus texendi ordinatissime concitantur, sine dubio naturali quodam motu intentionem hujuscemodi operis provocante : nec tamen ultra alium sensum aliquem quam texendi naturale studium ipsum animal invenitur, sicut et apes fingendi favos, ac mella, ut aiunt, aeria congregandi.

αὐτοῦ φύσεως τεταγμένως ἐπὶ τοῦτο αὐτὸν προκαλουμένης· καὶ οὐδενὸς ἄλλου μετὰ τὴν φανταστικὴν αὐτοῦ φύσιν πεπιστευμένου τοῦ ζώου, καὶ ἐν τῇ μελίσσῃ ἐπὶ τὸ κηροπλαστεῖν.

3. Rationabile vero animal cum habeat in se et hos naturales motus, habet tamen amplius cæteris animalibus etiam rationis vim qua judicare et discernere de motibus naturalibus possit, et alios quidem reprobare et abjicere, alios vero probare atque suscipere, cujus rationis judicio dirigi et gubernari hominis motus ad vitam probabilem possint. Unde consequens est, ut quoniam natura rationis hujus quæ est in homine, habet in se vim dignoscendi boni vel mali, idque cum discernit, inest ei facultas etiam eligendi quod probaverit, in eligendo quidem quod bonum est, laudabilis, in sequendo vero quod turpe vel malum est, jure culpabilis judicetur. Illud sane nequaquam latere nos debet, quod in nonnullis mutis animalibus ordinatior quidem motus ac cæteris animalibus invenitur, ut in sagacibus canibus vel bellatoribus equis, ita ut videantur aliquibus velut rationabili quodam sensu moveri. Sed id non tam ratione quam incentivo quodam et naturali motu pro hujusmodi usibus largius indulto fieri credendum est. Verum ut dicere cœperamus, cum ita se habeat rationabile animal, nobis hominibus incidere quidem extrinsecus possunt aliqua et occurrere sive ad visum sive ad auditum, vel ad alios sensus quæ nos concitent ac provocent ad bonos vel contrarios motus : quæ utique, quia extrinsecus incidunt, non est in nostra positum potestate ne incidant vel occurrant. Judicare vero et probare, qualiter uti debeamus his quæ incidunt, nullius alterius res est vel **110** opus nisi rationis ejus quæ est in nobis, id est nostri judicii : cujus rationis judicio incidentibus extrinsecus concitamentis abutimur ad id quodcunque ipsa ratio probaverit, naturalibus motibus nostris nutu ejus vel ad bona vel ad contraria gubernatis (14).

Τὸ μέντοι λογικὸν ζῶον καὶ λόγον ἔχει πρὸς τῇ φανταστικῇ φύσει, τὸν κρίνοντα τὰς φαντασίας, καὶ τινὰς μὲν ἀποδοκιμάζοντα, τινὰς δὲ παραδεχόμενον, ἵνα ἄγηται τὸ ζῶον κατ' αὐτάς. Ὅθεν ἐπεὶ ἐν τῇ φύσει τοῦ λόγου εἰσὶν ἀφορμαὶ τοῦ θεωρῆσαι τὸ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν, αἷς ἑπόμενοι θεωρήσαντες τὸ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν, αἱρούμεθα μὲν τὸ καλὸν, ἐκκλίνομεν δὲ τὸ αἰσχρόν· ἐπαινετοὶ μέν ἐσμεν ἐπιδόντες ἑαυτοὺς τῇ πράξει τοῦ καλοῦ, ψεκτοὶ δὲ κατὰ τὸ ἐναντίον. Οὐκ ἀγνοητέον μέντοι γε ὅτι τὸ πλέον τῆς εἰς πάντα τεταγμένης φύσεως ποσῶς ἐστιν ἐν τοῖς ζώοις, ἐπὶ τὸ πλέον δὲ, ἢ ἐπὶ τὸ ἔλαττον, ὥστε ἐγγύς που εἶναι, ἵν' οὕτως εἴπω, τοῦ λογικοῦ τὸ ἐν τοῖς ἰχνευταῖς κυσὶν ἔργον, καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἵπποις. Τὸ μὲν οὖν ὑποπεσεῖν τόδε τι τῶν ἔξωθεν φαντασίαν ἡμῖν κινοῦν τοιάνδε ἢ τοιάνδε, ὁμολογουμένως οὐκ ἔστι τῶν ἐφ' ἡμῖν. Τὸ δὲ κρῖναι οὑτωσὶ χρήσασθαι τῷ γενομένῳ, ἢ ἑτέρως, οὐκ ἄλλου τινὸς ἔργον ἢ τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου ἐστὶν, ἤτοι παρὰ τὰς ἀφορμὰς ἐνεργοῦντος ἡμᾶς πρὸς τὰς ἐπὶ τὸ καλὸν προσκαλουμένας καὶ τὸ καθῆκον ὁρμὰς, ἢ ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἐκτρέποντος.

4. Si vero quis dicat ea quæ extrinsecus accidunt motus nostros provocantia talia esse, ut possibile non sit adversari eis sive ad bonum sive ad malum

Εἰ δέ τις αὐτὸ τὸ ἔξωθεν λέγει εἶναι τοιόνδε, ὥστε ἀδυνάτως ἔχειν ἀντιβλέψαι αὐτῷ τοιῷδε γενομένῳ, οὗτος ἐπιστησάτω τοῖς ἰδίοις πάθεσι καὶ κινήμασιν, εἰ

INTERPRETATIO NOVA.

anima constant, in quibus etiam metalla a nonnullis numerantur. Ignis præterea per se ipse movetur, fortassis et fontes. Eorum autem quæ in se motus causam habent, alia ex se, alia a se moveri dicunt : ex se quidem inanima, a se ipsis vero animata. Nam a se moventur animata, phantasia ipsis insita impetum provocante : et rursus quibusdam animalibus insunt phantasiæ impetum provocantes; facultas quippe imaginum artifex illum certo quodam et definito provocat ordine : sic araneæ inest texendi phantasia, quam texendi appetitus consequitur, imaginum artifice natura ad id ordinate impellente, præter quam nihil aliud esse creditur in animante, ne in ape quidem ad fingendos favos.

3. At vero animal rationis compos præter naturam imaginantem, rationem habet quæ imagines dijudicat, alias quidem rejiciens, alias vero ita suscipiens ut animal eis ducatur. Unde cum in rationis natura quædam sint ad honestum et turpe contemplandum adjumenta quorum ope utroque perspecto honestum eligimus, turpe devitamus, laude certe digni sumus dum nos honestati dedimus; vituperio, dum in contrarium dilabimur. Neque ignorandum est naturæ quæ in omnia distributa est, majorem quodammodo in animalibus vim esse sive ad majora sive ad minora peragenda, adeo ut ad vim rationis prope, ut ita dicam, accedat canum in investigandis feris sagacitas, et bellatorum equorum dexteritas. Ut igitur quidpiam extrinsecus incidat, quod cogitationem nobis hanc vel illam commoveat, non est in nostra, ut fatentur omnes, potestate : hoc autem vel illo modo ea utendum judicare, unius est nostræ rationis opus quæ cum extrinsecus incitamenta incidunt, vel nos ad impetus recti et honesti provocat, vel in contrarium avertit.

4. Quod si quis ejusmodi esse ait quod extrinsecus movet, ut ei impulsioni nemo contra obsistere pos-

(14) Sic mss Merlinus vero, « vel ad bona vel ad mala gubernatis. »

A μὴ εὐδόκησις γίνεται καὶ συγκατάθεσις καὶ ῥοπὴ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐπὶ τόδε τι, διὰ τάσδε τὰς πιθανότητας. Οὐ γὰρ, φέρ' εἰπεῖν, ἡ γυνὴ τῷ κρίναντι ἐγκρατεύεσθαι καὶ ἀνέχειν ἑαυτὸν ἀπὸ μίξεων, ἐπιφανεῖσα καὶ προκαλεσαμένη ἐπὶ τὸ ποιῆσαί τι παρὰ πρόθεσιν, αὐτοτελὴς αἰτία γίνεται τοῦ τὴν πρόθεσιν ἀθετῆσαι. Πάντως γὰρ εὐδοκήσας τῷ γαργαλισμῷ καὶ τῷ λείῳ τῆς ἡδονῆς, ἀντιβλέψαι αὐτῷ μὴ βεβουλημένος, μηδὲ τὸ κεκριμένον κυρῶσαι, πράττει τὸ ἀκόλαστον· ὁ δέ τις ἔμπαλιν, τῶν αὐτῶν συμβεβηκότων αὐτῷ πλείονα(15) μαθήματα ἀνειληφότι καὶ ἠσκηκότι, οἱ μὲν γαργαλισμοὶ καὶ οἱ ἐρεθισμοὶ συμβαίνουσιν· ὁ λόγος δὲ ἅτε ἐπὶ πλεῖον ἰσχυροποιηθεὶς καὶ τραφεὶς τῇ μελέτῃ, καὶ βεβαιωθεὶς τοῖς δόγμασι πρὸς τὸ καλὸν, ἢ ἐγγύς γε τοῦ βεβαιωθῆναι γεγενημένος, ἀνακρούει τοὺς ἐρεθισμοὺς καὶ ὑπεκλύει τὴν ἐπιθυμίαν.

nos concitantibus, in seipsum paulisper qui hoc existimat, convertat animum, et proprios diligentius introspiciat motus (16), nisi invenerit, cum alicujus desiderii pulsat illecebra, nihil prius geri quam animi accommodetur assensus, et suggestioni pravæ nutus mentis indulgeat; ita ut etiam verisimilibus quibusdam causis intra cordis nostri tribunalia velut judici residenti ex utraque parte (17) adhiberi videatur assertio, ut causis prius expositis gerendi sententia de rationis judicio proferatur. Non enim, ut verbi gratia dixerim, huic qui statuit continenter et caste vivere atque ab omni se muliebri contagio continere, si forte apparuerit mulier provocans eum, et illiciens (18) aliquid contra propositum gerere, causa ei perfecta et absoluta B vel necessitas prævaricandi mulier exstitit : cum possit utique, statuti sui memor, libidinis incitamenta refrenare (19), et irritantis illecebræ delectamenta austerioribus virtutis increpationibus coercere : ut omni luxuriæ sensu fugato propositi firmitas et constantia (20) perseveret. Denique si eruditioribus quibusque viris et in divinis institutionibus roboratis hujuscemodi irritamenta provenerint, memores continuo sui, ea quæ dudum meditati sunt et quibus eruditi sunt, in memoriam revocantes, et sanctioris se doctrinæ adminiculis munientes, respuunt ac refellunt omnem incitamenti illecebram, atque adversas concupiscentias insitæ sibi rationis objectione depellunt.

Τὸ δὲ, τούτων οὕτως ἡμῖν γινομένων, ἔξωθεν αἰτιᾶσθαι, καὶ ἑαυτοὺς ἀπολύειν ἐγκλήματος, ὁμοίους ἑαυτοὺς ἀποφαινομένους ξύλοις καὶ λίθοις ἑλκυσθεῖσιν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αὐτὰ κινησάντων, οὐκ ἀληθὲς, οὐδὲ εὔγνωμον, βουλομένου τε λόγος ἐστὶν ὁ τοιοῦτος τὴν ἔννοιαν τοῦ αὐτεξουσίου παραχαράττειν. Εἰ γὰρ πυθοίμεθα αὐτοῦ τί ἦν τὸ αὐτεξούσιον, λέγοι ἂν, ὅτι εἰ μηδὲν τῶν ἔξωθεν ἀπήντα, ἐμοῦ τόδε τι προθεμένου, τὸ ἐπὶ τὸ ἐναντίον προκαλούμενον. Πάλιν τε αὖ ψιλὴν τὴν κατασκευὴν αἰτιᾶσθαι, παρὰ τὸ ἐναργές ἐστι· C λόγου παιδευτικοῦ τοὺς ἀκρατεστέρους καὶ τοὺς ἀγριωτάτους παραλαμβάνοντος, εἰ τῇ προτροπῇ παρακολουθήσαιεν, καὶ μεταβάλλοντος, ὥστε παρὰ πολὺ γεγονέναι τὴν τροπὴν καὶ τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν, πολλάκις τῶν ἀκολαστοτάτων βελτιόνων γενο-

5. Cum ergo hæc ita esse naturalibus quodammodo testimoniis comprobentur, quomodo non superfluum est gestorum nostrorum causas ad ea quæ extrinsecus incidunt, retorqueri (21), et a nobis culpam, in quibus omnis causa est, removeri, hoc est dicere similes nos esse lignis vel lapidibus 111
quæ intra se quidem nullum habent motum, causas autem motus sui extrinsecus patiuntur? Quod utique nec vere dicitur, nec decenter, sed ad hoc solum fingitur ut libertas arbitrii denegetur : nisi putemus ita demum posse constare arbitrii libertatem, si nihil sit quod nos extrinsecus incidens ad bona provocet aut ad mala. Si vero quis ad naturalem corporis intemperiem culparum refert causas, contra rationem id esse totius eruditionis ostenditur.

INTERPRETATIO NOVA.

sit, is in suos affectus et motus intendat; et videat an non consensio et præcipuæ animi partis inclinatio in hanc rem his probabilibus ducta argumentis propendeat. Non enim, verbi gratia, ei qui temperate vivere et continere se a coitu decrevit, conspecta mulier atque ad aliquid contra propositum agendum invitans, perfecta causa est cur a proposito deflectat. Omnino enim delectatus titillatione et illecebra voluptatis, cum noluerit ipsi resistere atque institutum firmare, in intemperantiam incidit. Contra alteri qui pluribus disciplinis est instructus, in eisque se exercuit, eædem quidem titillationes et illecebræ contingunt; at ratio, quippe quæ vehementius est roborata et in meditatione educata atque in virtutis studio doctrinis confirmata, aut proxime ad eam perducta firmitatem, illecebras excutit et libidinem dissolvit.

5. Quæ cum ita nobis eveniant, extrinsecus eorum causam derivare, nosque culpa liberare, ac lignis et lapidibus ab externo movente pertractis similes prædicare, nec rectum est nec veritati consentaneum, sed ab eo solum dici potest qui liberi arbitrii notionem adulterare cupiat. Nam si ipsum interrogemus quid sit libertas arbitrii, respondebit in eo sitam si, cum quidpiam mihi propono, nihil extrinsecus occurrat quod ad contrarium provocet. Rursus imbecillam corporis constitutionem accusare, prorsus absurdum est. Nam disciplina quos intemperantes et agrestissimos apprehenderit, eos, si monita ejus sequantur, ita convertit et mutat in melius ut sæpe qui incontinentissimi erant, meliores fiant iis qui natura prius non videbantur esse hujus modi, et qui agrestissimi erant ad tantam mansuetudinem perveniant, ut qui nunquam agrestem vitam egerint, præ illo qui ad mansuetudinem est immutatus, agrestes esse videantur. Contra alios cernimus compositissimos et honestissimos, a composita et honesta vita ad

(15) Sic mss. Libb. editi, τῷ πλείονα.
(16) Sic mss. Merlinus, « diligentius inspiciat motus. »
(17) Merlinus, « exsistenti ab utraque parte. »
(18) Merlinus, « et alliciens. »
(19) Vide *Origenian.*, l. III, q. 7, n. 13.
(20) Merlinus, « propositi firmitas et constantiæ. »
(21) Ita codd. mss. Editi vero, « quæ extrinsecus sunt, retorqueri. » Infra mss., « si vero quis ad naturalem, » etc. Editi, « verum qui ad naturalem, » etc. Ibidem mss., « totius eruditionis ostenditur. » Editi male, « totius conditionis ostenditur. »

Quomodo enim videmus (22) in quamplurimis, cum prius incontinenter intemperateque vixissent, ac luxuriæ fuissent libidinisque captivi, si forte verbo doctrinæ atque eruditionis in melius provocati sunt, tantam exstitisse commutationem, ut ex luxuriosis et turpibus sobrii et castissimi ac mansuetissimi redderentur; ita rursum videmus in aliis quietis et honestis, cum se forte inquietis hominibus ac turpibus (23) sociarint, corrumpi mores bonos colloquiis malis [25], et effici eos tales quales sunt illi quibus nihil ad turpitudinem deest; et hoc interdum evenit matura jam ætate viris, ita ut continentiores in juventute vixerint, quam cum provectior ætas facultatem vitæ liberioris indulsit. Consequentia ergo rationis ostendit quod ea quidem quæ extrinsecus incidunt, in nostra potestate non sunt: bene vero vel male uti his quæ incidunt, ea ratione quæ intra nos est, discernente ac dijudicante quomodo his uti oporteat, nostræ est potestatis.

6. Ut autem ea quæ ratio consequenter ostendit, etiam Scripturarum auctoritate firmemus, id est, quod nostri operis est recte vel minus recte vivere, et non vel ex his quæ extrinsecus incidunt, vel, ut quidam putant, fatis urgentibus cogimur, testimonium dabit Michæas propheta his **112** verbis dicens: « Si annuntiatum tibi est, o homo, quid est bonum, aut quid Dominus requirit a te, nisi ut facias judicium et diligas misericordiam, et paratus sis ire cum Domino Deo tuo [26]? » Et Moyses ita dicit: « Posui ante faciem tuam viam vitæ et viam mortis, elige quod bonum est, et incede in eo [27]. » Et Isaias ita ait: « Si volueritis et audieritis me, quæ bona sunt terræ comedetis. Si vero nolueritis, neque audieritis me, gladius vos consumet; os enim Domini locutum est hoc [28]. » Et in Psalmis ita scriptum est: « Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, in nihilum utique inimicos ejus humiliassem [29], » per quod ostendit quod erat in populi potestate audire et incedere in viis Dei. Sed et Salvator dicens: « Ego autem dico

A μένων παρὰ τοὺς τῇ φύσει πρότερον οὐ δοκοῦντας εἶναι τοιούτους, καὶ τῶν ἀγριωτάτων εἰς τοσοῦτον ἡμερότητος μεταβαλλόντων, ὥστε τοὺς μηδὲ πώποτε οὕτως ἀγριωθέντας, ἀγρίους εἶναι δοκεῖν, συγκρίσει τοῦδέ τινος μεταβεβληκότος ἐπὶ τὸ ἥμερον. Ὁρῶμέν τε ἑτέρους εὐσταθεστάτους καὶ σεμνοτάτους, ἐκ διαστροφῆς ἐπὶ τὰς χείρους διατριβὰς ἐκκρουομένους τοῦ σεμνοῦ καὶ εὐσταθοῦς, ὥστε εἰς ἀκολασίαν αὐτοὺς μεταβαλεῖν, πολλάκις ἀρχομένους τῆς ἀκολασίας μεσούσης τῆς ἡλικίας, καὶ ἐμπίπτοντας εἰς ἀταξίαν μετὰ τὸ παρεληλυθέναι τὸ τῆς νεότητος ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει ἄστατον. Οὐκοῦν ὁ λόγος δείκνυσιν ὅτι τὰ μὲν ἔξωθεν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι, τὸ δὲ οὕτως ἢ ἐναντίως χρήσασθαι αὐτοῖς τὸν λόγον κριτὴν παραλαβόντα καὶ ἐξεταστὴν τοῦ πῶς δεῖ πρὸς τάδε τινὰ B τῶν ἔξωθεν ἀπαντῆσαι, ἔργον ἐστὶν ἡμέτερον.

Ὅτι δὲ ἔργον ἡμέτερον τὸ βιῶσαι καλῶς ἐστι, καὶ αἰτεῖ ἡμᾶς τοῦτο ὁ Θεὸς, ὡς οὐκ αὐτοῦ ὂν, οὐδὲ ἐξ ἑτέρου τινὸς παραγινόμενον, ἢ, ὡς οἴονταί τινες, ἀπὸ εἱμαρμένης, ἀλλ' ἢ ὡς ἡμέτερον ἔργον, μαρτυρήσει ὁ προφήτης Μιχαίας λέγων· « Εἰ ἀνηγγέλη σοι, ἄνθρωπε, τί καλὸν, ἢ τί Κύριος ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ; Ἀλλ' ἢ τὸ ποιεῖν κρῖμα καὶ ἀγαπᾷν ἔλεος; » Καὶ Μωσῆς· « Τέθεικα πρὸ προσώπου σου τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θανάτου, ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθὸν καὶ πορεύεσθαι ἐν αὐτῷ. » Καὶ Ἡσαΐας· « Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. » Καὶ ἐν τοῖς Ψαλμοῖς· « Εἰ ὁ λαός μου C ἤκουσέ μου, καὶ Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη, ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα, καὶ ἐπὶ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς ἐπέβαλον ἂν τὴν χεῖρά μου· » ὡς ἐπὶ τῷ λαῷ ὄντος τοῦ ἀκούειν καὶ πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ λέγων τό· « Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, » καὶ, « ὅτι ὡς (23*) ἂν ὀργισθῇ τῷ ἀδελφῷ, ἔνοχος ἔσται

INTERPRETATIO NOVA.

deteriorem consuetudinem ita deflectere, ut in intemperantiam incidant media jam ætate, postquam juventutis instabilitas, ut fert natura, præteriit. Ex his igitur liquet extrinsecus incidentia non esse in nostra potestate, hoc autem vel contrario modo his uti, ratione duce et discernente ac dijudicante quomodo externis uti oporteat, in nostra situm esse potestate.

6. Nostrum porro opus esse recte vivere: idque a nobis non quasi suum, neque ab alio quolibet datum, neque, ut quidam putant, a fato, sed ut nostrum opus, Deum postulare, testabitur Michæas propheta dicens: « Si tibi, homo, indicatum est quid est bonum, aut quid Dominus a te postulat? Annon facere judicium et diligere misericordiam? » Et Moyses: « Posui ante conspectum tuum viam vitæ et viam mortis, ut eligas bonum et incedas in eo. » Et Isaias: « Si volueritis et audieritis me, bona terræ comedetis; sin autem nolueritis, et non audieritis me, gladius vos devorabit: os enim Domini hæc locutum est. » Et in Psalmis: « Si populus meus audisset me; Israel si in viis meis ambulasset, ad nihilum utique inimicos ejus humiliassem, et in affligentes eos misissem manum meam. » Quibus ostendit in populi fuisse potestate audire et incedere in viis Dei. Sed et Salvator dicens: « Ego autem dico vobis non resistere malo, » et: « Quicunque iratus fuerit fratri suo, reus erit judicio, » et: « Quicunque viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo; » et cum dat cætera quæque mandata, ita dat, quasi nobis ea servare sit integrum, ut jure rei judicio futuri simus si ea perfringamus: unde et « Omnis,

[25] I Cor. xv, 33. [26] Mich. vi, 8. [27] Deut. xxx, 15. [28] Isa. i, 19, 20. [29] Psal. lxxx, 13.

(22) Ita mss. Libb. editi, « quoniam enim videmus. » Paulo post libb. editi, « verbo doctrinæ atque eruditionibus. » Mss. ut in nostro textu.

(23) *Ac turpibus*. Deest in antea editis. Ibidem mss., « colloquiis malis et effici. » Editi, « colloquio et effici. » Postea mss., « interdum evenit. » Editi, « interdum venit. » Paulo post mss., « nostri operis est recte, » etc. Libb. editi, « nostræ opis est recte, » etc. Infra mss., « et Moyses ita dicit; » editi, « et Moysi dicit. »

(23*) Leg. ὅς ἄν, et mox ὅς ἐάν, *quicunque*. Edit. Patrol.

τῇ κρίσει· » καὶ, « Ὡς ἐὰν ἐμβλέψῃ γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· » καὶ εἴ τινα ἄλλην δίδωσιν ἐντολὴν, ὡς ἐφ' ἡμῖν ὄντος τοῦ φυλάξαι τὰ προστεταγμένα, φησί· καὶ εὐλόγως ἐνόχων ἡμῶν τῇ κρίσει ἐσομένων εἰ παραβαίνοιμεν αὐτά· ὅθεν καὶ, « Πᾶς, φησὶ, ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους καὶ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν, » καὶ τὰ ἑξῆς· « ὁ δὲ ἀκούων καὶ μὴ ποιῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνδρὶ μωρῷ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ λέγων δὲ τοῖς ἐκ δεξιῶν· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, » καὶ τὰ ἑξῆς, » ἐπείνασα γὰρ καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα καὶ ἐποτίσατέ με, » σφόδρα σαφῶς ὡς αἰτίοις οὖσι τοῦ ἐπαινεῖσθαι δίδωσι τὰς ἐπαγγελίας. Καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου (25) τοῖς ἑτέροις ὡς ψεκτοῖς οὖσι παρ' αὐτοὺς, λέγει τό· « Πορεύεσθε, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· » ἴδωμεν δὲ πῶς καὶ ὁ Παῦλος ὡς αὐτεξουσίοις ἡμῖν διαλέγεται, καὶ ἑαυτοῖς αἰτίοις τυγχάνουσιν ἀπωλείας ἢ σωτηρίας· « Ἢ τοῦ πλούτου γὰρ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, φησὶ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον· τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ κακίᾳ, ὀργὴ καὶ θυμὸς καὶ θλῖψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακὸν, Ἰουδαίου πρῶτον καὶ Ἕλληνος· δόξα καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. » Μυρία μὲν οὖν ἐστιν ἐν ταῖς Γραφαῖς σφόδρα σαφῶς παριστῶντα (27) τὸ αὐτεξούσιον.

A vobis non resistere malo [30]; » et : « Quicunque iratus fuerit fratri suo, reus erit judicio [31] (24); » et: « Quicunque inspexerit mulierem ad concupiscendum eam, mœchatus est jam in corde suo [32], » et cum dat cætera quæque mandata, quid aliud indicat, nisi quod in nostra potestate est observare posse quæ mandantur? Et propter hoc recte rei efficimur judicio, si prævaricemur ea quæ utique servare poteramus. Unde et ipse ait quia « Omnis qui audit verba mea et facit ea, ostendam vobis cui similis est: Similis est viro prudenti qui ædificavit domum suam super petram, » etc. Et quod ait: « Qui autem audit hæc et non facit, similis est viro stulto qui ædificavit domum super arenam [33], » et reliqua. Sed et illud quod dicit his qui a dextris ejus B sunt: « Venite ad me, omnes benedicti Patris mei, etc.; esurivi enim et dedistis mihi manducare; sitivi et dedistis mihi bibere [34], » evidenter ostendit quia in ipsis fuit ut vel laudabiles isti essent, facientes quæ mandata sunt, et percipientes quæ promissa sunt; vel hi culpabiles qui contraria vel audiere vel percepere (26), quibus dicitur: « Ite, maledicti, in ignem æternum [35]. » Videamus quomodo etiam Paulus apostolus velut potestatem arbitrii habentibus nobis loquitur, et tanquam in nobis ipsis vel salutis vel perditionis habentibus causas, ait : « An divitias bonitatis ejus ac patientiæ ac longanimitatis **113** contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum C duritiam autem tuam et cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die judicii [iræ] et revelationis justi judicii Dei qui reddet unicuique secundum opus ejus : his qui secundum patientiam boni operis gloria et incorruptio, qui quærunt vitam æternam; his autem qui ex contentione, et qui non credunt quidem veritati, credunt autem iniquitati, ira, indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæo primum et Græco; gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco [36]. » Multa quidem alia et innumera in sanctis Scripturis invenies quæ evi-

INTERPRETATIO NOVA.

inquit, qui audit hæc verba mea, et facit ea, similis est viro prudenti qui ædificavit domum suam super petram, etc. Qui autem audit hæc et non facit, similis est viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam, » et reliqua; et cum dicit his qui a dextris ejus sunt: « Venite, benedicti Patris mei, etc.; esurivi enim et dedistis mihi manducare; sitivi et dedistis mihi bibere, » evidenter ostendit se hæc illis promittere qui laude digna ex se fecerint. Aliis econtrario tanquam ex se vituperio dignis, ait: « Discedite, maledicti, in ignem æternum. » Sed videamus quomodo Paulus nos quasi juris nostri et arbitrii, nobisque ipsi causa vel interitus vel salutis simus, alloquatur. « An divitias bonitatis ejus, inquit, et patientiæ et longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei, ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus; iis quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam et honorem et incorruptionem quærunt, vitam æternam; iis autem qui sunt ex contentione et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum et Græci; gloria autem et honor et pax omni operanti bonum Judæo primum et Græco. » Innumera igitur sunt in Scripturis loca quæ libertatem arbitrii apertissime ostendunt.

[30] Matth. v, 39. [31] Ibid. 22. [32] Ibid., 28. [33] Matth. vii, 24 et seqq. [34] Matth. xxv, 34, 35. [35] Matth. xxv, 41. [36] Rom. ii, 4 seqq.

(24) *Quicunque iratus fuerit fratri suo, reus erit judicio.* Hæc desunt in editione Genebrardi.

(25) Ita mss. Editi, ἐναντίον.

(26) Libb. editi, « vel audire vel percipere meruerunt. » Infra mss., « gloria autem et honor et pax. » Editi, « similiter autem et honoratio et pax. »

(27) Sic mss. Editi, παριστάντα. Infra mss., ἐπισκέψηται τὰ περὶ τῆς λύσεως. In editis deest τῆς.

denter ostendent habere nos arbitrii liberi potestatem. Alioquin contrarium esset dari nobis mandata ex quorum vel observatione salvemur, vel prævaricatione damnemur, si observandi ea facultas in nobis non est.

7. Verum quoniam inveniuntur in ipsis divinis Scripturis quædam verba ita posita, ut contrarium ex his aliquid videatur intelligi posse; proferentes ea in medium et secundum pietatis regulam disserentes, adhibeamus eorum absolutiones, quo ex his paucis quæ exponimus (28), etiam cæterorum quæ similiter dicta sunt, quibus arbitrii potestas videtur excludi, absolutio evidens fiat. Igitur quamplurimos movent ea quæ de Pharaone a Deo dicta sunt, dicente frequentius : « Ego indurabo cor Pharaonis [37]. » Si enim a Deo induratur, et per hoc quod induratur, delinquit, non sibi ipse exstitit causa delicti. Quod si ita est, non videbitur Pharao habere arbitrii **114** libertatem, et jam consequenter asseretur hoc exemplo quod nec cæteri quidem qui pereunt, ex arbitrii sui libertate causam perditionis accipiunt. Sed et illud quod in Ezechiele dictum est, cum dicit : « Auferam eorum lapidea corda, et immittam eis carnea, ut in præceptis meis incedant, et vias meas custodiant [38]; » movere possit aliquem pro eo quod a Deo dari videtur, vel incedere in mandatis ejus, vel justificationes ejus custodire; quippe si ipse id quod obstat ad custodienda mandata lapideum cor auferens, cor melius et sensibilius quod nunc carneum nominatur, immittit et inserit. Vide autem etiam illud quod in Evangelio Dominus et Salvator ad eos qui quærebant de ipso quare ad turbas in parabolis loqueretur, quale sit, ait enim : « Ut videntes non videant et audientes non audiant et non intelligant (30), ne forte convertantur et remittatur eis [39]. » Sed et illud quod a Paulo apostolo dictum est quia « non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei [40]. » Et in alio loco : « Et velle et perficere ex Deo est [41]. » Et iterum in alio loco : « Ergo cui vult miseretur, et quem vult indurat. Dices itaque mihi : Quid ergo adhuc culpat? Voluntati enim ejus quis resistet? O homo, tu quis es qui contra respondeas Deo ? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quid me fecisti sic ? Aut non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere vas aliud quidem ad honorem, aliud autem ad contumeliam [42]? » Hæc et his similia non parum videntur deterrere posse quamplurimos, ne putetur unusquisque habere sui arbitrii libertatem, sed quod ex Dei voluntate vel salvari aliquis vel perire videatur.

Ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ ἐναντίον, τουτέστι, τὸ μὴ ἐφ' ἡμῖν τυγχάνειν τηρεῖν τὰς ἐντολὰς καὶ σώζεσθαι καὶ τὸ παραβαίνειν αὐτὰς καὶ ἀπόλλυσθαι, περισπᾷ ῥητά τινα ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς καὶ τῆς Καινῆς, φέρε ἀπὸ μέρους καὶ ἐκ τούτων παραθέμενοι θεασώμεθα αὐτῶν τὰς λύσεις, ἵνα ἀφ' ὧν παρατιθέμεθα, κατὰ τὸ ὅμοιον ἐκλεξάμενός τις ἑαυτῷ πάντα τὰ δοκοῦντα ἀναιρεῖν τὸ αὐτεξούσιον, ἐπισκέψηται τὰ περὶ τῆς λύσεως αὐτῶν. Καὶ δὴ πολλοὺς κεκίνηκε τὰ περὶ τοῦ Φαραὼ (29), περὶ οὗ χρηματίζων ὁ Θεός φησιν· « Ἐγὼ δὲ σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραὼ, » πλεονάκις· εἰ γὰρ ὑπὸ Θεοῦ σκληρύνεται καὶ διὰ τὸ σκληρύνεσθαι ἁμαρτάνει, οὐχ αὐτὸς ἑαυτῷ τῆς ἁμαρτίας αἴτιος· εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ αὐτεξούσιος ὁ Φαραώ. Καὶ φήσει τις ὅτι ἐκ τοῦ ὁμοίου οἱ ἀπολλύμενοι οὐκ αὐτεξούσιοι, οὐδὲ παρ' ἑαυτῶν ἀπολοῦνται· καὶ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ δὲ λεγόμενον τό· « Ἐξελῶ αὐτῶν τὰς λιθίνας καρδίας, καὶ ἐμβαλῶ σαρκίνας, ὅπως ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύωνται, καὶ τὰ δικαιώματά μου φυλάσσωσι, » κινήσαι ἄν τινα ὡς τοῦ Θεοῦ διδόντος τὸ πορεύεσθαι ἐν ταῖς ἐντολαῖς καὶ φυλάσσειν τὰ δικαιώματα, ἐν τῷ τὸ ἐμποδίζον ὑπεξῃρηκέναι τὴν λιθίνην καρδίαν, καὶ τὸ κρεῖττον ἐντεθεικέναι τὴν σαρκίνην. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὸ ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου τί ὁ Σωτὴρ ἀποκρίνεται πρὸς τοὺς πυθομένους διὰ τί ἐν παραβολαῖς τοῖς πολλοῖς λαλεῖ· καί φησιν, « Ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες ἀκούωσι καὶ μὴ συνιῶσι· μή ποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ ἀφεθήσεται αὐτοῖς. » Ἔτι δὲ καὶ παρὰ τῷ Παύλῳ τό· « Οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ· » καὶ ἐν ἄλλοις· « Καὶ τὸ θέλειν δὲ καὶ τὸ ἐνεργεῖν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ἆρ' οὖν ὃν θέλει ὁ Θεὸς ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει· ἐρεῖς οὖν μοι, Τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; » Καί· « Ἡ πεισμονὴ ἐκ τοῦ καλοῦντος καὶ οὐκ ἐξ ἡμῶν· μενοῦνγε, ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, Τί με ἐποίησας οὕτως; ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; » Ταῦτα γὰρ καθ' αὑτὰ ἱκανά ἐστι τοὺς πολλοὺς ἐκταράξαι, ὡς (31) οὐκ ὄντος τοῦ ἀνθρώπου αὐτεξουσίου, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ σώζοντος καὶ ἀπολλύντος οὓς ἂν αὐτὸς βούληται.

INTERPRETATIO NOVA.

7. Sed quoniam in contrarium, hoc est nobis non esse integrum servare mandata et salvari, vel ea infringere et perire, quædam Veteris et Novi Testamenti dicta deflectere videntur; age et iis singillatim propositis, eorum solutionem inspiciamus, ut ex eorum quæ proponimus similitudine, selectis omnibus quæ libertatem arbitrii tollere videntur, eorum solutionem qui voluerit perspiciat. Sane quamplurimos movent ea quæ de Pharaone dicuntur, de quo sæpius respondens Deus ait : « Ego indurabo cor Pharaonis. » Si enim a Deo induratur, et quia induratur, peccat, non ipse sibi causa peccati est, sic neque sui juris Pharao. Hinc ex simili dicet aliquis non esse liberos qui pereunt, neque per se ipsos perire ; et quod in

[37] Exod. iv, 21. [38] Ezech. xi, 19, 20. [39] Marc. iv, 12. [40] Rom. ix, 16. [41] Philip. ii, 13. [42] Rom. ix, 18 et seq.

(28) Libb. editi, « exposuimus. » Sed mss., « exponimus. »

(29) Sic mss. Editi vero, περὶ τὸν Φαραώ.

(30) Ita mss. Libb. editi, « non audiant et intelligant. » Ibidem mss., « sed et illud quod a Paulo. » Libb. editi, « sed et illud quondam a Paulo. » Paulo post mss., « quid ergo adhuc culpat? » Libb. editi, « quid ergo adhuc culpamur ? »

(31) In libb. editis deest ὡς. Paulo post mss., περὶ τοῦ Φαραώ. Libb. editi, περὶ τὸν Φαραώ.

Ἀρξώμεθα τοίνυν ἀπὸ τῶν περὶ τοῦ Φαραὼ εἰρημένων ὡς σκληρυνομένου ὑπὸ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἐξαποστείλῃ τὸν λαόν· ᾧ συνεξετασθήσεται ἅμα καὶ τὸ ἀποστολικόν· « Ἄρ' οὖν ὃν θέλει ὁ Θεὸς ἐλεεῖ· ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. » Καὶ ἐπιχρῶνται τούτοις τῶν ἑτεροδόξων τινὲς, σχεδὸν καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτεξούσιον ἀναιροῦντες, διὰ τὸ φύσεις εἰσάγειν ἀπολλυμένας, ἀνεπιδέκτους τοῦ σώζεσθαι, καὶ ἑτέρας σωζομένας, ἀδυνάτως ἐχούσας πρὸς τὸ ἀπολέσθαι· τόν τε Φαραὼ φασι φύσεως ὄντα ἀπολλυμένης διὰ τοῦτο σκληρύνεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐλεοῦντος μὲν τοὺς πνευματικοὺς, σκληρύνοντος δὲ τοὺς χοϊκούς. Φέρε οὖν ἴδωμεν ὅ τί ποτε καὶ λέγουσι. Πευσόμεθα γὰρ αὐτῶν εἰ χοϊκῆς φύσεως ὁ Φαραὼ ἦν· ἀποκρινομένοις δὲ ἐροῦμεν ὅτι ὁ τῆς χοϊκῆς φύσεως πάντως ἀπειθεῖ Θεῷ· εἰ δὲ ἀπειθεῖ, τίς χρεία σκληρύνεσθαι αὐτοῦ τὴν καρδίαν, καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πλεονάκις; Εἰ μὴ ἄρα ἐπεὶ δυνατὸν ἦν πείθεσθαι αὐτὸν, καὶ πάντως ἐπείσθη ἂν, ἅτε οὐκ ὢν χοϊκὸς, ὑπὸ τῶν τεράτων καὶ σημείων δυσωπούμενος, χρῄζει δὲ αὐτοῦ ὁ Θεὸς ὑπὲρ τοῦ ἐνδείξασθαι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πολλῶν τὰ μεγαλεῖα ἐπὶ πλεῖον ἀπειθοῦντος, διὰ τοῦτο σκληρύνει αὐτοῦ τὴν καρδίαν. Ταῦτα δὲ λελέξεται πρῶτον πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ ἀνατραπῆναι ὃ ὑπολαμβάνουσιν ὅτι φύσεως ἦν ἀπολλυμένης ὁ Φαραώ. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ λεγομένου (33) λεκτέον πρὸς αὐτούς. Τίνας γὰρ σκληρύνει ὁ Θεός; Τοὺς ἀπολλυμένους ὡσεὶ πεισομένους εἰ μὴ σκληρυνθεῖεν, ἢ δηλονότι σωθησομένους τῷ μὴ εἶναι αὐτοὺς φύσεως ἀπολλυμένης. Τίνας δὲ καὶ ἐλεεῖ; Ἆρα τοὺς σωθησομένους; Καὶ πῶς χρεία ἐλέου δευτέρου αὐτοῖς ἅπαξ κατασκευασθεῖσι σωθησομένοις, καὶ πάντως διὰ τὴν φύσιν μακαρίοις ἐσομένοις; εἰ μὴ ἄρα ἐπεὶ ἐπιδέχονται ἀπώλειαν, εἰ μὴ ἐλεηθεῖεν, ἐλεοῦνται, ἵν' ὅπερ ἐπιδέχονται μὴ λάβωσι τὸ ἀπολέσθαι, ἀλλὰ γένωνται ἐν χώρᾳ σωζομένων; Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς ἐκείνους.

A 8. Incipiamus igitur ab his quæ **115** ad Pharaonem dicta sunt, qui a Deo dicitur induratus ne dimitteret populum; cum quo pariter etiam Apostoli ille sermo tractabitur, quo ait : « Ergo cui vult miseretur et quem vult indurat [43]. » His enim præcipue nituntur hæretici dicentes non esse in nostra potestate ut salvemur, sed naturas esse animarum tales quæ omni genere vel pereant vel salventur, nec ullo modo possit anima quæ malæ naturæ est, bona fieri; aut quæ bonæ naturæ fuerit, mala effici (32). Unde aiunt et Pharaonem, quoniam naturæ erat perditæ, propterea indurari a Deo qui indurat eos qui terrenæ naturæ sunt, miseretur autem eorum qui spiritalis naturæ sunt. Videamus ergo quale est istud quod asserunt, et interrogemus eos primo, B ut respondeant nobis, si terrenæ naturæ quam perditam dicunt, asserunt fuisse Pharaonem. Respondebunt sine dubio : terrenæ. Si ergo terrenæ naturæ erat, credere Deo vel obedire ei resistente natura omnino non potuit. Quod si hoc ei erat per naturam, quid adhuc opus erat indurari cor ejus, et hoc non semel, sed frequenter: nisi quod utique possibile erat eum suaderi? Nec indurari ab alio diceretur, nisi is qui a se non erat durus. Quod si ex se non erat durus, consequens est ut nec fuerit terrenæ naturæ, sed talis qui posset obstupefactus signis et virtutibus cedere. Necessarius etenim erat Deo (34) ut pro salute multorum in ipso ostenderet virtutem suam, dum resistit plurimis signis et obluctatur voluntati Dei, et per hoc cor ejus dicitur indurari. Hæc autem dicta sunt primo C adversus illos, per quæ illa eorum subruatur assertio qua putant naturaliter perditum fuisse Pharaonem. Sed et de his quæ ab apostolo Paulo dicta sunt, similiter adversus eos agamus. Quos enim indurat Deus secundum opinionem vestram? Nempe eos quos naturæ perditæ dicitis, quid aliud credo facturos si non fuissent indurati. Si vero ex indu-

INTERPRETATIO NOVA.

Ezechiele dicitur : « Auferam eorum lapidea corda, et immittam eis carnea ut in præceptis meis incedant, et justitias meas custodiant; » movere possit aliquem quasi Deus det vel incedere in suis mandatis vel suas justificationes custodire, dum id quod obstat ad custodienda mandata cor lapideum aufert, et melius, nempe carneum, inserit. Videamus etiam illud quod in Evangelio Salvator respondit ad eos qui ab ipso quærebant, quare ad turbas in parabolis loqueretur. « Ut videntes, inquit, non videant, et audientes audiant et non intelligant, ne forte convertantur et remittatur eis. » Illud insuper a Paulo dictum est : « Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei. » Et alibi : « Et velle et perficere ex Deo est. Ergo cujus vult Deus miseretur et quem vult indurat. Dices itaque mihi : Quid adhuc queritur; voluntati enim ejus quis resistit? » Et : « Obedientia ex vocante, non ex nobis est. O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit : Quid me fecisti sic? Annon habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? » Hæc enim per se multos perturbare possunt, quasi non sui sit arbitrii homo, sed Deus quos voluerit, salvet et perdat.

8. Incipiamus igitur ab iis quæ de Pharaone dicta sunt, tanquam a Deo indurato, ne dimitteret populum; cum quo et illud Apostoli una tractabitur : « Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat. » His enim abutuntur hæreticorum nonnulli, qui propemodum liberum arbitrium tollunt, cum naturas inducunt perditas quæ salvari non possint, et alias quæ salvantur quæque perire nullo modo possint; et perditæ

[43] Rom. IX, 18.

(32) Sic mss. Libb. editi, « quæ mala facta est, bona fieri, aut quæ bona fuerit, mala effici. » Infra mss., « quid adhuc opus erat indurari, » etc. Libb. editi, « quid ad hoc opus ei erat indurari, » etc. Ibidem mss., « qui a se non erat durus. » Libb. editi, « qui ante non erat durus. »

(33) *Λεγομένου*. Deest in antea editis, sed habetur in mss. Paulo post mss., δηλονότι. Libb. editi, δῆλον ὅτι.

(34) Ita mss. Libb. editi, « necessarium erat Deo; » ibidem mss., « dum resistit plurimis signis. » Libb. editi, « dum resistit plurimum. »

ratione ad perditionem veniunt, jam non naturaliter, sed ex accidentibus pereunt. Tunc deinde dicite nobis, quorum miseretur Deus? Nempe eorum qui salvandi sunt. Et in quo isti secunda misericordia (35) indigent qui semel salvandi sunt per **116** naturam, et ad beatitudinem veniunt naturaliter, nisi quia etiam ex his ostenditur, quod quia perire eos possibile erat, idcirco misericordiam consequuntur, ut per hoc non pereant, sed veniant ad salutem et piorum regna possideant? Et hæc quidem dicta sint adversus eos qui naturas bonas vel malas, id est terrenas, vel spiritales commentitiis fabulis introducunt, ex quibus fieri dicunt, ut vel salvetur unusquisque, vel pereat.

9. Nunc vero respondendum est etiam his qui Deum legis justum tantummodo volunt, non etiam bonum, quomodo putent a Deo indurari cor Pharaonis, quid faciente vel quid prospiciente? Observandus est enim prospectus et intuitus Dei, secundum nos quidem justi et boni, secundum ipsos vero justi tantummodo. Et ostendant nobis quomodo Deus quem utique et ipsi justum fatentur, juste faciat cor hominis indurari, ut ex ipsa induratione peccet et pereat. Et quomodo in hoc Dei justitia defendetur, si ipse eis causa perditionis exsistit, quos pro eo quod duritie increduli exstiterint, ipse postmodum judicis auctoritate damnavit? Quid etiam culpat eum dicens : « Tu autem quoniam non vis dimittere populum meum (36), ecce percutiam omnia primitiva in Ægypto, etiam primitivum tuum [44]; » et quæcunque alia scripta sunt per Moysem dicta esse a Deo ad Pharaonem? Necesse est enim omnem qui vera asserit ea quæ in Scripturis referuntur, et ostendere vult justum esse Deum legis et prophetarum, pro his omnibus reddere rationem, quomodo per hoc nihil prorsus justitiæ Dei derogetur; quoniam licet bonum eum negent, justum tamen et judicem et mundi creatorem fatentur. Alius enim responsionis ordo est adversus eos qui malignum, id est diabolum, mundi hujus asserunt creatorem.

A Ἐπαπορητέον δὲ πρὸς τοὺς νομίζοντας νενοηκέναι τὸ, « ἐσκλήρυνε, » τί δήποτε λέγουσι τὸν Θεὸν ἐνεργοῦντα σκληρύνειν καρδίαν, καὶ τί προτιθέμενον τοῦτο ποιεῖν. Τηρείτωσαν γὰρ καὶ ἔννοιαν Θεοῦ, κατὰ μὲν τὸ ὑγιὲς δικαίου καὶ ἀγαθοῦ· εἰ δὲ μὴ βούλονται, ἐπὶ τοῦ παρόντος αὐτοῖς συγκεχωρήσθω, δικαίου· καὶ παραστησάτωσαν πῶς ὁ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, ἢ ὁ δίκαιος μόνον φαίνεται δίκαιος, σκληρύνων καρδίαν τοῦ διὰ τὸ σκληρύνεσθαι ἀπολλυμένου, καὶ πῶς ὁ δίκαιος αἴτιος ἀπωλείας γίνεται καὶ ἀπειθείας τῶν ὑπ' αὐτοῦ διὰ τὸ σκληρύνεσθαι καὶ ἀπειθεῖν αὐτῷ κολαζομένων. Τί δὲ αὐτῷ καὶ μέμφεται λέγων· « Σὺ δὲ οὐ βούλει ἐξαποστεῖλαι τὸν λαόν μου· ἰδοὺ πατάξω πάντα τὰ πρωτότοκα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τὸν πρωτότοκόν σου· » καὶ ὅσα ἄλλα ἀναγέγραπται ὡς τοῦ Θεοῦ λέγοντος διὰ Μωσέως τῷ Φαραώ; Ἀναγκαῖον γὰρ τὸν πιστεύοντα ὅτι ἀληθεῖς αἱ Γραφαὶ καὶ ὅτι ὁ Θεὸς δίκαιος, ἐὰν εὐγνωμονῇ, ἀγωνίζεσθαι πῶς ἐν τοιαύταις λέξεσι τρανῶς δίκαιος νοηθῇ. Εἰ μὲν γὰρ ἀπογραψάμενός τις γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἵστατο πρὸς τὸ πονηρὸν εἶναι τὸν B δημιουργὸν, ἄλλων ἔδει λόγων πρὸς αὐτόν.

INTERPRETATIO NOVA.

naturæ dicunt fuisse Pharaonem, ideoque induratum fuisse a Deo qui spiritales miseratur et terrenos indurat. Videamus ergo quidnam sibi velint. Quæremus enim ab eis an terrenæ naturæ esset Pharao. Si fuisse respondeant, dicemus, qui terrenæ naturæ sit, eum plane Deo resistere. Si autem resistit, quid opus est ejus cor indurari, neque id semel, sed sæpius? Nisi quod forte, quoniam fieri poterat ut obediret, et omnino tot prodigiis et signis perculsus obtemperaturus fuisset, utpote minime terrenus, sed eo amplius resistente egebat Deus ut ad multorum salutem magnitudinem suam ostenderet, ideo cor ejus indurat. Hæc primum dicta sint ad evertendum id quod isti opinantur, naturæ fuisse perditæ Pharaonem : idemque de Apostoli dicto respondendum est ipsis. Quos enim indurat Deus? Perditos qui obedirent tamen, nisi indurarentur; aut certe salvandos, quod non sint naturæ perditæ. Quos vero miseratur? An salvandos? Sed quid opus est secunda miseratione ipsis qui semel per naturam salvandi sunt, et beatitudine potituri? Nisi forte quia sublata misericordia perire possunt, ideo misericordiam consequuntur, ut in perditionem, in quam incidere queunt, non incurrant, sed sint in eorum qui salvantur regione. Atque hæc adversus illos dicta sint.

9. Quærendum autem est ab iis qui illud, « induravit, » intelligere sibi videntur, quid dicant a Deo effici, quid provideri, cum cor indurat. Observent enim Dei notionem, re quidem vera justi et boni, aut, si noluerint, et ut hoc eis nunc concedatur, duntaxat justi, et ostendant quomodo bonus et justus, vel justus tantum, justus videatur, illius cor indurans qui, quod induratus sit, perit; et quomodo justus causa sit interitus et contumaciæ iis, quos, quia indurati sunt et ipsi restiterunt, punit. Quid vero illi succenset dicens : « Tu autem non vis dimittere populum meum; ecce percutiam omnia primogenita in Ægypto, etiam primogenitum tuum ; » et quæcunque alia in Scripturis Deo tribuuntur Pharaonem per Moysem alloquenti? Necesse enim est ut qui veras esse Scripturas et Deum justum credit, si bona sit fide, sollicite demonstret quomodo nihil obstent ejusmodi dicta quominus aperte justus intelligatur. Si quis enim ex professo enixe ac contente palamque malum esse mundi opificem statueret, alia cum ipso ratione agendum foret.

[44] Exod. IX, 17; XII, 12; XI, 5.

(35) Sic libb. editi. Mss. vero, « in quo isti secundum vos misericordia. » Paulo post mss., « commentitiis fabulis introducunt. » Libb. editi, « commotiones fabulis introducunt. »

(36) *Meum*. Deest in libb. editis, sed habetur in mss.

A Ἐπεὶ δέ φασι διακεῖσθαι περὶ αὐτοῦ ὡς περὶ δικαίου, καὶ ἡμεῖς ὡς περὶ ἀγαθοῦ ἅμα καὶ δικαίου, σκοπήσωμεν πῶς ἂν ὁ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος σκληρύνοι τὴν καρδίαν Φαραώ. Ὅρα τοίνυν εἰ διά τινος παραδείγματος, ᾧ ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐχρήσατο, δυνάμεθα παραστῆσαι πῶς μιᾷ ἐνεργείᾳ ὁ Θεὸς ὃν μὲν ἐλεεῖ, ὃν δὲ σκληρύνει, οὐ προτιθέμενος σκληρύνειν, ἀλλὰ διὰ προθέσεως χρηστῆς, ᾗ ἐπακολουθεῖ, διὰ τὸ τῆς κακίας ὑποκείμενον τοῦ παρ' ἑαυτοῖς κακοῦ, τὸ σκληρύνεσθαι, σκληρύνειν λεγόμενος τὸν σκληρυνόμενον· « Γῆ, φησὶν, ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγύς· ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. » Οὐκοῦν μία ἐνέργεια ἡ κατὰ τὸν ὑετόν· μιᾶς δὲ ἐνεργείας οὔσης τῆς κατὰ τὸν B ὑετὸν, ἡ μὲν γεωργηθεῖσα γῆ καρποφορεῖ, ἡ δὲ ἀμεληθεῖσα καὶ χέρσος ἀκανθοφορεῖ. Καὶ δύσφημον ἂν δόξαι εἶναι τὸ λέγειν τὸν ὕοντα, Ἐγὼ τοὺς καρποὺς ἐποίησα, καὶ τὰς ἀκάνθας τὰς ἐν τῇ γῇ· ἀλλ' εἰ καὶ δύσφημον, ἀλλ' ἀληθές· ὑετοῦ γὰρ μὴ γενομένου, οὔτ' ἂν καρποὶ, οὔτ' ἄκανθαι γεγόνεισαν· τούτου δὲ εὐκαίρως καὶ μεμετρημένως ἐπιῤῥεύσαντος, ἀμφότερα γεγένηται. Ἐκφέρουσα γοῦν ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἡ πιοῦσα γῆ τὸν ἐπ' αὐτῆς ἐρχόμενον ὑετὸν πολλάκις, ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγὺς γίνεται. Οὐκοῦν τὸ μὲν ἀγαθὸν τοῦ ὑετοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν χείρονα γῆν ἐλήλυθε· τὸ δὲ ὑποκείμενον ἠμελημένον, καὶ ἀγεώργητον τυγχάνον, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἐβλάστησεν. Οὕτω τοίνυν καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεράστια οἱονεὶ C ὑετός ἐστιν· αἱ δὲ προαιρέσεις αἱ διάφοροι, οἱονεὶ ἡ γεγεωργημένη γῆ ἐστι καὶ ἠμελημένη, μιᾷ τῇ φύσει ὡς γῆ τυγχάνουσα.

10. Nos vero quoniam non solum justum, sed et bonum Deum fatemur qui per Moysem locutus est, perspiciamus (37) diligentius quomodo justo bonoque conveniat quod cor indurare dicitur Pharaonis; et videamus **117** si forte possumus, sequentes apostolum Paulum, difficultatem rei exemplis quibusdam ac similitudinibus solvere (38), si ostenderimus quoniam uno eodemque opere Deus alterius quidem miseretur, et alium indurat, non hoc agens neque volens ut induretur ille qui induratur: sed dum ille benignitate sua et patientia utitur, his quidem qui ejus benignitatem et patientiam ad contemptum atque insolentiam ducunt, induratur cor dum criminum pœna differtur; hi vero qui benignitatem et patientiam ejus ad occasionem pœnitentiæ suæ (39) et emendationis accipiunt, misericordiam consequuntur. Ut autem evidentius quod dicimus demonstremus, utamur exemplo quo in Epistola ad Hebræos usus est apostolus Paulus dicens: « Terra enim quæ bibit frequenter super se venientem imbrem et germinat herbam opportunam his a quibus colitur, percipiet benedictionem a Deo; quæ autem profert spinas et tribulos, reproba est et maledicto proxima, cujus finis ad exustionem [45]. » Igitur ex his quos assumpsimus Pauli sermonibus evidenter ostenditur, quod uno eodemque opere Dei quo imbrem terræ largitur, alia quidem terra diligenter exculta fructus afferat bonos; alia vero quæ negligenter inculta est, spinas et tribulos proferat. Et si quis quasi ex persona imbrium loquens dicat: Ego imber feci fructus bonos, et spinas ac tribulos ego feci (40); quamvis dure dici videatur, vere tamen dicitur; nisi enim imber fuerit, nec fructus nec spinæ nec tribuli nascerentur; superveniente vero pluvia utrumque terra produxit. Sed quamvis pluviæ beneficio terra germen utrumque produxerit, non tamen imbribus merito diversitas germinis ascribetur, sed ad illos jure culpa mali seminis reflectetur, qui cum possent frequenti aratro terram scindere, et rastris gravibus torpentes glebas vertere, et omnes inutiles radices noxii graminis amputare atque succidere, cunctisque quibus cultus ille deposcit laboribus ac studiis purgata excultaque novalia venturis imbribus præparare, hoc quidem facere neglexerunt; desidiæ autem suæ (41) aptissimos fructus, spinas ac tribulos metent; ita fit ut bonitas et æquitas imbrium super omnem terram æqualiter veniat, sed uno eodemque opere pluviæ ea quidem terra quæ culta est diligentibus utilibus-

INTERPRETATIO NOVA.

10. Sed cum dicant isti eum se justum credere, nos vero bonum eum simul et justum confiteamur, videamus quomodo bonus et justus induret cor Pharaonis. Vide igitur an exemplo quopiam quo in Epistola ad Hebræos usus est Apostolus, possimus ostendere quomodo una eademque opera Deus hujus quidem misereatur, illum vero induret, non quod quempiam sibi indurandum proponat, sed quod cum bono ejus proposito abutitur inhærentis ipsius vitii improbitas, consequatur induratio, sicque induratum dicatur indurare: « Terra enim, inquit, sæpe venientem super se bibens imbrem, et generans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo; proferens autem spinas ac tribulos, reproba est et maledicto proxima, cujus consummatio in combustionem. » Unum

[45] Hebr. VI, 7, 3.

(37) Libb. editi: « respiciamus. » Paulo post mss., « si ostenderimus quoniam uno eodemque opere. » Libb. editi, « si ostendimus quoniam uno eodemque tempore. » Infra libb. editi, « dum ad terminum pœna differtur. » Sed mss. ut in nostro textu.

(38) Vide *Origenian.* lib. II, q. 7, num. 14.

(39) *Suæ.* Deest in antea editis, sed habetur in mss. Paulo post mss., « opportunam his a quibus colitur. » Libb. editi, « optimam his quibus colitur. »

(40) Sic mss. Libb. autem editi, « ex persona impiorum loquens dicat: Ergo imber fecit. » Ibidem mss., « nec fructus, nec spinæ. » In libb. editis deest « nec fructus. » Paulo post mss., « culpa mali seminis reflectetur. » In editis deest « mali. » Paulo infra mss., « radices noxii graminis. » In editis pro « graminis » legitur, « germinis. »

(41) *Desidiæ autem suæ.* Sic mss. Editi omittunt « suæ. » Ibidem mss., « ita fit ut bonitas. » Libb. editi, « ita ut bonitas. » Paulo post mss., « diligentibus utilibusque cultoribus. » In editis deest, « utilibusque. »

que cultoribus cum benedictione utiles fructus proferat; ea vero quæ cultorum desidia obduruit, spinas ac tribulos germinet. Sic ergo accipiamus quod ea signa et virtutes quæ a Deo fiebant, imbres 118
quidem erant a Deo desuper ministrati, propositum vero hominum et voluntates terra accipienda est culta vel inculta, unius quidem naturæ utpote omnis terra cum terra, non tamen unius ejusdemque culturæ. Ex quo fit ut uniuscujusque propositum vel induretur virtutibus et mirabilibus Dei, si incultum et ferum est et barbarum, et semetipso asperius ac spinosius fiat; aut mitescat (42) amplius, ac tota mente se in obedientiam tradat, si purgatum a vitiis fuerit et excultum.

11. Verum ad evidentiorem rei probationem superfluum non erit uti etiam alia similitudine: verbi gratia, si quis diceret quia sol est qui restringit, et qui resolvit, cum contrarium sit et resolutio et constrictio; sed non erit falsum quod dicitur, dum una eademque caloris sui virtute sol quidem ceram solvit, limum vero arefacit et stringit; non quod virtus ejus aliter in limo, aliter operetur in cera, sed quod limi alia, alia ceræ sit qualitas, cum utique secundum naturam unum sit, quia utrumque de terra est. Ita ergo una eademque operatio Dei quæ per Moysem in signis ac virtutibus gerebatur, Pharaonis quidem duritiam arguebat, quam malitiæ suæ intentione conceperat; reliquorum vero Ægyptiorum qui Israelitis admiscebantur, obedientiam declarabat, qui etiam cum Hebræis pariter excessisse Ægypto referuntur. Quod vero scriptum est quia paulatim edomaretur cor Pharaonis (43), ut aliquando diceret: « Non longe abeatis, iter tridui abibitis, sed uxores vestras relinquite et infantes vestros et pecora vestra; » sed et si qua alia scripta sunt per quæ paulatim videtur acquiescere signis et virtutibus, quid aliud ex his indicatur, nisi quod agebat quidem in eo aliquid signorum et mirabilium virtus, non tamen quantum debet operabatur? Si enim talis erat induratio qualem plurimi putant, non utique inveniretur vel in paucis acquiescere. Tropum vero vel figuram sermonis ejus qui scriptus est de induratione, etiam ex communi consuetudine exponere puto quod non videatur absurdum. Frequenter enim benigniores quique domini ad eos servos qui per multam patientiam et mansuetudinem dominorum insolentiores impro-

A "Ωσπερ δὲ καὶ εἰ ὁ ἥλιος ἔλεγε, φωνὴν προϊέμενος, ὅτι ἐγὼ τήκω καὶ ξηραίνω, ἐναντίων ὄντων τοῦ τήκεσθαι καὶ τοῦ ξηραίνεσθαι, οὐκ ἂν ψεῦδος ἔλεγε παρὰ τὸ ὑποκείμενον, ἀπὸ τῆς μιᾶς θερμότητος τηκομένου μὲν τοῦ κηροῦ, ξηραινομένου δὲ τοῦ πηλοῦ· οὕτως ἡ μία ἐνέργεια ἡ διὰ Μωσέως γινομένη, σκληρυσμὸν μὲν ἤλεγχε τὸν τοῦ Φαραὼ, διὰ τὴν κακίαν αὐτοῦ· πειθὼ δὲ τὴν τῶν ἐπιμίκτων Αἰγυπτίων συνεξορμησάντων τοῖς Ἑβραίοις. Καὶ τὸ κατὰ τὸ βραχὺ δὲ ἀναγεγράφθαι οἱονεὶ μαλάσσεσθαι τὴν καρδίαν Φαραὼ, λέγοντος· « Ἀλλ' οὐ μακρὰν ἀποτενεῖτε· τριῶν γὰρ ἡμερῶν πορεύσεσθε, καὶ τὰς γυναῖκας ὑμῶν καταλείπετε· » καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ βραχὺ ἐνδιδοὺς πρὸς τὰ τεράστια ἔλεγε, δηλοῖ ὅτι ἐνήργει μέν τι καὶ εἰς αὐτὸν τὰ σημεῖα, οὐ μὴν τὸ πᾶν κατειργάζετο. Οὐκ B ἂν δὲ οὐδὲ ταῦτα ἐγίνετο, εἰ τὸ νοούμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν, « σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραὼ, » ὑπ' αὐτοῦ ἐνηργεῖτο τοῦ Θεοῦ δηλονότι. Οὐκ ἄτοπον δὲ καὶ ἀπὸ συνηθείας τὰ τοιαῦτα παραμυθήσασθαι, πολλάκις τῶν χρηστῶν δεσποτῶν φασκόντων τοῖς διὰ τὴν χρηστότητα καὶ τὴν μακροθυμίαν ἐπιτριβομένοις οἰκέταις τό· Ἐγώ σε πονηρὸν ἐποίησα, καὶ ἐγώ σοι αἴτιος γέγονα τῶν τηλικούτων ἁμαρτημάτων· δεῖ γὰρ τοῦ ἤθους ἀκοῦσαι καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ λεγομένου, καὶ μὴ συκοφαντεῖν, μὴ κατακούοντας τοῦ βουλήματος τοῦ λόγου· Ὁ γοῦν Παῦλος ταῦτα σαφῶς ἐξετάσας φησὶ πρὸς τὸν ἁμαρτάνοντα· « Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ C ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις ἑαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας Θεοῦ. » Ἃ γὰρ λέγει πρὸς τὸν ἁμαρτάνοντα ὁ Ἀπόστολος,

INTERPRETATIO NOVA.

igitur est in imbre demittendo opus; ex eo tamen uno, tellus culta fruges, neglecta et inculta spinas profert. Durum sane videatur si qui imbrem largitur, dicat: Ego fruges et spinas in terra feci; sed etsi durum, nihilominus verum est. Si enim imber defuisset, neque fruges neque spinæ provenissent; hoc vero tempestive et moderate defluente, et fruges et spinæ exortæ sunt. Terra igitur quæ sæpe venientem super se bibens imbrem, spinas ac tribulos profert, reproba est et maledicto proxima. Ergo imbris quoque beneficium etiam in deteriorem terram decidit, sed ejus solum neglectum et incultum spinas et tribulos peperit. Ad eum igitur modum quæ fecit Deus prodigia, ceu imber quidam sunt; diversæ vero voluntates, ceu terra culta vel inculta quæ, utpote terra, unius naturæ est.

11. Quemadmodum autem si sol vocem emittens diceret, Ego liquefacio et exsicco: licet hæc contraria sint, nihil tamen pro re subjecta falsi diceret, cum uno eodemque calore cera liquefiat, lutum exsiccetur; ita unum idemque opus Dei per Moysem arguebat duritiem Pharaonis propter malitiam ipsius; Ægyptiorum vero qui Hebræis admiscebantur, obedientiam declarabat. Quodque statim scriptum est, paulum emollitum esse cor Pharaonis dicentis: « Ne longe excedatis, tridui enim viam ibitis, sed conjuges vestras relinquite, » itemque cætera quæ paululum cedens prodigiis dicebat, satis declarant signa illa in eum aliquid virium habuisse, sed non plenam efficaciam. Neque hæc sic evenissent, si, quod multi cogitant, istud, « indurabo cor Pharaonis, » Deus ipse effecisset. Sed et hæc non absurde ex communi loquendi usu emolliri possunt. Frequenter boni et benigni domini servis iis, qui propter benignitatem et patientiam dominorum suorum, perditis fiunt

(42) Ita mss. Libb. autem editi, « superbius ac spinosius fiat et mitescat. » Ibidem mss., « verum ad evidentiorem, » etc. Libb. editi, « unde ad evidentiorem, » etc.

(43) *Cor Pharaonis.* Sic mss. Libb. editi, « domus Pharaonis. »

λεγέσθω πρὸς τὸν Φαραὼ, καὶ πάνυ ἁρμοδίως νοηθείη ταῦτα ἀπαγγελλόμενα αὐτῷ, κατὰ τὴν σκληρότητα καὶ ἀμετανόητον αὐτοῦ καρδίαν, θησαυρίζοντι ἑαυτῷ ὀργήν· τῆς σκληρότητος οὐκ ἂν ἐλεγχθείσης οὕτως, οὐδὲ φανερᾶς γεγενημένης, εἰ μὴ τὰ σημεῖα ἐγεγόνει, ἢ ἐγεγόνει (44) μὲν, μὴ τοσαῦτα δὲ καὶ τηλικαῦτα.

A bioresque fiunt, dicere solent : Ego te talem fecit ego te perdidi, mea te patientia pessimum feci, ego tibi causa hujus tam duræ et pessimæ consuetudinis (45) exsisto, qui te non statim per singulas culpas punio pro merito delictorum. Necesse est **119** enim nos tropum primo vel figuram sermonis advertere, et ita demum virtutem dicti intelligere, nec inferre calumnias verbo cujus interiorem sensum non diligentius exploremus. Denique apostolus Paulus evidenter de talibus tractans, ait ad eum qui permanebat in peccatis: « An divitias bonitatis ejus ac patientiæ et longanimitatis contemnis, ignorans quia benignitas Dei ad pœnitentiam (46) te adducit? Secundum duritiam autem tuam et impœnitens cor thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei [46]. » Hæc dicit Apostolus ad eum qui in peccatis est. Convertamus hæc ipsa nos ad Pharaonem dici, et vide si non ea etiam de ipso dici consonanter invenies, qui secundum duritiam suam et cor impœnitens thesaurizavit et recondidit sibi ipsi iram in die iræ, pro eo quod nunquam duritia ejus ita argui et in manifestum venire potuisset, nisi signa et prodigia fuissent tam multa tamque magnifica prosecuta.

Ἀλλ' ἐπεὶ δυσπειθεῖς αἱ τοιαῦται διηγήσεις, καὶ B βίαιοι εἶναι νομίζονται, ἴδωμεν καὶ ἀπὸ προφητικοῦ λόγου τί φασιν οἱ πολλῆς χρηστότητος Θεοῦ πεπειραμένοι καὶ μὴ βιώσαντες καλῶς, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ἁμαρτήσαντες· « Τί ἐπλάνησας ἡμᾶς, Κύριε, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου, Ἵνα τί ἐσκλήρυνας ἡμῶν τὴν καρδίαν, τοῦ μὴ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου; Ἐπίστρεψον διὰ τοὺς δούλους σου, διὰ τὰς φυλὰς τῆς κληρονομίας σου, ἵνα μικρόν τι κληρονομήσωμεν τοῦ ὄρους τοῦ ἁγίου σου. » Καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ· « Ἠπάτησάς με, Κύριε, καὶ ἠπατήθην, ἐκράτησας καὶ ἠδυνάσθης. » Τὸ γὰρ, « ἵνα τί ἐσκλήρυνας ἡμῶν τὴν καρδίαν, τοῦ μὴ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου; » λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐλεηθῆναι παρακαλούντων, ἐν ἤθει λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστιν· Ἵνα τί ἐπὶ τοσοῦτον ἐφείσω ἡμῶν, οὐκ ἐπισκεπτόμενος ἡμᾶς ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἀλλὰ καταλιπὼν ἕως εἰς C μέγεθος ἔλθῃ πταισμάτων τὰ ἡμέτερα; Ἐγκαταλείπει δὲ μὴ κολαζομένους τοὺς πλείονας, ἵνα τε τὰ ἑκάστου ἤθη ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἐξετασθῇ, καὶ φανεροὶ μὲν ἐκ τῆς γενομένης βασάνου οἱ κρείττους γένωνται· οἱ δὲ λοιποὶ μὴ λαθόντες, οὐχὶ Θεὸν, πάντα γὰρ οἶδε πρὸ γενέσεως αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ λογικὰ καὶ αὐτοὺς, ὕστερον τύχωσιν ὁδοῦ θεραπείας· οὐκ ἂν ἐγνωκότες τὴν εὐεργεσίαν, εἰ μὴ ἑαυτῶν κατεγνώκεισαν· ὅπερ

12. Quod si minus plenæ videntur esse probationes quas diximus, et apostolicæ similitudinis parum munimenti habere adhuc videtur assertio; adhibeamus etiam propheticæ auctoritatis assensum, et videamus quid etiam prophetæ pronuntient de his qui primo quidem recte viventes, benignitatis Dei habere quamplurima experimenta meruerunt, postea vero ut homines deliquerunt; cum quibus se quoque unum faciens Propheta ait : « Ut quid, Domine, errare nos fecisti a via tua? Et quare indurasti cor nostrum uti non timeremus nomen tuum? Convertere propter servos tuos, propter tribus hæreditatis tuæ, ut et nos parum aliquid hæreditatis (47) capiamus de monte sancto tuo [47]. » Sed et Jeremias similiter dicit : « Seduxisti nos, Domine, et seducti sumus : tenuisti et potuisti [48]. » Quod ergo ait : « Ad quid, Domine, indurasti cor nostrum uti non timeamus nomen tuum? » dictum ab his qui misericordiam precabantur, morali utique tropo accipiendum **120** est; velut si quis dicat : Ut quid in tantum pepercisti nobis nec requisisti nos cum peccaremus, sed reliquisti nos ut per hoc increscerel malum, et propagaretur peccandi licentia animadversione cessante? Sic equus

INTERPRETATIO NOVA.

moribus, ingerere solent: Ego te improbum feci, ego tot scelerum tibi causa fui: sermonis enim indoles et vis advertenda est et citra calumniam quod dicitur genuino sensu accipiendum. Quare Paulus, qui hæc accurate perscrutatus fuerat, peccantem sic alloquitur : « An divitias bonitatis ejus, et patientiæ et longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei. » Nam quæ dicit ad peccantem Apostolus, dicantur ad Pharaonem, et plane congruenter intelligentur ipsi competere, propter duritiam et impœnitens cor thesaurizanti sibi ipsi iram. Nec enim ejus durities ita coargui et declarari potuisset nisi signa tot ac tanta exstitissent.

12. Sed quoniam expositiones ejusmodi creditu difficiles et contortæ videntur, videamus ex prophetico sermone quid dicant ii qui Dei benignitatem experti sunt nec honeste vixerunt, sed postea peccarunt: « Cur errare nos fecisti, Domine, a via tua? Cur indurasti cor nostrum, ut non timeremus nomen tuum?

[46] Rom. II, 4, 5. [47] Isa. LXIII, 17, 18. [48] Jerem. XX, 7.

(44) Ἢ ἐγεγόνει. Hæc omissa sunt in antea editis, sed habentur in mss. D

(45) Sic mss. Libb. editi, « et pessimæ insolentiæ. » Paulo post mss., « nos tropum primo. » In editis deest « primo. » Post paululum, « virtutem dicti intelligere. » In editis pro « dicti, » legitur, « Dei. » Ibidem mss., « sensum non diligentius exploremus. » In editis deest, « non. » Paulo post mss., « de talibus tractans. » Libb. editi, « de talibus tradens. »

(46) Ita mss. Libb. editi, « ad patientiam. » Paulo post libb. editi, « in die judicii Dei. » Sed mss. ut in nostro textu. Paulo infra mss. « de ipso dici consonanter invenies. » In editis deest « dici. » Ibidem mss., « secundum duritiam suam. » Editi vero, « secundum duritiam ejus. »

(47) *Tuæ, ut et nos parum aliquid hæreditatis.* Hæc desunt in antea editis, sed habentur in omnibus mss. Infra mss. « velut si quis dicat. » In editis deest, « si. »

si non assidui sessoris ferratum patitur calcem et frenis ora ferratis obteritur, indurescit. Sic puerilis (48) ætas si nulla plagæ assiduitate curetur, insolentem simul et ad vitia præcipitem juvenem reddet. Relinquit ergo Deus et negligit eos quos correptione judicarit indignos. « Quem enim diligit Dominus, corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.[49] » Ex quo arbitrandum est in filiorum jam ordinem et affectum recipi eos qui flagellari a Domino meruerint et corripi, quo scilicet et per tentationum et tribulationum patientiam possint etiam ipsi dicere : « Quis nos separabit a charitate Dei quæ est in Christo Jesu? Tribulatio? an angustia? an fames (49)? an nuditas? an periculum? an gladius [50]? » Per hæc enim omnia manifestatur et proditur uniuscujusque propositum et perseverantiæ firmitas indicatur, non tam Deo qui novit omnia antequam fiant, quam rationabilibus cœlestibusque virtutibus, quæ utique procurationem salutis humanæ velut quædam adjutrices Dei ministræque sortitæ sunt. Hi vero qui nondum se tanta constantia, neque tanto affectu offerunt Deo, neque parati sunt accedentes ad servitutem Dei præparare animas suas ad tentationem, derelinqui dicuntur a Deo, id est non erudiri, pro eo quod ad erudiendum parati non sunt, in posterum sine dubio tempus eorum dispensatione vel curatione dilata. Qui utique quid a Deo consequentur, ignorant, nisi prius ad beneficii consequendi desiderium venerint (50) : quod ita demum fiet, si quis ante semetipsum cognoscat, et sentiat quid sibi desit; et quod sibi deest, a quo quærere vel debeat vel possit, intelligat. Qui enim non intellexerit prius infirmitatem vel ægritudinem suam, medicum quærere nescit; vel certe cum receperit sanitatem, non erit gratus medico, qui non prius periculum sui languoris agnovit. Ita et si qui non prius animæ suæ vitia et peccatorum suorum cognoverit mala, ac proprii oris confessione prodiderit, purgari is absolvique non poterit, ne ignoret sibi per gratiam concessum fuisse quod possidet, et divinam liberalitatem proprium bonum putet : quæ res sine dubio arrogantiam rursus animæ (51) generat et elationem, et denuo ei causa fit ruinæ. Quod etiam de diabolo sentiendum est qui primatus suos proprios et non a Deo datos **121** esse credidit, quos habebat tunc cum immaculatus erat; et impleta est in eo illa sententia quæ dicit, quod « omnis qui se exaltat, humiliabitur [51]. » Unde mihi videtur quod ideo occultata sint prudentioribus et sapientioribus divina mysteria, quemadmodum Scriptura dicit, « uti ne glorietur omnis caro in conspectu Dei [52]; » et revelata sint parvulis, his videlicet qui postea-

A συμφέρει ἑκάστῳ ἵνα αἴσθηται τῆς ἰδιότητος αὑτοῦ καὶ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ μὴ αἰσθανόμενος τῆς ἰδίας ἀσθενείας καὶ τῆς θείας χάριτος, κἂν εὐεργετῆται, μὴ ἑαυτοῦ πεπειραμένος, μηδὲ ἑαυτοῦ κατεγνωκὼς, οἰήσεται ἴδιον εἶναι ἀνδραγάθημα τὸ ἀπὸ τῆς οὐρανίου χάριτος αὐτῷ ἐπιχορηγηθέν· τοῦτο δὲ οἴημα ἐμποιῆσαν καὶ φυσίωσιν, αἴτιον ἔσται καταπτώσεως· ὅπερ νομίζομεν καὶ περὶ τὸν διάβολον γεγονέναι, ἑαυτῷ χαρισάμενον ἃ εἶχε προτερήματα, ὅτε ἄμωμος ἦν· « πᾶς γὰρ ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται· ὡς πᾶς ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. » Κατανόει δὲ ὅτι διὰ τοῦτο ἀποκέκρυπται ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν τὰ θεῖα, ἵνα, ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, « μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· » καὶ ἀποκεκάλυπται νηπίοις, τοῖς μετὰ τὴν νηπιότητα B ἐπὶ τὰ κρείττονα ἐληλυθόσι, καὶ μεμνημένοις ὅτι οὐ παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν τοσοῦτον ὅσον παρὰ τὴν ἄῤῥητον εὐεργεσίαν ἐπὶ πλεῖστον ὅσον μακαριότητος ἐληλύθασιν.

INTERPRETATIO NOVA.

Convertere propter servos tuos, propter tribus hæreditatis tuæ, ut particulam capiamus hæreditatis montis tui sancti. » Et in Jeremia : « Decepisti me, Domine, et deceptus sum, obtinuisti et prævaluisti. » Illud enim : « Cur indurasti cor nostrum, ut non timeremus nomen tuum? » quod ab iis dicitur qui misericordiam implorant, perinde est ac si dicant : Cur in tantum pepercisti nobis nec visitasti nos in peccatis, sed reliquisti, donec ad summum delicta nostra pervenissent? Relinquit autem impune plerosque, ut singulorum mores ex libera voluntate exquirantur, et meliores ex illo examine manifesti fiant; reliqui vero qui Deo non latent (omnia quippe novit antequam fiant), sed rationabili creaturæ sibique ipsis, postea viam salutis inveniant; qui beneficium non agnovissent, nisi seipsos condemnassent; quod quidem unicuique confert, ut conditionem suam et Dei gratiam sentiat. Qui vero propriam imbecillitatem, et Dei gratiam non sentit, etsi adjuvetur, nisi suarum virium experimentum ceperit, et seipsum condemnarit, suum esse facinus existimabit quod ei divino munere concessum est. Quæ opinio animi elationem generat et causa fit ruinæ : quod et diabolo accidisse putamus qui excellentiam illam quam habebat tunc cum erat immaculatus, sibi arrogabat. « Omnis enim qui se exaltat, humiliabitur, et qui se hu-

[49] Hebr. XII, 6. [50] Rom. VIII, 35. [51] Luc. XVIII, 14. [52] I Cor. I, 29.

(48) Libb. editi, « sessoris patitur calcem, et frenis ora ferratis obteritur, indurescit. Sic puerilitas, » etc. Paulo post iidem libb. editi, « ex quo arbitrandum est filiorum et in ordinem. » Sed utrobique mss. ut in nostro textu.

(49) *An fames.* Deest in antea editis, sed habetur in mss. Infra mss., « quam rationabilibus cœlestibusque virtutibus. » In editis deest « cœlestibusque. »

(50) Ita mss. Libb. editi, « ad beneficia conse- D quenda per desiderium venerint. » Infra libb. editi, « non egerit gratias medico, quoniam non prius periculum sui languoris cognovit. » Mss. ut in nostro textu.

(51) Ita mss. In editis deest « rursus animæ. » Paulo post mss., « qui primatus suos proprios. » Libb. editi, « qui primitus honores suos proprios. » Infra mss, « meminerunt utique. » Libb. editi, « meminerint utique. »

quam infantes facti fuerint et parvuli, id est ad humilitatem se et simplicitatem revocaverint parvulorum, tunc proficiunt, et cum ad perfectionem venerint, meminerunt utique quod non jam suis virtutibus, sed gratia et misericordia Dei beatitudinem consecuti sunt.

Οὐκοῦν ἐγκαταλείπεται θείᾳ κρίσει ὁ ἐγκαταλειπόμενος, καὶ μακροθυμεῖ ἐπί τινας τῶν ἁμαρτανόντων ὁ Θεὸς, οὐκ ἀλόγως, ἀλλ' ὡς αὐτοῖς συνοίσοντος, ὡς πρὸς τὴν ἀθανασίαν (52) τῆς ψυχῆς καὶ τὸν ἄπειρον αἰῶνα, τοῦ μὴ ταχὺ συνεργηθῆναι εἰς σωτηρίαν, ἀλλὰ βράδιον ἐπὶ ταύτην ἀχθῆναι μετὰ τὸ πειραθῆναι πολλῶν κακῶν. Ὥσπερ γὰρ, τινὰ οἱ ἰατροὶ δυνάμενοι τάχιον ἰάσασθαι, ὅταν ἐγκεκρυμμένον ἰὸν ὑπονοῶσιν ὑπάρχειν περὶ τὰ σώματα, τὸ ἐναντίον τῷ ἰάσασθαι ἐργάζονται, διὰ τὸ ἰᾶσθαι βούλεσθαι ἀσφαλέστερον τοῦτο ποιοῦντες· ἡγούμενοι κρεῖττον εἶναι πολλῷ χρόνῳ παρακατασχεῖν τινα ἐν τῷ φλεγμαίνειν καὶ κάμνειν, ὑπὲρ τοῦ βεβαιότερον αὐτὸν τὴν ὑγείαν ἀπολαβεῖν, ἤπερ τάχιον μὲν ῥῶσαι δοκεῖν, ὕστερον δὲ ἀναδῦναι, καὶ πρὸς καιρὸν γενέσθαι τὴν ταχυτέραν ἴασιν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Θεὸς γινώσκων τὰ κρύφια τῆς καρδίας, καὶ προγινώσκων τὰ μέλλοντα, διὰ τῆς μακροθυμίας ἐπιτρέπει τάχα καὶ διὰ τῶν ἔξωθεν συμβαινόντων ἐφελκόμενος τὸ ἐν κρυπτῷ κακὸν ὑπὲρ τοῦ καθᾶραι τὸν δι' ἀμέλειαν τὰ σπέρματα τῆς ἁμαρτίας κεχωρηκότα, ἵνα εἰς ἐπιπολὴν ἐλθόντα αὐτά τις ἐμέσας, εἰ καὶ ἐπὶ (53) πλεῖον ἐν κακοῖς γεγένηται, ὕστερον δυνηθῇ, καθαρσίου τυχὼν τοῦ μετὰ τὴν κακίαν, ἀναστοιχειωθῆναι· Θεὸς γὰρ οἰκονομεῖ τὰς ψυχὰς οὐχ ὡς πρὸς τὴν φέρ' εἰπεῖν πεντηκονταετίαν τῆς ἐνθάδε ζωῆς, ἀλλ' ὡς πρὸς τὸν ἀπέραντον αἰῶνα· ἄφθαρτον γὰρ φύσιν πεποίηκε τὴν νοερὰν, καὶ αὐτῷ συγγενῆ, καὶ οὐκ ἀποκλείεται, ὥσπερ ἐπὶ (54) τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, ἡ λογικὴ ψυχὴ τῆς θεραπείας.

A 13. Igitur Dei judicio derelinquitur is qui derelinqui debet, et patientiam habet Deus super nonnullis peccantibus, non tamen sine certa ratione. Sed et hoc ipsum quod patiens est, ad utilitatem ipsorum facit, quoniam quidem immortalis est anima cujus curam et providentiam gerit; et utique quod immortale et æternum est, etiamsi non cito curetur, non tamen excluditur a salute, quæ in tempora opportuniora differtur. Nam et fortassis expedit tardius consequi his qui venenis malitiæ profundioris infecti sunt. Sicut enim medici interdum cum possint celerius obducere vulnerum cicatrices, præsentem dissimulant et differunt sanitatem melioris sanitatis firmiorisque prospectu, dum melius esse norunt moram facere in tumoribus vulnerum, et maligni humoris fluentes paulisper sinere meatus, quam festinare ad superficiem sanitatis, et abstrusis (55) in venis fomitem venenati humoris includere, qui utique exclusus a solitis meatibus serpet sine dubio in interiora membrorum atque ipsa vitalia viscerum penetrabit, non jam morbum corpori, sed vitæ illaturus exitium; hoc ergo modo et Deus qui noscit occulta cordis, et prænoscit futura, per multam patientiam indulget fieri quædam quæ extrinsecus incidentia hominibus provocent proferri et in lucem procedere passiones et vitia quæ celantur intrinsecus; ut per hæc expurgari et curari possint hi qui per multam negligentiam et incuriam B peccatorum in se radices ac semina receperunt, ut ejecta foras atque ad superficiem provocata, evomi quodammodo possint et digeri; ut etiamsi videatur quis gravioribus **122** affici malis, dum membrorum omnium sustinet convulsiones, possit tamen cessare aliquando et desinere et satietatem capere malorum, et sic ad statum suum post multas molestias reparari. Deus enim dispensat animos non ad istud solum vitæ nostræ breve tempus, quod intra sexaginta fere aut si quid amplius annos concluditur, sed ad perpetuum et æternum tempus, tanquam æternus ipse et immortalis, immortalium quoque animarum providentiam tenens. Incorruptibilem namque fecit esse rationabilem naturam, quam ad

INTERPRETATIO NOVA.

miliat, exaltabitur. » Ob eamque causam intellige sapientibus et prudentibus abscondita esse divina mysteria, ut, quemadmodum ait Apostolus, « non glorietur omnis caro in conspectu Dei; » et revelata esse parvulis qui post infantiam ad meliora pervenere, et se non ex se tantum quantum ex ineffabili Dei beneficio, eo felicitatis pervenisse meminerunt.

13. Divino igitur judicio reservatur is qui derelinquitur, et nonnullos peccatores patienter fert Deus, nec sine causa, sed quod, cum immortalis sit anima et per infinitum tempus duratura, ipsis expediat ut non cito ad salutem adjuventur, sed ad eam tardius, postquam plurima mala fuerint experti, adducantur. Quemadmodum enim medici cum celerius curare possint, si abditum in corpore venenum suspicentur, contrarium curationi faciunt, idque, quia certius curare volunt; putant enim præstare ut diutius in tumore vulnerum et labore æger hæreat quo firmiorem sanitatem recipiat, quam ut celerius convalescere videatur, postea vero in morbum recidat et temporaria sit celerior illa curatio: hoc modo et Deus qui novit occulta cordis et futura prævidet, per patientiam forte permittit fieri quædam, et per ea quæ extrinsecus incidunt, occultum malum extrahit ut expurget eum qui per negligentiam semina in se peccati receperit, utque is, cum hæc ad superficiem venerint, et ea evomuerit, licet gravissimis in malis fuerit, postea adhibitis consuetis post peccati morbum remediis in meliorem statum restitui possit. Deus enim animas nostras non ad quinquaginta puta hujus vitæ annos, sed ad sempiternum ævum

(52) *Συνοίσοντος ὡς πρὸς τὴν ἀθανασίαν.* Ita libb. editi cum aliquot mss. In aliis mss. deest ὡς.

(53) In libb. editis deest ἐπί quod habetur in mss.

(54) *'Επί.* Deest quoque in antea editis, licet habeatur in mss.

(55) Sic mss. Libb. editi, « obtrusis. » Paulo post optime mss. « exclusus a solitis meatibus. » Libb. editi mendose, « exclusus a salutis meatibus. »

imaginem suam ac similitudinem condidit; et ideo non excluditur brevitate temporis hujus vitæ nostræ a curis et remediis divinis anima quæ immortalis est.

14. Sed assumamus etiam de Evangeliis horum quæ diximus similitudines, ubi refertur [53] esse quædam petra habens parvam et exiguam terram, in quam si ceciderit semen, cito memoratur exoriri, sed cum exortum fuerit, quoniam radicem non dedit in profundum, ascendente sole æstuare (57) dicitur et arescere quod exortum est. Quæ utique petra sine dubio pro anima posita est humana pro sui negligentia indurata, et propter malitiam saxea effecta. Nulli enim a Deo cor lapideum creatum est, sed per malitiam unicuique et inobedientiam cor lapideum fieri dicitur. Sicut ergo si quis increpet agricolam quare non citius semina super terram petrosam jecerit, pro eo quod videat aliam terram petrosam accepta semina velociter germinasse, utique respondebit agricola et dicet, quia, Idcirco tardius semino terram istam ut possit semina quæ susceperit, retinere; expedit enim huic tali terræ ut posterius seminetur ne forte citius germinata seges summa tenuis soli fronte procedens solis æstibus obviare non possit. Nonne qui prius increpabat (58), rationi et peritiæ acquiescet agricolæ, et quod prius sibi videbatur inconsequens, rationabiliter factum probabit? Ita ergo Deus, universæ creaturæ suæ peritissimus agricola, dissimulat et differt in aliud sine dubio tempus hæc quæ nobis videntur citius debuisse consequi sanitatem, uti ne superficies eorum magis quam interna curentur. Si vero quis nobis ad hæc objiciat : Quare ergo quædam semina cadunt etiam super terram petrosam, id est duram aliquam et saxeam animam? **123** Dicendum ad hæc quia ne hoc quidem absque divinæ dispensationis fieri providentia potest : quia nisi per

A Φέρε δὲ καὶ τοιαύτῃ εἰκόνι ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου χρησώμεθα· ἔστι τις πέτρα ὀλίγην ἔχουσα καὶ ἐπιπόλαιον γῆν, εἰς ἣν ἂν πέσῃ τὰ σπέρματα, ταχὺ ἀνθεῖ, ἀλλ' ἀνθήσαντα, ἐπεὶ ῥίζαν οὐκ ἔχει, ἡλίου ἀνατείλαντος, καυματίζεται καὶ ξηραίνεται. Καὶ αὕτη ἡ πέτρα ἀνθρωπίνη ψυχή ἐστι διὰ τὴν ἀμέλειαν σκληρυνθεῖσα, καὶ διὰ τὴν κακίαν ἀπολιθωθεῖσα· λιθίνη γὰρ οὐδενὶ ἔκτισται ὑπὸ Θεοῦ καρδία, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πονηρίας τοιαύτη γίνεται. Ὥσπερ οὖν εἰ ἐγκαλοῖ τις τῷ γεωργῷ, μὴ τάχιον τὰ σπέρματα ἐπὶ τὴν πετρώδη γῆν βαλόντι, ὁρῶν ἄλλην τινὰ πετρώδη τὴν λαβοῦσαν τὰ σπέρματα, καὶ ἀνθοῦσαν, ἀποκρίναιτο ἂν ὁ γεωργὸς ὅτι, Βράδιον σπερῶ τὴν γῆν ταύτην, ἐπιβαλὼν τὰ δυνάμενα παρακατασχεῖν τὰ σπαρησόμενα, κρείττονος ἐσομένου τῇδε τῇ γῇ τοῦ βραB δυτέρου, καὶ ἀσφαλεστέρου, παρὰ τὴν τάχιον εἰληφυῖαν καὶ ἐπιπολαιοτέρως· πεισθείη μὲν ὡς εὐλόγως λέγοντι τῷ γεωργῷ, καὶ ὡς ἐπιστημόνως πεποιηκότι· οὕτω καὶ ὁ μέγας πάσης φύσεως γεωργὸς (56) ὑπερτίθεται τὴν νομισθεῖσαν ἂν τάχιον εὐποιΐαν, ἵνα μὴ ἐπιπόλαιος γένηται. Ἀλλ' εἰκὸς ἡμῖν τινὰ πρὸς ταῦτα ἀνθυπενεγκεῖν· Διὰ τί δὲ τὶ τῶν σπερμάτων πίπτει ἐπὶ τὴν ἐξ ἐπιπολῆς ἔχουσαν τὴν γῆν, οἱονεὶ πέτραν οὖσαν ψυχήν; Λεκτέον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο ὅτι βέλτιον τῇδέ τινι προπετέστερον βεβουλημένῃ τὰ κρείττονα, καὶ οὐχὶ ὁδῷ ἐπ' αὐτὰ ὁδευσάσῃ, τυχεῖν οὗ βεβούληται· ἵνα ἑαυτῆς ἐπὶ τούτῳ καταγνοῦσα, τὴν κατὰ φύσιν γεωργίαν μακροθυμήσῃ ὕστερον πολλῷ χρόνῳ λαβεῖν. Ἄπειροι C γὰρ ἡμῖν, ὡς ἂν εἴποι τις, αἱ ψυχαί, καὶ ἄπειρα τὰ τούτων ἤθη, καὶ πλεῖστα ὅσα τὰ κινήματα, καὶ αἱ προθέσεις, καὶ αἱ ἐπιβολαί, καὶ αἱ ὁρμαί, ὧν εἷς μόνος οἰκονόμος ἄριστος, καὶ τοὺς καιροὺς ἐπιστά-

INTERPRETATIO NOVA.

dispensat; incorruptibilem quippe fecit naturam intelligentem sibique cognatam, nec a curatione, quemadmodum in hac vita, rationis compos anima excluditur.

14. Age vero, utamur etiam hac evangelica similitudine : est quædam petra cujus superficies exigua admodum terra tegitur, in quam si ceciderint semina, cito exoriuntur, sed ubi exorta sunt, quia radicem non habent, exorto sole aduruntur et exarescunt. Hæc porro petra humana est anima, negligentia indurata et propter malitiam in lapidem conversa : nulli enim creavit Deus cor lapideum, sed tale improbitas facit. Quemadmodum igitur si quis videns projecta in terram petrosam semina concipi et florere, agricolam reprehenderet quod non citius in terram petrosam semina jecerit, et responderet agricola serius se in terra hac sementem facturum, ubi quæ sementem continere possint in eam contulerit, cum melior tutiorque ex hujusmodi terra serius sata proveniat seges quam ex ea quæ celerius et in summa tantum superficie concipit; credet agricolæ ut qui et vere dixerit et perite scienterque fecerit; ita magnus totius naturæ agricola beneficentiam suam quæ citius impertita videretur, in aliud tempus differt, ne tantum in superficie sit. Sed objiciet fortasse quispiam : Cur ergo pars seminum cadit in eam quæ in superficie tantum habet terram, et quæ ceu petra est, animam? Ad id respondendum est, huic quæ præcipitantius in bonum ferebatur nec ratione ad illud pergebat, præstabilius fuisse, id quod cupiebat, consequi, ut se ex eo ipso cognoscens et damnans, culturam quæ a natura est, patienter ferret sibi deinceps post longum tempus adhiberi; innumerabiles enim nobis, ut ita dicam, sunt animæ, innumeri earum mores, motus quamplurimi, consilia item, impetus, et appetitus, quorum unus est dispensator optimus Deus, qui et tempora novit et congrua auxilia, et ductus et vias, universorum Deus et pater qui novit qua via ducat Pha-

[53] Matth. XIII, 5.

(56) Libb. editi, « δημιουργὸς, ὑπερτίθεται τὴν νομισθεῖσαν ὡς τάχιον. » Sed mss. ut in nostro textu.

(57) Sic mss. Libb. editi, « æstuari. » Infra mss., « pro eo quod videat aliam terram. » Libb. editi, « pro eo quod viderat ad eam terram. » Paulo post mss., « ne forte citius germinata seges summa tenuis soli fronte procedens. » Libb. editi, « ne forte citius germinante segete summa tenuis soli fronte ea procedens. »

(58) *Qui prius increpabat.* Hæc desunt in antea editis, sed habentur in mss. Ibidem libb. editi, « rationabiliter factum probabitur? » Mss. ut in nostro textu.

μενος, καὶ τὰ ἁρμόζοντα βοηθήματα, καὶ τὰς ἀγωγὰς, καὶ τὰς ὁδοὺς, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ πατὴρ, ὁ εἰδὼς πῶς καὶ τὸν Φαραὼ ἄγει διὰ τοσῶνδε καὶ καταποντισμοῦ, εἰς ὃν οὐ καταλήγει ἡ οἰκονομία τοῦ Φαραώ. Οὐ γὰρ ἐπεὶ κατεποντώθη, ἀνελύθη· « ἐν γὰρ χειρὶ Θεοῦ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ λόγοι ἡμῶν, πᾶσά τε φρόνησις καὶ ἐργασιῶν ἐπιστήμη. » Καὶ ταῦτα μὲν μετρίως εἰς ἀπολογίαν περὶ τοῦ ἐσκληρύνθαι τὴν καρδίαν Φαραὼ, καὶ περὶ τοῦ· « Ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. »

A hoc, non cognosceretur (59) quid condemnationis haberet temeritas auditus et perscrutationis improbitas; non utique cognosceretur quid esset utilitatis erudiri per ordinem. Et inde fit ut cognoscat anima vitium suum, seque ipsam reprehendat, ac consequenter se culturæ reservet ac tradat, id est ut videat sibi prius vitia resecanda, tum deinde ad instructionem scientiæ veniendum. Quia ergo sicut innumerabiles sunt animæ, ita et mores earum atque proposita, diversique singularum motus, et appetentiæ et incitamenta; quarum varietatem humana mens considerare nullatenus potest; ideo soli Deo ars et scientia et potentia dispensationis hujuscemodi relinquenda est, qui solus nosse potest et remedia singularum, et curationum tempus metiri. Ipse ergo est qui solus, ut diximus, agnoscit singulorum mortalium vias, qua via etiam Pharaonem adducere deberet, ut per ipsum nomen suum nominaretur in universa terra, pluribus plagis antea castigatum et usque ad submersionem maris adductum. In qua submersione non utique putandum est finitam esse erga Pharaonem providentiam Dei : non enim quia demersus est, continuo etiam substantialiter interiisse putandus est. « In manu enim Dei et nos et sermones nostri et omnis prudentia atque operum disciplina est[54], » sicut Scriptura dicit. Verum hæc pro viribus nostris disseruimus, capitulum Scripturæ[55] discutientes in quo dicitur Deus indurasse cor Pharaonis, et pro eo quod dictum est : « Cui ergo vult miseretur, et quem vult indurat[56]. »

Ἴδωμεν καὶ τὸ ἐκ τοῦ Ἰεζεκιὴλ λέγοντος· « Ἐξελῶ τὰς λιθίνας καρδίας αὐτῶν, καὶ ἐμβαλῶ σαρκίνας, ὅπως ἐν τοῖς δικαιώμασί μου πορεύωνται, καὶ τὰ προστάγματά μου φυλάσσωσιν· » εἰ γὰρ ὅτε βούλεται ὁ Θεὸς ἐξαιρεῖ τὰς λιθίνας καρδίας, καὶ ἐντίθησι σαρκίνας, ὥστε τὰ προστάγματα αὐτοῦ φυλάττεσθαι καὶ τηρεῖσθαι τὰς ἐντολὰς, οὐκ ἔστι τὴν κακίαν ἀποθέσθαι ἐφ' ἡμῖν· τὸ γὰρ ἐξαιρεθῆναι τὰς λιθίνας καρδίας, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὴν κακίαν καθ' ἣν σκληρύνεταί τις, περιαιρεθῆναι ἀφ' οὗ ὁ Θεὸς βούλεται. Καὶ τὸ ἐγγενέσθαι καρδίαν σαρκίνην, ἵνα ἐν τοῖς προστάγμασί τις πορεύηται τοῦ Θεοῦ, καὶ

B 15. Nunc videamus etiam de his quæ Ezechiel dicit cum ait : « Auferam cor lapideum ab eis, et immittam eis cor carneum, ut in justificationibus meis incedant, et præcepta mea custodiant[57]. » Si enim cum vult, Deus aufert lapideum cor et carneum dat, ut præcepta sua serventur et mandata custodiantur, neque malitiam auferre in nostra videbitur esse potestate. Auferri enim cor lapideum non aliud videtur esse, **124** quam malitiam qua quis obduratur, abscindi a quo Deus vult. Neque quod mittitur cor carneum ut in præceptis ambuletur Dei et serventur mandata Dei, aliud est nisi

INTERPRETATIO NOVA.

raonem per tot prodigia et submersionem, in qua utique non finita est ipsius erga Pharaonem providentia. Non enim quia submersus est, ideo interiit : « In manu enim Dei et nos et sermones nostri et omnis prudentia atque operum scientia. » Atque hæc pro viribus nostris diximus ut id Scripturæ defendatur : « Induravit Dominus cor Pharaonis, » atque illud : « Cujus vult miseretur, et quem vult indurat. »

15. Id etiam videamus quod Ezechiel dicit : « Auferam lapidea corda ipsorum, et immittam carnea, ut in præceptis meis ambulent et mandata mea custodiant. » Si enim cum vult Deus lapidea corda tollit et carnea immittit ut præcepta sua custodiantur et mandata serventur, non est in nobis ut malitiam deponamus : tolli enim lapidea corda, nihil aliud est quam malitiam per quam quis induratur, a quo vult Deus, amoveri ; immitti vero cor carneum, ut quis in mandatis Dei ambulet et præcepta ejus custodiat, quid aliud est quam cedere, nec resistere veritati, sed virtutes persequi? Quod si hæc se facturum Deus pollicetur, nec priusquam tollat ipse corda lapidea, ea deponimus, liquet non esse in nobis situm ut malitiam deponamus; si vero nihil efficimus ut insit nobis cor carneum, sed Dei id opus est, neque nostrum opus erit vitam ad virtutis normam exigere, sed plane divinum beneficium. Hæc dicet qui ex nudis Scripturæ verbis libertatem arbitrii tollit : sed respondebimus hæc sic esse intelligenda : quemadmodum imperitus et indoctus quispiam suorum sibi malorum conscius, vel ex magistri adhortatione vel aliunde perpulsus, ei se sua sponte tradit a quo se putat ad disciplinam et virtutem manuductum iri; cui, cum se tradiderit, pollicetur magister imperitiam ab eo se ablaturum et peritiam ei inditurum : non quod ad doctrinam assequendam et imperitiam fugiendam nihil conferat is qui se illi curandum commisit, sed quod volenti promittat curationem ; ita divinus sermo promittit ab his qui ad se accesserint, malitiam quam lapideum cor nominat, se ablaturum, non utique ab his qui noluerint, sed ab iis qui se ægrotorum medico tradiderint; quemadmodum in Evangeliis legimus ægrotos accedentes ad Salvatorem, orare ut sanitatem percipiant, et curari. Et cum cæci, verbi gratia, visum recuperant, est quidem, quatenus precati sunt, eorum opus qui curari se posse crediderunt; quatenus vero eis redditur visus, Salvatoris nostri. Sic itaque pollicetur Dei sermo se scientiam accedentibus ad se inditurum, durum et lapideum cor, hoc est, malitiam auferendo, ut in divinis mandatis ambulent et divina præcepta custodiant.

[54] Sap. VII, 16. [55] Exod. x, 20. [56] Rom. IX, 18. [57] Ezech. XI, 19.

(59) Sic mss. Libb. editi, « nisi per hoc cognosceretur. » Ibidem mss., « et perscrutationis improbitas. » Editi, « et persecutionis improbitas, » male.

obedientem fieri et non resistentem contra veritatem, et operantem opera virtutum. Si ergo hæc promittit Deus se facturum, et antequam ipse auferat cor lapideum (60), deponere illud a nobis non possumus, consequens est ut in nostra potestate non sit abjicere malitiam, sed in Deo. Et iterum si non in nostro actu est ut fiat in nobis cor carneum, sed solius Dei opus est, non erit nostrum opus secundum virtutem vivere, sed in omnibus Dei gratiæ opus videbitur. Hæc quidem dicunt hi qui volunt ex auctoritate divinæ Scripturæ disserere nihil esse positum in nostra potestate: quibus respondebimus hæc non taliter intelligi oportere, sed sicut si sit aliquis imperitus et indoctus, isque sentiens (61) imperitiæ suæ notam sive adhortatione cujusquam, sive prudentium quorumque æmulatione pulsatus, tradat se alicui a quo confidat posse se diligenter imbui et competenter erudiri: is ergo qui jam prius se obduraverat in imperitia, si se, ut diximus, cum omni animi intentione dat magistro, atque obtemperaturum se in omnibus repromittit, propositi ejus intentione perspecta competenter etiam magister pollicebitur ablaturum se ab eo omnem imperitiam, et inserturum peritiam; non quo abnuenti discipulo vel renitenti hoc se promittat esse facturum, sed offerenti se atque in omnem obedientiam mancipanti; ita et divinus sermo promittit his qui accedunt ad se (62), ablaturum se esse cor lapideum, non utique ab his qui se non audiunt, sed ab his qui doctrinæ suæ præcepta suscipiunt; sicut in Evangeliis invenimus ægrotantes accedere ad Salvatorem, rogantes ut percipiant sanitatem, et ita demum curari. Et est quidem, verbi gratia, ut curentur cæci et videant, in eo quidem quod precati sunt Salvatorem, et crediderunt ei posse se ab eo curari, opus ipsorum qui curati sunt; in eo vero **125** quod eis redditur visus, opus est Salvatoris. Ita etiam in hoc divinus sermo promittit daturum se esse eruditionem auferendo cor lapideum, id est abstergendo malitiam, ut possint per hoc in divinis ambulare præceptis et legis mandata servare.

φυλάσσῃ αὐτοῦ τὰς ἐντολάς, τί ἄλλο ἐστὶν, ἢ τι εἰκτικὸν γενέσθαι καὶ μὴ ἀντίτυπον πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ πρακτικὸν τῶν ἀρετῶν; Εἰ δὲ ταῦτα ἐπαγγέλλεται ὁ Θεὸς ποιεῖν, καὶ πρὶν ἀφελεῖν αὐτὸν τὰς λιθίνας καρδίας, οὐκ ἀποτιθέμεθα αὐτὰς, δῆλον ὅτι οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ἀποθέσθαι τὴν κακίαν· καὶ εἰ οὐχ ἡμεῖς τι πράττομεν ἵνα ἐγγένηται ἡμῖν ἡ σαρκίνη καρδία, ἀλλὰ Θεοῦ ἐστιν ἔργον, οὐχ ἡμέτερον ἔργον ἔσται τὸ κατ' ἀρετὴν βιοῦν, ἀλλὰ πάντη θεία χάρις. Ταῦτα μὲν ἐρεῖ ὁ ἀπὸ τῶν ψιλῶν ῥητῶν τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρῶν· ἡμεῖς δὲ ἀποκρινούμεθα τούτων οὕτως ἀκούειν δεῖν (63), λέγοντες ὅτι ὥσπερ ἐν ἀμαθίᾳ καὶ ἀπαιδευσίᾳ τυγχάνων, αἰσθανόμενος τῶν ἰδίων κακῶν, ἤτοι ἐκ προτροπῆς τοῦ διδάσκοντος, ἢ καὶ ἄλλως, ἐξ ἑαυτοῦ ἐπιδίδωσιν ἑαυτὸν ᾧ νομίζει B δύνασθαι αὐτὸν χειραγωγήσειν ἐπὶ παίδευσιν καὶ ἀρετήν· ἐπιδιδόντος δὲ τούτου ἐπαγγέλλεται ὁ παιδεύων ἐξελεῖν τὴν ἀπαιδευσίαν καὶ ἐνθήσειν παιδείαν, οὐχ ὡς οὐδενὸς ὄντος εἰς τὸ παιδευθῆναι καὶ φεύγειν τὴν ἀπαιδευσίαν ἐπὶ τῷ ἑαυτὸν προσαγηοχότι θεραπευθησόμενον, ἀλλ' ὡς ἐπαγγελλόμενος βελτιώσειν τὸν βουλόμενον· οὕτως ὁ θεῖος λόγος ἐπαγγέλλεται τῶν προσιόντων τὴν κακίαν ἐξαιρεῖν, ἣν ὠνόμασε καρδίαν λιθίνην, οὐχὶ ἐκείνων μὴ βουλομένων, ἀλλ' ἑαυτοὺς τῷ ἰατρῷ τῶν καμνόντων παρεσχηκότων· ὥσπερ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εὑρίσκονται οἱ κάμνοντες προσερχόμενοι τῷ Σωτῆρι, καὶ ἀξιοῦντες ἰάσεως τυχεῖν, καὶ θεραπευόμενοι. Καὶ ἔστι, φέρ' εἰπεῖν, τὸ τοὺς τυφλοὺς ἀναβλέψαι, C ἔργον, κατὰ μὲν τὸ ἠξιωκέναι, τῶν πιστευόντων δύνασθαι θεραπεύεσθαι· κατὰ δὲ τὴν ἀποκατάστασιν τῆς ὁράσεως, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Οὕτως οὖν ἐπαγγέλλεται ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐμποιήσειν ἐπιστήμην τοῖς προσιοῦσιν, ἐξελὼν τὴν λιθίνην καὶ σκληρὰν καρδίαν, ὅπερ ἐστὶ, τὴν κακίαν, ὑπὲρ τοῦ τινὰ πορεύεσθαι ἐν ταῖς θείαις ἐντολαῖς καὶ φυλάσσειν τὰ θεῖα προστάγματα.

16. Post propositum nobis est etiam illud de Evangelio quod Salvator dixerat: « Ut videntes

Ἦν μετὰ ταῦτα τὸ ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅτε ὁ Σωτὴρ ἔφασκε διὰ τοῦτο τοῖς ἔξω ἐν παραβολαῖς λα-

INTERPRETATIO NOVA.

16. Sequebatur illud ex Evangelio ubi Salvator dicit ideo se externis in parabolis loqui, « ut videntes non videant, et audientes non intelligant, ne forte convertantur et remittatur eis. » Quo arrepto subjiciet adversarius: Si plane auditis manifestioribus sermonibus nonnulli ita convertuntur ut peccatorum venia digni fiant, nec tamen ut apertiores sermones audiant in ipsis positum est, sed in docente qui idcirco non ipsos apertius docet, ne forte videant et intelligant, non est in ipsis ut salventur. Quod si ita est, non est nobis liberum ut salvemur aut pereamus. Ac profecto si non esset additum, « ne forte convertantur et remittatur eis, » probabiliter responderemus noluisse Salvatorem eos qui futuri non erant boni et honesti, reconditiora mysteria intelligere, ob eamque causam ipsis in parabolis locutum fuisse; sed cum adjiciatur, « ne forte convertantur et remittatur eis, » difficilior est hujus loci defensio. Primum itaque notandus est hic locus adversus hæreticos, qui e Veteri Testamento dicta quædam aucupari solent ex quibus argui videatur, ut ipsi dicere audent, crudele quoddam in Creatore vindicandi puniendique consilium, sive quo alio nomine id designare malunt, ut in Creatore nullam esse bonitatem ostendant; sed non eadem ratione neque candide in le-

(60) Sic codd. omnes mss. Libb. editi, « contra veritatem, et hoc promittit Deus se facturum, etsi antequam auferatur cor lapideum. » Paulo post mss., « in omnibus Dei gratiæ opus videbitur. » In editis deest, « Dei. »

(61) Ita mss. Libb. editi, « is quidem sentiens. »

(62) Vide *Origenian.* lib. II, q. 7, n. 14.

(63) Mss., δεῖ. Libb. editi, δή, male.

λεῖν, « ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ A συνιῶσι, μήποτε ἐπιστρέψωσι καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς. » Καὶ ἐρεῖ ὁ ἐξ ἐναντίας· Εἰ πάντως τῶν σαφεστέρων ἀκούσαντες οἵδε τινὲς ἐπιστρέφουσιν, ὥστε αὐτοὺς ἀξίους γενέσθαι ἀφέσεως ἁμαρτημάτων, οὐκ ἔστι δὲ ἐπ' αὐτοῖς τὸ ἀκοῦσαι τῶν σαφεστέρων λόγων, ἀλλ' ἐπὶ τῷ διδάσκοντι, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀπαγγέλλει αὐτοῖς σαφέστερον, μήποτε ἴδωσι καὶ συνιῶσιν, οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς τὸ σωθῆναι· εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἐσμὲν αὐτεξούσιοι σωτηρίας καὶ ἀπωλείας. Πιθανὴ μὲν οὖν πρὸς ταῦτα ἀπολογία ἦν, εἰ μὴ προσέκειτο τὸ, « μήποτε ἐπιστρέψωσι καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς, » τὸ, ὅτι οὐκ ἐβούλετο τοὺς μὴ ἐσομένους καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς συνιέναι τῶν μυστικωτέρων ὁ Σωτὴρ, καὶ διὰ τοῦτο ἐλάλει αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς· νῦν δὲ κειμένου τοῦ, « μήποτε ἐπιστρέψωσι καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς· » ἡ ἀπο- B λογία ἐστὶ χαλεπωτέρα. Πρῶτον τοίνυν σημειωτέον ἐστὶ τὸν τόπον πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους, λεξιθηροῦντας μὲν τὰ ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης τοιαῦτα, ἔνθα ἐμφαίνεται, ὡς αὐτοὶ τολμῶντες λέγουσιν, ὠμότης τοῦ δημιουργοῦ ἢ ἀμυντικὴ καὶ ἀνταποδοτικὴ τῶν χειρόνων προαίρεσις, ἢ ὅ τί ποτε θέλουσι τὸ τοιοῦτον ὀνομάζειν, μόνον ἵνα λέγωσιν οὐκ ἀγαθότητα εἶναι ἐν τῷ κτίσαντι· οὐχ ὁμοίως δὲ, οὐδὲ εὐγνωμόνως ἐντυγχάνοντας τῇ Καινῇ, ἀλλὰ παραπεμπομένους τὰ παραπλήσια οἷς νομίζουσιν εἶναι ἐπιλήπτοις ἐπὶ (64) τῆς Παλαιᾶς· φανερῶς γὰρ καὶ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ὁ Σωτὴρ δείκνυται, ὡς αὐτοὶ φάσκουσιν, ἐπὶ τῶν προτέρων διὰ τοῦτο σαφῶς μὴ φθεγγόμενος, ἵνα μὴ ἐπιστρέψωσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐπιστρέψαντες ἀφέσεως ἁμαρτημάτων ἄξιοι γένωνται· ὅπερ καθ' αὑτὸ C οὐδενὸς ἔλαττόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς κατηγορουμένων τοιούτων· ἐὰν δὲ περὶ τοῦ Εὐαγγελίου ἀπολογίαν ζητῶσι, λεκτέον πρὸς αὐτοὺς, εἰ μὴ ἐπιλήπτως ποιῶσιν ἐπὶ τῶν ὁμοίων προβλημάτων ἀνομοίως ἱστάμενοι, καὶ κατὰ μὲν τὴν Καινὴν οὐ προσκόπτοντες, ἀλλ' ἀπολογίαν ζητοῦντες, κατὰ δὲ τὴν Παλαιὰν περὶ τῶν παραπλησίων, δέον ἀπολογεῖσθαι ὁμοίως τοῖς ἀπὸ τῆς Καινῆς, κατηγοροῦντες· ἐξ ὧν συμβιβάσομεν αὐτοὺς διὰ τὰς ὁμοιότητας ἐπὶ τὸ πάντα ἡγεῖσθαι ἑνὸς εἶναι Γράμματα Θεοῦ. Φέρε δὴ καὶ πρὸς τὸ προκείμενον ἀπολογίαν κατὰ τὸ δυνατὸν πορισώμεθα.

videant et non videant; et audientes audiant, et non intelligant, ne forte convertantur et remittatur eis [58]. » In quo dicet qui e diverso respondet : Si omnimodo hi qui manifestius audient, corrigentur et convertentur, et ita convertentur, ut et digni sint percipere remissionem peccatorum; non est autem in ipsorum potestate ut audiant manifestum sermonem, sed in ejus utique potestate qui docet, ut apertius et manifestius doceat; is vero qui docet, propterea se dicit manifeste eis non prædicare verbum ne forte audiant et intelligant et convertantur et salventur : non erit utique in ipsis ut salvi fiant. Quod si est, liberi arbitrii non erimus vel ad salutem, vel ad perditionem. Et si quidem non esset adjectum quod dixit : « Ne forte convertantur et remittatur eis, » posset pronior esse responsio, qua diceremus quoniam nolebat eos quos Salvator præsciebat non esse futuros bonos, intelligere mysteria regni cœlorum, et propterea loquebatur eis in parabolis; nunc autem cum adjectum sit, « ne forte convertantur et remittatur eis, » difficilior efficitur expositio. Et primo quidem observandum nobis est quid habeat munimenti locus iste etiam adversus hæreticos, qui aucupari verba de Veteri Testamento solent, si qua forte videntur eis, ut ipsi intelligunt, de Deo creatore grave et inhumanum aliquid designare, cum **126** vel vindicantis (65) designatur vel punientis affectus, vel quoquomodo certe ipsi hæc nominare solent, ex quibus videlicet bonitatem denegent esse in Creatore : quomodo non eadem mente, nec eodem sensu etiam de Evangeliis judicant, nec observant si qua talia etiam in Evangeliis posita sunt, qualia judicant vel arguunt in Veteri Testamento. Evidenter enim in hoc capitulo Salvator ostenditur, sicut ipsi dicunt, propterea manifeste non loqui, uti ne convertantur homines et conversi remissionem accipiant peccatorum. Quod utique si secundum solam litteram intelligatur, nihil omnino minus habebitur ab eis quæ in Testamento Veteri criminantur. Si vero ipsis etiam videntur hæc expositione indigere, si qua in Novo Testamento ita posita inveniuntur, consequens et necessarium erit, ut etiam ea quæ in Veteri Testamento criminarunt, simili expositione purgentur, ut per hæc unius ejusdemque Dei probentur esse quæ in utroque scripta sunt Testamento (66). Sed ad propositam quæstionem, prout possumus, convertamur.

INTERPRETATIO NOVA.

ctione Novi Testamenti versantur, sed iis quæ in Veteri reprehendenda putant, similia prætermittunt. Nam aperte Salvator in Evangelio, sicut ipsi dicunt, prioribus verbis ostenditur propterea non manifeste loqui, ne convertantur homines et conversi peccatorum remissione digni fiant; quod ipsum per se nihilo inferius est iis quæ in Veteri Testamento reprehenduntur. Sin autem Evangelii defensionem quærunt, interrogandi sunt annon reprehensione digni sint qui in similibus quæstionibus dissimiliter versantur, et cum in Novo Testamento nihil sibi offendiculi inveniant, sed ejus defensionem quærant, in Veteri tamen similia reprehendunt, quorum itidem quærenda erat explicatio. Unde illos locorum comparatione eo deducemus ut unius ejusdemque esse Dei utrumque Testamentum credant. Age vero, ad propositam quæstionem pro virili respondeamus.

[58] Marc. IV, 12.

(64) In antea editis legitur, ἀπό.

(65) Sic mss. Alias, « vel judicantis. » Paulo post mss., « quomodo non eadem mente. » Libb. editi, « quoniam non eadem mente. » Infra mss., « propterea manifeste non loqui, uti ne convertantur homines, et conversi remissionem accipiant. » In editis deest, « propterea » et « conversi, » et pro « uti ne, » legitur, « ut in eo. »

(66) *Unius ejusdemque Dei probentur esse quæ in utroque scripta sunt Testamento.* Ita mss. In editis

17. Dicebamus prius de Pharaone disputantes A quod interdum curari citius non cedit in bonum, maxime si internis visceribus validius morbus grassatur inclusus. Unde Deus qui occultorum cognitor est, et novit universa antequam fiant, pro multa benignitate sua differt horum talium curas, et medicinam protelat in longius, atque, ut ita dixerim, curat eos dum non curat, ne eos propera sanitas insanabiles reddat. Possibile ergo est ut apud eos quibus foris positis Domini et Salvatoris nostri sermo fiebat, pro
127 eo quod scrutans corda et renes prævidebat eos nondum aptos esse manifestioris eloquii recipere doctrinam, profundioris sacramenti fidem velato sermone contegeret: ne forte velociter conversi ac sanati, id est, peccatorum suorum remissione celeriter accepta, facile iterum in eumdem reciderent morbum, quem senserant sine aliqua difficultate curatum. Quod utique si fiat, nulli dubium est duplicari pœnam et mali augmenta cumulari, dum non solum peccata quæ remitti visa fuerant (67) repetuntur, verum etiam virtutis aula polluitur, si eam dolosæ et contaminatæ mentes plenæ intrinsecus malitiæ latentis conculcent. Et quod unquam talibus remedium erit, qui post malitiæ impuros ac sordidos cibos, degustata virtutis suavitate, dulcedine ejus suis faucibus recepta, rursus se ad virulentos et mortiferos cibos nequitiæ con- B

Ἐφάσκομεν καὶ περὶ τοῦ Φαραὼ ἐξετάζοντες ὅτι ἐνίοτε τὸ τάχιον θεραπευθῆναι, οὐ πρὸς καλοῦ γίνεται τοῖς θεραπευομένοις, εἴπερ ἂν τοῖς χαλεποῖς (68) περιπεσόντες εὐχερῶς ἀπαλλαγεῖεν τούτων οἷς περιπεπτώκασι· καταφρονοῦντες γὰρ ὡς εὐιάτου τοῦ κακοῦ, δεύτερον οὐ φυλαττόμενοι τοῦ περιπεσεῖν αὐτῷ, ἐν αὐτῷ ἔσονται· διόπερ ἐπὶ τῶν τοιούτων ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, κατὰ τὴν χρηστότητα αὐτοῦ ὑπερτίθεται τὴν ταχυτέραν πρὸς αὐτοὺς βοήθειαν, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, βοηθῶν αὐτοῖς οὐ βοηθεῖ, τούτου αὐτοῖς λυσιτελοῦντος. Εἰκὸς οὖν καὶ τοὺς ἔξω περὶ ὧν ὁ λόγος, τῷ Σωτῆρι κατὰ τὸ προκείμενον ἑωραμένους οὐ βεβαίους ἔσεσθαι ἐν τῇ ἐπιστροφῇ, εἰ τρανότερον ἀκούσαιεν τῶν λεγομένων, ὑπὸ τοῦ Κυρίου ᾠκονομῆσθαι μὴ σαφέστερον ἀκοῦσαι τῶν βαθυτέρων, μήποτε τάχιον ἐπιστρέψαντες καὶ ἰαθέντες ἐν τῷ ἀφέσεως τυχεῖν, ὡς εὐχερῶν τῶν τῆς κακίας τραυμάτων καὶ εὐιάτων καταφρονήσαντες, πάλιν καὶ τάχιον αὐτοῖς περιπέσωσι. Τάχα δὲ καὶ τίνοντες δίκας τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων ὧν εἰς τὴν ἀρετὴν ἐπλημμέλησαν καταλιπόντες αὐτὴν, οὐδέπω τὸν χρόνον ἐκπεπληρώκεισαν· τῷ καταλειπομένους αὐτοὺς ἀπὸ τῆς θείας ἐπισκοπῆς, ἐπιπλεῖον ἐμφορηθέντας τῶν ἰδίων ἃ ἔσπειραν κακῶν, ὕστερον εἰς βεβαιοτέραν μετάνοιαν καλεῖσθαι· οὐ ταχέως περιπεσουμένους οἷς πρότερον περιπεπτώκεισαν τὸ ἀξίωμα ἐνυβρίσαντες τῶν καλῶν, καὶ τοῖς χείροσιν ἑαυτοὺς ἐπιδε-

INTERPRETATIO NOVA.

17. Dicebamus supra de Pharaone disputantes celeriorem curationem interdum non iis esse utilem qui curantur, si statim atque in morbum inciderint, eo facile releventur. Malum enim ut curatu facile contemnentes, rursus in illud quod non cavent incident. Quamobrem æternus Deus, qui occultorum cognitor est et omnia novit priusquam fiant, celeriorem horumce curationem differt, atque, ut ita dicam, curat eos dum non curat, quoniam ita ipsis expedit. Cum ergo videret Salvator eos qui foris sunt, et de quibus nunc sermo est, in conversione non fore stabiles si verba ejus manifestius audirent, verisimile est ita cum illis egisse Dominum ut altiora non aperte intelligerent, ne forte celerius conversi, et venia peccatorum accepta sanati, vitiorum vulnera quasi curatu facillima contemnerent et citius in eadem reciderent. Fortassis etiam præstitutum eis ad eluenda quæ derelicta virtute prius admiserant peccata, tempus nondum expleverant. Divina quippe illos dereliqueral cura ut propriis quæ perpetraverant malis satiati, tandem ad firmiorem pœnitentiam vocarentur, nec facile postea in priora reciderent peccata quibus honestatis dignitatem corruperant et improbitati sese dederant. Qui ergo cum iis qui intus sunt comparati, foris esse dicuntur nec longe ab iis qui intus sunt distant, ii, dum hi qui intus sunt aperte audiunt, obscure audiunt verbum, utpote parabolis involutum: audiunt tamen; alii vero ex iis qui foris sunt, Tyrii appellati, prænoscente licet Salvatore eos olim in sacco et cinere jacentes pœnitentiam acturos fuisse, si ad eorum fines accessisset, neque ea audiunt quæ ii qui foris sunt, propterea quod, ut verisimile est, etiam longe infra horumce dignitatem erant, ut alio tempore postquam tolerabilius illis fuerit, quam iis qui verbum non receperint, inter quos et Tyriorum meminit, et opportunius audiant et firmius resipiscant. Sed vide annon magis etiam præter disquirendi studium, pietatem erga Deum et Christum ejus in omnibus servare conemur, cum pro virili parte, ut in tantis et talibus quæstionibus, probare contendimus Deum immortali animæ variis modis providere. Si quis igitur de iis qui vituperantur quærat cur videntes prodigia et divinum sermonem audientes nihilo meliores fiant, cum Tyrii pœnitentiam acturi fuissent, si talia apud ipsos dicta et facta fuissent; si quis, inquam, quærat his verbis: Cur eis in perniciem ipsorum prædicavit Salvator ut gravius ipsis peccatum imputetur? respondebimus Deum qui novit quomodo affecti sint ii omnes qui providentiam suam criminantur, quasi per eam steterit quominus crederent, quippe quæ non dederit ipsis videre quæ aliis spectanda præbuit, neque sic eos disposuerit ut audirent quæ aliis audiisse profuit, justa eos non uti excusatione ostendere volentem, ea dare quæ providentiæ suæ accusatores petierant, ut iis acceptis nihilominus summæ impietatis convicti quod nihil inde utilitatis perceperint, deponant ejusmodi audaciam, sicque liberati discant Deum in conferendis beneficiis cunctari nonnunquam et morari, nec ea videnda et audienda præbere, quibus et visis et auditis gravior eorum culpa arguatur quos tot ac tanta ad fidem non adduxerint.

vero deest « Dei, » et, « testamento. » Infra mss., C « prævidebat eos nondum aptos esse. » Libb. editi, « prævidebat nondum aptos. » Ibidem mss., « facile iterum in eumdem reciderent morbum. » Libb. editi, « aversa facie iterum in eumdem reciderent morbum. »

(67) Ita mss. Alias, « in alia augmenta cumulari, dum non solum peccata quæ remitti visa fuerint. » Paulo post mss., « et quod unquam talibus remedium. « Libb. editi, « et quod nunquam in talibus remedium. »

(68) Libb. editi, εἴπερ ἑαυτοὺς χαλεποῖς. Paulo post mss., οὐ φυλαττόμενοι τοῦ περιπεσεῖν. In editis deest τοῦ.

δωκότες. Οἱ μὲν οὖν ἔξω λεγόμενοι, δηλονότι (69) συγκρίσει τῶν ἔσω, οὐ πάντη πόῤῥω τῶν ἔσω τυγχάνοντες, τῶν ἔσω σαφῶς ἀκουόντων, ἀκούουσιν ἀσαφῶς, διὰ τὸ ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λέγεσθαι· πλὴν ἀκούουσιν· ἕτεροι δὲ τῶν ἔξω οἱ λεγόμενοι Τύριοι, καίτοι προεγνωσμένοι, ὅτι πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμενοι μετενόησαν, ἐγγὺς γενομένου τοῦ Σωτῆρος τῶν ὁρίων αὐτῶν, οὐδὲ τὰ τῶν ἔξω ἀκούουσιν, ὡς εἰκὸς μᾶλλον πόῤῥω ὄντες τῆς ἀξίας τῶν ἔξω, ἵν' ἐν ἄλλῳ καιρῷ μετὰ τὸ ἀνεκτότερον αὐτοῖς γενέσθαι παρὰ τοὺς μὴ παραδεξαμένους τὸν λόγον, ἐφ' ὧν ἐμνημόνευσε καὶ τῶν Τυρίων, εὐκαιρότερον ἀκούσαντες, βεβαιότερον μετανοήσωσιν. Ὅρα δὲ εἰ μὴ μᾶλλον ἡμεῖς πρὸς τῷ ἐξεταστικῷ, καὶ τὸ εὐσεβὲς πάντη ἀγωνιζόμεθα τηρεῖν περὶ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ἐκ παντὸς ἀπολογεῖσθαι πειρώμενοι, ὡς ἐν τηλικούτοις καὶ τοιούτοις (70), περὶ τῆς ποικίλης προνοίας τοῦ Θεοῦ, ἀθανάτου ψυχῆς προνοουμένου. Εἰ γοῦν τις περὶ τῶν ὀνειδιζομένων ζητοίη, ὅτι ὁρῶντες τεράστια καὶ ἀκούοντες θείων λόγων οὐκ ὠφελοῦνται, Τυρίων ἂν μετανοησάντων, εἰ τοιαῦτα παρ' αὐτοῖς ἐγεγόνει καὶ εἴρητο, ζητοίη δὲ φάσκων, Τί δήποτε τοῖς τοιούτοις ἐκήρυξεν ὁ Σωτὴρ ἐπὶ κακῷ αὐτῶν, ἵνα βαρύτερον αὐτοῖς τὸ ἁμάρτημα λογισθῇ; Λεκτέον πρὸς αὐτὸν, ὅτι ὁ πάντων τὰς διαθέσεις κατανοῶν τῶν αἰτιωμένων αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν, ὡς παρ' ἐκείνην μὴ πεπιστευκότων, μὴ δωρησαμένην ἰδεῖν ἃ ἑτέροις θεάσασθαι ἐχαρίσατο, καὶ μὴ οἰκονομήσασαν ἀκοῦσαι τούτων, ἃ ἄλλοι ἀκούσαντες ὠφέληνται· τὴν ἀπολογίαν οὐκ εὔλογον οὖσαν ἐλέγξαι βουλόμενος, δίδωσι ταῦτα ἃ οἱ μεμφόμενοι τὴν διοίκησιν αὐτοῦ ᾔτησαν· ἵνα μετὰ τὸ λαβεῖν μηδὲν ἧττον ἐλεγχθέντες ὡς ἀσεβέστατοι τῷ μηδ' οὕτως τῷ ὠφελεῖσθαι ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκέναι, παύσωνται τοῦ τοιούτου θράσους, καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἐλευθερωθέντες μάθωσιν ὅτι ποτὲ εὐεργετῶν τινας ὁ Θεὸς μέλλει καὶ βραδύνει, μὴ χαριζόμενος ὁρᾷν καὶ ἀκούειν τοιαῦτα ἐφ' οἷς ὁραθεῖσι καὶ ἀκουσθεῖσι, βαρυτέρα καὶ χαλεπωτέρα ἡ ἁμαρτία ἐλέγχεται τῶν μετὰ τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα μὴ πεπιστευκότων.

A verterunt? Et quis dubitat melius esse differri et interim relinqui, ut si forte satietatem malitiæ aliquando ceperint et horrescere potuerint sordes in quibus nunc interim delectantur, tunc demum competenter eis sermo Dei manifestetur, et non sanctum canibus mittatur, nec margaritæ jactentur ante porcos, qui conculcent eas pedibus, et insuper conversi rumpant et impugnent eos qui sibi prædicaverunt verbum Dei? Isti (71) ergo sunt qui foris esse dicuntur, sine dubio ad eorum comparationem qui intus esse et manifestius audire verbum Dei referuntur. Audiunt tamen et isti qui foris sunt verbum, licet parabolis obtectum et proverbiis obumbratum. Sunt autem alii præter eos qui foris sunt, qui Tyrii appellantur, qui omnino non au-
B diunt et quidem prænoscente de eis Salvatore quod olim in sacco et cinere jacentes, pœnitentiam egissent, si factæ fuissent apud eos virtutes quæ apud alios factæ sunt; et tamen non audiunt, ne ea quidem quæ hi qui foris sunt audiunt: credo pro eo quod longe horum inferior et nequior ordo esset in malitia, quam eorum qui foris esse dicuntur, id est, non longe ab his qui intus sunt, et audire verbum licet in parabolis, merebantur, et quod fortassis dispensabatur eorum curatio in illud tempus (72), quo tolerabilius erit eis in die judicii, quam illis apud quos factæ sunt **128** illæ virtutes quæ scriptæ sunt: ut ita demum relevati tunc pondere malorum suorum, facilius et tolerabilius per viam salutis in-
C cedant. Verum illud est quod admonitos illos esse qui hæc legunt, volo, nos in hujusmodi difficillimis et obscurissimis locis summo studio niti, non tam ut quæstionum absolutiones ad liquidum dispiciamus, hoc enim faciet unusquisque prout Spiritus dabit eloqui ei: sed ut pietatis regulam evidentissima assertione teneamus, in eo quod providentiam Dei juste omnia moderantem, et æquissimis dispensationibus pro singulorum meritis et causis regere immortales animas studemus ostendere; dum non intra hujus sæculi vitam dispensatio humana concluditur, sed futuri status causam præstat semper anterior meritorum status, et sic immortali et æterno æquitatis jure et moderamine divinæ providentiæ, immortalis anima ad summam perfectionis adducitur. [Si quis tamen occurrat nobis, pro eo quod dicimus a deterioribus quibusque et nequioribus consulto differri verbum prædicationis, cur his quibus collati Tyrii, qui certe despecti sunt, præferuntur, prædicatus sit sermo, in quo utique auctum est eis malum, et gravior eorum effecta est condemnatio, ut audirent verbum qui non erant credituri; hoc modo respondendum videtur: Deus qui universarum mentium conditor est, adversus providentiam suam querelas prænoscens præcipue eorum qui dicunt: Quomodo credere poteramus cum neque viderimus ea quæ cæteri viderunt, neque audierimus ea (73) quæ aliis prædicata sunt? In tantum extra nos est culpa, ut hi quibus annuntiatus est sermo et signa monstrata sunt, nihil omnino distulerint, sed obstupe-

(69) Ita mss. Libb. editi, δηλοῦσι.

(70) *Καὶ τοιούτοις*. Hæc desunt in antea editis, sed habentur in mss.

(71) Sic mss. In libb. editis deest, « isti. » Paulo post mss., « et proverbiis obumbratum, » quæ desunt in antea editis. Ibidem mss., « et quidem prænoscente de eis Salvatore. » In libb. editis pro « prænoscente, » legitur, « prædicante. »

(72) Sic mss. Alias, « dispensatio manet in illud tempus. » Paulo post mss., « relevati tunc pondere malorum suorum. » In editis pro, « malorum suo-
D rum, » legitur, « suorum peccatorum. » Ibidem mss., « volo, nos in hujusmodi. » Libb. editi, « volo, hujusmodi. » Infra mss., « evidentissima assertione teneamus. » Libb. editi, « cautissima assertione teneamus. » Paulo infra mss., « æquitatis jure et moderamine. » In editis deest « jure. »

(73) *Quæ cæteri viderunt, neque audierimus ea.* Hæc omissa sunt in libb. antea editis, licet reperiantur in omnibus mss. Infra mss., « et nihil a Deo deesse sibi. » In editis pro « deesse » legitur, « esse. »

facti ipsa prodigiorum virtute crediderint; volens arguere occasiones hujuscemodi querelarum, et ostendere quia non dissimulatio divinæ providentiæ, sed humanæ mentis arbitrium causa sibi perditionis exsistit (74), contulit etiam indignis et incredulis gratiam benefactorum suorum, ut vere omne os obstruatur, totumque a se et nihil a Deo deesse sibi mens humana cognoscat; simul et quia gravius condemnatur is qui divina beneficia sibi collata contempsit, quam ille qui consequi ea vel audire non meruit, intelligat et agnoscat misericordiæ esse divinæ et æquissimæ ejus dispensationis (75) etiam hoc ipsum quod interdum dissimulat aliquibus præstare ut vel videant, vel audiant virtutis divinæ **129** mysteria, ne signorum virtutibus visis, et sapientiæ ejus mysteriis agnitis et auditis, si contempserint atque neglexerint, graviore impietatis animadversione multentur.

18. Videamus nunc et de eo quod dictum est: « Non volentis, neque currentis sed miserentis est Dei [89]. » Aiunt enim hi qui e diverso sunt: Si non est volentis neque currentis, sed cujus Deus miseretur (76), is salvatur, non est in nobis ut salvemur. Aut enim natura nostra talis est ut vel salvari possimus vel non salvari; aut certe in voluntate sola est ejus qui, si vult, miseretur et salvat. A quibus primo hoc inquirimus: Velle bona, bonum est aut malum? Et currentem festinare ut perveniat ad finem boni, an laudabile est? Si quidem dixerint quod culpabile sit, aperte insanient: omnes enim sancti et volunt bona et currunt ad bona, et utique culpabiles non sunt. Quomodo ergo si is qui non salvatur malæ naturæ est, vult bona et currit ad bona, sed non invenit bona? Aiunt enim quia arbor mala fructus bonos non affert: bonus etenim fructus est velle bona. Et quomodo malæ arboris fructus est bonus? Quod si dixerint quia medium est velle bona et currere ad bona, id est neque bonum neque malum; dicemus ad eos: Si medium est velle bona (77) et currere ad bona, ergo et id quod his contrarium est, medium erit, id est velle mala et currere ad mala. Sed certum est quia non sit medium velle mala et cur-

A Ἴδωμεν οὖν καὶ περὶ τοῦ, « Ἄρ' οὖν οὐ τοῦ θέλοντος οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. » Οἱ γὰρ ἐπιλαμβανόμενοι φασίν· Εἰ μὴ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ, οὐκ ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν τὸ σώζεσθαι, ἀλλ' ἐκ κατασκευῆς τῆς ἀπὸ τοῦ τοιούσδε κατασκευάσαντος γεγενημένης, ἢ ἐκ προαιρέσεως τοῦ ὅτε βούλεται ἐλεοῦντος· παρ' ὧν τοῦτο πευστέον· Τὸ θέλειν τὰ καλὰ, καλόν ἐστιν ἢ φαῦλον; Καὶ τὸ τρέχειν βουλόμενον τυχεῖν τοῦ τέλους ἐν τῷ σπεύδειν ἐπὶ τὰ καλὰ, ἐπαινετόν ἐστιν ἢ ψεκτόν; Εἴτε γὰρ ἐροῦσι ψεκτὸν, παρὰ τὴν ἐνάργειαν ἀποκρινοῦνται, τῶν ἁγίων θελόντων ταὶ τρεχόντων, καὶ δηλονότι (78) οὐκ ἐν τούτῳ ψεκτὸν ποιούντων. Εἴτε ἐροῦσιν ὅτι καλὸν τὸ θέλειν τὰ καλὰ, καὶ τὸ τρέχειν ἐπὶ τὰ καλὰ, πευσόμεθα πῶς ἡ ἀπολλυμένη φύσις θέλει τὰ κρείττονα· οἱονεὶ γὰρ δένδρον πονηρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς φέρει, εἴγε καλὸν τὸ θέλειν τὰ κρείττονα. Τρίτον δὲ ἐροῦσιν ὅτι τῶν μέσων ἐστὶ τὸ θέλειν τὰ καλὰ, καὶ τὸ τρέχειν ἐπὶ τὰ καλὰ, καὶ οὔτε ἀστεῖον οὔτε φαῦλον· λεκτέον δὲ πρὸς τοῦτο, ὅτι εἰ τὸ θέλειν τὰ καλὰ καὶ τὸ τρέχειν ἐπὶ τὰ καλὰ, μέσον ἐστὶ, καὶ τὸ ἐναντίον αὐτῷ μέσον ἐστὶ, τουτέστι τὸ θέλειν τὰ κακὰ καὶ τὸ τρέχειν ἐπὶ τὰ κακά. Οὐχὶ δέ γε μέσον ἐστὶ τὸ θέλειν τὰ κακὰ, καὶ τρέχειν ἐπὶ τὰ

B κακά· οὐκ ἄρα μέσον ἐστὶ καὶ τὸ θέλειν τὰ καλὰ καὶ

INTERPRETATIO NOVA.

18. Illud etiam inspiciamus: « Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. » Sic enim assumunt: Si « neque volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, » non ex libero nostro arbitrio pendet nostra salus, sed e natura nobis ab eo qui tales nos condidit, præstita, vel ex ejus arbitrio qui, cum vult, misereatur. A quibus hoc quærendum: Velle bona, bonum est an malum? Tum cursus volentis ad honesta properando consequi finem, laude an vituperio dignus est? Si postremum dixerint, absurde prorsus respondebunt, cum sancti velint et currant, nec quidquam idcirco vituperio dignum faciant. Si dixerint bonum esse velle bona et currere ad bona, quæremus quomodo natura perdita velit bona. Perinde enim est ac si arbor mala fructus bonos ferret, si quidem bonum est velle meliora. Si tertium responderint, velle bona et currere ad bona, medium quiddam esse, quod neque bonum neque sit malum; reponemus: Si medium quid est velle bona et currere ad bona, ergo et id quod his contrarium est, medium erit, id est, velle mala et currere ad mala. At velle mala et currere ad mala medium non est; ergo neque velle bona et currere ad bona medium erit. Hoc modo igitur arbitror defendi posse hunc locum: « Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. » Salomon in libro Psalmorum (ejus enim est canticum graduum cujus verba proferemus), ait: « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam; » non quod nos ab ædificando dehortetur, aut doceat ne vigilemus ad ejus quæ in anima nostra est, civitatis custodiam, sed ostendens quæcunque sine Deo ædificantur, et quæ ejus custodia non sepiuntur, frustra ædificari et incassum custodiri; cum jure ædificationis dominus et custodiæ civitatis princeps ascribendus sit universorum Deus. Quemadmodum igitur si diceremus: Non ædificantis, sed Dei opus est hocce ædificium; et non custos, sed universorum Deus hanc civitatem ab hostium injuriis immunem reddidit, nihil erraremus, cum humanis quoque viribus aliquid peractum intelligatur, totum vero opus grati animi significatione perfectori Deo refe-

[89] Rom. IX, 16.

(74) Vide l. II *Origenian.*, q. 7, num. 17.

(75) Sic mss. Alias, « et agnoscat nunc esse divinæ et æquissimæ suæ dispensationis. » Paulo post mss., « si contempserint atque neglexerint. » In editis deest « atque neglexerint. »

(76) Ita mss. Alias, « cui Deus miseretur. » Paulo post mss., « a quibus primo hoc inquirimus. » Libb. editi, « a quibus primo quæritur hoc. » Ibidem mss., « ut perveniat ad finem boni. » Editi male, « ut perveniat ad fidem boni. » Infra mss., « arbor mala fructus bonos non affert. » Libb. editi, « arbor bona fructus malos non affert. »

(77) Sic mss. Alias, « bonum.

(78) Libb. editi, δῆλον ὅτι.

τρέχειν ἐπὶ τὰ καλά. Τοιαύτην τοίνυν ἀπολογίαν ἡγοῦμαι δύνασθαι ἡμᾶς πορίζειν πρὸς τὸ, « ἄρ' οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. » Φησὶν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν ὁ Σολομῶν· αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ ᾠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν ἐξ ἧς παραθησόμεθα τὰ ῥητά· « Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες· ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων· » οὐκ ἀποτρέπων ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ οἰκοδομεῖν, οὐδὲ διδάσκων μὴ ἀγρυπνεῖν εἰς τὸ φρουρεῖν ἡμῶν τὴν ἐν τῇ ψυχῇ πόλιν, ἀλλὰ παριστὰς ὅτι τὰ χωρὶς Θεοῦ οἰκοδομούμενα καὶ τὰ μὴ τυγχάνοντα τῆς ἀπὸ τούτου φυλακῆς, μάτην οἰκοδομεῖται, καὶ ἀνηνύτως τηρεῖται, εὐλόγως ἂν ἐπιγραφησομένου κυρίου τῆς οἰκοδομῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄρχοντος τῆς φρουρᾶς τῆς πόλεως τοῦ τῶν ὅλων Δεσπόζοντος· ὥσπερ οὖν εἰ λέγοιμεν, Οὐ τοῦ οἰκοδομοῦντος, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ ἐστὶν ἔργον τόδε τὸ οἰκοδόμημα, καὶ οὐ τοῦ φυλάξαντος κατόρθωμα, ἀλλὰ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, τὸ μηδὲν (79) πεπονθέναι ἀπὸ πολεμίων τήνδε τὴν πόλιν, οὐκ ἂν πταίοιμεν, ὑπακουομένου μὲν τοῦ καὶ κατὰ τὸν ἄνθρωπόν τι γεγονέναι, τοῦ δὲ ἀνδραγαθήματος εὐχαρίστως ἐπὶ τὸν τελειωτὴν Θεὸν ἀναφερομένου· οὕτως ἐπεὶ οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἀνθρώπινον θέλειν πρὸς τὸ τυχεῖν τοῦ τέλους, οὐδὲ τὸ τῶν οἱονεὶ ἀθλητῶν τρέχειν πρὸς τὸ λαβεῖν τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· Θεοῦ γὰρ συμπαρισταμένου ταῦτα ἀνύεται· καλῶς λέγεται τὸ, « Οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. » Ὡς εἰ καὶ ἐπὶ γεωργίας ὅπερ καὶ γέγραπται ἐλέγετο· « Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ὁ δὲ Θεὸς ηὔξησεν· ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεός. » Καὶ τὸ τοὺς καρποὺς πλήρεις γεγονέναι, οὐκ ἂν εὐσεβῶς λέγοιμεν ἔργον εἶναι τοῦ γεωργοῦ,

A rere ad mala, sed aperte malum est; constat ergo quia non est medium velle bona et currere ad bona (80), sed bonum. His ergo tali responsione depulsis, ad expositionem jam quæstionis ipsius properemus in qua ait: « Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. » In libro Psalmorum, in canticis graduum qui Salomonis esse referuntur, hoc modo scriptum est: « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, in **130** vanum vigilat qui custodit eam [60]. » Per quæ verba non utique indicat ut cessare debeamus ab ædificando vel vigilando ad custodiam civitatis ejus quæ intra nos est (81); sed hoc est quod ostendit, quia quæcunque sine Deo ædificantur, et quæcunque sine eo custodiuntur, vane ædificantur et sine B causa servantur. In omnibus enim quæ bene ædificantur et bene salvantur, Dominus vel ædificationis vel tutelæ auctor ascribitur. Ut, verbi causa, si videamus aliquod magnificum opus et præclari ædificii moles decora constructione sublatas, nonne jure et merito dicemus non hæc humanis viribus, sed divina ope atque virtute constructa? Nec tamen ex hoc cessasse et nihil omnino egisse etiam humani studii labor atque industria designabitur. Vel iterum si videamus urbem aliquam gravi hostium obsidione circumdatam, minaces inferri machinas muris, vallo, telis, ignibus, cunctisque bellorum instrumentis quibus excidia parantur, urgeri; si repelli hostis potuit et fugari, digne meritoque C urbi (82) liberatæ salutem a Deo præstitam dicimus, nec tamen per hoc defuisse vigilum excubias, procinctum juvenum et custodientium vigilias (83) designamus; ita et Apostolus dixisse intelligendus

INTERPRETATIO NOVA.

ratur acceptum: ita, quoniam non sufficit hominis voluntas ut finem assequatur, nec athletarum cursus ut cœlestis in Christo Jesu vocationis Dei præmium reportent: Deo enim adjuvante hæc perficiuntur; vere dicitur: « Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. » Perinde ac si de agricultura quod scriptum est, diceretur: « Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit. Ita neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. » Neque pie diceremus uberes ac maturos fructus aut agricolæ aut ejus qui rigavit, sed Dei esse opus: ita nostra perfectio non fit nobis nihil agentibus, neque a nobis consummatur, sed Deus præcipuam ipsius partem efficit. Quod ut manifestius fiat, ab arte gubernandi sumemus exemplum. Nam inter ventorum flatum, aeris temperiem, siderum claritatem, quæ singula aliquid ad navigantium salutem conferunt, quemnam etiam locum habere dicatur ars gubernandi ad optatum portum contingendum, cum sæpe ne ipsi quidem nautæ navim a se servatam audeant prædicare, sed Deo quidquid est auctori tribuant, non quod nihil ipsi effecerint, sed quod longe majus sit arte id quod Providentia factum est? Sic in nostra salute longe majus est quod a Deo, quam quod a nostro est libero arbitrio. Quam ob causam dictum puto: « Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. » Si enim eo quo isti existimant modo hic Pauli locus: « Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, » est intelligendus, supervacanea sunt mandata; frustra Paulus ipse quosdam vituperat quod collapsi fuerint; alios quod bene se gesserint, approbat; frustra Ecclesiis leges dat; frustra nos meliora amplectimur, frustra currimus; sed neque frustra Paulus hæc præcipit, neque frustra illos vituperat, hos approbat; neque frustra nos bona amplectimur, et ad meliora contendimus. Isti ergo perperam locum hunc interpretantur.

[60] Psal. CXXVI, 1.

(79) Libb. editi, μηθέν.

(80) *Et currere ad bona.* Hæc omissa sunt in libb. antea editis, licet habeantur in omnibus mss. Infra libb. editi, « in vanum laborant... frustra vigilant qui custodiunt eam. » Sed mss. ut in nostro textu. Ibidem mss., « ab ædificando vel vigilando ad custodiam civitatis. » Libb. editi, « ab ædificando et a custodia civitatis. »

(81) Vide *Origenian.* l. II, q. 7, n. 14

(82) *Urbi.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(83) *Vigilum excubias, procinctum juvenum, et custodientium vigilias.* Ita mss. In editis post « excubias, » additur « urbi, » et pro « vigilias » legitur « vigiliam. » Ibidem libb. editi, « Apostolum dixisse intelligendum est, cum ait: non sufficit. » Sed mss. ut in nostro textu.

est, quoniam non sufficit ad perficiendam salutem sola voluntas humana, nec idoneus est mortalis cursus ad consequenda cœlestia et ad capiendam palmam supernæ vocationis Dei in Christo Jesu, nisi hæc ipsa voluntas nostra bona promptumque propositum et quæcunque illa in nobis esse potest industria, divino vel juvetur vel muniatur auxilio. Et ideo valde consequenter dixit (84) Apostolus, quia « non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei; » quemadmodum si dicamus de agricultura illud quod scriptum est: « Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus [61]. » Sicut ergo cum bonos atque uberes fructus ad perfectam maturitatem pertulit seges, nemo pie
131 et consequenter dicet quia fructus illos agricola fecit, sed a Deo fatebitur præstitos; ita etiam nostra perfectio non quidem nobis cessantibus et otiosis efficitur, nec tamen consummatio ejus nobis, sed Deo qui est prima et præcipua causa operis ascribetur. Sic cum navis superaverit marina discrimina, quamvis multo labore nautarum, et omni nauticæ artis opere impenso, et gubernatoris studio atque industria adhibita res agatur, ventorum quoque aspirantibus flatibus, et astrorum signis diligenter notatis; si quando tamen vexata undis (85) et fluctibus fatigata ad portum salva pervenit, nemo sani sensus nisi misericordiæ Dei salutem navis ascribet. Sed ne ipsi quidem nautæ vel gubernator audent dicere: Ego salvavi navem; sed totum ad Dei misericordiam referunt; non quod sentiant se nihil ad salvandum navem vel artis adhibuisse vel laboris, sed quod sciant a se quidem laborem, salutem vero a Deo præstitam navi. Ita etiam in nostræ vitæ cursu a nobis quidem dependendus est labor, et studium atque industria adhibenda; laboris nostri vero fructus a Deo speranda est salus. Alioquin si nihil nostri operis exposcit, superflua utique videbuntur esse mandata; frustra etiam ipse Paulus culpat quosdam decidisse a veritate, et collaudat alios stantes in fide; præcepta quædam et instituta ex superfluo tradit Ecclesiis; frustra etiam nos ipsi vel volumus vel currimus ad bona. Sed certum est quod hæc frustra non fiunt, et certum est quod nec apostoli frustra præcipiunt, nec Dominus sine causa dat leges. Superest ergo ut pronuntiemus quod magis bonis dictis hæretici frustra (87) calumniam faciant.

ἢ ἔργον τοῦ ποτίσαντος, ἀλλ' ἔργον τοῦ Θεοῦ· οὕτω καὶ ἡ ἡμετέρα τελείωσις οὐχὶ μηδὲν ἡμῶν πραξάντων γίνεται, οὐ μὴν ἀφ' ἡμῶν ἀπαρτίζεται, ἀλλὰ Θεὸς τὸ πολὺ ταύτης ἐνεργεῖ. Καὶ ἵνα ἐναργέστερον πιστευθῇ τοῦτο εἶναι τὸ λεγόμενον, ἀπὸ τῆς κυβερνητικῆς τὸ παράδειγμα ληψόμεθα· πρὸς γὰρ τὴν τῶν ἀνέμων πνοὴν, καὶ τὴν τῶν ἀέρων εὐκρασίαν, καὶ τὴν τῶν ἀστέρων λαμπρότητα συνεργούντων τῇ τῶν ἐμπλεόντων σωτηρίᾳ, πόσον ἂν ἀριθμὸν ἔχειν λέγοιτο τῆς ἐπὶ τὸν λιμένα ἀποκαταστάσεως ἡ κυβερνητικὴ τέχνη, οὐδ' αὐτῶν τῶν κυβερνητῶν δι' εὐλάβειαν πολλάκις τολμώντων ὁμολογεῖν τὸ σεσωκέναι τὴν ναῦν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν ἀναφερόντων, οὐ τῷ (86) μηδὲν αὐτοὺς ἐνηργηκέναι, ἀλλὰ τῷ εἰς ὑπερβολὴν πολλαπλάσιον εἶναι τὸ ἀπὸ τῆς προνοίας τοῦ ἀπὸ τῆς τέχνης; Καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γοῦν σωτηρίας πολλαπλάσιόν ἐστιν εἰς ὑπερβολὴν τὸ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀπὸ τοῦ ἐφ' ἡμῖν· διόπερ ἡγοῦμαι λέγεσθαι τὸ, « Οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. » Εἰ γὰρ ὡς ἐκεῖνοι ὑπολαμβάνουσι δεῖ ἐκλαμβάνειν τὸ, « Οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ, » περισσαὶ αἱ ἐντολαὶ, καὶ μάτην ὁ Παῦλος αὐτὸς αἰτιᾶταί τινας ὡς παραπεπτωκότας, καὶ ἀποδέχεταί τινας ὡς κατωρθωκότας, καὶ νομοθετεῖ ταῖς Ἐκκλησίαις, εἰκῇ δὲ καὶ ἡμεῖς ἐπιδίδομεν ἑαυτοὺς ἐπὶ τὸ θέλειν τὰ κρείττονα, εἰκῇ δὲ καὶ ἐπὶ τὸ τρέχειν· ἀλλ' οὐ μάτην ὁ Παῦλος τάδε συμβουλεύει καὶ τούσδε μέμφεται, καὶ τούσδε ἀποδέχεται· οὐδὲ μάτην ἡμεῖς ἐπιδίδομεν ἑαυτοὺς τῷ θέλειν τὰ κρείττονα, καὶ τῷ σπεύδειν ἐπὶ τὰ διαφέροντα. Οὐκ ἄρα ἐκεῖνοι καλῶς ἐξειλήφασι τὰ κατὰ τὸν τόπον.

132 19. Post hæc insequebatur illa quæstio quoniam « et velle et perficere ex Deo (88) est [62]. » Et aiunt: Si ex Deo est velle, et ex Deo est perficere; sive

Πρὸς τούτοις ἦν· « Τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι. » Καί φασί τινες· Εἰ (89) ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ θέλειν, καὶ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ ἐνεργεῖν, κἂν κακῶς

INTERPRETATIO NOVA.

19. Postea sequebatur illud: « Velle et perficere ex Deo est. » Et dicunt quidam: Si velle et perficere ex Deo est, seu male velimus, seu male quid agamus, a Deo hæc nobis contigerunt. Quod si ita est, non sumus liberi. Et rursus, cum bona volumus et præstantiora perficimus, quoniam « et velle et perficere ex Deo est, » non nos præstantiora perfecimus, sed perficere visi sumus; hæc autem Deus dedit; quare nec in eo sumus liberi. Respondendum est non dixisse Apostolum velle mala aut velle bona, et item meliora aut pejora facere ex Deo esse, sed universe velle et universe currere. Quemadmodum enim a Deo habemus quod animalia, quod homines sumus, ita quod generatim, ut ita dicam, volumus, quod

[61] I Cor. III, 6, 7. [62] Philip. II, 13.

(84) Sic mss. Alias, « convenienter dicit. » Infra libb. editi, « nemo pie et convenienter dicet. » Mss. ut in nostro textu.

(85) *Si quando tamen vexata undis.* Ita mss. Alias, « si tamen navis undis. » Paulo post libb. editi, « sed ne ipse quidem nauta vel gubernator audet..... ad misericordiam Dei refert non quod sentiat. » Mss. ut in nostro textu. Ibidem mss. « sed quod sciant. » Libb. edit. « sed quoniam sentit. »

(86) Sic recte mss. Libb. editi male, τό.

(87) Sic mss. Libb. editi, « ut magis, » et omittunt « frustra. »

(88) Ita mss. Alias, « esset ex Deo. » Paulo post mss. « aut velle bona ex Deo est, » quæ desunt in antea editis.

(89) Εἰ. Deest in antea editis, sed habetur in mss.

θέλωμεν, κἂν κακῶς ἐνεργῶμεν, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ταῦθ' ἡμῖν ὑπῆρξεν· εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἐσμὲν αὐτεξούσιοι· πάλιν τε αὖ κρείττονα θέλοντες καὶ τὰ διαφέροντα ἐνεργοῦντες, ἐπεὶ ἀπὸ Θεοῦ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ἐστιν, οὐχ ἡμεῖς τὰ διαφέροντα πεποιήκαμεν, ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἐδόξαμεν, ὁ δὲ Θεὸς ταῦτα ἐδωρήσατο· ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο οὐκ ἐσμὲν αὐτεξούσιοι. Καὶ πρὸς τοῦτο δὲ λεκτέον ὅτι ἡ τοῦ Ἀποστόλου λέξις οὔ φησι τὸ θέλειν τὰ κακὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι, ἢ τὸ θέλειν τὰ ἀγαθὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι· ὁμοίως τε τὸ ἐνεργεῖν τὰ κρείττονα καὶ τὰ χείρονα· ἀλλὰ τὸ καθόλου θέλειν καὶ τὸ καθόλου τρέχειν. Ὡς γὰρ ἀπὸ Θεοῦ ἔχομεν τὸ εἶναι ζῶα, καὶ τὸ εἶναι ἄνθρωποι, οὕτω καὶ τὸ καθόλου θέλειν, ὡς εἰ ἔλεγον, καὶ τὸ καθόλου κινεῖσθαι. Ὥσπερ δὲ ἔχοντες τὸ ζῶα εἶναι, τὸ κινεῖσθαι, καὶ φέρ' εἰπεῖν τάδε τὰ μέλη κινεῖν, χεῖρας ἢ πόδας, οὐκ ἂν εὐλόγως λέγοιμεν ἔχειν ἀπὸ Θεοῦ τὸ εἰδικὸν τόδε ἤτοι τὸ κινεῖσθαι πρὸς τὸ τύπτειν ἢ ἀναιρεῖν, ἢ ἀφαιρεῖσθαι τὰ ἀλλότρια· ἀλλὰ τὸ μὲν γενικὸν τὸ κινεῖσθαι ἐλάβομεν ἀπὸ Θεοῦ· ἡμεῖς δὲ χρώμεθα τῷ κινεῖσθαι ἐπὶ τὰ χείρονα ἢ ἐπὶ τὰ βελτίονα· οὕτω τὸ μὲν ἐνεργεῖν, ᾗ ζῶά ἐσμεν, εἰλήφαμεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ θέλειν ἐλάβομεν ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ· ἡμεῖς δὲ τῷ θέλειν ἐπὶ τὰ κάλλιστα ἢ ἐναντία χρώμεθα, ὁμοίως καὶ τῷ ἐνεργεῖν.

Ἔτι πρὸς τὸ μὴ (90) ἡμᾶς εἶναι αὐτεξουσίους δόξει τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν περισπᾷν, ἐν οἷς ἑαυτῷ ἀνθυποφέρων φησίν· « Ἄρ' οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. Ἐρεῖς μοι οὖν, Τί ἔτι μέμφεται; Τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, Τί με ἐποίησας οὕτως; Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; » Ἐρεῖ γάρ τις· Εἰ ὁ κεραμεὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιεῖ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν σκεύη, οὕτως ὁ Θεὸς ἃ μὲν εἰς σωτηρίαν, ἃ δὲ εἰς ἀπώλειαν· οὐ παρ' ἡμᾶς τὸ σώζεσθαι ἢ ἀπόλλυσθαι γίνεται, οὐδέ ἐσμεν αὐτεξούσιοι. Λεκτέον δὲ πρὸς τὸν οὕτω τούτοις χρώμενον,

A bene sive male agimus vel volumus, ex Deo est. Quod si est, liberi arbitrii non sumus. Ad quod respondendum est, quia sermo Apostoli non dicit (91), quia velle mala ex Deo est, aut velle bona ex Deo est, neque perficere bona aut mala ex Deo est; sed generaliter ait quia velle et perficere a Deo est. Sicut enim a Deo habemus hoc ipsum quod homines sumus, quod spiramus, quod movemur, ita et quod volumus, ex Deo habemus; ut sicut dicamus, quod movemur, ex Deo est, vel quod singula quæque membra officio suo deserviunt et moventur, ex Deo est. Ex eo utique non illud intelligitur quia quod movetur manus, verbi causa ad verberandum injuste, vel ad furandum, ex Deo est: sed hoc ipsum quod movetur, ex Deo est; nostrum vero est motus istos quibus moveri (92) ex Deo B habemus, vel ad bona vel ad mala convertere. Ita ergo est quod dicit Apostolus, quia virtutem quidem voluntatis accipimus, nos autem abutimur voluntate, vel in bonis vel in malis desideriis. Similiter quoque et de effectibus sentiendum est.

20. Sed de eo quod dixit Apostolus: « Ergo cui vult miseretur, et quem vult indurat. Dices ergo mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistet? Enimvero, homo, tu qui es qui contra respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quid me fecisti sic? Aut non habet potestatem figulus luti ex eadem **133** massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud autem in C contumeliam[63]? » Dicet fortasse aliquis: Sicut figulus ex eadem massa facit alia quidem vasa ad honorem, alia autem ad contumeliam; ita Deus alios ad perditionem, alios ad salutem facit; non est ergo in nobis vel salvos fieri vel perire: per quod non videmur nostri esse arbitrii. Respondendum est ergo his qui hæc ita intelligunt: Si potest fieri ut possit Apostolus sibi ipsi

INTERPRETATIO NOVA.

generatim movemur, id acceptum Deo referri oportet. Sicut autem, etsi accepimus quod animalia simus, quod moveamur, quod membra hæc vel illa, manus, exempli causa, aut pedes moveamus, non recte quis dixerit specialem hunc nobis motum a Deo datum esse, ut verberemus, ut occidamus, ut aliena rapiamus; cum motus in universum nobis Deus auctor fuerit, nos vero ad pejora aut meliora illo motu utamur; sic illam agendi vim qua sumus animalia, nobis quidem Deus impertiit, et velle a Deo quidem accepimus, sed illam volendi nec non agendi vim nos ipsi ad honesta vel contraria flectimus.

20. Refragari insuper libertati nostri arbitrii videtur id quod Apostolus sibi objiciens ait: « Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat. Dices itaque mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistit? O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: Quid me fecisti sic? Annon habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? » Dicet enim quispiam: Si quemadmodum ex eodem luto alia quidem in honorem, alia vero in contumeliam vasa figulus facit, sic et Deus alia in salutem, alia in perditionem; non est in nobis vel salvos fieri vel perire, neque sumus liberi. Sed ab eo qui hæc ita accipit, quæremus audeatne cogitare Apostolum pugnantia loqui? Neminem puto tanta fore audacia ut hoc dicat. Si ergo pugnantia non dicit Apostolus, quomodo, secundum istius interpretationem, juste accusat eum qui Corinthi fornicatus erat, vel eos qui deliquerant, quosque libidinis ac intemperantiæ suæ non pœnituerat? Quo pacto etiam iis quos laudat quasi recte egerint, Onesiphori, verbi gratia, domui benedicit his verbis: « Det misericordiam Dominus Onesiphori domui; quia sæpe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit; sed cum Romam venisset, sollicite me quæsivit et invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. » Non igitur ejusdem est Apostoli eum qui peccavit, ut reprehensione dignum, vi-

[63] Rom. IX, 18 seqq.

(90) *Μή*. Deest etiam in antea editis, sed reperitur in mss.

(91) Vide l. II *Origenian.* q. 7, n. 10

(92) Ita mss. Alias, « motum. » Infra mss. « quid adhuc queritur. » In editis deest « adhuc. »

contraria proloqui? Quod si hoc sentiri non potest de Apostolo, quomodo videbitur secundum istos juste culpare eos qui in Corintho fornicati sunt, vel eos qui deliquerunt et pœnitentiam non egerunt ab impudicitia et fornicatione et immunditia quam gesserunt? Quomodo etiam collaudat eos qui recte egerunt, sicut Onesiphori domum, dicens: « Det autem Dominus misericordiam (93) Onesiphori domui, quia frequenter me refrigeravit, et catenam meam non erubuit; sed cum Romam venisset, sollicite requisivit me, et invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam apud Dominum in illo die[64]. » Non ergo est apostolicæ gravitatis culpare quidem eum qui culpa dignus est, id est qui peccavit, et collaudare eum qui laude dignus est pro opere bono, et rursum tanquam in nullius sit potestate (94) agere aliquid boni vel mali, dicere Creatoris esse opus, ut unusquisque vel bene agat vel male, cum aliud ad honorem vas faciat, aliud ad contumeliam. Quomodo autem illud quoque addit quia « omnes nos stare oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque nostrum in corpore suo prout gessit, sive bonum sive malum[65]? » Quæ enim boni retributio ei qui malum facere non potuit, ad hoc ipsum a Creatore formatus? vel quæ pœna digne irrogabitur ei qui bonum facere ex ipsa conditoris sui creatione non potuit? Tum deinde quomodo non contrarium est huic assertioni illud quod alibi dicit: « In domo autem **134** magna non sunt tantummodo vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, alia quidem ad honorem, alia autem ad contumeliam. Si ergo quis emundaverit semetipsum ab his, erit vas ad honorem, sanctificatum, et utile Domino, ad omne opus bonum paratum[66]? » Ergo qui se emundaverit, efficitur vas ad honorem; qui autem immunditias suas (95) purgare contempserit, efficitur vas ad contumeliam. Ex quibus sententiis nullatenus, ut opinor, causa gestorum ad Creatorem

A εἰ δύναται περὶ τοῦ Ἀποστόλου νοεῖν ὡς μαχόμενα ἑαυτῷ λέγοντος· οὐχ ἡγοῦμαι δὲ ὅτι τολμήσει τις τοῦτο εἰπεῖν. Εἰ τοίνυν μὴ ἐναντία ἑαυτῷ ὁ Ἀπόστολος φθέγγεται, πῶς κατὰ τὸν οὕτως ἐκδεξάμενον εὐλόγως αἰτιᾶται μεμφόμενος τὸν ἐν Κορίνθῳ πεπορνευκότα, ἢ τοὺς παραπεπτωκότας καὶ μὴ μετανοήσαντας ἐπὶ τῇ ἀσελγείᾳ καὶ ἀκρασίᾳ ᾗ ἔπραξαν; Πῶς δὲ εὐλογεῖ ὡς εὖ πεποιηκότας οὓς ἐπαινεῖ, ὥσπερ τὸν Ὀνησιφόρου οἶκον, λέγων· « Δῴη ὁ Κύριος ἔλεος τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ, ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη, ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ σπουδαίως ἐζήτησέ με καὶ εὗρε· δῴη αὐτῷ ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. » Οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ Ἀπόστολόν ἐστι ψέγειν ὡς ἄξιον μέμψεως τὸν ἡμαρτηκότα, καὶ ἀποδέ- B χεσθαι ὡς ἐπαινετὸν τὸν εὖ πεποιηκότα· πάλιν δ' αὖ ὡς μηδενὸς ὄντος ἐφ' ἡμῖν, φάσκειν παρὰ τὴν αἰτίαν τοῦ δημιουργοῦ εἶναι τὸ μὲν σκεῦος εἰς τιμήν, τὸ δὲ εἰς ἀτιμίαν· πῶς τὸ, « Τοὺς πάντας ἡμᾶς παραστῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματσς τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον, » ὑγιές ἐστι, τῶν τὰ φαῦλα πεποιηκότων διὰ τὸ ἐκτίσθαι αὐτοὺς σκεύη ἀτιμίας ἐπὶ τοῦτο πράξεως ἐληλυθότων, καὶ τῶν κατ' ἀρετὴν βιωσάντων τῷ ἀρχῆθεν αὐτοὺς ἐπὶ τούτῳ κατεσκευάσθαι, καὶ σκεύη τιμῆς γεγονέναι, τὸ καλὸν πεποιηκότων; Ἔτι δὲ πῶς οὐ μάχεται τῷ, ὡς ὑπολαμβάνουσιν ἐξ ὧν παρεθέμεθα ῥητῶν, παρὰ τὴν αἰτίαν τοῦ δημιουργοῦ ἔντιμον ἢ ἄτιμον εἶναι σκεῦος, C τὸ ἀλλαχοῦ λεγόμενον· « Ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· καὶ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν, ἡγιασμένον, καὶ εὔχρηστον τῷ Δεσπότῃ εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον. » Εἰ γὰρ ὁ ἐκκαθάρας ἑαυτὸν γίνεται σκεῦος εἰς τιμὴν, ὁ δὲ ἀπερικάθαρτον ἑαυτὸν περιιδὼν, σκεῦος εἰς ἀτιμίαν, ὅσον ἐπὶ ταύταις ταῖς λέξεσιν, οὐδαμῶς αἴτιος ὁ δημιουργός· ποιεῖ μὲν γὰρ ὁ δημιουργὸς σκεύη τιμῆς καὶ σκεύη ἀτιμίας, οὐκ ἀρχῆθεν κατὰ

INTERPRETATIO NOVA.

tuperare, et eum qui recte fecit, ut laude dignum approbare; ac rursum, quasi nihil sit in nostra potestate, dicere in causa esse mundi opificem cum aliud vas sit in honorem, aliud in ignominiam. Quo pacto illud: « Nos omnes assistere oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum sive malum, » consistet, cum ii qui mala egerunt, eo devenerint, quod conditi essent in vasa ignominiæ, et ii qui ad virtutis normam vixerunt, bene se gesserint quod ad id ab initio essent comparati et vasa honoris facti? Præterea quomodo huic quam ex iis quæ adduximus verbis, conceperunt, opinioni, in causa esse opificem cur aliud vas sit in honorem, aliud in contumeliam, non repugnat id quod alibi dicitur: « In magna domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia; et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum et utile Domino, ad omne opus bonum paratum? » Nam si qui se expurgavit, fit vas in honorem, qui vero vitiorum suorum sordes abstergere neglexerit, fit vas in contumeliam, quantum ex his verbis colligere licet, non est ejus rei causa mundi opifex. Facit enim vasa honoris et vasa ignominiæ, non a principio secundum prænotionem, quia per ipsam nec præcondemnat, nec præjustificat; sed vasa honoris facit eos qui se expurgarint, vasa vero ignominiæ, qui vitiorum suorum sordes abstergere neglexerint, ita ut, priusquam fingantur vasa in honorem et vasa in contumeliam, antiquiores causæ exstiterint cur alius fiat in honorem, alius in contumeliam. Quod si semel admittimus ex præcedentibus quibusdam causis aliud esse vas honoris, aliud vas contumeliæ, quid absurdi fuerit ad locum de anima recurrentes dicere ex præcedentibus causis dilectum fuisse Jacob priusquam corpus assumeret, et odio habitum fuisse Esau antequam in utero esset Rebeccæ.

[64] II Tim. I, 16. [65] II Cor. v, 10. [66] II Tim. II, 20, 21.

(93) Sic mss. Alias, « salutem. »
(94) Sic mss. Alias, « cum in nullis sit potestate. »
(95) *Suas.* Deest in editis, sed habetur in mss.

τὴν πρόγνωσιν, ἐπεὶ μὴ κατ' αὐτὴν προκατακρίνει, ἢ προδικαιοῖ, ἀλλὰ σκεύη τιμῆς τοὺς ἐκκαθάραντας ἑαυτοὺς, καὶ σκεύη ἀτιμίας ἀπερικαθάρτους ἑαυτοὺς περιιδόντας· ὥστε οὐκ (96) ἐκ πρεσβυτέρων αἰτίων τῆς κατασκευῆς τῶν εἰς τιμὴν καὶ εἰς ἀτιμίαν σκευῶν γίνεσθαι ὃν μὲν εἰς τιμὴν, ὃν δὲ εἰς ἀτιμίαν.

A referri potest. Nam facit quidem creator Deus quoddam vas ad honorem, et facit alia vasa ad contumeliam; sed illud vas quod se purgavit ab omni immunditia, ipsum (1) facit vas ad honorem; quod vero vitiorum sordibus se maculaverit, illud vas ad contumeliam facit. Itaque concluditur ex hoc, quia prius gestorum uniuscujusque causa præcedit, et pro meritis suis unusquisque a Deo vel honoris vas efficitur vel contumeliæ. Unde unumquodque igitur vas ut vel ad honorem a Creatore formetur vel ad contumeliam, ex seipso causas et occasiones præstitit conditori.

Εἰ δὲ ἅπαξ προσιέμεθα εἶναί τινας αἰτίας πρεσβυτέρας τοῦ σκεύους τῆς τιμῆς καὶ τοῦ σκεύους τῆς ἀτιμίας, τί ἄτοπον ἀνελθόντας εἰς τὸν περὶ ψυχῆς τόπον (97), πρεσβύτερα αἴτια τοῦ τὸν Ἰακὼβ ἠγαπῆσθαι, καὶ τὸν Ἠσαῦ μεμισῆσθαι, γεγονέναι εἰς τὸν Ἰακὼβ πρὸ τῆς ἐνσωματώσεως, καὶ εἰς τὸν Ἠσαῦ πρὸ τοῦ εἰς τὴν κοιλίαν τῆς Ῥεβέκκας γενέσθαι.

Quod si justa hæc videtur assertio, sicut est certe justa, et cum omni pietate concordans, ut ex præcedentibus causis unumquodque vas vel ad honorem Deo vel ad contumeliam præparetur, non videtur absurdum, eodem ordine atque eadem consequentia discutientes nos antiquiores causas, eadem etiam de animarum ratione sentire et hoc esse in causa, B quod Jacob dilectus est, antequam huic mundo nasceretur, et Esau odio habitus est (2), dum adhuc in ventre matris haberetur.

HIER. INTERP. (98).

Sin autem semel recipimus quod ex præcedentibus causis aliud vas in honorem, aliud in contumeliam sit creatum; cur non recurramus ad animæ arcanum et intelligamus eam egisse antiquitus propter quod in altero dilecta, in altero odio habita sit antequam in Jacob corpore supplantaret, et in Esau planta teneretur a fratre.

Ἅμα δὲ σαφῶς δηλοῦται ὅτι ὅσον ἐπὶ τῇ ὑποκειμένῃ φύσει ὥσπερ εἷς ὑπόκειται τῷ κεραμεῖ πηλὸς ἀφ' οὗ φυράματος γίνεται εἰς τιμὴν καὶ εἰς ἀτιμίαν σκεύη· οὕτω μιᾶς φύσεως πάσης ψυχῆς ὑποκειμένης τῷ Θεῷ, καὶ (99), ἵν' οὕτως εἴπω, ἑνὸς φυράματος ὄντος τῶν λογικῶν ὑποστάσεων, πρεσβύτερά τινα αἴτια πεποίηκε τούσδε μὲν εἶναι εἰς τιμὴν, τούσδε δὲ εἰς ἀτιμίαν. Εἰ δὲ ἐπιπλήσσει ἡ λέξις τοῦ Ἀποστόλου ἡ λέγουσα· « Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; » διδάσκει ὅτι, ὁ μὲν παρρησίαν ἔχων πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πιστὸς καὶ βιοὺς εὖ, οὐκ ἂν ἀκούσαι, *Σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ;* ὁποῖος ἦν Μωσῆς· « Μωσῆς γὰρ ἐλάλει, ὁ δὲ Θεὸς ἀπεκρίνατο αὐτῷ φωνῇ, » καὶ ὡς ἀποκρίνεται ὁ Θεὸς πρὸς Μωσέα, οὕτως ἀποκρίνεται καὶ ὁ ἅγιος πρὸς τὸν Θεόν. Ὁ δὲ ταύτην μὴ κτησάμενος τὴν παρρησίαν, δηλονότι ἢ ἀπολωλεκὼς, ἢ περὶ τούτων οὐ κατὰ

135 21. Sed et illud quod dictum est, quod ex eadem massa et honoris et contumeliæ vas fiat, non nos poterit coarctare; unam etenim naturam omnium esse dicimus rationabilium animarum, C sicut una luti massa subjacere figulo designatur. Cum ergo una omnium sit natura rationabilium creaturarum, ex ipsa Deus secundum præcedentes meritorum causas, sicut ex una massa figulus, creavit et plasmavit alios quidem ad honorem, alios autem ad contumeliam. Quod vero velut increpantis est Apostoli sermo quem (3) dicit: « O homo, tu quis es qui contra respondeas Deo [67]? » puto illud esse quod ostendit ex hoc quoniam ad fidelem quemque recte et juste viventem et habentem fiduciam apud Deum talis increpatio non refertur, id est, ad talem aliquem, qualis erat Moyses ille, de quo dicit Scriptura, quia « Moyses loquebatur, Deus au-

INTERPRETATIO NOVA.

21. Illud etiam simul ostenditur, quemadmodum unum subjacet figulo lutum, ex cujus concretione vasa in honorem et ignominiam fiunt; ita cum una omnium animarum natura subjaceat Deo, et una, ut ita dicam, sit rationabilium substantiarum massa, ex præcedentibus causis fieri ut alii quidem sint in honorem, alii vero in contumeliam. Quod si objurgatorius est Apostoli sermo dicentis: « O homo, tu quis es qui contra respondeas Deo? » non eum respicit qui libere agit cum Deo, qui fidelis est et recte vivit, qualis erat Moyses. « Moyses enim loquebatur, Deus vero respondebat illi cum voce; » atque ut Moysi Deus respondet, sic Deo vir sanctus. Qui vero ea fiducia non est præditus, videlicet vel quod eam amiserit, vel quod de his non discendi, sed contentionis studio quærit, atque ideo dicit: « Quid adhuc queritur? voluntati enim ejus quis resistit? » is sane dignus fuerit hac increpatione: « O homo, tu quis es qui contra respondeas Deo? » Qui autem diversas inducunt naturas et Apostoli dicto utuntur, iis hæc dicenda sunt: Si tuentur ex una eademque massa esse qui pereunt, et qui salvi fiunt, atque unum eumdemque esse utrorumque opificem; si bonus est qui non solum spirituales, sed et terrestres facit, (hinc enim id consequitur), fieri sane potest ut qui nunc ex anteactis quibusdam bonis operibus factus est vas honoris, si vase

[67] Rom. IX, 20.

(96) *Οὐκ.* Sic libb. editi et mss. Sed manifestus est error amanuensium. Suspicor legendum esse οὖν.

(97) Deest aliquod verbum vel νοεῖν, vel λέγειν, vel aliud quid simile.

(98) In Epist. ad Avitum.

(99) *Καί.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(1) Mss., « ipsum. » Libb. editi, « illud. »

(2) *Antequam huic mundo nasceretur, et Esau odio habitus est.* Hæc omissa sunt in antea editis, licet reperiantur in omnibus mss.

(3) Sic mss. Alias, « quando. » Paulo post mss., « non refertur, id est, ad talem aliquem qualis erat Moyses. » Libb. editi, « non refertur. Talis erat Moyses. » Ibidem mss., « sicut respondebat Deus Moysi. » In antea editis deest « Deus. »

tem respondebat ei cum voce [68]; » et sicut respondebat Deus Moysi, ita respondet et sanctus quisque Deo; qui vero infidelis est, et perdit apud Deum fiduciam respondendi vitæ suæ et conversationis indignitate, quique de his non ideo quærit ut discat et proficiat, sed ut contendat et resistat; et ut manifestius dicam, qui talis est qui hæc possit dicere quæ significat Apostolus dicens: « Quid ergo adhuc conqueritur? Voluntati enim ejus quis resistet [69]? » ad hunc recte increpatio ista dirigitur quam dicit Apostolus: « O homo, tu quis es qui contra respondeas Deo [70]? » Est ergo increpatio hæc non ad fideles et sanctos (4), sed ad infideles et impios. His vero qui diversas animarum introducunt naturas, et sermonem hunc apostolicum ad assertionem dogmatis sui trahunt, hoc modo respondendum est: Si constat etiam apud ipsos hoc quod ex una massa fieri dicit Apostolus et eos qui ad honorem et eos qui ad contumeliam fiunt, quos ipsi salvandæ et perditæ naturæ vocant, jam non erunt diversæ animarum naturæ (5), sed una omnium. Et si acquiescunt quod unus atque idem figulus unum sine dubio creatorem designet, diversi non erunt creatores vel eorum qui salvantur, vel eorum qui pereunt. Jam sane eligant utrum de bono velint intelligi qui creat malos et perditos, an de non bono qui creat bonos et ad honorem paratos. Unum enim e duobus necessitas ab eis responsionis extorquet.

136 Secundum nostram vero assertionem, qua ex præcedentibus causis Deum dicimus vel ad honorem vasa vel ad contumeliam facere, in nullo approbatio Dei justitiæ coarctatur. (7) Possibile namque est ut vas hoc quod ex prioribus causis in hoc mundo ad honorem factum est, si negligentius egerit, pro conversationis suæ meritis in alio sæculo efficiatur vas ad contumeliam; sicut rursum si quis ex præcedentibus causis in hac vita vas ad contumeliam a Creatore formatus est, et emendaverit se atque ab omnibus sordibus vitiis que purgaverit (8), illo novo sæculo potest effici vas ad honorem, sanctificatum, et utile, ad omne opus bonum paratum. Denique qui in hoc sæculo ut Israelitæ essent, a Deo formati sunt, et indignam vitam generis sui nobilitate gesserunt, atque ab omni familiæ suæ generositate deciderunt, isti quodammodo ex vasis honoris pro incredulitate sua in sæ-

HIER. VERSIO (6).

Juxta nos autem ex præcedentibus meritis, vas quod in honorem fuerit fabricatum, si non dignum vocabulo suo opus fecerit, in alio sæculo fiet vas contumeliæ; et rursum vas illud quod ex anteriori culpa contumeliæ nomen acceperat, si in præsenti vita corrigi voluerit, in nova creatione fiet vas sanctificatum et utile Domino, et in omne opus paratum.

A φιλομάθειαν, ἀλλὰ κατὰ φιλονεικίαν ζητῶν, καὶ διὰ τοῦτο λέγων· « Τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκεν; » οὗτος ἂν ἄξιος εἴη τῆς ἐπιπλήξεως τῆς λεγούσης· « Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; » Τοῖς δὲ τὰς διαφόρους φύσεις εἰσάγουσι καὶ χρωμένοις τῷ ῥητῷ, ταῦτα λεκτέον· Εἰ σώζουσι τὸ ἀπὸ ἑνὸς φυράματος γίνεσθαι τοὺς ἀπολλυμένους καὶ τοὺς σωζομένους, καὶ τὸν δημιουργὸν τῶν σωζομένων εἶναι δημιουργὸν καὶ τῶν ἀπολλυμένων, καὶ εἰ ἀγαθὸς ὁ ποιῶν οὐ μόνον πνευματικοὺς, ἀλλὰ καὶ χοϊκοὺς, τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἕπεται· δυνατὸν μέντοιγε, ἐκ προτέρων τινῶν κατορθωμάτων γενόμενον νῦν σκεῦος τιμῆς, μὴ ὅμοια δὲ δράσαντα μηδὲ ἀκόλουθα τῷ σκεύει τῆς τιμῆς γενέσθαι εἰς ἕτερον αἰῶνα σκεῦος ἀτιμίας· ὡς πάλιν B οἷόν τέ ἐστι διὰ πρεσβύτερα τούτου τοῦ βίου γενόμενον σκεῦος ἀτιμίας ἐνθάδε, διορθώσαντα, ἐν τῇ καινῇ κτίσει γενέσθαι σκεῦος τιμῆς, ἡγιασμένον, καὶ εὔχρηστον τῷ Δεσπότῃ εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον. Καὶ τάχα οἱ νῦν Ἰσραηλῖται μὴ ἀξίως τῆς εὐγενείας βιώσαντες, ἐκπεσοῦνται τοῦ γένους, οἱονεὶ ἀπὸ σκευῶν τιμῆς εἰς σκεῦος ἀτιμίας μεταβαλόντες· καὶ πολλοὶ τῶν νῦν Αἰγυπτίων καὶ Ἰδουμαίων τῷ Ἰσραὴλ προσελθόντες, ἐπὰν καρποφορήσωσιν ἐπὶ πλεῖον, εἰσελεύσονται εἰς Ἐκκλησίαν Κυρίου, οὐκ ἔτι Αἰγύπτιοι καὶ Ἰδουμαῖοι εἶναι λελογισμένοι, ἀλλ' ἐσόμενοι Ἰσραηλῖται· ὥστε κατὰ τοῦτο διὰ τὰς προαιρέσεις τινὰς μὲν ἐκ χειρόνων εἰς κρείττονα προκόπτειν, ἑτέρους δὲ ἀπὸ κρειττόνων εἰς χείρονα καταπίπτειν· καὶ ἄλλους ἐν τοῖς καλοῖς τηρεῖσθαι, ἢ ἀπὸ C καλῶν εἰς κρείττονα ἐπαναβαίνειν, ἄλλους τε αὖ τοῖς κακοῖς παραμένειν, ἢ ἀπὸ κακῶν χεομένης τῆς κακίας χείρονας γίνεσθαι.

INTERPRETATIO NOVA.

honoris indigna fecerit, altero sæculo fiat vas ignominiæ: sicut rursum fieri potest ut qui ex antiquioribus hac vita causis factus est hic vas contumeliæ, si se emendaverit, in nova creatione fiat vas sanctificatum, utile Domino, et ad omne opus bonum paratum. Ita etiam fortasse qui nunc sunt Israelitæ, si nobilitate sua indignam vitam egerint, ab illa decident, veluti e vasis honoris in vas ignominiæ mutati; et multi ex iis qui nunc Ægyptii et Idumæi sunt, Israelitarum fide suscepta, ubi fructus uberes dederint, in Ecclesiam Domini ingredientur, neque inter Ægyptios et Idumæos, sed inter Israelitas annumerabuntur: ita ut pro variis voluntatis motibus quidam a deterioribus in meliora procedant, alii a melioribus in deteriora delabantur; alii maneant in bonis, vel a bonis ad meliora proficiant; alii contra in malis hæreant, vel ex malis effusa improbitate pejores fiant.

[68] Exod. XIX, 19. [69] Rom. IX, 19. [70] ibid. 20.

(4) Sic mss. Alias, « non ad fideles, sed ad impios. » Paulo post mss., « si constat etiam apud ipsos. » Libb. editi, « sed constat etiam apud ipsos. »

(5) *Jam non erunt diversæ animarum naturæ.* Hæc in antea editis omissa sunt, licet reperiantur in om- D nibus mss.

(6) In epist. ad Avitum.

(7) Caute lege.

(8) Ita mss. Alias, « efficiatur vas ad contumeliam et quod vas ad contumeliam a Creatore formatum est, ut emendaverit se, » etc.

culo venturo in vasa contumeliæ convertentur; et multi rursum [qui in hac vita inter Ægyptia vel Idumæa deputati sunt vasa, Israelitarum fide ac conversatione suscepta, cum opera Israelitarum fecerint, Ecclesiam Domini ingressi in revelatione filiorum Dei vasa honoris exsistent. Ex quo magis convenit regulæ pietatis, ut credamus unumquemque rationabilium secundum propositum et conversationem suam aliquando ex malis ad bonum converti, aliquando a bonis ad mala decidere; nonnullos manere in bonis, alios vero etiam ad meliora proficere, et semper ad superiora conscendere, usquequo ad summum omnium perveniant gradum; alios vero manere in malis, vel si diffundere se in eis malitia cœperit, proficere in pejus (9), et usque ad ultimum profundum malitiæ demergi. Unde et arbitrandum (10) est possibile esse aliquos qui primo quidem a parvis peccatis cœperint, in tantam malitiam diffundi, et in tantum malorum venire profectum, ut nequitiæ modo et adversariis potestatibus exæquentur: et rursum si per multas pœnarum graves animadversiones resipiscere ali-

A quando potuerint, et paulatim medelam vulneribus suis requirere tentaverint (11)], cessante malitia reparari posse ad bonum: ex quo opinamur, quoniam **137** quidem, sicut frequenter diximus, immortalis est anima et æterna, quod in multis et sine fine spatiis per immensa et diversa sæcula possibile est ut vel a summo bono ad infima mala descendat, vel ab ultimis malis ad summa bona reparetur.

VERSIO SANCTI HIERONYMI (12).

Ego arbitror posse quosdam homines a parvis vitiis incipientes ad tantam nequitiam pervenire (si tamen noluerint ad meliora converti, et pœnitentia emendare peccata), ut et contrariæ fortitudines fiant; et rursum ex inimicis contrariisque virtutibus in tantum B *quosdam per multa tempora vulneribus suis adhibere medicinam, et fluentia prius delicta constringere, ut ad locum transeant optimorum. Sæpius diximus in infinitis perpetuisque sæculis in quibus anima subsistit et vivit, sic nonnullas earum ad pejora corruere, ut ultimum malitiæ locum teneant; et sic quasdam proficere, ut de ultimo malitiæ gradu ad perfectam veniant consummatamque virtutem.*

Ἐπεὶ δὲ ὅπου μὲν ὁ Ἀπόστολος οὐ προσποιεῖται τὸ ἐπὶ τῷ Θεῷ εἰς τὸ γενέσθαι σκεῦος εἰς τιμὴν ἢ εἰς ἀτιμίαν, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἐφ' ἡμᾶς ἀναφέρει, λέγων· « Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον καὶ εὔχρηστον τῷ Δεσπότῃ, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον· » ὅπου δὲ οὐ προσποιεῖται τὸ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρειν δοκεῖ φάσκων· « Ἐξουσίαν ἔχει ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν σκεῦος εἰς τιμὴν, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν· » καὶ οὐκ ἔστιν ἐναντιώματα τὰ εἰρημένα ὑπ' αὐτοῦ· συνακτέον ἀμφότερα, καὶ ἕνα λόγον ἐξ ἀμφοτέρων τέλειον ἀποδοτέον. Οὔτε τὸ ἐφ' ἡμῖν χωρὶς τῆς ἐπιστήμης τοῦ Θεοῦ, οὔτε ἡ ἐπιστήμη τοῦ Θεοῦ προκόπτειν ἡμᾶς ἀναγκάζει, ἐὰν μὴ καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὸ ἀγαθόν τι συνεισάγωμεν· οὔτε τὸ ἐφ' ἡμῖν χωρὶς τῆς ἐπιστήμης τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς C καταχρήσεως τοῦ κατ' ἀξίαν τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ποιοῦντος εἰς τιμὴν ἢ ἀτιμίαν γενέσθαι τινά· οὔτε τοῦ ἐπὶ τῷ Θεῷ μόνου κατασκευάζοντος εἰς τιμὴν ἢ εἰς ἀτιμίαν τινὰ, ἐὰν μὴ ὕλην τινὰ διαφορᾶς σχῇ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν κλίνουσαν ἐπὶ τὰ χείρονα, ἢ ἐπὶ τὰ κρείττονα. Καὶ ταῦτα μὲν αὐτάρκως ἡμῖν κατεσκευάσθω περὶ τοῦ αὐτεξουσίου.

22. Verum quoniam Apostoli sermo in his quidem quæ de vasis honoris vel contumeliæ dicit, quia « si quis seipsum mundaverit, erit vas ad honorem sanctificatum et utile Domino, ad omne opus bonum semper paratum [70*], » nihil videtur in Deo posuisse, sed totum in nobis; in his vero in quibus ait: « Potestatem habet figulus luti de eadem massa facere aliud vas ad honorem, aliud ad contumeliam, » totum videtur ad Deum retulisse; non est accipiendum ista sibi esse contraria, sed uterque sensus ad unum vocandus, et e duobus unus effici debet intellectus: id est ut neque quæ in nostro arbitrio sunt, putemus sine adjutorio Dei effici posse; neque ea quæ in manu Dei sunt, putemus absque nostris actibus et studiis et proposito consummari; scilicet quod neque nos velle aliquid vel efficere ita in nostro habeamus arbitrio (13), ut non scire debeamus hoc ipsum quod possumus velle vel efficere, a Deo nobis datum esse secundum eam distinctionem quam supra diximus. Vel rursum cum Deus fingit vasa, alia quidem ad honorem, alia vero ad contumeliam (14), putandum est quod non honoris vel contumeliæ causas tanquam materiam

INTERPRETATIO NOVA.

22. Sed quoniam Apostolus interdum non ascribit Deo quod vas sit in honorem vel in contumeliam, sed totum ad nos refert cum ait: « Si quis igitur expurgaverit se, erit vas in honorem sanctificatum, utile Domino, et ad omne opus bonum paratum; » interdum id nobis non tribuit, sed totum Deo ascribere videtur cum dicit: « Potestatem habet figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in ho-

[70*] II Tim. II, 21.

(9) *In pejus.* Sic recte mss. Alias male, « in pœnis. »

(10) Ab his vocibus: « Unde et arbitrandum est, » usque ad istas: « verum quoniam Apostoli sermo, » etc., desideratur in *Philocalia* Græcus contextus cujus jactura versione sancti Hieronymi e regione apposita quodammodo reparatur. Ideo autem hujus loci textus Græcus ab auctoribus *Philocaliæ* omissus videtur, quod manifesto et damnato ab Ecclesia errore scateret, quanquam alia plurima quæ sane D non multo saniora sunt, ab iisdem retenta sunt, animarum puta προΰπαρξις, et ea quæ secundum Origenis opinationem amitti nequit, bene vel male agendi quovis tempore et quocunque statu potestas; et alia hujusmodi bene multa.

(11) Vide l. II *Origenian.*, q. 11, num. 19.

(12) In epistola ad Avitum.

(13) Sic mss. Alias, « ex nostro habeamus arbitrio. »

(14) Vide l. II *Origenian.*, q. 7, n. 14.

quamdam nostras vel voluntates, vel proposita, vel merita habeat, ex quibus vas singulorum nostrorum vel ad honorem vel ad contumeliam fingat, dum motus ipse animæ vel propositum mentis de se ipso suggerat illi quem non latet cor et cogitatio animi, utrum ad honorem fingi vas ejus, an ad contumeliam debeat. Sed ista sufficiant nobis (15) prout potuimus de liberi arbitrii quæstionibus agitata.

138 CAPUT II.

De contrariis potestatibus.

1. Videndum nunc est (16) secundum Scripturas, quomodo contrariæ virtutes, vel ipse diabolus, reluctantur humano generi provocantes et instigantes ad peccatum. Et primo quidem in Genesi serpens Evam seduxisse describitur [71]; de quo in *Ascensione Moysi* (17), cujus libelli meminit in Epistola sua apostolus Judas, Michael archangelus cum diabolo disputans de corpore Moysi, ait a diabolo inspiratum serpentem (18) causam exstitisse prævaricationis Adæ et Evæ [72]. Sed et illud requiritur a quibusdam, quis est angelus qui de cœlo loquitur ad Abraham dicens: « Nunc cognovi quoniam tu times Deum, et non pepercisti filio tuo dilecto quem dilexisti pro me [73]. » Manifeste enim angelus fuisse describitur, qui dicit cognovisse se tunc quia timeret Deum Abraham, et non pepercisset (19) filio suo dilecto, sicut Scriptura dicit: sed non declaravit, quia pro Deo, sed pro se, hoc est pro eo qui hoc dicebat. Requirendum est etiam illud de quo in Exodo dicitur [74], quia voluerit (20) interficere Moysem pro eo quod abibat in Ægyptum. Sed et postea quis est qui exterminator angelus dicitur: nec non et ille qui sit qui in Levitico scriptus est Apopompæus, id est transmissor, de quo ait ita Scriptura: « Sors una domino, et sors una Apopompæo, id est transmissori [75]. » Sed et in primo libro Regnorum spiritus pessimus Saulem dicitur effocare [76]. In tertio vero libro Michæas

A propheta dicit: « Vidi Dominum Israel sedentem super thronum suum, et omnis militia cœli stabat circa eum a dextris ejus, et a sinistris ejus. Et dixit Dominus: Quis seducet Achab regem Israel (21), ut ascendat et cadat in Ramoth Galaad? Et dixit iste sic, et ille dixit sic. Exiit spiritus, et stetit in conspectu Domini, et dixit: Ego seducam eum. Et dixit Dominus ad eum: In quo? Et dixit: Exeam et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ipsius Et dixit: Seduces, et quidem poteris. Exi ergo, et fac cito sic. Et nunc dedit Dominus spiritum mendacem in ore omnium prophetarum tuorum; Dominus locutus est super te mala [77]. » Manifeste enim per hoc ostenditur voluntate et proposito suo elegisse spiritus quidam (22) ut seduceret et mendacium B operaretur quo abuteretur Dominus (23) ad necem Achab qui hoc pati dignus erat. In primo quoque libro Paralipomenon, « Suscitavit, inquit, diabolus Satan in Israel, et concitavit David ut numeraret populum [78]. » In Psalmis vero angelus malus atterere dicitur quosdam. In Ecclesiaste quoque Salomon ait: « Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimittas, quoniam sanitas compescet peccata multa [79]. » In Zacharia vero legimus diabolum stantem a dextris Jesu, et resistentem ei [80]. Isaias vero ait gladium Domini exsurgere super draconem serpentem perversum [81]. Quid autem dicam de Ezechiel in secunda visione ad principem Tyri manifestissime de virtute contraria prophetante, qui etiam in fluminibus Ægypti C draconem dicit habitare? Totus autem liber qui scriptus est de Job, quid aliud quam de diabolo continet, petente potestatem sibi dari omnium quæ habet Job, et filiorum ejus, insuper corporis ejus [82]? Qui tamen per ejus patientiam vincitur. In quo libro multa responsis suis edocuit Dominus de adversante nobis virtute draconis istius. Hæc interim

INTERPRETATIO NOVA.

norem, aliud vero in contumeliam, » nec illa secum pugnant: concilianda utraque sunt, et ex iis perfectus unus sensus conficiendus. Neque libertas nostra sine scientia Dei, neque scientia Dei nos proficere cogit, nisi ad bonum ipsi aliquid conferamus; cum neque libertas nostra sine scientia Dei et usu dignitatis arbitrii nostri faciat, ut in honorem aliquis vel ignominiam fiat; neque sola Dei voluntas in honorem aut ignominiam quemquam faciat nisi materiem quamdam differentiæ habeat, nostram voluntatem quæ in deteriora vel meliora propendeat. Sed hæc sufficiant nobis de libertate arbitrii.

[71] Gen. III. [72] Jud. 9. [73] Gen. XXII, 12. [74] Exod. II. [75] Levit. XVI, 8. [76] I Reg. XVIII, 10. [77] III Reg. XXII, 19, 20 seqq. [78] I Par. XXI, 1. [79] Eccle. X, 4. [80] Zach. III, 1. [81] Isa. XXVII, 1. [82] Job I.

(15) *Nobis.* Deest in antea editis, sed habetur in mss. Ibidem mss., « de liberi arbitrii quæstionibus. » Libb. editi, « de liberi arbitrii quæstione. »

(16) *Videndum nunc est.* Sic in omnibus mss. incipit hoc caput. At in editis eadem verba ex quibus constat titulus, repetuntur, et capitis initium constituunt hoc modo: « De contrariis potestatibus videndum nunc est. »

(17) *In Ascensione Moysi.* Ex hoc apocrypho libello qui Hebr. dicebatur פטירת משה, Græce vero Ἀνάληψις sive Ἀνάβασις Μωϋσέως, præter ea quæ citat Judas apostolus I, 9, non dubito quin indidem sit desumpta narratio quæ est apud Clementem Alexand. *Strom.* VI, pag. 679. Ejus quoque libelli meminit Athanasius in *Synopsi sacræ Scripturæ*, et Nicephorus Constantinopolitanus in *Stichometria Chronico com-* D *pendio* subjecta ait Ἀνάληψιν versuum mille et quadringentorum fuisse. Ejus item mentio fit in Actis synodi primæ Nicænæ lib. II, cap. 18, pag. 28, et cap. 20, pag. 33. Vide insuper Evodii epistolam ad S. Augustinum, inter Augustinianas 259; Didymum Alexand. in Epistolam Judæ, tom. IV Bibl. Patrum, p. 326, et Œcumenium in Epistolam Judæ, p. 348.

(18) Libb. editi, « ait diabolo: inspiratum serpentem. » Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(19) Sic mss. Alias, « pepercisti. »

(20) Ita mss. Alias, « voluerint. »

(21) *Israel.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(22) Sic mss. Alias, « quod voluntarie et proposito suo elegit spiritus quidem, » etc.

(23) Sic mss. Alias, « abutitur Deus. »

ex Veteri Testamento, quantum ad præsens memoriæ succurrere potuerunt, dicta sint de eo quod contrariæ virtutes vel nominantur in Scripturis, vel humano generi dicuntur adversari, postmodum puniendæ. Videamus autem et in Novo Testamento, ubi Satanas ad Salvatorem accedit, tentans eum [83]; spiritus vero maligni et dæmonia immunda, quæ aliquantos obsederant, fugata sunt a Salvatore de corporibus patientium, qui et liberati ab eo dicuntur. Sed et Judas, cum jam diabolus misisset in cor ejus ut traderet Christum [84], postea etiam totum Satanam suscepit in sese : scriptum est enim quia post buccellam introivit in illum Satanas. Paulus vero apostolus docet nos non debere dare locum diabolo, « sed induite, inquit, arma Dei, ut possitis resistere adversus astutias diaboli [85]; » designans « luctamen » esse sanctis « non adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus, adversus potestates, adversus mundi hujus rectores tenebrarum, adversus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. » Sed et Salvatorem crucifixum esse dicit a principibus hujus mundi qui destruentur, quorum etiam sapientiam dicit se non loqui [86]. Per hæc igitur omnia docet nos Scriptura divina, esse quosdam invisibiles hostes dimicantes adversus nos, et præcipit armari nos debere contra eos. Unde et simpliciores quique Domino Christo credentium existimant, quod omnia peccata quæcunque commiserint homines, ex istis contrariis virtutibus mentem delinquentium perurgentibus fiant, pro eo quod in certamine isto invisibili superiores inveniantur potestates. Quod si, verbi causa, **139** diabolus non esset, nemo hominum omnino delinqueret.

2. Nos vero rationem dilucidius intuentes, hæc ita esse non arbitramur, considerantes ea quæ manifeste ex corporali necessitate descendunt. An vero putandum est quod diabolus esuriendi vel sitiendi (24) causa nobis exsistat? Neminem esse puto qui hoc audeat affirmare. Si ergo esuriendi et sitiendi non nobis ipse sit causa, quid aliud cum uniuscujusque ætas ad virilitatis tempus advenerit, et naturalis caloris incentiva suggesserit? Consequens est sine dubio, ut sicut esuriendi et sitiendi diabolus causa non est, ita nec ejus quidem motus qui adultæ ætati naturaliter suggeritur, id est appetendi coitus desiderium. Quam causam non utique semper a diabolo moveri certum est, ita ut putandum sit quia si diabolus non esset, hujuscemodi admistionis desiderium corpora non haberent. Tum deinde consideremus si, ut superius ostendimus, cibus hominibus non ex diabolo, sed naturali quodam appetitur instinctu, utrum posset fieri ut si diabolus non esset, humana experientia tanta in percipiendo cibo disciplina uteretur, ut nunquam penitus excederet modum, id est, ut vel aliter quam res posceret, vel amplius quam ratio indulgeret, acciperet. et nunquam eveniret hominibus in servando cibi modo mensuraque delinquere. Ego quidem non arbitror hoc ab hominibus ita potuisse servari, etiamsi nulla diaboli provocasset instinctio, ut in percipiendo cibo modum (25) disciplinamque nullus excederet, priusquam id longo usu experientiaque didicissent. Quid igitur est? In escis quidem et potu possibile erat delinquere nos etiam sine diaboli incitamentis, si forte minus continentes, vel minus industrii fuissemus inventi; in appetendo vero coitu, vel naturalibus desideriis temperandis (26), putandum est quod non simile aliquid pateremur? Arbitror autem quod eadem rationis consequentia etiam in cæteris naturalibus motibus possit intelligi, cupiditatis, vel iræ, vel tristitiæ, vel in omnibus omnino quæ per intemperantiæ vitium, modum mensuræ naturalis excedunt. Evidens igitur (27) ratio est, quia sicut in bonis rebus humanum propositum solum per seipsum imperfectum est ad consummationem boni, adjutorio namque divino ad perfecta quæque perducitur; ita etiam in contrariis initia quædam, et velut quædam semina peccatorum ab his rebus quæ in usu naturaliter habentur, accipimus. Cum vero indulserimus ultra quam satis est, et non restiterimus (28) adversus primos intemperantiæ motus, tunc primi hujus delicti accipiens locum virtus inimica instigat et perurget omnibus modis, studens profusius dilatare peccata, et quidem nobis hominibus occasiones et initia præbentibus peccatorum, inimicis autem potestatibus latius ea et longius, et si fieri potest absque ullo fine propagantibus. Ita denique in avaritiam lapsus efficitur, cum primo homines parum quid pecuniæ desiderant, deinde augescente vitio cupiditas increscit. Post hoc jam cum etiam cæcitas mentis ex passione successerit, inimicis virtutibus (29) suggerentibus ac perurgentibus, pecunia jam non desideratur, sed rapitur, et vi, aut etiam sanguinis humani profusione conquiritur. Ad certiorem denique rei fidem, quod immensitates istæ vitiorum a dæmonibus veniant, contemplari etiam ex eo facile potest, quod nihil minus his qui corporaliter vexantur a dæmonibus, etiam illi patiuntur, qui vel immoderatis amoribus, vel iræ intemperantia, vel nimietate tristitiæ perurgentur. Nam et in nonnullis historiis refertur, quod in insaniam quidam ex amore deciderunt, alii ex

[83] Matth. IV. [84] Joan. XIII. [85] Ephes. VI, 11, 12. [86] I Cor. II.

(24) *Vel sitiendi.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(25) Sic mss. Alias, « percipiendi cibi modum. » Infra mss., « etiam sine diaboli incitamentis. » Libb. editi, « et sine diabolicis incitamentis. »

(26) Sic mss. Alias, « tentandis, » male. Paulo post mss., « quia sicut in bonis rebus. » In antea editis deest, « bonis. »

(27) Vide lib. II *Origenian.*, q. 7, num. 5 et 14.

(28) Sic mss. Alias, « substiterimus. » Infra mss., « deinde augescente vitio. » In libb. editis deest, « deinde. »

(29) *Virtutibus.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

iracundia, nonnulli ex tristitia, vel nimio gaudio; quod arbitror ex eo accidere, quia contrariæ istæ virtutes, id est dæmones, loco sibi in eorum mentibus dato, quem intemperantia prius patefecerit (30), sensum eorum penitus possederint: maxime cum nulla eos ad resistendum virtutis gloria concitarit.

3. Quod autem sint quædam peccata quæ non a contrariis virtutibus veniant, sed ex naturalibus corporis motibus initium sumant, manifestissime declarat apostolus Paulus in eo dum dicit: « Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem; hæc sunt quæ sibi invicem resistunt ut non quæ vultis illa faciatis [87]. » Si ergo caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, est nobis aliquando colluctatio adversus carnem et sanguinem, id est cum homines sumus (31), et secundum carnem ambulamus, et cum non possumus tentari in majoribus tentationibus quam humanis, cum dicitur de nobis: « Tentatio vos non comprehendat nisi humana. Fidelis autem Deus qui non permittet vos tentari supra id quod potestis [88-89]. » Sicut enim hi qui agonibus præsunt, eos qui ad certamen veniunt, non utcunque, neque fortuito inter se sinunt inire certamina, sed diligenti examinatione prout vel corpora viderint, vel ætates, æquissima comparatione jungentes illum cum illo, verbi gratia, pueros cum pueris, viros cum viris, qui sibi vel ævi vel roboris propinquitate conveniant; ita intelligendum est etiam de divina providentia, quod omnes qui in hos humanæ vitæ descenderint agones, justissima moderatione dispenset secundum rationem uniuscujusque virtutis, quam ipse solus, qui solus corda hominum intuetur, agnoscit; ut alius quidem pugnet adversus carnem **140** talem, alius vero adversus talem (32), et alius quidem in tantum tempus, alius vero in tantum, et ut alter instigetur carne in hoc vel illud, alius vero in aliud; tum vero ut alius resistat adversus inimicam potestatem illam vel illam, alius vero adversus duas vel tres simul, aut nunc quidem adversus aliam, nunc iterum adversus aliam, et certo tempore quodam adversus illam, et certo quodam adversus aliam, vel post quæ gesta adversus quas pugnet, post quæ vero adversus alias (33). Intuere enim, ne forte tale aliquid indicetur per hoc quod dicit Apostolus: « Fidelis autem Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, » id est, pro eo quod singuli pro virtutis suæ quantitate, vel possibilitate tentantur. Nec tamen quoniam diximus justo Dei (34) judicio unumquemque pro virtutis suæ quantitate tentari, idcirco putandum est, quia omni genere debeat vincere qui tentatur; sicut ille quidem qui in agone contendit, quamvis æqua moderatione comparatus sit adversario, non tamen omni genere vincere poterit. Verum nisi æqualis fuerit concertantium virtus, non erit justa palma vincentis, nec juste culpabitur victus, propterea quod permittit quidem nos tentari, non tamen supra id quod possumus; pro viribus enim nostris tentamur; nec tamen scriptum est, quia faciet in tentatione etiam exitum sustinendi, sed exitum (35), ut sustinere possimus. Ut vero hoc quo posse nobis ipse dedit vel strenue, vel segniter impleamus, in nobis est. Dubium enim non est quod in omni tentatione adest nobis tolerandi virtus, si tamen nos competenter utamur virtute concessa. Non enim (36) idem est habere vincendi virtutem, et vincere, sicut ipse Apostolus cautissimo sermone signavit dicens, quia « Dabit Deus exitum ut sustinere possitis, » non, ut sustineatis. Multi enim non (37) sustinent, sed in tentatione vincuntur. A Deo autem datur, non ut sustineamus: alioquin nullum jam videretur esse certamen; sed ut sustinere possimus. Ea autem virtute quæ nobis data est ut vincere possimus, secundum liberi arbitrii facultatem aut industrie utimur, et vincimus; aut segniter, et superamur. Si enim totum nobis hoc detur ut omni genere superemus, et nullo modo vincamur, quæ jam superest, causa certandi ei qui vinci non potest? Aut quod palmæ meritum, ubi repugnandi adimitur vincendique facultas? Si vero æque quidem omnibus nobis vincendi possibilitas præbeatur, in nostra autem positum sit potestate, quomodo hac possibilitate uti debeamus, id est vel industrie, vel segniter, justa erit vel victi culpa, vel palma victoris. Igitur ex his quæ pro viribus nostris disputata sunt, arbitror quod evidenter apparuit, esse quædam delicta quæ nequaquam malignis virtutibus perurgentibus committamus, alia vero esse quibus instinctu earum ad nimietatem quamdam immoderationemque provocemur. Unde consequens est nunc inquirere quomodo ipsæ contrariæ virtutes hæc ipsa incitamenta operentur in nobis.

4. Cogitationes quæ de corde nostro procedunt, vel memoria quorumcunque gestorum, vel quarumlibet rerum causarumque contemplatio, invenimus quod aliquoties ex nobis ipsis procedant, aliquoties a contrariis virtutibus concitentur (38); interdum etiam a Deo, vel a sanctis angelis immittantur. Verum hæc ita esse fabulosum fortasse videbitur, nisi Scripturæ divinæ testimoniis fuerit comprobatum. Quod ergo cogitatio oriatur ex nobis, David

[87] Gal. v, 17. [88-89] I Cor. x, 13.

(30) *Quem intemperantia prius patefecerit*, sic mss. Alias, « per intemperantiam prius. »

(31) Ita mss. In editis deest, « sumus. »

(32) *Alius vero adversus talem.* Hæc in antea editis omissa sunt, quæ restituunt codd. mss. Ibidem mss., « et ut alter instigetur carne. » Alias, « et ut alter instiget carnem. » Paulo infra mss., « et certo tempore quodam adversus aliam. » Alias pro « quodam » legitur « quo. »

(33) Sic mss. Alias, « adversus malitias. »

(34) *Dei*. Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(35) ***Sustinendi, sed exitum.*** Hæc in editis omissa sunt, sed habentur in mss.

(36) Vide *Origenian.* lib. II, q. 7, num. 10.

(37) *Non*. Deest in antea editis, sed reperitur in mss.

(38) Sic hunc locum restituunt mss. Alias legitur, « aliquoties et contrariis virtutibus fieri soleant. Quod Salomon, » etc. Sicque multa omissa fuerant.

testatur in Psalmis dicens: « Quia cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi [90]. » Quod autem et a contrariis virtutibus fieri soleat, Salomon in Ecclesiaste testatur hoc modo: « Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimittas; quoniam sanitas compescit peccata multa [91]. » Et Paulus apostolus de iisdem testimonium dabit, dicens: « Cogitationes destruentes, et omnem elationem quæ se extollit adversus scientiam Christi [92]. » Ex Deo autem quod fiat, David nihilominus testatur in Psalmis dicens: « Beatus vir cujus est susceptio apud te, Domine, ascensus in corde ejus [93]. » Et Apostolus dicit, quoniam « Deus dedit in corde Titi [94]. » Quod vero etiam per angelos vel bonos, vel malos aliqua humanis cordibus suggerantur, designat (39) vel Tobiam angelus comitatus vel prophetæ sermo dicentis: « Et respondit angelus qui loquebatur in me [95]; » sed et *Pastoris* liber hæc eadem declarat dicens quod bini angeli singulos quosque hominum comitentur; et si quando bonæ cogitationes cor nostrum ascenderint, a bono angelo suggeri dicit; si vero contrariæ, mali angeli dicit esse instinctum. Eadem quoque Barnabas in Epistola sua declarat, cum duas vias esse dicit, unam lucis, alteram tenebrarum, quibus et præesse certos quosque angelos dicit: viæ quidem lucis, angelos Dei; tenebrarum autem viæ, angelos Satanæ. Nihil tamen (40) aliud putandum est accidere nobis ex ipsis quæ cordi nostro suggeruntur bonis vel malis, nisi commotionem solam et incitamentum provocans nos vel ad bona vel ad mala. Possibile autem nobis est cum maligna virtus nos cœperit ad malum incitare, abjicere a nobis pravas suggestiones, et resistere suasionibus pessimis, et nihil prorsus culpabiliter gerere. **141** Et rursum possibile est ut cum nos divina virtus ad meliora provocaverit, non sequamur, liberi arbitrii potestate in utraque nobis servata. Dicebamus sane in superioribus, quod etiam memoriæ nobis quædam vel bonorum vel malorum suggerantur, sive per divinam providentiam, sive per virtutes contrarias; sicut ostenditur in libro Esther, cum beneficia justissimi Mardochæi Artaxerxes non meminisset, et nocturnis vigiliis fatigatus, a Deo in memoriam recepisset rerum gestarum monimenta chartis mandata requirere; in quibus de beneficiis Mardochæi admonitus inimicum quidem ejus Aman suspendi juberet; ipsi vero

A honores magnificos, universæ autem sanctorum genti salutem periculo jam imminente conferret. Per contrariam vero diaboli virtutem memoriæ pontificum et scribarum putandum est suggestum illud quod venientes ad Pilatum dixerunt: « Domine, recordati sumus quomodo seductor ille dixit, dum adhuc viveret, quia, Post tertiam diem resurgam [96]. » Sed et Judas quod de proditione Domini Salvatoris cogitavit, non fuit a sola mentis ejus malitia veniens. Testata est enim Scriptura, quia « diabolus jam misisset in cor ejus ut traderet eum [97]. » Propter quod et Salomon recte præcepit, dicens: « Cum diligentia serva tuum cor [98]. » Et Paulus apostolus ait: « Amplius debemus intendere his quæ audivimus, ne forte effluamus [99]. » Et

B cum dicit: « Nolite locum dare diabolo [1], » ostendens per hoc, quia certo opere, vel certa quadam desidia animi locus diabolo datur, ut si semel ingressus fuerit cor nostrum, aut obtineat nos, aut certe vel polluat animam, si non penitus obtinere potuerit, cum ignita sua jacula jactat in nos; quibus aliquando quidem in altum descendente vulnere sauciamur, aliquando vero tantummodo inflammamur. Raro certe et paucis quibusdam hæc ejus ignita jacula restinguuntur, ita ut locum vulneris non inveniant, id est, cum quis munitissimo et validissimo scuto fidei fuerit obtectus. Quod vero dictum est in Epistola ad Ephesios: « Quia non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus et potestates, ad-

C versus mundi hujus rectores tenebrarum harum, adversus spiritalia nequitiæ in cœlestibus [2]: » ita oportebit intelligi quod dixit (41), « nobis; » id est, mihi Paulo, et vobis Ephesiis, et quibuscunque non est colluctatio cum carne et sanguine. His etenim certamen est adversus principatus et potestates, adversus mundi hujus rectores tenebrarum, non sicut erat Corinthiis, quibus certamen adhuc adversus carnem et sanguinem erat, quos tentatio non apprehenderat nisi humana.

5. Nec tamen putandum est quod singuli quique adversus omnia hæc decertent. Impossibile enim (42) id esse arbitror ulli hominum, quamvis ille sit sanctus (43), ut adversus omnia hæc simul possit

D habere certamen. Quod si ullo modo id accidat, quod certe fieri non potest, impossibile est ut id prorsus ferre possit humana natura sine maxima subversione sui; sed sicut, verbi gratia, quinquaginta aliqui milites si dicant sibi imminere cer-

[90] Psal. LXXV, 11. [91] Eccle. X, 4. [92] II Cor. X, 4, 5. [93] Psal. LXXXIV, 5. [94] II Cor. VIII, 16. [95] Zach. I, 14. [96] Matth. XXVII, 63. [97] Joan. XIII, 2. [98] Prov. IV, 23. [99] Hebr. II, 1. [1] Ephes. IV, 27. [2] Ephes. VI, 12.

(39) Ita mss. In editis deest, « designat; » et legitur; « vel qui Tobiam angelus comitatur.... sed et de Pastoribus liber, » etc. Utrum autem unicuique homini angelos duos, bonum unum, malum alterum simul assistere Origenes putaverit, fuse disseritur *Origenianorum* lib. II, quæst. 5, numero præsertim tricesimo.

(40) Vide l. II *Origenian.*, q. 7, n. 5 et 16.

(41) In libb. antea editis post, « dixit, » legitur: « Mihi Paulo et Ephesiis quibus certamen adhuc adversus carnem et sanguinem erat, quos tentatio non apprehenderat nisi humana. » Sicque multa omissa sunt quæ restituunt codd. mss.

(42) Caute lege.

(43) *Sanctus.* In cod. Corbeiensi habetur, « spiritus, » male.

tamen adversus alios quinquaginta, non ita intelligendum est, quod unus ex illis adversus quinquaginta dimicaturus sit, sed recte dicit unusquisque illorum, quia certamen nobis est adversum quinquaginta, omnibus tamen adversum omnes; ita etiam hoc audiendum est quod Apostolus dicit, quod universis athletis et militibus Christi colluctatio et certamen est adversus omnia ista quæ enumerata sunt; omnibus, singulis tamen, vel cum singulis futuro certamine, vel certe prout probatum fuerit ab agonis ipsius justo præside Deo. Arbitror namque quia certa mensura sit humanæ naturæ: etsi Paulus ille sit de quo dicitur: « Vas electionis est mihi iste[3]; » aut Petrus adversus quem portæ inferi non prævalent, aut si Moyses ille sit amicus Dei (44), quorum nullus prorsus omnem simul adversariarum virtutum catervam posset sine sui aliqua pernicie tolerare, nisi forte illius solius virtus operetur in eo qui dixit: « Confidite, ego vici mundum[4]. » Propter quem confidenter etiam Paulus dicebat: « Omnia possum in eo qui me confortat Christus[5]. » Et iterum: « Amplius autem (45) quam omnes illi laboravi, non autem ego, sed gratia Dei mecum[6]. » Propter hanc ergo virtutem quæ utique humana non est, operantem et loquentem in se, Paulus dicebat: « Certus sum autem quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque virtus, neque alia ulla creatura poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro[7]. » Sola enim per se humana natura non arbitror quia possit adversus angelos, et excelsa et profunda, et aliam creaturam habere certamen; sed cum senserit præsentem in se Dominum et inhabitantem, confidentia divini adjutorii dicet: « Dominus illuminatio mea et Salvator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo (46)? Dum appropiant super me nocentes ut edant carnes meas, qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum; si exsurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo[8]. » Unde ego arbitror (47) quod nunquam homo fortassis per seipsum virtutem contrariam vincere potest, nisi usus fuerit adjutorio divino. Unde et angelus luctatus esse dicitur cum Jacob[9]. Quod nos quidem ita intelligimus, quia non idem sit luctatum esse *cum* Jacob angelum, quod est *adversum* Jacob; sed is quidem qui ei salutis **142** ipsius causa aderat, qui et cognitis

A profectibus ejus, etiam nomen ei Israel dedit, iste cum ipso luctatur; id est, cum ipso est in agone, et juvat eum in certamine; cum sine dubio alius esset adversus quem dimicaret, et adversus quem ei certamen ageretur. Denique Paulus non dixit nobis esse luctamen *cum* principibus, vel *cum* potestatibus, sed *adversus* principatus et potestates[10]. Unde etsi Jacob luctatus est, sine dubio adversus aliquam harum virtutum luctatus est, quas humano generi, et sanctis præcipue adversari et movere certamina Paulus enuntiat. Ideo denique dicit de eo Scriptura, quia « luctatus est cum angelo, et invaluit ad Deum[11]; » ut sit agonis quidem certamen angeli adjutorio sustentatum, perfectionis vero palma vincentem perducat ad Deum.

B 6. Nec sane arbitrandum est quia hujusmodi certamina corporum robore et palæstricæ artis exercitiis peragantur, sed spiritui adversus spiritum (48) pugna est, similiter ut Paulus designat adversus principatus, et potestates, et mundi hujus rectores tenebrarum nobis imminere certamen. Ipsa vero certaminum species ita intelligenda est, cum damna, cum pericula, cum opprobria, cum criminationes excitantur adversum nos, non id agentibus adversis potestatibus ut hæc tantummodo patiamur, sed ut per hæc vel ad iram multam, vel ad tristitiam nimiam, vel ad desperationem ultimam provocemur; vel certe quod est gravius, conqueri adversus Deum fatigati et victi tædiis C compellamur, tanquam humanam vitam non æque justeque moderantem; ut per hoc infirmemur in fide, vel decidamus ab spe, vel transferri cogamur a veritate dogmatum, et impium aliquid de Deo sentire persuadeamur. Talia namque quædam scripta sunt de Job, cum diabolus dari sibi facultatem bonorum ejus poposcisset a Deo. Per quod etiam illud edocemur, quod non fortuitis aliquibus incursionibus impugnemur, si quando nos talia aliqua facultatum damna percusserint, neque quod fortuito nostrorum aliquis captivus abducitur, vel domorum (49) ruinæ in quibus chari quique opprimantur, eveniunt; in quibus omnibus unusquisque fidelium dicere debet, quia « Non haberes adversum me potestatem, nisi esset data tibi desuper[12]. » Vide (50) enim quia non D cecidisset domus Job supra filios ejus nisi prius adversus eos diabolus accepisset potestatem; neque equites ternis ordinibus irruissent, ut raperent camelos ejus, vel boves, cæteraque animalia, nisi instincti ab eo spiritu cui se ministros ex propositi sui obedientia mancipaverant. Sed nec ille quidem qui videbatur

[3] Act. IX, 15. [4] Joan. XVI, 33. [5] Philip. IV, 13. [6] I Cor. XV, 10. [7] Rom. VIII, 38, 39. [8] Psal. XXVI, 1, 2, 3, 4. [9] Gen. XXXII, 24. [10] Ephes. VI, 12. [11] Gen. XXXII, 24. [12] Joan. XIX, 11.

(44) Vide lib. II *Origenian.*, q. 7, n. 17.

(45) Ita mss. Alias, « confortavit Christus. Amplius autem. » etc.

(46) *Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo.* Hæc omissa sunt in antea editis, licet reperiantur in omnibus mss.

(47) Vide *Origenian.* lib. II, q. 7, n. 17.

(48) Sic mss. Alias, « et palæstricæ virtutis peragantur, sed spiritus adversus spiritum, » etc.

(49) Libb. editi, « vel domus. » Mss. « vel domorum ruinæ. » Ibidem mss., « opprimantur, eveniunt. » Alias, « opprimantur, ruerint. »

(50) Sic mss. Alias, « vidi. »

ignis, vel quod putatum est fulmen, cecidisset super oves Job, antequam diabolus diceret ad Deum: « Nonne tu communisti omnia quæ foris sunt, et ejus reliqua? Sed nunc immitte manum tuam, et continge omnia quæ habet, nisi in faciem benedixerit tibi [13]. »

7. Ex quibus omnibus illud ostenditur, quod omnia hæc quæ fiunt in hoc mundo, quæ media existimantur, sive illa tristia sint, sive quoquomodo (51) sint, non quidem a Deo fiunt, nec tamen sine Deo; dum malignas et contrarias virtutes talia volentes operari non solum non prohibet Deus, sed et permittit facere hæc, sed certis quibusque temporibus et personis; sicut et in ipso Job dicitur, quia ad certum tempus paratus est cadere sub aliis, et domus ipsius deprædari ab iniquis. Propterea docet nos Scriptura divina omnia quæ accidunt nobis tanquam a Deo illata (52) suscipere, scientes quod sine Deo nihil fit. Quod autem hæc ita sint, id est, quod sine Deo nihil fiat, quomodo possumus dubitare, Domino et Salvatore pronuntiante et dicente: « Nonne duo passeres asse væneunt, et unus ex ipsis non cadet super terram sine Patre vestro qui in cœlis est [14]? » Sed necessitas nos traxit paulo amplius evagari de colluctatione adversarum virtutum, quam adversus homines gerunt, disputantes et de his quæ humano generi accidunt tristioribus, id est tentationibus vitæ hujus, sicut ait Job: « Nonne tentatio est omnis vita hominis super terram [15]? » ut manifestius quomodo hæc accidant, et quam pie de his sentiri debeat, panderetur. Nunc videamus quomodo homines etiam in peccatum falsæ scientiæ dilabuntur, vel quo prospectu virtutes contrariæ etiam de his pugnas adversum nos soleant commovere.

CAPUT III.

De triplici sapientia.

1. Docere nos volens sanctus (53) Apostolus magnum aliquid et reconditum de scientia et sapientia in prima ad Corinthios Epistola ait: « Sapientiam autem loquimur inter perfectos; sapientiam vero non hujus mundi, neque principum hujus mundi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo principum hujus mundi cognovit: si enim cognovissent, nunquam Dominum majestatis crucifixissent [16]. » In quo ostendere volens sapientiarum differentias, describit esse quamdam hujus mundi sapientiam, et esse quamdam sapientiam principum hujus mundi, aliam vero esse (54) Dei sapientiam. Sed et hoc cum **143** dicit: « Sapientiam principum hujus mundi, » non arbitror eum communem aliquam omnium principum hujus mundi sapientiam dicere, sed singulorum principum propriam quamdam mihi videtur indicare sapientiam. Et rursum cum dicit: « Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram [17], » requirendum est si eamdem dicit Dei sapientiam hanc quæ abscondita est a temporibus aliis et generationibus, et non innotuit filiis hominum, sicut nunc revelata est sanctis apostolis ejus et prophetis, quæ erat et illa ante adventum Salvatoris sapientia Dei, ex qua sapiens erat Salomon, quo Salomone plus esse quod docet Salvator, ipsius Salvatoris sermo (55) pronuntiat, cum dicit: « Et ecce plus Salomone hic [18-19]. » In quo ostenditur quia hi, qui docebantur a Salvatore, plus aliquid docebantur quam sciverat Salomon. Si enim quis dicat quia sciebat quidem Salvator amplius, non tamen etiam aliis plura tradebat quam Salomon, quomodo conveniet, et consequenter dictum putabitur etiam illud quod (56) in subsequentibus ait: « Regina Austri surget in judicio, et condemnabit homines generationis hujus, propterea quod venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, et ecce plus Salomone hic? » Est igitur sapientia mundi hujus, est et sapientia per singulos fortasse principes mundi hujus. De ipsa vero unius Dei sapientia illud sentimus indicari, quod minus quidem in antiquioribus et veteribus operata sit, amplius vero et manifestius revelata per Christum est. Verum de sapientia Dei in locis propriis requiremus.

2. Nunc vero quoniam quidem in manibus est tractatus de virtutibus contrariis, qualiter moveant etiam ea certamina quibus falsa scientia etiam humanis mentibus inseritur, et seducuntur animæ dum se putant invenisse sapientiam, necessarium puto dicere atque distinguere quæ sit sapientia mundi hujus et quæ principum mundi hujus, ut per hoc qui sint etiam patres hujus sapientiæ, imo vero sapientiarum harum, possimus advertere (57). Arbitror igitur, sicut supra diximus, sapientiam esse hujus mundi aliam quamdam præter illas sapientias, quæ sunt principum hujus mundi, per quam sapientiam intelligi videntur ea et comprehendi quæ hujus mundi sunt. Quæ tamen in se nihil habet, ut possit aliquid vel de Divinitate, vel de mundi ratione,

[13] Job I, 10, 11. [14] Matth. X, 29. [15] Job VII, 1. [16] I Cor. II, 6, 7, 8. [17] I Cor. II, 7. [18-19] Matth. XII, 42.

(51) *Quoquomodo*. Ita mss. Alias, « commoda. »

(52) Sic mss. Alias, « illa mala. »

(53) In libb. antea editis legitur, « docere nos monet sanctus, » quæ verba constituunt etiam ibidem initium capitis tertii præmisso hoc titulo: « De triplici sapientia, » sed in omnibus mss. nullum est capitis incipientis indicium, et post illa verba, « adversum nos soleant commovere, » continua serie scriptum est, « docere nos volens sanctus, » etc.

(54) *Esse*. Sic mss. Alias, « etiam. » Ibidem mss., « communem aliquam omnium principum. » Libb. editi, « unam aliquam omnium principum. »

(55) Sic mss. Alias, « plus etiam dicitur quod docet Salvator, quod et ipsius Salvatoris sermo. »

(56) Sic mss. Alias, « convenienter dictum putabitur etiam quod, » etc.

(57) Sic mss. Alias, « et per hoc qui sunt etiam patres hujus sapientiæ per quos veram differentiam sapientiarum harum possimus advertere. »

vel de quibuscunque excelsioribus rebus, vel de A bonæ ac beatæ vitæ institutione sentire, sed est talis, verbi causa, ut est omnis ars poetica, vel grammatica, vel rhetorica, vel geometria, vel musica, cum quibus annumeranda est fortassis etiam medicina. In his omnibus sapientiam mundi hujus inesse sentiendum est. Sapientiam vero principum hujus mundi intelligimus, ut est Ægyptiorum secreta, quam dicunt, et occulta philosophia, et Chaldæorum astrologia et Indorum (58) de scientia excelsi pollicentium, sed et Græcorum multiplex variaque de Divinitate sententia. Igitur in Scripturis sanctis invenimus principes esse per singulas gentes, sicut in Daniele legimus [20] principem esse quemdam regni Persarum (59), et alium principem regni Græcorum quos non homines esse, sed vir- B tutes quasdam, evidenter ex consequentia ipsius lectionis ostenditur. Sed et in Ezechiele propheta princeps Tyri virtus esse quædam spiritalis manifestissime designatur [21]. Hi ergo et alii hujusmodi, habentes singuli sapientias suas, et astruentes dogmata sua variasque sententias, ut viderunt Dominum et Salvatorem nostrum pollicentem et prædicantem se ob hoc venisse in hunc mundum, ut destrueret omnia illa quæcunque essent falsi nominis scientiæ dogmata, continuo quis obtegeretur intrinsecus, ignorantes, insidiati sunt ei : « Astiterunt enim reges terræ (60), et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus [22]. » Quibus eorum insidiis cognitis, et C his quæ adversus Filium Dei moliti sunt intellectis, cum gloriæ Dominum crucifixerunt, ait Apostolus quia, « Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam autem non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi qui destruuntur, quam nemo principum hujus mundi cognovit. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent [23]. »

3. Quærendum sane est utrum istæ sapientiæ principum hujus mundi quibus homines imbuere nituntur, insidiandi et lædendi studio ingerantur hominibus ab adversariis virtutibus, aut tantummodo erroris causa adhibeantur; id est, non lædendi hominis prospectu, sed quia hæc vera esse ipsi illi mundi hujus principes arbitrantur, ideo etiam cæteros docere cupiant ea quæ ipsi vera esse D opinantur (61); quod et magis arbitror. Sicut enim, verbi causa, Græcorum auctores, vel uniuscujusque hæresis principes cum prius ipsi errorem falsæ doctrinæ pro veritate susceperint, et hanc esse veritatem apud semetipsos judicaverint, tunc demum etiam cæteris eadem persuadere conantur, quæ apud semetipsos vera esse censuerint; ita putandum est facere et principes hujus mundi, in quo mundo certæ quæque spiritales virtutes certarum (62) gentium sortitæ sunt principatum, et propter hoc principes hujus mundi appellatæ sunt. Sunt præterea etiam aliæ præter hos principes speciales **144** quædam (63) mundi hujus energiæ (64), id est, virtutes spiritales aliquæ, certa quædam operantes quæ ipsæ sibi pro arbitrii sui libertate ut agerent elegerunt, ex quibus sunt isti principes qui operantur sapientiam hujus mundi; verbi causa, ut sit propria quædam energia ac virtus, quæ inspiret poeticam, alia quæ geometriam, et ita quæque singulas quasque hujuscemodi (65) artes disciplinasque commoneant. Denique quamplurimi Græcorum opinati sunt artem poeticam sine insania non posse constare : unde et in historiis eorum refertur aliquoties eos quos vates appellant, subito insaniæ cujusdam spiritu esse repletos. Quid autem dicendum est de his etiam quos divinos appellant, a quibus per inoperationem (66) dæmonum eorum qui eis præsunt, versibus arte modulatis responsa proferuntur? Sed et hi quos magos vel maleficos dicunt, aliquoties dæmonibus invocatis supra pueros adhuc parvæ ætatis, versu eos dicere poemata admiranda omnibus et stupenda fecerunt. Quæ hoc modo geri arbitranda sunt, quod sicut sanctæ et immaculatæ animæ si cum omni affectu omnique puritate se voverint Deo, et alienas se ab omni dæmonum contagione servaverint, et per multam abstinentiam purificaverint se, et piis ac religiosis imbutæ (67) fuerint disciplinis, participium per hoc Divinitatis assumunt, et prophetiæ ac cæterorum divinorum donorum gratiam merentur; ita putandum est etiam eos qui se opportunos contrariis virtutibus exhibent, id est, industria vita, vel studio amico illis et accepto (68), recipere eorum inspirationem, et sapientiæ eorum ac doctrinæ participes effici. Ex quo fit ut eorum inoperationibus repleantur, quorum se prius famulatui subjugarunt.

4. De his sane qui de Christo aliter docent quam Scripturarum regula patitur, non otiosum est intueri, utrum insidioso proposito adversum Christi

[20] Dan. x. [21] Ezech. xxvi. [22] Psal. ii, 2. [23] I Cor. ii, 6, 7, 8.

(58) Sic mss. Alias, « Judæorum. »

(59) Vide supra lib. i, c. 5, num. 4 et 5, item l. ii *Origenian.*, q. 5, n. 26.

(60) Ita mss. Alias, « falsi nominis dogmata quæ obtegerentur intrinsecus, continuo ei insidiati sunt, et astiterunt reges terræ. » Infra mss., « lædendi studio ingerantur.... aut.... adhibeantur. » In editis legitur, « ingeruntur et adhibentur. » Ibidem mss., « ipsi illi mundi hujus principes. » In editis deest, « ipsi, » et « hujus. » Ibidem mss., « docere cupiant. » Alias, « docere cupiunt. »

(61) Caute lege.

(62) Sic mss. Alias, « cæterarum. » Ibidem mss., « principes hujus mundi appellatæ sunt. » Libb. editi, « principes hujus mundi appellati sunt. »

(63) *Speciales quædam.* Sic mss. Alias, « spirituales quædam. »

(64) Vide l. ii *Origenian.*, q. 5, n. 29.

(65) Sic mss. Alias, « et ita quasque singulas hujuscemodi. »

(66) *Inoperationem.* Sic recte mss. Alias mendose « incorporationem. »

(67) *Piis ac religiosis imbutæ.* Sic mss. Alias, « piis sacræ religionis imbutæ. »

(68) Sic mss. Alias, « vel studio et amicitia illis accepta. ».

fidem nitentes contrariæ virtutes fabulosa quædam simul et impia (69) dogmata commentæ sint; an vero etiam ipsæ audito verbo Christi et neque evomere id valentes ex arcanis conscientiæ suæ, neque pure sancteque retinere, per vasa opportuna sibi, et, ut ita dicam, prophetas suos (70), diversos errores contra regulam Christianæ veritatis induxerint. Et magis putandum est quod apostatæ et refugæ virtutes, quæ a Deo recesserint, ex ipsa mentis suæ propositique nequitia vel invidia eorum quibus veritate cognita (71) ad illum gradum unde ipsæ delapsæ sunt, præparantur ascensus, ad impediendos hujuscemodi profectus, errores hos falsæ doctrinæ deceptionesque componunt. Manifeste ergo et ex multis indiciis demonstratur, quod humana anima, dum in hoc est corpore, recipere potest diversas energias, id est, inoperationes (72) spirituum diversorum malorum ac bonorum; et malorum quidem duplici specie, id est, vel tunc cum penitus ex integro eorum possederint mentem, ita ut nihil omnino eos quos obsederint, intelligere vel sentire permittant, sicut exemplo sunt hi quos vulgo energumenos vocant, quos amentes et insanos videmus, quales illi erant qui in Evangelio a Salvatore curati esse referuntur; vel cum sentientem quidem et intelligentem animum cogitationibus variis et sinistris persuasionibus inimica suggestione depravant: ut exemplo est Judas ad proditionis facinus diaboli immissione provocatus, sicut Scriptura declarat, dicens: « Cum autem jam diabolus misisset in cor Judæ Scariotis ut traderet eum [24]. » Boni vero spiritus recipit quis energiam, id est, inoperationem, cum movetur (73) et provocatur ad bona, et inspiratur ad cœlestia vel divina (74); sicut sancti angeli et ipse Deus inoperatus est in prophetis, suggestionibus sanctis ad meliora provocans et cohortans; ita sane ut maneret in arbitrio hominis ac judicio, si sequi velit aut nolit ad cœlestia et divina provocantem. Unde et ex hac manifesta discretione dignoscitur quomodo anima melioris spiritus præsentia moveatur, id est, si nullam prorsus ex imminenti aspiratione obturbationem vel alienationem mentis incurrat, nec perdat arbitrii sui judicium liberum; sicut exemplo sunt omnes vel prophetæ, vel apostoli, qui divinis responsis sine ulla mentis obturbatione ministrabant.

A Boni ergo spiritus suggestionibus humanam memoriam ad recordationem meliorum provocari exemplis jam in superioribus edocuimus, cum Mardochæi et Artaxerxis fecimus mentionem.

5. Illud quoque consequenter requirendum puto, ex quibus causis humana anima nunc quidem a bonis, nunc autem moveatur a malis.

HIERON. INTER.

Sed et hoc requirendum (75) quare humana anima nunc ab his, nunc ab aliis virtutibus ad diversa moveatur.

Cujus rei causas (76) suspicor esse quasdam antiquiores etiam hac nativitate corporea, sicut designat Joannes in matris ventre tripudians et exsultans, cum vox salutationis Mariæ ad aures Elisabeth matris ejus allata est; et ut declarat Jeremias B propheta, qui antequam plasmaretur in utero matris [25], cognitus erat Deo, et antequam e vulva procederet sanctificatus ab eo est, et puer adhuc prophetiæ gratiam accepit.

145 Et rursum econtrario manifeste ostenditur (77) ab adversariis spiritibus quosdam a prima statim ætate possessos, id est nonnullos cum ipso dæmone esse natos (78), alios vero a puero divinasse historiarum fides declarat. Alii a prima ætate dæmonem quem C Pythonem nominant, id est, ventriloquum (79) passi sunt. Pro quibus omnibus ab his qui Dei providentia regi omnia quæ in mundo sunt, asserunt, sicut nostra quoque continet fides, ut mihi videtur, non aliter poterit responderi, ita ut absque omni injustitiæ culpa providentia demonstretur, nisi priores quædam fuisse eis causæ dicantur, quibus antequam in corpore nascerentur animæ, aliquid contraxerint culpæ in sensibus vel motibus suis, pro quibus hoc merito pati a divina providentia judicatæ sunt. Liberi namque arbitrii semper est anima (80), etiam cum in corpore hoc, etiam cum extra corpus est; et libertas arbitrii vel ad bona semper (81), vel ad mala

HIERONYMI INTERP.

Et econtrario parvuli licet, et pene lactantes malis replentur spiritibus, et in divinos atque hariolos inspirantur, in tantum ut etiam dæmon Pythonicus quosdam a tenera ætate possideat, quos derelictos esse apud providentiam Dei, cum nihil tale fecerint ut istiusmodi insaniam sustinerent, non est ejus qui nihil vult absque Deo fieri, et omnia illius justitia gubernari.

[24] Joan. XIII, 2. [25] Jer. I.

(69) *Impia.* Sic mss. Alias, « ipsæ. »

(70) Sic mss. Alias, « perversa dogmata, et per, ut ita dicam, prophetas suos. »

(71) *Cognita.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(72) Libb. editi, « operationes. »

(73) Sic mss. In ed. deest, « quis, » et « movetur. »

(74) Vide l. II *Origenian.*, q. 7, n. 3.

(75) *Sed et hoc requirendum*, etc. Ex epistola Hieronymi ad Avitum, ubi addit: « et putat (Origenes) quorumdam antequam venirent in corpora, merita præcessisse; ut est illud Joannis exsultantis in utero matris suæ, quando ad vocem salutationis Mariæ indignam se confabulatione ejus Elisabeth confitetur. » Quod revera hoc loco dixisse Origenem, fidem facit interpretatio Rufini.

D (76) Vide lib. II *Origenian.*, q. 6, n. 4 et q. 7, n. 13.

(77) Sic mss. Alias, « ex responsis e contrario ostenditur. » Versio Hieronymi e regione posita exstat in epistola ad Avitum.

(78) Sic mss. Alias, « cum ipso dæmone possessos esse natos. »

(79) Sic mss. Merlinus, « ventricolum; » Genebrardus, « ventricosum. » Ibidem in antea editis legitur: « pro quibus omnibus ab his Dei providentia regi omnia quæ in mundo sunt (ut sanctæ Scripturæ asserunt, nostra quoque continet fides), ut mihi videtur, » etc. Sed omnes codd. mss. ut in nostro textu.

(80) Vide l. II *Origenian.*, q. 7, n. 2.

(81) *Semper.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

movetur; nec unquam rationabilis sensus, id est mens vel anima, sine motu aliquo vel bono vel malo esse potest. Quos motus causas præstare meritorum verisimile est etiam prius quam in hoc mundo aliquid agant; ut pro his meritis vel causis per divinam providentiam statim a prima nativitate imo et ante nativitatem, ut ita dicam, vel boni aliquid vel mali perpeti dispensentur. Et hæc quidem dicta sint de his quæ videntur hominibus, vel a prima nativitate statim, vel etiam antequam in hanc lucem prorumpant, evenire. De his vero quæ a diversis spiritibus animæ, id est humanæ cogitationi suggeruntur, quæ vel ad bona, vel ad contraria provocent, interdum etiam in hoc exsistere quædam anteriores corporeæ nativitatis causæ putandæ sunt. Interdum vero vigilans mens, et abjiciens a se quæ mala sunt, bonorum ad se adjutorium provocat; vel econtrario negligens et ignava, dum minus cauta est, locum dat his spiritibus qui velut latrones ex occulto insidiantes, irruere humanas mentes, cum locum sibi datum per segnitiem viderint, moliuntur, sicut ait Petrus apostolus, quia « adversarius noster diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret [26]. » Propter quod die noctuque cor nostrum omni custodia servandum est, et locus non est dandus diabolo, sed omnia agenda sunt, quibus ministri Dei, hi videlicet spiritus qui ad hæreditatem salutis vocati sunt [27], inveniant in nobis locum, et delectentur ingredi hospitium animæ nostræ, et habitantes apud nos consiliis nos regant; si tamen habitaculum cordis nostri virtutis et sanctitatis cultu invenerint exornatum (82). Verum sufficiant ista pro viribus nostris disserta a nobis de his virtutibus quæ humano generi adversantur.

CAPUT IV.

De humanis tentationibus.

1. Nunc ne de humanis quidem tentationibus silendum puto, quæ nascuntur interdum ex carne et sanguine, vel ex prudentia carnis et sanguinis quæ Deo dicitur esse inimica. Et utrum verum sit quod quidam dicunt, quasi binas animas esse per singulos (83), posteaquam de his tentationibus exposuimus, quæ plus quam humanæ dicuntur, id est quas adversum principatus et potestates, et adversum mundi hujus rectores tenebrarum harum, et adversus spiritalia nequitiæ in cœlestibus gerimus, vel quæ nobis adversus spiritus malignos et immundos dæmones peraguntur, dicemus. In qua re consequenter arbitror requirendum, si in nobis hominibus qui ex anima constamus et corpore

A ac spiritu vitali, est etiam aliud aliquid quod incitamentum habeat proprium (84), et commotionem ad malum provocantem; sicut haberi a quibusdam quæstio solet hujusmodi, utrumnam velut duæ animæ (85) in nobis dicendæ sint, una quædam divinior et cœlestis, et alia inferior: an vero ex hoc ipso quod corporibus inhæremus (quæ corpora secundum propriam quidem naturam mortua sunt et penitus exanima, quia ex nobis, id est, ex animabus corpus materiale vivificatur, quod utique contrarium est et inimicum spiritui), trahimur et provocamur ad hæc mala quæ corpori grata sunt (86); an vero tertium, quod quidam Græcorum arbitrati sunt, quia anima nostra cum una sit per substantiam, ex pluribus tamen constet, et una pars ejus rationa-
B bilis, pars vero alia irrationabilis dicatur, et ea quidem pars quam irrationabilem dicunt, in duos rursum dividatur affectus cupiditatis et iracundiæ. Has ergo tres **146** quas supra diximus (87) de anima opiniones a nonnullis haberi invenimus. Ex quibus illud interim, quod quibusdam Græcorum philosophis visum diximus, quia tripartita sit anima, non valde confirmari ex divinæ Scripturæ auctoritate pervideo; ad alia vero duo (88) quæ reliqua sunt, inveniri possunt aliquanta quæ ex divinis Litteris aptari posse videantur.

2. Ex quibus primo illud discutiamus quod astruere solent quidam, quia una sit bona in nobis anima et cœlestis, alia vero inferior et terrestris, et quod ea quidem quæ melior est, cœlitus insera-
C tur (89), qualis est illa quæ et Jacob adversus Esau adhuc in utero posito palmam victoriæ supplantati præstitit fratris [28]; et quæ in Jeremia sanctificatur ex vulva [29], et Spiritu sancto repletur ex utero in Joanne. Illam vero inferiorem, quam dicunt ex corporali eam semine simul asserunt (90) cum corpore seminari, unde et præter corpus vivere eam vel subsistere negant posse, propter quod et carnem eam frequenter appellari dicunt. Quod enim scriptum est: « Caro concupiscit adversus spiritum [30], » non hoc de carne dictum accipiunt, sed de hac anima quæ proprie carnis est anima. Sed et ex his student nihilominus confirmare hæc quæ in Levitico ita scripta sunt: « Anima omnis carnis,
D sanguis ipsius [31]. » Ex eo enim quod per totam carnem sanguis diffusus vitam præstat carni, in sanguine inesse aiunt hanc animam quæ dicitur totius carnis esse anima. Hoc autem ipsum quod dictum est carnem repugnare adversus spiritum, spiritum autem adversus carnem; et quod dictum est: « Ani-

[26] I Pet. v, 8. [27] Heb. I, 14. [28] Genes. xxv. [29] Jerem. I. [30] Gal. v, 17. [31] Levit. xvii, 14.

(82) In libb. antea editis vox, « exornatum, » ultima est capitis tertii, et incipit caput quartum cum hoc titulo: « De humanis tentationibus. » Verum in mss. nulla hujusmodi tituli mentio, nullum capituli incipientis indicium.

(83) Sic mss. Alias, « per substantiam. » Ibidem mss., « exposuimus. » Alias, « exposuerimus. »

(84) Ita mss. Alias, « aliquod incitamentum quod motum habeat proprium. »

(85) Sic mss. Alias, « utrum duæ animæ. »

(86) *Grata sunt.* Sic mss. Alias, « contraria sunt. »

(87) Sic mss. Alias, « quos produximus tres, » etc.

(88) *Duo.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(89) Libb. editi, « inferatur. »

(90) Sic mss. Alias, « sanctificatur ex utero in Joanne. Illam vero inferiorem quam ex corporali semine simul asserunt, » etc.

ma omnis carnis, sanguis ipsius, » alio nomine iidem vocari dicunt sapientiam carnis, quod est spiritus quidam materialis, qui legi Dei subjectus non est, sed nec potest esse subjectus, quia voluntates habet terrenas et desideria corporalia. De hoc putant etiam Apostolum dixisse illud quod ait : « Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captivum me ducentem in lege peccati quæ est in membris meis [32]. » Si vero quis objiciat eis hoc dici de natura corporis, quod vere secundum proprietatem quidem naturæ suæ mortuum est, habere autem dicitur sensum (91) vel sapientiam quæ inimica est Deo, vel quæ repugnat adversus spiritum, pro eo veluti si quis dicat quodammodo carnis ipsius esse vocem quæ clamet non esuriendum, non sitiendum, non algendum, neque velle prorsus in aliquo molestiam pati sive ex abundantia, sive ex penuria; hæc illi resolvere atque impugnare conabuntur, ostendentes quamplurimas alias esse passiones (92) animæ quæ in nullo prorsus a carne originem trahant, et tamen his spiritus adversetur, sicut est ambitio, avaritia, æmulatio, invidia, superbia, et his similia : cum quibus pugnam quamdam esse humanæ menti, vel spiritui videntes, ideo causam omnium horum malorum non ponunt aliud quid nisi hanc de qua superius diximus, velut corporalem animam (93) et ex seminis traduce generatam. Adhibere quoque ad assertionem (94) horum etiam illud testimonium Apostoli solent, quod ait : « Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitiæ, idololatria, veneficia (95), inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, hæreses, sectæ, invidiæ, ebrietates, comessationes, et his similia [33]; » dicentes non hæc omnia de usu vel delectatione carnis originem trahere, ita ut putentur ejus substantiæ quæ animam non habet, id est carnis, hi omnes motus exsistere. Sed et illud quod ait : « Videte, fratres, vocationem vestram, quoniam non multi inter vos sapientes secundum carnem [34]; » ad hoc videbitur inclinandum, ut propria quædam videatur (96) esse carnalis ac materialis sapientia, alia vero sit sapientia secundum spiritum, quæ utique non potest dici sapientia, nisi sit anima carnis, quæ sapiat hoc quod carnis sapientia nominatur. Ad hæc aiunt etiam illud : « Si A caro repugnat adversus spiritum, et spiritus adversus carnem [35], » uti non quæ volumus illa faciamus, quæ sunt de quibus dicit ut non quæ volumus, faciamus? Certum est, aiunt, de spiritu (97) non dici : Non enim voluntas spiritus prohibetur. Sed neque de carne, quia si non habet animam propriam, sine dubio nec voluntatem habebit. Superest ergo ut de hujus animæ voluntate dicatur, quæ habere potest propriam voluntatem (98), quæ utique adversatur voluntati spiritus. Et si ita est, constat quod hujus animæ voluntas quædam media est inter carnem et spiritum, uni sine dubio e duobus serviens et obtemperans, cuicunque obtemperare delegerit. Quæ cum se delectationibus carnis subdiderit, carnales homines facit; cum vero se spiritui junxerit, in B spiritu esse homines facit, et propter hoc spiritales nominari. Quod designare (99) Apostolus videtur, cum dicit : « Vos autem in carne non estis, sed in spiritu [36]. » Requirendum ergo est quæ sit omnino hæc ipsa voluntas inter carnem et spiritum, præter eam voluntatem quæ carnis esse vel spiritus dicitur. Pro certo namque habetur quod omnia quæcunque spiritus esse dicuntur, voluntas sit spiritus; et quæcunque opera carnis esse dicuntur, voluntas sit carnis. Quæ ergo ista est præter hæc voluntas animæ quæ extrinsecus nominatur, quam voluntatem nolens nos facere **147** Apostolus dicit : « Ut non quæcunque vultis illa faciatis [37]. » In quo hoc videtur designari, quod neutro ex his duobus, id est neque carni, neque spiritui debeat adhærere. Sed C dicet quis quia sicut melius quidem est animæ (1), si propriam faciat voluntatem, quam ut voluntatem faciat carnis; sic iterum melius est facere voluntatem spiritus magis quam propriam voluntatem. Quomodo ergo Apostolus ait, « ut non quæ vultis, illa faciatis? » Quoniam in ea pugna quæ inter carnem et spiritum geritur, non omnino spiritus certa victoria est. Manifestum est enim obtinere in quamplurimis carnem (2).

3. Verum quoniam in disputationem incidimus profundam, in qua necesse est ex singulis quibusque partibus quæ possunt moveri, discutere (3); videamus ne forte in hoc loco tale aliquid tractari potest, quia sicut melius est animæ sequi spiritum, D tunc cum spiritus carnem vicerit, ita etiam si (4) videtur ei esse deterius sequi carnem repugnantem

[32] Rom. VII, 23. [33] Gal. V, 19, 20, 21. [34] I Cor. I, 26. [35] Galat. V, 17. [36] Rom. VIII, 9. [37] Galat. V, 17.

(91) Sic mss. Alias, « sensus. »

(92) Sic mss. Alias, « hoc illis resolvere atque impugnare conabimur ostendentes alias esse passiones. »

(93) *Animam.* Deest in libb. antea editis, sed habetur in mss.

(94) Ita mss. Alias, « sermonem. »

(95) *Veneficia.* Alias deerat, sed habetur in mss.

(96) Sic mss. Alias, « videretur. »

(97) Libb. editi, « de Spiritu sancto. » Sed in mss. deest, « sancto. »

(98) *Quæ habere potest propriam voluntatem.* Hæc in antea editis omissa sunt, licet reperiantur in mss. Ibidem mss., « et si ita est, constat. » Libb. editi, « et si illa est, constat. »

(99) Sic mss. Alias, « quid ergo designare, » etc.

(1) *Animæ.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(2) Sic mss. Alias, « quomodo ea pugna. » Ibidem mss., « obtinere in quamplurimis carnem. » Alias, « obedire in quamplurimis carnem. »

(3) Ita mss. Alias, « in quam necesse est colligere ex singulis quibusque partibus quæ possunt mores discutere. »

(4) *Si.* Deest in editis, at reperitur in mss. Paulo post mss. : « Tamen forte utilius videatur obtineri animam a carne, quam residere in suis propriis, » etc. Alias, « cum forte utilius videatur obedire animam carni quam residere in propriis. »

adversus spiritum, et ad se revocare animam volentem, tamen forte utilius videatur obtineri animam a carne, quam residere in suis propriis voluntatibus. Namque quoniam nec calida dicitur esse, nec frigida, sed in medio quodam tepore perdurans, tardam et satis difficilem conversionem poterit invenire. Si vero carni adhæreat (5), ex his ipsis interdum malis quæ ex carnis vitiis patitur, satiata aliquando et repleta, velut gravissimis oneribus luxuriæ ac libidinis fatigata, facilius et velocius converti a materialibus sordibus ad cœlestium desiderium et spiritualem gratiam potest. Et hoc arbitrandum est dixisse Apostolum, idcirco pugnare spiritum adversus carnem, et carnem adversus spiritum, ut non quæcunque volumus, illa faciamus, sine dubio ea quæ extra voluntatem spiritus et extra voluntatem carnis designata sunt; ut si aliis nominibus diceremus, quia melius est hominem aut in virtute esse, aut in malitia, quam in nullo horum; anima vero priusquam (6) se convertat ad spiritum et unum efficiatur cum eo, dum adhæret corpori et de carnalibus cogitat, neque in bono statu videtur esse, neque manifeste in malo, sed esse animali, ut ita dixerim, similis. Melius autem est ut si fieri potest adhærens spiritui efficiatur spiritalis. Si vero fieri non potest, magis expedit eam vel carnis malitiam sequi, quam in suis positam voluntatibus, animalis irrationabilis statum tenere. Hæc autem tractavimus volentes singularum assertionum disserere opiniones, ampliori quam voluimus usi excursu, uti ne latere nos putarentur ea quæ moveri solent ab his qui quærunt, utrum sit alia anima in nobis præter hanc cœlestem et rationabilem, quæ huic naturaliter adversetur, et vocetur vel caro, vel sapientia carnis, vel anima carnis.

4. Nunc videamus quid etiam adversum hæc responderi soleat ab his qui defendunt unum esse in nobis motum, et unam vitam unius ejusdemque animæ (7), cujus sive salus, sive perditio secundum actus suos ipsi proprie ascribatur. Et primo videamus cujusmodi sint passiones animi quas patimur cum sentimus intra nosmetipsos velut in partes nos rapi per singula; cum pugna quædam fit cogitationum in cordibus nostris, et quædam nobis verisimilitudines suggeruntur, quibus nunc in hoc, nunc in aliud inclinamur, quibusque nunc quidem arguimur, nunc vero nosmetipsos amplectimur. Nihil autem magnum est si mala ingenia dicamus

A quia varium ac sibi ipsi repugnans judicium habeant et a semetipso discordans, cum etiam in omnibus hominibus ita inveniatur, si quando deliberatio incertæ rei ad consilium venerit, et prospicitur, vel consulitur quid rectius vel utilius eligatur. Nihil ergo mirum si duæ verisimilitudines sibi invicem occurrentes et contraria suggerentes, in diversas partes animum rapiunt. Verbi causa, si cogitatio invitet aliquem ad fidem et timorem Dei, tunc non potest dici quia caro adversum spiritum pugnet; sed dum incertum est quod verum et utile est, animus in diversa rapitur. Ita et cum putatur caro ad libidinem provocare, consilium vero melius hujuscemodi incitamentis resistit, non putandum est vitam esse aliquam aliam quæ adversus aliam resistat

B (8), sed naturam corporis quæ repleta sativi humoris loca evacuare gestit atque defluere; sicut nec contraria aliqua virtus, nec vita alterius animæ putanda est quæ nobis excitat sitim et provocat ad bibendum, vel quæ esurire facit, et irritat ad cibum. Sed sicut hæc naturalibus motibus corporis vel appetuntur, vel evacuantur, ita et naturalis seminis congregatus per tempus in suis locis humor expelli gestit, et abjici : quod in tantum nequaquam impulsu alterius cujusquam provocationis efficitur, ut etiam sponte interdum soleat egeri. Cum ergo dicitur, quia « caro pugnat adversus spiritum [38], » ita intelligunt isti, quia usus, vel necessitas, vel delectamentum carnis provocans hominem abstrahit et abducit a divinis et spiritalibus

C rebus. Pro necessitate etenim corporis abstracti, divinis et in æternum profuturis rebus vacare non sinimur. Sic rursus divinis et spiritalibus anima

148 vacans, et spiritui conjuncta, impugnare dicitur carnem, dum resolvi eam deliciis non sinit et voluptatibus fluitare, quibus naturaliter delectatur. Hoc modo etiam illud asserunt quod dictum est : « Sapientia carnis inimica est Deo [39], » non quod vere animam habeat caro, vel sapientiam propriam, sed sicut abusive dicere solemus et sitire terram et velle eam bibere aquam, hoc utique quod dicimus velle, non proprie, sed abusive proferimus, velut si dicamus iterum quia domus recomponi vult, et alia multa his similia; ita et sapientia carnis ac-

D cipienda est, vel quod dictum est quia « caro (9) concupiscit adversus spiritum. » Adjicere solent etiam illud quod dictum est : « Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra [40]. » Quod enim cla-

[38] Galat. v, 17. [39] Rom. viii, 7. [40] Genes. iv, 10.

(5) Cave, et confer num. 29 lib. *De oratione*.

(6) Sic mss. Alias, « postquam. » Infra mss., « usi excursu. » Alias, « usi excessu. »

(7) Sic mss. Alias, « quæ etiam ad hoc responderi soleant. » Ibidem mss., « et unam vitam unius ejusdemque animæ. » Alias, « et unam animam unius ejusdemque animæ. »

(8) Sic mss. Alias, « non putanda est vita esse alia animæ. » Paulo post mss., « evacuare gestit atque defluere. » Alias, « evacuare gestit atque replere. » Infra mss. « hominem abstrahit et abducit. » Libb. editi, « hominem extrahit et abducit. »

(9) *Quia caro.* Hæ duæ voces desunt in antea editis, sed habentur in mss. Infra mss., « velut lex quædam corpori inest. » Libb. editi, « velut lex corporum est. » Ibidem mss., « intentius possit divina contueri. » Alias, « contentus possit divina contueri. » Paulo post mss., « descriptæ sunt esse hæreses. » Alias, « descriptæ essent hæreses. »

mat ad Dominum, non est proprie sanguis ille qui effusus est, sed abusive sanguis clamare dicitur, dum ejus qui sanguinem effudit vindicta deposcitur. Sed et illud quod Apostolus ait : « Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ [41], » ita intelligunt tanquam si dixisset, quod is qui verbo Dei vacare vult, pro necessitatibus et usibus corporalibus, quæ velut lex quædam corpori inest, distrahitur atque divellitur atque impeditur ne sapientiæ vacans intentius possit divina contueri mysteria.

5. Quod vero inter carnis opera descriptæ sunt esse etiam hæreses, et invidiæ, et contentiones, vel cætera, ita accipiunt, quod anima cum crassioris sensus fuerit effecta, ex eo quod corporis sese passionibus subdit, oppressa vitiorum molibus, et nihil subtile ac spiritale sentiens, caro dicitur effecta, et inde nomen trahit, in quo plus studii vel propositi gerit. Addunt etiam hæc requirentes : quis invenietur, vel quis dicetur conditor mali hujus sensus qui dicitur sensus (10) carnis? Quia alium nullum creatorem animæ et carnis quam Deum credendum esse defendunt. Et si dicamus quia bonus Deus in ipsa conditione sua aliquid sibi creavit inimicum, utique absurdum videbitur. Si ergo scriptum est, quia « sapientia carnis inimica est Deo [42], » et hoc factum ex conditione dicetur, videbitur ipse Deus naturam sibi (11) aliquam fecisse inimicam, quæ ei non potest esse subjecta nec legi ejus; quippe si animale esse putabitur, de quo hæc dicuntur. Quod si ita recipiatur, quid jam differre videbitur ab his qui diversas naturas animarum dicunt esse creatas, quæ naturaliter vel perituræ sint, vel salvandæ? Quod utique solis hæreticis placet, qui dum justitiam Dei pia ratione asseverare non possunt, hujuscemodi impietatis (12) figmenta componunt. Et nos quidem, prout potuimus, ex singulorum personis quæ dici possunt disputationis modo de singulis dogmatibus in medium protulimus; qui autem legit, eligat ex his quæ magis amplectenda sit ratio.

CAPUT V.

Quod mundus ex tempore cœperit.

1. Post hæc jam quoniam quidem de ecclesiasticis definitionibus unum habetur præcipue secundum historiæ nostræ fidem, quod mundus hic factus sit, et ex certo tempore cœperit, et secundum

A promulgatam omnibus consummationem sæculi pro sui corruptione solvendus sit, etiam de hoc pauca repetere non videtur absurdum. Et quantum quidem ad Scripturarum fidem pertinet, perfacilis videtur de hoc assertio. Denique hæretici cum in alia multa (13) distracti sint, in hoc tamen Scripturæ auctoritati cedentes, visi sunt consonare. De conditione ergo mundi quæ alia nos Scriptura magis poterit edocere quam ea quæ a Moyse de origine ejusdem scripta est? Quæ licet majora intra se contineat quam historiæ narratio videtur ostendere, et spiritalem in quammaximis contineat intellectum, atque in rebus mysticis et profundis velamine quodam litteræ utatur; tamen nihilominus indicat hoc sermo narrantis, quod ex certo tempore creata sunt omnia quæ videntur. De consum-

B matione vero mundi, primo Jacob indicat cum ad filios suos testatur dicens : « Convenite ad me, filii Jacob, ut annuntiem vobis quid erit in novissimis diebus [43], » vel, *post novissimos dies.* Si ergo sunt novissimi dies, vel post novissimos dies, cessare dies necesse est qui cœperunt. David quoque ita ait : « Cœli peribunt, tu autem permanebis, et omnes sicut vestimentum veterascent; et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient [44]. » Dominus vero et Salvator noster cum dicit : « Qui creavit ab initio masculum et feminam fecit eos [45], » factum etiam esse mundum ipse testatur; et rursum dicens quia, « Cœlum et terra transient, verba

C autem mea non transient [46] (14), » corruptibilem eum finiendumque designat. Sed et Apostolus dicens : « Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit in spe, quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei [47]; » manifeste finem mundi declarat; et cum rursum **149** dicit : « Transiet habitus hujus mundi [48]. » Verum in eo ipso quod dixit quia vanitati creatura subjecta est, etiam initium ejus ostendit; si enim vanitati creatura subjecta est propter (15) spem aliquam, ex causa utique subjecta est; et quod ex causa est, necesse est ut cœperit; non enim poterat sine ullo initio vanitati creatura esse subjecta, et sperare

D liberari a servitute corruptionis quæ servire non cœperat. Sed et quamplurima alia in Scripturis divinis hujuscemodi dicta reperiet si quis requirat

[41] Rom. VII, 23. [42] Rom. VIII, 7. [43] Genes. XLIX, 1. [44] Psal. CII, 27, 28. [45] Matth. XIX, 4. [46] Matth. XXIV, 35. [47] Rom. VIII, 20. [48] I Cor. VII, 32.

(10) *Sensus.* Deest in antea editis, at reperitur in mss. Ibidem mss., « Deum credendum esse defendunt. » In editis omittitur, « credendum. »

(11) *Sibi.* Deest in antea editis, sed habetur in mss. Paulo post mss., « de quo hæc dicuntur. » Editi, « de quo hæc dicentur. »

(12) Ita mss. Alias, « impietatibus. » Paulo post mss., « disputationis modo. » Alias, « disputationis causa. » Notandum in antea editis sequentia verba, « quæ magis amplectenda sit ratio, » finem esse capitis quarti quod statim excipit caput quintum, hoc titulo præmisso, « Quod mundus ex tempore cœpit. » At in nostris mss. nullum est hujusce tituli vestigium, aut capitis desinentis et alterius incipientis indicium.

(13) *Multa.* Deest in antea editis, sed habetur in mss. Ibidem mss., « visi sunt consonare. » Alias, « nisi sunt consonare. »

(14) Sic mss. Alias, « transibunt. » Ibidem mss., « sed et Apostolus dicens. » Alias, « sed et Paulus dicens. »

(15) *Initium ejus ostendit; si enim vanitati creatura subjecta est propter.* Hæc quæ in antea editis omissa sunt, restituunt omnes codd. mss. Paulo post mss., « sine ullo initio vanitati creatura, » etc. In editis deest, « vanitati. »

ex otio, quibus et initium habere mundus, et finem sperare dicitur.

2. Si quis ergo est qui adversetur in hac parte vel auctoritati Scripturæ (16) nostræ, vel fidei, inquiremus ab eo utrum dicat Deum comprehendere posse omnia, annon posse? Et dicere quidem non posse, manifeste impium est. Si vero, quod necesse est, dixerit quia omnia comprehendit, superest ut eo ipso quo comprehendi possunt, et initium habere intelligantur et finem. Nam quod penitus sine initio ullo est, comprehendi omnino non potest. In quantumcunque enim se intellectus extenderit, in tantum comprehendendi facultas sine fine subducitur et differtur, ubi initium non habetur.

3. Sed solent nobis objicere dicentes: « Si cœpit mundus ex tempore (17), quid ante faciebat Deus quam mundus inciperet? Otiosam enim et immobilem dicere naturam Dei, impium est simul et absurdum (18), vel putare quod bonitas aliquando bene non fecerit, et omnipotentia aliquando non egerit potentatum. Hoc nobis objicere solent dicentibus mundum hunc ex certo tempore cœpisse, et secundum Scripturæ fidem annos quoque ætatis ipsius numerantibus. Ad quas propositiones non arbitror aliquem hæreticorum secundum rationem dogmatis sui posse facile respondere.

Nos vero consequenter respondebimus (19) observantes regulam pietatis, et dicentes, quoniam non tunc primum cum visibilem istum mundum fecit Deus, cœpit operari, sed sicut post corruptionem hujus erit alius mundus, ita et antequam hic esset, fuisse alios credimus. Quod utrumque divinæ Scripturæ auctoritate firmabitur. Nam quod erit post hunc alius mundus Isaias docet, dicens: « Erit cœlum novum et terra nova, quæ ego faciam permanere in conspectu meo, dicit Dominus[49]. » Quod autem ante hunc mundum fuerint etiam alii, Ecclesiastes ostendit dicens: « Quid est quod factum est? Id ipsum quod futurum est. Et quid est quod creatum est? Hoc ipsum quod creandum, et nihil est omnino recens sub sole. Sed quis loquetur et dicet, Ecce hoc novum est? Jam fuit id in sæculis quæ fuerunt ante nos[50]. » Quibus testimoniis utrumque simul probatur, quod et ante fuerint sæcula, et futura sint postmodum. Non tamen putandum est plures mundos simul esse, sed post hunc initium aliorum futurum (20); de quibus nunc non est necessarium per singula repetere, cum jam id in superioribus fecerimus.

HIERON. INTERP.

Nobis autem placet et ante hunc mundum alium fuisse mundum, et post istum, alium futurum. Vis discere quod post corruptionem hujus mundi alius sit futurus? Audi Isaiam loquentem: « Erit cœlum novum et terra nova, quæ ego permanere facio in conspectu meo. » Vis nosse quod ante fabricam istius mundi, alii mundi in præterito fuerint? Ausculta Ecclesiasten: « Quid est quod fuit? Ipsum quod erit. Et quid est quod factum est? Ipsum quod futurum est. Et non est omne novum sub sole quod loquatur et dicat: Ecce hoc novum est. Jam enim fuit in sæculis pristinis quæ fuerunt ante nos. » Quod testimonium non solum fuisse, sed futuros mundos esse testatur, non quod simul et pariter omnes fiant, sed alius post alium.

4. Illud sane otiose prætereundum non arbitror (21), quod Scripturæ sanctæ conditionem mundi novo quodam et proprio nomine nuncupaverunt, dicentes καταβολὴν mundi, quod Latine improprie translatum *constitutionem* mundi dixerunt; καταβολή vero in Græco magis dejicere significat, id est deorsum jacere, quod Latine improprie, ut diximus, constitutionem mundi (22) interpretati sunt, sicut in Evangelio secundum Joannem cum dicit Salvator: « Et erit tribulatio in illis diebus qualis non fuit a constitutione mundi[51], » hic constitutio καταβολή dicta est: quod ita intelligendum est sicut superius exposuimus. Sed et Apostolus in Epistola ad Ephesios eodem sermone usus est cum ait: « Qui elegit nos ante mundi constitutionem[52], » et hic constitutionem mundi καταβολὴν dixit, eodem sensu quo superius interpretati sumus intelligendam. Dignum igitur videtur inquirere quid est quod hoc novo (23) nomine indicetur: et arbitror, quoniam quidem finis et consummatio sanctorum erit in his quæ non videntur et æterna sunt, ex ipsius

VERSIO S. HIER.

Divinitus habitaculum (24) et veram requiem apud superos existimo intelligi, in qua creaturæ

[49] Isai. LXVI, 22. [50] Eccle. I, 9. [51] Matth. XXIV, 21. [52] Ephes. I, 4.

(16) *Scripturæ*. Deest in antea editis, sed habetur in mss. Infra mss., « sine initio ullo est. » In editis deest, « ullo. »

(17) Vide l. II *Origenian.*, q. 12, n. 4.

(18) Sic mss. Alias, « quid ante faciebat Deus antequam mundus fieret? otiosam enim dicere naturam Dei, otiosum est. » Ibidem mss., « aliquando bene non fecerit. » In antea editis deest, « bene. »

(19) Cave et caute lege.

(20) *Initium aliorum futurum*. Sic mss. Alias, « interim alios futuros. »

(21) Vide l. II *Origenian.*, q. 12, n. 2.

(22) *Dixerunt: καταβολή vero in Græco magis dejicere significat, id est deorsum jacere, quod Latine improprie, ut diximus, constitutionem mundi.* Hæc quæ de suo adjecit Rufinus, in omnibus habentur mss.; sed omissa sunt in antea editis.

(23) *Novo*. Deest in antea editis, sed habetur in mss. Paulo post mss., « ex ipsius finis contemplatione. » Libb. antea editi, « et ipsius finis contemplatio est. »

(24) *Divinitus habitaculum*, etc. Hæc quæ locum superiorem ab Hieronymo allatum statim sequuntur in epist. ad Avitum, aut dissimulavit Rufinus, aut adulteravit uti liquet ex utriusque versionum collatione.

finis **150** contemplatione, sicut in superioribus frequenter ostendimus. Simile etiam rationabiles creaturas habuisse censendum est. Et si tale initium habuerint qualem finem sperant, fuerunt sine dubio jam ab initio in his quæ non videntur et æterna sunt. Quod si est, de superioribus ad inferiora descensum est non solum ab his animabus (25) quæ id motuum suorum varietate meruerunt, verum et ab his quæ ad totius mundi ministerium ex illis superioribus et invisibilibus ad hæc inferiora et visibilia deductæ sunt, licet non volentes; « vanitati quippe creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit in spe [83], » qua vel sol, vel luna, vel stellæ, vel angeli explerent obsequium mundo, et his animabus quæ ob nimios defectus mentis, crassioribus istis et solidioribus indiguere corporibus, et propter eos quibus hoc erat necessarium, mundus iste etiam visibilis institutus est. Ex hoc ergo communiter omnium per hanc significantiam, id est per καταβολὴν, a superioribus ad inferiora videtur indicari deductio. Spem sane libertatis universa creatura gerit ut a servitutis corruptione liberetur, cum filii Dei qui vel prolapsi, vel dispersi sunt, in unum fuerint congregati, vel cum cætera officia expleverint in hoc mundo, quæ solus cognoscit omnium artifex Deus. Talem vero, ac tantum putandum est factum esse mundum, qui vel omnes eas animas quæ in hoc mundo statutæ sunt exerceri, caperet, vel omnes eas virtutes quæ adesse eis, et dispensare eas, ac juvare paratæ sunt. Unius namque naturæ esse omnes rationabiles creaturas (26), ex multis assertionibus comprobatur : per quod solum Dei justitia omnibus earum (27) dispensationibus defendi potest, dum unaquæque in semetipsa habet causas quod in illo, vel in illo vitæ ordine posita sit.

rationabiles commorantes antequam ad inferiora loca descenderent, et de invisibilibus ad visibilia commigrarent, ruentesque ad terram crassis coporibus indigerent, antiqua beatitudine fruebantur. Unde conditor Deus fecit eis congrua humilibus locis corpora, et mundum istum visibilem fabricatus est, ministrosque ob salutem et correptionem eorum qui ceciderunt, misit in mundum; ex quibus alii certa obtinerent loca, et mundi necessitatibus obedirent; alii injuncta sibi officia singulis quibusque temporibus quæ novit artifex Deus, sedula mente tractarent. Et ex his sublimiora mundi loca sol et luna et stellæ quæ ab Apostolo creatura dicuntur, acceperunt. Quæ creatura vanitati subjecta est eo quod crassis circumdata corporibus et aspectui pateat; et tamen non sponte subjecta est vanitati, sed propter voluntatem ejus qui eam subjecit in spe. Et iterum : *Alii vero in singulis locis atque temporibus, quæ solus artifex novit, mundi gubernaculis serviunt, quos angelos esse credimus.* Et post paululum : *Quem rerum ordinem totius mundi regit Providentia, dum aliæ virtutes de sublimioribus corruunt, aliæ paulatim labuntur in terras; istæ voluntariæ descendunt, aliæ præcipitantur invitæ; hæ sponte suscipiunt ministeria, ut ruentibus manum porrigant; illæ coguntur ingratæ, ut tanto tempore in suscepto officio perseverent.* Et iterum : *Ex quo sequitur ut ob varios motus varii creentur et mundi, et post hunc quem incolimus, alius multo dissimilis mundus fiat. Nullusque alius diversis casibus et profectibus, et vel virtutum præmiis, vel vitiorum suppliciis, et in præsenti, et in futuro, atque in omnibus et retro, et priora temporibus potest merita dispensare, et ad unum rursum finem cuncta pertrahere, nisi solus conditor omnium Deus, qui scit causas propter quas alios permittat sua perfrui voluntate, et de majoribus ad ultima delabi, alios incipiat visitare et gradatim quasi manu data ad pristinum retrahere statum, et in sublimibus collocare.*

5. Hanc ergo dispositionem Dei quam postea ordinavit, jam tunc ab origine mundi rationibus causisque perspectis eorum qui vel pro defectu mentis venire in corpora merebantur, vel eorum qui visibilium cupiditate raptabantur, sed et illorum qui vel volentes (28) vel inviti præstare officia quædam his qui in hunc statum deciderant, compellebantur ab eo qui in spe subjiciebat, non intelligentes quidam, nec advertentes quod ex præcedentibus liberi arbitrii causis instituta fuisset a Deo dispositionis ista varietas, arbitrati sunt vel fortuitis motibus vel fatali necessitate agi omnia quæ in hoc mundo fiunt, nec esse aliquid in nostro arbitrio. Unde nec Dei providentiam inculpabilem assignare potuerunt.

6. Sicut autem diximus, quia multis, vel ministris, vel rectoribus, vel auxiliatoribus eguerunt animæ omnes quæ in hoc mundo versatæ sunt : ita in novissimis temporibus cum jam finis mundo proximus immineret, et in ultimam perditionem omne humanum vergeret genus, infirmatis non solum his qui regebantur, verum etiam illis quibus regendi fuerat sollicitudo commissa, non jam tali auxilio, nec similibus suis indiguit defensoribus, sed

[83] Rom. VIII, 20.

(25) Sic mss. In editis omittitur « solum, » et pro « animabus » legitur « animalibus ; » et paulo post, « deducta sunt, licet non volentia. »

(26) Vide l. II *Origenian.*, q. 5, n. 11.

(27) Ita mss. Editi autem, « eorum. » Paulo post mss., « hanc ergo dispositionem Dei. » In editis deest « ergo. »

(28) Sic mss. Editi vero, « nolentes. » Infra mss., « quæ in hoc mundo fiunt. » Editi, « quæ in hoc mundo sunt. » Paulo post mss., « sicut autem diximus. » Editi, « sicut autem audivimus. »

auctoris ipsius et creatoris sui opem depoposcit, qui et his obediendi, et illis regendi corruptam profanamque restitueret disciplinam. Unde unigenitus Filius Dei qui erat Verbum et sapientia Patris, cum esset in ea gloria apud Patrem quam habuit antequam mundus esset, exinanivit **151** semetipsum, et formam servi accipiens efficitur obediens usque ad mortem, ut obedientiam doceret eos qui non aliter nisi per obedientiam salutem consequi poterant; regendi quoque regnandique corruptas restituit leges, dum omnes inimicos subjecit pedibus suis, ut per hoc quod necesse est eum regnare donec ponat inimicos suos sub pedibus et novissimum inimicum destruat mortem, rectores ipsos regendi doceat moderamina. Quia ergo non solum regendi, vel regnandi (29), verum etiam obediendi, ut diximus, venerat reparare disciplinam, in semetipso prius complens quod ab aliis volebat impleri, idcirco non solum usque ad mortem crucis Patri obediens factus est, verum etiam in consummatione sæculi in semetipso complectens omnes quos subjicit Patri, et qui per eum veniunt ad salutem, cum ipsis et in ipsis ipse quoque subjectus dicitur Patri : dum omnia in ipso constant, et ipse est caput omnium, et in ipso est salus et salutem consequentium plenitudo (30). Hoc ergo est quod de eo dicit Apostolus : « Cum autem ei subjecta fuerint omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit ei qui sibi subdidit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus [54]. »

7. Verum nescio quo pacto hæretici non (31) intelligentes Apostoli sensum qui his verbis continetur, subjectionis in Filio nomen infamant; cujus appellationis si proprietas requiritur, ex contrariis facile poterit inveniri. Nam si subjectum esse non est bonum, restat ut illud quod contrarium est, bonum sit, id est non esse subjectum. Sermo namque Apostoli secundum quod isti volunt, hoc videtur ostendere, dum dicit : « Cum autem ei subjecta fuerint omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit ei qui sibi subdidit omnia [55], » ut quasi is qui nunc Patri subjectus non sit, subjectus futurus sit tunc cum prius Pater ei universa subjecerit. Sed miror quomodo hoc intelligi possit, ut is qui nondum sibi subjectis omnibus non est ipse subjectus, tunc cum

A subjecta fuerint sibi omnia, cum rex omnium fuerit, et potestatem tenuerit universorum, tunc eum subjiciendum putent, cum subjectus ante non fuerit; non intelligentes quod subjectio Christi ad Patrem beatitudinem nostræ perfectionis ostendit, et suscepti ab eo operis palmam declara', cum non solum regendi ac regnandi summam quam in universam emendaverit creaturam, verum etiam obedientiæ et subjectionis correcta (32) reparataque humani generis Patri offerat instituta. Si ergo bona et salutaris accipitur ista subjectio qua subjectus esse dicitur Filius Patri (33), valde consequens et cohærens est ut et inimicorum quæ dicitur Filio Dei esse subjectio, salutaris quædam intelligatur et utilis; ut sicut cum dicitur Filius Patri subjectus, perfecta B universæ creaturæ restitutio declaratur, ita cum Filio Dei inimici dicuntur esse subjecti (34), subjectorum salus in eo intelligatur et reparatio perditorum.

8. Verum certis quibusque et modis, et disciplinis, et temporibus subjectio ista complebitur; non necessitate aliqua ad subjectionem cogente, ne per vim subditus fiat omnis mundus Deo, sed verbo, ratione, doctrina, provocatione meliorum, institutionibus optimis, comminationibus quoque dignis et competentibus, quæ juste immineant his qui salutis et utilitatis suæ curam sanitatemque contemnunt. Denique et nos homines cum vel servos, vel filios erudimus, dum adhuc per ætatem rationis incapaces sunt (35), minis eos et metu coercemus; cum C vero boni, utilis et honesti intelligentiam ceperint, tum jam cessante verberum metu, verbo ac ratione suasi ad omnia quæ bona sunt, acquiescunt. Quomodo autem servata in omnibus rationabilibus creaturis arbitrii libertate unusquisque debeat dispensari, id est, quos velut jam paratos et capaces sermo Dei et inveniat et instituat, quos autem interim differat, a quibus vero penitus occultetur, et longe eorum a se fieri dispenset auditum, quosque rursum contemnentes indicatum sibi et prædicatum verbum Dei correptionibus quibusdam et castigationibus illatis perurgeat ad salutem, conversionemque eorum quodammodo exigat et extorqueat; quibusnam vero etiam occasiones quasdam præstet salutis, ita ut interdum etiam ex responsione sola fide probata

[54] I Cor. xv, 28. [55] Ibid.

(29) Sic mss. Editi vero, « docendi. » Paulo infra mss., « quos subjicit Patri et qui per eum veniunt. » In editis pro « subjicit, » legitur « subjecit, » et « venerunt, » pro « veniunt. » Paulo post mss., « omnia in ipso constant et ipse est caput omnium, et in ipso est salus et salutem consequentium plenitudo. » Editi, « omnia constant et ipse est caput. Etiam ipse est salus, salutem consequentium plenitudo. »

(30) Vide l. III *Origenian.*, q. 11, n. 16.

(31) *Non.* Hanc particulam quæ in editis deerat, restituunt mss. Paulo infra mss., « secundum quod isti volunt. » In editis pro « volunt » legitur « dicunt. » Paulo post mss. : « Ut quasi is qui nunc Patri subjectus non sit, subjectus futurus sit tunc cum prius Pater ei. » Editi, « ut qui quasi is qui nunc

D Patri non sit subjectus, futurus sit tunc cum Pater ei. » Infra libb. editi, « quam universa emendaverit creatura. » sed mss. ut in nostro textu. Forte legendum, qua universam emendaverit creaturam. »

(32) *Reparata.* Ita mss. Editi autem, « parata. »

(33) Vide l. II *Origenian.*, q. 11, num. 16.

(34) Cave.

(35) Alias, « dum adhuc veritatis per ætatem rationis incapaces sunt. » Sed in mss. deest « veritatis : » quam vocem utpote hic redundantem omisimus. Paulo post mss., « verbo ac ratione suasi ad omnia. » Alias, verbo ac ratione sua ad omnia. » Infra mss., « occasiones quasdam præstet. » In editis deest, « quasdam. » Paulo infra mss., « gloria in æterna sæcula. » Alias, « gloria æterna in sæcula. »

indubitatam quis ceperit salutem; quibus hæc ex causis vel quibus occasionibus fiant; quidve in his intro inspiciens divina sapientia, vel quos motus propositi eorum videns hæc universa dispenset, soli Deo cognitum est et Unigenito ejus, per quem creata ac reparata sunt universa, et Spiritui sancto per quem cuncta sanctificantur, qui ab ipso Patre procedit, cui est gloria in æterna sæcula. Amen.

CAPUT VI.

De consummatione mundi.

1. De fine vero mundi et consummatione omnium jam quidem et in superioribus pro viribus nostris disseruimus, secundum quod divinæ Scripturæ indulsit auctoritas, quæ sufficere ad instructionem putamus, paucis etiam nunc admonitis, quoniam ad **152** hunc nos locum quæstionis ordo perduxit (36). Igitur summum bonum ad quod natura rationabilis universa festinat, quod etiam finis (37) omnium dicitur, a quamplurimis etiam philosophorum hoc modo terminatur, quia summum bonum sit, prout possibile est, similem fieri Deo. Sed hoc non tam ipsorum inventum, quam ex divinis libris ab eis assumptum puto. Hoc namque indicat Moyses ante omnes, cum primam conditionem hominis enarrat dicens: « Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. » Tunc deinde addit: « Et fecit Deus hominem, ad Dei imaginem fecit illum, masculum et feminam fecit eos, et benedixit eos[56]. » Hoc ergo quod dixit, « ad imaginem Dei fecit eum, » et de similitudine siluit, non aliud indicat nisi quod imaginis quidem dignitatem in prima conditione percepit (38); similitudinis vero perfectio in consummatione servata est; scilicet ut ipse sibi eam propriæ industriæ studiis ex Dei imitatione consciscerет, cum possibilitate sibi perfectionis in initiis data per imaginis dignitatem, in fine demum per operum expletionem perfectam sibi ipse similitudinem consummaret. Sed apertius hæc et evidentius ita se habere Joannes apostolus definit, hoc modo pronuntians: « Filioli, nondum scimus quid futuri sumus; si vero revelatum nobis fuerit de Salvatore, sine dubio dicetis, Similes ei erimus[57]. » Per quod certissime indicat et finem omnium, quem adhuc sibi dicit ignotum, et similitudinem Dei sperandam, quæ pro meritorum perfectione præstabitur. Ipse quoque Dominus in Evangelio hæc eadem (39) non solum futura, verum etiam sui intercessione futura designat, dum ipse

A hoc a Patre discipulis suis impetrare dignatur, dicens: « Pater, volo ut ubi ego sum et isti sint mecum; et sicut ego et tu unum sumus, ita et isti in nobis unum sint[58]. » In quo jam videtur ipsa similitudo (40), si dici potest, proficere, et ex simili unum jam fieri, pro eo sine dubio quod in consummatione vel fine omnia et in omnibus Deus est.

In quo requiritur a nonnullis, si ratio naturæ corporeæ quamvis expurgatæ ad liquidum et penitus spiritalis effectæ, non videatur obsistere vel ad similitudinis di-
B gnitatem, vel ad unitatis proprietatem; quod naturæ divinæ quæ utique incorporea est, nec similis videatur dici corporea natura posse, nec unum cum ea vere ac merito designari, maxime cum id quod unum est Filius cum Patre, ad naturæ proprietatem referendum fidei veritas doceat.

INTERP. S. HIERON.

Quia, ut crebro jam diximus (41), *principium rursus ex fine generatur, quæritur utrum et tunc futura sint corpora, an sine corporibus aliquando vivendum sit, cum redacta in nihilum fuerint; et incorporalium vita incorporalis esse credenda sit, qualem et Dei novimus. Nec dubium est quin si omnia corpora ad mundum istum sensibilem pertineant, quæ appellantur ab Apostolo visibilia, futura sit vita incorporalium incorporalis.*

Et paulo post: *Illud quoque quod ab eodem Apostolo dicitur: « Omnis creatura liberabitur a servi-*
C *tute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei[59], » sic intelligimus, ut primam creaturam rationabilium et incorporalium esse dicamus, quæ non serviat corruptioni, eo quod non sit vestita corporibus; et ubicunque corpora fuerint, statim corruptio subsequatur. Postea autem liberabitur de servitute corruptionis quando receperint gloriam filiorum Dei, et Deus fuerit omnia in omnibus.*

Et in eodem loco: *Ut autem incorporeum finem omnium rerum esse credamus, illa nos Salvatoris oratio provocat in qua ait: « Ut quomodo ego et tu unum sumus, sic et isti in nobis unum sint[60]. » Etenim scire debemus quid sit Deus, et quid sit futurus in fine Salvator: et quomodo in sanctis similitudo Patris et Filii repromissa sit; quomodo in se illi*
D *unum sunt, sic et isti in eis unum sint. Aut enim suscipiendum est universitatis Deum vestiri corpore, et quomodo nos carnibus, sic illum qualibet materia circumdari, ut similitudo vitæ Dei, in fine sanctis possit æquari; aut si hoc indecens est, maxime apud*

[56] Gen. I, 26, 27. [57] Joan. III, 2, 3. [58] Joan. XVII, 21. [59] Rom. VIII, 28. [60] Joan. XVII, 21.

(36) Vide l. II *Origenian.*, q. 12, n. 9.

(37) Sic mss. Editi vero, « quæ etiam finis. » Paulo post mss., « assumptum puto. » Editi, « sumptum puto. »

(38) Ita mss. Editi autem, « perceperit. » Paulo post mss., possibilitate sibi perfectionis in initiis data. » Editi mendose, « possibilitatem sibi perfectionis divinitus datam. » Paulo infra mss., « ita se habere Joannes. » Editi, « in se habere Joannes. »

(39) *Hæc eadem.* Omittunt libb. editi, sed restituunt mss.: mox mss., « designat dum ipse hoc. » Editi, « denuntiat ipse dum hoc. » Paulo post mss., « in quo jam videtur. » Editi, « in quo jam videbitur. »

(40) Vide l. II *Origenian.*, q. 11, num. 7 et 10.

(41) *Quia, ut crebro jam diximus.* etc. Hieronymus epist. 94, ad Avitum, hæc refert dixisse Origenem, « cum de fine disputare cœpisset; » quæ omnia utpote nimis erronea prætermisit Rufinus, et alia nobis hic et paulo ante obtrudit, ut legenti patebit.

eos qui saltem ex minima parte Dei sentire cupiunt majestatem, et ingenitæ atque omnia excedentis naturæ gloriam suspicari; e duobus alterum suscipere cogimur, ut aut desperemus similitudinem Dei, si eadem semper sumus corpora habituri, aut si beatitudo nobis ejusdem cum Deo vitæ promittitur, eadem qua vivit Deus, nobis conditione vivendum est.

(42) [Λεγομένου τοῦ Θεοῦ πάντα γενέσθαι ἐν πᾶσιν, ὥσπερ οὐ δυνάμεθα κακίαν καταλιπεῖν, οὔτε Θεὸς πάντα γίνεται ἐν πᾶσιν, οὐδὲ ἄλογα ζῶα, ἵνα μὴ καὶ ἐν κακίᾳ ὁ Θεὸς γίνηται, καὶ ἐν ἀλόγοις ζώοις· ἀλλ' οὐδὲ ἄψυχα, ἵνα μὴ καὶ ἐν αὐτοῖς ὁ Θεὸς, ὅτε πάντα γίνεται. Οὕτως οὐδὲ σώματα, ἅτινα τῇ ἰδίᾳ φύσει ἄψυχά ἐστιν.

VERS. NOV.

Cum Deus dicatur fieri omnia in omnibus, quemadmodum non possumus asserere nequitiam, ita neque Deus fit omnia in omnibus, neque id quod sunt bruta, ne Deus sit quoque in malitia et in brutis animalibus; sed neque fit quod sunt inanimata, ne sit etiam in illis, quando fit omnia. Ita neque fit quod corpora sunt, quæ propria natura inanima sunt.]

2. Cum ergo in fine Deus esse omnia et in omnibus promittatur, sicut consequens est (43), non est putandum venire ad illum finem animalia, vel pecora, vel bestias, ne etiam in animalibus, B aut pecoribus, vel bestiis Deus inesse designetur; sed nec ligna vel lapides, ne in his quoque esse dicatur Deus. **153** Ita ne ullam quidem malitiam ad illum finem putandum est pervenire: ne dum in omnibus Deus esse dicitur, etiam in aliquo malitiæ vasculo inesse dicatur. Nam et si nunc quoque ubique et in omnibus dicimus esse Deum, pro eo quod nihil C potest esse vacuum Deo, non tamen ita esse dicimus, ut omnia sit nunc in quibus est. Unde diligentius intuendum est quale est hoc quod perfectionem beatitudinis rerumque finem significat: quod non solum in omnibus (44) esse dicitur Deus, sed etiam omnia in omnibus. Quæ sint ergo ista omnia quæ Deus futurus sit in omnibus, requiramus.

3. Et ego quidem arbitror, quia hoc quod in A omnibus omnia dicitur esse Deus, significet etiam in singulis eum omnia esse. Per singulos autem omnia erit hoc modo, ut quidquid rationabilis mens expurgata omnium vitiorum fæce, atque omni penitus abstersa nube malitiæ, vel sentire, vel intelligere, vel cogitare potest, omnia Deus sit, nec ultra jam aliud aliquid nisi Deum videat, Deum teneat, omnis motus sui Deus modus et mensura sit; et ita erit omnia Deus: non enim jam ultra boni malique discretio, quia nusquam malum; omnia enim Deus est, cui jam non adjacet malum; nec ultra ex arbore sciendi bonum et malum manducare concupiscet, qui semper in bono est, et cui omnia Deus est. Sic ergo finis ad principium reparatus, et rerum exitus collatus initiis, restituet B illum statum quem tunc habuit natura rationabilis, cum de ligno sciendi bonum et malum comedere non egebat; ut amoto omni malitiæ sensu, et ad sincerum purumque deterso, solus qui est unus bonus Deus hic ei fiat omnia, et non in paucis aliquibus vel pluribus, sed in omnibus ipse sit omnia (45). Cum jam nusquam mors, nusquam aculeus mortis, nusquam omnino malum, tunc vere Deus omnia in omnibus erit.

Verum (46) istam perfectionem (47) ac beatitudinem rationabilium creaturarum, vel naturarum, ita demum quidam permanere in eodem C statu quo supra diximus putant, id est ut Deum omnia habeant, et Deus eis sit omnia, si nullatenus eas societas naturæ corporalis amoveat (48). Alioquin existimant gloriam summæ beatitudinis impediri, si materialis substantiæ interseratur admistio. De qua re plenius a nobis quæ in su-

INTERPRET. HIERONYMI.

Nec dubium est quin post quædam intervalla temporum rursus materia subsistat, et corpora fiant, et mundi diversitas construatur propter varias voluntates rationabilium creaturarum quæ post perfectam beatitudinem usque ad finem omnium rerum paulatim ad inferiora delapsæ tantam malitiam receperunt, ut in contrarium verterentur, dum nolunt servare principium, et incorruptam beatitudinem possidere.

(42) *Λεγομένου τοῦ Θεοῦ.* Locus hic exstat ad calcem epistolæ Justiniani imperatoris ad Menam.

(43) Ita mss. Editi autem, « sicut conveniens est. » Paulo post mss., « ne in his quoque esse dicatur Deus. Ita ne ullam quidem. » Editi, « ut in his quoque esse dicatur Deus. Ita nec ullam quidem. » Mox mss., « in aliquo malitiæ vasculo inesse. » In editis deest, « malitiæ, » et pro « inesse » legitur « esse. »

(44) *Quod non solum in omnibus esse dicitur Deus, sed etiam omnia in omnibus.* Hæc desunt in antea editis, sed in omnibus habentur nostris mss.

(45) *Et non in paucis aliquibus vel pluribus, sed in omnibus ipse sit omnia.* Hæc quoque in antea editis desiderantur quæ nostri mss. restituunt.

(46) Caute lege.

(47) *Verum istam perfectionem*, etc. Mihi valde hoc loco adhuc suspecta est interpretis Rufini fides. Pervulgatum quippe Origenis dogma de beatarum animarum peccatis et lapsibus, in alios interpretatione sua transfert. Quinetiam quod aliis ascribentem Origenem inducit, id confutantem ipsum exhibet D infra num. 6, his verbis: « In quo statu (beatitudinis) etiam permanere semper et immutabiliter Creatoris voluntate est credendum, » etc. Suspicor itaque hæc omnia de suo Rufinum attexuisse et pro iis obtrudisse quæ initio hujus capitis num. 1, et hic ex epistola Hieronymi ad Avitum repræsentantur. Videsis lib. II *Origenian.*, q. 11, num. 9.

(48) Sic mss. Editi mendose, « corporali admoveat. » Paulo post mss., « quoniam apud Apostolum mentionem spiritalis corporis invenimus qualiter etiam inde sentiri. » Editi, « quoniam apostolum Paulum mentionem spiritalis fecisse invenimus; qualiter etiam mihi sentiri. » Paulo infra mss., « talem quamdam esse sentimus. » Editi, « talem quidem esse sentimus. » Mox mss., « verum etiam omnem illam creaturam. » In editis deest « omnem. » Ibidem mss., « de corpore etiam illud Apostolus dixit; » editi, « de quo corpore etiam Paulus apostolus dixit.

perioribus occurrere potuerunt, pertractata atque digesta sunt.

Nec hoc ignorandum quod multæ rationabiles creaturæ usque ad secundum et tertium et quartum mundum servent principium, nec mutationi in se locum tribuant; aliæ vero tam parum de pristino statu amissuræ sint, ut pene nihil perdidisse videantur, et nonnullæ grandi ruina in ultimum præcipitandæ sint barathrum. Novitque dispensator omnium Deus in conditione mundorum singulis abuti juxta meritum et opportunitates et causas quibus mundi gubernacula sustentantur et initiantur: ut qui omnes vicerit nequitia, et penitus se terræ coæquaverit, in alio mundo qui postea fabricandus est, fiat diabolus, principium plasmationis Domini, ut illudatur ei ab angelis qui exordii amisere virtutem.

4. Nunc vero quoniam apud Apostolum mentionem spiritalis corporis invenimus, qualiter etiam inde sentiri debeat de hoc, tantummodo prout possumus requiramus. Quantum ergo sensus noster capere potest, qualitatem spiritalis corporis talem quamdam esse sentimus, in quo inhabitare deceat non solum sanctas quasque perfectasque animas, verum etiam omnem illam creaturam quæ liberabitur a servitute corruptionis. De corpore etiam illud Apostolus dixit: « Domum habemus non manu factam, æternam in cœlis [61], » id est in mansionibus beatorum. Ex hoc ergo conjecturam (49) capere possumus, quantæ puritatis, quantæ subtilitatis, quantæque gloriæ sit qualitas corporis illius, si comparationem faciamus ejus ad ea quæ nunc, licet cœlestia sint et splendidissima corpora, manu facta tamen sunt et visibilia. De illo autem dicitur domus esse non manu facta, sed æterna in cœlis. Quia ergo « quæ videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna **154** sunt [62], » omnibus his corporibus, quæ sive in terris, sive in cœlis videmus, et quæ videri possunt, et manu facta sunt, et æterna non sunt, multa longe prælatione præcellit illud quod et visibile non est, nec manu factum est, sed æternum est. Ex qua comparatione conjici (50) potest quantus decor, quantus splendor, quantus fulgor sit corporis spiritalis; et verum esse illud quod dictum est, quia « oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus illum [63]. » Non autem dubitandum est (51) naturam corporis hujus nostri voluntate Dei qui talem fecit eam, usque ad illam qualitatem subtilissimi et purissimi ac splendidissimi corporis posse a Creatore perduci, prout rerum status vocaverit et meritum rationabilis naturæ poposcerit. Denique cum varietate et diversitate mundus indiguit, per diversas rerum facies speciesque omni famulatu præbuit se materia conditori, utpote Domino et creatori suo, quo diversas cœlestium terrenorumque ex ea duceret formas. Cum vero res ad illud cœperint festinare ut sint omnes unum, sicut est Pater cum Filio unum, consequenter intelligi datur, quod ubi omnes unum sunt, jam diversitas non erit.

5. Propterea namque (52) etiam novissimus inimicus (53), qui mors appellatur, destrui dicitur, ut neque ultra triste sit aliquid ubi mors non est, neque adversum sit, ubi non est inimicus. Destrui sane novissimus inimicus ita intelligendus est, non ut substantia ejus quæ a Deo facta est pereat, sed ut propositum et voluntas inimica, quæ non a Deo, sed ab ipso processit, intereat. Destruetur ergo non ut non sit, sed ut inimicus non sit et mors. Nihil enim Omnipotenti impossibile est, nec insanabile est aliquid factori suo; propterea enim fecit omnia ut essent, et quæ facta sunt ut essent, non esse non possunt. Propter quod immutationem quidem varietatemque recipient, ita ut pro meritis vel in meliori vel in deteriori habeantur statu; substantialem vero interitum ea quæ a Deo ad hoc facta sunt ut essent et permanerent, recipere non possunt. Non enim quæ opinione vulgi interire creduntur, continuo etiam vel fidei vel veritatis ratio ea interire consenserit. Denique caro nostra ab imperitis et infidelibus ita post mortem deperire existimatur, ut nihil prorsus reliquum substantiæ suæ habere credatur. Nos vero (54) qui resurrectionem ejus credimus, immutationem ejus tantummodo per mortem factam intelligimus, substantiam vero ejus certum est permanere, et voluntate Creatoris sui certoque tempore rursus reparari ad vitam, atque iterum permutationem ejus fieri, ut quæ primo fuit caro ex terra terrena, tum deinde dissoluta per mortem, et iterum facta cinis ac terra, « Quoniam terra es, inquit, et in terram ibis [64], » rursum resuscitetur e terra, et post hoc jam, prout meritum inhabitantis animæ poposcerit, in gloriam corporis proficiat spiritalis.

6. In hunc ergo statum omnem hanc nostram substantiam corporalem putandum est perducendam, tunc cum omnia restituentur, ut unum sint, et cum Deus fuerit omnia in omnibus. Quod tamen (55) non ad subitum fieri, sed paulatim et per partes intelligendum est, infinitis et immensis labentibus sæcu-

[61] II Cor. v, 1. [62] II Cor. iv, 18. [63] I Cor. ii, 9. [64] Gen. iii, 19.

(49) *Conjecturam.* Optime mss. Male editi, « et censuram. »

(50) Sic mss. Editi mendose, « convinci. »

(51) Vide l. ii *Origenian.*, q. 9, n. 7.

(52) Sic mss. In editis deest « namque, » et post inimicus, » additur: « id est diabolus. » Paulo post mss., « propter quod immutationem quidem. » Editi, « propterea mutationem quidem. » Mox mss., « quæ a Deo ad hoc facta sunt. » In editis deest « ad hoc. » Post paululum mss., « interire creduntur. » Editi, « interire dicuntur. » Infra mss., « prout meritum..... poposcerit, in gloriam corporis proficiat spiritalis. » Editi, « velut meritum... poposcerit, in gloria corporis proficiet spiritalis. »

(53) Vide l. ii *Origenian.*, q. 11, n. 18, et quæst. 5, num. 14.

(54) Vide l. ii *Origenian.*, quæst. 9, num. 6.

(55) Vide l. ii *Origenian.*, quæst. 11, num. 10.

lis, cum sensim et per singulos emendatio fuerit et correctio prosecuta, præcurrentibus aliis et velociori cursu ad summa tendentibus, aliis vero proximo quoque spatio insequentibus, tum deinde aliis longe posterius, et sic per multos et innumeros ordines proficientium ac Deo se ex inimicis reconciliantium pervenitur usque ad novissimum inimicum qui dicitur mors, ut etiam ipse destruatur ne ultra sit inimicus. Cum ergo restitutæ fuerint omnes rationabiles animæ in hujuscemodi statum, tunc natura etiam hujus corporis nostri (56) in spiritalis corporis gloriam perducetur. Sicut enim de rationabilibus naturis videmus, non alias esse quæ pro peccatis in indignitate vixerint, et alias quæ pro meritis ad beatitudinem invitatæ sint, sed has easdem quæ ante fuerant peccatrices, conversas postmodum et Deo reconciliatas videmus ad beatitudinem revocari; ita etiam de natura corporis sentiendum est (57), quod non aliud corpus est quo nunc in ignobilitate et in corruptione et infirmitate utimur, et aliud erit illud quo in incorruptione, et in virtute, et in gloria utemur; sed hoc idem abjectis his infirmitatibus in quibus nunc est, in gloriam transmutabitur spiritale effectum, ut quod fuit indignitatis vas, hoc ipsum expurgatum fiat vas honoris et beatitudinis habitaculum. In quo statu etiam (58) permanere semper et immutabiliter Creatoris voluntate est credendum, fidem rei faciente sententia Apostoli dicentis: « Domum habemus non manu factam, æternam (59) in cœlis [65]. » Non enim secundum quosdam Græcorum philosophos præter hoc corpus quod ex quatuor elementis est, aliud quintum corpus quod per omnia aliud sit et diversum ab hoc nostro corpore, fides Ecclesiæ recipit: quoniam neque ex Scripturis sanctis vel suspicionem aliquam proferre de his quis potest, neque ipsa rerum consequentia hæc recipi patitur, maxime cum manifeste definiat sanctus Apostolus, quia non nova aliqua corpora resurgentibus a mortuis dentur, sed hæc ipsa quæ viventes habuerant, ex deterioribus in melius transformata recipiant. Ait enim: « Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale; seminatur in corruptione, **155** resurget in incorruptione; seminatur in infirmitate, resurget in virtute; seminatur in ignobilitate, resurget in gloria [66]. » Sicut ergo profectus est homini quidam (60), ut cum sit prius animalis homo, nec intelligat quæ sunt Spiritus Dei, veniat in hoc per eruditionem ut efficiatur spiritalis, et dijudicet omnia, ipse vero a nemine

A dijudicetur; ita etiam de corporis statu sentiendum est, quod ipsum idem corpus quod nunc pro ministerio animæ nuncupatum est animale, per profectum quemdam, cum anima adjuncta Deo unus cum eo spiritus fuerit effecta, jam tunc corpus quasi spiritui ministrans in statum qualitatemque proficiat spiritalem, maxime cum, sicut sæpe ostendimus, talis a Conditore facta sit natura corporea, ut in quamcunque voluerit, vel res poposcerit qualitatem, facile subsequatur.

7. Omnis igitur hæc ratio hoc continet, quod duas generales naturas condiderit Deus: naturam visibilem, id est corpoream, et naturam invisibilem, quæ est incorporea. Istæ vero duæ naturæ diversas sui recipiunt permutationes. Illa quidem B invisibilis quæ rationabilis est, animo propositoque mutatur pro eo quod arbitrii sui libertate donata est; et per hoc aliquando in bonis, aliquando in contrariis invenitur. Hæc vero natura corporea substantialem recipit permutationem; unde et ad omne quod moliri, vel fabricare, vel retractare voluerit artifex omnium Deus, materiæ hujus habet in omnibus famulatum, ut in quascunque vult formas vel species, prout rerum merita deposcunt, naturam corpoream transmutet et transferat. Quod evidenter propheta designans ait: « Deus qui facit omnia et transmutat. »

8. Jam sane illud quærendum est, si tunc cum erit Deus omnia in omnibus, in consummatione omnium universa corporis natura una specie C constabit, et omnis qualitas corporis illa sola erit quæ in illa inenarrabili gloria fulgebit, quæ spiritalis corporis futura esse sentienda est. Si enim recte accipimus, id in initio libri sui Moyses scribit dicens: « In principio fecit Deus cœlum et terram [67]. » Hoc enim principium totius creaturæ; ad hoc principium finem omnium consummationemque convenit revocare: id est ut illud cœlum, et illa terra, habitatio et requies sit piorum; ita ut prius terræ illius sancti quique et mansueti hæreditatem capiant, quandoquidem hoc etiam lex, et prophetæ, et Evangelium docent. In qua terra puto esse veras illas et vivas formas illius observantiæ quam Moyses per legis umbram tradebat. De quibus dictum est, D quia « exemplari et umbræ deserviunt cœlestium [68]; » hi scilicet, qui serviebant in lege. Sed et ad ipsum Moysen dictum est: « Vide ut facias omnia (61) secundum formam et similitudinem quæ tibi ostensa est in monte [69]. » Unde mihi videtur quod sicut in

[65] II Cor. v, 1. [66] I Cor. xv, 42, 43, 44. [67] Gen. i, 1. [68] Heb. viii, 5. [69] Exod. xxx, 40.

(56) Sic mss. In editis deest, « nostri. » Deest item « spiritalis corporis. »

(57) Vide l. ii *Origenian.*, quæst. 9, num. 7.

(58) Vide l. ii *Origenian.*, q. 11, n. 9 et 23.

(59) *Æternam*. Deest in antea editis, sed habetur in mss. Mox mss., « secundum quosdam Græcorum philosophos. » In editis deest, « quosdam. » Paulo post mss., « fides Ecclesiæ recipit. » Editi, « fides necessario recipit. »

(60) *Quidam* Ita manuscripti. Editi vero, « quidem. » Infra manuscripti, « pro ministerio animæ. » Editi mendose, « pro mysterio animæ. » Mox mss., « cum anima adjuncta Deo unus cum eo spiritus. » In editis deest, « adjuncta. »

(61) *Omnia*. Hæc vox deest in editis, sed habetur in mss. Mox mss., « ab ipsa perduci deberent. » Editi, « ab ipso perduci deberent. » Paulo post mss., « sanctos quosque suscipiens. » In editis deest, « quosque. » Mox mss., « in quo vere erit illud. » Editi omittunt, « vere. »

hac terra lex pædagogus quidam fuit eorum qui ad Christum ab ipsa perduci deberent, eruditi ab ea et instituti ut facilius possent post institutionem legis perfectiora quæque instituta Christi suscipere; ita etiam alia terra sanctos quosque suscipiens, veræ et æternæ legis institutionibus eos prius imbuat et informet, quo facilius etiam illis cœli perfectis, et quibus addi jam nihil potest, institutis potiantur; in quo vere erit illud quod æternum dicitur Evangelium, et Testamentum semper novum quod nunquam veterascet.

9. Hoc itaque modo in consummatione ac restitutione omnium fieri putandum est, ut paulatim proficientes, et ascendentes modo et ordine perveniant primo ad terram illam, et eruditionem quæ in ea est, in qua ad meliora, et illa quibus jam addi nihil potest, instituta præparentur. Post actores enim et procuratores Christus Dominus qui est rex omnium, regnum ipse (62) suscipiet; id est post eruditionem sanctarum virtutum eos qui eum capere possunt secundum quod sapientia est, ipse instruet, regnans in eis tandiu usquequo eos etiam Patri subjiciat qui sibi subdidit omnia, id est ut cum capaces Dei effecti fuerint, sit eis Deus omnia in omnibus.

(63) Tunc ergo consequenter etiam natura corporea illum summum, et cui addi jam nihil possit, recipiet statum. Hactenus nobis etiam corporeæ naturæ vel spiritalis corporis ratione discussa, arbitrio legentis relinquimus, ex utroque quod melius judicaverit eligendum (64). Nos vero in his finem libri tertii faciamus.

VERSIO HIERONYMI. *Et erit Deus omnia in omnibus, ut universa natura corporea redigatur in eam substantiam quæ omnibus melior est, in divinam scilicet, qua nulla est melior.*

156 LIBER QUARTUS.

Περὶ (65) τοῦ θεοπνεύστου τῆς θείας Γραφῆς, καὶ πῶς ταύτην ἀναγνωστέον καὶ νοητέον· τίς τε ὁ τῆς ἐν αὐτῇ ἀσαφείας λόγος, καὶ τοῦ κατὰ τὸ ῥητὸν ἔν τισιν ἀδυνάτου ἢ ἀλόγου.

Ἐπειδὴ περὶ τηλικούτων ἐξετάζοντες πραγμάτων, οὐκ ἀρκούμενοι ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις καὶ τῇ ἐναργείᾳ τῶν βλεπομένων, προσπαραλαμβάνομεν (66), εἰς τὴν φαινομένην ἡμῖν ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων, μαρτύρια τὰ ἐκ τῶν πεπιστευμένων ἡμῖν εἶναι θείων Γραφῶν, τῆς τε λεγομένης Παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ τῆς καλουμένης Καινῆς, λόγῳ τε πειρώμεθα κρατύνειν ἡμῶν τὴν πίστιν· καὶ οὐδέπω περὶ τῶν Γραφῶν ὡς θείων

Quod Scripturæ divinitus inspiratæ sint.

1. Verum quoniam de tantis et talibus rebus disserentibus non sufficit humanis sensibus et communi intellectui summam rei committere, et, ut ita dixerim, visibiliter de invisibilibus pronuntiare, assumenda nobis sunt ad probationem horum quæ dicimus, etiam divinarum Scripturarum testimonia. Quæ testimonia ut certam et indubitatam fidem præstent, sive in his quæ dicenda nobis, sive quæ jam dicta sunt, necessarium prius videtur ostendere quod ipsæ Scripturæ divinæ sint, id est, Dei Spiritu inspiratæ (67). Igitur quam poterimus breviter etiam

INTERPRETATIO NOVA.

Scriptura divinitus inspirata: quomodo hæc legenda et intelligenda. Quæ obscuritatis in ea ratio. Cur aliqua in ea secundum litteram impossibilia vel a ratione aliena.

1. Quoniam in tantarum rerum disquisitione, vulgaribus sententiis et eorum quæ sub oculos cadunt evidentia non contenti, assumimus tam ex illo quod Vetus, quam ex illo quod Novum dicitur, Testamento testimonia Scripturarum quas divinas esse credimus, ad ea quæ dicimus comprobanda, tum fidem nostram ratione confirmare conamur; necdum vero de Scripturis ut divinis disseruimus: age de his quoque pauca summatim et breviter disputemus, proponentes ea quæ nos movent ut pro divinis litteris illa

(62) *Ipse.* Sic mss. Editi, « ipsum. »

(63) Sanctus Hieronymus epistola 94 ad Avitum ait Origenem « post disputationem longissimam qua omnem creaturam corpoream in spiritualia corpora et tenuia dicit esse mutandam, cunctamque substantiam in unum corpus mundissimum et omni splendore purius convertendam, et talem qualem nunc humana mens non potest cogitare, » ad extremum intulisse: « Et erit Deus omnia in omnibus, ut universa natura corporea redigatur in eam substantiam quæ omnibus melior est; in divinam scilicet, qua nulla est melior. » Ex quibus cum sequi videatur Deo corpus, licet tenuissimum, inesse, hæc dissimulavit Rufinus, aut in alium sensum detorsit. Vide l. II *Origenian.*, q. 1.

(64) Vide l. II *Origenian.*, quæst. 11, num. 15.

(65) Græca hæc desumpta sunt e capite primo *Philocaliæ*, et collata cum quinque codd. mss., nempe tribus Regiis 952, 2877, 2274, uno Coisliniano num. 226, et cum altero illustrissimi D. D. Foucaut.

(66) *Προσπαραλαμβάνομεν.* Ita quatuor mss. Editio autem Tarini, προπαραλαμβάνομεν. Infra tres mss.. πειρώμεθα κρατύνειν. Reliqui cum edit. Tarini, πειράμεθα κρατύνειν. Paulo post, καὶ πρῶτόν γε τοῦ ἀπ' αὐτῶν τῶν γραμμάτων. In primo Regio deest τῶν γραμμάτων, quod sine sensus dispendio abesse potest. Forte etiam hoc loco pro πρῶτόν γε τοῦ ἀπ' αὐτῶν, legendum πρὸ τοῦ γε ἀπ' αὐτῶν.

(67) *Prius videtur ostendere quod ipsæ Scripturæ divinæ sint, id est Dei Spiritu inspiratæ.* Ita omnes codd. mss. In editis deest « prius, » et legitur, « videtur ostendere quod ipsæ divinæ Scripturæ sint Dei Spiritu inspiratæ. » Paulo post mss., « proferentes de Moyse.... et ex verbis; » editi, « proferentes aliqua de Moyse.... et aliqua ex verbis. » Mox mss., « innumeri quoque sint doctores. » Editi, « inventi quoque sint doctores. » Infra mss., « insinuare atque innotescere potuit. » Editi, « insinuare ita, atque inolescere potuit. » Post paululum mss., « innotescere eam quæ sibi visa fuerat. » Editi, « innotescere super eam quæ sibi visa fuerat. » Mox. mss., « qua etiam exteras nationes.... provocarent, ne conati quidem sunt. » Editi, « quæ etiam cæteras nationes .... provocaret, nec conati quidem sunt.

de hoc assignabimus ex ipsis divinis Scripturis, quæ nos competenter moverint proferentes, id est, de Moyse primo legislatore gentis Hebrææ, et ex verbis Jesu Christi auctoris et principis Christianorum religionis et dogmatis. Cum enim permulti legislatores exstiterint apud Græcos et barbaros, innumeri quoque doctores vel philosophi veritatem se pollicentes asserere; nullum meminimus legislatorem affectum quemdam et studium etiam exterarum gentium animis injicere potuisse, ut leges suas vel susciperent libenter, vel etiam omni animi intentione defenderent. Nemo ergo eam quæ sibi visa est veritatem non **157** solum pluribus aliis exteris nationibus, sed ne uni quidem genti ita insinuare atque innotescere potuit, ut ad omnes ejus scientia vel credulitas perveniret. Et quidem dubitari non potest, quod legislatores optaverint observari ab omnibus, si fieri posset, hominibus leges suas, et magistri omnibus innotescere eam quæ sibi visa fuerat, veritatem. Sed scientes quia id omnino non possent, ut virtus in eis aliqua tanta subsisteret qua etiam exteras nationes ad legum suarum vel assertionum observantiam provocarent, ne conari quidem hoc aut incipere omnino ausi sunt, ne imprudentes eos etiam in hoc inefficax et inexplebile notaret inceptum. At vero in omni orbe terrarum, in omni Græcia, atque universis exteris (68) nationibus innumeri sunt et immensi, qui relictis patriis legibus et his quos putabant deos, ad observantiam Moysis legis et discipulatum se Christi cultumque tradiderunt, et hoc non sine ingenti odio adversum se commoto eorum qui simulacra venerantur, ita ut ab his frequenter et cruciatibus affligantur, nonnunquam etiam agantur in mortem; amplectuntur tamen, et cum omni affectu custodiunt doctrinæ Christi sermonem.

A διειλέχθημεν· φέρε καὶ περὶ τούτων ὀλίγα ὡς ἐν ἐπιτομῇ διαλάβωμεν, τὰ κινοῦντα ἡμᾶς, ὡς περὶ θείων γραμμάτων, εἰς τοῦτο παρατιθέμενοι. Καὶ πρῶτόν γε τοῦ ἀπ' αὐτῶν τῶν γραμμάτων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς δηλουμένων, ῥητοῖς χρήσασθαι, περὶ Μωσέως καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ νομοθέτου τῶν Ἑβραίων, καὶ τοῦ εἰσηγητοῦ τῶν κατὰ Χριστιανισμὸν σωτηρίων δογμάτων, ταῦτα διαληπτέον. Πλείστων γὰρ ὅσων νομοθετῶν γεγενημένων ἐν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, καὶ διδασκάλων δόγματα καταγγελλόντων ἐπαγγελλόμενα τὴν ἀλήθειαν, οὐδένα ἱστορήσαμεν νομοθέτην ζῆλον ἐμποιῆσαι δεδυνημένον τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι περὶ τοῦ παραδέξασθαι τοὺς λόγους αὐτοῦ. Πολλήν τε παρασκευὴν τὴν μετὰ τῆς δοκούσης ἀποδείξεως λογικῆς εἰσενεγκαμένων τῶν περὶ ἀληθείας φιλοσοφεῖν ἐπαγ-
B γελλομένων (69), οὐδεὶς δεδύνηται τὴν νομισθεῖσαν αὐτῷ ἀλήθειαν, ἔθνεσι διαφόροις ἐμποιῆσαι, ἢ ἑνὸς ἔθνους ἀξιολόγοις πλήθεσι. Καίτοιγε ἐβούλοντο ἂν καὶ οἱ νομοθέται κρατῦναι τοὺς φανέντας νόμους εἶναι καλοὺς (70), εἰ δυνατὸν, παρὰ παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει· οἵ τε διδάσκαλοι ἐπινεμηθῆναι ἣν ἐφαντάσθησαν εἶναι ἀλήθειαν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης. Ἀλλ' ὡς οἷα μὴ δυνάμενοι προσκαλέσασθαι τοὺς ἀπὸ τῶν ἑτέρων διαλέκτων καὶ τῶν πολλῶν ἐθνῶν ἐπὶ τὴν τήρησιν τῶν νόμων, καὶ τὴν παραδοχὴν τῶν μαθημάτων, τοῦτο ποιῆσαι οὐδὲ ἐπεβάλοντο τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἀφρόνως τε σκοπήσαντες περὶ τοῦ ἀδύνατον αὐτοῖς τὸ τοιοῦτον τυγχάνειν. Πᾶσα δὲ Ἑλλὰς καὶ βάρβαρος ἡ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἡμῶν (71), ζηλωτὰς ἔχει μυρίους, καταλιπόντας τοὺς πατρῴους νόμους καὶ νομιζομένους
C θεοὺς, τῆς τηρήσεως τῶν Μωσέως νόμων, καὶ τῆς μαθητείας τῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγων· καίτοιγε μισουμένων μὲν ὑπὸ τῶν τὰ ἀγάλματα προσκυνούντων, τῶν τῷ Μωσέως νόμῳ προστιθεμένων· καὶ τὴν ἐπὶ θανάτῳ δὲ. πρὸς τῷ μισεῖσθαι (72), κινδυνευόντων τῶν τὸν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγον παραδεξαμένων.

INTERPRETATIO NOVA.

habeamus. Verum antequam ab ipsis Scripturis et iis quæ in ipsis declarantur, testimonia proferamus, de Moyse et de Jesu Christo, quorum alter Hebræorum legislator, alter salutarium Christianæ religionis documentorum auctor est, hæc nobis dicenda sunt. Cum enim inter Græcos et barbaros quamplurimi exstiterint legum latores, doctores item qui veritatis notitiam suis præceptis pollicerentur, nullum tamen fuisse accepimus legislatorem qui reliquis gentibus suarum legum suscipiendi studium ingenerare potuerit. Et quamvis philosophi cum multo prodirent demonstrationum apparatu quæ e ratione petitæ viderentur, quæque multum probabilitatis haberent, nemo ex illis fuit qui probatam sibi veritatem diversis populis, vel unius gentis præcipuæ multitudini persuadere potuerit. Atqui peroptassent legislatores et doctores, illi iis quas bonas putabant, legibus universum, si fieri potuisset, hominum genus subjici, hi quam animo conceperant veritatem ubique terrarum disseminari; sed utpote non idonei qui alterius linguæ multarumque gentium homines ad legum suarum observationem et ad suam disciplinam suscipiendam adducerent, ne aggressi quidem sunt id efficere; prudenter enim præviderant id se consequi nullo modo posse. At universa tum Græcia tum quæ per universum nostrum terrarum orbem patet barbaria, innumeros habet qui derelictis patriis legibus et diis receptis, summo studio Mosaicas leges et disciplinam verborum Jesu Christi custodiunt, quamvis simulacrorum cultoribus odio sint qui Mosaicæ legi adhærent, et præter odium, in vitæ periculo versentur qui Jesu Christi doctrinam susceperunt.

(68) Sic mss. Editi vero, « cæteris. » Mox mss., « ad observantiam Moyseæ legis et discipulatum se Christi. » Editi, « ad observantiam Moyseæ legis et in disciplinatum se Christi. » Paulo post mss., « venerantur.... affligantur.... agantur in mortem. » Editi, « venerabantur.... affligerentur.... agerentur in mortem. »

(69) Ita quatuor mss. Editio autem Tarini, εἰσενεγκάμενον τῶν περὶ ἀληθείας φιλοσόφων ἐπαγγελλομένων.

(70) *Νόμους εἶναι καλούς*. Ita tres mss. In edit.
D Tarini deest εἶναι. Infra omnes mss., περὶ τοῦ ἀδύνατον αὐτοῖς. Tarinus, περὶ τοῦ ἀδυνάτου αὐτοῖς.

(71) Vox ἡμῶν deest apud Tarinum, sed habetur in omnibus nostris mss. Infra omnes mss., μισουμένων μὲν ὑπὸ τῶν.

(72) *Πρὸς τῷ μισεῖσθαι*. Ita recte quatuor mss. Editio autem Tarini, πρὸς τὸ μισεῖσθαι. Ibidem omnes codd. mss., τῶν τὸν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγον παραδεξαμένων. Edit. Tarini, τῶν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγον παραδεξαμένων.

Καὶ ἐὰν ἐπιστήσωμεν πῶς ἐν σφόδρα ὀλίγοις ἔτεσι, A τῶν ὁμολογούντων τὸν Χριστιανισμὸν ἐπιβουλευομένων, καί τινων διὰ τοῦτο ἀναιρουμένων, ἑτέρων δὲ ἀπολλύντων τὰς κτήσεις, δεδύνηται ὁ λόγος, καίτοιγε οὐδὲ τῶν διδασκάλων πλεοναζόντων, πανταχόσε κηρυχθῆναι τῆς οἰκουμένης, ὥστε Ἕλληνας καὶ βαρβάρους, σοφούς τε καὶ ἀνοήτους προσθέσθαι τῇ διὰ Ἰησοῦ (73) θεοσεβείᾳ, μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον τὸ πρᾶγμα εἶναι λέγειν οὐ διστάζομεν· μετὰ πάσης ἐξουσίας καὶ πειθοῦς τῆς περὶ τοῦ μὴ κρατυνθήσεσθαι τὸν λόγον τοῦ Ἰησοῦ διδάξαντος· ὥστε εὐλόγως χρησμοὺς ἂν νομίσαι τὰς φωνὰς αὐτοῦ, οἷον ὅτι « Ἐπὶ βασιλέων καὶ ἡγεμόνων ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσι. » Καί· « Πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ ὀνόματί σου (74) ἐφάγομεν, καὶ τῷ ὀνόματί σου ἐπίομεν, καὶ B τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια ἐξεβάλομεν; καὶ ἐρῶ αὐτοῖς· Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. » Εἰρηκέναι μὲν γὰρ ταῦτα ἀποφθεγγόμενον μάτην, ὥστε αὐτὰ μὴ ἀληθῆ γενέσθαι (75), τάχα εἰκὸς ἦν· ὅτε δὲ ἐκβέβηκε τὰ μετὰ τοσαύτης ἐξουσίας εἰρημένα, ἐμφαίνει Θεὸν ἀληθῶς ἐνανθρωπήσαντα σωτήρια δόγματα τοῖς ἀνθρώποις παραδεδωκέναι.

2. Et est videre quomodo brevi tempore ipsa religio crevit pœnis cultorum (79) mortibusque proficiens, sed et bonorum direptionibus, atque ab his omni genere suppliciorum tolerato; et eo maxime mirum est, quod ne doctores quidem ipsi vel satis idonei sunt, vel satis plures; prædicatur tamen sermo iste in toto orbe terrarum, ita ut Græci ac barbari, sapientes et insipientes religionem Christianæ doctrinæ suscipiant. Ex quo dubium non est hoc humanis viribus aut opibus non agi, ut cum omni credulitate et potestate sermo Christi Jesu **158** apud omnium mentes atque animos convalescat. Nam et prædicta esse ab eo hæc ipsa, et divinis ab eo responsis confirmata, manifestum est cum dicit, quia « Apud præsides et judices ducemini propter me in testimonium ipsis et gentibus [70]. » Et rursum : « Prædicabitur hoc Evangelium in omnibus gentibus [71]. » Et iterum : « Multi mihi dicent in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo manducavimus et bibimus, et in tuo nomine dæmonia ejecimus? et dicam eis : Discedite a me, operarii iniquitatis, nunquam cognovi vos [72]. » Quæ si ita quidem dicta ab eo fuissent, nec tamen ad finem ea quæ prædicta sunt pervenissent, fortasse minus vera esse viderentur (76), nec habere aliquid auctoritatis. Nunc vero cum in effectum ea quæ fuerant ab eo dicta, perveniant, cum tanta autem potestate atque auctoritate prædicta sint, manifestissime declaratur verum esse, quia homo factus salutaria præcepta hominibus tradidit.

Τί δὲ δεῖ λέγειν καὶ ὅτι προεφητεύθη (77) ὁ Χριστὸς, τότε ἐκλείψειν τοὺς ἐξ Ἰούδα ἄρχοντας καὶ ἡγουμένους ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ὅταν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, δηλονότι C ἡ βασιλεία, καὶ ἐπιδημήσῃ ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία; Σαφῶς γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας δῆλον, καὶ ἐκ τῶν σήμερον δρωμένων, ὅτι ἀπὸ τῶν χρόνων Ἰησοῦ, οὐκ ἔτι βασιλεῖς Ἰουδαίων ἐχρημάτισαν· πάντων τῶν Ἰουδαϊκῶν (78) πραγμάτων ἐν οἷς ἐσεμνύνοντο, λέγω δὲ τῶν τε κατὰ τὸν ναὸν, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὴν ἐπιτελουμένην λατρείαν, καὶ τὰ ἐνδύματα τοῦ ἀρχιερέως, καταλελυ-

3. Quid vero inde dicendum est quod prophetæ de ipso ante prædixerant [73], non cessaturos principes ex Juda, neque duces de femoribus ejus usquequo veniat ille cui repositum est, regnum scilicet, et usquequo veniat exspectatio gentium. Manifestissime enim ex ipsa historia apparet ex his quæ hodie pervidentur, quia ex temporibus Christi ultra reges apud Judæos non exstiterunt. Sed et illæ omnes ambitiones Judaicæ in quibus jactantiæ quamplurimum (80) gerebant, et in quibus exsultabant, vel

INTERPRETATIO NOVA.

2. Quod si ad id quoque animum attenderimus quo pacto annis tam paucis, tot insidiis structis adversus Christianos quorum nonnulli necati, alii bonis mulctati sunt, potuerit hæc doctrina, licet alioqui non magna sit doctorum copia, ubique terrarum prædicari, ita ut Græci et barbari, sapientes et insipientes ad verum per Jesum Christum Dei cultum sese adjunxerint, rem humanis viribus majorem dicere non dubitabimus, cum præsertim summa cum potestate et fiducia docuerit Christus nunquam suam victum iri doctrinam. Itaque jure pro oraculis habendæ sunt ejus voces quales hæ sunt : « Ad reges et præsides ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. » Et : « Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo manducavimus, et in nomine tuo bibimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus? et dicam eis : Discedite a me, qui operamini iniquitatem. Nunquam novi vos. » Hæc enim temere prolata, nec proinde vera esse, forte olim verisimile erat; at cum deinde evenerint quæ tanta cum auctoritate dicta fuerant, perspicuum est Deum vere hominem factum salutarem hominibus doctrinam tradidisse.

3. Quid vero attinet dicere prænuntiatum fuisse Christum, tunc nempe defuturos principes ex Juda et duces de femore ejus, cum venisset cui repositum est, regnum videlicet, et prodiisset exspectatio gen-

[70] Matth. x, 18. [71] Matth. xxiv, 14. [72] Matth. vii, 22. [73] Gen. xlix.

(73) Primus codex Regius, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.
(74) Idem, ὀνόματι σῷ.
(75) Primus codex Regius, ὥστε μὴ ἀληθῆ γενέσθαι ταῦτα. Paulo post idem, σωτηρίας δόγματα.
(76) Sic optime mss. Male editi, « ad fidem ea quæ dicta sunt.... minus esse viderentur. » Paulo post mss., « declaratur verum esse. » Editi, « declaratur vera esse. »
(77) Sic omnes mss. Editio Tarini, ἐπροφητεύθη.
(78) Tarin., πάντων γὰρ Ἰουδαϊκῶν. In tribus re- D giis et Coisliniano deest γάρ. Paulo post primus codex Regius, τῶν τότε κατὰ τὸν ναόν.
(79) *Cultorum*. Ita mss. Editi, « multorum. » Vide notas ad lib. iii *Contra Celsum*, num. 8.
(80) Ita mss. Editi vero, « se jactabant quamplurimi. » Mox mss., « simul universa destructa sunt. » In editis deest « universa. » Infra mss., « qui permaneant usque ad adventum. » Editi, « qui permaneat, » etc. Paulo post mss., « usquequo venit ille. » Editi, « usquequo veniet ille. »

de templi decore, vel de altaris insignibus, atque omnibus illis sacerdotalibus infulis, indumentisque pontificum, simul universa destructa sunt. Completa est enim prophetia quæ dixerat: « Per dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe; non erit hostia, nec altare, nec sacerdotium, nec responsa [74]. » His ergo testimoniis utimur adversus eos qui videntur asserere **159** de his quæ in Genesi ab Jacob dicta sunt, quod de Juda dicta sint; et dicunt permanere adhuc principem ex genere Judæ, istum videlicet qui est gentis eorum princeps, quem nominant patriarcham (81), nec deficere posse de semine ejus qui permaneant usque ad adventum ejus Christi quem sibi ipsi describunt. Sed si verum est quod ait propheta, quia « dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, nec erit hostia, nec altare, nec sacerdotium; » et utique ex quo subversum est templum, nec hostiæ offeruntur, nec altare invenitur, nec sacerdotium constat, certissimum est defecisse principes ex Juda, sicut scriptum est, et ducem ex femoribus ejus usquequo venit ille cui repositum est [75]. Constat ergo quia venit ille cui repositum est, in quo exspectatio gentium est. Quod manifeste videtur impletum de multitudine eorum qui per Christum Deo ex diversis gentibus crediderunt.

A μένων. Ἐπληρώθη γὰρ ἡ λέγουσα προφητεία· « Ἡμέρας πολλὰς καθίσονται (82) οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐκ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὐδὲ ἱερατείας, οὐδὲ δήλων. » Καὶ τούτοις χρώμεθα τοῖς ῥητοῖς, πρὸς τοὺς ἐν τῷ θλίβεσθαι ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Γενέσει ὑπὸ τοῦ Ἰακὼβ πρὸς τὸν Ἰούδαν εἰρημένων φάσκοντας τὸν ἐθνάρχην ἀπὸ τοῦ Ἰούδα γένους τυγχάνοντα ἄρχειν τοῦ λαοῦ, οὐκ ἐκλειψόντων τῶν ἀπὸ τοῦ σπέρματος (83) αὐτοῦ, ἕως ἧς φαντάζονται Χριστοῦ ἐπιδημίας. Εἰ γὰρ « ἡμέρας πολλὰς καθίσονται (84) οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐκ ὄντος βασιλέως, μηδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐκ οὔσης θυσίας, οὐδὲ θυσιαστηρίου, οὐδὲ ἱερατείας, οὐδὲ δήλων· » ἐξ οὗ δὲ κατεσκάφη ὁ ναὸς, οὐκ ἔτι θυσία, οὐδὲ θυσιαστήριον, οὐδὲ ἱερατεία· δῆλον ὅτι ἐξέλιπεν ἄρχων ἐξ Ἰούδα, B καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἡ προφητεία φησὶν, « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· » δῆλον ὅτι ἐλήλυθεν ᾧ τὰ ἀποκείμενα, ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν. Καὶ τοῦτο σαφὲς ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἐθνῶν τῶν διὰ Χριστοῦ πεπιστευκότων (85) εἰς τὸν Θεόν.

4. Sed et in Deuteronomii cantico per prophetiam designatur pro peccatis prioris populi futura esse insensatæ gentis electio, non alia utique quam hæc quæ per Christum facta est; sic enim ait: « Exacerbaverunt me in simulacris suis, et ego in zelo concitabo eos, in gente insipiente irritabo eos [76]. » Est ergo satis evidenter agnoscere, quemadmodum Hebræi qui Deum exacerbare dicuntur in his qui non sunt dii, et irritasse eum in simulacris suis, irritati sint et ipsi in zelotypia

Καὶ ἐν τῇ τοῦ Δευτερονομίου δὲ ᾠδῇ προφητικῶς δηλοῦται ἡ διὰ τὰ ἁμαρτήματα τοῦ προτέρου λαοῦ ἐσομένη τῶν ἀσυνέτων ἐθνῶν ἐκλογὴ, οὐ δι' ἄλλου τινὸς ἢ τοῦ Ἰησοῦ γεγενημένη (86). « Αὐτοὶ γὰρ, φησὶ, παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, C παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, καὶ ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. » Καὶ ἔστι σφόδρα τρανῶς καταλαβεῖν δυνατὸν, τίνα τρόπον οἱ λεγόμενοι παρεζηλωκέναι τὸν Θεὸν Ἑβραῖοι ἐπὶ τῷ οὐ Θεῷ, καὶ παρωργικέναι αὐτὸν ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐ-

INTERPRETATIO NOVA.

tium? Ex historia enim et iis quæ hodie cernuntur, manifestum est a Christi temporibus nullos deinde Judæorum reges exstitisse, fractis et dissipatis rebus omnibus Judaicis quibus gloriabantur, templo nempe, altari, rei divinæ consueto ritu, et indumentis pontificis. Impleta est quippe prophetia quæ dicit: « Per dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine responsis. » Quibus verbis utimur adversus eos qui dum urgentur iis quæ in *Genesi* ab Jacob ad Judam dicta sunt, permanere etiamnum ex genere Judæ asserunt principem qui populo dominetur, neque defuturos ex semine ejus duces usque ad eum quem sibi animo fingunt Christi adventum. Si enim « per dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine responsis; » ex quo autem eversum est templum, non est sacrificium, non altare, non sacerdotium, perspicuum est defecisse principem ex Juda et ducem de femore ejus. Quoniam igitur prophetia dicit: « Non deficiet princeps ex Juda, nec dux de femore ejus donec veniant reposita ei, » venit certe cui reposita sunt, exspectatio gentium. Quod et manifestum est ex multitudine gentium quæ per Christum in Deum crediderunt.

4. In Deuteronomii quoque cantico stultarum gentium propter prioris populi peccata futura electio prophetice declaratur, quæ non per alium quam per Jesum facta est. « Ipsi enim, inquit, me provocaverunt in eo qui non erat Deus, et irritaverunt in idolis suis; et ego provocabo eos in eo qui non est

[74] Ose. III, 4. [75] Gen. XLIX, 10. [76] Deut. XXXII, 21.

(81) *Patriarcham*, etc. Chrysostomus in homilia contra Judæos et gentiles, *Quod Christus sit Deus*, meminit patriarchæ Judæorum. Ejusmodi patriarcham memorant itidem multi scriptores ecclesiastici. Origenes in opusculo quod in alio tomo edemus, ut genuinum fragmentum Commentariorum in Psalmos, dicit se cum patriarcha Judæorum, Jullo nomine, congressum esse. Patriarcham item Judæorum memorant Cyrillus Jerosolymitanus, Hieronymus, et maxime Theodoretus dialog. 1, ex cujus dictis colligitur patriarchas Judæorum se ex progenie Davidis esse falso jactitasse. Horum alter in Judæa degebat, alter Babylone. De iis agunt qui de Judæorum republica tractavere. Vide præsertim Pe- D tavium in notis ad Epiphanium, et Jacobum Gothefridum ad cod. Theodos. tom. VI, pag. 213.

(82) *Καθίσονται*. Ita quatuor mss. Editio Tarini, καθήσονται.

(83) *Τῶν ἀπὸ τοῦ σπέρματος*. Ita duo codd. Regii, et Coislinianus. In editione Tarini deest τῶν.

(84) Duo Regii et Coislinianus. καθίσονται. Tarinus, καθήσονται. Ibidem primus Regius, οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ἄρχοντος.

(85) Primus codex Regius, πιστευσάντων.

(86) Idem, ἢ διὰ τοῦ Ἰησοῦ γεγενημένη. Infra idem: ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει. Paulo post idem, σφόδρα σαφῶς καταλαβεῖν.

τῶν, παρωξύνθησαν εἰς ζηλοτυπίαν ἐπὶ τῷ οὐκ ἔθνει τῷ ἀσυνέτῳ· ὅπερ ὁ Θεὸς ἐξελέξατο διὰ τῆς ἐπιδημίας Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Βλέπομεν γοῦν « τὴν κλῆσιν ἡμῶν, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς, ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς. Καὶ τὰ ἀγενῆ καὶ ἐξουθενημένα (87) ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα ἐκεῖνα τὰ πρότερον ὄντα καταργήσῃ· » καὶ μὴ καυχήσηται ὁ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, καλούμενος ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου σάρξ, ἐνώπιον Θεοῦ.

Τί δὲ δεῖ λέγειν περὶ τῶν ἐν Ψαλμοῖς προφητειῶν περὶ Χριστοῦ, ᾠδῆς τινος ἐπιγεγραμμένης *ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ*, οὗ « ἡ γλῶσσα λέγεται εἶναι κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου· ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἐπεὶ ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσιν αὐτοῦ. » Τεκμήριον γὰρ τῆς ἐκχυθείσης (88) χάριτος ἐν χείλεσιν αὐτοῦ, τὸ, ὀλίγου διαγεγενημένου τοῦ χρόνου τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, ἐνιαυτὸν γάρ που καὶ μῆνας ὀλίγους ἐδίδαξεν (89), πεπληρῶσθαι τὴν οἰκουμένην τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ καὶ τῆς δι' αὐτοῦ θεοσεβείας· ἀνατέταλκε γὰρ « ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη καὶ πλῆθος εἰρήνης » παραμένον ἕως συντελείας, ὃ ἀνταναίρεσις ὠνόμασται σελήνης, « καὶ μένει κατακυριεῦον ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. » Καὶ δέδοται σημεῖον τῷ οἴκῳ Δαυίδ· ἡ παρθένος γὰρ ἔτεκε, καὶ ἐν γαστρὶ ἔσχε, καὶ ἔτεκεν υἱὸν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅπερ ἐστὶ Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Πεπλήρωται, ὡς ὁ αὐτὸς προφήτης φησί· « *Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*· γνῶτε, ἔθνη, καὶ ἡττᾶσθε, ἰσχυκότες ἡττᾶσθε. « Ἡττήμεθα γὰρ καὶ νενικήμεθα οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἑαλωκότες ὑπὸ τῆς χάριτος τοῦ λόγου αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ προείρηται τόπος γενέσεως αὐτοῦ ἐν τῷ Μιχαίᾳ. « Καὶ σὺ γὰρ, φησὶ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. » Καὶ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες ἐπληρώθησαν ἕως Χρι-

A per gentem insipientem, quam Deus elegit per adventum Jesu Christi, et discipulos ejus. Sic enim dicit Apostolus : « Videte enim vocationem vestram, fratres, quoniam non multi sapientes inter vos secundum carnem **160**, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta mundi sunt elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ erant prius, destrueret [77]. » Non ergo glorietur carnalis Israel : ita namque ab Apostolo vocatur ; « non, inquam, glorietur caro in conspectu Dei [78]. »

5. Sed et de his quæ in Psalmis prophetantur de Christo (90), quid dicendum est, in eo maxime qui superscribitur *Canticum pro dilecto*, ubi refertur quia « lingua ejus calamus scribæ velociter scri-
B bentis ; decorus specie super filios hominum, quoniam effusa est gratia in labiis ejus [79] ? » Indicium autem effusæ gratiæ in labiis ejus hoc est, quod brevi tempore transacto (anno enim et aliquot mensibus docuit), universus tamen orbis doctrina et fide pietatis ejus impletus est. Orta est ergo « in diebus ejus justitia, et multitudo pacis » permanens usque ad finem, qui finis ablatio lunæ appellatus est ; « et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad fines terræ [80]. » Datum est autem et signum domui David [81]. Virgo enim in utero concepit, et peperit Emmanuel, quod est interpretatum *Nobiscum Deus*. « Scitote, gentes, et vincimini [82]. » Victi enim sumus, et superati qui ex
C gentibus sumus, et velut exuviæ quædam victoriæ ejus exsistimus, qui ejus gratiæ colla nostra subjecimus. Sed et locus nativitatis ejus prædictus est in Michæa propheta dicente : « Et tu, Bethleem, terra (91) Juda, nequaquam exigua es in ducibus Juda ; ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel [83]. » Sed et septimanæ annorum [84] impletæ sunt usque ad ducem Christum quas prædixerat Daniel propheta. **161** Adest nihilominus et

INTERPRETATIO NOVA.

populus, et in gente stulta irritabo illos. » Atque aperte omnino perspicere licet quo pacto Hebræi qui Deum dicuntur in eo qui non erat Deus, ad æmulationem provocasse, et ipsum irritasse in idolis suis, incitati sint ad æmulationem in non gente et in gente stulta quam elegit Deus per adventum Jesu Christi, et discipulos ejus. Videmus igitur « vocationem nostram quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed stulta mundi elegit Deus ut confundat sapientes; et ignobilia et contemptibilia elegit Deus et ea quæ non sunt, ut ea quæ erant prius, destrueret; » et ne glorietur coram Deo qui secundum carnem est Israel, ab Apostolo caro appellatus.

5. Quid autem opus est de iis dicere quæ de Christo præcinuntur in Psalmis ubi canticum inscribitur « pro dilecto, » cujus lingua esse dicitur « calamus scribæ velociter scribentis; ipse speciosus forma præ filiis hominum, quoniam diffusa est gratia in labiis » ejus. Indicium enim diffusæ gratiæ in labiis ejus, hoc est quod, licet pauco tempore docuerit (annum enim et menses aliquot docuit), universus tamen

[77] I Cor. I, 26. [78] Ibid. 29. [79] Psalm. XLIV, 3. [80] Psal. LXXI, 7, 8. [81] Isai. VII, 14. [82] Isai. VIII, 9. [83] Mich. V, 2. [84] Dan. IX.

(87) Idem, καὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ ἐξουδενημένα.

(88) Ita quatuor mss. Editio Tarini, ἐργυθείσης.

(89) *Ἐνιαυτὸν γάρ που καὶ μῆνας ὀλίγους ἐδίδαξεν*. Irenæus lib. I, cap. 3, num. 3, tradit Valentinianos in hoc errore versatos fuisse, ut Jesum uno tantum anno post baptisma prædicasse crederent. In eumdem, præter Origenem, impegere Clemens Alexandrinus lib. I *Stromat.*, pag. 340; Tertullianus lib. *adversus Judæos*, cap. 18. Una est istorum omnium sententia, Christum anno 15 imperii Tiberii, quo baptizatum fuisse scribit Lucas,
D passum esse, anno scilicet ætatis 30, ac proinde anno uno duntaxat post baptismum et ante mortem suam publicas apud Judæos habuisse conciones.

(90) *De Christo*. Hæc desunt in editis, sed habentur in mss. Paulo post mss., « decorus specie. » In editis deest, « specie. » Infra mss., « et multitudo pacis. » Editi, « et abundantia pacis. »

(91) Sic mss. In editis deest, « terra, » et pro « exigua » legitur, « minima. » Infra mss., « inveniet quod et quæ ausi sunt aggredi, supra hominem sunt. » Paulo post mss., « divina quadam quæ eis aderat. » Editi, « divina quidem quæ eis aderat. »

is qui in Job dictus est belluam ingentem consumpturus, qui et dedit potestatem familiaribus discipulis suis calcare super serpentes et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici, nihil ab eo nocendis [85]. Sed et si quis consideret apostolorum Christi per singula loca discursus, in quibus ab eo missi Evangelium prædicarunt, inveniet quod et quæ ausi sunt aggredi, supra hominem sunt, et quod explere potuerunt, ex Deo est. Si consideremus quomodo homines novam doctrinam ab eis audientes inferri, suscipere eos potuerunt, vel potius quod sæpe eis volentes inferre perniciem divina quadam quæ eis aderat virtute repressi sunt, inveniemus nihil in hac causa humanis viribus, sed totum divina virtute ac providentia procuratum, evidentibus procul dubio signis et virtutibus testimonium reddentibus verbo et doctrinæ eorum.

6. His autem breviter demonstratis, id est de deitate Jesu Christi et de omnibus his quæ de ipso prophetata fuerant, expletis, simul illud etiam arbitror approbatum, quod et Scripturæ ipsæ quæ de eo prophetaverant, divinitus inspiratæ sint, quæ vel de adventu ejus, vel de potestate doctrinæ, vel de omnium (92) gentium assumptione prædixerant. Quibus etiam illud addendum, quod sive prophetarum vaticinatio, sive Moysis lex, divina esse et divinitus inspirata ex eo maxime illuminata est et probata, ex quo in hunc mundum Christus advenit. Ante enim quam complerentur ea quæ ab illis fuerant prædicta, quamvis vera essent, et a Deo in-

A στοῦ ἡγουμένου κατὰ τὸν Δανιὴλ (93). ἦλθέ τε κατὰ τὸν Ἰὼβ ὁ τὸ μέγα κῆτος χειρωσάμενος καὶ δεδωκὼς ἐξουσίαν τοῖς γνησίοις αὐτοῦ μαθηταῖς πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, οὐδὲν ὑπ' αὐτῶν ἀδικουμένοις. Ἐπιστησάτω δέ τις καὶ τῇ τῶν ἀποστόλων πανταχόσε ἐπιδημίᾳ τῶν ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸ καταγγεῖλαι τὸ Εὐαγγέλιον πεμφθέντων, καὶ ὄψεται καὶ τὸ τόλμημα οὐ κατ' ἄνθρωπον καὶ τὸ ἐπίταγμα θεῖον (94). Καὶ ἐὰν ἐξετάσωμεν πῶς ἄνθρωποι καινῶν μαθημάτων ἀκούοντες καὶ ξένων λόγων προσήκαντο τοὺς ἄνδρας· νικηθέντες (95) ἐν τῷ θέλειν αὐτοῖς ἐπιβουλεύειν ὑπό τινος θείας δυνάμεως ἐπισκοπούσης αὐτούς, οὐκ ἀπιστήσομεν εἰ καὶ τεράστια (96) πεποιήκασιν, ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ τοῖς λόγοις αὐτῶν, καὶ διὰ σημείων, B καὶ τεράτων, καὶ ποικίλων δυνάμεων.

Ἀποδεικνύντες δὲ ὡς ἐν ἐπιτομῇ περὶ τῆς θειότητος Ἰησοῦ, καὶ χρώμενοι τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις προφητικοῖς, συναποδείκνυμεν θεοπνεύστους εἶναι τὰς προφητευούσας περὶ αὐτοῦ Γραφὰς, καὶ τὰ καταγγέλλοντα τὴν ἐπιδημίαν αὐτοῦ γράμματα καὶ διδασκαλίαν, μετὰ πάσης δυνάμεως καὶ ἐξουσίας εἰρημένα, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐκλογῆς κεκρατηκότα. Λεκτέον δὲ ὅτι τὸ τῶν προφητικῶν λόγων ἔνθεον, καὶ τὸ πνευματικὸν τοῦ Μωσέως νόμου ἔλαμψεν ἐπιδημήσαντος Ἰησοῦ. Ἐναργῆ γὰρ παραδείγματα περὶ τοῦ θεοπνεύστους εἶναι τὰς παλαιὰς Γραφὰς πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ παραστῆσαι οὐ πάνυ δυνατὸν ἦν· ἀλλ' ἡ Ἰησοῦ ἐπιδημία (97) δυναμένους ὑποπτεύε-

INTERPRETATIO NOVA.

orbis doctrina ejus et vero per ipsum Dei cultu impletus est. Orta est enim « in diebus ejus justitia et abundantia pacis permanens usque ad consummationem, » quæ ablatio lunæ vocata est, « et dominatur a mari usque ad mare et a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum. Datum est præterea signum domui David. Virgo enim peperit et concepit, et peperit filium, et nomen ejus Emmanuel, quod est *Nobiscum Deus*. Id impletum est quod ait idem propheta : « Nobiscum Deus ; cognoscite, gentes, et vincimini ; potentes, cedite. » Superati enim et victi sumus quos ex gentibus gratia doctrinæ ejus cepit. Sed et locus natalium ejus prædictus est apud Michæam : « Tu enim, inquit, Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda. Ex te enim exibit dux qui regat populum meum Israel. » Et septuaginta hebdomades impletæ sunt usque ad Christum ducem juxta Danielem ; venitque is qui in libro Job dicitur ingentem cetum subegisse et qui veris suis discipulis proculcandi serpentes et scorpios potestatem dedit, et omnem inimici vim ita proterendi ut nihil ab illis lædantur. Apostolorum etiam quos ad promulgandum Evangelium misit Jesus, peregrinationem per universum orbem consideranti, res humanis viribus major, suscepta Dei jussu, videbitur. Et si perpendamus quo pacto homines novam doctrinam peregrinosque sermones audientes ad apostolos sese applicuerint, et quomodo voluntatem illis insidiandi posuerint, divina quadam victi potestate quæ istorum saluti consulebat, nulli dubitabimus eos miracula quoque edidisse, sermonibus ipsorum testimonium reddente Deo per signa et prodigia et varias virtutes.

6. His autem breviter de Jesu divinitate demonstratis, et prophetarum de eo prolatis vaticiniis, una quoque divinitus inspiratas esse quæ de eo prænuntiant Scripturas demonstramus, et quæ ejus adventum doctrinamque annuntiant, litteras omni et potestate et auctoritate ita constare, ut propterea gentium electio subsecuta sit. Huc adde propheticorum sermonum divinitatem et legis Mosaicæ spiritum adventu Jesu resplenduisse : nec enim ante Christi adventum manifestis argumentis ostendi poterat veteres Scripturas divinitus fuisse inspiratas ; Christi autem adventus iis qui suspicari poterant legem et prophetas non esse divinos, perspicue declaravit cœlesti gratia esse conscriptos. Sed et qui diligenter attenteque in lectione prophetarum versatus erit, divini afflatus vestigium sentiet, et inde persuasissimum habebit non hominum esse sermones quos pro divinis habemus. Lumen igitur Moysis legi inhærens quod velamine obtegebatur, adveniente Jesu Christo refulsit, ablato velamine, et bonis quorum umbram habuit littera, in notitiam sensim prodeuntibus.

[85] Luc. x.

(92) Ita mss. Editi, « omni. » Ibidem mss., « prophetarum vaticinatio, sive Moysis lex, divina esse. » Editi, « prophetarum vaticinia, sive Moysi lex divina etiam. »

(93) Primus Regius, ἕως τοῦ ἡγουμένου κατὰ τὸν Δανιήλ. Infra idem codex, ἐπὶ τὸ καταγγεῖλαι. Alii cum Tarino, ἐπὶ τῷ καταγγεῖλαι.

C (94) Θεῖον. Ita tres mss. Regii. Editio Tarini, Θεοῦ.

(95) Primus codex Regius, κινηθέντες.

(96) Idem, καὶ εἰ τεράστια.

(97) Primus cod. Regius, ἡ Χριστοῦ ἐπιδημία.

σθαι τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας ὡς οὐ θεῖα, εἰς τοὐμφανὲς ἤγαγεν, ὡς οὐρανίῳ χάριτι (98) ἀναγεγραμμένα. Ὁ δὲ μετ' ἐπιμελείας καὶ προσοχῆς ἐντυγχάνων τοῖς προφητικοῖς λόγοις, παθὼν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἀναγινώσκειν ἴχνος ἐνθουσιασμοῦ, δι' ὧν πάσχει, πεισθήσεται, οὐκ ἀνθρώπων εἶναι συγγράμματα τοὺς πεπιστευμένους (99) Θεοῦ λόγους. Καὶ τὸ ἐνυπάρχον δὲ φῶς τῷ Μωσέως νόμῳ καλύμματι ἐναποκεχρυμμένον συνέλαμψε τῇ Ἰησοῦ ἐπιδημίᾳ, περιαιρεθέντος τοῦ καλύμματος, καὶ τῶν ἀγαθῶν κατὰ βραχὺ εἰς γνῶσιν ἐρχομένων, ὧν σκιὰν εἶχε τὸ γράμμα.

A spirata, tamen ostendi vera esse non poterant pro eo quod nondum probarentur impleta. Adventus vero Christi vera esse et divinitus inspirata quæ **162** dixerant, declaravit, cum utique prius haberetur incertum si eorum quæ prædicta fuerant, exitus esset implendus. Sed et si quis cum omni studio et reverentia qua dignum est prophetica dicta consideret, in eo ipso dum legit et diligentius intuetur, certum est quod aliquo diviniore spiramine mentem sensumque pulsatus agnoscet non humanitus esse prolatos eos quos legit, sed Dei esse sermones; et ex semetipso sentiet non humana arte, nec mortali eloquio, sed divino, ut ita dixerim, cothurno, libros esse conscriptos. Legem ergo Moysis splendor adventus Christi per fulgorem veritatis (2) illuminans, id quod superpositum erat litteræ ejus velamen, abstraxit, et omnia quæ coopertura verbi bona tegebantur, universis in se credentibus reseravit.

Πολὺ δ' ἂν εἴη νῦν ἀναλέγεσθαι τὰς περὶ ἑκάστου B τῶν μελλόντων ἀρχαιοτάτας προφητείας, ἵνα δι' αὐτῶν ὁ ἀμφιβάλλων πληχθεὶς ὡς ἐνθέων, διψυχίαν πᾶσαν καὶ περισπασμὸν ἀποθέμενος, ὅλῃ ἑαυτὸν ἐπιδῷ τῇ ψυχῇ τοῖς λόγοις τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ μὴ καθ' ἕκαστον τῶν γραμμάτων τοῖς ἀνεπιστήμοσι προσπίπτειν δοκεῖ τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον τῶν νοημάτων, θαυμαστὸν οὐδέν· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν τῆς ἁπτομένης τοῦ παντὸς κόσμου προνοίας ἔργων, τινὰ μὲν ἐναργέστατα φαίνεται, ᾗ προνοίας ἐστὶν ἔργα, ἕτερα δὲ οὕτως ἀποκέκρυπται, ὡς ἀπιστίας χώραν παρέχειν δοκεῖν τῆς περὶ τοῦ τέχνῃ ἀφάτῳ καὶ δυνάμει διοικοῦντος τὰ ὅλα Θεοῦ. Οὐχ οὕτω γὰρ σαφὴς ὁ περὶ τοῦ προνοοῦντος τεχνικὸς λόγος ἐν τοῖς ἐπὶ γῆς, ὡς ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις· καὶ οὐχ οὕτω δῆλος ἐν τοῖς κατὰ τὰ ἀνθρώπινα συμπτώματα, ὡς ἐν ταῖς ψυχαῖς καὶ C τοῖς σώμασι τῶν ζώων· σφόδρα τοῦ πρὸς τί καὶ ἕνεκα τίνος εὑρισκομένου τοῖς τούτων ἐπιμελομένοις, περὶ τὰς ὁρμὰς, καὶ τὰς φαντασίας, καὶ φύσεις τῶν ζώων, καὶ τὰς κατασκευὰς τῶν σωμάτων. Ἀλλ' ὥσπερ οὐ χρεοκοπεῖται ἡ πρόνοια διὰ τὰ μὴ γινωσκόμενα παρὰ (1) τοῖς γε ἅπαξ παραδεξαμένοις αὐτὴν καλῶς· οὕτως οὐδὲ ἡ τῆς Γραφῆς θειότης διατείνουσα εἰς πᾶ-

7. Verum satis operosa res est enumerare singula quæ a prophetis olim prædicta sunt, qualiter et quando completa sint, ut ex his videamur eos qui dubitant confirmare; cum possibile sit unicuique volenti de his diligentius noscere, ex ipsis libris veritatis probamenta abundantius congregare. Si vero his qui minus in divinis eruditi sunt disciplinis, non statim in prima fronte litteræ sensus qui supra hominem est videtur occurrere, nihil mirum est quod quæ divina sunt ad homines paulo lentius (3) deferuntur, et eo magis latent, quo quis vel incredulus fuerit, vel indignus. Nam cum certum sit omnia quæ hoc in mundo sunt, vel geruntur, Dei providentia dispensari, quædam quidem satis evidenter apparent, quod providentiæ gubernatione digesta sint; alia vero tam occulte tamque incomprehensibiliter explicantur, ut penitus in his lateat divinæ ratio providentiæ; ita ut interdum a nonnullis nec credantur quædam ad providentiam pertinere, quoniam ratio ab eis latet per quam ineffabili quadam arte opera divinæ providentiæ dispensantur; quæ tamen ratio non æqualiter omnibus occultata est. Nam et inter ipsos homines ab alio

INTERPRETATIO NOVA.

7. Operosum nunc fuerit antiquissimas de singulis quæ futura erant prædictiones recensere, ut qui dubitat, iis tanquam divinis perculsus, omni dubitatione et ancipitis animi hæsitatione deposita, Dei sermonibus tota se mente dedat. Quod si indoctis non videntur majores humano captu sententiæ singulis locis occurrere, nihil mirum; in operibus enim illius quæ mundum universum complectitur, providentiæ, alia liquet illius esse opera; alia sic abstrusa et occulta sunt, ut dubitandi ansam præbere videantur an Deus arte et potentia inenarrabili cuncta administret. Neque enim in iis quæ supra terram sunt tam aperta est providentis Dei artificiosa ratio, quam in sole et luna et astris; neque tam manifesta est in humanis eventis et casibus, quam in anima et corpore animantium; cum plane compererint qui his perscrutandis diligentiam adhibent, cur, quamque ob causam hi sint impetus, hæ species in animo, hæ naturæ animantium, hæc fabrica corporum. Sed quemadmodum providentia apud eos qui eam probe perceperunt, nihil quidquam detrimenti capit ob ea quæ non comprehenduntur; ita neque Scripturæ divinitati per eam totam diffusæ quidquam detrahitur ex eo quod ingenii nostri imbecillitas in unaquaque dictione minime possit pervenire ad arcanum sententiarum splendorem in humili et abjecta locutione delitescentem: « Habemus enim thesaurum in vasis fictilibus, ut sublimitas virtutis Dei fulgeat, et non putetur esse ex nobis hominibus. » Nam si tritæ inter homines demonstrationum viæ nostris libris insertæ convertissent humanum genus, merito quis suspicari potuisset fidem nostram in humana sapientia, et non in virtute Dei sitam esse. Nunc vero cuilibet oculos attollenti perspicuum est sermonis et prædicationis vim in multitudinem,

(98) Tarinus, ὡς ἐνουρανίῳ χάριτι.

(99) Post πεπιστευμένους in codice primo Regio additur, ἡμῖν εἶναι.

(1) In primo Regio deest παρά, quod etiam abesse potest.

(2) *Veritatis.* Deest in editis, sed habetur in mss. Mox aliquot mss., « quæ cooperta verbi bona tegebantur. »

D (3) In mss. legitur « lentius. » In libb. editis, « latentius. » Paulo post mss., « explicantur ut penitus in his lateat. » Editi pro « explicantur, » habent, « occultantur. » Mox mss., « ne credantur quidem. » Editi, « ne crederentur quidem. » Infra mss., « humanæ eloquentiæ fucus. » Editi, « humanæ intelligentiæ fucus.

minus, ab alio amplius consideratur; plus vero ab omni homine qui in terris est, quisquis ille est cœli habitator, agnoscitur. Et aliter **163** claret corporum ratio, aliter arborum, aliter animalium; aliter vero tegitur animorum; et diversi rationabilium mentium motus, qualiter per divinam providentiam dispensentur, plus quidem homines, non parum tamen, ut ego arbitror, etiam angelos latet. Sed sicut non idcirco refellitur divina providentia ab his maxime qui eam esse certi sunt, qui opera ejus vel dispensationes humanis ingeniis comprehendere non possunt: ita ne Scripturæ quidem sanctæ divina esse inspiratio quæ per corpus ejus extenditur, propterea non putabitur quod infirmitas intelligentiæ nostræ non valet per singula verba occultas et latentes investigare sententias, dum in vilioribus et incomptis verborum vasculis divinæ sapientiæ thesaurus absconditur, sicut et Apostolus designat dicens: « Habemus autem thesaurum hunc in vasis fictilibus [86], » ut eo magis divinæ potentiæ virtus effulgeat, dum nullus humanæ eloquentiæ fucus in dogmatum veritate miscetur. Si enim vel arte rhetorica, vel philosophica calliditate conscripti libri nostri ad credendum illicerent homines, sine dubio fides nostra putaretur in verborum arte consistere atque in sapientia humana, et non in virtute Dei. Nunc vero omnibus notum est, quod prædicationis hujus verbum ita a quamplurimis in omni pene orbe susceptum est, ut non in suasoriis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostentatione spiritus et virtutis esse intelligerent (4) quæ credebant. Propter quod cœlesti virtute, imo etiam plus quam cœlesti ad fidem credulitatemque perducti, pro eo scilicet ut solum omnium creatorem Deum nostrum colamus, tentemus et nos niti magnopere, quo derelinquentes initiorum Christi sermonem, quæ sunt prima initia scientiæ, ad perfectionem feramur, ut illa sapientia quæ perfectis traditur, etiam nobis tradatur. Ita namque pollicetur ille cui commissa est hujus sapientiæ prædicatio, dicens: « Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam autem non hujus mundi, neque principum hujus mundi qui destruentur [87]. » Ex quo ostendit quia nihil commune habeat hæc nostra sapientia, quantum ad sermonis decorem pertinet, cum mundi hujus sapientia. Hæc igitur sapientia clarius et perfectius describetur in cordibus nostris si nobis patefacta **164** fuerit secundum revelationem mysterii quod temporibus æternis absconditum est, nunc autem manifestum est per Scripturas propheticas, et per adventum Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi: cui est gloria in æterna sæcula. Amen.

A σαν αὐτὴν, διὰ τὸ μὴ καθ' ἑκάστην λέξιν δύνασθαι τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν παρίστασθαι τῇ κεκρυμμένῃ λαμπρότητι τῶν δογμάτων ἐν εὐτελεῖ καὶ εὐκαταφρονήτῳ λέξει ἀποκειμένῃ· « Ἔχομεν γὰρ θησαυρὸν ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, » ἵνα λάμψῃ ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ νομισθῇ εἶναι ἐξ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων. Εἰ γὰρ αἱ καθημαξευμέναι τῶν ἀποδείξεων ὁδοὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἐναποκείμεναι τοῖς βιβλίοις κατίσχυσαν τῶν ἀνθρώπων, ἡ πίστις ἡμῶν εὐλόγως ἂν ὑπελαμβάνετο ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἐν δυνάμει Θεοῦ· νῦν δὲ τῷ ἐπάραντι τοὺς ὀφθαλμοὺς, σαφὲς ὅτι ὁ λόγος καὶ τὸ κήρυγμα παρὰ τοῖς πολλοῖς οὐ δεδύνηται ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως. Διόπερ δυνάμεως ἡμᾶς οὐρανίου ἢ καὶ ὑπερουρανίου πληττούσης ἐπὶ
B τὸ σέβειν τὸν κτίσαντα ἡμᾶς μόνον (6), πειραθῶμεν ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, τουτέστι τῆς στοιχειώσεως, ἐπὶ τὴν τελειότητα φέρεσθαι, ἵνα ἡ τοῖς τελείοις λαλουμένη σοφία, καὶ ἡμῖν λαληθῇ. Σοφίαν γὰρ ἐπαγγέλλεται, ὁ ταύτην κεκτημένος, λαλεῖν ἐν τοῖς τελείοις, ἑτέραν τυγχάνουσαν παρὰ τὴν σοφίαν τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τὴν σοφίαν τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τὴν καταργουμένην. Αὕτη δὲ ἡ σοφία ἡμῖν ἐντυπωθήσεται τρανῶς, καὶ ἀποκάλυψιν ἐμποιήσει μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου (7), φανερωθέντος δὲ νῦν διά τε Γραφῶν προφητικῶν καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας. Ἀμήν.

C *Quod multi spiritaliter non intelligentes Scripturas et male intelligentes, in hæreses declinarunt* (5).

8. His igitur breviter assignatis de eo quod per Spiritum sanctum Scripturæ divinæ inspiratæ sunt,

Μετὰ τὸ ὡς ἐν ἐπιδρομῇ (8) εἰρηκέναι περὶ τοῦ θεοπνεύστους εἶναι τὰς θείας Γραφὰς, ἀναγκαῖον ἐπεξελθεῖν τῷ τρόπῳ τῆς ἀναγνώσεως καὶ νοήσεως αὐτῶν· πλείστων ἁμαρτημάτων γεγενημένων παρὰ τὸ

INTERPRETATIO NOVA.

non in persuasibilibus positam fuisse sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis. Quamobrem cum nos virtus cœlestis, imo cœlesti superior, ad eum solum colendum qui nos creavit, excitet, relicto sermone initiorum Christi, hoc est primorum elementorum, ad perfectionem omni animi contentione feramur, ut ea quæ perfectis edisseritur sapientia, nobis quoque exponatur. Sapientiam enim promittit, is qui eam adeptus est, loqui se inter perfectos, aliam plane a sapientia hujus sæculi et a sapientia principum hujus sæculi quæ destruitur. Hac autem sapientia aperte informabimur, quæ et revelabit mysterium ab æterno absconditum, nunc vero manifestum per scripta prophetarum et per adventum Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi: cui gloria in omnia sæcula. Amen.

8. Postquam veluti cursim probavimus divinitus inspiratas esse Scripturas sacras, necesse est ut earum legendarum et intelligendarum rationem pertractemus; cum multi errores et lapsus ex eo contigerint

[86] II Cor. IV, 7. [87] I Cor. II, 6.

(4) Sic mss. Editi vero, « etiam intelligerent. » Mox mss., « ad fidem credulitatemque perducti. » Editi, « ad fidem credulitatemque putent se perduci. » Paulo post mss., « initia scientiæ. » Editi, « initia sapientiæ. » Paulo infra mss., « qui dissolvuntur. » Mox mss., describetur in cordibus. »
D Editi, « describitur in cordibus. »

(5) Alias, caput II.

(6) Primus Reg. codex pro μόνον habet Θεόν.

(7) Idem codex Regius: τρανῶς κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου.

(8) Idem, ἐν παραδρομῇ.

τὴν ὁδὸν τοῦ πῶς δεῖ ἐφοδεύειν τὰ ἅγια ἀναγνώσματα τοῖς πολλοῖς μὴ εὑρῆσθαι· οἵ τε γὰρ σκληροκάρδιοι καὶ οἱ ἰδιῶται τῶν ἐκ τῆς περιτομῆς, εἰς τὸν Σωτῆρα ἡμῶν οὐ πεπιστεύκασι, τῇ λέξει τῶν περὶ αὐτοῦ προφητειῶν κατακολουθεῖν νομίζοντες, καὶ αἰσθητῶς μὴ ὁρῶντες αὐτὸν κηρύξαντα αἰχμαλώτοις ἄφεσιν (9), μηδὲ οἰκοδομήσαντα ἣν νομίζουσιν ἀληθῶς πόλιν εἶναι τοῦ Θεοῦ, μηδὲ ἐξολοθρεύσαντα ἅρματα ἐξ Ἐφραῖμ καὶ ἵππον ἐξ Ἱερουσαλὴμ, μηδὲ βούτυρον καὶ μέλι φαγόντα, καὶ πρὶν γνῶναι αὐτὸν ἢ προελέσθαι πονηρὰ, ἐκλεξάμενον (10) τὸ ἀγαθόν· ἔτι δὲ λύκον τὸ ζῶον τὸ τετράποδον οἰόμενοι προφητεύεσθαι μέλλειν βόσκεσθαι μετ' ἀρνὸς, καὶ πάρδαλιν ἐρίφῳ συναναπαύεσθαι, μοσχάριόν τε καὶ ταῦρον καὶ λέοντα ἅμα βοσκηθήσεσθαι ὑπὸ μικροῦ παιδίου ἀγόμενα, καὶ βοῦν καὶ ἄρκτον ἅμα νεμηθήσεσθαι, συνεκτρεφομένων αὐτῶν ἀλλήλοις τῶν παιδίων· καὶ λέοντα ὡς βοῦν φάγεσθαι ἄχυρα· μηδὲν τούτων αἰσθητῶς ἑωρακότες γεγενημένον ἐν τῇ τοῦ πεπιστευμένου ἡμῖν Χριστοῦ ἐπιδημίᾳ, οὐ προσήκαντο τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν (11)· ἀλλ' ὡς παρὰ τὸ δέον Χριστὸν ἑαυτὸν ἀναγορεύσαντα ἐσταύρωσαν. Οἵ τε ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἀναγινώσκοντες τό· « Πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, » καί· « Ἐγὼ Θεὸς ζηλωτής, ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεάν, » καί· « Μεταμεμέλημαι χρίσας τὸν Σαοὺλ εἰς τὸν βασιλέα, » καί· « Ἐγὼ Θεὸς ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακά, » καὶ ἐν ἄλλοις τό· « Οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησεν, » ἔτι δὲ καὶ τό· « Κατέβη κακὰ παρὰ Κυρίου ἐπὶ πύλας Ἱερουσαλὴμ, καί· « Πνεῦμα πονηρὸν παρὰ Θεοῦ ἔπνιγε τὸν Σαούλ· » καὶ μυρία ὅσα τούτοις παραπλήσια, ἀπιστῆσαι μὲν ὡς Θεοῦ ταῖς Γραφαῖς οὐ τετολμήκασι, πιστεύοντες δὲ αὐτὰς εἶναι τοῦ δημιουργοῦ ᾧ Ἰουδαῖοι λατρεύουσιν, ᾠήθησαν, ὡς ἀτελοῦς καὶ οὐκ ἀγαθοῦ τυγχάνοντος τοῦ δημιουργοῦ, τὸν Σωτῆρα ἐπιδεδημηκέναι τελειότερον καταγγέλλοντα Θεόν· ὅν φασι μὴ τὸν δημιουργὸν τυγχάνειν, διαφόρως περὶ τούτου κινούμενοι, καὶ ἅπαξ ἀποστάντες τοῦ δημιουργοῦ, ὅς ἐστιν ἀγέννητος (12) μόνος Θεὸς, ἀναπλασμοῖς ἑαυτοὺς ἐπιδεδώ-

A necessarium videtur etiam illud explicare, quo pacto non recte quidam legentes erroribus se quamplurimis tradiderunt, pro eo quod qua via ad intelligentiam divinarum litterarum debet incedi, a quamplurimis ignoretur. Denique Judæi per duritiam cordis sui, et dum sibimetipsis volunt videri sapientes, Domino et Salvatori nostro non crediderunt, ea quæ de ipso prolata sunt secundum litteram debere intelligi existimantes, id est quod sensibiliter ac visibiliter debuerit prædicare captivis remissionem, et quod debuerit prius ædificare civitatem quam vere putant esse civitatem Dei (13); simul et exterminare currus Ephrem et equum de Jerusalem[88]; sed et butyrum et mel manducare, ut, priusquam cognosceret proferre malum, eligeret B bonum[89]. Sed et lupum animal istud quadrupes existimarunt esse prophetatum, quia deberet in adventu Christi pasci cum agnis, et pardus requiescere cum hœdis, vitulus autem et taurus simul cum leonibus pasci, et a parvulo puero duci ad pascua; bovem vero et ursum simul in pastibus recubare, eorumque fetus pariter enutriri; leones quoque una cum bobus astare præsepibus et vesci paleis[90]. Horum igitur omnium quæ de eo prophetata sunt nihil gestum esse secundum historiam pervidentes, in quibus **165** præcipue signa adventus Christi observanda esse credebant, suscipere præsentiam Domini nostri Jesu Christi nolebant; quinimo et velut contra jus fasque (14), id est contra prophetiæ fidem assumentem eum sibi Christi nomen, C cruci illum affixerunt. Tum vero hæretici legentes quod in lege scriptum est: « Ignis accensus est ex furore meo[91]; » et: « Ego Dominus zelans et reddens peccata patrum in filios in tertiam et quartam progeniem[92]; » et: « Pœnitet quod unxi Saul in regem[93]; » et: « Ego Dominus qui facio pacem, et creo mala[94]; » et iterum: « Non est malitia in civitate quam Dominus non fecerit[95]; et: « Descenderunt mala a Domino super portas Jerusalem[96]; » et quod « spiritus malignus a Deo suffocabat

INTERPRETATIO NOVA.

quod viam multi non invenerint qua esset in sancta lectione insistendum. Duri enim corde et idiotæ qui e circumcisione sunt, prophetiarum quæ de Christo loquuntur dictionem sequi se existimantes, in Salvatorem nostrum non crediderunt; et cum sensibiliter non cernerent ipsum prædicasse captivis remissionem, neque ædificasse quam vere credunt esse civitatem Dei, neque exterminasse currus Ephraim et equum de Jerusalem, neque butyrum et mel comedisse, neque priusquam nosset aut eligeret mala, elegisse bonum; rati insuper esse prophetatum fore ut lupus animal quadrupes cum agno pasceretur, pardus cum hœdo stabularetur; vitulus, taurus et leo simul pascerentur, et a puerulo ducerentur; bos et ursus una pabulum sumerent, eorum parvulis simul educatis; leo quoque ut bos palea vesceretur; nihil horum in ejus quem Christum credimus, adventu sensibiliter cernentes factum, Dominum nostrum Jesum nedum susceperint, eum tanquam sese contra jus Christum prædicaret, cruci affixerunt. Hæretici autem legentes: « Ignis exarsit ex ira mea; » et: « Ego Deus æmulator reddens peccata patrum in filios in tertiam et quartam generationem; » et: « Pœnitet me unxisse Saul in regem; » et: « Ego Dominus faciens

[88] Zach. IX, 10. [89] Isa. VII, 15. [90] Isa. XI, 6 seqq. [91] Jerem. XV, 14. [92] Exod. XX, 5. [93] I Reg. XV, 11. [94] Isai. XLV, 7. [95] Amos. III, 6. [96] Mich. I, 12.

(9) Post ἄφεσιν, idem codex Regius addit, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν.

(10) Primus codex Regius, ἐκλέξασθαι, male.

(11) Idem, Ἰησοῦν Χριστόν. Infra idem, ἐκκέκαυται ἀπὸ θυμοῦ μου.

(12) Duo codd. Regii, ἀγέννητος. Tarinus, ἀγένητος.

(13) Ita mss. Editi autem, « debuit prius ædificare civitatem Dei. » Paulo post mss., « existimarunt esse prophetatum quia deberet. » Editi, « existimant prophetatum quia debet. »

D (14) Ita recte mss. Male editi, « contrarium falsoque. » Ibidem mss., « assumentem eum sibi Christi nomen. In editis deest « eum sibi. » Mox mss., « quod in lege scriptum est. » In editis deest « in lege. »

Saul[97]; » et multa alia his similia quæ scripta sunt legentes, dicere quidem eas non esse Dei Scripturas non ausi sunt, sed eas conditoris Dei illius quem Judæi colebant, putarunt; quem justum tantummodo, non etiam bonum credi debere existimaverunt; Salvatorem vero advenisse, ut perfectiorem nobis annuntiaret Deum, quem negant esse conditorem mundi, diversis etiam de hoc ipso opinionibus dissidentes; quoniam quidem semel recedentes a fide creatoris Dei qui est omnium Deus, figmentis se variis (15) ac fabulis tradiderunt commentantes quædam, et dicentes alia esse visibilia et ab alio facta, alia vero quædam invisibilia et ab alio condita, prout eis animæ suæ phantasia vanitasque suggesserit. Sed et nonnulli ex simplicioribus scilicet eorum qui intra Ecclesiæ fidem contineri videntur, majorem quidem creatore Deo nullum esse opinantur, rectam in hoc tenentes sanamque sententiam, verum talia de eo sentiunt, quæ nec de aliquo injustissimo et immitissimo homine sentienda sunt.

A κασι, μυθοποιοῦντες ἑαυτοῖς ὑποθέσεις, καθ' ἃς οἴονται γεγονέναι τὰ βλεπόμενα, καὶ ἕτερά τινα μὴ βλεπόμενα, ἅπερ ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἀνειδωλοποίησεν. Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ ἀκεραιότεροι τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας αὐχούντων τυγχάνειν, τοῦ μὲν δημιουργοῦ μείζονα οὐδένα ὑπειλήφασιν, ὑγιῶς τοῦτο ποιοῦντες· τοιαῦτα δὲ ὑπολαμβάνουσι περὶ αὐτοῦ ὁποῖα οὐδὲ περὶ τοῦ ὠμοτάτου καὶ ἀδικωτάτου ἀνθρώπου.

9. Horum autem omnium falsæ intelligentiæ causa his de quibus supra diximus, non alia exstitit, nisi quod sancta Scriptura ab his non secundum spiritalem sensum, sed secundum litteræ sonum intelligitur. Propter quod conabimur, **166** pro mediocritate sensus nostri, his qui credunt Scripturas sanctas (16) non humana verba aliqua esse composita, sed sancti Spiritus inspiratione conscripta, et voluntate Dei Patris per unigenitum Filium suum Jesum Christum nobis quoque esse tradita et commissa, quæ nobis videntur recta via intelligentiæ observantibus, demonstrare illam regulam et disciplinam quam ab Jesu Christo traditam sibi apostoli, per successionem posteris quoque suis sanctam Ecclesiam docentibus, tradiderunt. Et quidem quod dispensationes quædam mysticæ indicentur per Scripturas sanctas, omnes, ut arbitror, etiam simpliciores quique credentium confitentur. Quæ tamen istæ, vel cujusmodi sint, si quis rectæ mentis est, nec jactantiæ vitio fatigatur, religiosius se fatebitur ignorare. Nam si quis, verbi gratia, proponat nobis de filiabus Lot, quod patri contra fas viden-

B Αἰτία δὲ πᾶσι τοῖς προειρημένοις ψευδοδοξιῶν καὶ ἀσεβειῶν (17) ἢ ἰδιωτικῶν περὶ Θεοῦ λόγων, οὐκ ἄλλη τις εἶναι δοκεῖ ἢ Γραφὴ κατὰ τὰ πνευματικὰ μὴ νενοημένη, ἀλλ' ὡς πρὸς τὸ ψιλὸν γράμμα ἐξειλημμένη. Διόπερ τοῖς πειθομένοις μὴ ἀνθρώπων εἶναι συγγράμματα τὰς ἱερὰς βίβλους, ἀλλ' ἐξ ἐπιπνοίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος βουλήματι τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ταύτας ἀναγεγράφθαι καὶ εἰς ἡμᾶς ἐληλυθέναι, τὰς φαινομένας ὁδοὺς ὑποδεικτέον ἐχομένοις τοῦ κανόνος τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ διαδοχὴν τῶν ἀποστόλων οὐρανίου Ἐκκλησίας. Καὶ ὅτι μὲν οἰκονομίαι εἰσί τινες μυστικαὶ δηλούμεναι διὰ τῶν θείων Γραφῶν, πάντες καὶ οἱ ἀκεραιότατοι τῶν τῷ λόγῳ προσιόντων πεπιστεύκασι· τίνες δὲ αὗται, οἱ εὐγνώμονες καὶ ἄτυφοι ὁμολογοῦσι μὴ εἰδέναι. Εἰ γοῦν ἐπαπορήσαι (18) τις περὶ τῆς τοῦ Λὼτ θυγατρομιξίας, καὶ τῶν δύο γυναικῶν τοῦ Ἀβραάμ, δύο τε ἀδελφῶν γεγαμημένων τῷ Ἰακὼβ, καὶ δύο παιδισκῶν τετεκνωκυιῶν ἐξ αὐτοῦ, οὐδὲν ἄλλο φήσουσιν ἢ μυστή-
C ρια ταῦτα τυγχάνειν, ὑφ' ἡμῶν μὴ νοούμενα. Ἀλλὰ καὶ ἐπὰν ἡ κατασκευὴ τῆς σκηνῆς ἀναγινώσκηται, πειθόμενοι τύπους εἶναι τὰ γεγραμμένα, ζητοῦσιν ἃ δυνήσονται

INTERPRETATIO NOVA.

pacem et creans mala; » et alio loco : « Non est malum in civitate quod non fecerit Dominus; » et illud insuper: « Descenderunt mala a Domino in portas Jerusalem; » et : « Spiritus malus a Deo suffocabat Saul; » et infinita propemodum his consimilia, negare quidem eas esse Dei Scripturas non ausi sunt, sed illius quem Judæi colunt Creatoris eas esse rati, quasi imperfectus nec bonus esset ille conditor, arbitrati sunt advenisse Salvatorem qui perfectiorem annuntiaret Deum quem dicunt non esse mundi opificem, in varias ea de re abrepti sententias, et postquam a Creatore qui est ingenitus solus Deus, defecerunt, figmentis adhæserunt, excogitatis fictitiis hypothesibus secundum quas facta esse putant visibilia, et alia quædam invisibilia quæ animo sibi finxerunt. Quinetiam simpliciores nonnulli qui se de Ecclesia esse gloriantur, Creatore quidem nullum majorem existimant, sanam hac in re amplexi sententiam, verum ea de ipso suspicantur quæ ne de ipso homine quidem crudelissimo et injustissimo cogitare fas sit.

9. Iis autem omnibus nulla falsarum opinionum, nulla impietatis et stolidorum de Deo sermonum causa esse alia videtur quam Scriptura non secundum spiritalem sensum intellecta, sed secundum litteralem accepta. Quapropter iis qui persuasum habent sacros libros non hominum esse commentarios, sed sancti Spiritus afflatu, voluntate Dei parentis universorum per Jesum Christum scriptos esse et ad nos pervenisse, qua via in eorum lectionem insistendum esse nobis videatur, indicare conabimur, servata cœlestis secundum successionem apostolorum Ecclesiæ Jesu Christi regula. Et esse quidem mysticas quasdam dispensationes quas divinæ Scripturæ indicant, etiam simpliciores fidelium credunt; quænam vero hæ sint, cordati et modesti nescire se fatentur. Quare si quis sciscitetur de congressu Lot cum filiabus, de

[97] I Reg. XVIII, 10.

(15) Sic mss. Editi autem, « vanis. » Paulo post mss., « ex simplicioribus scilicet eorum. » Editi, « ex simplicioribus quibusque. » Mox mss., « creatore Deo nullum esse. » In editis deest, « Deo » et « esse. »

(16) *Sanctas*. Deest in editis. Infra mss., « indicentur per Scripturas sanctas. » In editis deest « sanctas. » Ibidem mss., « simpliciores quique credentium. » In editis deest, « credentium. »

(17) Primus codex Regius, ψευδυλόγων καὶ ἀσεβῶν.

(18) Primus Reg. codex, ἐπαπορήσει.

ἐφαρμόσαι ἑκάστῳ τῶν (19) κατὰ τὴν σκηνὴν λεγομένων· ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ πείθεσθαι ὅτι τύπος τινός ἐστιν ἡ σκηνὴ, οὐ διαμαρτάνοντες· ὅσον δὲ ἐπὶ τῷ τῷδέ τινι ἀξίως τῆς Γραφῆς ἐφαρμόζειν τὸν λόγον οὗ ἐστι τύπος ἡ σκηνὴ, ἔσθ' ὅτε ἀποπίπτοντες· καὶ πᾶσαν δὲ διήγησιν νομιζομένην περὶ γάμων ἀπαγγέλλειν ἢ παιδοποιϊῶν, ἢ πολέμων, ἢ ὧν δήποτε ἱστοριῶν ἂν παρὰ τοῖς πολλοῖς λεχθησομένων (20), ἀποφαίνονται εἶναι τύπους· ἐν δὲ τῷ τίνων, πὴ μὲν διὰ τὴν ἕξιν οὐ πάνυ συγκεκροτημένην, πὴ δὲ διὰ τὴν προπέτειαν, ἔσθ' ὅτε κἂν συγκεκροτημένος τις τυγχάνῃ καὶ εὐπρόοπτος, διὰ τὴν εἰς ὑπερβολὴν χαλεπωτάτην εὕρεσιν τῶν πραγμάτων τοῖς ἀνθρώποις, οὐ πάνυ σαφηνίζεται ὁ περὶ τούτων ἑκάστου λόγος.

A tur admistæ, vel de duabus uxoribus Abraham, sive de duabus sororibus quæ nuptæ sunt Jacob, sive de duabus ancillis numerositatem ei augentibus filiorum, quid aliud responderi potest quam esse hæc sacramenta quædam et formas spiritualium rerum, a nobis tamen ignorari cujusmodi sint? Sed et constructionem tabernaculi cum legimus, certum quidem habemus quod hæc quæ scripta sunt figuræ occultarum quarumdam rerum sunt : aptare ea tamen suis modis, et per singula aperire atque disserere, perdifficile, ut non dicam impossibile, puto esse. Tamen, ut dixi, descriptionem illam plenam esse mysteriorum, etiam communem non refugit intellectum. Sed et omnis illa narratio quæ vel de nuptiis, vel de filiis procreatis videtur esse conscripta, vel de diversis præliis, vel de quibuslibe aliis historiis, quid aliud quam formæ ac figuræ credendæ sunt latentium sacrarumque rerum? Verum pro eo quod parum studii ad exercendum ingenium homines adhibent, vel quod antequam discant, scire se putant, inde fit ut nunquam scire incipiant; aut si certe nec studium defuerit, nec magister, si tanquam divina quærantur, id est religiose et pie, atque Deo revelante in quamplurimis (22) sperentur aperiri, quoniam quidem humanis sensibus valde et difficilia et occulta sunt, tunc demum fortassis qui ita quæsierit quæ invenire fas est, inveniet.

Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν προφητειῶν, ἃς πάντες ἴσμεν αἰνιγμάτων καὶ σκοτεινῶν πεπληρῶσθαι λόγων: Κἂν ἐπὶ τὰ Εὐαγγέλια δὲ φθάσωμεν, κἀκείνων ὁ ἀκριβὴς νοῦς, ἅτε νοῦς ὢν Χριστοῦ, δεῖται χάριτος τῆς δοθείσης τῷ εἰρηκότι· « Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν· ἃ καὶ λαλοῦμεν οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος. » Καὶ τὰ ἀποκεκαλυμμένα δὲ τῷ Ἰωάννῃ τίς οὐκ ἂν ἀναγνοὺς καταπλαγείη τὴν ἐπίκρυψιν τῶν ἀποῤῥήτων μυστηρίων καὶ τῷ μὴ νοοῦντι τὰ γεγραμμένα ἐμφαινομένων (21); Αἱ δὲ τῶν ἀποστόλων Ἐπιστολαὶ τίνι τῶν βασανίζειν ἐπισταμένων λόγους δόξαιεν ἂν εἶναι σαφεῖς καὶ εὐχερῶς νοούμεναι· μυρίων ὅσων κἀκεῖ ὡς δι' ὀπῆς μεγίστων καὶ πλείστων νοημάτων οὐ βραχεῖαν ἀφορμὴν παρεχόντων; Διόπερ τούτων οὔ-

B 10. Sed ne fortassis tantummodo in propheticis hæc difficultas putetur inesse sermonibus, quandoquidem certum est apud omnes stylum propheticum figuris et ænigmatibus consitum esse : quid cum ad Evangelia venimus? Nunquid non ibi etiam sensus interior, utpote sensus divinus, latet qui per illam tantummodo gratiam revelatur, quam acceperat ille qui dicebat : « Nos autem sensum Christi habemus, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, quæ et loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus**? » Jam vero illa quæ Joanni revelata sunt, si quis legat, quomodo non obstupescet tantam ibi inesse occultationem ineffabilium sacramentorum, in quibus manifeste ab eis etiam qui intelligere non possunt quid in his
C lateat, intelligitur tamen quod lateat quid? At vero

INTERPRETATIO NOVA.

duabus uxoribus Abraham, de duabus sororibus quæ nupserunt Jacob, de duabus ancillis quæ ex ipso pepererunt, nihil aliud respondebunt quam mysteria hæc esse a nobis non intellecta. Sed et tabernaculi fabricam cum legunt, credentes quæ scripta sunt esse figuras, quærunt quæ possint in singulas tabernaculi partes accommodare. Neque vero in eo quod credunt rei alicujus figuram esse tabernaculum, falluntur, sed cum rationem cujus typus est tabernaculum, certæ cuipiam rei prout postulat Scripturæ dignitas, aptare volunt, aliquando aberrant; et omnem quidem narrationem quæ vel nuptias spectare videtur, vel liberorum procreationem, vel bella, aut alias quaslibet historias quæ vulgo circumferri possunt, figuras esse declarant, sed quarum rerum figuræ sint, interdum propter habitum non omnino bene compositum, aliquando propter temeritatem, quandoque etiam quod supra modum hominibus difficile 167 sit res ejusmodi explorare, quantumlibet quis exercitatus et perspicax sit, non ita evidenter apparet, nec singulorum ratio afferri potest.

10. Quid attinet dicere de prophetiis quas omnes scimus ænigmatis et obscuris sermonibus plenas? Et si ad Evangelia accedimus, illorum etiam accuratus sensus, utpote Christi sensus, eget gratia quæ data est ei qui dixit : « Nos autem sensum Christi habemus, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, quæ et loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus. » Quis etiam quæ Joanni revelata sunt legens non obstupescat in occultationem mysteriorum quæ etiam non intelligenti quæ scripta sunt, latens quid et arcanum habere videntur? Apostolorum autem Epistolæ cuinam sagaci et perito sermonum judici videantur apertæ ac intellectu faciles, cum illic infinita prope sint, quæ vel-

** I Cor. II, 16, 13.

(19) Idem, ᾧ δυνήσονται ἐφαρμόσαι ἕκαστον τῶν.
(20) Idem, δεχθησομένων.
(21) Primus codex Regius, ἐμφαινομένην. Coislinianus, ἐκφαινομένων.
(22) Sic mss. Editi vero, « et quæ Deo revelante, a quamplurimis. » Mox mss., « difficilia et occulta sunt, tunc. » Editi, « difficilia et obscura sunt, ta- D men. » Paulo post mss., « certum est apud omnes stylum propheticum..... ænigmatibus consitum esse. » Editi, « certum est quod omnes cernunt stylum propheticum..... ænigmatibus confertum. » Mox ms., « nunquid non ibi. » In editis deest, « non. »

Epistolæ apostolorum, quæ quidem videntur aliquibus A esse planiores, nonne tam profundis repletæ sunt sensibus, ut per eas his qui possunt intelligere divinæ sapientiæ sensum, quasi per breve quoddam receptaculum immensæ lucis claritas videatur infundi? Unde quoniam hæc ita se habent, et multi sunt qui in hac vita errant, non arbitror esse sine periculo facile pronuntiare quemquam nosse vel intelligere ea, quæ ut aperiri possint, scientiæ clave opus est, quam clavem dicebat Salvator esse apud legisperitos. In hoc loco, licet per excessum quemdam, inquirendum ab his tamen puto, qui dicunt quod ante adventum Salvatoris non erat veritas apud eos qui in lege versabantur, quomodo a Domino nostro Jesu Christo dicatur, quia claves scientiæ apud illos sint qui libros prophetarum et legis habebant in manibus. Ita enim dixit: « Væ vobis legis doctoribus qui tulistis clavem scientiæ; ipsi non introistis, et volentes intrare prohibuistis [99]. »

τως ἐχόντων, καὶ μυρίων ὅσων σφαλλομένων, οὐκ ἀκίνδυνον ἐν τῷ ἀναγινώσκειν εὐχερῶς ἀποφαίνεσθαι νοεῖν τα δεόμενα τῆς κλειδὸς τῆς γνώσεως (24), ἥντινα ὁ Σωτήρ φησιν εἶναι παρὰ τοῖς νομικοῖς· καὶ ἀπαγγελλέτωσαν οἱ μὴ βουλόμενοι παρὰ τοῖς πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀλήθειαν τυγχάνειν, πῶς ἡ τῆς γνώσεως κλεὶς ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λέγεται παρ' ἐκείνοις τυγχάνειν τοῖς, ὥς φασιν αὐτοὶ, μὴ ἔχουσι βίβλους περιεχούσας τὰ ἀπόῤῥητα τῆς γνώσεως καὶ παντελῆ μυστήρια· ἔχει γὰρ οὕτως ἡ λέξις· « Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε. »

168 11. Verum, ut dicere cœperamus, viam B quæ nobis videtur recta esse ad intelligendas Scripturas et sensum earum requirendum, hujusmodi esse arbitramur, sicut ab ipsa nihilominus Scriptura, qualiter de ea sentiri debeat, docemur. Apud Salomonem invenimus in Proverbiis tale aliquid de divinæ Scripturæ observantia præcipi: « Et tu, inquit, describe tibi hæc tripliciter in consilio et scientia, et ut respondeas verba veritatis his qui proposuerint tibi [1]. » Tripliciter ergo describere oportet in anima sua (23) unumquemque divinarum intelligentiam litterarum, id est ut simpliciores quique ædificentur ab ipso, ut ita dixerim, corpore Scripturarum; sic enim appellamus communem istum et historialem intellectum; si C qui vero aliquantum jam proficere cœperunt, et possunt amplius aliquid intueri, ab ipsa Scripturæ anima ædificentur; qui vero perfecti sunt, et similes his de quibus Apostolus dicit: « Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam autem

Ἡ τοίνυν φαινομένη ἡμῖν ὁδὸς τοῦ πῶς δεῖ ἐντυγχάνειν ταῖς Γραφαῖς, καὶ τὸν νοῦν αὐτῶν ἐκλαμβάνειν, ἐστὶ τοιαύτη, ἀπ' αὐτῶν (25) τῶν λογίων ἐξιχνευομένη. Παρὰ τῷ Σολομῶντι ἐν ταῖς Παροιμίαις εὑρίσκομεν τοιοῦτό τι προστασσόμενον περὶ τῶν γεγραμμένων θείων δογμάτων· « Καὶ σὺ δὲ ἀπόγραψαι αὐτὰ τρισσῶς (26) ἐν βουλῇ καὶ γνώσει τοῦ ἀποκρίνασθαι λόγους ἀληθείας τοῖς προβαλλομένοις σοι. » Οὐκοῦν τρισσῶς ἀπογράφεσθαι δεῖ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν τὰ τῶν ἁγίων γραμμάτων νοήματα· ἵνα ὁ μὲν ἁπλούστερος οἰκοδομῆται ἀπὸ τῆς οἱονεὶ σαρκὸς τῆς Γραφῆς, οὕτως ὀνομαζόντων ἡμῶν τὴν πρόχειρον ἐκδοχήν· ὁ δὲ ἐπὶ ποσὸν ἀναβεβηκὼς, ἀπὸ τῆς ὡσπερεὶ ψυχῆς αὐτῆς· ὁ δὲ τέλειος καὶ ὅμοιος τοῖς παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ λεγομένοις· « Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου (27) τῶν καταργουμένων, ἀλλὰ λαλοῦμεν Θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν, » ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ νόμου

INTERPRETATIO NOVA.

uti per foramen maxima et quamplurima intelligendi materiam amplam præbeant? Quæ cum ita se habeant, et prope innumeri labantur, non sine periculo quis pronuntiaverit se legendo intelligere quæ indigent clavi intelligentiæ quam Salvator penes legisperitos esse ait. Dicant enim vero qui nolunt apud eos qui Christi adventum præcesserunt, veritatem exstitisse, quo pacto scientiæ clavis a Domino nostro Jesu Christo dicitur apud eos esse qui, ut ipsi aiunt, carebant libris arcana scientiæ et omnis generis mysteria complectentibus. Verba enim hæc sunt: « Væ vobis legisperitis quia tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis, et eos qui introibant prohibuistis. »

11. Via igitur qua insistendum nobis videtur ad legendas et intelligendas Scripturas, ejusmodi est, ex ipsismet Scripturarum oraculis indagata. Apud Salomonem in Proverbiis tale quippiam præcipitur de divinis sententiis scripto consignatis: « Tu vero describe tibi hæc tripliciter in consilio et scientia, ut respondeas sermones veritatis ad ea quæ tibi proponentur. » Trifariam igitur describendæ in mente sunt sanctarum litterarum sententiæ: ut simplicior quidem, ab ipsa veluti carne Scripturæ, quo nomine obvium ejus sensum appellamus; qui vero aliquantum ascenderit, ab ipsa quodammodo anima ejus; perfectus autem et iis similis de quibus Apostolus ait: « Sapientiam loquimur inter perfectos; sapientiam autem non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, » a lege spiritali ædificetur umbram habente futurorum bonorum. Ut enim homo constat corpore, anima et spiritu, ita et Scriptura quæ divina dispensatione in hominum salutem data est. Proinde nos quod dicitur in libro qui

[99] Luc. xi, 52. [1] Prov, xxii, 20, 21.

(23) *In anima sua.* Hæc desunt in editis, sed habentur in mss. Infra mss., « qui destruentur. »

(24) Sic duo codd. Regii. Tarinus vero: διαγνώσεως.

(25) Sic duo codd. Regii. Tarinus, ἐξ αὐτῶν. Editi, « qui dissolvuntur. » Mox mss., « in gloriam nostram. » Editi, « in gloria nostra. »

D (26) Primus codex Regius, τριχῶς, et paulo post ἀπογράψασθαι λόγους ἀληθείας.

(27) *Οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου.* Hæc desiderantur in editione Tarini, sed habentur in codice Coisliniano. Mox primus codex Regius, τὴν καταργουμένην pro τῶν καταργουμένων. Infra idem, σκιὰν περιέχοντος.

σκιὰν ἔχοντος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἄνθρωπος συνέστηκεν ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς καὶ πνεύματος, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ οἰκονομηθεῖσα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν δοθῆναι Γραφή. Διὰ τοῦτο ἡμεῖς καὶ τὸ ἐν τῷ ὑπό τινων καταφρονουμένῳ βιβλίῳ τῷ *Ποιμένι*, περὶ τοῦ προστάσσεσθαι τὸν Ἑρμᾶν δύο γράψαι βιβλία, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἀναγγέλλειν τοῖς πρεσβυτέροις τῆς Ἐκκλησίας ἃ μεμάθηκεν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, οὕτω διηγούμεθα. Ἔστι δὲ ἡ λέξις (28) αὕτη· «Γράψεις δύο βιβλία, καὶ δώσεις ἓν Κλήμεντι, καὶ ἓν Γραπτῇ. Καὶ Γραπτὴ μὲν νουθετήσει (29) τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς· Κλήμης δὲ πέμψει εἰς τὰς ἔξω πόλεις· σὺ δὲ ἀναγγελεῖς τοῖς πρεσβυτέροις τῆς Ἐκκλησίας.» Γραπτὴ μὲν γὰρ ἡ νουθετοῦσα (30) τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς, αὐτὸ ψιλόν ἐστι τὸ γράμμα νουθετοῦν τοὺς παῖδας τὰς ψυχάς, καὶ μηδέπω πατέρα (31) Θεὸν ἐπιγράψασθαι δυναμένους, καὶ διὰ τοῦτο ὀρφανοὺς καλουμένους· νουθετοῦν δὲ καὶ τὰς μηκέτι μὲν τῷ παρανόμῳ νυμφίῳ χρωμένας, χηρευούσας δὲ τῷ μηδέπω ἀξίας αὐτὰς τοῦ Νυμφίου γεγονέναι. Κλήμης δὲ ὁ ἤδη τοῦ γράμματος (32) ἐξιστάμενος, εἰς τὰς ἔξω πόλεις λέγεται πέμπειν τὰ λεγόμενα· ὡς εἰ λέγοιμεν τὰς ἔξω τῶν σωματικῶν, καὶ τῶν κάτω νοημάτων τυγχανούσας ψυχάς· οὐκέτι δὲ διὰ γραμμάτων, ἀλλὰ διὰ ζώντων λόγων αὐτὸς ὁ μαθητὴς τοῦ Πνεύματος προστάσσεται ἀναγγέλλειν τοῖς τῆς πάσης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας πρεσβυτέροις πεπολιωμένοις ὑπὸ φρονήσεως.

Ἀλλ' ἐπεί εἰσί τινες Γραφαὶ τὸ σωματικὸν οὐδαμῶς ἔχουσαι, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς (33) δείξομεν, ἔστιν ὅπου οἱονεὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ πνεῦμα τῆς Γραφῆς μόνα χρὴ ζητεῖν. Καὶ τάχα διὰ τοῦτο αἱ ἐπὶ καθαρισμῷ τῶν Ἰουδαίων ὑδρίαι κεῖσθαι λεγόμεναι, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ ἀνέγνωμεν, χωροῦσιν ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς (34)· αἰνισσομένου

A non hujus mundi, neque principum hujus sæculi qui destruentur; sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram[1], » hi tales ab ipsa spiritali lege quæ umbram habet futurorum bonorum, tanquam a spiritu ædificentur. Sicut ergo homo constare dicitur ex corpore, et anima, et spiritu; ita etiam sancta Scriptura quæ ad hominum salutem divina largitione concessa est. Quod nos etiam in libello *Pastoris*, qui a nonnullis contemni videtur, designatum videmus, cum jubetur Hermas (35) duos libellos scribere, et postea denuntiare presbyteris Ecclesiæ quæ a Spiritu didicit. Quod his verbis scriptum est: « Et scribes, inquit, duos libellos, et dabis unum Clementi, et unum Graptæ. Et Grapte quidem commoneat viduas et orphanos, Clemens vero mittat per omnes civitates quæ foris sunt: tu vero annuntiabis **169** B presbyteris Ecclesiæ[2]. » Est ergo Grapte quæ orphanos jubetur et viduas commonere, purus ipsius litteræ intellectus, per quem commonentur animæ pueriles quæ nondum patrem Deum habere meruerunt, et propterea orphanæ appellantur. Sed et viduæ sunt quæ ab illo quidem iniquo viro cui contra legem junctæ fuerant, recesserunt, viduæ vero permanent ex eo quod nondum profecerunt in hoc, ut cœlesti sponso jungerentur. Clemens vero his qui jam recedunt a littera, in eas quæ foris sunt, civitates mittere jubetur quæ dicta sunt, velut si diceret, ad eas animas quæ per hoc ædificatæ extra corporis curam et extra desideria carnalia esse cœperunt. Ipse vero qui a Spiritu sancto didicerat, non per litteras, neque per libellum, sed viventi voce, jubetur annuntiare presbyteris Ecclesiæ Christi, id est his qui maturum prudentiæ sensum capacem (36) doctrinæ spiritalis gerunt.

12. Illud sane non ignorandum, esse quædam in Scripturis in quibus hoc quod diximus corpus, id est consequentia historialis intelligentiæ non semper invenitur, sicut in consequentibus demonstrabimus; et est ubi ea quam diximus anima, vel spiritus, solummodo intelligenda sunt. Quod etiam in Evangeliis designari puto, cum dicuntur C

INTERPRETATIO NOVA.

inscribitur *Pastor* et a nonnullis contemnitur, Hermæ imperatum esse ut duos libros scriberet ac postea presbyteris Ecclesiæ annuntiaret quæ didicerat a Spiritu, ad hunc modum exponimus. Sic autem ad verbum legitur: « Duos libros scribes, dabisque unum Clementi et alterum Graptæ; et Grapte quidem commonebit viduas et pupillos. Clemens autem mittet ad externas urbes; tu vero annuntiabis presbyteris Ecclesiæ. » Nam Grapte quæ viduas et orphanos instituit, ipsa est nuda littera, docens si qui mente pueri sunt, et nondum Deum patrem sibi vindicare possunt, ideoque orbi vocantur; instituens vero eas quæ improbo marito non amplius serviunt, sed viduæ sunt, quod nondum Sponso dignæ factæ fuerint. Clemens autem qui jam e littera excessit, dicitur quæ scripta sunt ad externas mittere civitates, hoc est, ad eas animas quæ extra corporeas et terrestres cogitationes versantur; sed ut Spiritus discipulus non amplius per litteras, sed per vivos sermones presbyteris totius Ecclesiæ Dei præ prudentia canis annuntiare jubetur.

12. Verum quoniam Scripturæ quædam sunt quæ nihil habent corporeum, ut deinceps ostendemus, alicubi sola veluti anima et spiritus quærendus est. Ideo fortasse quæ dicuntur pro purificatione Judæorum hydriæ positæ, ut in Joannis Evangelio legimus, capiunt metretas binas vel ternas; quibus sub

[1] I Cor. II, 6, 7. [2] Lib. I vis. 2, num. 4.

(28) Primus codex Regius, ἔχει δὲ ἡ λέξις.

(29) Idem, νομοθετήσει.

(30) Idem, νομοθετοῦσα, et paulo post, τὸ γραμμα νομοθετοῦν.

(31) *Πατέρα*. Sic recte omnes codd. mss. Apud Tarinum mendose legitur *παρά*.

(32) Primus codex Regius, ὁ ἔξω τοῦ γράμματος.

(33) Primus codex Regius: ἐφεξῆς.

D (34) Idem: δύο ἢ τρεῖς. Tarinus, δύο καὶ τρεῖς.

(35) Sic mss. Editi vero, « Hermes. » Infra mss., « orphanos jubetur et viduas commonere. » Editi, « orphanos et viduas videtur commonere. »

(36) *Capacem*. Sic mss. Editi vero, « pro capacitate. » Paulo post mss., « id est consequentia historialis, » etc. Editi, « id est convenientia historialis, » etc.

pro purificatione Judæorum sex hydriæ positæ [4] capientes metretas binas, vel ternas, in quo, ut dixi, hoc videtur sermo evangelicus indicare de his qui dicuntur in occulto ab Apostolo Judæi [5], quod hi purificentur per verbum Scripturæ, capientes interdum quidem duas metretas, id est animæ vel spiritus secundum quod supra diximus, intellectum recipientes; interdum autem tres, cum etiam corporalem intelligentiam, quæ est historiæ, servare lectio ad ædificationem potest. Sex vero hydriæ consequenter (37) dictæ sunt de his qui in mundo positi purificantur. In sex enim diebus (qui perfectus est numerus) mundum hunc et omnia quæ in eo sunt legimus consummata. Quanta igitur sit utilitas in hoc primo quem diximus **170** historiali intellectu, testimonio est omnium credentium multitudo, quæ et satis fideliter et simpliciter credit, nec multa assertione indiget quod palam omnibus patet. Ejus vero intelligentiæ quam velut animam esse Scripturæ supra diximus, exempla nobis quamplurima dedit apostolus Paulus, sicut est in prima Epistola ad Corinthios. Scriptum est enim : « Non infrenabis bovem triturantem [6]. » Tunc deinde explanans qualiter præceptum istud deberet intelligi, addit dicens : « Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique dicit? Propter nos enim scriptum est, quia debet qui arat in spe arare, et qui triturat, in spe percipiendi. » Sed et alia hujusmodi quamplurima quæ hoc modo sunt interpretata de lege, instructionem quamplurimam audientibus conferunt.

A τοῦ λόγου περὶ τῶν παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίων, ὡς ἄρα οὗτοι καθαρίζονται διὰ τοῦ λόγου τῶν Γραφῶν, ὅπου μὲν δύο μετρητὰς, τὸν, ἵν' οὕτως εἴπω, ψυχικὸν καὶ τὸν πνευματικὸν λόγον χωρούντων· ὅπου δὲ τρεῖς, ἐπεί τινες ἔχουσι πρὸς τοῖς προειρημένοις (38) καὶ τὸ σωματικὸν οἰκοδομῆσαι δυνάμενον. Ἓξ δὲ ὑδρίαι εὐλόγως εἰσὶ τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ καθαριζομένοις, γενομένῳ (39) ἐν ἓξ ἡμέραις ἀριθμῷ τελείῳ. Ἀπὸ μὲν οὖν τῆς πρώτης ἐκδοχῆς καὶ κατὰ τοῦτο ὠφελούσης, ὅτι ἔστιν ὄνασθαι, μαρτυρεῖ τὰ πλήθη τῶν γνησίως καὶ ἁπλούστερον πεπιστευκότων· τῆς δὲ ὡς ἂν εἰς ψυχὴν ἀναγομένης (40) διηγήσεως, παράδειγμα τὸ παρὰ τῷ Παύλῳ ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους κείμενον. « Γέγραπται γὰρ, φησὶν, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. » Ἔπειτα διηγούμενος B τοῦτον τὸν νόμον (41), ἐπιφέρει· « Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; Ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; Δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, ὅτι ὀφείλει ἐπ' ἐλπίδι ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷν, καὶ ὁ ἀλοῶν ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν. » Καὶ πλεῖσται δὲ περιφερόμεναι τοῖς πλήθεσιν ἁρμόζουσαι ἑρμηνεῖαι καὶ οἰκοδομοῦσαι τοὺς ὑψηλοτέρων ἀκούειν μὴ δυναμένους, τὸν αὐτόν πως ἔχουσι χαρακτῆρα.

13. Spiritalis autem explanatio est talis, si quis potest ostendere quorum cœlestium exemplaribus et umbræ deserviunt hi qui secundum carnem Judæi sunt, et quorum futurorum umbram lex habet, et si qua hujusmodi in Scripturis sanctis inveniuntur; vel cum requiritur quæ sit illa sapientia in mysterio abscondita « quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo principum hujus sæculi cognovit [7]; » vel illud quod dicit ipse Apostolus, cum exemplis quibusdam utitur de Exodo, vel Numeris, et ait quia « hæc in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos in quos fines sæculorum devenerunt [8]; » et occasionem nobis præstat intelligentiæ, ut possimus advertere quorum figuræ erant ista quæ illis

Πνευματικὴ δὲ διήγησις τῷ δυναμένῳ ἀποδεῖξαι ποίων ἐπουρανίων ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ οἱ κατὰ C σάρκα Ἰουδαῖοι ἐλάτρευον· καὶ τίνων μελλόντων ἀγαθῶν ὁ νόμος ἔχει σκιάν. Καὶ ἁπαξαπλῶς ἐπὶ πάντων κατὰ τὴν ἀποστολικὴν ἐπαγγελίαν ζητητέον σοφίαν ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, « ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν τῶν δικαίων· ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκε. » Φησὶ δέ που ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος χρησάμενός τισι ῥητοῖς ἀπὸ τῆς Ἐξόδου (42) καὶ τῶν Ἀριθμῶν, ὅτι « ταῦτα τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ δι' ἡμᾶς εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντηκε. » Καὶ ἀφορμὰς δίδωσι τοῦ τίνων ἐκεῖνα τύποι ἐτύγχανον, λέγων· « Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματι- D κῆς ἀκολουθούσης πέτρας (43), ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ

INTERPRETATIO NOVA.

involucro designatur eos qui apud Apostolum in occulto Judæi sunt, purificari per Scripturas, aliquando binas metretas capientes, id est, ut sic dicam, animam et spiritum; aliquando ternas, cum nonnullæ præter prædicta, habeant etiam corpus quod ædificare potest. Sex autem hydriæ merito sunt pro iis qui in mundo purificantur condito sex diebus, numero perfecto. Primam ergo expositionem etiam per se utilem esse posse, testatur eorum multitudo qui ingenue et simpliciter crediderunt; illius vero quæ veluti ad animam referri potest, exemplum est quod apud Paulum in prima ad Corinthios habetur. « Scriptum est enim, inquit, Non alligabis os bovi trituranti. » Deinde legem hanc explicans addit : « Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scriptum est quoniam debet in spe qui arat, arare, et qui triturat in spe percipiendi. » Tum plurimæ quæ circumferuntur multitudini accommodæ, et ædificantes eos qui altiora intelligere nequeunt, interpretationes, eadem propemodum forma et charactere sunt.

13. At spiritalis expositio illius est propria qui demonstrare potest quarum cœlestium rerum similitudini et umbræ Judæi secundum carnem servirent, et quorum futurorum bonorum umbram lex habeat. Ac, ut summatim dicam, in omnibus secundum Apostoli præceptum requirenda est sapientia in my-

[4] Joan II. [5] Rom. II. [6] I Cor. IX, 9. [7] I Cor. II, 7. [8] I Cor. X, 11.

(37) Ita mss. Editi vero : « convenienter. »
(38) Idem, εἰρημένοις.
(39) Idem : γεγενημένῳ.
(40) Ita duo codices Regii. Tarinus, ἀγομένης.
(41) Primus cod. Reg., νόμον. Tarinus, τόπον.
(42) Sic mss. Tarinus, ὑπὸ τῆς Ἐξόδου.
(43) Sic mss. Tarinus, ἔπινον ἐξ ἀκολουθούσης πέτρας.

Χριστός. » Καὶ τὰ περὶ τῆς σκηνῆς δὲ ἐν ἑτέρᾳ Ἐπιστολῇ ὑπογράφων, ἐχρήσατο τῷ· « Ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει. » Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας Ἐπιστολῇ, οἱονεὶ ὀνειδίζων τοῖς ἀναγινώσκειν νομίζουσι τὸν νόμον καὶ μὴ συνιεῖσιν αὐτὸν, μὴ συνιέναι κρίνων ἐκείνους, ὅσοι μὴ ἀλληγορίας ἐν τοῖς γεγραμμένοις εἶναι νομίζουσι· « Λέγετέ μοι, φησὶν, οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε; Γέγραπται γὰρ ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν· ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, διὰ τῆς ἐπαγγελίας· ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. Αὗται γάρ εἰσιν αἱ δύο (44) διαθῆκαι· » καὶ τὰ ἑξῆς. Παρατηρητέον γὰρ ἕκαστον τῶν εἰρημένων ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι φησὶν, « οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, » οὐχ οἱ ὑπὸ τὸν νόμον ὄντες· καὶ, « τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε; » τοῦ ἀκούειν ἐν τῷ νοεῖν καὶ γινώσκειν κρινομένου. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Κολοσσαεῖς δὲ Ἐπιστολῇ, διὰ βραχέων τὸ βούλημα τῆς πάσης ἐπιτεμνόμενος νομοθεσίας φησί· « Μὴ οὖν τις ὑμᾶς (45) κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας, ἢ Σαββάτων, ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων. » Ἔτι δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς διαλεγόμενος, γράφει· « Οἵτινες ὑποδείγμασι (46) καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων. » Ἀλλ' εἰκὸς διὰ ταῦτα περὶ μὲν τῶν πέντε Μωσέως ἐπιγεγραμμένων βιβλίων, μὴ ἂν διστάξαι τοὺς τὸν Ἀπόστολον ἅπαξ ὡς θεῖον ἄνδρα προσιεμένους· περὶ δὲ τῆς λοιπῆς (47) ἱστορίας βούλεσθε μανθάνειν, εἰ κἀκείνη τυπικῶς συνέβαινε; Παρατηρητέον ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους, τό· « Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βαάλ, » κείμενον ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν, ὅτι ὁ

accidebant, cum dicit: « Bibebant de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus [9]. » Sed et de tabernaculo in alia Epistola meminit illius dicti, quod Moysi fuerat præceptum: « Facies, inquit, secundum formam, quæ tibi est in monte ostensa [10]. » Ad Galatas vero scribens, et verbis exprobrans quibusdam qui videntur sibi legere legem, nec tamen intelligunt eam, pro eo quod allegorias **171** esse in his quæ scripta sunt, ignorant (48), ita cum increpatione quadam ad eos dicit: « Dicite vos mihi qui sub lege vultis esse, legem non audistis? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera. Sed qui de ancilla natus est, secundum carnem natus est; qui autem de libera, secundum repromissionem: quæ sunt allegorica. Hæc enim sunt duo testamenta [11]. » In quo et hoc quoque considerandum est, quam caute Apostolus dixerit, quod ait: « Qui sub lege estis (49) legem non audistis? » Audistis, hoc est intelligitis et cognoscitis. Sed et in Epistola ad Colossenses breviter sensum totius legis amplectens et constringens: « Nemo ergo, inquit, vos judicet in esca, vel in potu, aut in solemnibus diebus, vel neomenia, vel Sabbato, quæ sunt umbra futurorum [12]. » Ad Hebræos quoque scribens, et de his qui ex circumcisione sunt, disserens ait: « Hi qui exemplari et umbræ deserviunt cœlestium [13]. » Sed fortassis per hæc de quinque libris Moysis non videbitur (50) dubitandum ab his qui Apostoli scripta velut divinitus dicta suscipiunt. De reliqua vero historia si requirant, etiam illa quæ ibi inseruntur, in figura illis de quibus scribuntur, dicenda sunt contigisse: observavimus nos etiam de hoc dictum esse

INTERPRETATIO NOVA.

sterio abscondita, « quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam justorum quam nemo principum hujus sæculi cognovit. » Alicubi autem dicit idem Apostolus utens verbis quibusdam Exodi et Numerorum, quia « hæc in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos in quos fines sæculorum devenerunt. » Et occasionem præbet intelligendi, quorumnam figuræ illa essent, dicens: « Bibebant enim ex spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus. » Et quæ de tabernaculo dicta sunt in alia Epistola deformans, usus est hoc testimonio: « Facies omnia secundum formam quæ tibi in monte demonstrata est. » Sed et in Epistola ad Galatas veluti probro afficiens eos qui legem se putant legere licet eam non intelligant, et illos nihil intelligere judicans qui allegorias in Scripturis non esse arbitrantur: « Dicite mihi, inquit, qui sub lege vultis esse, legem non auditis? Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera; sed qui de ancilla, secundum carnem natus est; qui autem de libera, per repromissionem; quæ sunt per allegoriam dicta. Hæ enim sunt duo testamenta, » et quæ sequuntur. Observanda enim singulatim, quæ ab ipso dicta sunt. « Qui, inquit, sub lege vultis esse, » non, qui sub lege estis; et, « legem non auditis, » ubi audire idem est quod intelligere et cognoscere. Et in Epistola ad Colossenses breviter universæ legis sensum perstringens ait: « Nemo ergo vos judicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum. » Et in illa ad Hebræos de iis qui e circumcisione sunt, disserens scribit: « Qui exemplari et umbræ deserviunt cœlestium. » Hinc forte de quinque libris Moysi ascriptis non dubitabunt ii qui semel Apostolum ut divinum virum susceperint. Vultis scire num etiam reliqua historia per figuram contigerit? Observandum est ex Epistola ad Romanos istud: « Seposui mihi septem millia virorum qui non flexerunt genu ante Baal, » quod habetur in tertio Regnorum, Paulum accepisse pro Israelitis qui sunt secundum electionem, propterea quod non solum gentes ex adventu Christi fructum perceperint, sed et nonnulli divino genere orti.

[9] I Cor. x, 4. [10] Exod. xxv, 40; Hebr. viii, 5. [11] Galat. iv, 21, seqq. [12] Coloss. ii, 16. [13] Hebr. viii, 5.

(44) Apud Tarinum desunt, αἱ δύο, quæ habentur in mss.

(45) Tarinus, ἡμᾶς, et præterea omisit ἐν βρώσει.

(46) Primus codex Reg., ὑποδείγματι.

(47) Sic mss. Tarinus vero, περὶ τῆς λοιπῆς.

(48) Sic mss. Editi vero, « quosdam qui videbantur sibi legere legem et non intelligere, pro eo quod allegoriam esse in his quæ scripta sunt, ignorabant. »

(49) *Qui sub lege estis.* Hæc desunt in editis, sed habentur in mss.

(50) Sic recte mss. Male vero editi, « per quinque libros Moysi hoc non videbitur. »

in Epistola ad Romanos, ubi de Regnorum libro tertio ponit Apostolus exemplum dicens : « Reliqui mihi septem millia virorum qui non curvaverunt genua ante Baal[14]. » Quod Paulus accepit velut figuraliter dictum de his qui secundum electionem Israelitæ vocati sunt, ut ostenderet non solum nunc gentibus profuisse adventum Christi, sed quamplurimos etiam Israelitici generis ad salutem vocatos.

A Παῦλος εἴληφεν ἀντὶ τῶν κατ' ἐκλογὴν Ἰσραηλιτῶν, τῷ μὴ μόνον τὰ ἔθνη ὠφελεῖσθαι ἀπὸ (52) τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας, ἀλλὰ καί τινας τῶν ἀπὸ τοῦ θείου γένους.

14. Quæ cum ita sint, qualiter nobis de his singulis intelligenda sit Scriptura divina, velut exempli et formæ gratia, quæ nobis occurrere poterunt, adumbrabimus **172** illud primo repetentes et ostendentes quoniam Spiritus sanctus providentia et voluntate Dei per virtutem unigeniti Verbi ejus qui erat in principio apud Deum Deus, ministros veritatis prophetas et apostolos illuminabat ad cognoscenda mysteria earum rerum vel causarum quæ inter homines vel de hominibus geruntur. Homines autem nunc dico animas in corporibus positas, quæ illa mysteria cognita sibi et revelata per Christum, velut humana quædam gesta narrantes, vel legales quasdam observantias, præceptaque tradentes figuraliter describebant; ut non qui velit hæc velut conculcanda ante pedes haberet exposita, sed qui se hujusmodi studiis cum omni castimonia et sobrietate et vigiliis dedisset, ut per hæc forte in profundo latentem sensum Spiritus Dei et sermonis usitata narratione alio rursum prospicientem contextum (51) investigare posset, atque ita socius scientiæ Spiritus et divini consilii particeps fieret; quia nec aliter potest anima ad scientiæ perfectionem venire, nisi divinæ sapientiæ fuerit inspirata veritate. Igitur de Deo, id est de Patre et Filio et Spiritu sancto ab his viris divino Spiritu repletis principaliter designatur; tum vero de sacramentis Filii Dei, quomodo Verbum caro factum sit, et qua de causa usque ad formam ser-

Τούτων οὕτως ἐχόντων τοὺς φαινομένους ἡμῖν χαρακτῆρας τῆς νοήσεως τῶν Γραφῶν ὑποτυπωτέον. Καὶ πρῶτόν γε τοῦτο ὑποδεικτέον ὅτι ὁ σκοπὸς τῷ φωτίζοντι Πνεύματι προνοίᾳ Θεοῦ, διὰ τοῦ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγου, τοὺς διακόνους τῆς ἀληθείας προφήτας καὶ ἀποστόλους, ἦν προηγουμένως μὲν ὁ περὶ τῶν ἀποῤῥήτων μυστηρίων τῶν κατὰ τοὺς ἀνθρώπους πραγμάτων. Ἀνθρώπους δὲ νῦν λέγω, τὰς χρωμένας ψυχὰς σώμασιν· ἵν' ὁ δυνάμενος διδαχθῆναι, ἐρευνήσας, καὶ τοῖς βάθεσι τοῦ νοῦ διὰ τῶν λέ- B ξεων ἑαυτὸν ἐπιδοὺς, κοινωνὸς τῶν ὅλων τῆς βουλῆς αὐτοῦ γένηται δογμάτων· εἰς δὲ τὰ περὶ τῶν ψυχῶν, οὐκ ἄλλως δυναμένων τῆς τελειότητος τυχεῖν, χωρὶς τῆς πλουσίας καὶ σοφῆς περὶ Θεοῦ ἀληθείας, τὰ περὶ Θεοῦ ἀναγκαίως ὡς προηγούμενα τέτακται, καὶ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ· ποίας ἐστὶ φύσεως, καὶ τίνα τρόπον Υἱὸς τυγχάνει Θεοῦ· καὶ τίνες αἱ αἰτίαι τοῦ μέχρι σαρκὸς ἀνθρωπίνης (53) αὐτὸν καταβεβηκέναι, καὶ πάντη ἄνθρωπον ἀνειληφέναι· τίς τε καὶ ἡ τούτου ἐνέργεια (54)· καὶ εἰς τίνας, καὶ πότε γινομένη. Ἀναγκαίως δὲ ὡς περὶ συγγενῶν καὶ τῶν ἄλλων λογικῶν θειοτέρων τε καὶ ἐκπεπτωκότων τῆς μακαριότητος, καὶ τῶν αἰτίων (55) τῆς τούτων ἐκπτώσεως, ἐχρῆν εἰς τοὺς λόγους ἀνειλῆφθαι τῆς θείας διδασκαλίας· καὶ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν ψυχῶν· καὶ πόθεν αἱ διαφοραὶ αὗται ἐληλύθασι· τίς τε ὁ κόσμος καὶ διὰ τί ὑπέστη. Ἔτι δὲ πόθεν ἡ κακία τοσαύτη καὶ τηλικαύτη ἐστὶν ἐπὶ γῆς, καὶ εἰ μὴ μόνον ἐπὶ C γῆς, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχοῦ, ἀναγκαῖον ἡμᾶς μαθεῖν.

INTERPRETATIO NOVA.

14. Quæ cum ita sint, adumbrandæ sunt quæ nobis videntur, intelligendarum Scripturarum formæ. Ac primum quidem illud demonstrandum est Spiritum qui divina providentia per Verbum quod erat in principio apud Deum, ministros veritatis prophetas et apostolos illuminavit, ad arcana præcipue respexisse mysteria earum rerum quæ ad homines pertinent. Homines nunc dico, animas corporibus utentes, ut qui doceri potest, investigandæ altitudini sensuum sub vocibus delitescentium se tradens, omnium consilii ejus dogmatum particeps fiat. Inter ea vero quæ animas attinent, quoniam hæ perfectionem consequi nequeunt nisi per locupletem et sapientem et veram Dei notitiam, necessario ut præcipua posita sunt quæ Deum spectant, tum quæ Unigenitum ejus : qualis sit naturæ; quomodo sit Dei Filius; quæ causa sit cur ad carnem usque humanam descenderit, et hominem omnino assumpserit; quæ sit illius operatio, ad quos, et quando perveniat. Necessario etiam ob quamdam cum istis veluti cognationem, de cæteris rebus rationabilibus, tum divinioribus, tum iis quæ beatitudine exciderunt et de causis earum lapsus actum esse oportuit in divinæ doctrinæ sermonibus; sed et de differentia animarum, et undæ istæ differentiæ ortæ sunt; tum deinde quid sit hic mundus, et quare factus. Præterea unde malum tantum ac tale in terris, et utrum non in terris solum sit, sed etiam alibi, discere necesse est. Hæc et similia cum sibi proposuerit, ille qui sanctorum veritatis ministrorum mentes illustrat Spiritus, secundo ipsi propositum est propter eos qui tantis rebus inveniendis necessarium laborem perferre nequeunt, rationem prædictorum occultare vocibus quæ opificia Dei sensibus objecta, hominis creationem, et eorum qui ex primis parentibus per successionem in multitudinem excreverunt generationem enarrent. Idem quoque in aliis præstitit historiis quæ justorum res gestas, eorumdem ut hominum peccata quædam, nec non injustorum impiorumque scelera, libidines et cupiditates exponunt. Et quod mirabile prorsus est, ipsis etiam bellorum historiis, ubi victi et victores commemorantur, arcana quædam insunt mysteria quæ iis solis qui hæc perscrutari possunt declarantur. Quodque adhuc mirabilius est, ipsæ

[14] Rom. XI, 4.

(51) Sic optime mss. Male editi « aliorum pro- D spiciens contectum. »

(52) Sic mss. Tarinus autem, ὑπό.

(53) Primus codex Reg., ἀνθρωπίνως.

(54) Idem, ἡ τούτου ἐνέργεια, Tarinus, ἡ τούτων ἐνέργεια. Primus codex Regius habet paulo post, ἀναγκαῖον δέ.

(55) Idem, καὶ τὴν αἰτίαν.

Τούτων δὴ καὶ τῶν παραπλησίων προκειμένων τῷ A φωτίζοντι Πνεύματι τὰς τῶν ἁγίων ὑπηρετῶν τῆς ἀληθείας ψυχὰς, δεύτερος ἦν σκοπὸς, διὰ τοὺς μὴ δυναμένους τὸν κάματον ἐνεγκεῖν ὑπὲρ τοῦ τὰ τηλικαῦτα εὑρεῖν, τὸ κρύψαι τὸν περὶ τῶν προειρημένων λόγον ἐν λέξεσιν ἐμφαινούσαις διήγησιν περιέχουσαν ἀπαγγελίαν τὴν περὶ τῶν αἰσθητῶν δημιουργημάτων, καὶ ἀνθρώπου κτίσεως καὶ τῶν ἐκ τῶν πρώτων κατὰ διαδοχὴν μέχρι πολλῶν γεγενημένων· καὶ ἄλλαις ἱστορίαις ἀπαγγελλούσαις δικαίων πράξεις, καὶ τῶν αὐτῶν τούτων ποτὲ γενόμενα ἁμαρτήματα ὡς ἀνθρώπων, καὶ ἀνόμων, καὶ ἀσεβῶν πονηρίας, καὶ ἀκολασίας, καὶ πλεονεξίας. Παραδοξότατα δὲ, διὰ ἱστορίας τῆς περὶ πολέμων, καὶ νενικηκότων καὶ νενικημένων, τινὰ τῶν ἀποῤῥήτων τοῖς ταῦτα βασανίζειν δυναμένοις σαφηνίζεται. Καὶ ἔτι θαυμασιώτερον, διὰ γραπτῆς νομοθεσίας οἱ τῆς ἀληθείας νόμοι προφητεύονται· μετὰ ἀληθῶς πρεπούσης Θεοῦ σοφίᾳ (56) δυνάμεως πάντων τούτων εἱρμῷ ἀναγεγραμμένων. Προέκειτο γὰρ καὶ τὸ ἔνδυμα τῶν πνευματικῶν, λέγω δὲ τὸ σωματικὸν τῶν Γραφῶν, ἐν πολλοῖς ποιῆσαι οὐκ ἀνωφελὲς, δυνάμενόν τε τοὺς πολλοὺς, ὡς χωροῦσι, βελτιοῦν.

vi percipiendam venerit, ut diximus, repleti divino Spiritu protulerunt. Necessario deinde etiam de creaturis rationabilibus, tam cœlestibus quam terrenis beatioribus consequens erat eos mortalium genus divinis sermonibus edocere; sed et differentiam animarum, et unde istæ differentiæ ortæ sint; tum deinde quid sit hic mundus, et quare factus; sed et unde malitia tanta ac talis est super terras; quæ utrum in terris sit tantummodo, an et in aliis aliquibus locis, ex divinis nos sermonibus discere necessarium fuit. Cum ergo de his talibus et horum similibus Spiritui sancto esset intentio illuminare sanctas animas quæ se ministerio (60) dederant veritatis, secundo loco habetur ille prospectus, ut propter eos qui vel non possent, vel nollent huic se labori atque industriæ 173 tradere, quo hæc tanta ac talia doceri vel agnoscere mererentur, sicut superius diximus, involveret et occultaret sermonibus usitatis, sub prætextu historiæ cujusdam et narrationis rerum visibilium, arcana mysteria. Inducitur ergo visibilis creaturæ narratio et primi hominis conditio atque B figmentum, tum deinde ex illo per successionem secuta progenies, nonnulla quoque rerum gestarum quæ a justis quibusque gesta sunt, referuntur; etiam interdum delicta quædam eorum commemorantur tanquam hominum. Tum deinde et impiorum scribuntur aliquanta, vel impudice, vel nequiter gesta. Miro autem modo et præliorum digesta narratio est, et nunc vincentium, nunc victorum descripta diversitas, per quæ ineffabilia quædam his qui hujusmodi dicta perscrutari norunt, sacramenta declarantur. Sed et Scripturæ legali per admirandam sapientiæ disciplinam lex veritatis inseritur et prophetarum; quæ singula divina quadam arte sapientiæ velut indumentum quoddam et velamen spiritalium sensuum texta sunt (61); et hoc est quod diximus Scripturæ sanctæ corpus, ut etiam per hoc quod diximus litteræ indumentum, sapientiæ arte contextum, possent complures ædificari et proficere qui aliter non possent.

Ἀλλ' ἐπεὶ (57) εἴπερ δι' ὅλων σαφῶς τὸ τῆς νομοθεσίας χρήσιμον αὐτόθεν ἐφαίνετο, καὶ τὸ τῆς ἱστορίας ἀκόλουθον καὶ γλαφυρὸν, ἠπιστήσαμεν ἂν ἄλλο τι παρὰ τὸ πρόχειρον νοεῖσθαι δύνασθαι ἐν ταῖς Γραφαῖς, ᾠκονόμησέ τινα οἱονεὶ (58) σκάνδαλα καὶ προσκόμματα καὶ ἀδύνατα διὰ μέσου ἐγκαταταχθῆναι τῷ νόμῳ καὶ τῇ ἱστορίᾳ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος· ἵνα μὴ πάντη (59) ὑπὸ τῆς λέξεως ἑλκόμενοι τὸ ἀγωγὸν ἄκρατον ἐχούσης, ἤτοι ὡς μηδὲν ἄξιον Θεοῦ μανθάνοντες, τέλεον ἀποστῶμεν τῶν δογμάτων, ἢ μὴ κινούμενοι ἀπὸ τοῦ γράμματος, μηδὲν θειότερον μάθωμεν. Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὅτι τοῦ προηγου- C

15. Sed quoniam, si in omnibus indumenti hujus, id est historiæ legis fuisset consequentia custodita et ordo servatus, habentes continuatum intelligentiæ cursum, non utique crederemus esse aliud aliquid in Scripturis sanctis intrinsecus, præter hoc quod prima fronte indicabatur, inclusum; ista de causa procuravit divina sapientia offendicula quædam, vel intercapedines intelligentiæ fieri historialis; impossibilia quædam et inconvenientia per medium inserendo; ut interruptio ipsa narrationis velut obicibus quibusdam legenti resistat objectis, quibus intelligentiæ hujus vulgaris

INTERPRETATIO NOVA.

veritatis leges lege scripta continentur, ordine ac serie descriptis hisce omnibus ea potestate quæ divinæ sapientiæ vere conveniat. Id enim propositum fuit, ut ipsum quoque spiritualium indumentum, id est quod in Scripturis corporeum est, in multis non sit inutile, sed multos possit, quantum capaces sunt, meliores efficere.

15. Verum quoniam si legis utilitas et varietate oblectans historiæ series ubique sese proderet, non utique credidissemus aliud quiddam præter id quod obvium est in Scripturis intelligi posse, idcirco Dei Verbum in lege ac historia interponi curavit offendicula et impossibilia quædam, ne dictione nihil præter illecebram habente deliniti, et nihil Deo dignum addiscentes, tandem a dogmatis recedamus, aut nudæ litteræ penitus adhærentes, nihil divinius percipiamus. Oportet autem et illud scire: cum

(56) Tarinus, σοφίας, male.

(57) Ἐπεί. Deest apud Tarinum, sed habetur in mss. Cæterum de vario quo accipi debet Scriptura sensu quid senserit Origenes disseritur *Origenianorum* libro II, quæstione decima tertia.

(58) *Οἱονεί.* Omisit Tarinus, sed restituit primus codex Regius.

A (59) Tarinus, πάντες, sed primus cod. Reg., πάντη.

(60) Sic recte mss. Male vero editi, « mysterio. »

(61) Editi, « tecta sunt, » sed mss., « texta sunt. » Ibidem mss., « Scripturæ sanctæ corpus. » In editis deest, « sanctæ. » Mox mss., « ædificari et proficere qui aliter non possent. » Male editi, « ædificare et proficere qui litteraliter non possent. »

iter ac transitum neget, et exclusos nos ac recussos (62) revocet ad alterius initium viæ, ut ita celsioris **174** cujusdam et eminentioris tramitis per angusti callis ingressum immensam divinæ scientiæ latitudinem pandat. Oportet autem etiam illud nos scire, quia cum principaliter prospectus sit Spiritui sancto intelligentiæ spiritalis consequentiam custodire, vel in his quæ geri debent, vel quæ jam transacta sunt; sicubi quidem invenit ea quæ secundum historiam gesta sunt aptari posse intelligentiæ spiritali, ordinis utriusque textum (63) uno narrationis sermone composuit, altius semper arcanum sensum recondens; ubi autem spiritali consequentiæ rerum gestarum historia convenire non poterat, interdum interseruit quædam, vel minus gesta, vel quæ omnino geri non possent, interdum etiam quæ possent quidem geri, nec tamen gesta sunt; et nonnunquam paucis sermonibus qui secundum corporalem intelligentiam non videntur servare posse veritatem, interdum multis insertis hoc facit, quod præcipue in legislatione frequentari B invenitur; ubi multa quidem sunt quæ in ipsis corporalibus præceptis utilia esse manifestum est, aliquanta tamen sunt in quibus nulla prorsus ratio utilitatis ostenditur; interdum vero et impossibilia decernuntur. Quæ omnia, ut diximus, idcirco procuravit Spiritus sanctus, ut ex his dum ea quæ in prima fronte sunt, vera vel utilia esse non possunt, ad inquisitionem veritatis altius repetitæ (68) revocemur, et dignum Deo sensum in Scripturis, quas a Deo inspiratas credimus, perquiramus.

A μένου σκοποῦ τυγχάνοντος τὸν ἐν τοῖς πνευματικοῖς εἱρμὸν ἀπαγγεῖλαι γεγενημένοις καὶ πρακτέοις· ὅπου μὲν εὗρε γενόμενα κατὰ τὴν ἱστορίαν ὁ Λόγος ἐφαρμόσαι δυνάμενα τοῖς μυστικοῖς τούτοις, ἐχρήσατο ἀποκρύπτων ἀπὸ (65) τῶν πολλῶν τὸν βαθύτερον νοῦν· ὅπου δὲ ἐν τῇ διηγήσει τῆς περὶ τῶν νοητῶν ἀκολουθίας οὐχ εἵπετο ἡ τῶνδέ τινων πρᾶξις ἡ προαναγεγραμμένη διὰ τὰ μυστικώτερα, συνύφηνεν ἡ Γραφὴ τῇ ἱστορίᾳ τὸ μὴ γενόμενον, πῇ μὲν μὴ δυνατὸν γενέσθαι, πῇ δὲ δυνατὸν μὲν γενέσθαι, οὐ μὴν γεγενημένον. Καὶ ἔσθ' ὅτε μὲν ὀλίγαι λέξεις παρεμβεβλημέναι εἰσὶ, κατὰ τὸ σῶμα οὐκ ἀληθευόμεναι (66), ἔσθ' ὅτε δὲ πλείους. Τὸ δὲ ἀνάλογον καὶ ἐπὶ τῆς νομοθεσίας ἐκληπτέον, ἐν ᾗ ἔστι πολλάκις (67) εὑρεῖν καὶ τὸ αὐτόθεν χρήσιμον πρὸς τοὺς καιροὺς τῆς νομοθεσίας ἁρμόζον· ἐνίοτε δὲ χρήσιμος λόγος οὐκ ἐμφαίνεται. Καὶ ἄλλοτε καὶ ἀδύνατα νομοθετεῖται, διὰ τοὺς ἐντρεχεστέρους καὶ ζητητικωτέρους· ἵνα τῇ βασάνῳ τῆς ἐξετάσεως τῶν γεγραμμένων ἐπιδιδόντες ἑαυτοὺς, πεῖσμα ἀξιόλογον λάβωσι περὶ τοῦ B δεῖν τοῦ Θεοῦ ἄξιον νοῦν εἰς τὰ τοιαῦτα ζητεῖν.

16. Non solum autem de his quæ usque ad adventum Christi scripta sunt, hæc Spiritus sanctus procuravit, sed utpote unus atque idem Spiritus et ab uno Deo procedens, eadem similiter etiam in evangelistis et apostolis fecit. Nam ne illas quidem narrationes quas per eos inspiravit, absque hujuscemodi quam supra exposuimus sapientiæ suæ arte contexuit (64). Unde etiam in ipsis non parva permiscuit, quibus historialis narrandi ordo interpolatus vel intercisus per impossibilitatem C

Οὐ μόνον δὲ περὶ τῶν (69) πρὸ τῆς παρουσίας ταῦτα τὸ Πνεῦμα ᾠκονόμησεν, ἀλλ' ἅτε τὸ αὐτὸ τυγχάνον καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τῶν Εὐαγγελίων πεποίηκε, καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων· οὐδὲ τούτων πάντῃ ἄκρατον τὴν ἱστορίαν τῶν προσυφασμένων κατὰ τὸ σωματικὸν ἐχόντων, μὴ γεγενημένων (70)· οὐδὲ τὴν νομοθεσίαν καὶ τὰς ἐντολὰς πάντως τὸ εὔλογον ἐμφαίνοντα. Τίς γοῦν νοῦν ἔχων (71) οἰήσεται πρώτην καὶ δευτέραν καὶ τρίτην ἡμέραν, ἑσπέραν τε καὶ πρωΐαν χωρὶς

INTERPRETATIO NOVA.

eo præcipue spectet Dei Verbum ut in rebus spiritalibus et gestis et gerendis seriem declaret; ubi secundum historiam invenit facta quæ arcanis istis accommodari possent, illis usus est, multis occultans abstrusiorem sensum; ubi vero in explananda illa spiritualium connexione non sequebatur certarum quarumdam rerum praxis quæ propter arcaniora ante scripta fuerit, Scriptura subnexuit historiæ quod factum non erat; imo aliquando quod fieri non poterat; quandoque autem quod poterat quidem fieri, sed factum tamen non est. Accidit etiam aliquando ut paucæ interjectæ sint dictiones veritati, si ad corpus spectes, non consentaneæ. Est ubi multæ hujusmodi sunt. Idem fere judicium de lege ferendum est, ubi sæpe reperias quid per se utile, temporibus legis conveniens; aliquando autem nulla apparet utilitas. Quin et interdum præcipiuntur impossibilia, et id quidem eo consilio, ut qui acutiores et in rerum inquisitione acriores sunt, sese rerum scriptarum considerationi atque investigationi dantes, sibi maxime persuadeant dignum Deo in illis rebus sensum quæri oportere.

16. Non solum autem de iis quæ adventum Christi præcesserunt, Spiritus ita statuit, sed utpote idem et unius ejusdemque Dei Spiritus, idem in Evangeliis et apostolorum scriptis fecit; cum nec ea secundum corporalem sensum omnino nudam habeant historiam eorum quæ contexta sunt, utpote quæ non facta sint; neque leges et præcepta habeant rationi consentanea. Quis igitur sanæ mentis existimaverit primam et secundam et tertiam diem, et vesperam et mane sine sole, luna, et stellis, et eam quæ veluti prima erat, diem sine cœlo fuisse? Quis adeo stolidus ut putet Deum more ho-

(62) Sic mss. Editi, « extrusos nos ac exclusos. » D Infra mss., « vel in his quæ geri debent. » Editi, « de his quæ geri debent. » Mox mss., « sicubi quidem invenit ea. » Merlinus, « sicubi quidam invenerunt ea. » Genebrardus, « sicubi quidem convenerunt ea. »

(63) *Aptari posse intelligentiæ spiritali, ordinis utriusque textum.* Hæc desunt in editis, sed habentur in mss.

(64) Ita mss. Editi vero, « sapientia sive arte contexuit, unde etiam non parva. »

(65) Sic mss. Tarinus, ὑπό.

(66) Primus codex Reg., ἀληθεύουσαι.

(67) Idem, πλεονάκις.

(68) Sic mss. Genebrardus, « repetendam. » Merlinus, « repetere. » Mox mss., « ad adventum Christi scripta sunt. » In editis deest vox, « scripta. »

(69) Primus codex Regius, ἐπὶ τῶν, et paulo post, ἀλλὰ γὰρ ἅτε τὸ αὐτό.

(70) Idem, μὴ γεγενημένην.

(71) *Τίς γοῦν νοῦν ἔχων*, etc. Vide *Origenian.* lib. II, q. 8, n. 6, et q. 13, n. 2.

ἡλίου γεγονέναι, καὶ σελήνης καὶ ἄστρων; Τὴν δὲ οἱονεὶ πρώτην καὶ χωρὶς οὐρανοῦ; Τίς δ' οὕτως ἠλίθιος ὡς οἰηθῆναι τρόπον ἀνθρώπου γεωργοῦ τὸν Θεὸν πεφυτευκέναι παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς, καὶ ξύλον ζωῆς ἐν αὐτῷ πεποιηκέναι ὁρατὸν καὶ αἰσθητόν, ὥστε διὰ τῶν σωματικῶν ὀδόντων γευσάμενον τοῦ καρποῦ, τὸ ζῆν ἀναλαμβάνειν· καὶ πάλιν καλοῦ καὶ πονηροῦ μετέχειν τινὰ παρὰ τὸ μεμασῆσθαι τὸ ἀπὸ τοῦδε τοῦ ξύλου (72) λαμβανόμενον; Ἐὰν δὲ καὶ ὁ Θεὸς τὸ δειλινὸν ἐν τῷ παραδείσῳ περιπατεῖν λέγηται, καὶ ὁ Ἀδὰμ ὑπὸ τὸ ξύλον κρύπτεσθαι· οὐκ οἶμαι διστάζειν τινὰ περὶ τοῦ αὐτὰ τροπικῶς διὰ δοκούσης ἱστορίας, καὶ οὐ σωματικῶς γεγενημένης, μηνύειν τινὰ μυστήρια. Ἀλλὰ καὶ Κάϊν ἐξερχόμενος ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, σαφῶς τοῖς ἐπιστήσασι φαίνεται κινεῖν τὸν ἐντυγχάνοντα ζητεῖν πρόσωπον Θεοῦ, καὶ τὸ ἐξέρχεσθαί (73) τινα ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ τί δεῖ πλείω λέγειν, τῶν μὴ πάνυ ἀμβλέων, μυρία ὅσα τοιαῦτα δυναμένων συναγαγεῖν γεγραμμένα μὲν ὡς γεγονότα, οὐ γεγενημένα δὲ κατὰ τὴν λέξιν; Ἀλλὰ καὶ τὰ Εὐαγγέλια δὲ τοῦ αὐτοῦ εἴδους τῶν λόγων πεπλήρωται· εἰς ὑψηλὸν ὄρος τὸν Ἰησοῦν ἀναβιβάζοντος τοῦ διαβόλου, ἵν' ἐκεῖθεν αὐτῷ δείξῃ τοῦ παντὸς κόσμου τὰς βασιλείας, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν. Τίς γὰρ οὐκ ἂν τῶν μὴ παρέργως ἀναγινωσκόντων τὰ τοιαῦτα, καταγινώσκοι τῶν οἰομένων τῷ τῆς σαρκὸς ὀφθαλμῷ, δεηθέντι ὕψους ὑπὲρ τοῦ κατανοηθῆναι δύνασθαι τὰ κατωτέρω καὶ ὑποκείμενα, ἑωρᾶσθαι τὴν Περσῶν, καὶ Σκυθῶν, καὶ Ἰνδῶν, καὶ Παρθυαίων βασιλείαν, καὶ ὡς δοξάζονται παρὰ ἀνθρώποις οἱ βασιλεύοντες. Παραπλησίως δὲ τούτοις καὶ ἄλλα μυρία ἀπὸ τῶν Εὐαγγελίων ἔνεστι τὸν ἀκριβοῦντα τηρῆσαι, ὑπὲρ τοῦ συγκαταθέσθαι συνυφαίνεσθαι (74) ταῖς κατὰ τὸ ῥητὸν γεγενημέναις ἱστορίαις ἕτερα μὴ συμβεβηκότα.

A sui reflecteret atque revocaret intentionem legentis ad intelligentiæ interioris examen. **175** Sed ut rebus ipsis quod dicimus agnoscatur, ipsa jam Scripturæ loca pulsemus. Cuinam, quæso, sensum habenti, consequenter (75) videbitur dictum, quod dies prima et secunda et tertia, in quibus et vespera nominatur et mane, fuerint sine sole, et sine luna, et sine stellis; prima autem dies sine cœlo? Quis vero ita idiotes invenietur, ut putet velut hominem quemdam agricolam Deum plantasse arbores in paradiso, in Eden contra orientem [15], et arborem vitæ plantasse in eo, id est lignum visibile et palpabile, ita ut corporalibus dentibus manducans quis ex ea arbore, vitam percipiat, et rursus ex alia manducans arbore, boni et mali scientiam capiat? Sed et illud quod Deus post meridiem deambulare dicitur in paradiso, et Adam latere sub arbore, equidem nullum B arbitror dubitare quod figurali tropo hæc a Scriptura proferantur, quo per hæc quædam mystica indicentur. Cain vero exiens a facie Dei [16], manifeste prudentem lectorem movet (76) ut requirat quæ facies Dei sit, et quomodo quis exire possit ab ea. Verum ne nos opus quod habemus in manibus justo amplius dilatemus, perfacile est omni volenti congregare de Scripturis sanctis quæ scripta sunt quidem tanquam facta, non tamen secundum historiam competenter et rationabiliter fieri potuisse credenda sunt. Hæc vero Scripturæ species etiam in evangelicis libris affatim abundeque signatur, cum in excelsum montem Jesum imposuisse diabolus dicitur [17], ut inde ei universa mundi regna monstraret, et gloriam eorum. Quod secundum litteram quomodo fieri potuisse videbitur, ut vel in excelsum montem educeretur a diabolo Jesus (77), vel etiam C carnalibus oculis ejus tanquam subjecta, et adjacentia uni monti omnia mundi ostenderet regna, id est, Persarum regnum, et Scytharum, et Indorum, vel quomodo etiam reges ipsorum glorificantur ab hominibus? Sed et alia quamplurima his similia in Evangeliis inveniet quicunque attentius legerit, et advertet his narrationibus quæ secundum litteram prolatæ videntur, inserta esse **176** simulque contexta ea quæ historia quidem non recipiat, spiritalis autem teneat intellectus.

INTERPRETATIO NOVA.

minis agricolæ plantasse hortum in Eden ad orientem, ubi lignum vitæ posuerit quod sub oculos et sensus caderet, ut qui corporeis dentibus fructum gustasset, vitam inde reciperet, et rursus boni et mali particeps fieret, qui fructum ex hac arbore decerptum comedisset? Et cum Deus meridie in paradiso ambulare dicitur, et Adam sub arbore delitescere, neminem arbitror dubitare his figurate per apparentem historiam quæ tamen corporaliter non contigerit, quædam indicari mysteria. Cain quoque recedens a conspectu Dei manifeste prudentem lectorem movet ut requirat quid facies Dei sit et quo sensu quis exire possit ab ea. Sed quid attinet plura dicere, cum innumera ejusmodi, scripta quidem tanquam gesta sint, non gesta vero ut littera sonat, quivis, modo non plane stipes, colligere possit? Sed et Evangelia eadem sermonum specie plena sunt, cum in excelsum montem assumit Jesum diabolus ut inde ipsi totius mundi regna et eorum gloriam ostendat. Quis enim, nisi plane oscitanter hæc legerit, non improbet eos qui corporis oculo, cui edito loco opus est ut inferiora et subjecta videat, conspecta esse arbitrantur Persarum, Scytharum, Indorum et Parthorum regna, et regum apud populos gloriam? Sexcenta alia his similia in Evangeliis observare licet attentius legenti; unde colliget iis quæ secundum litteram gesta sunt, alia attexta esse quæ non contigerint.

[15] Gen. II. [16] Gen. IV. [17] Matth. IV.

(72) Sic duo mss. Tarinus, ὑπὸ τοῦ ξύλου.

(73) Legendum videtur, ζητεῖν τί πρόσωπον Θεοῦ καὶ τί ἐξέρχεσθαι.

(74) Συνυφαίνεσθαι. Deest in primo codice Regio.

(75) Editi libb. « convenienter. » Paulo post mss. D « quis vero ita idiotes invenietur. » Editi « quis vero ita idiotes invenitur. »

(76) Sic mss. Editi « monet lectorem, » omissa voce « prudentem. »

(77) Vox « Jesus » deest in editis, sed habetur in mss.

17. Sed et in præceptorum locis similia quædam A inveniuntur. In lege quidem Moysi præcipitur exterminari quidem omne masculinum quod non fuerit octava die circumcisum; quod valde inconsequens est; cum oporteret utique, si lex (78) secundum historiam servanda tradebatur, juberi ut parentes punirentur qui filios suos non circumciderunt, ut et hi qui nutriunt parvulos. Nunc autem dicit Scriptura : « Incircumcisus masculus, id est, qui non fuerit circumcisus, exterminabitur de genere suo [18]. » Si vero etiam de impossibilibus legibus inquirendum est, invenimus tragelaphum dici animal quod subsistere omnino non potest, quod inter munda animalia etiam edi (79) jubet Moyses; et gryphum quem nullus unquam meminit vel audivit humanis manibus potuisse succumbere, manducari prohibet legislator. Sed et de Sabbati opinatissima observatione ita dicit : « Sedebitis unusquisque in domibus ve- B stris, nullus movebitur de loco suo in die Sabbatorum [19]. » Quod utique impossibile est observare secundum litteram : nullus enim hominum potest tota die ita sedere ut non moveatur de loco in quo sederit. De quibus singulis hi quidem qui ex circumcisione sunt, et quicunque in Scripturis sanctis nihil amplius intelligi volunt præter quam indicatur ex littera, hæc ne requirenda quidem arbitrantur de tragelapho, et grypho, et vulture : fabulas autem quasdam inanes et frivolas commentantur, ex nescio quibus traditionibus proferentes de Sabbato, dicentes unicuique locum suum reputari intra duo millia ulnarum. Alii vero ex quibus est Dositheus Samaritanus, notant quidem hujuscemodi expositiones, ipsi autem ridiculosius aliquid statuunt, quia unusquisque quo habitu, quo loco, qua positione in die C

A Ἐὰν δὲ καὶ ἐπὶ τὴν νομοθεσίαν ἔλθωμεν τὴν Μωσέως, πολλοὶ τῶν νόμων τῷ ὅσον (80) ἐπὶ τῷ καθ' ἑαυτοὺς τηρεῖσθαι τὸ ἄλογον ἐμφαίνουσιν, ἕτεροι δὲ τὸ ἀδύνατον. Τὸ μὲν ἄλογον, γῦπες ἐσθίεσθαι ἀπαγορευόμενοι, οὐδενὸς οὐδὲ ἐν τοῖς μεγίστοις λιμοῖς ἐκβιασθέντος ὑπὸ τῆς ἐνδείας ἐπὶ τοῦτο τὸ ζῶον φθάσαι· καὶ ὀκταήμερα παιδία ἀπερίτμητα ἐξολοθρεύεσθαι ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν κελευόμενα· δέον εἰ ὅλως ἐχρῆν τι περὶ τούτων κατὰ τὸ ῥητὸν νενομοθετῆσθαι, τοὺς πατέρας αὐτῶν κελεύεσθαι ἀναιρεῖσθαι, ἢ τοὺς παρ' οἷς τρέφονται. Νῦν δὲ φησὶν ἡ Γραφή. « Ἀπερίτμητος πᾶς ἄῤῥην, ὃς οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ. » Εἰ δὲ καὶ ἀδύνατα νομοθετούμενα βούλεσθε ἰδεῖν, ἐπισκεψώμεθα ὅτι τραγέλαφος μὲν τῶν ἀδυνάτων ὑποστῆναι ζῶον τυγχάνει· ὃν ὡς καθαρὸν (81) κελεύει Μωσῆς ἡμᾶς προσφέρεσθαι. Γρὺψ δὲ οὐχ ἱστόρηταί B ποτε ὑποχείριος ἀνθρώπῳ (82) γεγονέναι, ὃν ἀπαγορεύει ἐσθίεσθαι ὁ νομοθέτης. Ἀλλὰ καὶ τὸ διαβόητον Σάββατον τῷ ἀκριβοῦντι τό· « Καθίσεσθε (83) ἕκαστος εἰς τοὺς οἴκους ὑμῶν· μηδεὶς ὑμῶν ἐκπορευέσθω ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, » ἀδύνατόν ἐστι κατὰ τὴν λέξιν φυλαχθῆναι· οὐδενὸς ζώου δυναμένου δι' ὅλης καθέζεσθαι τῆς ἡμέρας, καὶ ἀκινητεῖν ἀπὸ τοῦ καθέζεσθαι· διόπερ τινὰ μὲν, οἱ ἐκ περιτομῆς καὶ ὅσοι θέλουσι πλέον τῆς λέξεως δηλοῦσθαι μηδὲν, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ζητοῦσιν, ὥσπερ τὰ περὶ τραγελάφου καὶ γρυπὸς καὶ γυπὸς, εἰς τινὰ δὲ φλυαροῦσιν εὑρεσιλογοῦντες, ψυχρὰς παραδόσεις φέροντες, ὥσπερ καὶ περὶ τοῦ Σαββάτου φάσκοντες τόπον ἑκάστῳ εἶναι δισχιλίους πήχεις. Ἄλλοι δὲ, ὧν ἐστι Δοσίθεος ὁ Σαμαρεὺς (84), καταγινώσκοντες τῆς τοιαύτης διηγήσεως, οἴονται ἐπὶ τοῦ σχήματος, οὗ ἂν C καταληφθῇ τις ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου, μένειν

INTERPRETATIO NOVA.

17. Si ad leges etiam Mosaicas veniamus, plurimæ, si eas nude observari oporteat, absurdum, aliæ impossibile præcipiunt. Absurdum est vulturum esum prohiberi, cum nemo ne extrema quidem urgente fame eo adduci potuerit ut ad istud animal confugeret. Octo dierum infantes non circumcisi exterminari e genere suo jubentur, cum potius si quid de his ad litteram servandis lege sanciendum erat, præcipi oporteret ut eorum parentes vel eorum altores interficerentur. Nunc autem ait Scriptura : « Omnis mas incircumcisus qui non circumcidetur octavo die, peribit de populo suo. » Quod si impossibilia quæ lege præcipiuntur, vultis noscere, animadvertamus tragelaphum ex iis esse animantibus quæ consistere in rerum natura non possunt; quem tamen ut purum jubet nos Moyses offerre. Gryphem nunquam auditum est ab homine captum esse; quem nihilominus edi vetat legislator. Sed et celebratissimum Sabbatum ei qui accurate expenderit hæc verba : « Sedebitis domi vestræ singuli, nemo vestrum exeat e loco suo die septima, » videbitur non posse ad litteram observari, cum nullum animal per totam diem immotum sedere queat. Eam ob rem qui de circumcisione sunt, et qui nihil, nisi quod littera præ se fert significari volunt, de nonnullis ne inquirunt quidem, puta tragelapho, gryphe et vulture: de aliquibus meras nugas et frigidas traditiones afferunt, ut cum Sabbato dicunt locum unicuique bis mille cubitis esse definitum. Alii quos inter est Dositheus Samareus, explosa ejusmodi expositione, arbitrantur, quo quisque corporis situ fuerit die Sabbati inventus, in eo ad vesperam usque manendum. Sed et quod dicitur, non levandum esse onus die Sabbati, impossibile est. Hinc ad infinitas fabulas Judæorum doctores devenere, dicentes onus quidem esse hunc calceum, sed non illum; suffixas item clavis soleas, sed non quæ sine clavis; sic quod uno humero gestatur, pro onere habendum, non quod utroque.

[18] Genes. XVII, 14. [19] Exod. XVI, 29.

(78) Sic mss. Editi vero « inconveniens est : cum oporteret si lex. » Paulo post mss. « incircumcisus masculus, id est qui non fuerit. » In editt. deest « masculus. »

(79) Ita recte omnino mss. Male vero editi « coli. » Quod autem ait Origenes tragelaphum fabulosum esse animal, et gryphem nunquam ab homine ullo captum esse, id secus videtur omnibus fere Scripturæ sacræ recentioribus interpretibus. Vide Synopsim criticorum et aliorum commentatorum in Levit. XI, 13, et in Deut. XIV, 5. Paulo post mss. « sed et de D Sabbati opinatissima observatione. » Editi, « sed et de Sabbato opinatissima observatione. » Paulo infra mss. « quicunque in Scripturis sanctis nihil. » In editis deest « sanctis. »

(80) Sic mss. Tarinus, τῶν ὅσον.

(81) Primus codex Reg., ᾧ ὡς καθαρῷ.

(82) Tarinus, ἀνθρώπων.

(83) Primus cod. Reg., καθήσεσθε.

(84) Idem codex, ἐστὶ καὶ Θεοδόσιος ὁ Σαμαρεύς. De Dositheo vide not. ad lib. I *Contra Celsum*, n. 57.

μέχρις ἑσπέρας. Ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ αἴρειν βάσταγμα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου, ἀμήχανον (85)· διόπερ εἰς ἀπεραντολογίαν οἱ τῶν Ἰουδαίων διδάσκαλοι ἐληλύθασι, φάσκοντες βάσταγμα μὲν εἶναι τὸ τοιόνδε ὑπόδημα, οὐ μὴν καὶ τὸ τοιόνδε, καὶ τὸ ἥλους ἔχον σανδάλιον, οὐ μὴν καὶ τὸ ἀνήλωτον, καὶ τὸ οὑτωσὶ ἐπὶ τοῦ ὤμου φορούμενον, οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τῶν δύο ὤμων.

A Sabbati fuerit inventus, ita usque ad vesperam debeat permanere, **177-79** id est, vel si sedens, ut sedeat tota die; vel si jacens, ut tota die jaceat. Sed et quod ait: « Non levare onus in die Sabbati [20], » impossibile mihi videtur. Ex his enim ad fabulas infinitas, sicut sanctus Apostolus dicit, Judæorum doctores devoluti sunt, dicentes non reputari onus si calceamenta quis habeat sine clavis, onus vero esse si caligulas quis cum clavis habuerit. Et si quidem supra unum humerum aliquid portaverit, onus judicant: si vero supra utrumque, negabunt esse onus.

Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἐλθόντες τὰ ὅμοια ζητήσαιμεν, τί ἂν εἴη ἀλογώτερον τοῦ· « Μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε, » ὅπερ ἐντέλλεσθαι νομίζουσιν οἱ ἀκέραιοι τὸν Σωτῆρα τοῖς ἀποστόλοις; Ἀλλὰ καὶ δεξιὰ σιαγὼν τύπτεσθαι λεγομένη, ἀπιθανωτάτη ἐστι· παντὸς τοῦ τύπτοντος, εἰ μὴ ἄρα πεπονθώς τι (86) παρὰ φύσιν τυγχάνοι, τῇ δεξιᾷ χειρὶ τύπτοντος τὴν ἀριστερὰν σιαγόνα. Ἀδύνατον δὲ ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου ἐστὶ λαβεῖν δεξιὸν ὀφθαλμὸν (87) σκανδαλίζοντα. Ἵνα γὰρ χαρισώμεθα τὸ δύνασθαι ἐκ τοῦ ὁρᾷν σκανδαλίζεσθαί τινα, πῶς, τῶν δύο ὀφθαλμῶν ὁρώντων, τὴν αἰτίαν ἀνενεκτέον (88) ἐπὶ τὸν δεξιόν; Τίς δὲ καὶ καταγνοὺς ἑαυτοῦ ἐν τῷ ἑωρακέναι γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἀναφέρων τὴν αἰτίαν ἐπὶ μόνον τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν, εὐλόγως ἂν τοῦτον ἀποβάλλοι; Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀπόστολος νομοθετεῖ, λέγων· « Περιτετμημένος τις ἐκλήθη; μὴ ἐπισπάσθω. » Πρῶτον μὲν ὁ βουλόμενος ὄψεται, ὅτι παρὰ τὴν προκειμένην αὐτῷ ὁμιλίαν ταῦτά φησι. Πῶς γὰρ περὶ γάμου καὶ ἁγνείας νομοθετῶν, οὐ δόξει ταῦτα εἰκῇ παρεμβεβληκέναι; δεύτερον δὲ τίς ἐρεῖ ἀδικεῖν τὸν, εἰ δυνατὸν, διὰ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς νομιζομένην ἀσχημοσύνην ἐπὶ τῷ περιτετμῆσθαι, ἐπιδιδόντα ἑαυτὸν τῷ ἐπισπάσασθαι (89); Ταῦτα δὲ ἡμῖν πάντα εἴρηται, ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι ὅτι σκοπὸς τῇ δωρουμένῃ ἡμῖν θείᾳ δυνάμει τὰς ἱερὰς Γραφάς ἐστιν, οὐχὶ τὰ ὑπὸ τῆς λέξεως παριστάμενα μόνα ἐκλαμβάνειν· ἐνίοτε τούτων ὅσον ἐπὶ τῷ ῥητῷ οὐκ ἀληθῶν, ἀλλὰ καὶ ἀλόγων καὶ ἀδυνάτων τυγχανόντων· καὶ ὅτι προσύφανταί τινα τῇ γενομένῃ

18. Jam vero si etiam de Evangeliis similia requiramus, quomodo non videbitur absurdum, si secundum litteram sentiatur quod dicitur: « Neminem in via salutaveritis [21]? » Hoc enim putant simpliciores quique Salvatorem nostrum apostolis præcepisse. Sed et illud quomodo possibile videbitur observari, in his præcipue locis ubi acerrima hiems gelicidiis est et aspera pruinis, ut neque duas (90) tunicas, neque calceamenta quis habere debeat [22]? B Sed et illud quod in dexteram quis maxillam percussus præbere etiam sinistram jubetur [23], cum omnis qui percutit dextra manu, sinistram percutiat maxillam. Sed et illud de impossibilibus habendum est quod in Evangelio scriptum est, ut si oculus dexter scandalizaverit te, eruatur; quia etiam si ponamus quod de oculis carnalibus dictum est, quomodo consequens videbitur ut oculo utroque cernente, ad unum scandali culpa, et hoc ad dextrum, referatur? Aut quis extra maximum crimen habebitur ipse sibi inferens manus? Sed fortassis extra hæc videbuntur esse litteræ Pauli apostoli. Et quid est quod dicit: « Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium [24]. » Quod primo quidem si quis diligentius consideret, non videtur ad ea dictum quæ ei proposita in manibus habebantur; sermo namque ei erat de nuptiis et castitate præcipiens, et videbuntur (91) utique hæc in tali causa superfluo memorata. **180** Secundo vero quid obesset, si C obcenitatis vitandæ causa ejus quæ ex circumci-

INTERPRETATIO NOVA.

18. Jam vero si ad Evangelium veniamus et similia requiramus, quid a ratione magis alienum quam istud: « Neminem per viam salutaveritis, » quod apostolis præcepisse Salvatorem simpliciores existimant? Et cum dextera maxilla percuti dicitur, res est a verisimili prorsus abhorrens, cum omnis qui percutit, nisi natura mancus fuerit, dextera manu sinistram maxillam feriat. Neque potest ex Evangelio percipi quo pacto dexter oculus offensioni sit. Ut enim concedamus posse quempiam videndo scandalizari, cur cum duo oculi videant, crimen in dextrum transferendum est? Quis etiam sibimet ipsi infensus quod viderit mulierem ad concupiscendum eam, causam regerens in unum dextrum oculum, merito hunc ipsum abjecerit? Præterea Apostolus præcipit dicens: « Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. » Primum quilibet hæc abs re præterque propositum dicere Apostolum videbit. Nam quomodo de nuptiis et de castitate præcipiens, non videatur hæc temere interposuisse? Deinde quis peccare illum dixerit, qui vitandæ obcenitatis causa quam vulgus circumcisioni inesse putat, revocare, si fieri potest, præputium conatus fuerit? Hæc omnia a nobis dicta sunt ut ostendamus non ea sola quæ littera exhibet propositum fuisse ei quæ sacras nobis litteras dedit, divinæ virtuti explicare; quippe quæ interdum secundum litteram minime vera sint, sed et absurda et impossibilia: tum attexta esse nonnulla rerum gestarum historiæ et iis legibus quæ secundum litteram utilia præcipiunt.

[20] Jer. XVI, 21. [21] Luc. X, 4. [22] Matth. X. [23] Matth. V. [24] I Cor. VII, 18.

(85) Idem, ἀδύνατον. Infra Tarinus, ἐληλύθασι λέγοντες.
(86) Primus codex Regius, πεπονθώς τις.
(87) Tarinus ἐστὶ λαβεῖν δεξιὸν ὀφθαλμόν. Primus codex Regius, ἐστὶν ἐκβαλεῖν.
(88) Idem ms. ἀνενεκτέον. Tarinus, ἀνεκτέον.
D (89) Tarinus, τὸ ἐπισπάσασθαι.
(90) Sic mss. Editi vero « gelu et pruinis ut neque duas. »
(91) Editi « videbantur. » Infra mss. « sibi adesse deprehendimus. » Editi « sibi adesse comprehendimus. »

sione est, posset aliquis revocare præputium? Tertio, quod certe fieri id omni genere impossibile est.

A ἱστορίᾳ, καὶ τῇ κατὰ τὸ ῥητὸν χρησίμων νομοθεσίᾳ (93).

Hæc autem omnia a nobis dicta sunt, ut ostendamus quia hic prospectus est Spiritus sancti, qui nobis Scripturas divinas donare dignatus est, non ut ex sola littera, vel in omnibus ex ea ædificari possimus, quam frequenter impossibilem nec sufficientem sibi adesse deprehendimus; id est, per quam interdum non solum irrationabilia, verum etiam impossibilia designantur; sed ut intelligamus contexta esse quædam huic visibili historiæ, quæ interius considerata et intellecta utilem hominibus e Deo dignam proferunt legem.

19. Ne quis autem suspicetur nos hoc dicere (92), quia nullam historiam Scripturæ factam esse sentiamus, quoniam aliqua ex his non facta esse suspicamur; vel nulla præcepta legis secundum litteram stare, quoniam quædam secundum eam dicimus servari non posse, in quibus vel ratio, vel rei possibilitas non admittit; vel ea quæ de Salvatore scripta sunt, non putare etiam sensibiliter impleta; vel præcepta ejus secundum litteram non debere servari: respondendum ergo est quoniam a nobis evidenter decernitur, in quamplurimis servari et posse et oportere historiæ veritatem. Quis enim negare potest, quod Abraham in duplici spelunca sepultus est in Ebron, sed et Isaac, et Jacob, et singulæ eorum uxores? Vel quis dubitat quod Sichima in portionem data est Joseph? Vel quod Jerusalem metropolis est Judææ, in qua constructum est templum Dei a Salomone? et alia innumerabilia. Multo enim plura sunt quæ secundum historiam constant, **181** quam ea quæ nudum sensum continent spiritalem. Tum deinde quis non affirmet, mandatum hoc quod præcipit: « Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi[25], » etiam sine ulla spiritali interpretatione sufficere, et esse observantibus necessarium? maxime cum et Paulus eisdem verbis repetens, confirmaverit ipsum mandatum. Quid vero oportet dicere de eo quod dictum est: « Non adulterabis, non occides, non furtum facies, non falsum testimonium dices[26], » et cætera hujusmodi? Jam vero de his quæ in Evangelio mandata sunt, ne dubitari quidem potest, quin secundum litteram quamplurima observanda sint, sicut cum dicit: « Ego autem dico vobis non ju-

Ἵνα δὲ μὴ ὑπολάβῃ τις ἡμᾶς ἐπὶ πάντων τοῦτο λέγειν, ὅτι οὐδεμία ἱστορία γέγονεν, ἐπεὶ τὶς οὐ γέγονε· καὶ οὐδεμία νομοθεσία κατὰ τὸ ῥητὸν τηρητέα ἐστὶν, ἐπεὶ τὶς κατὰ τὴν λέξιν ἄλογος τυγχάνει, ἢ ἀδύνατος· ἢ ὅτι τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος (94) γεγραμμένα κατὰ τὸ αἰσθητὸν οὐκ ἀληθεύεται· ἢ ὅτι μηδεμίαν νομοθεσίαν αὐτοῦ καὶ ἐντολὴν (95) φυλακτέον· λεκτέον ὅτι σαφῶς ἡμῖν παρίσταται περί τινων τὸ τῆς ἱστορίας εἶναι ἀληθές· ὡς ὅτι Ἀβραὰμ ἐν τῷ διπλῷ σπηλαίῳ ἐτάφη ἐν Χεβρὼμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ ἑκάστου τούτων μία γυνή· καὶ ὅτι Σίκημα μερὶς δέδοται τῷ Ἰωσὴφ, καὶ Ἱερουσαλὴμ μητρόπολίς ἐστι τῆς Ἰουδαίας, ἐν ᾗ ᾠκοδόμητο ὑπὸ Σολομῶντος ναὸς Θεοῦ, καὶ ἄλλα B μυρία. Πολλῷ γὰρ πλείονά ἐστι τὰ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀληθευόμενα τῶν προσυφανθέντων γυμνῶν πνευματικῶν. Πάλιν τε αὖ τίς οὐκ ἂν εἴποι τὴν λέγουσαν ἐντολήν· « Τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, ἵνα εὖ σοι γένηται, » χωρὶς πάσης ἀναγωγῆς χρησίμην τυγχάνειν καὶ τηρητέαν γε, καὶ τοῦ ἀποστόλου Παύλου χρησαμένου ταύτῃ αὐτολεξεί; Τί δὲ δεῖ λέγειν περὶ τοῦ· « Οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις; » Καὶ πάλιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἐντολαί εἰσι γεγραμμέναι οὐ ζητούμεναι, πότερον αὐτὰς κατὰ τὴν λέξιν τηρητέον ἢ οὔ· ὡς ἡ φάσκουσα· « Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν ὀργισθῇ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς· καί· « Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως. » Καὶ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ τὸ ῥητὸν τηρητέον· « Νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους· ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενούντων (96), μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας· » εἰ καὶ παρὰ τοῖς φιλοτιμοτέροις δύναται σώζειν ἕκαστον αὐτῶν μετὰ τοῦ μὴ ἀθετεῖσθαι τὴν κατὰ τὸ ῥητὸν ἐντολὴν, βάθη Θεοῦ σοC φίας. Ὁ μέντοι γε ἀκριβὴς ἐπί τινων περιελκυσθή-

INTERPRETATIO NOVA.

19. Ne quis vero nos suspicetur in omnibus id dicere, nullam historiam contigisse, quoniam aliqua non contigit; et nullam legem ad litteram esse servandam, quoniam aliqua secundum litteram aut absurda aut impossibilia præcipit; vel quæ de Salvatore scripta sunt, secundum litteralem sensum non esse vera; aut nullam ipsius legem et præceptum servari oportere: dicimus manifeste in quibusdam historiæ veritatem nobis apparere, verbi gratia, Abraham, Isaac et Jacob, cum una sua unumquemque uxore in duplici spelunca sepultos esse in Hebron; Sichem Josepho in portionem esse attributam: Jerusalem metropolim esse Judææ, in qua a Salomone ædificatum fuit templum Dei, et alia sexcenta. Multo enim plura sunt secundum historiam vera, quam quæ mere spiritualia illis attexta sunt. Rursum quis inficias ierit mandatum hoc: « Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi, » etiam sine altiore intelligentia utile esse ac servandum, maxime cum Paulus iisdem verbis illud commendarit? Quid attinet dicere de cæteris: « Non mœchaberis, non occides, non furtum facies, non dices falsum testimonium? » Rursus in Evangelio mandata quædam scripta sunt, de quibus non quæritur sintne ad litteram observanda necne. Cujusmodi illud est: « Ego dico vobis, quicunque iratus fuerit fratri suo, » et quæ sequuntur. Et: « Ego dico vobis non jurare omnino. » Et custodiendum est illud Apostoli: « Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes; » tametsi qui res altius scrutantur, componere possint altitudinem sapientiæ Dei cum litterali mandatorum sensu. Veruntamen qui attentius le-

[25] Exod. xx, 12. [26] Ibid. xx, 13.

(92) Sic mss. Editi vero « docere » Infra mss. « et singulæ eorum uxores. »

(93) Duo mss., χρησίμῳ νομοθεσίᾳ.

(94) Tarinus, παρὰ τοῦ Σωτῆρος, sed primus codex Regius ut in nostro textu.

(95) Idem codex, ἐντολάς.

(96) Primus cod. Reg., ἀσθενῶν.

σεται, χωρὶς πολλῆς βασάνου μὴ δυνάμενος ἀποφήνασθαι πότερον ἥδε ἡ νομιζομένη ἱστορία γέγονε κατὰ τὴν λέξιν ἢ οὔ· καὶ τῆσδε τῆς νομοθεσίας τὸ ῥητὸν τηρητέον ἢ οὔ. Διὰ τοῦτο δεῖ ἀκριβῶς τὸν ἐντυγχάνοντα, τηροῦντα τὸ τοῦ Σωτῆρος πρόσταγμα τὸ λέγον « Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς, » ἐπιμελῶς βασανίζειν, πῆ τὸ κατὰ τὴν λέξιν ἀληθές ἐστιν, καὶ πῆ ἀδύνατον, καὶ ὅση δύναμις, ἐξιχνεύειν ἀπὸ τῶν ὁμοίων φωνῶν, τὸν πανταχοῦ διεσπαρμένον τῆς Γραφῆς νοῦν τοῦ κατὰ τὴν λέξιν ἀδυνάτου.

A rare omnino[27]; » et cum ait : « Qui autem inspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo[28]. » Sed et apud Paulum apostolum quæ præcipiuntur : « Commonete inquietos, consolamini pusillanimes, sustinete infirmos, patientes estote ad omnes[29]: et alia quamplurima. Verumtamen si quis attentius legat, non dubito quod in quamplurimis dubitabit utrum illa vel illa historia putetur vera esse secundum litteram, an minus vera; et illud præceptum, utrum secundum litteram observandum sit, necne. Propter quod multo studio ac labore nitendum est, quatenus unusquisque legentium cum omni reverentia intelligat se divina, non humana verba tractare quæ sanctis libris inserta sunt.

Ἐπεὶ τοίνυν, ὡς σαφὲς ἔσται τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀδύνατος μὲν ὁ ὡς πρὸς τὸ ῥητὸν εἱρμὸς, οὐκ ἀδύνατος δὲ, ἀλλὰ καὶ ἀληθὴς ὁ προηγούμενος, ὅλον τὸν νοῦν φιλοτιμητέον (97) καταλαμβάνειν, συνείροντα τὸν περὶ τῶν κατὰ τὴν λέξιν ἀδυνάτων λόγον νοητῶς τοῖς οὐ μόνον οὐκ ἀδυνάτοις, ἀλλὰ καὶ ἀληθέσι κατὰ τὴν ἱστορίαν, συναλληγορουμένοις τοῖς, ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει μὴ γεγενημένοις· διακείμεθα γὰρ ἡμεῖς περὶ πάσης τῆς θείας Γραφῆς, ὅτι πᾶσα μὲν ἔχει τὸ πνευματικὸν, οὐ πᾶσα δὲ τὸ σωματικόν· πολλαχοῦ γὰρ ἐλέγχεσθαι ἀδύνατον ὂν τὸ σωματικόν. Διόπερ πολλὴν προσοχὴν συνεισακτέον τῷ εὐλαβῶς ἐντυγχάνοντι ὡς θείοις γράμμασι ταῖς θείαις βίβλοις, ὧν ὁ χαρακτὴρ τῆς νοήσεως τοιοῦτος ἡμῖν φαίνεται. Ἔθνος τι ἐπὶ γῆς ἀπαγγέλλουσιν οἱ λόγοι ἐξειλέχθαι τὸν Θεόν· ὃ καλοῦσιν ὀνόμασι πλείοσι. Καλεῖται γὰρ τοῦτο τὸ πᾶν ἔθνος Ἰσραὴλ, λέγεται δὲ καὶ Ἰακώβ. Ὅτε δὲ διῄρητο κατὰ τοὺς χρόνους Ἱεροβοὰμ υἱοῦ Νάβατ, αἱ μὲν ὑπὸ τούτῳ λεγόμεναι (99) φυλαὶ δέκα ὠνομάσθησαν Ἰσραὴλ, αἱ δὲ λοιπαὶ δύο καὶ ἡ Λευϊτικὴ, ὑπὸ τῶν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυὶδ βασιλευόμεναι, Ἰούδας. Ὁ δὲ σύμπας τόπος ὅντινα ᾤκουν οἱ ἀπὸ τοῦ ἔθνους, δεδομένος αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καλεῖται Ἰουδαία, ἧς μητρόπολις Ἱερουσαλήμ· μητρόπολις δηλονότι πλειόνων πόλεων, ὧν τὰ ὀνόματα, πολλαχοῦ μὲν καὶ ἄλλοθι διεσπαρμένως κεῖται, ὑφ' ἓν δὲ κατειλεγμέναι εἰσὶν ἐν Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ.

20. Nos ergo quam videmus in Scripturis sanctis digne et consequenter (99) observari debere intel-B ligentiam, hujusmodi esse arbitramur. Gentem quamdam prædicant super 182 terras divinæ litteræ electam esse a Deo, quam plurimis nominibus appellaverunt : interdum enim universa hæc gens Israel dicitur, interdum Jacob; et maxime divisa gens ipsa a Jeroboam filio Nabad in duas partes est; et decem tribus quæ sub eo factæ sunt, appellatæ sunt Israel; aliæ vero duæ cum quibus erat etiam Levitica tribus, et ea quæ ex David regio genere descendebat, Judas nominata est; universa autem loca quæ habebat gens ista, quæ a Deo acceperat, Judæa dicebantur, in qua metropolis erat Jerusalem : metropolis autem (1) quasi plurimarum urbium mater quædam dicitur. Quarum urbium nomina in aliis quidem divinis libris sparsim frequenter inve-C nies nominata; simul autem in unum contexta, continentur in libro Jesu Nave.

INTERPRETATIO NOVA.

gerit, in nonnullis ambiget, nec sine multo examine pronuntiare poterit utrum hæc quæ putatur historia, secundum litteram acciderit necne, et hujusne legis verba servanda sint, an secus. Quamobrem necesse est ut accuratus lector servato hoc Salvatoris præcepto, « Scrutamini Scripturas, » quandonam verum sit quod littera sonat, quandonam sit impossibile, diligenter exploret, et ex similium vocum comparatione diffusum ubique per Scripturas sensum ejus quod secundum litteram est impossibile, pro viribus investiget.

20. Quoniam igitur, ut manifestum erit legentibus, impossibilis est secundum litteram series; non impossibilis vero, imo vera series et connexio principalis; enixe investiganda est tota Scripturæ mens quæ quodcunque secundum litteram impossibile enuntiatur, connectit iis quæ non modo non sunt impossibilia, sed et secundum historiam vera, quæque cum iis quæ ad litteram gesta non sunt, interiorem sensum includunt, et per allegoriam dicuntur. Sic enim de universa Scriptura statuimus sensum ubique haberi spiritalem, non autem ubique corporeum. Nam sæpe quod corporeum est, impossibile convincitur. Quamobrem plurimam attentionem adhibere necesse est eum qui tanquam divinas litteras, religiose legerit sacros libros, quorum intelligentiæ forma talis nobis videtur. Gentem quamdam prædicant electam esse in terris a Deo quam non uno nomine appellant. Universa enim illa gens vocatur Israel, dicitur et Jacob. Cum vero temporibus Jeroboam filii Nabat divisa est, quæ illi paruerunt tribus decem, Israel appellatæ sunt; reliquæ duæ et Levitica quibus præerant reges ex stirpe David, Juda nominatæ sunt. Totum autem quod occupavit illa gens loci spatium sibi a Deo concessum, appellatur Judæa, cujus metropolis Jerusalem, mater videlicet plurimarum urbium, quarum nomina in aliis Scripturæ libris dispersa frequenter reperiuntur, in unum vero collecta sunt in libro Jesu filii Nave.

[27] Matth. v, 34. [28] Ibid. 14. [29] I Thess. v, 14.

(97) Sic mss. Tarinus vero, φιλοτιμησάμενος. Paulo post Tarinus, περὶ τὴν κατὰ τὴν λέξιν ἀδυνάτων λόγων νοητῶς τοῖς οὐ μόνον ἀδυνάτοις. Sed codex Coislinianus ut in nostro textu.

(98) *Λεγόμεναι*. Deest apud Tarinum, sed reperitur in duobus mss. Sunt autem qui pro λεγόμεναι malint τελούμεναι.

(99) Sic mss. Editi vero, « convenienter. » Mox mss., « electam esse a Deo. » Editi, « effectam esse a Deo. »

(1) *Erat Jerusalem, metropolis autem.* Hæc desunt in editis, sed habentur in mss. Mox mss., « in aliis quidem divinis libris. » In editis deest « divinis. »

21. Cum ergo hæc ita se habeant, elevare quodammodo ex terra et erigere intelligentiam nostram sanctus Apostolus volens, ait in quodam loco: « Videte Israel secundum carnem [30]. » Per quod significat utique quod alius Israel sit qui non sit secundum carnem, sed secundum spiritum. Et iterum in alio loco dicit: « Non enim omnes qui ex Israel sunt, hi Israelitæ [31]. »

A Τούτων οὕτως ἐχόντων, ὑψῶν τὸ διανοητικὸν ἡμῶν ὁ Ἀπόστολός φησί που· « Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα· » ὡς ὄντος τινὸς Ἰσραὴλ κατὰ πνεῦμα. Καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· « Οὐ γὰρ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς ταῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ· οὐδὲ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἐν τῷ (2) φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή· ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι. » Εἰ γὰρ ἡ κρίσις τοῦ Ἰουδαίου ἐκ τοῦ κρυπτοῦ λαμβάνεται, νοητέον ὅτι ὥσπερ Ἰουδαίων σωματικόν (3) ἐστι γένος, οὕτω τῶν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίων ἐστί τι ἔθνος, τῆς ψυχῆς τὴν εὐγένειαν ταύτην κατά τινας λόγους ἀποῤῥήτους κεκτημένης. Ἀλλὰ καὶ πολλαὶ προφητεῖαι περὶ τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοῦ Ἰούδα προφητεύουσι, διηγούμεναι τὰ ἐσόμενα αὐτοῖς. Καὶ οὐ δήπου αἱ τοσαῦται τούτοις γεγραμμέναι ἐπαγγελίαι, ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει ταπειναὶ τυγχάνουσαι, καὶ οὐδὲν ἀνάστημα παριστῶσαι, καὶ ἀξίωμα ἐπαγγελίας Θεοῦ, οὐχὶ ἀναγωγῆς μυστικῆς δέονται; Εἰ δὲ αἱ ἐπαγγελίαι νοηταί εἰσι δι' αἰσθητῶν ἀπαγγελλόμεναι (4), καὶ οἷς αἱ ἐπαγγελίαι, οὐ σωματικοί. Καὶ ἵνα μὴ ἐπιδιατρίβωμεν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τοῦ ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίου, καὶ τοῦ περὶ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου Ἰσραηλίτου· καὶ τούτων αὐτάρκων ὄντων τοῖς μὴ ἀκέντροις, ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανερχόμεθα (5), καὶ φαμὲν τὸν Ἰακὼβ πατέρα εἶναι τῶν δώδεκα πατριαρχῶν, κἀκείνους τῶν δημάρχων· καὶ ἔτι ἐκείνους τῶν ἑξῆς Ἰσραηλιτῶν. Ἆρ' οὖν οἱ μὲν σωματικοὶ Ἰσραηλῖται τὴν ἀναγωγὴν ἔχουσιν ἐπὶ τοὺς δημάρχους, καὶ οἱ δήμαρχοι πρὸς τοὺς πατριάρχας, οἱ δὲ πατριάρχαι πρὸς τὸν Ἰακὼβ καὶ τοὺς ἔτι ἀνωτέρω; Οἱ δὲ νοητοὶ Ἰσραηλῖται, ὧν τύπος ἦσαν οἱ σωματικοὶ, οὐχὶ ἐκ δήμων εἰσί· τῶν δήμων ἐκ φυλῶν ἐληλυθότων, καὶ τῶν φυλῶν ἀπὸ ἑνός τινος, γένεσιν, οὐ τοιαύτην σωματικὴν ἔχοντος, ἀλλὰ τὴν κρείττονα, γεγενημένου κἀκείνου ἐκ τοῦ Ἰσαὰκ, καταβεβηκότος κἀκείνου ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ, πάντων ἀναγομένων ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, ὃν ὁ Ἀπόστολος εἶναί φησι τὸν Χριστόν; Πᾶσα γὰρ ἀρχὴ πατριῶν τῶν ὡς πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, κατωτέρω ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ἤρξατο τοῦ μετὰ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ πατέρα οὕτω πατρὸς ὄντος πάσης ψυχῆς ὡς ὁ Ἀδὰμ πατήρ ἐστι πάντων ἀνθρώπων. Εἰ δὲ καὶ ἡ Εὔα ἐπιτέτευκται τῷ Ἀποστόλῳ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἀναγομένη, οὐ θαυμαστὸν τοῦ Κάϊν ἐκ τῆς Εὔας γεγενημένου, καὶ πάντων τῶν ἑξῆς ἀναγωγὴν ἐχόντων ἐπὶ τὴν Εὔαν, ἐκτυπώματα τῆς Ἐκκλησίας τυγχάνειν· πάντων ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας προηγουμένῳ λόγῳ γεγενημένων.

22. Edocti igitur ab eo quia sit alius secundum carnem Israel, et alius secundum spiritum, cum

B Εἰ δὲ πληκτικά ἐστι τὰ περὶ τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τῶν φυλῶν καὶ τῶν δήμων αὐτοῦ ἡμῖν εἰρημένα· ἐπὰν

INTERPRETATIO NOVA.

21. Hæc cum ita se habeant, intelligentiam nostram erigens Apostolus, ait alicubi: « Videte Israel secundum carnem; » tanquam sit Israel secundum spiritum. Et alibi dicit: « Non enim qui filii carnis, hi filii Dei; neque omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ; neque qui in manifesto Judæus est, neque quæ in manifesto in carne est circumcisio; sed qui in abscondito Judæus est; et circumcisio cordis in spiritu, non littera. Si enim Judæus ex occulto dijudicatur, cogitandum est, sicut Judæorum corporeum est genus, ita Judæorum qui in occulto sunt aliquam esse gentem, anima videlicet hanc nobilitatem arcanis quibusdam rationibus obtinente. Præterea multæ de Israel et Juda prophetiæ vaticinantur, et quæ ipsis eventura sint exponunt. Nunquid vero tot illis scriptæ promissiones quæ verbis nihil magni, nihil excelsi sonant, nec divini promissi majestatem præ se ferunt, mysticam et sublimiorem intelligentiam non requirunt? Quod si spiritales promissiones per res sensibus subjectas enuntiantur, nec ii **183** quibus promissa fiunt, corporei sunt. Et ne diutius immoremur huic de occulto Judæ et interiori homine Israelita sermoni, cum hæc omnibus non plane stupidis sufficiant, ad institutum revertimur, et dicimus Jacob patrem esse duodecim patriarcharum, hos populi principum, a quibus deinde omnes Israelitæ. Quid ergo? qui secundum carnem sunt Israelitæ, ad principes populi genus referunt, hi ad patriarchas, patriarchæ ad Jacob et superiores; spiritales autem Israelitæ quorum figura erant corporei, non sunt de populis: cum populi e tribubus, tribus ab uno quopiam provenerint qui ortum non corporalem sed præstantiorem habet, quique ex Isaac descendit, sicut Isaac ab Abraham, revocatis omnibus ad Adam quem Apostolus ait esse Christum? Omnis enim origo familiarum quæ ad omnium Deum referuntur, a Christo incœpit qui secundum universorum Deum ac parentem sic universæ animæ pater est ut Adam pater est universorum hominum. Quod si et Evam feliciter Apostolus ad Ecclesiam retulit, nihil mirum est Cain ex Eva prognatum, et deinceps omnes qui ad Evam referuntur, figuras esse Ecclesiæ, cum omnes ex Ecclesia principali ratione nati sint.

22. Si vero percellunt ea quæ de Israel et tribubus ac populis diximus; cum Salvator dicit: « Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel, » non hæc accipimus ut mentis inopes Ebionæi qui a mentis inopia nomen suum ducunt (*pauper* enim Hebraice Ebion dicitur), ita ut existimemus ad car-

[30] I Cor. x, 18. [31] Rom. ix, 6.

(2) Ἀλλ' *οὐδὲ ὁ ἐν τῷ*, etc. Ab his verbis usque ad numerum 22 desideratur interpretatio Rufini.

C (4) Ita secundus Regius. Tarinus vero, ἐπαγγελλόμεναι.

(3) Primus codex Regius, σωματικῶν.

(5) Primus cod Reg., ἐπανερχώμεθα.

φάσκῃ ὁ Σωτὴρ, « Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ, » οὐκ ἐκλαμβάνομεν ταῦτα ὡς οἱ πτωχοὶ τῇ διανοίᾳ Ἐβιωναῖοι, τῆς πτωχείας τῆς διανοίας ἐπώνυμοι· Ἐβίων γὰρ ὁ πτωχὸς παρ' Ἑβραίοις ὀνομάζεται· ὥστε ὑπολαβεῖν ἐπὶ τοὺς σαρκίνους Ἰσραηλίτας προηγουμένως τὸν Χριστὸν ἐπιδεδημηκέναι. « Οὐ γὰρ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ. » Πάλιν ὁ Ἀπόστολος περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τοιαῦτά τινα διδάσκει, ὅτι « ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. » Καὶ ἐν ἄλλῃ Ἐπιστολῇ· « Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων, πανηγύρει, Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. » Εἰ τοίνυν ἐστὶν ἐν ψυχῶν γένει ὁ Ἰσραὴλ, καὶ ἐν οὐρανῷ τις πόλις Ἱερουσαλὴμ, ἀκολουθεῖ τὰς πόλεις Ἰσραὴλ μητροπόλει χρῆσθαι (6) τῇ ἐν οὐρανοῖς Ἱερουσαλὴμ, ἀκολούθως τῇ πάσῃ Ἰουδαίᾳ. Ὅσα τοιγαροῦν προφητεύεται περὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ λέγεται περὶ αὐτῆς, εἰ Θεοῦ (7) ὡς Θεοῦ ἀκούωμεν, καὶ σοφίαν φθεγγομένου, περὶ τῆς ἐπουρανίου πόλεως καὶ παντὸς τοῦ τόπου τοῦ περιεκτικοῦ τῶν πόλεων τῆς ἁγίας γῆς, νοητέον τὰς Γραφὰς ἀπαγγέλλειν. Τάχα γὰρ ὁ Σωτὴρ ἐπ' ἐκείνας ἡμᾶς ἀνάγων τὰς πόλεις, τοῖς εὐδοκιμήσασιν ἐν τῷ τὰς μνᾶς καλῶς ᾠκονομηκέναι, ἐπιστασίαν δίδωσι πέντε ἢ δέκα πόλεων. Εἰ τοίνυν αἱ προφητεῖαι αἱ περὶ Ἰουδαίας καὶ περὶ Ἱερουσαλὴμ καὶ Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα καὶ Ἰακὼβ, μὴ σαρκίνως ἡμῶν ἐκλαμβανόντων ταῦτα, μυστήρια τοιάδε τινὰ ὑποβάλλουσιν, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τὰς προφητείας τὰς περὶ Αἰγύπτου καὶ Αἰγυπτίων, καὶ Βαβυλῶνος καὶ Βαβυλωνίων, καὶ Τύρου καὶ Τυρίων, καὶ Σιδῶνος καὶ Σιδωνίων ἢ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν, μὴ μόνον περὶ τῶν σωματικῶν τούτων Αἰγυπτίων καὶ Βαβυλωνίων καὶ Τυρίων καὶ

A dicit Salvator, quia « Non sum missus nisi ad oves domus Israel quæ perierunt [32], » non ita accipimus sicut hi qui terrena sapiunt, id est Ebionitæ, qui etiam ipso nomine pauperes appellantur: Ebion namque *pauper* apud Hebræos interpretatur (8); sed intelligimus genus esse animarum quæ Israel appellantur, secundum quod et nominis ipsius designat interpretatio: Israel namque *mens videns Deum*, vel *homo videns Deum* interpretatur. Rursus Apostolus de Jerusalem talia quidem revelat, quia « quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra [33]. » Et in alia Epistola sua dicit: « Sed accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis Jerusalem cœlestem, et multitudinem angelorum collaudantium, et Ecclesiam primitivorum **184** quæ ascripta est in cœlis [34]. » Si ergo sunt quædam animæ in hoc mundo quæ Israel appellantur, B et in cœlo civitas aliqua quæ Jerusalem nominatur, consequens est ut hæ civitates quæ gentis Israeliticæ esse dicuntur, metropolim habeant Jerusalem cœlestem, et secundum hæc de omni Juda intelligamus, de qua putamus etiam prophetas mysticis quibusdam narrationibus locutos, cum aliqua vel de Judæa (9) vel de Jerusalem prophetarunt, vel si quæ sanctæ historiæ illa vel illa incursionum genera Judææ vel Jerusalem prædicant accidisse. Quæcunque ergo vel narrantur, vel prophetantur de Jerusalem, si Pauli verba quasi Christi in eo loquentis audivimus, secundum sententiam ipsius, utique de illa civitate quam dicit Jerusalem cœlestem, et de omnibus locis vel urbibus quæ terræ sanctæ urbes esse dicuntur, quarum Jerusalem metropolis est, dicta esse intelligere debemus. Ex C ipsis namque civitatibus etiam Salvatorem putan-

INTERPRETATIO NOVA.

nales Israelitas præcipue Christum advenisse: « Non enim qui filii carnis, hi filii Dei sunt. » Rursus Apostolus de Jerusalem hujusmodi quæpiam docet, quia « quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra; » et in alia Epistola: « Sed accessistis ad Sion montem, ad civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, ad myriadas angelorum, ad celebritatem, ad Ecclesiam primogenitorum qui conscripti sunt in cœlis. » Si igitur Israel est de genere animarum, et in cœlo quædam civitas est Jerusalem, sequitur ut civitates Israel metropolim habeant eam quæ in cœlis est Jerusalem, ut toti Judææ respondeat. Quæcunque igitur de Jerusalem prophetæ dicunt, si Pauli verba tanquam Dei per ipsum sapientiam loquentis audiamus, de cœlesti civitate et de omni loco qui continet terræ sanctæ civitates, intelligendum est Scripturas loqui. Fortasse enim Salvator ad illas nos evehens civitates, eos qui mnas sibi commissas bene et cum laude administrarunt, quinque aut decem civitatibus præficit. Si ergo prophetarum vaticinia de Judæa, Jerusalem, Israel, Juda et Jacob, modo secundum carnem a nobis non intelligantur, mysteria quædam ejusmodi subjiciunt; consequens fuerit prophetarum quoque oracula de Ægypto et Ægyptiis, Babylone et Babyloniis, Tyro et Tyriis, Sidone et Sidoniis, aut de reliquis gentibus, non solum de terrenis hisce Ægyptiis, Babyloniis, Tyriis, Sidoniis præsagire, sed etiam de spiritualibus. Si enim spirituales sunt Israelitæ, consequens est utique Ægyptios et Babylonios spirituales esse. Neque enim ullo modo convenit ea quæ in Ezechiele de Pharaone Ægypti rege habentur, de homine aliquo dici qui Ægypto imperarit vel sit imperaturus, ut planum erit observantibus: sic quæ de principe Tyri scripta sunt, de homine quopiam qui Tyri principatum gesserit, intelligi non possunt. Et quæ de Nabuchodonosor pluribus locis dicuntur, maxime in Isaia, de illo homine accipi non possunt. Neque enim de cœlo delapsus est, neque Lucifer erat, neque mane oriebatur super terram Nabuchodonosor homo. Sed nec quæ apud Ezechielem de Ægypto habentur annis quadraginta ad solitudinem redigenda ut neque hominis vestigium ibi reperiatur, et bello ita devastanda ut per eam totam sanguis ad hominis usque genua exundet, quisquam sanæ mentis intellexerit de ea Ægypto quæ Æthiopibus sole adustis et ardore denigratis adjacet.

[32] Matth. xv, 24. [33] Galat. iv, 26. [34] Hebr. xii, 22.

(6) Primus Regius, χρήσασθαι.

(7) Sic idem codex. Tarinus, ἐκ Θεοῦ. Legendum videtur, εἰ Παύλου ὡς Θεοῦ.

(8) *Ebion namque* pauper *apud Hebræos interpretatur.* Desunt in editis, sed habentur in mss. Infra mss., « quæ ascripta est in cœlis. » Editi, « quæ scripta est in cœlis. »

(9) Sic mss. Editi, « Juda. »

dum est volentem nos ad altiorem provocare intellectum, promittere his qui bene commissam sibi ab eo pecuniam dispensarunt, potestatem habere supra decem civitates, vel supra quinque civitates. Si ergo (10) prophetiæ quæ de Judæa et Jerusalem, et de Juda et Israel et Jacob prophetatæ sunt, dum non a nobis carnaliter intelliguntur, mysteria quædam divina significant; consequens utique est etiam illas prophetias quæ vel de Ægypto vel de Ægyptiis, vel de Babylonia vel de Babyloniis, et Sidone ac Sidoniis prolatæ sunt, non de Ægypto ista quæ in terris posita est, vel Babylone, vel Tyro, vel de Sidone intelligi prophetatas [35]. Neque enim ea quæ Ezechiel propheta de Pharaone rege Ægypti (11) prophetavit [36], convenire alicui hominum possunt qui regnasse videatur in Ægypto, sicut manifeste textus ipse indicat lectionis. Similiter et ea quæ de principe Tyri dicuntur non possunt intelligi de aliquo homine velut rege Tyri dicta: sed **185** et de Nabuchodonosor ea quæ multis in locis ab Scriptura dicuntur (12), et maxime in Isaia [37], quomodo possibile est nos dicta de homine suscipere? Neque enim homo est qui dicitur cecidisse de cœlo, vel qui Lucifer fuit vel qui mane oriebatur. Sed illa nihilominus quæ in Ezechiele dicta sunt de Ægypto, velut in quadraginta annis exterminanda, ita ut pes hominis non inveniatur in ea, et intantum ex pugnanda, ut per omnem terram ejus humanus sanguis usque ad genua exaltetur, nescio si quis intellectum habens hoc de Ægypto ista terrena quæ Æthiopiæ adjacet, possit advertere. Sed videndum est (13) ne forte ita dignius possit intelligi, quod sicut cœlestis est Jerusalem et Judæa, et gens sine dubio quæ habitat in ea, quæ dicitur Israel, ita possibile est etiam vicina his loca esse quædam, quæ vel Ægyptus, vel Babylon, vel Tyrus, vel Sidon appellari videantur, eorumque locorum principes, atque animæ si quæ in illis habitant locis, Ægyptii, Babylonii, Tyrii ac Sidonii appellentur. Ex quibus etiam secundum illam conversationem quam ibi habent, captivitas quædam videatur effecta per quam de Judæa in Babyloniam (14) vel Ægyptum a melioribus et superioribus locis descendisse dicantur, vel in alias quasque gentes esse dispersæ.

A Σιδωνίων προφητεύειν, ἀλλὰ περὶ τῶν νοητῶν. Εἰ γὰρ Ἰσραηλῖται νοητοὶ, ἀκόλουθον καὶ Αἰγυπτίους εἶναι καὶ Βαβυλωνίους νοητούς. Οὐδὲ γὰρ πάνυ ἁρμόζει τὰ ἐν τῷ Ἰεζεχιὴλ λεγόμενα περὶ Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, ἀνθρώπου τινὸς ἄρξαντος ἢ ἄρξοντος τῆς Αἰγύπτου λέγεσθαι, ὡς δῆλον ἔσται τοῖς παρατηρουμένοις. Ὁμοίως τὰ περὶ τοῦ ἄρχοντος Τύρου οὐ δύναται νοεῖσθαι περί τινος ἀνθρώπου ἄρξαντος τῆς Τύρου. Καὶ τὰ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ πολλαχοῦ λεγόμενα καὶ μάλιστα ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, οὐχ οἷόν τε ἐκλαβεῖν περὶ τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου. Οὔτε γὰρ ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὔτε ἑωσφόρος ἦν, οὐδὲ πρωῒ ἀνέτελλεν ἐπὶ τὴν γῆν ὁ Ναβουχοδονόσορ ὁ ἄνθρωπος. Οὐ μὴν οὐδὲ τὰ λέγομενα ἐν τῷ Ἰεζεχιὴλ περὶ Αἰγύπτου, ὡς τεσσαράκοντα ἔτεσιν ἐρημωθησομένης ποτὲ (17), B ὥστε πόδα ἀνθρώπου μὴ εὑρεθῆναι ἐκεῖ· καὶ ὡς ἐπὶ τοσοῦτον πολεμηθησομένης ποτὲ, ὥστε τὸ αἷμα δι' ὅλης αὐτῆς γενέσθαι μέχρι τῶν γονάτων· νοῦν τις ἔχων ἐκλήψεται περὶ τῆς παρακειμένης Αἰγύπτου τοῖς τὰ σώματα ὑπὸ ἡλίου μεμελασμένοις (18-19) Αἰθίοψι.

VERS. S. HIER.

Et forsitan quomodo (15) *in isto mundo qui moriuntur separatione carnis*

23. (16) Fortassis enim sicut hi qui de hoc mundo secundum communem mortem istam recedentes

C *Καὶ μεθ' ἕτερα.*

Τάχα δὲ ὥσπερ οἱ ἐντεῦθεν (20) κατὰ τὸν κοινὸν θάνατον ἀποθνήσκοντες, ἐκ τῶν ἐνταῦθα (21) πεπραγμένων οἰκονομοῦνται, εἰ κριθεῖεν ἄξιοι τοῦ καλουμένου

INTERPRETATIO NOVA.

Et aliis interjectis :

23. Forsitan autem quemadmodum ii qui hic communem mortem obeunt, pro rebus hic a se gestis ita dispensantur, ut si regione quæ infernus dicitur, digni fuerint judicati, diversa pro ratione peccatorum obtineant loca: sic qui illic, ut ita dicam, moriuntur, in infernum hunc descendunt, digni judicati qui in diversis totius terrestris loci domiciliis vel melioribus vel deterioribus habitent, et ex his vel illis patribus nascantur; ita ut possit interdum Israelites in Scythas incidere, et Ægyptius in Judæam delabi.

[35] Ezech. XXIX et seq. [36] Ezech. XXVI et seq. [37] Isa. XIV.

(10) Vide l. II *Origenian.*, q. 11, num. 11.

(11) *Propheta de Pharaone rege Ægypti.* Hæc desunt in editis, sed habentur in mss. Mox mss., « textus ipse indicat lectionis. » Editi, « exitus ipse indicat lectionis. » Vide notas ad librum I, c. 5, num 4 et 5.

(12) *Non possunt intelligi de aliquo homine veluti rege Tyri dicta ; sed et de Nabuchodonosor ea quæ multis in locis ab Scriptura dicuntur.* Hæc omnia desunt in editis, sed habentur in mss. Infra mss., « ita dignius possit intelligi. » Editi, « ita digne possit intelligi. »

(13) *Sed videndum est*, etc. Hæc et sequentia usque ad num 23 desunt in textu Græco.

(14) Sic mss. Editi, « Babylonem. »

(15) *Et forsitan quomodo*, etc. Fragmentum istud, quod Latine e Græco versum exhibet Hieronymus in epistola ad Avitum, Græco utcunque respondet at sequentis fragmenti quod affert ibidem, nullum D exstat in versione Rufini vestigium, nec in Græco textu qui ultra numerum 23 non excurrit. Hic tamen illud apposuimus quod commodior alibi non videretur locus. De utroque hæc adnotat sanctus doctor : « Quibus dictis (Origenes) nititur approbare, et firmamentum, id est, cœlum ad comparationem superioris cœli esse inferos, et hanc terram quam incolimus collatione firmamenti inferos appellari; et rursum ad comparationem inferorum qui subter nos sunt, nos cœlum dici, ut quod aliis infernus est, aliis cœlum sit.

(16) Vide l. II *Origenian.*, q. 11, n. 3 et 11.

(17) Sic mss. Tarinus vero, ἐρημωθησόμενος ὥστε.

(18-19) Primus Reg., μεμελανωμένοις.

(20) *Τάχα δὲ ὥσπερ οἱ ἐντεῦθεν*, etc. Vide clarissimum Huetium *Origenianorum* lib. II, quæst. 11 num. 3.

(21) Primus cod. Reg., αὐτόθι.

χωρίου ᾅδου, τόπων διαφόρων τυγχάνειν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἁμαρτημάτων, οὕτως οἱ ἐκεῖθεν ἵν' οὕτως εἴπω, ἀποθνήσκοντες εἰς τὸν ᾅδην τοῦτον καταβαίνουσι κρινόμενοι ἄξιοι τῶν τοῦ παντὸς περιγείου τόπου διαφόρων οἰκητηρίων βελτιόνων ἢ χειρόνων· καὶ παρὰ τοῖσδε ἢ τοῖσδε τοῖς πατράσιν· ὡς δύνασθαί ποτε Ἰσραηλίτην πεσεῖν ἐς Σκύθας, καὶ Αἰγύπτιον εἰς τὴν Ἰουδαίαν κατελθεῖν. Πλὴν ὁ Σωτὴρ συναγαγεῖν ἦλθε τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. Καὶ πολλῶν ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ μὴ εἰξάντων τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν καλοῦνται.

A (22) pro actibus suis et meritis dispensantur prout digni fuerint judicati, alii quidem in locum qui dicitur infernus, alii in sinum Abrahæ, et per diversa quæque vel loca, vel mansiones; ita etiam ex illis locis velut illic, si dici potest, morientes, a superis in hunc inferum descendunt. Nam ille inferus ad quem hinc morientium animæ ducuntur, credo (23), ob hanc distinctionem infernus inferior a Scriptura nominatur, sicut dicitur in Psalmis : « Quia liberasti animam meam ex inferno inferiori [37]. » Unusquisque ergo descendentium in terram pro meritis, vel loco suo quem ibi habuerat (24), dispensatur in hoc mundo in diversis vel locis, vel gentibus, vel conversationibus, **186** vel infirmitatibus nasci, vel a religiosis, aut certe minus piis parentibus generari, ita ut aliquando contingat Israelitam in Scythas descendere, et Ægyptium pauperem deduci ad Judæam. Verumtamen Salvator noster congregare venit oves quæ perierant domus Israel; et cum plurimi ex Israelitis non acquievissent doctrinæ ejus, hi qui ex gentibus erant, vocati sunt.

et animæ, juxta operum differentiam diversa apud inferos obtinent loca : sic qui de cœlestis Jerusalem, ut ita dicam, administratione moriuntur, ad nostri mundi inferna descendunt, ut pro qualitate meritorum, diversa in terris possideant loca.

Unde consequens videbitur (25) etiam prophetias B quæ singulis gentibus proferuntur, revocari magis ad animas debere, et diversas mansiones earum cœlestes. Sed et historias rerum gestarum, quæ dicuntur vel genti Israel, vel Jerusalem, vel Judææ accidisse, illis vel illis gentibus impugnantibus, perscrutandum est et perquirendum, quoniam in quamplurimis corporaliter gesta non constant, quomodo magis ista conveniebant illis gentibus (25*) animarum, quæ in cœlo isto, quod transire dicitur, habitant, vel etiam nunc habitare putandæ sunt. Si quis vero evidentes et satis manifestas assertiones horum de Scripturis sanctis exposcat a nobis, respondendum est quia occultare magis hæc Spiritui sancto in his quæ videntur esse historiæ rerum gestarum, et altius tegere consilium fuit, in quibus descendere dicuntur in Ægyptum, vel captivari in Babyloniam, vel in his ipsis regionibus quidam quidem humiliari nimis et sub servitio effici dominorum, alii vero in ipsis captivitatis locis clari ac magnifici habiti sunt, ita ut potestates et principatus tenuerint, regendisque populis præfuerint (26).

VERSIO S. HIERONYMI.

Et quia comparavimus de isto mundo ad inferna pergentes animas (27), *iis animabus quæ de superiori cœlo ad nostra habitacula pervenientes quodammodo mortuæ sunt, prudenti investigatione rimandum est, an hoc ipsum possimus etiam in nativitate dicere singularum; ut quomodo quæ in ista terra nostra nascuntur animæ, vel de inferno rursum meliora capientes ad superiora veniunt, et humanum corpus assumunt, vel de melioribus locis ad nos usque descendunt; sic et ea loca quæ supra sunt in firmamento, aliæ animæ possideant, quæ de nostris sedibus ad meliora proficiant; aliæ quæ de cœlestibus ad firmamentum usque delapsæ sunt, nec tantum fecere peccatum, ut ad loca quæ incolimus truderentur.*

Κέκρυπται δὲ, ὡς ἡγούμεθα, ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῦτα. C « Καὶ γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ὁμοία ἐστὶ θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ πάντα ὅσα ἔχει πωλεῖ καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον. » Ἐπιστήσωμεν οὖν εἰ μὴ τὸ βλεπόμενον τῆς Γραφῆς καὶ τὸ

Quæ omnia, ut diximus, abscondita et celata in Scripturæ sanctæ historiis conteguntur, quia et « regnum cœlorum simile est thesauro abscondito in agro, quem cum invenerit homo abscondit, et præ gaudio illius vadit, et omnia quæ habet vendit, et emit agrum illum [38]. » In quo diligentius consi-

INTERPRETATIO NOVA.

Verumtamen Salvator congregatum venit oves quæ perierant domus Israel. Cumque multi ex Israel doctrinam ejus non receperint, vocantur qui e gentibus.

Hæc in historiis delitescere nobis videntur; « simile enim est regnum cœlorum thesauro abscondito in

[37] Psal. LXXXV, 13. [38] Matth. XIII, 44.

(22) Caute lege.

(23) Hunc locum in editis corruptum sic restituunt mss. In antea editis legitur, « in hunc locum descendunt. Nam illis infernæ hic morientium animæ dicuntur. Credo ob hanc distinctionem, » etc. Ibidem mss., « sicut dicitur, » quod deest in editis.

(24) Sic mss. Editi, « inhabitaverat. »

(25) *Unde consequens*, etc. Ab his verbis usque ad ista, « quæ omnia, ut diximus, » etc., desideratur textus Græcus cujus jacturam utcunque reparat alterum versionis sancti Hieronymi appositum e regione D fragmentum, cujus utique textus Græcus interiit.

(25*) Sic mss. Male editi, « generibus. » Paulo post mss., « evidentes et satis manifestas assertiones horum. » Editi, « evidentiores rationes eorum. »

(26) *Regendisque populis præfuerint*. Hæc desunt in antea editis, reperiuntur autem in mss. Paulo post mss., « in quo diligentius considera si non indicatur. » Editi, « id quo dilucidius considera si non dicatur. » Mox mss., « ille vero altior et profundior. » Editi, « ille vero altior et profundus. »

(27) Caute lege.

dera, si non indicatur quod solum ipsum et super- A ficies, ut ita dixerim, Scripturæ, id est quod secundum litteram legitur, ager est repletus, et florens omnium generum plantariis; ille vero altior et profundior spiritalis intellectus, ipsi sunt thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi, quos Spiritus sanctus per Isaiam obscuros et invisibiles et absconditos thesauros vocat [39.40]; qui ut inveniri possint, Dei adjutorio opus est, qui solus potest portas æreas quibus clausi sunt et absconditi confringere, et seras ferreas vectesque comminuere, quibus prohibetur ingressus perveniendi ad ea omnia quæ in Genesi de diversis animarum generibus scripta sunt et obtecta, et de his seminibus ac generationibus quæ vel ad propinquitatem pertinent Israel vel
187 quæ ab ejus progenie longius segregantur : sed et quæ sit illa descensio in Ægyptum septuaginta animarum, quæ septuaginta animæ fiant in Ægypto sicut sidera cœli in multitudine. Sed quia non omnes qui ex ipsis erant, lumen sunt hujus mundi : « Non enim omnes qui ex Israel, hi Israelitæ sunt [41]; » ex ipsis septuaginta animabus fiunt aliqui et sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis (28).

ἐπιπόλαιον αὐτῆς καὶ πρόχειρον, ὁ πᾶς ἐστιν ἀγρὸς πλήρης παντοδαπῶν τυγχάνων φυτῶν· τὰ δὲ ἐναποκείμενα καὶ οὐ πᾶσιν ὁρώμενα, ἀλλ' ὡσπερεὶ ὑπὸ τὰ βλεπόμενα φυτὰ κατορωρυγμένα, οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι· οὕς τινας τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Ἡσαΐου σκοτεινοὺς καὶ ἀοράτους καὶ ἀποκρύφους καλεῖ· Θεοῦ τοῦ μόνου δυναμένου τὰς κρυπτούσας αὐτοὺς πύλας χαλκᾶς συντρίψαι, καὶ τοὺς σιδηροῦς ἐπικειμένους μοχλοὺς ταῖς θύραις συνθλάσαι, ἵν' εὑρεθῇ πάντα τὰ ἐν τῇ γενέσει περὶ τῶν διαφόρων ἀληθινῶν ψυχῆς γενῶν καὶ οἱονεὶ σπερμάτων ἐγγύς που τοῦ Ἰσραὴλ ἢ πόῤῥω τυγχανόντων· καὶ ἡ ἐς Αἴγυπτον κάθοδος τῶν ἑβδομήκοντα ψυχῶν, ὅπως ἐκεῖ γένωνται ὡσεὶ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐ πάντες οἱ ἐξ αὐτῶν φῶς εἰσι τοῦ κόσμου, « οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραὴλ, » γίνονται ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα καὶ ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος.

24. Quæ descensio sanctorum patrum in Ægy- B ptum, in hunc mundum videri poterit ad illuminationem cæterorum atque humani generis instructionem a providentia Dei esse concessa, ut per eos cæteræ animæ illuminatæ juvarentur. Ipsis enim primis concessa sunt eloquia Dei, quoniam solum istud est genus quod videre dicitur Deum; hoc enim Israelis nomen significat interpretatum. Jam vero consequens est ut secundum hæc aptari debeat et interpretari illud quod decem plagis Ægyptus verberatur ut Dei populum permittat exire, vel ea quæ in deserto cum populo geruntur, vel quod ex collatione omnis populi tabernaculum construitur, vel indumentum sacerdotale contexitur, vel de vasis ministerii quæcunque dicuntur, quia vere, sicut scriptum est, umbram in se formamque cœlestium continent. Manifeste enim Paulus ait de illis, quia « umbræ et exemplari deserviunt cœlestium [42]. » In hac eadem lege etiam nihilominus continetur, quibus legibus quibusque C institutionibus in terra sancta vivendum sit. Sed et comminationes positæ sunt his qui prævaricati fuerint legem, necnon et his qui purificatione indigebant, diversa purificationum genera, velut qui frequentius essent polluendi, traduntur, ut per hæc tandem ad illam unam purificationem veniant, post quam pollui ultra non licet. Sed et ad numerum populus ipse deducitur, licet non omnes; pueriles namque animæ nondum tempus habent ex divino præcepto numerari; sed ne illæ quidem animæ quæ non possunt fieri alterius caput, sed ipsæ subditæ sunt aliis velut capiti; quas mulieres nominavit, quæ utique non adducuntur (29) in numerum illum qui a Deo præcipitur : sed illi soli numerantur qui viri appellantur, quo scilicet ostenderetur non eas posse extrinsecus numerari, sed in his qui viri appellantur, etiam eas comprehendi. Præcipue tamen ad sanctum numerum (30) veniunt hi qui parati sunt ad Israelitica bella procedere, qui possunt adversus illos hostes inimicosque bellare quos sedenti

INTERPRETATIO NOVA.

agro, quem qui invenit homo abscondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit universa quæ habet et emit agrum illum. » Attendamus igitur an non quod obvium est, quod oculis cernitur in Scriptura, quodque illius veluti superficies est, sit omnis ager plenus plantis cujuslibet generis; quæ autem recondita sunt, nec omnibus conspicabilia, sed veluti sub illis quæ cernuntur plantis defossa, thesauri sint sapientiæ et scientiæ absconditi, quos Spiritus per Isaiam tenebrosos, invisibiles et absconditos vocat, cum solus Deus possit, quæ ipsos concludunt, portas æreas confringere, et ferreos vectes portis appositos conterere, ut inveniantur quæcunque in Genesi de diversis et veris animarum generibus et veluti seminibus quæ prope Israel vel procul sunt, continentur; sed et descensus in Ægyptum septuaginta animarum, ut ibi ad multitudinem stellarum cœli augeantur. Verum quoniam non omnes qui ex illis sunt, lumen sunt mundi, « non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ, » ex septuaginta quidam etiam sicut arena quæ est ad littus maris innumerabilis, multiplicantur.

[39.40] Isa. XLV. [41] Rom. IX, 6. [42] Hebr. VIII, 5.

(28) Sic mss. Editi, « innumerabiles. »
(29) Sic mss. Editi, « adduntur. »
(30) *Præcipue tamen ad sanctum numerum*, etc. Sanctus Hieronymus epist. 94 ad Avitum hunc locum carpere videtur his verbis : « Dicit (Origenes) in fine omnium rerum, quando ad cœlestem Jerusalem reversuri sumus, adversariarum fortitudinum contra populum Dei bella consurgere, ut non sit D eorum otiosa virtus, sed exerceantur ad prælia, et habeant materiam roboris, quam utique consequi non possint, nisi fortes primum adversariis institerint, quos ratione et ordine et solertia repugnandi, in libro Numerorum legimus esse superatos. » Verum hæc omnia quæ legerat in Græco Hieronymus, aut dissimulavit Rufinus, aut in alium sensum detorsit.

a dextris suis Filio subjicit Pater, ut destruat omnem principatum ac potestatem; ut per hos militum suorum numeros qui Deo militantes non se implicant negotiis sæcularibus, adversarii regna subvertat; a quibus scuta fidei circumferantur, et sapientiæ tela vibrentur, etiam in quibus spei (31) et salutis galea coruscet, ac lorica claritatis (31*) Deo plenum muniat pectus. Tales quidem mihi videntur milites indicari, et ad hujuscemodi bella præparari, hi qui in divinis libris per Dei præceptum numerari jubentur. Horum vero multo clariores perfectioresque designantur illi quorum etiam capilli capitis numerati esse dicuntur. Illi sane qui puniti sunt pro peccatis, quorum corpora ceciderunt in deserto, similitudinem videntur habere eorum qui profecerant quidem non parum, sed ad finem perfectionis pervenire minime potuerunt diversis ex causis, quod vel murmurasse, vel idola coluisse, vel fornicati esse dicuntur, vel tale aliquid quale utique non liceret mente concipere. Sed ne illud quidem sacramento aliquo vacuum puto, quod quidam multa pecora et multa animalia habentes præveniunt et præripiunt locum aptum pastibus (32) et nutrimentis pecorum, quem primum omnium Israelitici belli dextra defenderat. Quem locum **188** a Moyse deposcentes, ultra Jordanis fluenta separantur, atque a terræ sanctæ possessione secernuntur. Qui Jordanis videri potest secundum cœlestium formam rigare et inundare animas sitientes, et sensus adjacentes sibi. Ubi ne illud quidem otiosum videtur, quod Moyses quidem audit a Deo quæ in Levitici lege descripta sunt, populus vero in Deuteronomio auditor Moysis efficitur, et ab illo discit ea quæ a Deo audire non potuit (33). Propterea enim velut secunda lex Deuteronomium dicitur, quod nonnullis significare videbitur hoc ipsum, quod cessante lege prima quæ per Moysem data est, videatur secunda legislatio deformari, quæ specialiter a Moyse traditur Jesu successori ejus: qui utique formam servare creditur Salvatoris nostri, cujus secunda lege, id est præceptis evangelicis ad perfectum omnia perducuntur.

A 25. Sed videndum est ne forte magis illud indicare videatur, quod sicut in Deuteronomio evidentior et manifestior legislatio declaratur, quam in his quæ primo (34) scripta sunt; ita et ab eo adventu Salvatoris quem in humilitate complevit, cum formam servi suscepit, clarior ille et gloriosior secundus in gloria Patris ejus indicetur adventus, et in illo forma Deuteronomii compleatur, cum in regno cœlorum sancti omnes æterni illius Evangelii legibus (35) vivent, et sicut nunc adveniens legem replevit eam quæ umbram habet futurorum bonorum, ita et per illum gloriosum adven-B tum (36) implebitur et ad perfectum adducetur hujus adventus umbra. Ita enim dixit propheta de eo: « Spiritus vultus nostri Christus Dominus, cui diximus, quia in umbra ejus vivemus in gentibus [43], » cum scilicet ab Evangelio temporali dignius omnes sanctos ad Evangelium æternum transferet, secundum quod Joannes in Apocalypsi de C æterno Evangelio designavit [44].

D. HIERON. INTERPR.

Sicut enim per umbram Evangelii (37), *umbram legis implevit; sic quia omnis lex exemplum et umbra est cæremoniarum cœlestium, diligentius requirendum, utrum recte intelligamus legem quoque cœlestem et cæremonias superni cultus plenitudinem non habere, sed indigere Evangelii veritate, quod in Joannis Apocalypsi Evangelium legimus sempiternum, ad comparationem videlicet hujus nostri Evangelii, quod temporale est, et in transituro mundo ac sæculo prædicatum.*

Ἀλλὰ κἂν μέχρι τοῦ πάθους τις ζητήσῃ, τολμηρὸν δόξει ποιεῖν περὶ τῶν οὐρανίων τόπων αὐτὸ ζητῶν. Ἀλλ' εἰ ἔστι πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς οὐρανίοις, ἄρα εἰ ὥσπερ ἐνθάδε οὐκ αἰδούμεθα σταυρούμενον ὁμολογεῖν ἐπὶ καθαιρέσει ὧν

VERSIO HIERONYMI.

Quod quidem etiamsi usque ad passionem Domini Salvatoris inquirere voluerimus (38), *quanquam audax et temerarium sit in cœlo ejus quærere passionem: tamen si spiritualia nequitiæ in cœlestibus sunt, et non eru-*

INTERPRETATIO NOVA.

Verum si vel ad passionem usque quispiam inquirat, audacius profecto videbitur de locis cœlestibus id inquirere. Sed si in cœlestibus sunt spiritalia nequitiæ; sicut certe hic non erubescimus fateri crucifixum ad ea destruenda, quæ patiendo destruxit, ita illic quoque simile aliquid fieri in sequentibus usque ad totius sæculi consummationem concedere non formidabimus.

[43] Thren. IV, 20. [44] Apoc. XIV, 6.

(31) *Spei.* Deest in editis, sed habetur in mss.

(31*) Alii legunt *charitatis.* EDIT. PATROL.

(32) Sic mss. Editi vero, « pecora et multa alia possidentes præveniunt et præcipiunt locum aptum partubus. »

(33) Sic mss. Editi, « eam quam a Deo audire non potuit legem. » Mox mss. « significare videbitur. » Editi, « significare videatur. »

(34) *Primo.* Deest in antea editis, sed habetur in mss.

(35) *Legibus.* Deest in editis, reperitur autem in mss.

(36) *Adventum.* Deest in editis, sed habetur in mss. Paulo post mss., « dignius omnes sanctos. » Editi, « dignos omnes sanctos. »

D (37) *Sicut enim per umbram Evangelii*, etc. Commodiorem locum non reperi ubi celebre istud insererem fragmentum quod e lib. IV *Περὶ ἀρχῶν* affert Hieronymus in epistola ad Avitum. Postremæ partis quæ futuram in cœlis Salvatoris passionem innuere videtur, Græca verba repræsentat Justinianus ad calcem epistolæ ad Menam. At vero ultima verba ἕως τῆς συντελείας τοῦ παντὸς αἰῶνος, cum verterit sanctus Hieronymus, « in consummatione sæculorum, » clarissimus Huetius *Origenianorum* lib. II, quæst. 3, num. 23, pro ἕως legendum putat ἐπί. Cæterum utrum revera opinatus sit Origenes Christum aliquando in supernis locis passurum, disquirit Huetius ibidem num. 23 et 24.

(38) Caute lege.

bescimus crucem Domini confiteri propter destructionem eorum, quæ sua passione destruxit : cur timeamus etiam in supernis locis, in consummatione sæculorum aliquid simile suspicari, ut omnium locorum gentes illius passione salventur?

καθεῖλε διὰ τοῦ πεπονθέναι, οὕτω τὸ κἀκεῖ παραπλήσιον διδόντες γίνεσθαι τὰ καὶ ἑξῆς ἕως τῆς συντελείας τοῦ παντὸς αἰῶνος οὐ φοβηθησόμεθα.

26. Verum in his omnibus sufficiat nobis sensum nostrum regulæ pietatis aptare, et ita sentire de sancti Spiritus verbis, quod non secundum humanæ fragilitatis eloquium nitet sermo compositus, sed sicut scriptum est, « Omnis gloria regis intrinsecus est [45], » et divinorum sensuum thesaurus intra fragile vasculum vilis litteræ continetur inclusus. Porro autem si quis curiosus explanationem singulorum requirat, veniat et nobiscum pariter B audiat quomodo Paulus apostolus per Spiritum sanctum, qui perscrutatur etiam profunda Dei (39), altitudinem divinæ sapientiæ ac scientiæ scrutans, nec tamen ad finem, et, ut ita dixerim, ad intimam cognitionem prævalens pervenire, desperatione rei et stupore clamat et dicit : « O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei [46]! » Et quod desperatione perfectæ comprehensionis hoc proclamaverit, audi ipsum dicentem : « Quam inscrutabilia sunt judicia Dei, et quam investigabiles viæ ejus [47]! » Non enim dixit, difficile posse scrutari judicia Dei, sed omnino non posse ; nec dixit difficile investigari posse (40) vias ejus, sed non posse investigari. Quantumcunque enim quis in scrutando promoveat et studio intentiore proficiat, gratia quoque C Dei adjutus sensuque illuminatus, ad perfectum finem eorum quæ requiruntur pervenire non poterit,
189 nec omnis mens quæ creata est, possibile habet ullo genere comprehendere, sed ut invenerit quædam ex his quæ quæruntur, iterum videt alia quæ quærenda sunt. Quod etsi ad ipsa pervenerit, multo iterum plura ex illis quæ requiri debeant, pervidebit. Propter quod et sapientissimus Salomon naturam rerum per sapientiam intuens, ait : « Dixi, sapiens efficiar, et ipsa sapientia longe facta est a me, longe plus quam erat, et altitudinem profundam quis inveniet [48]? » Sed et Isaias sciens rerum initia a natura mortali inveniri non posse, sed ne ab his quidem naturis quæ quamvis diviniores sint D quam humana est, factæ tamen et ipsæ sunt vel creatæ; sciens ergo quod a nulla harum neque ini- A tium, neque finis inveniri potest, ait : « Priora quæ fuerint dicite, et scimus quia dii estis; vel novissima quæ sunt annuntiate, et tunc videbimus quia dii estis [49]. » Nam et Hebræus doctor (41) ita tradebat : pro eo quod initium omnium vel finis non possit ab ullo comprehendi, nisi tantummodo a Domino Jesu Christo, et a Spiritu sancto, aiebat per figuram visionis Isaiam dixisse, duos seraphim solos esse qui duabus quidem alis operiunt faciem Dei, duabus vero pedes, et duabus volant clamantes ad invicem sibi et dicentes : « Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth, plena est universa terra gloria tua [50]. » Quod ergo sola seraphim (42) utrasque alas suas habent in facie Dei et in pedibus ejus, audendum est pronuntiare quod neque exercitus sanctorum angelorum, neque sedes sanctæ, neque dominationes, neque principatus, neque potestates scire possunt integre initium omnium et fines universitatis. Sed intelligendum est sanctos istos quos annumeravit spiritus et virtutes proximas quidem esse ipsis initiis, et attingere tantum quantum consequi non valent reliqui : verumtamen quodcunque illud est quod revelante Filio Dei et Spiritu sancto didicerint istæ virtutes, quamplurima quidem assequi poterunt et multo plura priores inferioribus, omnia tamen comprehendere impossibile eis est, quia scriptum est : « Quamplurima ex operibus Dei in secretis sunt [51]. » Unde et optabile est ut pro viribus se unusquisque semper extendat ad ea quæ priora sunt, ea quæ retrorsum sunt obliviscens, tam ad opera meliora quam etiam ad sensum intellectumque puriorem per Jesum Christum Salvatorem nostrum, cui est gloria in sæcula.

27. Omnis ergo cui veritatis cura est, parum de nominibus et sermonibus curet, quia per singulas gentes diversæ verborum consuetudines habentur; et hoc magis quod significatur, quam qualibus verbis significetur, intendat; præcipue in tam magnis et tam difficilibus rebus; sicut cum quæritur, verbi causa, si sit aliqua substantia in qua neque color neque habitus neque tactus neque magnitudo intelligenda sit, mente sola conspicabilis, quam prout vult quis, ita et nominat; nam Græci ἀσώματον eam, id est incorpoream dixerunt, divinæ vero Scripturæ invisibilem esse pronuntiant : imaginem enim invisibilis Dei Paulus dicit (43) esse Christum [52]. Sed et rursum per Christum creata dixit esse omnia visibilia et invisibilia [53]. Per quod declaratur esse

[45] Ps. XLIV, 14. [46] Rom. XI, 33. [47] Ibid. [48] Eccle. VII, 24. [49] Isa. XLI, 22, 23. [50] Isa. VI, 3. [51] Eccli. XVI, 22. [52] Coloss. I, 15. [53] Ibid. 17.

(39) *Dei.* Deest in editis, sed habetur in mss.

(40) *Posse.* Deest item in editis.

(41) *Nam et Hebræus doctor*, etc. Vide lib. I, cap. 3, n. 4, ubi eadem fere reperiuntur et verba Græca apponuntur.

(42) *Seraphim.* Deest in editis. Ibidem mss., « in facie Dei et in pedibus ejus. » Editi, « in faciem Dei et sub pedibus ejus. » Infra mss. « quos annumeravit spiritus. » Editi, « qui annumerantur spiritus. » Paulo post mss., « assequi poterunt. » Editi, « assequi potuerunt. » Infra mss., « cui est gloria in sæcula. » Editi, « cui est gloria in sæcula sæculorum, amen. » Mox mss. « parum de nominibus. » Editi, « parum de omnibus nominibus. »

(43) *Paulus dicit.* Sic mss. Editi vero, « dicunt. » Infra mss., « quorum significatio proprie nullis omnino potest humanæ linguæ sermonibus explicari. » Editi, « quorum significationem proprie nullus omnino potest humanæ linguæ sermonibus explicare. » Paulo post mss. recte omnino : « non pro vilitate sermonis. » Male editi, « non pro utilitate sermonis. »

etiam in creaturis quasdam invisibiles secundum proprietatem suam substantias. Sed hæ quamvis ipsæ non sint corporeæ, utuntur tamen corporibus, licet ipsæ sint corporea substantia meliores. Illa vero substantia Trinitatis quæ principium est et causa omnium, ex qua omnia, et per quam omnia, et in qua omnia, neque corpus, neque in corpore esse credenda est, sed ex toto incorporea. Verum hæc per excessum quemdam, rei tamen ipsius consequentia commonitos breviter dixisse sufficiat ad ostendendum id, quod sunt quædam quorum significatio proprie nullis omnino potest humanæ linguæ sermonibus explicari, sed simpliciore magis intellectu, quam ullis verborum proprietatibus declarantur. Ad quam regulam etiam divinarum litterarum intelligentia retinenda est, quo scilicet ea quæ dicuntur, non pro vilitate sermonis, sed pro divinitate sancti Spiritus qui eas conscribi inspiravit, censeantur.

Anacephalæosis de Patre, et Filio, et Spiritu sancto, et cæteris quæ superius dicta sunt.

Ὥρα ἐπαναλαβόντα (44) περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, ὀλίγα τῶν τότε παραλελειμμένων διεξελθεῖν περὶ Πατρὸς, ὡς ἀδιαίρετος ὢν καὶ ἀμέριστος Υἱοῦ γίνεται Πατὴρ, οὐ προβαλὼν αὐτὸν, ὡς οἴονταί τινες. Εἰ γὰρ προβολή ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ γέννᾳ μὲν ἐξ αὐτοῦ ὁποῖα τὰ τῶν ζώων γεννήματα, ἀνάγκη σῶμα εἶναι τὸν προβάλλοντα, καὶ τὸν προβεβλημένον.

28. Tempus autem est jam decursis his prout **190** potuimus, quæ supra dicta sunt, nunc commonitionis gratia eorum quæ sparsim diximus, recapitulare singula, et primo omnium de Patre et Filio et Spiritu sancto repetere. Deus Pater cum sit invisibilis et inseparabilis a Filio, non per prolationem ab eo, ut quidam putant, generatus est Filius. Si enim prolatio est Filius Patris, prolatio vero dicitur quæ talem significat generationem qualis animalium vel hominum solet esse progenies, necessario corpus est (45), et is qui protulit, et is qui prolatus est.

Non enim dicimus sicut hæretici putant, partem aliquam substantiæ Dei in Filium versam, aut ex nullis substantibus Filium procreatum a Patre, id est extra substantiam suam, ut fuerit aliquando quando non fuerit; sed, abscisso omni sensu corporeo ex invisibili et incorporeo, Verbum et sapientiam genitam dicimus absque ulla corporali passione, velut si voluntas procedat e mente. Nec absurdum videbitur, cum dicatur Filius charitatis, si hoc modo etiam voluntatis putetur. Sed et Joannes indicat quia Deus lux est[54], et Paulus designat quia

INTERPRETATIO NOVA.

Tempus est ut nonnulla de Patre et Filio et Spiritu sancto repetamus, et pauca quæ tunc prætermisimus, persequamur de Patre, qui cum in nullas partes dividi queat, Filii tamen fit Pater, non emittens illum, ut quidam putant. Nam si Filius est prolatio Patris qui illum de seipso generet ad eum modum quo de se animalia gignunt, necessario corpus est tum qui emittit, tum qui emittitur.

[54] I Joan. I.

(44) *Ὥρα ἐπαναλαβόντα*, etc. Marcello Ancyrano (ut videre est apud Eusebium lib. I adversus eumdem Marcellum) hæc admodum displicebant : quod inde sequi putaret Origenem secundam quamdam substantiam δευτέραν ὑπόθεσιν in Filio agnoscere. Verum si per se spectetur hic locus, catholicus est, nec aliud docet Origenes, ut optime adnotavit Eusebius, quam non licere corporalem quamdam et passivam generationem divinitatis Filii Dei comminisci. Certe nullus calumniæ locus relinquetur, si quæ statim hunc locum excipiunt in versione Rufini, genuina prorsus sunt et sincera : Huetius autem putat hæc verba : ‹ Aut ex nullis substantibus Filium procreatum a Patre, id est extra substantiam suam, ut fuerit aliquando quando non fuerit, › vel a Rufino fuisse interpretationi intexta, vel ab aliis Rufino antiquioribus Græco ipsi contextui inserta contra Arium, quem Sozomenus ait πρότερον παρ' ἑτέρου μὴ εἰρημένον τολμῆσαι ἐν Ἐκκλησίᾳ ἀποφήνασθαι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐξ οὐκ ὄντων γεγενῆσθαι, καὶ εἶναί ποτε ὅτε οὐκ ἦν : ‹ primum in Ecclesia ausum esse dicere quod nemo ante illum dixerat, Filium scilicet Dei ex non exstantibus exstitisse, et fuisse aliquando cum non esset. › Sed falsus est Sozomenus. Athanasius enim libro *De decretis Nicænæ synodi*, pag. 233, Origenis verba refert quæ huic Rufinianæ versionis loco valde affinia sunt, et ex quibus liquet ante Arium fuisse hæreticos qui dicerent ‹ fuisse aliquando quando non erat Filius, › quosque sic refellit Origenes : Εἰ ἔστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, ἀόρατος εἰκών, ἐγὼ δὲ τολμήσας προσθείην ἂν, ὅτι καὶ ὁμοιότης τυγχάνων τοῦ Πατρὸς, οὐκ ἔστιν ὅτε οὐκ ἦν. Πότε γὰρ ὁ Θεὸς ὁ κατὰ τὸν Ἰωάννην φῶς λεγόμενος (ὁ Θεὸς γὰρ φῶς ἐστίν) ἀπαύγασμα οὐκ εἶχε τῆς ἰδίας δόξης, ἵνα τολμήσας τις ἀρχὴν δῷ εἶναι Υἱοῦ πρότερον οὐκ ὄντος; Πότε δὲ ἡ τῆς ἀῤῥήτου καὶ ἀκατονομάστου καὶ ἀφθέγκτου ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς εἰκὼν, ὁ χαρακτὴρ, Λόγος, ὁ γινώσκων τὸν Πατέρα, οὐκ ἦν; Κατανοείτω γὰρ ὁ τολμῶν, καὶ λέγων, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς, ὅτι ἐρεῖ καὶ τό· Σοφία ποτὲ οὐκ ἦν, καὶ Λόγος οὐκ ἦν, καὶ ζωὴ οὐκ ἦν. ‹ Si est imago Dei invisibilis, invisibilis quoque est ipsa imago. Quin etiam addere ausim, cum sit similitudo Patris, non posse fieri ut aliquando non fuerit. Quando enim Deus quem Joannes lucem appellat (nam Deus lux est), propriæ gloriæ splendore caruit, ut quis audeat principium exsistendi Filio tribuere, quasi scilicet antea non fuisset? Quandonam vero non erat Verbum, Verbum, inquam, quod et Patrem cognoscit, et est character ac imago ejusdem substantiæ, quæ digne nec exprimi, nec nominari, nec proferri possit? Intelligat enim qui dicere audet : Fuit aliquando cum non esset Filius, idem esse ac si diceret : Sapientia aliquando non erat, Verbum non erat, vita non erat. › Idem Origenes rursus ita alibi loquitur teste Athanasio ibidem : Ἀλλ' οὐ θέμις ἐστὶν οὐδὲ ἀκίνδυνον διὰ τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν τὸ, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, ἀποστερεῖσθαι τὸν Θεὸν τοῦ ἀεὶ συνόντος αὐτῷ Λόγου μονογενοῦς, σοφίας ὄντος ᾗ προσέχαιρεν· οὕτω γὰρ οὐδὲ ἀεὶ χαίρων νοηθήσεται. ‹ Verum nefas est nec periculo vacat propter nostram infirmitatem, Deum, quantum in nobis est, unigenito privare Verbo quod semper cum illo fuit, et illa erat sapientia qua delectabatur. Alioquin eum non semper fuisse delectatum intelligendum erit. › Vide lib. II *Origenian.*, q. 2.

(45) Sic mss. Editi ‹ habebit necessario corpus. › Paulo post mss., ‹ partem aliquam substantiæ Dei in Filium versam aut ex nullis substantibus. › Libb.

Filius splendor lucis æternæ sit [55]. Sicut ergo lux nunquam sine splendore esse potuit, ita nec Filius quidem sine Patre intelligi potest, qui et figura expressa substantiæ ejus, et Verbum, et sapientia dicitur. Quomodo ergo potest dici, quia fuit aliquando quando non fuit Filius? Nihil enim aliud est id dicere, nisi quia fuit aliquando quando veritas non erat, quando sapientia non erat, quando vita non fuerit, cum in his omnibus perfecte Dei Patris substantia censeatur. Non enim ab eo dirimi hæc, vel ab ejus possunt unquam substantia separari. Quæ quidem quamvis intellectu multa esse dicantur, re tamen et substantia unum sunt, in quibus plenitudo est divinitatis. Hoc autem ipsum quod dicimus, quia nunquam fuit quando non fuit, cum venia audiendum est. Nam et hæc ipsa nomina temporalis vocabuli significantiam gerunt, id est *quando* vel *nunquam*; supra omne autem tempus, et supra omnia sæcula, et supra omnem æternitatem intelligenda sunt ea quæ de Patre et Filio et Spiritu sancto dicuntur. Hæc enim sola Trinitas est quæ omnem sensum intelligentiæ non solum temporalis, verum etiam æternalis excedit. Cætera vero quæ sunt extra Trinitatem, in sæculis et in temporibus metienda sunt. Hunc igitur Filium Dei secundum quod Verbum est Deus quod erat in principio apud Deum, nemo consequenter (46) putabit in loco aliquo contineri, neque secundum quod sapientia est, neque secundum quod veritas est, neque secundum quod vita est, vel justitia, vel sanctificatio, vel redemptio. Hæc enim omnia non indigent loco, ut agere quid vel operari possint, sed pro his qui virtutis ejus inoperationisque participant, hæc singula intelligenda sunt.

29. Si vero quis dicet per eos qui participes sunt Verbi Dei, vel sapientiæ ejus, vel veritatis, vel vitæ, etiam ipsum Verbum et sapientiam videri in loco esse; respondendum est ei, quia dubium non est quod Christus secundum quod Verbum et sapientia est vel cætera omnia, erat in Paulo, propter quod dicebat : « Aut experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus [56]? » Et iterum : « Vivo autem jam non ego, vivit vero Christus in me [57]. » Tunc ergo cum esset in Paulo, quis dubitabit quod similiter erat in Petro, et in Joanne, et in singulis quibusque sanctorum, et non solum in his qui in terris sunt, verum et in his qui in cœlis sunt? Absurdum namque est dicere, quia in Petro quidem A et in Paulo erat Christus, in Michaele vero archangelo, et in Gabriele non erat. Ex quo manifeste deprehenditur, quia divinitas Filii Dei non in loco aliquo concludebatur; alioquin in ipso tantum fuisset, et in alio non fuisset; sed secundum incorporeæ naturæ majestatem cum a nullo loco concludatur, in nullo rursum deesse intelligitur. Verum illa sola differentia intelligenda est, quod etiamsi sit in diversis, sicut diximus, in Petro, vel Paulo, vel Michaele, vel Gabriele, non tamen similiter est in universis. Plenius enim et clarius, et, ut ita dixerim, apertius in archangelis est quam in aliis (47) sanctis viris. **191** Quod ex eo manifestum est, quia cum ad summam perfectionem venerint sancti quique, dicuntur similes angelis effici, vel æquales, B secundum evangelicam sententiam [58]. Unde constat in singulis quibusque tantum effici Christum, quantum ratio indulserit meritorum.

30. His igitur nobis de Trinitatis ratione breviter repetitis, consequens est illud etiam breviter admonere, quod per Filium « creata dicuntur omnia quæ in cœlis sunt, et quæ in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnes, et omnia illi constant qui est caput [59]. » Quibus consona etiam Joannes in Evangelio dicit, quia « omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [60]. » David vero totius Trinitatis mysterium in universorum conditione significans (48) ait : « Verbo Domini C cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum [61]. » Post hæc vero competenter admonebimus de adventu corporali et incarnatione unigeniti Filii Dei : in quo non ita sentiendum est, quod omnis divinitatis ejus majestas intra brevissimi corporis claustra conclusa est, ita ut omne Verbum Dei et sapientia ejus ac substantialis veritas ac vita, vel a Patre divulsa sit, vel intra corporis (49) ejus coercita et conscripta brevitatem, nec usquam præterea putetur operata; sed inter utrumque cauta pietatis debet esse confessio, ut neque aliquid divinitatis in Christo defuisse credatur, et nulla penitus a paterna substantia, quæ D ubique est, facta putetur esse divisio. Tale namque aliquid etiam Baptista Joannes indicat, cum corporaliter absente Jesu diceret ad turbas : « Medius vestrum stat quem vos nescitis, qui post me venit, cujus non sum dignus solvere corrigiam calcea-

[55] Hebr. I. [56] II Cor. XIII, 3. [57] Galat. II, 20. [58] Matth. XXII; Luc. XX. [59] Coloss. I, 16. [60] Joan. I, 3. [61] Psalm. XXXII, 6.

editi, « Patris aliquam substantiam Dei in Filium versam aut ex nullis subsistentibus. »

(46) Sic mss. Editi vero, « convenienter. »

(47) *Aliis*. Deest in editis, at reperitur in mss. Paulo post mss. « secundum evangelicam sententiam. » Editi, « secundum doctrinam evangelicam. » Mox mss. « de Trinitatis ratione. » Editi, « de æternitatis ratione. »

(48) Sic mss. Editi, « universorum conditiones significans. » Mox mss., « competenter admonebimus. » Editi, « consequenter admonebimus. » Paulo post mss., « intra brevissimi corporis claustra conclusa est, ita ut. » Editi, « in brevissimi corporis claustro clausa est, ut. »

(49) Sic recte mss. Editi, « cordis. » Mox mss., « cauta pietatis debet. » Editi, « una pietatis debet. » Paulo post mss., « putetur esse divulsio. » Editi, « putetur esse divisio. » Paulo infra mss., « corrigiam calceamentorum. » Editi, « corrigiam calceamenti. »

mentorum [62]. » Quod utique dici non poterat de eo qui absens erat, quantum ad corporalem præsentiam pertinet, quia medius staret eorum inter quos non aderat corporaliter Filius Dei.

31. Ne quis tamen nos existimet per hæc illud affirmare, quod pars (50) aliqua deitatis Filii Dei fuerit in Christo, reliqua vero pars alibi vel ubique : quod illi sentire possunt qui naturam substantiæ incorporeæ atque invisibilis ignorant. Impossibile namque est de incorporeo partem dici, aut divisionem aliquam fieri, sed in omnibus, et per omnia, et super omnia est, eo modo quo superius diximus, id est quo vel sapientia, vel Verbum, vel vita, vel veritas intelligitur ; per quem intellectum omnis sine dubio conclusio localis excluditur. Volens igitur Filius Dei pro salute generis humani apparere hominibus et inter homines conversari, suscepit non solum corpus humanum, ut quidam putant, sed et animam, nostrarum quidem animarum similem per naturam, proposito vero et virtute similem sibi, et talem qualis omnes voluntates et dispensationes Verbi ac sapientiæ indeclinabiliter possit implere. Quod autem habuerit animam, manifestissime (51) in Evangeliis designat ipse Salvator, dicens : « Nemo tollit a me animam meam, sed ego pono eam abs me. Potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum potestatem habeo assumendi eam [63]. » Et rursum : « Tristis est anima mea usque ad mortem [64]. » Et iterum : « Nunc anima mea turbata est [65]. » Neque enim tristis et turbata anima Verbum Dei intelligendum est quod ex auctoritate divinitatis dicit : « Potestatem habeo ponendi animam meam. » Nec tamen ita dicimus fuisse Filium Dei in illa anima, sicut fuit in anima Pauli, vel Petri, cæterorumque sanctorum, in quibus Christus similiter ut in Paulo loqui creditur. Sed de illis omnibus illud sentiendum est quod Scriptura dicit quia « nemo mundus a sorde, nec si unius diei fuerit vita ejus [66]. » Hæc vero anima quæ fuit in Jesu, priusquam sciret malum, elegit bonum [67] : et quia dilexit justitiam et odit iniquitatem, propterea unxit eam Deus oleo lætitiæ præ participibus suis [68]. Oleo ergo lætitiæ ungitur, cum Verbo Dei immaculata fœderatione conjuncta est, et per hoc sola omnium animarum peccati incapax fuit, quia Filii Dei bene et plene capax fuit ; ideoque et unum cum ipso est, atque ejus

A vocabulis nuncupatur, et Jesus Christus appellatur, per quem omnia facta esse dicuntur. De qua anima, quoniam totam in se sapientiam Dei et veritatem vitamque receperat, etiam illud arbitror dixisse Apostolum, qui ait quoniam « Vita nostra abscondita est cum Christo in Deo; cum autem Christus apparuerit vita nostra, tunc et vos cum ipso (52) apparebitis in gloria [69]. » Quis enim alius hic intelligendus est Christus, qui in Deo absconditus dicitur et postea appariturus, nisi ille qui oleo lætitiæ unctus refertur, id est substantialiter Deo repletus, in quo nunc absconditus dicitur? Propterea enim et omnibus credentibus Christus exemplum ponitur, quia sicut ille semper et antequam sciret omnino malum, elegit bonum, et dilexit
B justitiam, et odio habuit iniquitatem, et propterea unxit eum Deus oleo lætitiæ; ita et unusquisque post lapsum vel post errorem expurget se maculis, exemplo proposito, et habens itineris ducem arduam viam virtutis incedat; ut sic forte per hoc in quantum fieri potest per imitationem ejus 192
participes efficiamur divinæ naturæ, sicut scriptum est, quia « qui dicit se Christo credere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare [70]. » Hoc ergo Verbum et hæc sapientia per cujus imitationem vel sapientes vel rationabiles dicimur (53), omnibus fit omnia, ut omnes lucrifaciat; et fit infirmus infirmis, ut infirmos lucrifaciat; et quia infirmus efficitur, propter hoc dicitur de eo: « Etiamsi
C crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei [71]. » Denique Corinthiis qui infirmi erant, Paulus nihil se indicat « scire nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum [72]. »

32. Quidam autem volunt de ipsa anima dictum videri, cum primum de Maria corpus assumpsit, etiam illud quod Apostolus dicit : « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens [73]; » cum eam sine dubio in formam Dei melioribus exemplis et institutionibus repararet, atque in eam plenitudinem unde se exinaniverat (54), revocaret. Sicut autem participatione Filii Dei quis in filium adoptatur, et participatione sapientiæ in Deo sapiens efficitur, ita et
D participatione Spiritus sancti, sanctus et spiritalis efficitur. Unum enim atque idem est Spiritus sancti participium sumere, quod est Patris et Filii;

[62] Joan. I, 26. [63] Joan. X, 18. [64] Matth. XXVI, 38. [65] Joan. XII, 27. [66] Job XIV, 4, 5. [67] Isai. VII. [68] Psal. XLIV, 8. [69] Colos. III, 3. [70] I Joan. II, 6. [71] II Cor. XIII, 4. [72] I Cor. II, 2. [73] Philipp. II, 6.

(50) Sic mss. Editi vero : « neque tamen per hoc illum affirmare credendum est, quod pars. » Paulo post mss., « de incorporeo partem dici aut divisionem aliquam fieri, sed, » etc. In editis, legitur « ab » pro « de, » et omittitur « fieri. »

(51) Ita recte mss. Editi vero, « quali omnes voluntates et dispensationes Verbi ac sapientiæ indeclinabilis possint impleri. Quod autem habuerit, manifestissime. » Paulo post mss., « sicut fuit in anima Pauli. » Editi, « sicut fuerit in anima Pauli. » Mox mss., « illud sentiendum est. » Editi, « sciendum est. »

(52) *Ipso*. Ita mss. Editi vero, « Christo. » Mox editi, « quis enim alius intelligendus est Christus qui in eo absconditus. »

(53) Sic mss. Editi, « dicuntur. » Infra mss. recte, « de ipsa anima dictum videri. » Editi, « de ipsa anima Dei videri. »

(54) Sic mss. Editi, « exinanivit. » Mox mss., « in Filium adoptatur. » Editi, « in Filio adoptatur. »

quippe cum una et incorporea natura sit Trinitatis. Verum quæ de participatione animæ diximus, simili ratione ut de animabus, ita et de angelis et cœlestibus sunt intelligenda virtutibus; quoniam omnis rationabilis creatura participio indiget Trinitatis. Sed et mundi hujus visibilis ratio, quoniam vel maxima etiam de his haberi quæstio solet, qualiter se habeat, prout potuimus in superioribus diximus pro iis qui in fide nostra etiam credendi rationem perquirere solent, et pro iis qui hæretica adversum nos certamina commovent, et materiæ nomen quod ne ipsi quidem quale sit, adhuc intelligere potuerunt, solent frequentius ventilare: de quo necessarium puto etiam nunc breviter commonere.

33. Et primo quidem sciendum est quod nomen ipsum materiæ pro ea substantia quæ subesse corporibus (55) dicitur, positum in Scripturis canonicis nusquam usque ad præsens invenimus. Illud enim quod dicit Isaias: « Et comedet sicut fœnum ὕλην [74], » id est materiam: dicens de eis qui in suppliciis constituti sunt, materiam posuit pro peccatis. Sed et sicubi in alio loco scriptum forte materiæ nomen est, nusquam, ut arbitror, hoc, de quo nunc quærimus, significare invenietur, nisi tantummodo in Sapientia quæ dicitur Salomonis, qui utique liber non ab omnibus in auctoritate habetur. Ibi tamen scriptum invenimus hoc modo: « Non enim, inquit (56), deerat omnipotenti manui tuæ quæ creaverat mundum ex informi materia, immittere eis multitudinem ursorum, vel feroces leones [75]. » Quamplurimi sane putant rerum ipsam materiam significari in eo quod in principio Genesis scriptum est a Moyse: « In principio fecit Deus cœlum et terram, terra autem erat invisibilis et incomposita [76]. » Invisibilem namque et incompositam terram non aliud eis (57) Moyses quam informem materiam visus est indicare. Quod si vere hæc est materia, constat exinde inconvertibilia non esse initia corporum. Nam hi qui atomos, vel ea quæ in partes venire non possunt, vel ea quæ in æquales partes veniunt, vel unum aliquod elementum rerum corporalium principia posuerunt, nomen materiæ, id est quod principaliter materiam significat, inter principia statuere non potuerunt. Neque enim cum materiam subjiciunt omni corpori per omnia convertibilem substantiam vel mutabilem vel divisibilem, extra qualitates eam secundum proprietatem subjicient. Quibus etiam nos acquiescimus, qui omni genere abnuimus in- A genitam vel infectam dici materiam debere, secundum hæc quæ in prioribus, prout potuimus, ostendimus, cum etiam ex aqua, et terra, aere, vel calore, per diversa arborum genera diversos ostendimus proferri fructus; vel cum ignem, aerem, aquam, terramque mutari in semetipsa invicem ac resolvi aliud in aliud elementum mutua quadam consanguinitate docuimus; sed et cum de escis vel hominum vel animalium probavimus substantiam carnis exsistere, vel humorem seminis naturalis in carnem solidam ossaque converti. Quæ omnia documento sunt quod substantia corporalis permutabilis sit, et ex omni in omnem deveniat qualitatem.

34. Verumtamen illud scire oportet, quod nunquam substantia sine qualitate subsistit, sed intellectu solo discernitur hoc quod subjacet corporibus B et quod capax est qualitatis, esse (58) materia. Quidam altius ergo de his volentes inquirere, ausi sunt dicere nihil aliud esse naturam corpoream quam qualitates. Si enim duritia et mollities, calidum et frigidum, humidum et aridum qualitas est, his autem vel cæteris hujusmodi amputatis nihil aliud intelligitur subjacere, videbuntur qualitates esse omnia. Unde et hi qui hæc asserunt, asseverare conati sunt, ut quoniam omnes qui materiam infectam dicunt, qualitates a Deo factas esse confitentur, inveniatur per hoc etiam secundum ipsos nec materia esse infecta: siquidem C qualitates sint omnia, quæ utique sine contradictione ab omnibus a Deo factæ esse pronuntiantur. Hi vero qui subjacenti cuidam materiæ **193** additas extrinsecus qualitates volunt ostendere, hujuscemodi utuntur exemplis, verbi gratia: Paulus sine dubio aut tacet, aut loquitur, aut vigilat, aut dormit, vel certo quodam corporis habitu consistit; aut enim sedet, aut stat, aut jacet. Hæc enim sunt hominibus accidentia, sine quibus nunquam fere inveniuntur. Nec tamen sensus noster manifeste de eo aliquid horum definit, sed ita eum per hæc intelligimus vel consideramus, ut non omnino rationem status ejus comprehendamus, vel in eo quod vigilat (59), vel in eo quod dormit, aut in quo loquitur, vel tacet, et si qua alia sunt quæ D accidere necesse est hominibus. Si ergo quis Paulum sine his omnibus esse consideret quæ possunt accidere, ita et id quod subjacet quis intelligere sine qualitatibus poterit. Cum ergo sensus noster omni qualitate ab intellectu suo remota ipsum subjacentiæ solius, ut ita dixerim, punctum con-

[74] Isa. x, 17. [75] Sap. xi, 18. [76] Gen. i, 1.

(55) Sic mss. Editi, « corporalibus. » Infra mss., « significare invenietur. » Editi, « signare invenietur. »

(56) *Inquit*. Deest in antea editis. Mox mss. recte, « multitudinem ursorum. » Editi, « similitudinem ursorum. »

(57) Sic mss. Editi, « esse. » Paulo post mss., « unum aliquod elementum. » Editi, « unum ad elementum. » Paulo post mss., « convertibilem substantiam vel mutabilem vel divisibilem. » In editis deest, « substantiam, » et « vel divisibilem. » Post paululum mss., « secundum hæc quæ in prioribus. » Editi, « secundum hæc enim in prioribus. »

(58) Recte mss., « esse. » Male vero editi, « est. » Mox mss., « nihil aliud esse naturam corpoream. » Editi, « nihil aliud esse materiam corpoream. »

(59) Sic omnes mss. Editi, « in eo qui vigilat vel in eo qui dormit, aut in eo qui loquitur. »

tuetur, et ipsi inhæret, nequaquam respiciens ad mollitiem, vel duritiem, vel calidum, vel frigidum, vel humidum, vel aridum substantiæ, tunc simulata quodammodo cogitatione, his omnibus qualitatibus nudam videbitur intueri materiam.

35. Sed fortasse requiret aliquis, si possumus etiam de Scripturis occasionem aliquam intelligentiæ hujus accipere. Videtur mihi tale aliquid significari in Psalmis, cum dicitur a Propheta: « Imperfectum(60) tuum viderunt oculi mei [77]. » In quo videtur mens Prophetæ rerum initia intuitu perspicaciore discutiens, et materiam sensu solo ac ratione a qualitatibus dividens, imperfectum Dei sensisse, quod utique adjectis qualitatibus intelligitur consummatum. Sed et in libro suo Enoch ita ait: « Ambulavi usque ad imperfectum, » quod ipsum puto posse similiter intelligi, quod scilicet ambulaverit mens prophetæ perscrutans et disserens singula quæque rerum visibilium (61) usquequo ad principium venerit illud in quo imperfectam materiam absque qualitatibus perviderit: scriptum namque est in eodem libello, dicente Enoch: « Universas materias perspexi. » Quod utique ita sentitur, quasi, Omnes materiæ divisiones pervidi, quæ ab una in singulas quasque diruptæ sunt species, id est hominum, vel animalium, vel cœli, vel solis, vel omnium quæ in hoc mundo sunt. Post hæc jam omnia quæ sunt a Deo facta esse, et nihil esse quod factum non sit præter naturam Patris et Filii et Spiritus sancti, prout potuimus in superioribus demonstravimus: et quod volens Deus qui natura bonus (62) est, habere quibus bene faceret, et qui adeptis beneficiis suis lætarentur, fecisset dignas creaturas, id est quæ eum digne capere possent, quos et genuisse se filios dicit. Fecit autem omnia in numero et mensura. Nihil enim Deo vel sine fine, vel sine mensura est. Virtute enim sua omnia comprehendit,

et ipse nullius creaturæ sensu comprehensus est. Illa enim natura soli sibi cognita est. Solus enim Pater novit Filium, et solus Filius novit Patrem, et solus Spiritus sanctus perscrutatur etiam alta Dei.

VERSIO HIERONYMI.

Si enim Patrem cognoscit Filius (63), *videtur in eo quod novit Patrem, posse eum comprehendere: ut si dicimus artificis animum artis scire mensuram. Nec dubium, quin si Pater sit in Filio, et comprehendatur ab eo in quo est. Sin* A *autem comprehensionem eam dicimus, ut non solum sensu quis et sapientia comprehendat, sed et virtute et potentia cuncta teneat qui cognovit, non possumus dicere, quod comprehendat Filius Patrem.*

Εἰ δὲ ὁ Πατὴρ ἐμπεριέχει τὰ πάντα, τῶν δὲ πάντων τέ ἐστιν ὁ Υἱὸς, δῆλον ὅτι καὶ τὸν Υἱόν. Ἄλλος δέ τις ζητήσει εἰ ἀληθὲς τὸ ὁμοίως τὸν Θεὸν ὑφ' ἑαυτοῦ γινώσκεσθαι, τῷ γινώσκεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Μονογενοῦς· καὶ ἀποφανεῖται ὅτι τὸ εἰρημένον· *Ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας* B *μὲ μείζων μου ἐστὶν*, ἐν πᾶσιν ἀληθές. Ὥστε καὶ ἐν τῷ νοεῖν ὁ Πατὴρ μειζόνως καὶ τρανοτέρως καὶ τελειοτέρως νοεῖται ὑφ' ἑαυτοῦ, ἢ ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ.

Pater vero omnia comprehendit; inter omnia autem et Filius est: ergo et Filium comprehendit. Curiosus lector (64) *inquirat, utrum ita a semetipso cognoscatur Pater, quomodo cognoscitur a Filio; sciensque illud quod scriptum est:* Pater qui me misit, major est omnibus (64*), *verum esse contendet, ut dicat, et in cognitione Filio Patrem esse majorem, dum perfectius et purius a semetipso cognoscitur, quam a Filio.*

Omnis igitur creatura intra certum apud eum numerum mensuramque distinguitur, id est vel rationabilium numerus, vel mensura materiæ corporalis: ut quoniam necesse erat uti corporibus intellectualem naturam, quæ et commutabilis et convertibilis deprehenditur ea ipsa conditione qua facta est (quod enim non fuit, et esse cœpit, etiam C hoc ipso naturæ mutabilis designatur), ideo nec substantialem habeat vel virtutem vel malitiam, sed accidentem. Quoniam ergo, ut diximus, mutabilis et convertibilis erat natura rationabilis, ita ut pro meritis etiam diverso corporis uteretur indumento illius vel illius qualitatis, necessarium fuit ut sicut diversitates prænoscebat Deus futuras vel animarum vel virtutum spiritalium, ita etiam naturam corpoream faceret, quæ permutatione qualitatum in omnia quæ res posceret conditoris arbitrio mutaretur. Quam tandiu necesse est permanere, quandiu permanent ea quæ indigent ejus indumento: **194** semper autem erunt rationabiles naturæ quæ indigent indumento corporeo: semper D ergo erit natura corporea cujus indumentis uti necesse est rationabiles creaturas:

nisi quis putet posse se ullis assertionibus osten-

VERSIO HIERONYMI.

Si quis autem potuerit

[77] Psal. CXXXVIII, 16.

(60) Ita optime mss. Male editi, « imperfectum meum viderunt oculi tui; » ex sequentibus enim liquet Origenem vitiosa lectione deceptum existimasse non Deum prophetæ, sed prophetam « imperfectum » Dei vidisse. Paulo post mss.; « a qualitatibus dividens. » Editi, « a quantitatibus dividens. »

(61) *Quæque rerum visibilium.* Hæc desunt in antea editis, sed habentur in mss. Ibidem mss., « ad principium venerit. » Editi, « ad principium veniret. » Mox mss., « absque qualitatibus perviderit. » Editi, « absque quantitatibus pervidet. »

(62) *Bonus.* Deest in antea editis, at reperitur in omnibus mss.

(63) *Si enim Patrem cognoscit Filius*, etc. Sanctus Hieronymus epist. 94 ad Avitum hæc quæ ad hunc locum pertinere videntur, affert e lib. IV *Περὶ ἀρχῶν*, sed Rufinus quoniam catholicæ fidei ea repugnare putabat, in versione sua omisit. Verba Græca quæ postremæ hujus fragmenti parti respondent, exhibet Justinianus ad calcem epistolæ ad Menam. Vide lib. II *Origenianorum*, quæstion. 2.

(64) Caute lege.

(64*) Sensus Græci Justinian. est: *omnino verum esse declarabit quod dictum est: « Pater qui misit me major me est. »* EDIT. PATROL.

dere (65) quod possit natura rationabilis absque ullo corpore vitam degere. Sed quam difficile sit, et quam pene impossibile intellectui nostro, in superioribus singula disserentes ostendimus.

ostendere (66) incorporalem rationabilemque naturam, cum exspoliaverit se corpore, vivere per semetipsam, et in pejori conditione esse quando corporibus vestitur; in meliori, quando illa deponit : nulli dubium est corpora non principaliter subsistere, sed per intervalla et ob varios motus rationabilium creaturarum nunc fieri, ut qui his indigent, vestiantur : et rursum cum illa depravatione lapsuum se ad meliora correxerint, dissolvi in nihilum : et hac semper successione variari.

36. Puto sane operi huic nostro contrarium non videri si etiam de immortalitate rationabilium naturarum quam possumus breviter repetamus. Omnis qui participat alicujus cum eo qui ejusdem rei particeps est, sine dubio unius substantiæ est, uniusque naturæ (67). Ut puta omnes oculi lucis participant, et ideo omnes oculi, qui de luce participant, unius naturæ sunt. Sed licet omnis de luce participet oculus, tamen quoniam alius acutius, alius obtusius videt, non omnis oculus æqualiter de luce participat. Et rursum : Omnis auditus vocem vel sonum recipit, et ideo omnis auditus unius naturæ est. Verum pro qualitate puri et sinceri auditus unusquisque velocius audit, vel tardius. Transeamus ergo ab his sensibilibus exemplis ad intellectualium contemplationem.

Omnis mens quæ de intellectuali luce participat, cum omni mente quæ simili modo de intellectuali luce participat, unius sine dubio debet esse naturæ.

VERSIO HIERONYMI.

Intellectualem rationabilemque naturam (68) sentit Deus et unigenitus Filius ejus et Spiritus sanctus : sentiunt Angeli et Potestates, cæteræque Virtutes ; sentit interior homo qui ad imaginem et similitudinem Dei conditus est. Ex quo concluditur Deum et hæc quodammodo unius esse substantiæ.

Si ergo cœlestes virtutes intellectualis lucis, id est, divinæ naturæ per hoc quod sapientiæ et sanctificationi participant, participium sumunt, et humanæ animæ ejusdem lucis et sapientiæ participium sumpserunt (69), et ita sunt unius naturæ ad invicem uniusque substantiæ. Incorruptæ autem sunt et immortales cœlestes virtutes, immortalis sine dubio et incorrupta erit etiam animæ humanæ sub-

A stantia (70). Non solum autem, sed quoniam ipsa Patris et Filii et Spiritus sancti natura, cujus solius intellectualis lucis universa creatura participium trahit, incorrupta est et æterna, valde consequens et necessarium est etiam omnem substantiam quæ æternæ illius naturæ participium trahit, perdurare etiam semper, et incorruptibilem esse et æternam, ut divinæ bonitatis æternitas etiam in ea intelligatur, dum et æterni sunt hi qui ejus beneficia consequuntur. Sed sicut percipiendæ lucis diversitas servata est in exemplis, cum vel obtusior vel acutior obtutus designatus est intuentis : ita etiam de Patris et Filii et sancti Spiritus participatione servanda est pro intentione sensus vel mentis capacitate diversitas. Alioquin consideremus, si non etiam

B impium videtur ut mens quæ Dei capax est, substantialem recipiat interitum : tanquam hoc ipsum quod intelligere Deum potest et sentire, non ei sufficere possit ad perpetuitatem, maxime cum etiamsi per negligentiam decidat mens ne pure et integre in se recipiat Deum, semper tamen habeat in se velut semina quædam reparandi ac renovandi melioris intellectus, cum ad imaginem et similitudinem Dei qui creavit eum, interior homo qui et rationalis dicitur, renovatur. Propter quod et propheta dicit : « Reminiscentur et convertentur ad Dominum omnes fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus familiæ omnes gentium [78]. »

37. Si quis vero audet substantialem corruptionem dare ei qui secundum imaginem et similitudi-

C nem Dei factus est, ut ego puto, etiam in ipsum Filium Dei causam impietatis extendit. Imago namque Dei (71) etiam ipse appellatus est in Scripturis. Aut certe accuset qui hæc ita vult, Scripturæ auctoritatem quæ dicit ad imaginem Dei factum esse hominem : in quo et manifeste divinæ imaginis cognoscuntur indicia, non per effigiem corporis quæ corrumpitur, sed per animi prudentiam, per justitiam, per moderationem, per virtutem, per sapientiam, per disciplinam, per omnem denique virtutum chorum, quæ cum Deo insint per substantiam, in homine possunt esse per industriam, et per imitationem Dei, sicut et Dominus designat in Evangelio, dicens : « Estote ergo misericordes sicut et

D Pater vester misericors est [79]. » Et, « Estote perfecti sicut et Pater vester perfectus est [80]. » Unde evidenter ostenditur quod in Deo quidem hæ omnes virtutes semper sunt, nec unquam accedere possunt aut

[78] Ps. XXII, 27. [79] Luc. VI, 36. [80] Matth. V, 48.

(65) Caute lege.

(66) *Si quis autem potuerit ostendere*, etc. Hoc item fragmentum exhibet ibidem Hieronymus e lib. IV *Περὶ ἀρχῶν*, a Rufino autem utpote erroneum dissimulatum est. Vide lib. II *Origenian.*, q. 11, num. 9.

(67) Sic omnes codd. mss. Editi, « utputa omnes oculi qui lucis participant, unius naturæ sunt. » Infra mss., « unius sine dubio debet esse naturæ. » Editi, « ejusdem sine dubio debet esse naturæ. » Mox mss., « sapientiæ et sanctificationi participant. » Editi, « de ipsa sanctificatione participant. »

(68) *Intellectualem rationabilemque naturam*, etc. Hæc quæ e libro quarto *Περὶ ἀρχῶν* profert Hieronymus in epist. ad Avitum, omissa sunt a Rufino. Vide lib. II *Origenian.*, q. 1, num. 5, 6, 7.

(69) Sic mss. In editis omittitur : « et humanæ animæ ejusdem lucis et sapientiæ participium sumpserunt. »

(70) Sic mss. Editi vero : « non autem sicut ipsa Patris et Filii... participium trahit, quæ incorrupta est et æterna. Unde valde conveniens et necessarium est. »

(71) *Dei.* Deest in editis, sed habetur in mss.

recedere, ab hominibus vero paulatim et singulæ quæque conquiruntur. **195** Unde etiam consanguinitatem quamdam per hæc habere videntur ad Deum: et cum Deus omnia noverit, et nihil eum rerum intellectualium ex se lateat (solus enim Deus Pater et unigenitus Filius (72) ejus, et Spiritus sanctus non solum eorum quæ creavit, verum etiam sui scientiam tenet) potest tamen et rationabilis mens proficiens a parvis ad majora, et a visibilibus ad invisibilia, pervenire ad intellectum perfectiorem. Est enim in corpore posita, et ex ipsis sensibilibus quæ sunt corporea ad intellectualia proficit. Verum ne cui videatur indecenter (73) dictum insensibilia esse quæ intellectualia sunt, utemur exemplo sententiæ Salomonis dicentis: « Sensum quoque divinum invenies [81]. » In quo ostendit non corporali sensu, sed alio quodam quem divinum nominat, ea quæ intellectualia sunt, requirenda. Hoc autem sensu nobis intuendum est etiam de his singulis quæ supra diximus, rationabilibus (74), et hoc sensu audienda sunt ista quæ loquimur, et consideranda quæ scribimus. Nam divina natura, etiam taciti quæ intra nos volvamus, agnoscit. De his autem quæ diximus, vel de reliquis quæ consequentia sunt, secundum hanc formam quam supra exposuimus, sentiendum est.

[81] Prov. II, 5.

(72) In editis deest, « unigenitus ejus. »

(73) *Indecenter.* Omittunt editi, sed restituunt mss. Ibidem mss., « utemur exemplo. » Editi, « utatur exemplo. »

(74) Sic mss. Merlinus, « quæ supra diximus rationibus. » Genebrardus: « quas supra diximus rationibus. » Mox mss., « taciti quæ intra nos volvamus agnoscit. » Editi, « tacite quidquid inter nos volvamus agnoscit. » Ibidem mss., « quæ consequentia sunt. » Editi: « quæ convenientia sunt. »

MONITUM

AD ORIGENIS DE ORATIONE LIBELLUM.

196 1. *Libellum* De oratione *ab Origene conscriptum esse testatur Pamphilus martyr in Apologia pro eodem Origene : « In tam multis, inquit, et tam diversis Origenis libris, nusquam omnino invenitur unus ab eo liber proprie de anima conscriptus; sicut habet vel de martyrio, vel de oratione, vel de resurrectione. » Hunc porro* De oratione *librum, eum ipsum esse qui Oxonii anno 1686 in theatro Scheldeniano primum in lucem prodiit, neminem arbitror inficias iturum qui satis critici paululum degustaverit. Præterquam quod enim codex Colbertinus 3607, qui insigne hujus operis fragmentum a numero 31 ad finem usque exhibet, Origeni id tribuit, certe quælibet fere hujus libelli pagina auctorem Adamantium nostrum profitetur. Eadem ibi quæ in cæteris ejus operibus, cernitur pietas, eadem humilitas, idem stylus, eadem denique quæ aut censura egent aut venia, singulares opiniones de oratione quæ* προσευχή *dicitur, non ad Filium, sed ad solum Patrem per Filium dirigenda; de astris animatis; de libero ad bene vel male agendum arbitrio, quo animas quemlibet statum adeptas docet semper frui; de perpetuo animarum ascensu ad superiora, et lapsu ad inferiora; de futura rerum omnium in fine restitutione, proindeque diaboli forsitan ac cæterorum dæmonum non desperanda salute si converti voluerint; de sphærica corporum in resurrectione figura, etc. Præterea ut pleraque Origenis opera Ambrosii nomine inscribuntur, sic et libellus iste scriptus est Ambrosii et Tatianæ hortatu.*

2. *Quis fuerit Ambrosius, norunt omnes qui de Origene nostro aliquid inaudiverunt, et de illo jam supra dictum est nota prima ad fragmentum primum Epistolarum Origenis. Quænam vero fuerit Tatiana, vix conjecturis licet assequi. Elogia quæ cum Ambrosio partitur, communia utriusque mandata, et obsequium utrique simul ab Origene præstitum summam inter illos intervenisse conjunctionem suaderent, conjugesque fuisse, nisi contra apparuisset ex epistola* ad Africanum, *Ambrosii uxorem Marcellam fuisse appellatam. Videtur ergo superesse, ut Tatianam in proximo conjunctionis, sororis nimirum gradu statuamus : præsertim cum ex Origenis* Exhortatione ad martyrium *Ambrosio in vinculis constituto inscripta, illum non modo natos atque fratres, sed et sorores habuisse constet. Quin etiam ab Origene hujus libri* Περὶ εὐχῆς *num. 2 describitur Tatiana tanquam provectæ ætatis, nec non ipsa et Ambrosius sub finem operis* γνησιώτατοι ἀδελφοί *« fratres germani » dicuntur. Verum quanquam hæc admodum probabilia sunt, non pro certis tamen haberi velim. Nihil enim vetat Ambrosii uxorem, quæ in epistola ad Africanum Marcella vocatur, Tatianæ quoque nomen habuisse. Neque magni momenti est quod libri* Περὶ εὐχῆς *num. 2 Tatiana tanquam provectæ ætatis describitur, et sub finem operis ipsa et Ambrosius* γνησιώτατοι ἀδελφοί *salutantur. Nam utrobique potest figurata esse locutio, nec aliter forte ambo « germanissimi fratres » appellantur, quam in Christo, eodem prope modo quo Ambrosium ipsum fratrem suum vocat Origenes initio tom.* II Commentariorum in Joannem.

3. *De anno quo hic* De oratione *libellus scriptus sit, nihil certi statui potest. Id unum ex iis quæ leguntur num. 23 discimus, scriptum illum esse editis jam in Genesim tomis. Cum autem octo solum priores in Genesim tomi ante annum 231, quo ex Alexandria urbe discessit Origenes, similiterque quatuor* De principiis *libri post primum in Genesim tomum conscripti sint, merito colligimus librum* Περὶ εὐχῆς *post Origenis ex Alexandria discessum elucubratum esse, et quatuor* Περὶ ἀρχῶν *libris esse posteriorem.*

ORIGENIS DE ORATIONE.

1. Quæ, quod maxima sint et supra hominem posita longoque intervallo caducam naturam nostram superent, impossibilia comprehensu rationali et mortali generi sunt: ea multa et immensa gratia Dei quæ in homines a Deo effunditur per infinitæ in nos gratiæ ministrum Jesum Christum et ei cooperantem Spiritum, fiunt Dei voluntate possibilia. Cum igitur impossibile sit humanæ naturæ sapientiam acquirere qua omnia condita sunt (*Omnia enim*, juxta Davidem, *in sapientia* fecit Deus[82]), id possibile fit ex impossibili per Dominum nostrum Jesum Christum *qui factus est nobis sapientia a Deo et justitia et sanctificatio et redemptio*[83]. *Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? Aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ et incertæ providentiæ nostræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam, et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et difficile æstimamus quæ in terra sunt. Quæ autem in cœlis sunt quis investigavit*[84]? Quis neget impossibile homini esse investigare quæ sunt in cœlis? impossibile tamen istud immensa Dei gratia possibile fit: qui enim ad tertium cœlum raptus est, is forte quæ in tribus cœlis essent, investigavit, cum audisset
197 *arcana verba quæ non licebat homini loqui*[85]. Quis dicat posse hominem cognoscere sensum Domini[86]? Sed et hoc Deus per Christum largitur.... voluntate Domini sui: non etiam cum eos docet voluntatem ejus qui Dominus esse velit, sed qui se in amicum converterit eorum quorum ante Dominus erat. Quin etiam ut nemo *hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est; ita et quæ Dei sunt, nemo cognovit nisi Spiritus Dei*[87]. Quod si nemo cognovit quæ Dei sunt nisi Spiritus Dei, impossibile est hominem cognoscere quæ Dei sunt. Id tamen quomodo possibile fiat, attende. *Nos autem*, inquit, *non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis; quæ et loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus*[88].

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΥΧΗΣ.

Τὰ διὰ τὸ εἶναι μέγιστα καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον τυγχάνειν, εἰς ὑπερβολήν τε ὑπεράνω τῆς ἐπικήρου φύσεως ἡμῶν, ἀδύνατα τῷ λογικῷ καὶ θνητῷ γένει καταλαβεῖν· ἐν πολλῇ δὲ (75) καὶ ἀμετρήτῳ ἐκχεομένῃ ἀπὸ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους χάριτι Θεοῦ διὰ τοῦ τῆς ἀνυπερβλήτου εἰς ἡμᾶς χάριτος ὑπηρέτου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ συνεργοῦ Πνεύματος, βουλήσει Θεοῦ δυνατὰ γίνεται. Ἀδύνατον γοῦν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ὑπάρχον σοφίας κτῆσις ᾗ τὰ πάντα κατεσκεύασται (76) (*πάντα γὰρ*, κατὰ τὸν Δαυῒδ, ὁ Θεὸς *ἐν σοφίᾳ* ἐποίησε)· δυνατὸν ἐξ ἀδυνάτου γίνεται διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *ὃς ἐγεννήθη* (77) *σοφία ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις. Τίς γὰρ ἄνθρωπος γνώσεται βουλὴν Θεοῦ; Ἢ τίς ἐνθυμηθήσεται τί θέλει ὁ Κύριος; Ἐπεὶ λογισμοὶ θνητῶν δειλοὶ καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι ἡμῶν· φθαρτὸν γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχήν, καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφρόντιδα. Καὶ μόγις εἰκάζομεν τὰ ἐπὶ γῆς* (78), *τὰ δὲ ἐν οὐρανοῖς τίς ἐξιχνίασε;* Τίς δ' οὐκ ἂν εἴποι ἀδύνατον εἶναι ἀνθρώπῳ ἐξιχνιάσαι τὰ ἐν οὐρανοῖς; Ἀλλ' ὅμως τοῦτο τὸ ἀδύνατον, τῇ ὑπερβαλλούσῃ χάριτι τοῦ Θεοῦ δυνατὸν γίνεται· ὁ γὰρ ἁρπαγεὶς εἰς τρίτον οὐρανόν, ἐξιχνίασε τάχα τὰ ἐν τοῖς τρισὶν οὐρανοῖς, διὰ τὸ ἀκηκοέναι *ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ μὴ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι ἦν*. Τίς δὲ δύναται εἰπεῖν ὅτι δυνατὸν ἀνθρώπῳ γνωσθῆναι τὸν τοῦ Κυρίου νοῦν; Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς διὰ Χριστοῦ χαρίζεται (79). . . . τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου ἑαυτῶν· οὐκέτι, ὅτε διδάσκει αὐτοὺς τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου (80) εἶναι θέλοντος, ἀλλὰ εἰς φίλον μεταβάλλοντος τούτοις, ὧν Κύριος πρότερον ἦν. Ἀλλὰ καὶ ὡς οὐδεὶς *οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ, οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.* Εἰ δὲ μηδεὶς οἶδε τὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ἀδύνατον εἰδέναι ἄνθρωπον τὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τοῦτο δὲ κατανόησον, πῶς δυνατὸν γίνεται. *Ἡμεῖς δέ*, φησίν, *οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἴδωμεν* (81) *τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν, ἃ καὶ λαλοῦμεν οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς τοῦ Πνεύματος.*

[82] Ps. CIV, 24. [83] I Cor. I, 30. [84] Sap. IX, 13-16. [85] II Cor. XII, 4. [86] I Cor. II, 16. [87] Ibid. 11, 12. [88] Ibid. 12, 13.

(75) *Ἐν πολλῇ δέ*, etc. Clarissimus Richardus Bentleius expungit particulam, δέ, quæ certe redundat et sensum perturbat.

(76) *Κατεσκεύασται.* Sic habet codex ms., non κατασκεύασται, ut male antea lectum est.

(77) *Ἐγεννήθη.* Sic in codice manuscripto scriptum affirmat doctissimus Walkerus, male autem legisse Editorem Oxoniensem: ἐγενήθη: quæ tamen lectio alteri videtur anteponenda.

(78) *Τὰ ἐπὶ γῆς.* His verbis in editione Oxoniensi adduntur et uncis includuntur ista: καὶ τὰ ἐν χερσὶν εὑρίσκομεν μετὰ πόνου, quæ quidem in vulgatis libri Sapientiæ editionibus comparent, sed quoniam in Origeniano codice ms. desiderantur, ea expunximus. Mox codex ms. habet: τίς δ' οὐκ ἂν εἴποι, non vero, τίς δὲ οὐκ ἂν εἴποι.

(79) Post verbum χαρίζεται, codex ms. lacunam habet trium circiter versuum. Illam editor Oxoniensis supplendam duxit his Joannis verbis XV, 15: Εἶπε γάρ· Οὐκ ἔτι ὑμᾶς λέγω δούλους, ὅτι ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος· ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου ἐγνώρισα ὑμῖν. Λέγει, ὅτι οὐκ οἶδε. *Dixit enim: Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audivi a Patre meo nota feci vobis. Dicit eum jam non nosse voluntatem*, etc. Nobis autem quibus religio est aliquid in textum inserere quod in codice ms. desideretur, potius visum est lacunam relinquere, quam incerta certis miscere.

(80) *Κυρίου.* Clarissimus Bentleius legit, Κύριος.

(81) *Ἵνα ἴδωμεν.* Optime idem corrigit, ἵνα εἰδῶμεν.

Ἀλλ' εἰκὸς, Ἀμβρόσιε θεοσεβέστατε καὶ φιλοπονώτατε, καὶ Τατιανὴ κοσμιωτάτη καὶ ἀνδρειωτάτη (82), ἀφ' ἧς ἐκλελοιπέναι τὰ γυναικεῖα, ὃν τρόπον ἐκλελοίπει τῇ Σάῤῥᾳ, ἤδη εὔχομαι, ὑμᾶς ἀπορεῖν τί δήποτε περὶ εὐχῆς προκειμένου ἡμῖν τοῦ λόγου, ταῦτα ἐν προοιμίαις (83) περὶ τῶν ἀδυνάτων ἀνθρώποις δυνατῶν χάριτι Θεοῦ γινομένων εἴρηται. Ἓν τῶν ἀδυνάτων, ὅσον ἐπὶ τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν, πείθομαι τυγχάνειν, τρανῶσαι τὸν περὶ τῆς εὐχῆς ἀκριβῶς καὶ θεοπρεπῶς πάντα λόγον, καὶ τὸν περὶ τοῦ τίνα τρόπον εὔχεσθαι δεῖ, καὶ τίνα ἐπὶ τῆς εὐχῆς λέγειν πρὸς Θεὸν, καὶ ποῖοι καιροὶ ποίων καιρῶν πρὸς τὴν εὐχὴν εἰσὶν ἐπιτήδειοι (84). . . . τὸν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἀποκαλύψεων εὐλαβούμενον, μή τις εἰς αὐτὸν λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει ἢ ἀκούει ἐξ αὐτοῦ, ὁμολογεῖν καθὸ δεῖ προσεύχεσθαι μὴ εἰδέναι· *Ὃ γὰρ δεῖ προσεύξασθαι*, φησὶ, *καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν*. Ἀναγκαῖον δὲ οὐ τὸ προσεύχεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προσεύχεσθαι καθὸ δεῖ, καὶ προσεύχεσθαι ὃ δεῖ. Ἵνα γὰρ καὶ ὃ δεῖ (85) προσεύχεσθαι δυνηθῶμεν καταλαβεῖν, ἐλλιπές ἐστι τοῦτο, ἐὰν μὴ καὶ τὸ *καθὸ δεῖ* προσλάβωμεν. Τί δὲ ἡμῖν ὄφελος τοῦ καθὸ δεῖ, μὴ εἰδῶσιν εὔχεσθαι ἃ δεῖ (86); Τὸ μὲν οὖν ἕτερον τούτων, λέγω δὴ τὸ ὃ δεῖ, οἱ λόγοι εἰσὶ τῆς εὐχῆς· τὸ δὲ καθὸ δεῖ, ἡ κατάστασις τοῦ εὐχομένου· οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος, τὸ μὲν ὃ δεῖ· *Αἰτεῖτε τὰ μεγάλα* (87), *καὶ τὰ μικρὰ ὑμῖν προστεθήσεται*· καὶ, *Αἰτεῖτε τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια ὑμῖν προστεθήσεται*· καὶ, *Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς*· καὶ, *Δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ἵνα ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ*· καὶ, *Προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν*· καὶ, *Προσεύχεσθε ἵνα μὴ γένηται ὑμῶν ἡ φυγὴ χειμῶνι, μηδὲ Σαββάτῳ*· καὶ, *Προσευχόμενοι δὲ, μὴ βαττολογήσητε*· καὶ εἴ τι τούτοις ἐστὶ παραπλήσιον. Τὸ δὲ καθὸ δεῖ· *Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίας χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. Ὡσαύτως καὶ γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίως* (88), *μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ· ἀλλ', ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν, δι' ἔργων ἀγαθῶν*. Τοῦ δὲ καθὸ δεῖ διδασκαλικόν ἐστι καὶ τό· *Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθεὶς* (89) *ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου*. Ποῖον γὰρ Θεῷ δῶρον ἀπὸ τοῦ λογικοῦ

A 2. Dubitatis fortasse, Ambrosi piissime et laboriosissime, tuque ornatissima et fortissima Tatiana, cui, ut olim Saræ [89], desiisse fieri muliebria jam gaudeo, cur tandem, cum nobis propositum sit de oratione dicere, hæc præfatus sim de iis quæ cum sint impossibilia hominibus, gratia Dei fiunt possibilia. Mihi videtur unum esse ex his impossibilibus, quantum ad nostram attinet infirmitatem, omnem de oratione sermonem accurate et digne Deo tractare, ac perspicuum facere et docere quid et quomodo orandum sit, quæ sint in oratione dicenda Deo, quæ sint temporibus tempora orationi opportuniora.... eum qui propter magnitudinem revelationum verebatur ne quis ipsum existimaret supra id quod videret aut audiret ex ipso [90], confiteri se B quomodo orandum esset ignorare. *Nam quid oremus*, inquit, *sicut oportet nescimus* [91]. Necesse est autem non orare solum, sed et orare sicut oportet, et orare quod oportet. Nam etsi quid oporteat orare comprehendere potuerimus, mancum id erit, nisi illud, *sicut oportet*, adjunxerimus. Quid vero nobis proderit sicut oportet orare, ignorantibus quid orare oporteat? Horum alterum, nempe orare quod oportet, ipse est orationis sermo; alterum, orare sicut oportet, status ipsius orantis est. Exempli gratia, hæc sunt quæ orare oportet: *Petite magna et parva adjicientur vobis*; et: *Petite* **198** *cœlestia, et terrestria vobis adjicientur* [92]; et: *Orate pro calumniantibus vos* [93]; et: *Rogate Dominum messis ut mittat operarios in messem suam* [94]; et: C *Orate ne intretis in tentationem* [95]; et: *Orate ut non fiat fuga vestra in hieme vel Sabbato* [96]; et: *Orantes autem nolite multum loqui* [97], et si quid his affine est. Quomodo autem orandum sit: *Volo autem viros orare in omni loco levantes puras manus sine ira et disceptatione. Similiter et mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa; sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona* [98]. Modum etiam orandi nos illud docet: *Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus* D *tuum* [99]. Nam quod majus Deo donum a rationali natura mitti potest quam suaveolens sermo orationis ab ea mente oblatæ quæ nullius sibi maleolentis peccati conscia sit? Est et illud de modo quo oportet orare: *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex*

[89] Gen. XVIII, 11. [90] II Cor. XII, 6. [91] Rom. VIII, 26. [92] Matth. VI, 33. [93] Matth. V, 44. [94] Matth. IX, 38. [95] Luc. XXII 40. - [96] Matth. XXIV, 20. [97] Matth. VI, 7. [98] I Tim. II, 8, 9, 10. [99] Matth. V, 23.

(82) *Ἀνδρειωτάτη*. Lege, ἀνδρειοτάτη. De Tatiana vide Monitum.

(83) *Προοιμίαις*. Lege, προοιμίοις.

(84) *Ἐπιτήδειοι*. Lege cum Bentleio, ἐπιτηδειότεροι. Mox in codice ms. lacuna est unius fere versus, quam editor Oxoniensis his verbis supplet, οἴδαμεν τὸν Παῦλον.

(85) *Ἵνα γὰρ καὶ ὃ δεῖ*. Bentleio scribendum videtur, ἐὰν γὰρ καὶ ὃ δεῖ.

(86) *Εἰδῶσιν εὔχεσθαι ἃ δεῖ*. Idem legit, εἰδόσιν εὔχεσθαι ὃ δεῖ;

(87) *Αἰτεῖτε τὰ μεγάλα*, etc. Vide adnot. ad lib. VII *contra Cels.*, num. 44.

(88) *Κοσμίως*. Sic habet codex ms., non autem κοσμίῳ, quemadmodum legitur in editione Oxoniensi.

(89) *Μνησθεὶς*. Ita codex ms., in quo male legit editor Oxoniensis, μνησθῇς.

consensu ad tempus, ut vacetis orationi, et iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram [1]. 'His enim modus orationis debitus impeditur, nisi etiam ille actus nuptialis secreti de quo maxime silere decet, et rarius, sedatioreque animo ac minus impotenti fiat: cum is qui hic dicitur consensus discordiam animi affectuum evanidam reddat, consumat incontinentiam, gaudentemque malis nostris Satanam prohibeat. Præterea quomodo sit orandum, et illud docet: *Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis adversus aliquem* [2]. Et quod habet Paulus: *Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum; omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum* [3]; id modum orandi præbet. Quæ cum omnia sciret Paulus hisque multo plura et a lege et a prophetis et ab evangelica plenitudine depromere posset, et varie singula ac copiose exponere; non modesta tantum mente sed veraci, videns post hæc **199** omnia quantum absit quin sciat quid orandum sit sicut oportet, ait: *Quid oremus sicut oportet nescimus* [4]. Id autem huic sermoni subjungit, unde defectus ille suppleri possit ei qui nescit quidem, se tamen exhibere conatur dignum cujus defectus suppleatur. Ait enim: *Ipse Spiritus postulat apud Deum gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis* [5]. Qui autem in beatorum cordibus clamat, *Abba pater* [6], Spiritus, sciens apprime eos qui ceciderunt aut transgressi sunt, editis in hoc tabernaculo gemitibus aggravari magis, quam levari, gemitibus inenarrabilibus postulat apud Deum, nostros ipse gemitus pro sua humanitate ac misericordia suscipiens. Videns autem pro sua sapientia *humiliatam in terra animam nostram* [7] et *corpore humilitatis* [8] conclusam, gemitibus apud Deum postulat non quibuslibet, sed inenarrabilibus quibusdam, affinibus scilicet *arcanorum verborum quæ non licet homini loqui* [9]. Hic autem Spiritus non contentus postulare, intensiore oratione utitur et superpostulat, pro iis, mea quidem sententia, qui superant, qualis erat Paulus cum diceret: *Sed in his omnibus superamus* [10]. Probabile est autem pro his tantum eum orare qui nec tales sunt ut superent, nec tales etiam ut vincantur, sed qui vincunt. Porro huic loco: *Quid oremus sicut oportet nescimus; sed ipse Spiritus po-*

A μεῖζον ἀναπέμπεσθαι δύναται εὐώδους λόγου εὐχῆς προσφερομένης ἀπὸ συνειδότος μὴ ἔχοντος δυσῶδες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας; Ἔστι δὲ τοῦ (90) καθὸ δεῖ, τό· *Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, ἐὰν μή τι ἐκ συμφωνίας πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσητε* (91) *τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε, ἵνα μὴ ἐπιχαρῇ ὑμῖν ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν*· διὰ τούτων (92) γὰρ ἐμποδίζεται τὸ καθὸ δεῖ, ἐὰν μὴ καὶ τῶν κατὰ τὸν γάμον σιωπᾶσθαι ἀξίων μυστηρίων τὸ ἔργον σεμνότερον καὶ βραδύτερον (93) καὶ ἀπαθέστερον γίνηται· τῆς λεγομένης ἐνθαῦθα συμφωνίας τὸ ἀσύμφωνον τοῦ πάθους ἀφανιζούσης, καὶ τὴν ἀκρασίαν ἀναλισκούσης, τοῦ τε Σατανᾶ τὸ ἐπιχαιρησίκακον κωλυούσης (94). Πρὸς τούτοις τοῦ καθὸ δεῖ ἐστι διδασκαλικὸν, τό· *Ἐὰν στήκητε προσευχόμενοι, ἀφίετε, εἴ τι ἂν*
B *ἔχητε κατά τινος*. Καὶ τὸ παρὰ τῷ Παύλῳ δέ· *Πᾶς ἀνὴρ εὐχόμενος ἢ προφητεύων κατὰ κεφαλῆς ἔχων, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· πᾶσα δὲ γυνὴ, προσευχομένη ἢ προφητεύουσα ἀκατακαλύπτῳ* (95) *τῇ κεφαλῇ, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς*, τοῦ καθὸ δεῖ ἐστι παραστατικόν. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐπιστάμενος Παῦλος, καὶ τούτων πολλαπλασίονα ἀπὸ νόμου καὶ προφητῶν τοῦ τε εὐαγγελικοῦ πληρώματος παραθέσθαι δυνάμενος μετὰ ποικιλότητος τῆς εἰς ἕκαστον διηγήσεως, ἀπὸ διαθέσεως οὐ μετριαζούσης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀληθευούσης φησίν· ὁρῶν δὲ καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ὅσον ἀπολείπεται τοῦ εἰδέναι προσεύξασθαι τί δεῖ καθὸ δεῖ· τὸ δὲ *ὅτι προσεύξασθαι δεῖ καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν*. Καὶ τοῦτο (96) τῷ λόγῳ προστίθησιν, ὅθεν ἀναπληροῦται τὸ ἐλλεῖπον τῷ μὴ εἰδότι μὲν,
C ἑαυτὸν δὲ ἄξιον τοῦ ἀναπληρωθῆναι ἐν αὐτῷ τὸ ἐλλεῖπον, παρασκευάσαντι· λέγει γὰρ, ὅτι *Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ὑπερεντυγχάνει τῷ Θεῷ· ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος, ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων*. Τὸ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις τῶν μακαρίων κράζον, *Ἀββᾶ ὁ πατὴρ*, Πνεῦμα, ἐπιστάμενον ἐπιμελῶς τοὺς ἐν τῷ σκήνει στεναγμοὺς, ἀξίους τυγχάνοντας εἰς τὸ βαρῦναι (97) τοὺς πεπτωκότας ἢ παραβεβηκότας, στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ὑπερεντυγχάνει τῷ Θεῷ· τοὺς ἡμετέρους διὰ τὴν πολλὴν φιλανθρωπίαν καὶ συμπάθειαν ἀναδεχόμενον στεναγμούς. Κατὰ δὲ τὴν ἐν αὐτῷ σοφίαν ὁρῶν *τὴν ταπεινωθεῖσαν εἰς χοῦν ψυχὴν ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ σώματι τῆς ταπεινώσεως καθειργμένην*, οὐ τοῖς τυχοῦσι στεναγμοῖς
D χρώμενον ὑπερεντυγχάνει τῷ Θεῷ, ἀλλά τισιν ἀλαλήτοις ἐχομένοις *τῶν ἀῤῥήτων λόγων, ὧν οὐκ ἔστιν*

[1] I Cor. VII, 5. [2] Marc. XI, 25. [3] I Cor. XI, 4, 5. [4] Rom. VIII, 26. [5] ibid. [6] Galat. IV, 6. [7] Psal XLIII, 25. [8] Philipp. III, 21. [9] II Cor. XII, 4. [10] Rom. VIII, 37.

(90) *Ἔστι δὲ τοῦ*. Bentleio scribendum videtur, ἔτι δὲ τοῦ.

(91) *Σχολάσητε*. Sic recte habet codex ms.; male autem editio Oxoniensis σχολάζητε. Mox eadem editio habet, τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, verum a ms. codice abest τῇ νηστείᾳ καί. Paulo post pro ἐπιχαρῇ ὑμῖν, legitur in textu vulgato I Cor. VII, 5, πειράζῃ ὑμᾶς.

(92) *Διὰ τούτων*. Ita codex ms. in quo male antea lectum est, διὰ τοῦτο. Paulo post optime in codice ms. legitur, ἐὰν μὴ καὶ τῶν, nec omittitur μή, quemadmodum in editione Oxoniensi.

(93) *Βραδύτερον*. Legit Bentleius βραχύτερον.

(94) *Κωλυούσης*. Bentleio videtur scribendum, κολουούσης.

(95) *Ἀκατακαλύπτῳ*. Ita recte ex ms. codice emendatur σφάλμα editionis Oxoniensis in qua legitur, ἀκαταλύπτῳ.

(96) *Τοῦτο*. Sic codex ms.; male autem editio Oxoniensis, τούτῳ. Infra eadem editio habet ὅτι αὐτὸ πνεῦμα, omisso articulo τό.

(97) *Ἀξίους τυγχάνοντας εἰς τὸ βαρῦναι*. Bentleio scribendum videtur, οὐχ ἀξίους τυγχάνοντας εἰς τὸ θαῤῥῦναι.

A *ἀνθρώπῳ λαλεῖν*. Τοῦτο δὲ τὸ Πνεῦμα οὐκ ἀρκούμενον τῷ ἐντυγχάνειν τῷ Θεῷ, ἐπιτεῖνον τὴν ἔντευξιν ὑπερεντυγχάνει· ἐγὼ οἶμαι ὅτι περὶ τῶν ὑπερνικώντων· ὁποῖος **Παῦλος** ἦν λέγων· *Ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν*. Εἰκὸς δ' ὅτι ἐντυγχάνει μόνον περὶ τῶν οὐ τηλικούτων μὲν, ὡς ὑπερνικᾷν, οὐ τοιούτων δὲ πάλιν ὥστε νικᾶσθαι, ἀλλὰ νικώντων. Ἐχόμενον δὲ τοῦ· *Τί δὲ δεῖ προσεύξασθαι καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν· ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ὑπερεντυγχάνει* τῷ Θεῷ, τό· *Προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ, ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ καὶ τῷ νοΐ*· οὐδὲ γὰρ δύναται ἡμῶν ὁ νοῦς προσεύξασθαι, ἐὰν μὴ πρὸ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα προσεύξηται (98), οἱονεὶ ἐν ὑπηκόῳ (99) αὐτοῦ· ὥσπερ οὐδὲ ψάλαι καὶ εὐρύθμως καὶ ἐμμελῶς καὶ ἐμμέτρως καὶ συμφώνως ὑμνῆσαι τὸν Πατέρα ἐν Χριστῷ, ἐὰν B μὴ *τὸ Πνεῦμα τὸ πάντα ἐρευνῶν καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ*, πρότερον αἰνέσει καὶ ὑμνήσει τοῦ νοῦ τὰ βάθη ἠρεύνηκε (1), καὶ ὡς ἐξίσχυσε κατείληφεν. Ἐγὼ δὲ οἴομαι (2) συναισθόμενόν τινα τῶν τοῦ Ἰησοῦ μαθητῶν τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἀπολειπομένης τοῦ ὃν τρόπον εὔχεσθαι δεῖ, καὶ μάλιστα τοῦτ' ἐγνωκότα, ὅτε ἐπιστημόνων καὶ μεγάλων λόγων, ἢ καὶ εὐεπαγγελλομένων (3) ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐν τῇ πρὸς τὸν Πατέρα εὐχῇ, παυσαμένῳ τοῦ προσεύχεσθαι τῷ Κυρίῳ εἰρηκέναι· *Κύριε, δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι, καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐδίδαξε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.* Ὅλος δὲ ὁ εἱρμὸς τοῦ ῥητοῦ οὕτως ἔχει· *Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον ἐν τόπῳ τινὶ ὡς ἐπαύσατο, εἶπέ τις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ* C *πρὸς αὐτόν· Κύριε, δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι, καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐδίδαξε προσεύχεσθαι τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ* (4)... ἄρα γὰρ ἄνθρωπος ἐντεθραμμένος τῇ νομικῇ κατηχήσει καὶ τῇ ἀκροάσει τῶν προφητικῶν λόγων, τῶν τε συναγωγῶν μὴ ἀπολειπόμενος, οὐκ ἠπίστατο ὁπωσδήποτε εὔχεσθαι, μέχρις οὗ ἴδῃ τὸν Κύριον εὐχόμενον ἐν τόπῳ τινί; Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον φάσκειν· ηὔχετο μὲν γὰρ κατὰ τὰ Ἰουδαίων ἔθη, ἑώρα δὲ μείζονος ἐπιστήμης ἑαυτὸν δεόμενον εἰς τὸν περὶ τῆς εὐχῆς τόπον. Τί δὲ καὶ ὁ Ἰωάννης ἐδίδασκε τοὺς μαθητὰς περὶ τῆς εὐχῆς, ἀπὸ Ἱεροσολύμων καὶ πάσης τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς περιχώρου ἐρχομένους βαπτίζεσθαι πρὸς αὐτόν; εἰ μή τινα, κατὰ τὸ περισσότερον εἶναι προφήτου, ἔβλεπε περὶ τῆς εὐχῆς, ἅπερ εἰκὸς ὅτι οὐ πᾶσι τοῖς βαπτιζομένοις, ἀλλὰ τοῖς πρὸς D τὸ βαπτίζεσθαι (5) μαθητευομένοις ἐν ἀπορρήτῳ παρεδίδου. Αἱ τοιαῦται δὲ εὐχαὶ αἱ ὄντως πνευματικαὶ, προσευχομένου ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν ἁγίων τοῦ Πνεύματος,

stulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus [11], affinis ille est: *Orabo spiritu, orabo et mente, psallam spiritu, psallam et mente* [12]. Neque enim orare mens nostra potest nisi ante ipsam, eaque quasi audiente, oret Spiritus: ut neque psallere et modulato ac numeroso carmine consonantique voce laudare Patrem in Christo, nisi *Spiritus qui omnia scrutatur etiam profunda Dei* [13] prius laudet et celebret eum cujus profunda scrutatus est, et, ut valuit, comprehendit. Equidem existimo quempiam e Jesu discipulis, cum sibi conscius esset quantum humana imbecillitas abesset a recto orandi modo; idque maxime cognovisset auditis doctis et magnis sermonibus quos Salvator habuerat in sua ad Patrem oratione, Domino oratione completa dixisse: *Domine*, **200** *doce nos orare, sicut et Joannes docuit discipulos suos*. Omnis autem loci series sic habet: *Et factum est, cum esset in quodam loco orans, ut cessavit, dixit unus ex ejus discipulis ad eum: Domine, doce nos orare sicut docuit et Joannes discipulos suos* [14].... Anne igitur homo legali innutritus disciplinæ, propheticorum frequens auditor sermonum et in synagogis assiduus, utcunque orare nesciebat, donec orantem quodam in loco Dominum vidisset? At hoc absurdum dictu est: orabat enim Judaico more; majore vero scientia indigere se in illum de oratione locum videbat. Quid autem ipse Joannes discipulos suos de oratione docebat cum ab Jerosolymis et omni Judæa et omni regione circa Jordanem venirent, ut baptizarentur ab eo? Nisi credamus eum, quod plus esset quam propheta, vidisse circa orationem nonnulla, quæ probabile sit non iis qui baptizabantur omnibus, sed qui se ante baptismum erudiendos præbuissent, secreto tradidisse. Hujusmodi orationes vere spirituales, orante in cordibus sanctorum Spiritu, plenæ recondita mirabilique doctrina descriptæ sunt. In primo Regum oratio Annæ ex parte. Huic enim, *cum multiplicaret preces coram Domino et loqueretur in corde suo* [15], non opus fuit scriptura. In Psalmis autem psalmus decimus sextus *Oratio David* inscriptus est; octogesimus nonus *Oratio Moysi homini Dei*; et centesimus primus, *Oratio pauperi, cum anxius fuerit et in conspectu Domini effuderit precem suam*. Quæ orationes cum vere Spiritu factæ et recitatæ orationes fuerint, etiam divinæ Sapientiæ præceptis plenæ sunt, ut de iis quæ in ipsis promittuntur, dici possit: *Quis sapiens et intelliget ista? intelligens et*

[11] Rom. VIII, 26. [12] I Cor. XIV, 15. [13] I Cor. III, 10. [14] Luc. XI, 1. [15] I Reg. I, 12.

(98) *Οὐδὲ γὰρ δύναται ἡμῶν ὁ νοῦς προσεύξασθαι, ἐὰν μὴ πρὸ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα προσεύξηται.* Diligenter observandus est hic locus in quo prævenientis gratiæ necessitatem ad orandum, disertis verbis tradit Origenes. Utrum autem catholice semper de gratia sentiat, fuse disputatur *Origenianorum* lib. II, quæstione septima.

(99) *Ὑπηκόῳ*. Bentleio scribendum videtur, ἐπηκόῳ.

(1) *Πρότερον αἰνέσει καὶ ὑμνήσει τοῦ νοῦ τὰ βάθη ἠρεύνηκε.* Valde placet correctio Bentlei, πρότερον αἰνέσῃ καὶ ὑμνήσῃ τὸν οὗ τὰ βάθη ἠρεύνηκε.

(2) *Οἴομαι*. Bentleius, scribit, οἶμαι.

(3) *Λόγων, ἢ καὶ εὐπαγγελλομένων*. Depravatam hanc lectionem sanitati restituit Bentleius, ingeniosa istac correctione, λόγων ἤκουεν ἐπαγγελλομένων.

(4) In codice ms. hoc loco est hiatus ad spatium trium circiter linearum, licet nihil ad sensum desiderari videatur.

(5) *Πρὸς τὸ βαπτίζεσθαι*. Legit Bentleius, πρὸς τῷ βαπτίζεσθαι. Dominus Claudius Fleuri, πρὸ τοῦ βαπτίζεσθαι.

sciet hæc [16]? Cum igitur tam difficile sit de oratione disserere, ut opus sit et illuminante Patre et primogenito Verbo docente et cooperante Spiritu, ut dignum aliquid tanto argumento intelligi ac dici possit, precor ut homo (neque enim mihi tantum tribuo ut orare in me Spiritum putem antequam oratio quid sit assecutus sim), precor, inquam, uberrimam ac spiritualem nobis ejus cognitionem dari, et aperiri descriptas in Evangeliis orationes. Itaque jam de oratione dicere instituamus....

A ἀνεγράφησαν, πεπληρωμέναι ἀποῤῥήτων καὶ θαυμασίων δογμάτων. Ἐν μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν, ἐκ μέρους ἡ τῆς Ἄννης· τῇ γὰρ, *Ὅτε ἐπλήθυνε προσευχομένη ἐνώπιον Κυρίου, λαλοῦσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς*, οὐκ ἐχάρη γραφῇ (6). Ἐν δὲ Ψαλμοῖς, ὁ ἑκκαιδέκατος ψαλμὸς *Προσευχὴ τοῦ Δαβὶδ* ἐπιγέγραπται, καὶ ὁ ἔννατος καὶ ὀγδοηκοστὸς, *Προσευχὴ τῷ Μωϋσῇ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ*. Καὶ ὁ πρῶτος καὶ ἑκατοστὸς, *Προσευχὴ τῷ πτωχῷ, ὅταν ἀκηδιάσῃ, καὶ ἐναντίον Κυρίου ἐκχέῃ τὴν δέησιν αὐτοῦ*· αἵτινες προσευχαὶ ἐπεὶ ἀληθῶς ἦσαν προσευχαὶ γινόμεναι Πνεύματι λεγόμεναί τε, καὶ τῶν δογμάτων τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας πεπλήρωνται, ὥστε εἰπεῖν ἄν τινα περὶ τῶν ἐν αὐταῖς ἐπαγγελλομένων (7)· *Τίς σοφὸς, καὶ συνήσει ταύτας; καὶ συνετὸς καὶ ἐπιγνώσεται αὐτάς;* Ἐπεὶ τοίνυν τηλικοῦτόν ἐστι τὸ περὶ τῆς εὐχῆς διαλαβεῖν, ὡς δεῖσθαι τοῦ καὶ εἰς τοῦτο φωτίζοντος Πατρὸς, καὶ αὐτοῦ τοῦ πρωτοτόκου Λόγου διδάσκοντος, τοῦ τε Πνεύματος ἐνεργοῦντος εἰς τὸ νοεῖν καὶ λέγειν ἀξίως τοῦ τηλικούτου προβλήματος, εὐξάμενος ὡς ἄνθρωπος· (οὐ γάρ που ἐμαυτῷ (8) δίδωμι χωρεῖν τὴν προσευχὴν τοῦ Πνεύματος πρὸ τοῦ λόγου τυχεῖν τῆς εὐχῆς·) ἀξιῶ ἵνα λόγος πληρέστατος καὶ πνευματικὸς ἡμῖν δωρηθῇ, καὶ αἱ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀναγεγραμμέναι σαφηνισθῶσιν εὐχαί. Ἀρκτέον οὖν ἤδη τοῦ περὶ τῆς εὐχῆς λόγου (9).

201 3. Primum εὐχῆς nomen, quod equidem observarim, ibi positum invenio, cum Jacob fratris Esau iram fugiens in Mesopotamiam pergeret juxta Isaac ac Rebeccæ monita. Sic autem habet locus ipse: *Et vovit Jacob votum* (εὐχήν) *dicens: Si fuerit Dominus Deus mecum et custodierit me in via hac per quam ambulo, et dederit mihi panem ad vescendum, et vestimentum ad induendum, reversusque fuero prospere ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, et lapis iste quem erexi in titulum vocabitur domus Dei, cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi* [17]..... Ubi etiam notandum est nomen εὐχῆς sæpe alio sensu accipi quam προσευχῆς, de eo nempe qui cum voto (εὐχῇ) talia se facturum promittit, si talia a Deo sit consecutus. Ponitur tamen illud vocabulum et consueto loquendi modo (pro oratione), ut in Exodo hæc invenimus post ranarum plagam quæ inter decem est ordine secunda..... *Vocavit autem Pharao Moysem et Aaron et dixit eis: Orate Dominum ut auferat ranas a me et a populo meo; et dimittam populum ut sacrificet Domino* [18]. Si quis autem eo quod Pharaonis sit illa vox *orate* (εὔξασθε), difficile sibi persuaserit eam præter priorem voti significationem, etiam consuetam orationis habere, observandum est quod sequitur et sic habet: *Dixitque Moyses ad Pharaonem: Constitue mihi quando deprecer pro te et pro servis tuis et pro populo tuo, ut abigantur ranæ a te et a populo tuo et a domibus vestris et tantum in flumine rema-*

B Πρῶτον δὴ τὸ ὄνομα τῆς εὐχῆς, ὅσον ἐπὶ παρατηρήσει τῇ ἐμῇ, εὑρίσκω κείμενον, ἡνίκα ὁ Ἰακὼβ φυγὰς γενόμενος τῆς ὀργῆς τοῦ ἀδελφοῦ ἑαυτοῦ Ἡσαῦ, ἀπῄει εἰς τὴν Μεσοποταμίαν κατὰ τὰς ὑποθήκας Ἰσαὰκ καὶ Ῥεβέκκας. Οὕτω δὲ ἔχει ἡ λέξις· *Καὶ ηὔξατο Ἰακὼβ εὐχὴν, λέγων· Ἐὰν ᾖ Κύριος ὁ Θεὸς μετ' ἐμοῦ, καὶ διαφυλάξῃ με ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ ᾗ ἐγὼ πορεύομαι, καὶ δῷ μοι ἄρτον φαγεῖν, καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι, καὶ ἀποστρέψῃ με μετὰ σωτηρίας εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου· καὶ ἔσται Κύριός μοι εἰς Θεὸν, καὶ ὁ λίθος οὗτος ὃν ἔστησα στήλην, ἔσται μοι οἶκος Θεοῦ, καὶ πάντων ὧν ἐάν μοι δῷς, δεκάτην ἀποδεκατώσω αὐτά σοι* (10)..... Ἔνθα καὶ σημειωτέον ἐστὶν, ὅτι C τὸ ὄνομα τῆς *εὐχῆς* παρελήφθη πολλαχοῦ ἑτέρας οὔσης παρὰ τὴν *προσευχὴν*, ἐπὶ τοῦ μετὰ *εὐχῆς* ἐπαγγελλομένου τάδε τινὰ ποιήσειν (11), εἰ τύχῃ ἀπὸ Θεοῦ τῶνδε. Τάσσεται μέντοι καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ συνήθειαν ἡμῶν λεγομένου ἡ ὀνομασία· ὥσπερ ἐν Ἐξόδῳ εὕρομεν οὕτως, μετὰ τὴν ἐπὶ τοῖς βατράχοις μάστιγα τῇ τάξει τῶν δέκα οὖσαν δευτέραν (12)..... *Ἐκάλεσε Φαραὼ Μωϋσῆν καὶ Ἀαρὼν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Εὔξασθε περὶ ἐμοῦ πρὸς Κύριον, καὶ περιελέτω τοὺς βατράχους ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ λαοῦ μου· καὶ ἐξαποστελῶ τὸν λαὸν, καὶ θύσουσι Κυρίῳ*. Ἐὰν δὲ δυσπειθῶς τις ἔχῃ, διὰ τὸ τοῦ Φαραὼ εἶναι φωνὴν τὴν *εὔξασθε*, πρὸς τὸ σημαίνεσθαι ἀπὸ τῆς εὐχῆς πρὸς τῷ προτέρῳ (13) καὶ τὰ σύνηθες· παρατηρητέον καὶ τὸ ἑξῆς οὕτως ἔχον· D *Εἶπε δὲ Μωϋσῆς πρὸς Φαραώ· Τάξαι πρός με,*

[16] Ose. XIV, 10. [17] Gen. XVIII, 20, 21, 22. [18] Exod. XVIII, 8.

(6) *Οὐκ ἐχάρη γραφῇ*. Bentleio scribendum videtur, εὐχῇ οὐκ ἀνεγράφη, vel οὐκ ἔχρη γραφῆς.

(7) *Αὐταῖς ἐπαγγελλομένων*, etc. Ita habet codex ms. in quo male antea lectum est, αὐτοῖς ἐπαγγελλομένων· Τίς σοφὸς, καὶ συνήσει ταῦτα; καὶ συνετὸς, καὶ ἐπιγνώσεται αὐτά;

(8) *Οὐ γάρ που ἐμαυτῷ*, etc. Corrigit Bentleius, Οὐ γάρ πω ἐμαυτῷ δίδωμι χωρεῖν τὴν προσευχὴν πρὸ τοῦ λόγου τυχεῖν τῆς εὐχῆς.

(9) Post λόγου, codex ms. habet hiatum unius et semilineæ

(10) Post voces αὐτά σοι, hiatus est in codice ms. duarum circiter linearum. Verumtamen nihil videtur deesse.

(11) *Ποιήσειν*. Sic recte habet codex ms., in quo perperam antea lectum est: ποιήσομεν.

(12) Post vocem δευτέραν, comparet in codice ms. hiatus duarum linearum. Sed nihil ad sensum videtur desiderari.

(13) *Πρὸς τῷ προτέρῳ*. Ita recte habetur in codice ms.; male vero in editione Oxoniensi, πρὸ τῷ πρότερον.

A *πότε εὔξομαι περὶ σοῦ καὶ περὶ τῶν θεραπόντων σου καὶ τοῦ λαοῦ σου, ἀφανίσαι τοὺς βατράχους ἀπὸ σοῦ καὶ ἀπὸ τοῦ λαοῦ σου, καὶ ἐκ τῶν οἰκιῶν ὑμῶν· πλὴν ἐν τῷ ποταμῷ ὑπολειφθήσονται.* Παρετηρήσαμεν δὲ ἐπὶ ταῖς σκνιψὶ, τῇ τρίτῃ μάστιγι, οὔτε Φαραὼ εὐχὴν γενέσθαι ἀξιοῖ, οὔτε Μωϋσῆς εὔχεται. Καὶ ἐπὶ τῇ κυνομυίᾳ δὲ οὔσῃ τετάρτῃ λέγει· *Εὔξασθε οὖν περὶ ἐμοῦ πρὸς Κύριον.* Ὅτε καὶ εἶπε Μωϋσῆς, ὅτι *Ἐγὼ* (14) *ἐξελεύσομαι ἀπὸ σοῦ, καὶ εὔξομαι πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἀπελεύσεται ἡ κυνόμυια ἀπὸ Φαραὼ καὶ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ καὶ ἀπὸ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ αὔριον.* Καὶ μετ' ὀλίγα· *Ἐξῆλθε δὲ Μωϋσῆς ἀπὸ Φαραὼ καὶ ηὔξατο* (15) *πρὸς τὸν Θεόν.* Πάλιν δὲ ἐπὶ τῆς πέμπτης καὶ ἕκτης μάστιγος, οὔτε Φαρὼα
B ἀξιώσαντος εὐχὴν γενέσθαι, οὔτε Μωϋσέως εὐξαμένου, ἐπὶ τῆς ἑβδόμης *ἀποστείλας Φαραὼ, ἐκάλεσε Μωϋσῆν καὶ Ἀαρὼν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἡμάρτηκα τὸ νῦν· ὁ Κύριος δίκαιος, ἐγὼ δὲ καὶ ὁ λαός μου ἀσεβεῖς. Εὔξασθε οὖν πρὸς Κύριον, καὶ παυσάσθω τοῦ γενηθῆναι φωνὰς Θεοῦ καὶ χάλαζαν καὶ πῦρ.* Καὶ μετ' ὀλίγα· *Ἐξῆλθε Μωϋσῆς ἀπὸ Φαραὼ ἐκτὸς τῆς πόλεως, καὶ ἐξεπέτασε τὰς χεῖρας πρὸς Κύριον, καὶ αἱ φωναὶ ἐπαύσαντο.* Διὰ τί δὲ οὐκ εἴρηται, *καὶ ηὔξατο*, ὡς ἐπὶ τῶν προτέρων, ἀλλ' *ἐξεπέτασε τὰς χεῖρας πρὸς Κύριον*, εὐκαιρότερον ἐν ἄλλοις ἐξεταστέον. Καὶ ἐπὶ τῆς ὀγδόης δὲ μάστιγος φησὶν ὁ Φαραώ· *Καὶ προσεύξασθε πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν, καὶ περιελέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸν θάνατον τοῦτον. Ἐξῆλθε*
C *δὲ Μωϋσῆς ἀπὸ Φαραὼ, καὶ ηὔξατο πρὸς τὸν Θεόν.* Πολλαχοῦ δὲ εἴπομεν (16) τὸ ὄνομα τῆς εὐχῆς μὴ κατὰ τὸ σύνηθες τετάχθαι, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἰακώϐ. Ἀλλὰ καὶ ἐν Λευιτικῷ· *Ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων· Λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Ὃς εὔξηται* (17) *εὐχὴν ὥστε τιμὴν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ, ἔσται ἡ τιμὴ τοῦ ἄῤῥενος ἀπὸ εἰκοσαετοῦς ἕως ἑξηκονταετοῦς, ἔσται αὐτοῦ ἡ τιμὴ πεντήκοντα δίδραχμα ἀργυρίου τῷ σταθμίῳ* (18) *τῷ ἁγίῳ.* Καὶ ἐν Ἀριθμοῖς· *Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν, λέγων· Λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Ἀνὴρ ἢ γυνὴ ὃς ἐὰν* (19) *μεγάλως εὔξηται εὐχὴν ἀφαγνίσασθαι ἁγνείαν Κυρίῳ,*
D *ἀπὸ οἴνου καὶ σίκερα ἁγνισθήσεται·* καὶ τὰ ἑξῆς περὶ τοῦ καλουμένου Ναζιραίου (20). Εἶτα μετ' ὀλίγα· *Καὶ ἁγιάσῃ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἡγιάσθη Κυρίῳ, τὰς ἡμέρας τῆς εὐχῆς.* Καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα· *Οὗτος ὁ νόμος τοῦ εὐξαμένου· ᾗ ἂν ἡμέρᾳ πληρώσῃ ἡμέρας εὐχῆς*

neant [19]. Observavimus autem de sciniphibus, quæ tertia plaga fuit, neque Pharaonem orationem fieri postulare, neque Moysem orare [20]. At de muscis, quæ quarta fuit, ait : *Rogate pro me.* Quando et ait Moyses : *Egressus a te orabo* (εὔξομαι) *Dominum, et recedet musca a Pharaone et a servis ejus et a populo ejus cras* [21]. Et paulo post : *Egressusque Moyses a Pharaone oravit Deum* [22]. Rursus cum ad quintam et sextam plagam neque Pharao postulaverit orationem fieri, neque Moyses oraverit, ad septimam *misit Pharao et vocavit Moysem et Aaron dicens ad eos : Peccavi etiam nunc, Dominus justus ; ego et populus meus impii. Orate igitur Dominum ; et desinant fieri tonitrua et grando et ignis* [23]. Et post pauca : *Egressusque Moyses a Pharaone ex urbe,* **202** *tetendit manus ad Dominum et cessaverunt tonitrua* [24]. Quare autem non dicatur *oravit*, ut in superioribus, sed *tetendit manus ad Dominum*, expendetur alibi opportunius. Ad octavam plagam ait Pharao : *Et rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat a me mortem istam. Egressusque Moyses de conspectu Pharaonis oravit Dominum* [25]. Diximus nomen εὐχῆς sæpe non vulgari sensu accipi, ut de Jacob vidimus. Sed et in Levitico : *Locutus est Dominus ad Moysem dicens : Loquere filiis Israel et dices ad eos : Qui votum fecerit et spoponderit Domino animam suam, si fuerit masculus a vicesimo anno usque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii* [26]. Et in Numeris : *Locutusque est Dominus ad Moysem, dicens : Loquere ad filios Israel, et dices ad eos : Vir sive mulier cum fecerint votum* (εὐχὴν) *ut sanctificentur, et se voluerint Domino consecrare, a vino et omni quod inebriare potest, abstinebunt* [27], et reliqua de eo qui Nazaræus dicebatur. Deinde post pauca : *Et sanctificabit caput suum in die illa qua sanctificatus est Domino, dies voti* [28]. Iterum post pauca : *Et hæc est lex ejus qui vovit : quacunque die impleverit dies voti sui,* etc.[29]. Et paulo post : *Et post hæc bibet, qui vovit, vinum. Hæc est lex ejus qui vovit, quicunque voverit munus suum Domino pro voto, absque iis quæ invenerit manus ejus, secundum potentiam voti sui, quod utique voverit juxta legem puritatis* [30]. Et ad finem Numerorum : *Et locutus est Moyses ad principes tribuum filiorum Israel, dicens : Hoc est verbum quod præcepit Dominus : homo, quicunque voverit votum Domino, aut juraverit juramentum, aut definierit definitione de anima sua ; non profanabit verbum suum ; omnia, quæcunque exierint de ore*

[19] Exod. VIII, 9. [20] Ibid., 17 [21] Ibid., 28, 29. [22] Ibid., 30. [23] Exod. IX, 27. [24] Ibid., 29. [25] Exod. X, 17. [26] Lev. XXVII, 1. [27] Num. VI, 1. [28] Ibid., 11. [29] Ibid., 13. [30] Ibid., 21.

(14) *Ὅτι ἐγώ.* Ita habet codex ms.; male vero editio Oxoniensis, ὅτε ἐγώ.

(15) *Ηὔξατο.* Sic codex ms.; male autem editio Oxoniensis, εὔξατο.

(16) *Εἴπομεν.* Bentleius corrigit, εἴδομεν, vel εὕρομεν.

(17) *Πρὸς αὐτούς· ὃς εὔξηται.* Sic habet codex ms. Bentleio autem scribendum videtur, πρὸς αὐτούς· Ὃς ἂν εὔξηται. Editio Oxoniensis præ se fert, πρὸς αὐτοὺς, λέγων· Ἄνθρωπος ὃς εὔξηται.

(18) *Σταθμίῳ.* Ita legitur in codice ms.; male autem in editione Oxoniensi, σταθμῷ.

(19) *Ἐάν.* Ita codex ms. Editio autem Oxoniensis, ἄν.

(20) *Ναζιραίου.* Ita codex ms. Editio vero Oxon., Ναζωραίου.

ejus, faciet. Si autem voverit mulier votum Domino, aut definierit definitionem in domo patris sui in juventute sua, et audierit pater ejus vota ejus et definitiones ejus, quas definivit adversus animam suam, et tacuerit pater ejus; et stabunt omnia vota ejus; et omnes definitiones, quas definivit adversus animam suam, manebunt ei [31]. Et consequenter nonnulla de ejusmodi femina lex præscribit. Eadem significatione in Proverbiis scriptum est : *Laqueus viro cito quid ex propriis sanctificare; postea enim quam voverit, evenerit pœnitere* [32]. Et in Ecclesiaste : *Bonum est non vovere, quam vovere* **203** *et non reddere* [33]. Et in Actibus apostolorum : *Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se* [34].

A αὐτοῦ. Καὶ πάλιν μετ' ὀλίγον· *Καὶ μετὰ ταῦτα πίεται ὁ ηὐγμένος οἶνον. Οὗτος ὁ νόμος τοῦ εὐξαμένου, ὃς ἐὰν εὔξηται Κυρίῳ δῶρον αὐτοῦ περὶ τῆς εὐχῆς, χωρὶς ὧν ἂν εὕρῃ ἡ χεὶρ αὐτοῦ, κατὰ δύναμιν τῆς εὐχῆς αὐτοῦ, ἧς ἂν εὔξηται κατὰ νόμον ἁγνείας.* Καὶ πρὸς τῷ τέλει τῶν Ἀριθμῶν· *Καὶ ἐλάλησε Μωϋσῆς πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν φυλῶν υἱῶν Ἰσραήλ, λέγων· Τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ συνέταξε Κύριος·* Ἄνθρωπος *ὃς ἐὰν εὔξηται εὐχὴν Κυρίῳ, ἢ ὀμόσῃ ὅρκον ἢ ὁρισμῷ ὁρίσηται* (21) *περὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, οὐ βεβηλώσει τὸ ῥῆμα αὐτοῦ· πάντα ὅσα ἂν ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ποιήσει. Ἐὰν δὲ γυνὴ εὔξηται εὐχὴν Κυρίῳ, ἢ ὁρίσηται ὁρισμὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἐν τῇ νεότητι αὐτῆς, καὶ ἀκούσῃ ὁ πατὴρ αὐτῆς τὰς εὐχὰς αὐτῆς, καὶ τοὺς ὁρισμοὺς αὐτῆς, οὓς ὡρίσατο κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, καὶ παρασιωπήσῃ ὁ πατὴρ αὐτῆς, στήσονται πᾶσαι αἱ εὐχαὶ αὐτῆς· καὶ πάντες οἱ ὁρισμοί, οὓς ὡρίσατο κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, μενοῦσιν αὐτῇ.* Καὶ ἑξῆς τούτοις τινὰ περὶ τῆς τοιαύτης νομοθετεῖ. Κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον ἐν ταῖς *Παροιμίαις* γέγραπται (22)..... *[Παγὶς] ἀνδρὶ ταχύ τι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι· μετὰ γὰρ τὸ εὔξασθαι μετανοεῖν γίνεται.* Καὶ ἐν τῷ *Ἐκκλησιαστῇ*· *Ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαι ἢ τὸ εὔξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι.* Καὶ ἐν ταῖς *Πράξεσι* τῶν ἀποστόλων· *Εἰσὶν ἄνδρες παρ' ἡμῖν τέσσαρες εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν* (23).

4. Alienum igitur a ratione mihi visum non est primum e duobus quæ εὐχῆς nomine significantur e Scripturis distinguere. Idem et de προσευχῇ faciendum. Nam et hoc nomen præter communem et consuetam acceptionem qua sæpe sumitur, ponitur etiam eo sensu quo solet εὐχή usurpari in iis quæ de Anna dicuntur in primo Regum : *Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi Domini, cum esset Anna amaro animo, oravit* (προσηύξατο) *ad Dominum flens largiter, et votum vovit* (ηὔξατο εὐχήν) *dicens : Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, et recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque servæ tuæ sexum virilem; dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, et novaculà non ascendet super caput ejus* [35]. Posset tamen aliquis non improbabili ratione insistens his verbis : *Oravit ad Dominum et votum vovit*, dicere, si utrumque illa fecit, hoc est, oravit ad Dominum et votum vovit, vocem hanc προσηύξατο forte pro oratione accipi quam εὐχήν nominare consuevimus; hæc autem verba ηὔξατο εὐχήν eodem sensu quo in Levitico et in Numeris. Illud enim : *Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, et novaculà non ascendet super caput ejus*, proprie non est προσευχή, sed ejusmodi votum (εὐχή), cujusmodi Jephthe vovit, ubi dicitur : *Votum vovit Domino dicens : Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit revertenti*

B Οὐκ ἄλογον δή μοι ἐφάνη τὸ κατὰ τὰς Γραφὰς σημαινόμενον πρῶτον διαστείλασθαι τῆς εὐχῆς δύο σημαινούσης. Ὁμοίως δὲ καὶ τῆς προσευχῆς· καὶ γὰρ τοῦτο τὸ ὄνομα πρὸς τῷ κοινῷ καὶ συνήθει πολλαχοῦ κειμένῳ τέτακται καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ σύνηθες ἡμῖν σημαινόμενον τῆς εὐχῆς ἔν τε περὶ τῆς (24) Ἄννης λεγομένοις ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν· *Καὶ Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς ἐκάθητο ἐπὶ θρόνου ἐπὶ φλιῶν ναοῦ Κυρίου, καὶ αὐτὴ ψυχῇ πικρᾷ· καὶ προσηύξατο πρὸς Κύριον· καὶ κλαυθμῷ ἔκλαυσε, καὶ ηὔξατο εὐχὴν καὶ εἶπε· Κύριε τῶν δυνάμεων, ἐὰν ἐφοράσει ἐπίδῃς ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης σου, καὶ μνησθῇς μου, καὶ μὴ ἐπιλάθῃ τῆς δούλης σου, καὶ δῷς τῇ δούλῃ σου σπέρμα ἀνδρός, καὶ δώσω αὐτὸν τῷ Κυρίῳ δοτὸν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ· καὶ σίδηρος οὐκ ἀναβήσεται ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.* Δύναται C μέντοι γέ τις οὐκ ἀπιθάνως ἐνταῦθα, ἐπιστήσας τῷ, *Προσηύξατο πρὸς Κύριον, καὶ ηὔξατο εὐχήν*, εἰπεῖν· ὅτι εἰ τὰ δύο πεποίηκε, τουτέστι προσηύξατο πρὸς Κύριον, καὶ ηὔξατο εὐχήν, μήποτε τὸ μὲν *προσηύξατο* ἐπὶ τῆς συνήθως ἡμῖν ὀνομαζομένης τέτακται εὐχῆς, τὸ δὲ *ηὔξατο εὐχήν*, ἐπὶ τοῦ ἐν Λευϊτικῷ καὶ Ἀριθμοῖς τεταγμένου σημαινομένου (25). Τὸ γάρ, *Δώσω αὐτὸν Κυρίῳ δοτὸν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ, καὶ σίδηρος οὐκ ἀναβήσεται ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ*, κυρίως οὐκ ἔστι *προσευχή*, ἀλλ' ἐκείνη ἡ εὐχή, ἥντινα καὶ Ἰεφθάε ηὔξατο ἐν τούτοις· *Καὶ ηὔξατο Ἰεφθάε εὐχὴν τῷ Κυρίῳ, καὶ εἶπεν·*

[31] Num. xxx, 2. [32] Prov. xx, 25. [33] Eccle. v, 4. [34] Act. xxi, 23. [35] I Reg. i, 9, 10, 11.

(21) *Ὅρκον ἢ ὁρισμῷ ὁρίσηται*. In codice quidem manuscripto legitur, ὅρκον ὁρισμῷ ἢ ὁρίσηται, sed genuinum verborum ordinem ad fidem editionis Septuaginta Interpretum restituere nobis visum est.

(22) Post γέγραπται, in codice manuscripto lacuna est duarum pene linearum; editor autem Oxoniensis ex Proverb. xx, 25, vocem, παγίς, quæ D deest in manuscripto codice, inclusam uncinulis hic addidit, ut compleatur loci Scripturæ sensus.

(23) *Ἐφ' ἑαυτῶν*. Sic habet codex ms. Male vero editio Oxoniensis, ἀφ' ἑαυτῶν.

(24) *Ἔν τε περὶ τῆς*. Scribendum videtur, ut monet Bentleius, ἐν τοῖς περὶ τῆς.

(25) *Σημαινομένου*. Sic codex ms. in quo male legit editor Oxoniensis, σημαινόμενον.

Ἐὰν παραδόσει παραδῷς μοι τοὺς υἱοὺς Ἀμμὼν ἐν χειρί μου, καὶ ἔσται ὃς ἐὰν ἐξέλθῃ ἐκ τῶν θυρῶν τοῦ οἴκου μου εἰς ἀπάντησίν μου ἐν τῷ ἐπιστρέψαι με ἐν εἰρήνῃ ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἀμμὼν, καὶ ἔσται τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀνοίσω αὐτὸν ὁλοκαύτωμα.

A *cum pace a filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino* [86].

Εἰ χρὴ τοίνυν μετὰ ταῦτα, ὥσπερ ἐκελεύσατε, ἐκθέσθαι τὰ πιθανὰ πρῶτον τῶν οἰομένων μηδὲν ἀπὸ τῶν εὐχῶν ἀνύεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο φασκόντων περισσὸν εἶναι τὸ εὔχεσθαι, οὐκ ὀκνήσομεν κατὰ δύναμιν καὶ τοῦτο ποιῆσαι, κοινότερον νῦν καὶ ἁπλούστερον τοῦ τῆς εὐχῆς ὀνόματος ἡμῖν λεγομένου (26).... Οὕτω δὴ ὁ λόγος ἐστὶν ἄδοξος, καὶ μὴ τυχὼν ἐπισήμων τῶν προϊσταμένων αὐτοῦ, ὥστε μηδὲ πάνυ εὑρίσκεσθαι ὅστις ποτὲ τῶν πρόνοιαν παραδεξαμένων καὶ Θεὸν ἐπιστησάντων τοῖς ὅλοις εὐχὴν μὴ προσίεται. Ἔστι γὰρ τὸ δόγμα, ἤτοι τῶν πάντῃ ἀθέων καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἀρνουμένων, ἢ τῶν μέχρις ὀνόματος τιθέντων Θεὸν, τὴν πρόνοιαν δὲ αὐτοῦ ἀποστερούντων. B Ἤδη μέντοι γε ἡ ἀντικειμένη ἐνέργεια τὰ ἀσεβέστατα τῶν δογμάτων περιτιθέναι θέλουσα τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τοῦ μὴ δεῖν εὔχεσθαι (27) δεδύνηται πεῖσαί τινας· ἧς γνώμης προΐστανται οἱ τὰ αἰσθητὰ πάντῃ ἀναιροῦντες, καὶ μήτε Βαπτίσματι μήτε Εὐχαριστίᾳ χρώμενοι (28), συκοφαντοῦντες τὰς Γραφὰς ὡς καὶ τὸ εὔχεσθαι τοῦτο οὐ βουλομένας, ἀλλ' ἕτερόν τι σημαινόμενον παρὰ τοῦτο διδασκούσας. Εἶεν δ' ἂν οἱ λόγοι τῶν ἀθετούντων τὰς εὐχὰς οὗτοι· δηλονότι Θεὸν ἐφιστάντων τοῖς ὅλοις καὶ πρόνοιαν εἶναι λεγόντων· οὐ γὰρ πρόκειται νῦν ἐξετάζειν τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶν πάντῃ ἀναιρούντων Θεὸν ἢ πρόνοιαν· Ὁ Θεὸς οἶδε τὰ πάντα πρὸ γενέσεως αὐτῶν, καὶ οὐδὲν ἐκ τοῦ ἐνεστηκέναι ὅτε ἐνέστηκε πρῶτον αὐτῷ γινώσκε-

5. Post hæc si, ut jussistis, exponenda sunt eorum argumenta qui nihil precibus effici putant, ideoque superfluum esse dicunt orare; hoc quoque non recusabimus pro viribus præstare, communius jam et simplicius accepto orationis (εὐχῆς) nomine.... Est illa tam ignobilis opinio, illustribusque destituta propugnatoribus, ut vix inter eos qui providentiam admittunt, Deumque rebus præficiunt universis, reperiatur aliquis qui orationem repudiet. Est enim hæc sententia aut eorum qui omnino sine Deo sint, Deumque esse negent, aut qui nomine tenus Deum ponant, ipsi vero providentiam adimant. Jam tamen adversaria potestas cum velit impiissima **204** quæque dogmata Christi nomini prætexere doctrinæque Filii Dei, etiam non esse orandum suadere quosdam potuit. Cujus sententiæ duces ii sunt qui res sensibiles tollunt omnino, qui nec Baptismo utuntur nec Eucharistia, Scripturasque cavillationibus suis detorquent, quasi non ejusmodi orationem velint, sed aliud sensu longe diverso doceant. Hæ autem possunt eorum esse rationes qui preces repudiant et tamen Deum universis præesse dicunt et providentiam asserunt; neque enim nunc propositum est eorum dicta excutere qui Deum omnino aut providentiam tollunt: Deus omnia novit antequam fiant, nec quidquam cum exsistit, ideo primum innotescit ipsi quod exsistat quasi non ante cognitum. Quid igitur opus

[86] Judic. XI, 30.

(26) Post λεγομένου, in codice manuscripto est hiatus ad spatium duarum linearum; in editione autem Oxoniensi repletur his verbis, τινὲς μὲν παντελῶς τὴν προσευχὴν ἀναιροῦσι, quæ cum in manuscripto desiderentur, e textu nostro expungenda esse duximus. Mox recte codex ms. habet, οὕτω δὴ ὁ λόγος. Male editio Oxon., οὗτος δὴ ὁ λόγος.

(27) *Καὶ περὶ τοῦ μὴ δεῖν εὔχεσθαι*, etc. Clemens Alexandrinus *Stromat.* VII, p. 722: Ἐνταῦθα γενόμενος ὑπεμνήσθην τῶν περὶ τοῦ μὴ δεῖν εὔχεσθαι πρός τινων ἑτεροδόξων, τουτέστι τῶν ἀμφὶ τὴν Προδίκου αἵρεσιν παρεισαγομένων δογμάτων· Ἵνα οὖν μηδὲ ἐπὶ ταύτῃ αὐτῶν τῇ ἀθέῳ σοφίᾳ ὡς ξένῃ ὀγκύλλωνται αἱρέσει, μαθέτωσαν προειλῆφθαι μὲν ὑπὸ τῶν Κυρηναϊκῶν λεγομένων φιλοσόφων, ἀντιρρήσεως δ' ὅμως τεύξεται κατὰ καιρὸν ἡ τῶν ψευδωνύμων τούτων ἀνόσιος γνῶσις. *Hic mihi veniunt in mentem eorum dogmata qui diversa sentiunt, nempe qui Prodici hæresim sectantur, et docent non esse orandum. Ne ergo de hac impia sua sapientia, tanquam nova et aliena hæresi se efferant, sciant eam a philosophis qui dicuntur Cyrenaici se accepisse. Suo autem tempore adversus impiam ipsorum pseudonymων dicetur cognitionem.*

(28) *Οἱ τὰ αἰσθητὰ πάντῃ ἀναιροῦντες, καὶ μήτε Βαπτίσματι μήτε Εὐχαριστίᾳ χρώμενοι.* Irenæus lib. I, *Contra hæreses*, pag. 96 novæ editionis Benedictinorum: Ἄλλοι δὲ ταῦτα πάντα παραιτησάμενοι φάσκουσι μὴ δεῖν τὸ τῆς ἀρρήτου καὶ ἀοράτου δυνάμεως μυστήριον δι' ὁρατῶν καὶ φθαρτῶν ἐπιτελεῖσθαι κτισμάτων, καὶ τῶν ἀνεννοήτων δι' αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν. *Alii vero hæc omnia improbantes ac repudiantes, ineffa-* C *bilis et invisibilis virtutis mysterium per creaturas in aspectum cadentes interituique obnoxias, et eorum quæ in cogitationem non cadunt, corporisque expertia sunt, per ea quæ sensibilia et corporea sunt peragenda esse negant.* Hi videntur esse Ascodrutæ seu Ascodrupitæ de quibus Theodoretus lib. I *Hæreticarum fabularum*, cap. 10, hæc scribit: Οὗτοι δέ φασι μὴ χρῆναι τὰ θεῖα μυστήρια ἀοράτων ὄντα σύμβολα δι' ὁρωμένων ἐπιτελεῖσθαι πραγμάτων, καὶ τὰ ἀσώματα δι' αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν· εἶναι δὲ τὴν τελείαν ἀπολύτρωσιν τὴν ἀληθῆ τοῦ ὄντος ἐπίγνωσιν. Τὰ γὰρ ὁρώμενα πάντα ὑπ' ἀγνοίας καὶ πάθους συστάντα διὰ γνώσεως καταλύεται. Πνευματικὴν οὖν δεῖ καὶ τὴν λύτρωσιν ὑπάρχειν. Διὰ τοῦτο οὔτε βαπτίζουσι τοὺς προσιόντας, οὐδὲ ἐπιτελεῖται παρ' αὐτοῖς τοῦ Βαπτίσματος τὸ μυστήριον· λύτρωσιν γὰρ καλοῦσι τὴν τῶν ὅλων ἐπίγνωσιν. *Hi autem dicunt non debere divina mysteria quæ invisibilium sunt signa, per res visibiles perfici, neque incorpo-* D *rea per sensibiles et corporeas: perfectam autem redemptionem esse veram ejus quod est cognitionem. Quæ enim cernuntur, cum ex ignorantia et affectione constent, per cognitionem destruuntur. Spiritalem ergo esse oportere etiam redemptionem. Propterea nec baptizant eos qui accedunt, nec apud eos celebratur baptismatis mysterium; redemptionem quippe appellant universorum cognitionem.* Mox Theodoretus capite sequenti de Archonticis ait: Ἀναθεματίζουσι δὲ τὸ λουτρὸν καὶ τὴν τῶν μυστηρίων μετάληψιν, ὡς εἰς ὄνομα Σαβαὼθ γινομένην. *Lavacrum autem exsecrantur et mysteriorum participationem, ut quæ fiat in nomine Sabaoth.*

est preces ad eum mittere qui antequam oremus scit quibus indigeamus? *Scit enim Pater cœlestis quid opus sit nobis antequam petamus eum*[37]. Æquum est autem eum qui et pater omnium et opifex est, *diligitque omnia quæ sunt, et nihil odit eorum quæ fecit*[38], salubriter quæ ad singulos attinent, etiamsi non orent, dispensare, patris more qui cum infantes regit, non eorum preces exspectat qui vel omnino petere non possunt, vel præ inscitia sæpe res utilibus opportunisque contrarias capere volunt. Plus autem nos homines a Dei mente distamus quam ulla puerorum infantia a mente parentum. Credibile est Deum non prævidere tantum quæ futura sunt, sed et præordinare, nec quidquam accidere præter ea quæ ab ipso prius ordinata sunt. Ut igitur si quis oriri solem precaretur, stultus haberetur cum id suis effici precibus peteret, quod etiam sine precibus futurum erat: sic amens ille foret qui propter orationem suam fieri putaret, quod, etsi non orasset, omnino futurum erat. Rursus ut omnem ille insaniam excederet qui, quod sol in æstivo solstitio molestus sit et adurat, precibus suis putaret **205**
solem ad verna signa transferendum, ut ipse commoda fruatur aeris temperie: sic quæ humano generi incommoda necessario accidunt si quis precibus fieri putat posse ne patiatur, omnem ille superaverit insaniam. Quod si *alienati sunt peccatores a vulva*[39], et segregatus est justus *ex utero matris*[40]; et: *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dicitur, quia major serviet minori*[41]; frustra pro remissione peccatorum oramus, aut ut Spiritum fortitudinis accipiamus, et omnia possimus confortante nos Christo[42]. Si enim peccatores sumus, alienati sumus a vulva; si ex utero matris nostræ sumus segregati, optima quæque nobis etiam non orantibus occurrent. Quas enim preces obtulerat Jacob de quo, antequam nasceretur, prædictum est fore ut superaret Esau, ipsi quoque serviret frater[43]? Quid impie gesserat Esau ut odio haberetur nondum natus? Cur orat Moyses, ut in octogesimo septimo psalmo habetur, si *refugium ejus est* Deus *antequam montes fierent aut formaretur terra et orbis*[44].... Sed et de salvandis omnibus in Epistola ad Ephesios scriptum est, elegisse eos Patrem *in ipso*, nempe in Christo, *ante mundi constitutionem ut essent sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate. Qui prædestinavit eos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ip-*

A ται ὡς πρὸ τούτου μὴ γνωσθέν. Τίς οὖν χρεία ἀναπέμπεσθαι εὐχὴν τῷ καὶ πρὶν εὔξασθαι ἐπισταμένῳ ὧν χρῄζομεν; *Οἶδε γὰρ ὁ Πατὴρ ὁ οὐράνιος ὧν χρείαν ἔχομεν πρὸ τοῦ ἡμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν.* Εὔλογον δὲ Πατέρα καὶ δημιουργὸν αὐτὸν ὄντα τοῦ παντὸς, ἀγαπῶντα *τὰ ὄντα πάντα καὶ μηδὲν βδελυσσόμενον ὧν πεποίηκε*, σωτηρίως τὰ περὶ ἕκαστον καὶ χωρὶς τοῦ εὔξασθαι οἰκονομεῖν, δίκην πατέρος νηπίων προϊσταμένου, καὶ μὴ περιμένοντος ἐκείνων τὴν ἀξίωσιν, ἤτοι μηδ' ὅλως δυναμένων αἰτεῖν, ἢ διὰ ἄγνοιαν πολλάκις τὰ ἐναντία τοῖς συμφέρουσι καὶ λυσιτελοῦσι θελόντων λαβεῖν. Ἀπολειπόμεθα δὲ οἱ ἄνθρωποι πλεῖον τοῦ Θεοῦ (29) ἤπερ τὰ κομιδῇ παιδία τοῦ νοῦ τῶν γεγεννηκότων. Εἰκὸς τῷ Θεῷ οὐ μόνον προεγνῶσθαι τὰ ἐσόμενα, ἀλλὰ καὶ προδιατετάχθαι, καὶ
B μηδὲν αὐτῷ παρὰ τὰ προδιατεταγμένα (30) γίνεσθαι. Ὥσπερ οὖν εἴ τις εὔχοιτο ἀνατέλλειν τὸν ἥλιον, ἠλίθιος ἂν νομίζοιτο, τὸ καὶ χωρὶς τῆς εὐχῆς αὐτοῦ ἐσόμενον διὰ τῆς εὐχῆς γενέσθαι ἀξιῶν· οὕτως ἀνόητος ἂν εἴη ἄνθρωπος ὅστις οἴεται διὰ τὴν ἑαυτοῦ εὐχὴν γίνεσθαι τὰ καὶ μὴ εὐξαμένου αὐτοῦ πάντως ἐσόμενα ἄν. Πάλιν τε αὖ ὥσπερ πᾶσαν μανίαν ὑπερβάλλει (31) ὁ διὰ τὸ ἐνοχλεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου γενομένου ἐν θεριναῖς τροπαῖς καὶ καυσοῦσθαι, οἰόμενος διὰ τῆς εὐχῆς μεταστήσεσθαι τὸν ἥλιον ἐπὶ τὰ ἐαρινὰ σημεῖα, ἵνα εὐκράτου ἀπολαύῃ τοῦ ἀέρος· οὕτως τὰ ἀναγκαίως συμβαίνοντα περιστατικὰ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, εἴ τις οἴοιτο διὰ τὸ εὔχεσθαι μὴ πείσεσθαι, πᾶσαν ὑπερβάλοι μελαγχολίαν. Εἰ δὲ καὶ *ἠλλοτριώθησαν ἁμαρτωλοὶ*
C *ἀπὸ μήτρας*, καὶ ἀφώρισται ὁ δίκαιος *ἐκ κοιλίας μητρὸς*, μήπω (32) *μήτε γεννηθέντων, μήτε πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ φαῦλον, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις τοῦ Θεοῦ μένῃ, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος λέγεται, ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάττονι*· μάτην περὶ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων ἀξιοῦμεν, ἢ περὶ τοῦ Πνεῦμα ἰσχύος λαβεῖν, ἵνα πάντα ἰσχύσωμεν ἐνδυναμοῦντος ἡμᾶς Χριστοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ἁμαρτωλοί ἐσμεν, ἀπὸ μήτρας ἠλλοτριώμεθα· εἰ δὲ ἀφωρίσθημεν ἐκ κοιλίας μητρὸς ἡμῶν, τὰ κάλλιστα καὶ μὴ εὐχομένοις ἀπαντήσεται. Ποίαν γὰρ εὐχὴν προσαγαγὼν Ἰακὼβ, πρὶν γεννηθῆναι, προφητεύεται, ὅτι ὑπερέξει τοῦ Ἡσαῦ, καὶ δουλεύσει αὐτῷ ὁ ἀδελφός; Τί δὲ ἀσεβήσας ὁ Ἡσαῦ μισεῖται πρὶν γεννη-
D θῆναι; Ἵνα τί δὲ εὔχεται Μωϋσῆς ὡς ἐν ὀγδοηκοστῷ ἑβδόμῳ (33) εὔρηται ψαλμῷ, εἰ *καταφυγὴ* αὐτοῦ ἐστιν ὁ Θεὸς *πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην* (34).... Ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων τῶν σωθησομένων ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἀναγέγραπται, ὅτι (35) ἐξελέξατο αὐτοὺς *ἐν αὐτῷ* (ἐν Χριστῷ ὁ) Πατὴρ *πρὸ καταβολῆς*

[37] Matth. vi, 8. [38] Sap. xi, 25. [39] Psal. lvii, 4. [40] Galat. i, 15. [41] Rom. ix, 11. [42] Philipp. iv, 13. [43] Gen. xxv, 23. [44] Psal. xc, 1.

(29) *Τοῦ Θεοῦ.* Bentleio scribendum videtur: τοῦ νοῦ τοῦ Θεοῦ.

(30) *Αὐτῷ παρὰ τὰ προδιατεταγμένα.* Bentleius legit, παρὰ τὰ αὐτῷ προδιατεταγμένα, etc.

(31) *Μανίαν ὑπερβάλλει.* Mallet Bentleius, μανίαν ἂν ὑπερβάλλοι.

(32) *Μήπω.* Legit Bentleius, καὶ μήπω.

(33) *Ἑβδόμῳ.* Sic habet codex ms. in quo male legit editor Oxoniensis, ἐννάτῳ. Nunc in Græcis Bibliorum codicibus impressis initium est psalmi xc.

(34) Post οἰκουμένην, in codice ms. hiatus est unius et semilineæ.

(35) *Ὅτι.* Sic habet codex ms. Male vero editio Oxoniensis, ὅτε.

κόσμου εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατ' ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ· προορίσας αὐτοὺς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Χριστοῦ εἰς αὐτόν. Ἤτοι οὖν τις ἐκ τῶν πρὸ καταβολῆς κόσμου ἐστὶν ἐξειλεγμένος (36), καὶ ἀμήχανον αὐτὸν τῆς ἐκλογῆς ἐκπεσεῖν, διόπερ οὐ χρεία τούτῳ εὐχῆς· ἢ οὐκ ἐξείλεκται, οὐδὲ προώρισται, καὶ μάτην εὔχεται, κἂν μυριάκις εὔξηται (37), οὐκ ἐπακουσθησόμενος· *Οὓς γὰρ προέγνω ὁ Θεὸς, τούτους καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τῆς δόξης τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ· οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε, καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν, οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε.* Τί γὰρ κάμνει Ἰωσίας, ἢ διὰ τί εὐχόμενος πεφρόντικε περὶ τοῦ πότερόν ποτε εἰσακουσθήσεται ἢ μὴ, πρὸ πολλῶν γενεῶν ὀνομαστὸς (38) προφητευθεὶς, καὶ περὶ τοῦ ὅ τί ποτε πράξει οὐ μόνον προγνωσθεὶς, ἀλλὰ δὲ εἰς ἐπήκοον πολλῶν προῤῥηθείς; ἵνα τί δὲ καὶ Ἰούδας προσεύχεται, ὥστε καὶ τὴν προσευχὴν αὐτοῦ γενηθῆναι εἰς ἁμαρτίαν, ἀπὸ τῶν Δαυὶδ χρόνων προκηρυχθεὶς ὡς ἀπολέσων τὴν ἐπισκοπὴν, ἑτέρου ληψομένου ἀντ' αὐτοῦ αὐτήν; Αὐτόθεν δὲ ἀπεμφαίνει, ἀτρέπτου ὄντος τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ ὅλα προκατειληφότος, μένοντός τε ἐν τοῖς προδιατεταγμένοις, εὔχεσθαι, οἰόμενον μετατρέψειν (39) διὰ τῆς εὐχῆς αὐτοῦ τὴν πρόθεσιν, εἰ ὡς μὴ προδιαταξαμένῳ, ἀλλὰ περιμένοντι τὴν ἑκάστου εὐχὴν ἐντυγχάνειν, ἵνα διὰ τὴν εὐχὴν διατάξηται τὸ πρέπον τῷ εὐχομένῳ, τότε τάσσων τὸ δοκιμάζον (40) εἶναι εὔλογον οὐ πρότερον αὐτῷ τεθεωρημένον. Κείσθω δὲ ἐν τοῖς παροῦσιν αὐταῖς λέξεσιν ἅπερ διὰ τῶν πρὸς μὲ γραμμάτων ἔταξας οὕτως ἔχοντα· Πρῶτον, εἰ προγνώστης ἐστὶν ὁ Θεὸς τῶν μελλόντων, καὶ δεῖ αὐτὰ γίνεσθαι, ματαία ἡ προσευχή· δεύτερον, εἰ πάντα κατὰ βούλησιν Θεοῦ γίνεται, καὶ ἀραρότα αὐτοῦ ἐστι τὰ βουλεύματα, καὶ οὐδὲν τραπῆναι ὧν βούλεται δύναται, ματαία ἡ προσευχή. Χρήσιμα δὲ, ὡς οἶμαι, ταῦτα πρὸς λύσιν τῶν ἀποναρκᾷν πρὸς τὸ εὔχεσθαι ποιούντων προδιαληπτέον.

A *sum* [45]. Aut igitur ex iis aliquis est qui electi sunt ante mundi constitutionem, nec fieri potest ut excidat ab illa electione, adeoque oratione hic non indiget; aut electus non est, neque prædestinatus, isque frustra orat, cum ejus oratio vel millies repetita exaudienda non sit: *Nam quos præscivit Deus, et prædestinavit conformes fieri imaginis gloriæ Filii sui. Quos autem prædestinavit, hos et vocavit, et quos vocavit, hos et justificavit; quos autem justificavit, illos et glorificavit* [46]. Quid laborat Josias, quid orando anxius est an ejus orationes exaudiendæ sint, necne, multis ante generationibus a propheta nominatim designatus, de quo quid facturus esset, non prævisum modo, sed et multis B audientibus prædictum est? Quare autem Judas orat, ut etiam oratio ejus fiat in peccatum, cum a Davidis temporibus prædictum sit [47] amittendum ab eo episcopatum et ab altero accipiendum ejus loco? Unde non convenit Deum, cum sit immutabilis et prævideat omnia et suis firmiter decretis inhæreat, orare quasi **206** aut voluntas ejus oratione posse mutari putaretur, aut quasi non ante disposuerit omnia, sed singulorum exspectet preces, obsecrare, ut propter preces ita quæque disponat prout oranti convenit, tuncque ordinet quod rectum probaverit nec ante præviderit. Ponam autem hic ipsis verbis quæ tuis ad me litteris inseruisti. Ea sic habent: 1° Si Deus futurorum præscius est, et ipsa oportet fieri: vana est oratio. 2° Si omnia C juxta voluntatem Dei fiunt, et stabilia sunt ipsius decreta, nec quidquam eorum quæ vult, mutari potest, vana est oratio. Hæc vero sunt quæ ad objecta dissolvenda quæ hominem reddunt ad orandum segniorem, utiliter puto præmitti posse.

Τῶν κινουμένων (41) τὰ μέν τινα τὸ κινοῦν ἔξωθεν ἔχει, ὥσπερ τὰ ἄψυχα, καὶ ὑπὸ ἕξεως μόνης συνεχόμενα· καὶ τὰ ὑπὸ φύσεως καὶ ψυχῆς κινούμενα, οὐχ ᾗ τοιαῦτα ἔσθ' ὅτε κινούμενα, ἀλλ' ὁμοίως τοῖς ὑπὸ ἕξεως μόνης συνεχομένοις· λίθος γὰρ καὶ ξύλα τὰ ἐκκοπέντα τοῦ μετάλλου, ἢ τὸ φύειν ἀπολωλεκότα ὑπὸ ἕξεως μόνης συνεχόμενα, τὸ κινοῦν ἔξωθεν ἔχει. Ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ζώων σώματα καὶ τὰ φορητὰ τῶν πεφυτευμένων ὑπό τινος μετατιθέμενα οὐχ ᾗ ζῶα καὶ φυτὰ μετατίθεται, ἀλλ' ὁμοίως λίθοις καὶ ξύλοις τοῖς τὸ φύειν ἀπολωλεκόσι, κἂν κινῆτε καὶ ταῦτα (42), τῷ ῥευστὰ εἶναι πάντα τὰ σώματα, φθίνονται παρακολουθητικὴν ἔχει τὴν ἐν τῷ φθίνειν κίνησιν. Δεύτερα (43) δὲ παρὰ ταῦτά ἐστι κινούμενα, τὰ ὑπὸ τῆς

6. Eorum quæ moventur quædam motorem habent extra, ut quæ anima carent, et habitu solo continentur, ut etiam ea quæ a natura vel ab anima moventur, cum non qua talia sunt moventur, sed eodem modo ac illa quæ habitu solo continentur; lapides enim a lapicidina excisi aut a radice ligna, habitu solo continentur, et moventur ab extero. Imo et ipsa animalium corpora, et plantæ D quæ ferri possunt, cum ab aliquo transferuntur, non qua plantæ aut animalia transferuntur, sed perinde ac lapides aut ligna quæ excisa crescere jam ac nutriri non possunt; ac si moveantur, cum fluxa sint omnia corpora, corrumpuntur, sequiturque is motus qui in corruptione fit. Secundus

[45] Ephes. I, 5. [46] Rom. VIII, 29, 30. [47] Psal. CVIII,

(36) *Ἐξειλεγμένος*. Corrigit Bentleius, ἐξειλεγμένων.

(37) *Εὔξηται*. Ita codex ms., in quo male legit editor Oxoniensis, εὕρηται.

(38) *Ὀνομαστός*. Lego cum Bentleio, ὀνομαστί.

(39) *Μετατρέψειν*, etc. Bentleio scribendum videtur, ἢ μετατρέψειν διὰ τῆς εὐχῆς αὐτοῦ τὴν πρόθεσιν, ἢ ὡς μὴ προδιαταξαμένῳ.

(40) *Δοκιμάζον*. Legit Bentleius, δοκιμαζόμενον.

(41) *Τῶν κινουμένων*, etc. Confer caput primum libri tertii *De principiis*, et librum II *Origenianorum*, quæst. 7.

(42) *Κινῆτε καὶ ταῦτα*, etc. Bentleius legit, φθίνη τε καὶ ταῦτα, τῷ ῥευστὰ εἶναι πάντα τὰ σώματα, φθίνοντι παρακολουθητικὴν ἔχει, etc. Dominus Claudius Fleury, pro κινῆτε, legit κινῆται, et ante παρακολουθητικὴν addit καί.

(43) *Δεύτερα*. Sic habet codex ms. Editio autem Oxoniensis, δεύτερον.

est eorum ordo quæ moventur ab inexsistente natura aut anima; quæ etiam ex se moveri dicunt ii qui magis proprie vocabulis utuntur. Tertius est motus animalium; qui motus a se ipsis dicitur. Eorum autem quæ ratione utuntur motum puto per se ipsa esse motum. Quod si ab animali motum illum a se ipso abstulerimus, jam ne animal quidem esse intelligi potest, sed simile erit aut plantæ quæ a natura sola movetur, aut lapidi qui ab extero impellitur. Quod si quid proprium sequatur motum, cum id dixerimus per se ipsum moveri, rationale id esse necesse est. Igitur qui nihil esse volunt in nostra potestate, eos ineptissimum illud admittere necesse est: primum nos animantes non esse, deinde neque rationales, sed quasi ab extero motos, neque nosmetipsos ullatenus moventes, ita ut ab illo fieri dicenda sint quæ facere credimur. Præterea attendat aliquis iis quæ in se sentit, et videat an sine impudentia negare **207** possit se ipsum velle, se ipsum comedere, se ipsum ambulare, se ipsum assentiri et quaslibet opiniones accipere, se ipsum alia abnuere ut falsa. Ut igitur quædam sententiæ sunt quibus nunquam adduci poterit homo ut assentiatur quantumvis multis probationibus utatur, et quantumvis multa dicat ad persuadendum conquisita: sic fieri non potest ut ita quisquam de rebus humanis sentiat, quasi nihil maneat in nostra potestate. Quis enim credit nihil mente comprehendi posse, aut ita vivit ut de rebus omnibus, quæcunque tandem illæ sint, dubitet? Quis non increpat famulum cum peccantis servi speciem animo perceperit? Quis filium non accusat debita parentibus obsequia non reddentem? Aut non queritur et vituperat quasi turpiter agentem mulierem adulteram? Vim enim facit ipsa veritas et cogit, quantumvis cavillari libeat, impetu quodam in laudes et in vituperia ferri, quod vere sit aliquid in nostra potestate, idque vel laude vel contumelia dignum. Igitur si nostrum servatur liberum arbitrium quo innumeris modis vel ad virtutes vel ad vitia, vel ad ea quæ decent, vel ad ea quæ ab officio sunt aberrant, propendemus, vel ab iisdem declinamus: necesse est hoc cum reliquis antequam sit, Deo notum esse a creatione et constitutione mundi quale futurum sit; et in omnibus quæ præordinavit Deus, consequenter ut unumquodque vidit in nostra futurum potestate, præordinasse etiam prout exigit quilibet nostri arbitrii motus, quid ipsi debeat ex providentiæ parte respondere, quid juxta connexionem rerum futurarum accidere: non quod præscientia Dei causa sit eorum omnium quæ futura sunt et quæ proprio

A ἐνυπαρχούσης φύσεως ἢ ψυχῆς κινούμενα· ἃ καὶ ἐξ αὐτῶν κινεῖσθαι λέγεται παρὰ τοῖς κυριώτερον χρωμένοις τοῖς ὀνόμασι. Τρίτη δέ ἐστι κίνησις ἡ ἐν τοῖς ζώοις, ἥτις ὀνομάζεται ἡ ἀπ' αὐτοῦ (44) κίνησις. Οἶμαι δὲ ὅτι ἡ τῶν λογικῶν κίνησις δι' αὐτῶν ἐστι κίνησις. Ἐὰν δὲ περιέλωμεν ἀπὸ τοῦ ζώου τὴν ἀπ' αὐτοῦ κίνησιν (45), οὐδὲ ζῶον ἔτι ὂν ὑπονοηθῆναι δύναται, ἀλλὰ ἔσται ὅμοιον ἤτοι φυτῷ ὑπὸ φύσεως μόνης κινουμένῳ, ἢ λίθῳ ὑπό τινος ἔξωθεν φερομένῳ. Ἐὰν δὲ παρακολουθῇ τις τῇ (46) ἰδίᾳ κινήσει, ἐπεὶ τοῦτο δι' αὐτοῦ κινεῖσθαι ὠνομάσαμεν, ἀνάγκη τοῦτο εἶναι λογικόν. Οἱ τοίνυν θέλοντες μηδὲν εἶναι ἐφ' ἡμῖν, ἀναγκαίως ἠλιθιώτατόν τι παραδέξονται, πρῶτον μὲν (47) ὅτι οὐκ ἐσμὲν ζῶα, δεύτερον δὲ ὅτι οὐδὲ λογικά· ἀλλ' οἷον ὑπὸ ἔξωθεν κινοῦντος αὐτοὶ οὐδα-
B μῶς κινούμενοι, ποιεῖν ὑπ' ἐκείνου λεγοίμεθα, ἃ ποιεῖν νομιζόμεθα. Ἄλλως τε καὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσιν ἐπιστήσας τις ὁράτω, εἰ μὴ ἀναιδῶς ἐρεῖ μὴ αὐτὸς θέλειν, καὶ μὴ αὐτὸς ἐσθίειν, καὶ μὴ αὐτὸς περιπατεῖν, μηδὲ αὐτὸς συγκατατίθεσθαι καὶ παραδέχεσθαι ὁποιαδήποτε τῶν δογμάτων, μηδὲ αὐτὸς ἀνανεύειν πρὸς ἕτερα ὡς ψευδῆ. Ὥσπερ οὖν πρός τινα δόγματα ἀμήχανον διατεθεῖσθαι (48) ἄνθρωπον, κἂν μυριάκις αὐτὰ κατασκευάζῃ εὑρεσιλογῶν, καὶ πιθανοῖς λόγοις χρώμενος· οὕτως ἀδύνατον διατεθεῖσθαί τινα περὶ τῶν ἀνθρωπίνων ὡς μηδαμῶς τοῦ ἐφ' ἡμῖν σωζομένου. Τίς γὰρ διάκειται περὶ τοῦ μηδὲν εἶναι καταληπτὸν, ἢ οὕτως βιοῖ ὡς ἐπέχων περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν; Τίς δὲ οὐκ ἐπιπλήττει, φαντασίαν ἁμαρτήσαντος οἰκέτου λαβὼν, τῷ θεράποντι; Καὶ τίς ἐστιν ὃς
C μὴ αἰτιᾶται υἱὸν τὸ πρὸς γονεῖς καθῆκον μὴ ἀποδιδόντα; Ἢ μὴ μέμφεται καὶ ψέγει ὡς αἰσχρὸν πεποιηκυῖαν τὴν μεμοιχευμένην; Βιάζεται γὰρ ἡ ἀλήθεια καὶ ἀναγκάζει, κἂν μυριάκις τις εὑρεσιλογῇ, ὁρμᾷν καὶ ἐπαινεῖν καὶ ψέγειν· ὡς τηρουμένου τοῦ ἐφ' ἡμῖν καὶ τούτου ἐπαινετοῦ ἢ ψεκτοῦ γινομένου παρ' ἡμᾶς. Εἰ δὴ τὸ ἐφ' ἡμῖν σώζεται μυρίας ὅσας ἀπονεύσεις (49) ἔχον πρὸς ἀρετὴν ἢ κακίαν, καὶ πάλιν ἢ πρὸς τὸ καθῆκον ἢ πρὸς τὸ παρὰ τὸ καθῆκον· ἀναγκαίως τοῦτο μετὰ τῶν λοιπῶν πρὶν γένηται τῷ Θεῷ ἔγνωσται ἀπὸ κτίσεως καὶ καταβολῆς κόσμου, ὁποῖον ἔσται· καὶ ἐν πᾶσιν οἷς προδιατάσσεται ὁ Θεὸς ἀκολούθως ὡς εἰώρακε (50) περὶ ἑκάστου ἔργου τῶν ἐφ' ἡμῖν προδιατέτακται κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ κι-
D νήματι τῶν ἐφ' ἡμῖν τὸ καὶ ἀπὸ τῆς προνοίας αὐτῷ ἀπαντησόμενον, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὸν εἱρμὸν τῶν ἐσομένων συμβησόμενον· οὐχὶ τῆς προγνώσεως τοῦ Θεοῦ αἰτίας γινομένης τοῖς ἐσομένοις πᾶσι, καὶ ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν κατὰ τὴν ὁρμὴν ἡμῶν ἐνεργηθησομένοις. Εἰ γὰρ καὶ καθ' ὑπόθεσιν μὴ γινώσκοι ὁ Θεὸς τὰ ἐσόμενα, οὐ παρὰ τοῦτο ἀπειλοῦμεν (51) τὸ τάδε τινὰ

(44) Ἀπ' *αὐτοῦ*. Lego cum Bentleio, ἀπ' αὐτῶν.

(45) Ἀπ' *αὐτοῦ κίνησιν*. Hic iterum mallet Bentleius, ἀπ' αὐτῶν κίνησιν.

(46) *Παρακολουθῇ τις τῇ*, etc. Legit Bentleius, παρακολουθῇ τι τῇ ἰδίᾳ κινήσει, ἐπεὶ τοῦτο δ' αὐτῶν κινεῖσθαι.

(47) *Πρῶτον μέν*, etc. Bentleius locum integrum sic legit: Πρῶτεν μὲν ὅτι οὐκ ἐσμὲν λογικὰ, δεύτερον δὲ ὅτι οὐδὲ ζῶα, ἀλλ' οἷον ὑπὸ ἔξωθεν κινοῦντος, αὐτοὶ δ' ἀπ' αὐτῶν οὐδαμῶς κινούμενοι.

(48) *Διατεθεῖσθαι*. Sic habet hoc loco et infra codex ms., perperam vero utrobique editio Oxoniensis, διατεθῆναι.

(49) *Ἀπονεύσεις*. Ἐπινεύσεις ἢ ἀπονεύσεις, legit Bentleius.

(50) *Ἀκολούθως ὡς ἑώρακε*. Legit Bentleius, ἀκολούθως οἷς ἑώρακε.

(51) *Ἀπειλοῦμεν*. Idem legit, ἀπολοῦμεν.

ἐνεργήσειν καὶ τάδε θελήσειν· πλέον δὲ ἀπὸ τῆς προγνώσεως γίνεται τὸ κατάταξιν λαμβάνειν εἰς τὴν τοῦ παντὸς διοίκησιν χρειώδη τῇ τοῦ κόσμου καταστάσει τὸ ἑκάστου ἐφ' ἡμῖν. Εἰ τοίνυν τὸ ἑκάστου ἐφ' ἡμῖν αὐτῷ ἔγνωσται, καὶ διὰ τοῦτο προεωραμένον αὐτῷ, διατάττεται (52) ἀπὸ τῆς προνοίας τὸ κατ' ἀξίαν παντὶ τὸ εὔλογον· καὶ τὸ τί εὔξηται· ποίαν διάθεσιν ἔχων ὁ δεῖνα οὕτως πιστεύων· καὶ τί βουλόμενος αὐτῷ γενέσθαι, προκατείληπται· οὗ προκαταληφθέντος, καὶ τοιοῦτόν τι ἀκολούθως ἐν τῇ διατάξει τετάξεται, ὅτι τοῦδε μὲν ἐπακούσομαι συνετῶς (53) εὐξομένου, δι' αὐτὴν τὴν εὐχὴν ἣν εὔξεται· τοῦδε δὲ οὐκ ἐπακούσομαι, ἤτοι διὰ τὸ ἀνάξιον ἔσεσθαι τοῦ ἐπακουσθήσεσθαι, ἢ διὰ τὸ ταῦτα αὐτὸν εὔξασθαι (54), ἃ μήτε τῷ εὐχομένῳ λυσιτελεῖ λαβεῖν, μήτε ἐμοὶ πρέπον παρασχεῖν· καὶ κατὰ τήνδε μὲν τὴν εὐχήν, φέρε εἰπεῖν, τοῦ δεῖνος, οὐκ ἐπακούσομαι αὐτοῦ· κατὰ τοῦδε δὲ, ἐπακούσομαι (55). Ἐὰν δέ τις ταράττηται διὰ τὸ μὴ οὐ ψεύσασθαι τὸν Θεὸν τὰ μέλλοντα προεγνωκότα, ὡς τῶν πραγμάτων κατηναγκασμένων· λεκτέον πρὸς τὸν τοιοῦτον, ὅτι αὐτὸ τοῦτο τῷ Θεῷ ἔγνωσται ἀραρότως τὸ μὴ ἀραρότως τόνδε τινὰ (56) τὸν ἄνθρωπον καὶ βεβαίως βούλεσθαι τὰ κρείττονα, ἢ οὕτω θελήσειν τὰ χείρονα, ὥστε ἀνεπίδεκτον αὐτὸν ἔσεσθαι μεταβολῆς τῆς ἐπὶ τὰ συμφέροντα. Καὶ πάλιν τάδε μέν τινα ποιήσω τῷδε εὐξομένῳ (57), ἐμοὶ γὰρ τοῦτο πρέπον ἐστὶν, οὐ ψεκτῶς μοι εὐξομένῳ, οὐδὲ ἀμελῶς περὶ τὴν εὐχὴν ἀναστραφησομένῳ· τῷ δὲ ἐπὶ ποσὸν (58) εὐξομένῳ, *ὑπερεκπερισσοῦ ὧν αἰτεῖται ἢ νοεῖ* δωρήσομαι τάδε τινά· ἐμοὶ γὰρ τόνδε πρέπει νικᾷν ἐν ταῖς εὐποιίαις καὶ χορηγεῖν πλείονα ὧν αἰτῆσαι κεχώρηκε· καὶ τῷδε μέν τινι τοιῷδε ἐσομένῳ τόνδε τὸν ἄγγελον λειτουργὸν ἐπιπέμψω, ἀπὸ τοῦδε ἀρξόμενον τοῦ χρόνου συνεργεῖν αὐτοῦ τῇ σωτηρίᾳ καὶ μέχρι τοῦδε συνεσόμενον· τῷδε δὲ τόνδε, φέρε εἰπεῖν, τὸν τοῦδε τιμιώτερον τῷ τοῦδε ἐσομένῳ κρείττονι· τοῦδε δέ τινος μετὰ τὸ ἐπιδεδωκέναι ἑαυτὸν λόγοις τοῖς διαφέρουσιν ὑπεκλυθησομένου καὶ παλινδρομήσοντος (59) ἐπὶ τὰ ὑλικώτερα, ἀποστήσω τόνδε τὸν κρείττονα συνεργόν· οὗ ἀποστάντος κατ' ἀξίαν αὐτόχειρ ὧν τις (60) ἥδε ἡ δύναμις καιρὸν εὑρηκυῖα τοῦ ἐπιβαίνειν τῇ ῥαθυμίᾳ, ἐπιστᾶσα ἐπὶ τάδε τινὰ τὰ ἁμαρτήματα αὐτὸν, ἕτοιμον ἑαυτὸν πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν δεδωκότα, προκαλέσεται. Οὕτως οὖν ἤδη οἱονεὶ ἐρεῖ ὁ προδιατασσόμενος τὰ ὅλα· ὅτι Ἀμὼς γεννήσει τὸν Ἰωσίαν, ὅστις οὐ ζηλώσει τὰ τοῦ πατρὸς πταίσματα, ἀλλὰ τυχὼν τῆσδε τῆς ἐπ' ἀρετὴν προτρεπούσης ὁδοῦ διὰ τῶνδε τῶν συνεσομένων, καλὸς ἔσται καὶ ἀγαθὸς, ὅστις κατασκάψει τὸ τοῦ Ἱεροβοὰμ κακῶς οἰκοδομηθὲν θυσιαστήριον. Οἶδα δὲ καὶ Ἰού-

A motu arbitrioque nostro effecturi sumus. Etsi enim (id modo supponere liceat) futura Deus non cognosceret, non eo minus hæc sumus effecturi, hæc volituri; rebus tamen id accidit ex præscientia divina, ut ordine ad universi gubernationem orbisque statum utilissimo disponantur singula quæ in nostra sunt potestate. Si ergo quodvis eorum quæ nostri sunt arbitrii cognitum est ipsi, ordinari a providentia quid cuique pro dignitate conveniat, rationi congruit, et quid ille aliquis oret, quomodo affectus sit, quid credat, quid sibi fieri velit, præcognosci; quo præcognito, tale aliquid consequenter providentiæ ordine comprehendi: Hunc orantem assidue, propter illam ipsam quam fundet orationem, exaudiam; hunc vero non exaudiam, B aut quod indignus sit qui exaudiatur, aut quod ea petiturus sit quæ nec ipsi capere expedit, nec me dare decet. Item propter hanc istius, verbi gratia, orationem ipsum non **208** exaudiam, propter illam exaudiam. Quod si quis eo turbetur quod cum Dei de rebus futuris præscientia falli non possit, quasi necessitas rebus afferatur, huic respondendum hoc ipsum a Deo necessario cognosci, nempe illum hominem non necessario nec firmiter velle meliora, aut sic pejora voliturum, ut mutationis in melius incapax futurus sit. Rursus hæc (ait Deus) illo orante faciam, decet enim me, cum nec oraturus sit indigne, neque negligenter circa orationem versaturus. Huic, cum aliquantulum oraverit, *super-* C *abundanter quam petit aut intelligit* [48], illa largiar: decet enim me beneficiis illum vincere et plura tribuere quam petere sit capax. Huic cum talis futurus sit, angelum illum mittam ministrum qui ab hoc tempore saluti ejus collaborare incipiat, et huc usque adsit; illi istum, verbi gratia, illo digniorem, cum ille hoc melior futurus sit. Ab hoc alio qui, postquam se excellentiori tradiderit doctrinæ, fractus erit et recurret ad terrena, optimum illum adjutorem avertam;, quo recedente, ut meruerit, pessima quædam hæcce potestas, nacta occasionem ut ipsius insidietur ignaviæ, prompta aderit et ad illa peccata provocabit, cum se ipse paratum ad peccandum præbuerit. Sic itaque dicturus ille putandus est qui præordinat omnia. D Amos gignet Josiam qui non æmulabitur patris peccata, sed hancce viam ad virtutem ducentem, illorum ope qui ipsi aderunt, nactus, vir bonus erit; qui et altare subvertet a Jeroboam male ædificatum. Judam novi cum inter homines Filius meus versabitur, bonum initio futurum; at perversum iri

[48] Ephes. III, 20.

(52) *Διατάττεται*, etc. Locum integrum sic legit Bentleius: Διατάττεσθαι ἀπὸ τῆς προνοίας τὸ κατ' ἀξίαν παντί τῳ εὔλογον· καὶ τὸ τί εὔξηται· ποίαν διάθεσιν ἔχων ὁ δεῖνα· πῶς πιστεύων· καὶ τί βουλόμενος αὐτῷ γενέσθαι, προκατειλῆφθαι.

(53) *Συνετῶς*. Forte legendum, συνεχῶς.

(54) *Εὔξασθαι*. Lege cum Bentleio, εὔξεσθαι.

(55) *Κατὰ τοῦδε δὲ ἐπακούσομαι*. Scribit Bentleius, κατὰ τήνδε δὲ ἐπακούσομαι.

(56) *Τόνδε τινά*. Sic recte habet codex ms. In quo male legit editor Oxoniensis, τὸν δή τινα.

(57) *Εὐξομένῳ*. Ita hoc loco et infra bis scriptum reperitur in codice manuscripto, in quo male antea lectum est, εὐξαμένῳ.

(58) *Ἐπὶ ποσόν*. Mallet Bentleius, ἐπὶ τόσον.

(59) *Παλινδρομήσοντος*. Male editio Oxoniensis, παλινδρομήσαντος.

(60) *Ἀποστάντος κατ' ἀξίαν αὐτόχειρ ὧν τις*. Legit Bentleius, ἀποστάντος κατ' ἀξίαν αὐτοῦ χείρων τις.

A deinde et in humana decisurum peccata, quem propterea æquum erit talia quædam pati. Hanc præscientiam forte de omnibus, certe de Juda et mysteriis aliis etiam Dei Filius habet, qui rerum futurarum evolutionem perspiciens, videt Judam, et quæ admissurus est peccata; ita ut hæc animo comprehendens, etiam ante natum Judam per Davidem dixerit: *Deus laudem meam ne tacueris* [49], et reliqua. Sciens itaque futura Deus et qualem contentionem habiturus sit ad pietatem Paulus: apud meipsum (inquit) ante initium rerum cum mundi opificium aggrediar, ipsum **209** seligam, et istis hominum salutis adjutricibus, simul ac natus erit, potestatibus commendabo, segregans illum ex utero matris: permittamque initio in juventute zelo cum B ignorantia conjuncto agitatum, pietatis prætextu eos persequi qui in Christum meum crediderint, et custodire vestimenta lapidantium servum meum et testem Stephanum [50]; ut post juvenilem petulantiam, deinceps occasione capta in meliora mutatus non glorietur coram me, sed dicat: *Non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei* [51]; sentiensque futura in eum beneficia mea post suos in juventute pietatis specie lapsus, addat: *gratia autem Dei sum id quod sum* [52]; prohibitusque conscientia eorum quæ cum adhuc juvenis esset, adversus Christum patravit, non extollatur magnitudine revelationum quas meo beneficio accepturus est [53].

δαν, ἐπιδημήσαντός μου τοῦ Υἱοῦ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς ἐσόμενον καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ὕστερον δὲ ἐκτραπησόμενον καὶ εἰς τὰ ἀνθρώπινα ἁμαρτήματα ἐκπεσούμενον· ὅντινα ἐπὶ τούτοις εὔλογον ἔσται παθεῖν τάδε τινά. Ἡ δὲ πρόγνωσις αὕτη τάχα μὲν ἐπὶ πάντων, πάντως δὲ ἐπὶ Ἰούδα καὶ ἑτέρων μυστηρίων, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ γίνεται, ἑωρακότι τῇ κατανοήσει τοῦ ἐξελεγμοῦ (61) τῶν ἐσομένων τὸν Ἰούδαν καὶ τὰ ἁμαρτήματα τὰ ἁμαρτηθησόμενα αὐτῷ ὥστε μετὰ καταλήψεως αὐτὸν καὶ πρὶν γενέσθαι τὸν Ἰούδαν διὰ τοῦ Δαυὶδ εἰρηκέναι· *Ὁ Θεὸς τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰδὼς δὲ τὰ μέλλοντα, καὶ ὁποῖον τόνον ἕξει πρὸς τὴν θεοσέβειαν ὁ Παῦλος· ἐν ἐμαυτῷ μὲν πρὶν κτίσαι τὸν κόσμον ἐπιβαλλόμενος τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας αὐτὸν ἐπιλέξομαι· καὶ ταῖσδε συνεργούσαις ἀνθρώπων σωτηρίᾳ δυνάμεσιν ἅμα τῷ γεννηθῆναι παραθήσομαι, ἀφορίζων αὐτὸν ἐκ κοιλίας μητρὸς, καὶ ἐπιτρέπων κατὰ τὰς ἀρχὰς, ἐν νεότητι, ζήλῳ μετὰ ἀγνοίας ἐγγινομένῳ, προφάσει θεοσεβείας διώκειν τοὺς εἰς τὸν Χριστόν μου πεπιστευκότας, καὶ τηρεῖν τὰ ἱμάτια τῶν λιθοβολούντων τὸν θεραπευτήν μου καὶ μάρτυρα Στέφανον· ἵνα νεανιευσάμενος, ὕστερον ἀφορμῆς λαβόμενος καὶ μεταβαλλόμενος ἐπὶ τὰ βέλτιστα, μὴ καυχήσηται ἐνώπιον ἐμοῦ, ἀλλὰ λέγει (62)· *Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, διότι ἐδίωξα τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ*· καὶ αἰσθόμενος τῆς ἐσομένης μου εἰς αὐτὸν εὐεργεσίας μετὰ τὰ ἐν νεότητι προφάσει θεοσεβείας πταίσματα, εἴπῃ (63)· *Χάριτι δὲ Θεοῦ εἰμι ὅ εἰμι*· καὶ κωλυόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ συνειδότος διὰ τὰ ὑπὸ νεανίου αὐτοῦ ἔτι τυγχάνοντος πεπραγμένα κατὰ Χριστοῦ, οὐχ ὑπερεπαρθήσεται τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἐπ' εὐεργεσίᾳ φανερωθησομένων αὐτῷ ἀποκαλύψεων.

C 7. Ad ea autem quæ objecta sunt de oratione ut sol oriatur, hæc dicenda. Est suum et soli arbitrium, quandoquidem ipse Deum cum luna laudat. Ait enim: *Laudate eum, sol et luna* [54]. Sic et arbitrium lunam et consequenter stellas omnes habere manifestum est: *Laudate* enim *eum, stellæ et lumen*. Ut igitur diximus nostro singulorum qui in terra versamur arbitrio uti Deum, et in aliquam terrenarum rerum utilitatem convenienter illa ordinasse, sic etiam existimandum est, arbitrio solis et lunæ et siderum, necessario illo et firmo et stabili et sapiente usum, ordinasse ornatum omnem cœli congruentesque universo siderum conversiones. Quod si de iis quæ a nostro arbitrio pendent, non frustra oro, multo minus de iis quæ in arbitrio sunt cœlestium D illorum siderum quorum ordinatus cursus rebus utilis est universis. Quanquam de terrenis quidem rebus dici potest, certas quasdam a circumstantibus species immitti quæ provocent id quod in nobis infirmum est, aut pronum ad deteriora, ut hæc vel

Καὶ πρὸς τὸ περὶ τῆς ἐπὶ τῷ ἀνατέλλειν (64) τὸν ἥλιον εὐχῆς ταῦτα λεκτέον· ἔστι τι καὶ τοῦ ἡλίου ἐφ' ἡμῖν, καὶ αὐτοῦ αἰνοῦντος μετὰ τῆς σελήνης τὸν Θεόν· *Αἰνεῖτε γὰρ αὐτὸν*, φησὶν, *ἥλιος καὶ σελήνη*. Δῆλον δ' ὅτι καὶ τῆς σελήνης καὶ ἀκολούθως πάντων τῶν ἀστέρων· *Αἰνεῖτε γὰρ αὐτὸν πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς*. Ὥσπερ οὖν εἰρήκαμεν τὸ ἐφ' ἡμῖν (65) ἑκάστου τῶν ἐπὶ γῆς καταχρώμενον τὸν Θεὸν, εἴς τινα χρείαν τῶν ἐπὶ γῆς κατατεταχέναι εἰς δέον αὐτά· οὕτως ὑποληπτέον τῷ ἐφ' ἡμῖν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων, ἀραρότι καὶ βεβαίῳ ὄντι καὶ σταθηρῷ καὶ σοφῷ, διατεταχέναι πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὴν τῶν ἄστρων ἁρμονίως (66) τῷ παντὶ πορείαν καὶ κίνησιν. Καὶ εἰ περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἑτέρου (67) μὴ μάτην εὔχομαι, πολλῷ πλέον περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν τῶν ἐν οὐρανῷ σωτηρίως τῷ παντὶ χορευόντων ἀστέρων· καίτοιγε ἔστιν εἰπεῖν περὶ τῶν ἐπὶ γῆς ὅτι τοιαίδε τινὲς προγενόμεναι (68) ἐκ τῶν περιεστώτων φαντασίαι προκαλοῦνται τὸ ἀβέβαιον ἡμῶν, ἢ τὸ ἐπὶ τὸ κρεῖττον (69) ῥεπτικὸν ἡμῶν πρὸς

[49] Psalm. CVIII, 1. [50] Act. XXII, 20. [51] I Cor. XV, 9. [52] Ibid., 10. [53] II Cor. XII, 7. [54] Psal. CXLVIII, 3.

(61) *Ἐξελεγμοῦ*. Idem legit, ἐξελιγμοῦ.
(62) *Λέγει*. Legit Bentleius, λέγῃ.
(63) *Εἴπῃ*. Sic habet codex ms. Male autem editio Oxoniensis, εἶπε.
(64) *Ἐπὶ τῷ ἀνατέλλειν*. Sic codex ms. Male vero editio Oxon., ἐπὶ τὸ ἀνατέλλειν. Quod autem subjicit Origenes de solis et aliarum stellarum libero arbitrio, id non discrepat ab ejus sententia qua soli, lunæ stellisque omnibus animam rationalem tribuit. Vide *Origenianorum* lib. II, q. 8.
(65) *Τὸ ἐφ' ἡμῖν*. Legit Bentleius, τῷ ἐφ' ἡμῖν.
(66) *Ἁρμονίως*. Idem legit, ἁρμοδίως.
(67) *Ἑτέρου*. Idem legit, ἡμετέρου.
(68) *Προγενόμεναι*. Idem legit, παραγενόμεναι.
(69) *Ἐπὶ τὸ κρεῖττον*. Idem legit ἐπὶ τὸ χεῖρον.

τὸ ποιῆσαι ἢ εἰπεῖν τάδε τινά, ἢ τάδε· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν οὐρανῷ ποία δύναται ἐγγενομένη φαντασία ἐκστῆσαι καὶ μετακινῆσαι ἀπὸ τῆς ὠφελίμου τῷ κόσμῳ πορείας; ἕκαστον τῶν τοιαύτην (70) ψυχὴν ὑπὸ λόγου κατηρτισμένην καὶ περὶ τὴν αὐτῶν αἰτίαν ἐχόντων, καὶ τοιούτῳ σώματι αἰθερίῳ καὶ καθαρωτάτῳ χρωμένων.

Ἔτι δὲ οὐκ ἄλογον καὶ τοιούτῳ τινὶ παραδείγματι χρήσασθαι πρὸς τὸ προτρέψασθαι ἐπὶ τὸ εὔξασθαι καὶ ἀποτρέψασθαι τοῦ ἀμελεῖν τὴν εὐχήν (71). Ὥσπερ οὐκ ἔστι παιδοποιήσασθαι χωρὶς γυναικὸς καὶ τῆς εἰς παιδοποιίαν χρησίμου παραλαμβανομένης ἐνεργείας· οὕτως τῶνδε τινῶν οὐκ ἄν τις τύχοι μὴ οὕτως εὐξάμενος, μετὰ διαθέσεως τοιᾶσδε, πιστεύων οὕτως, οὐ πρὸ τῆς εὐχῆς τόνδε βιώσας τὸν τρόπον. B Οὐ βαττολογητέον οὖν, οὐδὲ μικρὰ αἰτητέον, οὐδὲ περὶ ἐπιγείων προσευκτέον, οὐδὲ μετὰ ὀργῆς καὶ τεταραγμένων λογισμῶν ἐπὶ τὴν προσευχὴν ἐλθετέον· ἀλλ' οὐδὲ χωρὶς καθαρεύσεως ἔστιν ἐπινοῆσαι γινομένην τῇ προσευχῇ σχολήν· ἀλλ' οὐδὲ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων οἷόν τε τυχεῖν τὸν εὐχόμενον, μὴ ἀπὸ τῆς καρδίας ἀφιέντα τῷ πεπλημμεληκότι καὶ συγγνώμης τυχεῖν ἀξιοῦντι ἀδελφῷ. Ὠφέλειαν δὲ ἐγγίνεσθαι τῷ ὃν δεῖ τρόπον εὐχομένῳ, ἢ ἐπὶ τοῦτο κατὰ τὸ δυνατὸν ἐπειγομένῳ, πολλαχῶς ἡγοῦμαι συμβαίνειν. Καὶ πρῶτόν γε πάντως ὠνατό τι ὁ πρὸς τὸ εὔξασθαι (72) ταθεὶς κατὰ τὸν νοῦν, δι' αὐτῆς τῆς ἐν τῷ εὔχεσθαι καταστάσεως Θεῷ παρεστάναι ἑαυτὸν καὶ ἐκείνῳ λέγειν σχηματίσας, ὡς ἐφορῶντι καὶ παρόντι· ὥσπερ C γὰρ αἱ τοιαίδε φαντασίαι καὶ ὑπομνήσεις, τῶνδέ τινων περὶ τὰ ὧν γεγόνασιν αἱ ὑπομνήσεις, μολύνουσι τοὺς λογισμοὺς τοὺς ἐν ταῖσδε ταῖς φαντασίαις γεγενημένους· τὸν αὐτὸν τρόπον πιστέον, ὀνησιφόρον εἶναι μνήμην πεπιστευμένου (73) τοῦ Θεοῦ, καὶ κατανοοῦντος τὰ ἐν τῷ ἀδύτῳ τῆς ψυχῆς κινήματα· ῥυθμιζούσης ἑαυτὴν ἀρέσκειν ὡς παρόντι καὶ ἐποπτεύοντι καὶ φθάνοντι ἐπὶ πάντα νοῦν, τῷ ἐτάζοντι καρδίας καὶ ἐρευνῶντι νεφρούς. Ἵνα γὰρ καθ' ὑπόθεσιν μηδεμία ἔτι παρὰ ταύτην ὠφέλεια γένηται τῷ καταστήσαντι αὐτοῦ τὸν λογισμὸν εἰς τὸ εὔχεσθαι, οὐ τὸ τυχὸν ἐννοητέον λαβεῖν τὸν οὕτως εὐλαβῶς ἑαυτὸν ῥυθμίσαντα ἐν τῷ τῆς εὐχῆς καιρῷ. Τοῦτο δὲ γινόμενον πολλάκις ὅσων ἀφίστησιν ἁμαρτημάτων, καὶ D ἐφ' ὅσα φέρει τῶν κατορθωμάτων, ἴσασι τῇ πείρᾳ οἱ συνεχέστερον τῷ εὔχεσθαι ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότες. Εἰ γὰρ ὑπόμνησις καὶ ἀναπόλησις ἐλλογίμου ἀνδρὸς καὶ ὠφελημένου ἐν σοφίᾳ, ἐπὶ ζῆλον ἡμᾶς αὐτοῦ προκαλεῖται, καὶ πολλάκις ἐμποδίζει ὁρμὰς τὰς ἐπὶ τὸ χεῖρον· πόσῳ πλέον Θεοῦ τοῦ τῶν ὅλων Πατρὸς ὑπόμνησις μετὰ τῆς πρὸς αὐτὸν εὐχῆς ὀνίνησι τοὺς πείσαντας ἑαυτούς, ὅτι παρόντι καὶ ἀκούοντι παρεστήκασι καὶ λέγουσι Θεῷ.

Κατασκευαστέον δὲ ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν τὰ εἰρημένα, τοῦτον τὸν τρόπον· ἐπαίρειν δεῖ ὁσίας (74) χεῖρας τὸν εὐχόμενον, διὰ τοῦ ἀφιέναι ἑκάστῳ τῶν

A illa dicamus aut faciamus; in cœlestibus vero quænam potest immissa species ab eo cursu qui mundo utilis est avertere ac dimovere? cum singula etiam citra harumce specierum causam ejusmodi animam habeant ratione compositam, et ejusmodi corpore æthereo purissimoque utantur.

8. Præterea non absurdum erit uti hujusmodi quodam exemplo ut homines ad orandum impellamus, et avertamus ab oratione negligenda. Ut liberi procreari non **210** possunt nisi adhibita muliere eoque actu qui ad eam rem utilis est; sic ille aliquis hæc vel illa non accipiet nisi sic oraverit hoc affectus modo, hac fide, et nisi hanc ante orationem vitam duxerit. Itaque non est multum loquendum, non exigua petenda, nec de terrenis rogandum, nec cum ira aut animo perturbato ad orationem accedendum. Sed neque sine puritate intelligere licet quomodo quis orationi vacare possit, nec remissionem peccatorum potest orans consequi nisi ex corde remiserit fratri illatæ veniam injuriæ postulanti. Jam quod orantem eo quo oportet modo vel ad id pro viribus properantem adjuvet, multis arbitror modis evenire posse. Ac primum quidem omnino utile erit si quis ad orandum mente intentus, per ipsum quem inter orandum habebit statum ita se composuerit quasi qui Deo astet et cum ipso loquatur tanquam inspiciente ac præsente. Sicut enim certæ quædam imagines rerum memoria repetitæ eas inquinant cogitationes quæ oboriuntur cum illæ species animo obversantur, eodem modo credibile est utilem esse recordationem Dei qui præsens est, quique motus animæ omnes etiam penitissimos deprehendit: dum se illa componit, ut tanquam præsenti, inspicienti, et ad omnem mentem pervenienti placeat ei qui examinat corda et scrutatur renes. Ut enim supponamus nullam aliam utilitatem accessuram ei qui sic mentem ad orationem composuerit, non modicum fructum capere intelligendus est qui ipso orationis tempore ita se pie composuerit. Hoc vero si frequenter fiat, quot a peccatis avertat, quot ad virtutes impellat, experientia norunt ii qui orationi se assidue dediderunt. Si enim cordati sapientisque viri recordari ejusque speciem mente revolvere, æmulatione nos provocat, nostrosque in deteriora impetus sæpe retardat: quanto magis Dei omnium parentis orationi conjuncta recordatio eos adjuvat qui sibi persuaserunt præsenti se ac audienti Deo et astare et loqui.

9. Verum ea quæ dicta sunt, divinis Scripturis probanda sunt hoc modo: oportet orantem levare puras manus, acceptas omnibus injurias remittendo,

(70) *Ἕκαστον τῶν τοιαύτην*. Idem legit, ἑκάστου αὐτῶν τοιαύτην. Paulo post lego, καὶ παρὰ τὴν αὐτῶν αἰτίαν.

(71) *Τὴν εὐχήν*. Idem legit, τῆς εὐχῆς.

(72) *Πρὸς τὸ εὔξασθαι*. Legit Bentleius, πρὸς τῷ εὔξασθαι. Scribendum aliis videtur, πρὸ τοῦ εὔξασθαι.

(73) *Πεπιστευμένου*. Legendum videtur Bentleio, ἐφισταμένου vel ἐπισταμένου.

(74) *Ὁσίας*. Textus vulgatus, ὁσίους.

omnemque ex animo ita perturbationem ejiciendo, ut nemini sit iratus. Item ne alienis cogitationibus mens obfuscetur, oportet orationis tempore eorum omnium oblivisci quæ ab oratione aliena sunt. Quem animi statum quis **211** dubitet felicissimum esse, ut docet Paulus in prima ad Timotheum Epistola dicens : *Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione* [55]. Mulierem præterea, maxime cum orat, oportet compositam et ornatam esse animo et corpore, atque, imprimis cum orat, Deum revereri, ac omnem intemperantem muliebremque recordationem ex animæ præcipua parte expellere ; ornari vero non in tortis crinibus et auro et margaritis aut veste pretiosa, sed quibus decet mulierem pietatem promittentem ornari. Miror autem si quis dubitet beatam vel ex illa sola mentis habitudine prædicare mulierem quæ se talem ad orationem exhibuerit : quod in eadem Epistola docuit Paulus his verbis : *Similiter et mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus aut auro et margaritis et veste pretiosa ; sed quod decet mulieres promittentes pietatem per bona opera* [56]. Quin et David propheta multa alia dicit habere sanctum virum orantem : quæ non importune apponemus, quo magis appareat utilissimus esse, vel si solus adesse intelligatur, habitus et ad orandum apparatus illius qui se totum Deo commiserit. Ait ergo : *Ad te levavi oculos meos qui habitas in cœlis* [57] ; et *Ad te levavi animam meam, Deus* [58]. Cum enim mentis oculi sic elevati sunt ut jam terrenis non immorentur, nec eorum quæ materia constant, speciebus impleantur, suntque adeo sublimes, ut corruptibilia quæque despiciant, eique uni vacent ut Deum cogitent, audientemque reverenter ac modeste alloquantur : quidni plurimum jam profecerint illi oculi, *revelata facie gloriam Domini speculantes et in eamdem imaginem transformati a claritate in claritatem* [59]? Tunc enim divinioris cujusdam effluxum intelligentiæ participant, ut ex his liquet : *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine* [60]. Jam vero anima elevata, Spiritum secuta, a corpore segregata, nec secuta tantum Spiritum, sed et in ipsum mutata (quod illa docent : *Ad te levavi animam meam*), quidni, deposita animæ natura, spiritualis efficiatur? Quod si præclara res est injuriarum oblivio, adeo ut omnis in ea lex quasi compendio contineatur juxta Jeremiam prophetam, cum ait : *Non hæc mandavi patribus vestris exeuntibus de Ægypto, sed hoc mandavi :* **212** *Unusquisque proximo suo in corde injuriam non recordetur* [61] ; ad orationem vero cum injuriarum oblivione acceden-

A εἰς αὐτὸν πεπλημμεληκότων, τὸ τῆς ὀργῆς πάθος ἐξαφανίσαντα ἀπὸ τῆς ψυχῆς καὶ μηδενὶ θυμούμενον· πάλιν τε δεῖ ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐπιθολοῦσθαι τὸν νοῦν ὑπὸ ἑτέρων λογισμῶν, πάντων ἐπιλελῆσθαι τῶν ἔξω τῆς εὐχῆς κατὰ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ τις εὔχεται. Τοιοῦτον δὲ εἶναι, πῶς οὐχ ἔστι μακαριώτατον, ὡς διδάσκει Παῦλος ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Τιμόθεον, λέγων· *Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίας* (75) *χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν.* Ἀλλὰ πρὸς τούτοις τὴν γυναῖκα χρὴ ἔχειν, μάλιστα εὐχομένην, τὸ κατεσταλμένον καὶ τὸ κόσμιον ψυχῇ καὶ σώματι, πάντων μᾶλλον ἐξαιρέτως καὶ ὅτε εὔχεται αἰδουμένην τὸν Θεὸν καὶ πᾶσαν ἀκόλαστον καὶ γυναικείαν ὑπόμνησιν ἐξορίσασαν ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ, καὶ κεκοσμημένην οὐκ ἐν πλέγμασι καὶ
B χρυσῷ ἢ μαργαρίταις ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, ἀλλ' οἷς πρέπον (76) ἐστὶ κεκοσμῆσθαι γυναῖκα θεοσέβειαν ἐπαγγελλομένην. Θαυμάζω δὲ εἰ διστάξαι τις ἂν μακαρίαν ἐκ μόνης τῆς τοιαύτης καταστάσεως ἀποφήνασθαι τὴν εἰς τὸ εὔχεσθαι τοιαύτην ἑαυτὴν παραστήσασαν, ὡς ἐδίδαξεν ἐν τῇ αὐτῇ Ἐπιστολῇ ὁ Παῦλος λέγων· *Γυναῖκας ὡσαύτως ἐν καταστολῇ κοσμίως* (77) *μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς· μὴ ἐν πλέγμασι, καὶ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ· ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν δι' ἔργων ἀγαθῶν.* Καὶ ὁ προφήτης δὲ Δαυὶδ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα φησὶν ἔχειν εὐχόμενον τὸν ἅγιον· καὶ ταῦτα δὲ οὐκ ἀκαίρως παραθετέον, ἵνα φανερὰ ἡμῖν γένηται τὰ
C μέγιστα ὠφελοῦσα, κἂν μόνη νοηθῇ, ἡ σχέσις καὶ εἰς τὸ εὔχεσθαι παρασκευὴ τοῦ ἀνατεθεικότος ἑαυτὸν τῷ Θεῷ. Φησὶν οὖν· *Πρὸς σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ·* καί· *Πρὸς σὲ ἦρα τὴν ψυχήν μου, ὁ Θεός.* Ἐπαιρόμενοι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ διανοητικοῦ ἀπὸ τοῦ προσδιατρίβειν τοῖς γηΐνοις καὶ πληροῦσθαι φαντασίας τῆς ἀπὸ τῶν ὑλικωτέρων, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ὑψούμενοι ὥστε καὶ ὑπερκύπτειν τὰ γεννητὰ καὶ πρὸς μόνῳ τῷ ἐννοεῖν τὸν Θεὸν, κἀκείνῳ σεμνῶς καὶ πρεπόντως τῷ ἀκούοντι ὁμιλεῖν γίνεσθαι, πῶς οὐχὶ τὰ μέγιστα ἤδη ὤνησαν αὐτοὺς τοὺς ὀφθαλμοὺς (78) *ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζομένους, καὶ τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφουμένην* (79) *ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν;* ἀπορροῆς γὰρ νοητοῦ τινος θειοτέρου μεταλαμ-
D βάνουσι τότε· ὅπερ δηλοῦται ἐκ τοῦ, *Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε.* Καὶ ἡ ψυχὴ δὲ ἐπαιρομένη καὶ τῷ Πνεύματι ἑπομένη, τοῦ τε σώματος χωριζομένη, καὶ οὐ μόνον ἑπομένη τῷ Πνεύματι, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ γινομένη· (ὅπερ δηλοῦται ἐκ τοῦ, *Πρὸς σὲ ἦρα τὴν ψυχήν μου*·) πῶς οὐχὶ ἤδη ἀποτιθεμένη τὸ εἶναι ψυχὴ, πνευματικὴ γίνεται (80) ; Εἰ δὲ μέγιστόν ἐστι κατόρθωμα ἀμνησικακία,

[55] I Tim. II, 8. [56] Ibid. 9, 10. [57] Psal. CXXII, 1. [58] Psal. XXIV, 1. [59] II Cor. III, 18. [60] Psal. IV, 7. [61] Jerem. VII, 22, 23 ; Zach. VII, 9.

(75) *Ὁσίας.* Sic habet codex ms. Editio Oxoniensis, ὁσίους.

(76) *Ἀλλ' οἷς πρέπον.* Ita codex ms. Male vero editio Oxoniensis, ἀλλ' ὡς πρέπον.

(77) *Κοσμίως.* Ita codex ms. Editio autem Oxoniensis, κοσμίῳ.

(78) *Αὐτοὺς τοὺς ὀφθαλμούς.* Bentleius delet τοὺς ὀφθαλμούς, et pro αὐτούς, legit ἑαυτούς.

(79) *Μεταμορφουμένην.* Idem legit, μεταμορφουμένους.

(80) Vide. l. II *Origenian.*, quæst. 6.

ὡς, κατὰ τὸν προφήτην Ἱερεμίαν, πάντα ἀνακεφαλαιοῦσθαι τὸν νόμον ἐν αὐτῷ, λέγοντα· *Οὐ ταῦτα ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν ἐκπορευομένων αὐτῶν ἐκ τῆς Αἰγύπτου· ἀλλὰ τοῦτο ἐνετειλάμην· Ἕκαστος τῷ πλησίον ἐν τῇ καρδίᾳ μὴ μνησικακείτω·* ἀπὸ μνησικακίας (81) δὲ ἥκοντες ἐπὶ τὸ εὔχεσθαι τὴν τοῦ Σωτῆρος φυλάσσομεν ἐντολὴν, λέγοντος· *Ἐὰν στήκητε προσευχόμενοι, ἀφίετε εἴ τι ἔχετε κατά τινος·* δηλονότι (82) τοιοῦτοι ἱστάμενοι πρὸς τὸ εὔξασθαι, τὰ κάλλιστα ἤδη κεκτήμεθα.

Καὶ ταῦτα μὲν ὡς καθ' ὑπόθεσιν εἴρηται, καὶ εἰ μηδὲν ἡμῖν ἐπακολουθήσει εὐχομένοις, ὅτι τὰ κάλλιστα κερδαίνομεν, τὸ καθὸ δεῖ εὔχεσθαι νενοηκότες καὶ κατορθοῦντες· σαφὲς δὲ ὅτι ὁ οὕτως εὐχόμενος ἔτι λαλῶν ἀκούσεται, τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ ἐπακούοντος ἐνορῶν, τὸ *Ἰδοὺ πάρειμι·* πᾶσαν τὴν πρὸς τὴν Πρόνοιαν δυσαρέστησιν πρὶν εὔξασθαι ἀποβεβληκώς. Τοῦτο γάρ ἐστι δηλούμενον ἐκ τοῦ, *Ἐὰν ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον καὶ χειροτονίαν καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ·* τοῦ εὐαρεστουμένου τοῖς γινομένοις, ἐλευθέρου ἀπὸ παντὸς δεσμοῦ γεγενημένου, καὶ μὴ ἀντιχειροτονοῦντος τῷ Θεῷ, ἃ βούλεται πρὸς γυμνάσιον ἡμῶν διατασσομένῳ· ἀλλὰ μηδὲ κατὰ τὸ κρυπτὸν τῶν λογισμῶν γογγύζοντος χωρὶς ἀκουστῆς ἀνθρώποις φωνῆς· ὅντινα γογγυσμὸν, δίκην πονηρῶν οἰκετῶν οὐκ ἐν φανερωτέρῳ αἰτιωμένων τὰς προστάξεις τῶν δεσποτῶν, γογγύζουσιν οἱ μὴ τολμῶντες μὲν φωνῇ καὶ ὅλῃ ψυχῇ κακολογεῖν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τὴν πρόνοιαν· οἱονεὶ δὲ βουλόμενοι καὶ τὸν τῶν ὅλων Κύριον ἐφ' οἷς δυσαρεστοῦνται λαθεῖν. Καὶ οἶμαι τοῦτ' εἶναι καὶ τὸ ἐν Ἰώβ· *Ἐν τούτοις πᾶσι τοῖς συμβεβηκόσιν οὐδὲν ἥμαρτεν Ἰὼβ τοῖς χείλεσιν ἐναντίον τοῦ Θεοῦ·* ἐπὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ πειρασμοῦ ἀναγεγραμμένου· *Ἐν τούτοις πᾶσι τοῖς συμβεβηκόσιν οὐδὲν ἥμαρτεν Ἰὼβ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.* Ὃ δὴ προστάσσων μὴ δεῖν (83) γίνεσθαι ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ὁ λόγος φησί· *Πρόσεχε μήποτε γένηται ῥῆμα κρυπτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἀνόμημα, λέγων, Ἐγγίζει τὸ ἔτος τὸ ἕβδομον*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ τοίνυν οὕτως εὐχόμενος τοσαῦτα προωφεληθεὶς (84) ἐπιτηδειότερος γίνεται ἀνακραθῆναι τῷ *πεπληρωκότι τὴν πᾶσαν οἰκουμένην* (85) *τοῦ Κυρίου Πνεύματι*, καὶ τῷ πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν πεπληρωκότι διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος (86) οὕτως· *Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος;* Ἔτι δὲ (87) διά τε τῆς προειρημένης καθαρεύσεως, καὶ τῆς εὐχῆς τοῦ μέσον καὶ τῶν μὴ γινωσκόντων αὐτὸν ἑστηκότος Λόγου Θεοῦ, οὐδενὸς ἀπολειπομένου τῆς εὐχῆς μεθέξει, συνευχομένου πρὸς τὸν Πατέρα τῷ ὑπ' αὐτοῦ μεσιτευομένῳ· ἀρχιερεὺς γὰρ τῶν προσφορῶν ἡμῶν καὶ πρὸς τὸν Πατέρα παράκλητός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· εὐχόμενος ὑπὲρ τῶν εὐχομένων, καὶ συμπαρακαλῶν τοῖς παρακαλοῦσιν, οὐκ ἂν ὡς ὑπὲρ οἰκείων εὐξάμενος (88) τῶν

A tes custodimus Servatoris præceptum dicentis : *Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis adversus aliquem* [62]; perspicuum est nos quando sic affecti stamus ad orandum, optima jam esse consecutos.

10. Atque hæc ex illa dicta sunt hypothesi etsi nihil aliud ex oratione nostra sequeretur, optima tamen nos lucrari si quomodo oporteat orare intellexerimus, et re adimpleverimus. Manifestum autem est eum qui sic orat, dum adhuc loquitur, exaudientis virtuti attendentem, auditurum esse illud : *Ecce adsum ;* deposita ante orationem omni de providentia anxietate. Hoc enim illa sibi volunt : *Si abstu-* B *leris a te colligationem , et manuum extensionem, et verbum murmurationis* [63]; nam qui omnibus acquiescit quæ fiunt, is ab omni vinculo liber est, nec unquam extendit manus in Deum omnia quæ vult ad nostram exercitationem ordinantem , sed nec occultis quidem cogitationibus murmurat, neque voce quæ ab hominibus audiri possit ; quemadmodum more nequam servorum imperata dominorum non palam incusantium , murmurant ii qui voce et tota anima de his quæ accidunt maledicere providentiæ non audent quidem, sed videntur ipsum etiam omnium Dominum id celare velle quod impatienter ferunt. Et hoc esse puto quod in Job dicitur : *In omnibus his quæ acciderunt ei, nihil peccavit Job labiis coram Domino ;* cum de tentatione quæ præ- C cesserat, scriptum sit : *In omnibus his quæ acciderunt ei, nihil peccavit Job coram Domino* [64]. Præceptum autem quo id fieri vetatur, in Deuteronomio sic ait : *Attende ne fiat verbum occultum in corde tuo iniquitas, dicens, Appropiat annus septimus* [65], et reliqua. Igitur qui sic oraverit, cum tot jam commoda perceperit, magis idoneus fit commisceri *Spiritui Domini qui replevit orbem terrarum* [66]; eique qui terram totam ac cœlum implet et per prophetam sic ait : *Nunquid non cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus* [67]? Præterea per prædictam puritatem etiam particeps erit orationis Verbi Dei quod etiam stat in medio eorum qui ipsum non agnoscunt, nec cujusquam precibus, D deest, et cum eo cujus mediator est, una Patrem orat. Pontifex enim oblationum nostrarum et apud Patrem advocatus est Filius Dei ; orat pro orantibus, exhortatur cum exhortantibus. Non tamen pro his oraverit quasi pro familiaribus qui per ipsum assidue non orant, **213** neque eorum quasi jam suorum patronus erit apud Deum qui non obe-

[62] Marc. XI, 25. [63] Isa. LVIII, 9. [64] Job I, 22 et II, 10. [65] Deut. XV, 9. [66] Sap. I, 7. [67] Jerem. XXIII, 24.

(81) *Ἀπὸ μνησικακίας.* Idem corrigit, ἀπ' ἀμνησικακίας.
(82) *Δηλονότι.* Idem scribit, δῆλον ὅτι.
(83) *Μὴ δεῖν.* Sic optime habet codex ms. ; perperam autem editio Oxoniensis, μηδέν.
(84) *Προωφεληθείς.* Sic habet codex manuscriptus ; editio vero Oxoniensis, προσωφεληθείς.
(85) *Οἰκουμένην.* Lego cum Domino Claudio Fleury, οἰκουμένην.
(86) *Λέγοντος.* Lego cum Bentleio, λέγοντι.
(87) *Ἔτι δέ.* Sic codex ms. Editio autem Oxon., ἔστι δέ.
(88) *Εὐξάμενος.* Legit Bentleius, εὐξόμενος.

diunt præceptis ab ipso traditis, oportere semper A orare et non deficere. Scriptum est enim : *Dicebat autem et parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare et non deficere : Judex quidam erat in quadam civitate* [68], et reliqua. Item in iis quæ præcedunt : *Et ait ad illos : Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, et dicet illi : Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, et non habeo quod ponam ante illum* [69] ? Et paulo post : *Dico vobis, etsi non dabit illi surgens eo quod amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, et dabit illi quotquot habet necessarios* [70]. Ecquis eorum qui ori Christi veracissimo credunt, ad impigre orandum non accendatur his verbis : *Petite et dabitur vobis, omnis enim qui petit accipit* [71] ? Bonus enim Pater B panem vivum petentibus nobis, non autem lapidem quem adversarius vult et Jesu et discipulis ejus cibum fieri, dat iis qui spiritum adoptionis ab ipso acceperunt. *Dat* etiam *Pater bonum datum pluens e cælo petentibus se* [72].

A μὴ δι' αὐτοῦ συνεχέστερον εὐχομένων, οὐδ' ἂν ὡς ὑπὲρ ἤδη ἰδίων παράκλητος ἐσόμενος πρὸς τὸν Θεὸν τῶν μὴ πειθομένων ταῖς εἰς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν διδασκαλίαις· *Ἔλεγε γὰρ*, φησὶ, *παραβολὴν πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν· Κριτής τις ἦν ἔν τινι πόλει*, καὶ τὰ ἑξῆς· Καὶ ἐν τοῖς πρὸ τούτων· *Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονύκτιον* (89), *καὶ εἴπῃ αὐτῷ· Φίλε, χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους, ἐπειδὴ φίλος μου παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ πρὸς μὲ, καὶ οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω αὐτῷ·* καὶ μετ' ὀλίγα· *Λέγω ὑμῖν εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστὰς, διὰ τὸ εἶναι φίλον αὐτοῦ, διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ, ἐγερθεὶς, δώσει αὐτῷ, ὅσων χρῄζει*. Τίς δὲ μὴ προτραπῇ τῶν τῷ ἀψευδεῖ στό- B ματι πιστευόντων Ἰησοῦ, ἀόκνως εὔχεσθαι, λέγοντος· *Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει* ; ἐπεὶ ὁ χρηστὸς Πατὴρ τὸν ζῶντα ἄρτον αἰτούντων ἡμῶν αὐτὸν, οὐχ ὃν βούλεται λίθον τροφὴν γενέσθαι τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ ἀντικείμενος, δίδωσι τοῖς τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας εἰληφόσιν ἀπὸ τοῦ Πατρός· καὶ *δίδωσιν ὁ Πατὴρ τὸ ἀγαθὸν δόμα ὕων ἐξ οὐρανοῦ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν* (90).

11. Neque vero pontifex solus orat cum rite orantibus, sed et angeli qui magis gaudent *in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente quam super nonaginta novem justis qui non indigent pœnitentia* [73]; sanctorum item qui jam dormierunt animæ. Quæ inde patent quod Raphael obtulerit Deo rationabile obsequium Tobiæ et Saræ. (Nam post utriusque orationem *exaudita est*, inquit Scriptura, *deprecatio utrorumque coram gloria magni Raphael, et missus est ad sanandum ambos* [74]. Quin et ipse Raphael cum aperit quid ex mandato Dei erga utrumque tanquam angelus præstiterit, ait : *Et nunc quando orasti tu et nurus tua Sara, ego obtuli memoriale orationis vestræ coram Sancto*. Et post pauca: *Ego sum Raphael unus ex septem angelis qui offerunt orationes sanctorum et ingrediuntur in conspectu gloriæ Sancti* [75]. Itaque juxta Raphaelis sermonem : *Bonum oratio cum jejunio et eleemosyna et justitia* [76].) Item quod Jeremias, ut in Machabæorum libris habetur, *apparuerit canitie et gloria eximius ita ut mirabilis quædam et maximi decoris fuerit præstantia circa illum ; extenderitque dexteram et dederit Judæ gladium aureum* [77] ; de quo testatus est alius sanctus qui ante obierat : *Hic est qui multum* 214 *orat pro populo et sancta civitate, Jeremias propheta*

Οὐ μόνος δὲ ὁ ἀρχιερεὺς τοῖς γνησίως εὐχομένοις συνεύχεται, ἀλλὰ καὶ οἱ *ἐν οὐρανῷ χαίροντες ἄγγελοι ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐνενήκοντα ἐννέα δικαίοις, οἳ οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας*· αἵ τε τῶν προκεκοιμημένων ἁγίων ψυχαί (91)· ἅτινα δηλοῦται, Ῥαφαὴλ μὲν προσφέροντος περὶ Τωβὴτ καὶ Σάῤῥας λογικὴν ἱερουργίαν τῷ C Θεῷ· — μετὰ γὰρ τὴν εὐχὴν ἀμφοτέρων *εἰσηκούσθη*, φησὶν ἡ Γραφὴ, *προσευχὴ ἀμφοτέρων ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Ῥαφαὴλ, καὶ ἀπεστάλη* (92) *ἰάσασθαι τοὺς δύο*. Καὶ αὐτὸς δὲ Ῥαφαὴλ, φανερῶν ἑαυτοῦ ὡς ἀγγέλου τὴν κατὰ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀμφοτέρους οἰκονομίαν, φησί· *Καὶ νῦν ὅτι προσηύξω* (93) *σὺ καὶ ἡ νύμφη σου Σάῤῥα, ἐγὼ προσήγαγον τὸ μνημόσυνον τῆς προσευχῆς ὑμῶν ἐνώπιον τοῦ Ἁγίου*· καὶ μετ' ὀλίγα· *Ἐγώ εἰμι Ῥαφαὴλ εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων οἳ προσαναφέρουσι* (94) *καὶ εἰσπορεύονται ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ Ἁγίου*. Κατὰ τὸν λόγον γοῦν τοῦ Ῥαφαὴλ, *ἀγαθὸν προσευχὴ μετὰ νηστείας καὶ ἐλεημοσύνης καὶ δικαιοσύνης*· — Ἱερεμίου δὲ, ὡς ἐν τοῖς *Μακκαβαϊκοῖς, ἐπιφαινομένου πολιᾷ καὶ δόξῃ διαφέροντος*, D *ὡς θαυμαστήν τινα καὶ μεγαλοπρεπεστάτην εἶναι τὴν περὶ αὐτὸν ὑπεροχήν· καὶ προτείνοντος*

[68] Luc. XVIII, 1. [69] Luc. XI, 5, 6. [70] Ibid., 8. [71] Ibid., 9. [72] Ibid., 13. [73] Luc. XV, 7. [74] Tob. III, 24. [75] Tob. XII, 12, 15. [76] Ibid., 8. [77] II Mac. XV, 13.

(89) *Μεσονύκτιον*. Sic recte codex ms. Male vero ed. Oxon., μεσονυκτίου.

(90) *Δίδωσιν ὁ Πατὴρ τὸ ἀγαθὸν δόμα ὕων ἐξ οὐρανοῦ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν*. Sic habet codex ms. Editio autem Oxoniensis, δίδωσιν ὁ Πατὴρ ὑμῶν ἐξ οὐρανοῦ τὸ ἀγαθὸν δόμα τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν. Textus Vulgatus apud Lucam XI, 13, habet, ὁ Πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει Πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν.

(91) *Αἵ τε τῶν προκεκοιμημένων ἁγίων ψυχαί*. Hæc quæ hoc loco exhibet codex manuscriptus, perperam ab editore Oxoniensi rejecta sunt infra post Scripturæ locum Tob. XII, 8, ante istas voces, Ἱερεμίου δὲ ὡς ἐν τοῖς *Μακκαβαϊκοῖς*.

(92) *Τοῦ μεγάλου Ῥαφαὴλ, καὶ ἀπεστάλη*. Sic codex ms. Forte legendum, τοῦ μεγάλου· καὶ Ῥαφαὴλ ἀπεστάλη.

(93) *Ὅτι προσηύξω*. Lego, ὅτε προσηύξω.

(94) *Προσαναφέρουσι*. Ex vulgato Tobiæ textu Græco addendum est, τὰς προσευχὰς τῶν ἁγίων, quod omissum est in Origenis codice manuscripto.

τὴν δεξιὰν, παραδιδόντος τε τῷ Ἰούδᾳ ῥομφαίαν A χρυσῆν· ᾧ ἐμαρτύρει ἄλλος ἅγιος προκεκοιμηνένος, λέγων· *Οὗτός ἐστιν ὁ προσευχόμενος πολλὰ περὶ τοῦ λαοῦ, καὶ τῆς ἁγίας πόλεως, Ἱερεμίας ὁ τοῦ Θεοῦ προφήτης.* Καὶ γὰρ ἄτοπον, τῆς γνώσεως δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι (95) ἐπὶ τοῦ παρόντος τοῖς ἀξίοις φανερουμένης, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἀποκαλυπτομένης, μὴ τὸ ἀνάλογον καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν νοεῖν, τότε κυρίως τῶν προπαρασκευασαμένων ἐν τῷ βίῳ τούτῳ τελειουμένων. Μία δὲ κυριωτάτων ἀρετῶν κατὰ τὸν θεῖον λόγον ἐστὶν ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη, ἣν πολλῷ μᾶλλον προσεῖναι τοῖς προκεκοιμημένοις ἁγίοις πρὸς τοὺς ἐν βίῳ ἀγωνιζομένους, ἀναγκαῖον νοεῖν, παρὰ τοὺς ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ τυγχάνοντας, καὶ συναγωνιζομένους τοῖς ὑποδεεστέροις· οὐ μόνον ἐνταῦθα τοῦ, B *Εἰ πάσχει μέλος ἕν, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη, καὶ εἰ δοξάζεται μέλος ἕν, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη*, τοῖς φιλαδέλφοις ἐγγινομένου· πρέπον γάρ ἐστι καὶ τῇ τῶν ἔξω τῆς παρούσης ζωῆς ἀγάπῃ λέγειν (96)· *Ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν· Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; Τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι*; Καὶ ταῦτα τοῦ Χριστοῦ ὁμολογοῦντος καθ' ἕκαστον τῶν ἀσθενούντων ἁγίων ἀσθενεῖν· ὁμοίως καὶ ἐν φυλακῇ εἶναι, καὶ γυμνιτεύειν, ξενιτεύειν τε καὶ πεινᾷν, καὶ διψᾷν· τίς γὰρ ἀγνοεῖ τῶν ἐντυγχανόντων τῷ Εὐαγγελίῳ τῇ ἐφ' ἑαυτὸν ἀναφορᾷ τῶν συμβαινόντων τοῖς πιστεύουσι λογιζόμενον τὸν Χριστὸν ἴδια εἶναι παθήματα; Οἱ δὲ *ἄγγελοι* (97) *τοῦ Θεοῦ προσελθόντες τῷ Ἰησοῦ διηκόνουν* C *αὐτῷ*, καὶ μὴ πρέπον ἐστὶν ἡμᾶς πρὸς ὀλίγον νοεῖν γεγονέναι τὴν τῶν ἀγγέλων πρὸς τὸν Ἰησοῦν διακονίαν, τῆς σωματικῆς αὐτοῦ παρὰ ἀνθρώποις ἐπιδημίας, καὶ αὐτοῦ ἔτι ἐν μέσῳ τῶν πιστευόντων οὐχ ὡς ἀνακειμένου, ἀλλ' ὡς διακονοῦντος· πόσους (98) εἰκὸς ἀγγέλους, διακονοῦντας τῷ Ἰησοῦ βουλομένῳ συνάγειν τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ κατὰ ἕνα ἕνα καὶ ἀθροίζειν τοὺς ἀπὸ τῆς διασπορᾶς, τούς τε φοβουμένους καὶ ἐπικαλουμένους σώζοντι, μᾶλλον τῶν ἀποστόλων συνεργεῖν τῇ αὐξήσει καὶ τῷ πληθυσμῷ τῆς Ἐκκλησίας, ὡς καὶ προεστῶτάς τινας τῶν Ἐκκλησιῶν ἀγγέλους λέγεσθαι παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἐν τῇ *Ἀποκαλύψει*; Οὐ γὰρ μάτην οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνουσι καὶ καταβαίνουσι ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ὁρώμενοι τοῖς τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως πεφωτισμένοις ὀφθαλμοῖς. D Καὶ παρ' αὐτὸν οὖν τὸν καιρὸν τῆς εὐχῆς ὑπομιμνησκόμενοι ὑπὸ τοῦ εὐχομένου ὧν δεῖται ὁ εὐχόμενος, ἃ δύνανται ὡς καθολικὴν εἰληφότες ἐντολὴν ἐπιτελοῦσι. Χρηστέον δὴ εἰκόνι τινὶ τοιαύτῃ εἰς τὸν λόγον τοῦτον πρὸς τὸ παραδέξασθαι (99) τὸ νενοημένον ἡμῖν. Παρέστω τις ἰατρὸς δικαιοσύνης πεφροντικὼς εὐχο-

Dei [78]. Etenim absurdum est cum in hac vita per speculum tantum et in ænigmate sancti videant, in futura autem facie ad faciem sint visuri, non idem proportione quadam de reliquis existimare virtutibus, maxime cum ibi perficiantur quæ comparantur in hac vita. Una autem e præcipuis virtutibus juxta divinum sermonem est charitas in proximum, quam ii qui jam dormierunt sancti multo magis in eos qui in vita militant, habere putandi sunt, quam ii qui etiamnum in humana sunt infirmitate imbecilliorumque pugnam adjuvant; neque enim hic tantum illud per fraternam charitatem impletur: *Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra* [79]; nam et eorum decet charitatem B qui ex hac vita excesserunt dicere: *Sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror* [80]? maxime cum Christus professus sit in quolibet se sanctorum infirmo infirmum esse; pariterque et in carcere esse et nudum et hospitem et esurire et sitire. Quis enim ignorat, qui modo Evangelium legerit, ad se referre Christum quæ credentibus accidunt et propria reputare? Si *angeli* Dei *accesserunt* ad Jesum, *et ministrabant ei* [81]; nec hoc ministerium ad breve tempus corporeæ Christi inter homines conversationis, et cum adhuc erat in medio credentium, non ut recumbens, sed ut ministrans [82], angelos præstitisse putandum est: quot angelos ve- C risimile est ipsi colligere filios Israel singillatim volenti et eos congregare qui ex dispersione sunt, servantique timentes atque invocantes, ministrare et amplius etiam quam apostolos collaborare augendæ Ecclesiæ et multiplicandæ; adeo ut angelos Ecclesiis quosdam præesse Joannes in Apocalypsi dicat [83]? Neque enim frustra angeli Dei ascendunt et descendunt super Filium hominis [84], illustratis scientiæ luce oculis perspicui. Illi igitur ipso orationis tempore, ab eo qui orat quibus ipse indigeat admoniti, quæ possunt, veluti generali accepto mandato, perficiunt. Utendum etiam ejusmodi similitudine quo demonstretur magis quid intelligamus. Fingamus ægroto pro salute deprecanti medicum adesse justitiæ studiosum: scientem etiam quo pacto D mederi oporteat morbo, cujus causa ille **215** fundit preces. Perspicuum est eum ad illum qui orat sanandum impulsum iri, suspicantem forte non vane, hoc ipsum Deo in animo esse, cum illius preces exaudierit qui a morbo liberari postulat. Aut eorum aliquis qui rebus ad vitam necessariis abundant, isque liberalis, pauperis orationem audiat

[78] II Mac. xv, 14. [79] I Cor. xii, 26. [80] II Cor. xi, 28. [81] Matth. iv, 11. [82] Luc. xxii, 27. [83] Apoc. i, 20 et ii 1. [84] Joan. i, 32.

(95) *Αἰνίγματι.* Sic habet codex ms. Editio autem Oxoniensis, αἰνίγμασι. Ibidem τοῖς ἀξίοις, Dominus Claudius Fleury legebat, τοῖς ἁγίοις.

(96) Post verbum λέγειν, editio Oxoniensis intra uncos habet, ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν. Sed illud cum absit ab Origenis codice manuscripto, e textu expunximus.

(97) *Οἱ δὲ ἄγγελοι.* Lego cum Bentleio, εἰ δὲ ἄγγελοι.

(98) *Πόσους.* Sic recte habet codex ms.; perperam vero editio Oxoniensis, πόσῳ.

(99) *Παραδέξασθαι.* Ita quidem scriptum est in codice manuscripto, sed sensus postulat, παραδείξασθαι, ut scripsit editor Oxoniensis.

Deum pro iis quibus indiget deprecantis; hunc etiam manifestum est votum pauperis impleturum quasi paternæ divinæ voluntatis ministrum. Deus enim est qui orationis tempore utrumque in eumdem adduxit locum et qui orat, et qui præbere potest nec præ animi liberalitate valet harum rerum indigentem contemnere. Ut igitur hæc cum fiunt, non casu fieri putanda sunt, cum is cui sanctorum *capilli capitis omnes numerati sunt* [85], ad ipsum orationis tempus apte conjungat attentumque præbeat egenti fideliterque deprecanti eum qui sui minister beneficii futurus sit; sic existimandum est conjungi aliquando inspectores Deique ministros angelos et præsentes effici huic alicui oranti, ut in ea conspirent quæ qui orat postulaverit. Sed et uniuscujusque angelus, etiam eorum qui in Ecclesia pusilli sunt, *semper videns faciem Patris qui in cœlis est* [86], Deique conditoris nostri divinitatem inspiciens, orat nobiscum et iis quæ petimus quantum potest fieri collaborat.

A μένῳ κάμνοντι περὶ τῆς ὑγείας, ἐπιστήμην ἔχων τοῦ ὃν δεῖ τρόπον θεραπεῦσαι, περὶ οὗ ὁ δεῖνα ἀναφέρει τὴν εὐχὴν νοσήματος. Φανερὸν δὴ, ὅτι κινηθήσεται οὗτος πρὸς τὸ ἰάσασθαι τὸν εὐξάμενον, τάχα οὐ μάτην ὑπολαβὼν ὅτι τοῦτ' αὐτὸ γέγονεν ἐν νῷ τοῦ Θεοῦ ἐπακούσαντος τῆς εὐχῆς τοῦ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς νόσου γενέσθαι αὐτῷ εὐξαμένου. Ἢ τῶν κεκτημένων τις τὰ τῆς τοῦ βίου χρείας ἐπὶ πλεῖον καὶ κοινωνικὸς ἀκουέτω εὐχῆς πένητος καὶ περὶ τῶν χρειῶν ἀναφέροντος ἔντευξιν τῷ Θεῷ· δῆλον δὴ, ὅτι καὶ οὗτος τὰ τῆς εὐχῆς ἐκπληρώσει τῷ πένητι, ὑπηρέτης γινόμενος τῆς πατρικῆς βουλῆς, συναγαγόντος (1) κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εὐχῆς τὸν παρασχεῖν δυνάμενον ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῷ εὐξομένῳ (2), διά τε τὸ δεξιὸν τῆς προαιρέσεως μὴ δυνάμενον παρορᾷν τὸν δεδεημένον τῶνδε
B τινῶν. Ὥσπερ οὖν ταῦτα οὐ κατὰ συντυχίαν νομιστέον γίνεσθαι ὅτε γίνεται· *τοῦ ἠριθμηκότος* (3) *πάσας τὰς τρίχας τῆς* τῶν ἁγίων *κεφαλῆς* ἁρμονίως (4) συναγαγόντος παρὰ τὸν καιρὸν τῆς εὐχῆς τὸν ὑπηρέτην ἐσόμενον τῷ δεομένῳ τῆς εὐποιΐας τῆς ἀπ' αὐτοῦ, εἰσακούοντα τῷ πιστῶς δεδεημένῳ (5)· οὕτως ὑποληπτέον συνάγεσθαί ποτε τῶν ἐπισκοπούντων καὶ λειτουργούντων τῷ Θεῷ ἀγγέλων παρουσίαν τῷ δέ τινι τῶν εὐχομένων, ἵνα συμπνεύσωσιν οἷς ὁ εὐχόμενος ἠξίωσεν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἑκάστου ἄγγελος, καὶ τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μικρῶν, διαπαντὸς βλέπων τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἐνορῶν τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς τὴν θειότητα, συνεύχεταί τε ἡμῖν καὶ συμπράττει ἐν οἷς δυνατόν ἐστι περὶ ὧν εὐχόμεθα.

12. Præter hæc quæ virtute plena sunt, arbitror ipsis verbis orationis sanctorum, maxime cum orantes orant spiritu et mente, inesse divinam virtutem quæ, luce ab orantis cogitatione exorta, ex ipsiusque ore emissa, spiritale exstinguat virus quod adversariæ potestates eorum instillant animis qui orare negligunt, nec id observant quod Paulus consequenter ad Christi monita dicit: *Sine intermissione orate* [87]. Scientia enim, ratio aut fides emittit ab orantis sancti anima quoddam veluti telum, quod ad perniciem usque et interitum vulneret inimicos Deo spiritus qui nos peccati laqueis irretire cupiunt. Porro cum virtutis actus præceptaque adimpleta in orationis partem veniant, ille sine intermissione orat, qui debitis operibus orationem jungit, orationique convenientes actiones; istud enim, *sine intermissione orate*, hoc uno modo ut præceptum **216** possibile possumus accipere, nempe si dixerimus totam viri sancti vitam unam aliquam magnam esse continuam orationem, cujus etiam pars sit quæ solet oratio vocari, et quæ non minus quam ter quaque die fieri debet: quod ex Daniele manifestum est [88], qui tanto sibi periculo impendente tribus temporibus per diem orabat. Et Petrus *ascendens in supe-*

Πρὸς δὲ τούτοις δυνάμεως πεπληρωμένους (6) νομίζω τοὺς λόγους τῆς τῶν ἁγίων εὐχῆς, μάλιστα ὅτε προσευχόμενοι, πνεύματι προσεύχονται καὶ τῷ νοΐ, φωτὶ ἀνατέλλοντι ἀπὸ τῆς τοῦ εὐχομένου διανοίας καὶ προϊόντι ἐκ στόματος αὐτοῦ, ὑπεκλύειν δυνάμει
C Θεοῦ τὸν ἐνιέμενον νοητὸν ἰὸν ἀπὸ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τῷ ἡγεμονικῷ τῶν ἀμελούντων τοῦ εὔχεσθαι, καὶ τὸ, *Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε*, ἀκολούθως ταῖς τοῦ Ἰησοῦ προτροπαῖς εἰρημένον παρὰ τῷ Παύλῳ μὴ φυλαττόντων. Ὡσπερεὶ γὰρ βέλος ἀπὸ τῆς τοῦ εὐχομένου ψυχῆς τῇ γνώσει καὶ τῷ λόγῳ ἢ τῇ πίστει πρόεισι ἀπὸ τοῦ ἁγίου, τιτρώσκον ἐπὶ καθαιρέσει (7) καὶ καταλύσει τὰ ἐχθρὰ τῷ Θεῷ πνεύματα, τοῖς τῆς ἁμαρτίας δεσμοῖς περιβαλεῖν ἡμᾶς θέλοντα. Ἀδιαλείπτως δὲ προσεύχεται (8), καὶ τῶν ἔργων τῆς ἀρετῆς, ἢ τῶν ἐντολῶν τῶν ἐπιτελουμένων εἰς εὐχῆς ἀναλαμβανομένων μέρος, ὁ συνάπτων τοῖς δέουσιν ἔργοις τὴν εὐχὴν, καὶ τῇ εὐχῇ τὰς πρεπούσας πράξεις· οὕτω γὰρ μόνως τὸ, *ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε*,
D ἐκδέξασθαι δυνάμεθα ὡς δυνατὸν ὂν εἰρημένον, εἰ πάντα τὸν βίον τοῦ ἁγίου μίαν συναπτομένην μεγάλην εἴποιμεν εὐχήν· ἧς εὐχῆς μέρος ἐστὶ καὶ ἡ συνήθως ὀνομαζομένη εὐχὴ, οὐκ ἔλαττον τοῦ τρὶς ἑκάστης ἡμέρας ἐπιτελεῖσθαι ὀφείλουσιν (9)· ὅπερ δηλόν

[85] Matth. x, 31. [86] Matth. xviii, 10. [87] Thess. v, 17. [88] Dan. vi, 13.

(1) *Συναγαγόντος*. Lege cum Bentleio vel συναγαγούσης vel τοῦ συναγαγόντος.

(2) *Εὐξομένῳ*, etc. Sic codex ms. Editio vero Oxon., εὐξαμένῳ, διὰ τὸ δεξιόν.

(3) *Ἠριθμηκότος*. Ita recte codex manuscriptus; perperam vero editio Oxoniensis. ἠριθμηκότου.

(4) *Ἁρμονίως*. Lego cum Bentleio, ἁρμοδίως.

(5) *Τῆς ἀπ' αὐτοῦ, εἰσακούοντα τῷ πιστῶς δεδεημένῳ*. Sic habet codex ms. in quo male legit editor Oxoniensis, ἐπ' αὐτοῦ, εἰσακούοντα τῷ πιστῶς δεδεημένῳ.

(6) *Πεπληρωμένους*. Lego cum Bentleio, πεπληρωμένοις.

(7) *Καθαιρέσει*. Sic codex ms. et recte; male autem editio Oxoniensis, καθαρεύσει.

(8) *Προσεύχεται*. Ita codex ms. Editio autem Oxon., προσεύχεσθαι.

(9) *Ὀφείλουσι*. Lego cum Bentleio, ὀφείλουσα.

ἐστιν ἐκ τῶν κατὰ τὸν Δανιὴλ, τηλικούτου ἐπηρτημένου αὐτῷ κινδύνου, εὐχόμενον, τρὶς τῆς ἡμέρας. Καὶ ὁ Πέτρος δὲ *ἀναβαίνων εἰς τὸ δῶμα τὴν ἕκτην* (10) *προσεύξασθαι, ὅτε καὶ ὥρα* (11) *τὸ ἐξ οὐρανοῦ καθιέμενον σκεῦος τέτρασιν* (12) *ἀρχαῖς καθιέμενον*, παρίστησι τὴν μέσην τῶν τριῶν εὐχὴν τὴν πρὸ αὐτοῦ καὶ παρὰ τοῦ Δαυὶδ (13) λεγομένην· *Τὸ πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς προσευχῆς μου· τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι καὶ ἐπόψομαι·* καὶ τῆς τελευταίας δηλουμένης διὰ τοῦ· *Ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή*. Ἀλλ' οὐδὲ τὸν τῆς νυκτὸς καιρὸν χωρὶς ταύτης τῆς εὐχῆς καθηκόντως διανύσομεν (14), τοῦ μὲν Δαυὶδ λέγοντος· *Μεσονύκτιον ἐξεγειρόμην τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου·* τοῦ δὲ Παύλου, ὡς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων εἴρηται, κατὰ τὸ μεσονύκτιον ἅμα τῷ Σίλᾳ ἐν Φιλίπποις προσευχομένου καὶ ὑμνοῦντος τὸν Θεόν, ὥστε ἐπακροᾶσθαι αὐτῶν καὶ τοὺς δεσμίους.

A *riora ut oraret circa horam sextam*, cum vidit *ex cœlo descendens vas quatuor initiis submitti* [89]; mediam e tribus orationem exhibet quam et ante illum David commemoraverat : *Mane exaudies vocem meam; mane astabo tibi et videbo* [90]. Ultima quoque ostenditur his verbis : *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum* [91]. Sed neque noctis tempus sine hoc orationis genere recte transigemus, cum David dicat : *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justitiæ tuæ* [92]; et Paulus in Actibus apostolorum dicatur Philippis media nocte cum Sila orasse et laudasse Deum, ita ut audirent eos qui in custodia erant [93].

Εἰ δὲ Ἰησοῦς προσεύχεται, καὶ μὴ μάτην προσ- B εύχεται τυγχάνων ὧν αἰτεῖ διὰ τοῦ εὔχεσθαι, τάχα οὐκ ἂν αὐτὰ εἰληφὼς χωρὶς εὐχῆς, τίς ἡμῶν ἀμελῇ τοῦ εὔχεσθαι; Μάρκος μὲν γάρ φησιν, ὅτι *Πρωῒ ἔννυχον λίαν ἀναστὰς ἐξῆλθε καὶ ἀπῆλθε εἰς ἔρημον τόπον, κἀκεῖ προσηύχετο·* ὁ δὲ Λουκᾶς· *Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον, ὡς ἐπαύσατο, εἶπέ τις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς αὐτόν·* καὶ ἐν ἄλλοις· *Καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ*. Ὁ δὲ Ἰωάννης εὐχὴν αὐτοῦ ἀναγράφει λέγων· *Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπε· Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε·* καὶ τό· *Ἤδειν δὲ ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις*, παρὰ τῷ αὐτῷ ἀναγεγραμμένον, ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένον, C δηλοῖ ὅτι πάντοτε εὐχόμενος πάντοτε ἐπακούεται. Τί δὲ δεῖ καταλέγειν τοὺς διὰ τοῦ ὃν δεῖ τρόπον προσεύξασθαι, μεγίστων ἐπιτετυχότας ἀπὸ Θεοῦ; παρὸν (15) ἑκάστῳ τῶν ἑαυτῶν ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἀναλέξασθαι πλείονα. Ἄννα γὰρ ὑπηρέτησε τῇ γενήσει Σαμουὴλ τῷ Μωϋσῇ συναριθμηθέντος, ἐπεὶ μὴ τίκτουσα, πιστεύσασα προσηύξατο πρὸς Κύριον. Ἐζεκίας δὲ ἔτι ἄπαις τυγχάνων, μαθὼν ἀπὸ τοῦ Ἠσαΐου τεθνήξεσθαι (16), προσευξάμενος εἰς τὴν τοῦ Σωτῆρος γενεαλογίαν ἀνείληπται. Ἤδη δὲ ὑφ' ἓν πρόσταγμα ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ Ἀμμὰν ἀπόλλυσθαι μέλλοντος τοῦ λαοῦ, προσευχὴ μετὰ νηστείας Μαρδοχαίου καὶ Ἐσθὴρ ἐπακουσθεῖσα, πρὸς ταῖς κατὰ Μωσέα ἑορταῖς, τὴν Μαρδοχαϊκὴν ἐγέννησεν εὐφροσύνης τῷ λαῷ ἡμέραν. Ἀλλὰ καὶ Ἰουδὴθ ἁγίαν ἀνενεγκοῦσα D προσευχὴν, τοῦ Ὀλοφέρνου μετὰ Θεοῦ περιγίνεται (17), καὶ μία γυνὴ τῶν Ἑβραίων αἰσχύνην

13. Quod si Jesus orat nec orat frustra, sed per orationem petita consequitur, sine oratione forte non accepturus : quis nostrum orare negligat? Ait enim Marcus : *Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertum locum, ibique orabat* [94]. Lucas autem : *Et factum est cum esset in quodam loco orans, ut cessavit, dixit unus ex discipulis ejus ad eum* [95]; et alibi : *Et erat pernoctans in oratione Dei* [96]. Joannes vero orationem ejus describit cum ait : *Hæc locutus est Jesus, et sublevatis oculis in cœlum dixit : Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te* [97]. Et illud : *Sciebam quia semper me audis* [98], a Domino dictum et ab eodem evangelista conscriptum, ostendit eum qui semper orat, semper exaudiri. Quid est autem necesse eos recensere qui quod ut oportet orarent, maxima a Deo beneficia consecuti sunt? cum facile cuique sit plura sibi e Scripturis seligere. Anna enim Samuelis illius qui Moysi connumeratus est [99], generationi ministravit, quia cum non pareret, credidit et oravit ad Dominum; Ezechias autem cum liberis adhuc careret accepissetque ab Isaia se moriturum, oravit et in Servatoris genealogiam admissus est [1]. Jam uno edicto insidiisque 217 Aman periturus erat populus, cum Mardochæi et Esther oratio jejunio conjuncta exaudita est, et præter festa a Moyse constituta, Mardochaicum populo peperit lætitiæ diem. Judith sanctis oblatis precibus Holophernem Deo adjuvante superavit, et una Hebræorum femina labem domui Nabuchodonosoris inussit [2]. Ananias, Azarias et Misael exauditi sunt, merueruntque *ventum roris flantem* ignisque vires cohibentem accipere [3].

[89] Act. x, 9. [90] Psal. v, 4. [91] Psal. CXL, 2. [92] Psal. CXVIII, 62. [93] Act. XVI, 25. [94] Marc. I, 35. [95] Luc. XI, 1. [96] Luc. VI, 12. [97] Joan. XVII, 1. [98] Joan. XI, 42. [99] Jerem. XV, 1. [1] IV Reg. XX, 2. [2] Judith XIII, 9. [3] Dan. III, 50.

(10) *Τὴν ἕκτην*. Ita codex ms. Editio autem Oxon., περὶ τὴν ἕκτην.

(11) *Καὶ ὥρα*. Ita codex ms. habet : lege, καὶ ἑώρα, vel cum editore Oxoniensi, θεωρεῖ.

(12) *Τέτρασιν*. Ita codex ms. Editio autem Oxoniensis, τέσσαρσιν.

(13) *Παρὰ τοῦ Δαυιδ*. Bentleio scribendum videtur, παρὰ τῷ Δαυίδ.

(14) *Διανύσομεν*. Sic habet codex manuscriptus in quo male legebat editor Oxoniensis, διανύσσομεν.

(15) *Παρόν*. Ita codex ms. Editio autem Oxoniensis, πάρεστιν. Integrum locum sic lego cum Bentleio : Παρὸν ἑκάστῳ τὰ ἑαυτῷ ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἀναλέξασθαι πλείονα.

(16) *Τεθνήξεσθαι*. Ita recte habet codex ms.; perperam vero editio Oxoniensis, τεθνήξασθαι.

(17) Codex ms., περιγίνεται; male editio Oxon., περιγίνηται.

In Babylonico laco leonum ora Danielis precibus obturantur [4]. Jonas, cum e ventre ceti a quo deglutitus erat exaudiri non desperasset, egressus inde, propheticam ad Ninivitas legationem prius inchoatam feliciter absolvit. Quanta vero sunt quæ unusquisque nostrum, si modo grato animo memor acceptorum beneficiorum, laudes Deo pro his referre velit, poterit enarrare? Animæ enim quæ diu sine prole manserunt, deprehensa ejus partis sterilitate quæ princeps in ipsis esse debet, mentisque orbitate, a Spiritu sancto per assiduam orationem veluti gravidatæ, salutares sermones veritatisque cognitione plenos generarunt. Quot etiam, oppugnantibus nos sæpe multis adversæ potestatis millibus, divinaque nos dejicere spe volentibus, hostes prostrati sunt? Confidimus enim quia *hi in curribus et hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri* [5] invocantes videmus illud verum: *Fallax equus ad salutem* [6]. Sed et principem militiæ adversarii, fallacem et probabilem sermonem, qui multis etiam eorum qui credidisse putantur, terrorem injicit, ille jugulat sæpe qui Dei laudibus confidit: Judith enim *laudem* interpretantur. Quot sunt qui, cum in tentationes incidissent superatu difficiles et flamma qualibet ardentiores, nihil ab ipsis passi sunt, sed illæsi evaserunt omnino, ne minimo quidem ab odore inimici ignis accepto damno? Quid necesse est et alia commemorare, quotque belluis in nos efferatis, malignis inquam spiritibus, hominibusque sævis occurrentes, eorum sæpe precibus suis ora obstruxerunt, cum ne admovere quidem dentes potuerint his (membris) nostris Christi membris effectis. Sæpe enim pro quolibet sanctorum *molas leonum confregit Dominus, et ad nihilum devenerunt tanquam aqua decurrens* [7]. Sæpe etiam novimus divinorum mandatorum fugitivos, a morte principio devictos et deglutitos, per pœnitentiam **218** a tanto servatos esse malo, cum etsi jam eos ventre mors contineret, salvari tamen posse non desperaverint: *Devoravit enim mors prævalens; et rursum abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie* [8]. Hæc post eorum enumerationem quibus profecit oratio, mihi dicenda necessario visa sunt, avertenti eos qui spiritualem in Christo vitam desiderant ab exiguis et terrenis rebus oratione petendis, et ad mystica quorum hæc quæ prædixi imagines erant, scriptionis istius lectores adhortanti. Omnis enim de prædictis spiritualibus mysticisque rebus oratio semper ab eo perficitur qui *non secundum carnem* [9] militat, sed *spiritu facta carnis* [10] mortificat, plurisque facit ea

A ἐποίησε τῷ οἴκῳ τοῦ Ναβουχοδονόσορ· Ἀνανίας τε καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ *πνεῦμα δρόσου διασυρίζον* οὐκ ἐῶν ἐνεργεῖν τὴν φλόγα τοῦ πυρὸς ἄξιοι γεγόνασιν ἐπακουσθέντες λαβεῖν· οἱ δὲ ἐν τῷ λάκκῳ Βαβυλωνίων λέοντες φιμοῦνται διὰ τὰς τοῦ Δανιὴλ προσευχάς· καὶ Ἰωνᾶς δὲ, οὐκ ἀπογνοὺς τὸ ἐπακουσθήσεσθαι ἐκ κοιλίας τοῦ καταπιόντος αὐτὸν κήτους, τὸ ἐλλιπὲς τῆς πρὸς τοὺς Νινευΐτας προφητείας, ἐξελθὼν τὴν τοῦ κήτους γαστέρα, ἀναπληροῖ. Ὅσα δὲ καὶ ἕκαστος ἡμῶν, ἐὰν, εὐχαρίστως μεμνημένος τῶν εἰς αὐτὸν εὐεργεσιῶν, περὶ τούτων αἴνους ἀναπέμπειν τῷ Θεῷ βούληται, ἔχει ἐκδιηγήσασθαι; Ἄγονοί τε γὰρ ἐπιπολὺ γεγενημέναι ψυχαὶ, ᾐσθημέναι τῆς στειρώσεως τῶν ἰδίων ἡγεμονικῶν καὶ τῆς ἀγονίας τοῦ νοῦ ἑαυτῶν (18), ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ

B ἐπιμόνου εὐχῆς κυήσασαι, σωτηρίους λόγους θεωρημάτων ἀληθείας πεπληρωμένους γεγεννήκασιν. Ὅσοι δὲ, ἡμῶν πολλάκις μυριάδων ἀντικειμένης δυνάμεως καταστρατευομένων καὶ ἐξαφανίσαι ἀπὸ τῆς θείας ἡμᾶς πίστεως βουλομένων πολέμιοι διελύθησαν; Θαῤῥησάντων ἡμῶν, ὅτι *οὗτοι ἐν ἅρμασιν, οὗτοι δὲ ἐν ἵπποις, ἀλλὰ ἡμεῖς ἐν ὀνόματι Κυρίου* ἐπικαλούμενοι ὁρῶμεν ὅτι *ἀληθῶς ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν*. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἀρχιστράτηγον τοῦ ἀντικειμένου, ἀπατηλὸν καὶ πιθανὸν λόγον καταπτήσσειν ποιοῦντα πολλοὺς καὶ τῶν πεπιστευκέναι νομιζομένων, ὁ τῷ πρὸς Θεὸν αἴνῳ πεποιθὼς διακόπτει πολλάκις· Ἰουδὴθ γὰρ ἑρμηνεύεται *αἴνεσις*. Ὅσοι τε πάσης φλογὸς καυστικωτέροις (19) περιπεσόντες δυσπεριγενήτοις πολλάκις πειρασμοῖς, οὐδὲν ὑπ' αὐτῶν

C πεπόνθασιν, ἀλλὰ πάντῃ ἀβλαβεῖς τούτους διεξεληλύθασιν, οὐδὲ τὸ τυχὸν ὀσμῆς τοῦ πολεμίου πυρὸς βλάβην ἐσχηκότες. Τί δεῖ καὶ λέγειν ἄλλα, καὶ ἐν ὅσοις (20) θηρίοις καθ' ἡμῶν ἐξηγριωμένοις, πονηροῖς πνεύμασι καὶ ἀνθρώποις ὠμοῖς παρατυχόντες, ταῖς εὐχαῖς αὐτοὺς πολλάκις ἐφίμωσαν, οὐ δεδυνημένων ἐγχρίψαι (21) τοὺς ὀδόντας αὐτῶν τοῖς γεγενημένοις ἡμῶν μέλεσι τοῦ Χριστοῦ; Πολλάκις γὰρ καθ' ἕκαστον τῶν ἁγίων *τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασε Κύριος, καὶ ἐξουδενώθησαν ὡς ὕδωρ παραπορευόμενον*. Ἴσμεν δὲ πολλάκις φυγάδας προσταγμάτων Θεοῦ, καταποθέντας ὑπὸ τοῦ θανάτου (22) πρότερον κατ' αὐτῶν ἰσχύσαντος, διὰ τὴν μετάνοιαν σωθέντας ἀπὸ τοῦ τηλικούτου κακοῦ, οὐκ

D ἀπεγνωκότας (23) τὸ σώζεσθαι δύνασθαι ἤδη ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ θανάτου κεκρατημένους· *Κατέπιε γὰρ ὁ θάνατος ἰσχύσας· καὶ πάλιν ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου.* Ταῦτα δέ μοι ἀναγκαιότατον μετὰ τὸν κατάλογον τῶν ὠφεληθέντων διὰ προσευχῆς εἰρῆσθαι νομίζω, ἀποτρέποντι (24) τὴν πνευματικὴν καὶ τὴν ἐν Χριστῷ ζωὴν ποθοῦν-

[4] Dan. vi, 22. [5] Psal. xix, 8. [6] Psal. xxxii, 17. [7] Psal. lvii, 7. [8] Isa. xxv, 8. [9] II Cor. x, 3. [10] Rom. viii, 13.

(18) Codex ms., ἑαυτῶν; editio Oxon., αὐτῶν.

(19) Codex ms., καυστικωτέροις. Edit. Oxon., καυστικωτέρας.

(20) *Λέγειν ἄλλα, καὶ ἐν ὅσοις.* Sic habet codex manuscriptus et recte, modo deleas ἐν. Editio Oxon., λέγειν, ἀλλὰ καὶ ἐν ὅσοις.

(21) *Αὐτοὺς πολλάκις ἐφίμωσαν, οὐ δεδυνημένων ἐγχρίψαι.* Ita codex ms. Editio autem Oxon., ἂν τοὺς πολλάκις ἐφίμωσαν, οὐ δεδυνημένοις ἐγχρίμψαι.

(22) *Ὑπὸ τοῦ θανάτου.* Ita codex ms. Editio autem Oxon., ἀπὸ τοῦ θανάτου.

(23) *Ἀπεγνωκότας.* Male editio Oxon. ἀπεγνωκότες.

(24) *Ἀποτρέποντι.* Ita codex ms. Editio autem Oxon. perperam, ἀποτρέπονται.

τας ἀπὸ τοῦ περὶ τῶν μικρῶν καὶ ἐπιγείων εὔχεσθαι, καὶ παρακαλοῦντι ἐπὶ τὰ μυστικὰ ὧν τύποι ἦσαν τὰ προειρημένα μοι, τοὺς ἐντυχόντας τῇδε τῇ γραφῇ· πᾶσα γὰρ ἡ περὶ τῶν προπαρατεθέντων ἡμῖν πνευματικῶν καὶ μυστικῶν εὐχὴ ἀεὶ ὑπὸ τοῦ *μὴ κατὰ σάρκα* στρατευομένου, ἀλλὰ *πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος* θανατοῦντος, ἐπιτελεῖται, προκρινομένων τῶν (25) ἀπὸ τῆς ἀναγωγῆς μετ' ἐξετάσεως παρισταμένων τῆς ἐμφαινομένης κατὰ τὴν λέξιν γεγονέναι τοῖς προσευξαμένοις εὐεργεσίας· καὶ ἐν ἡμῖν γὰρ ἀσκητέον μὴ ἐγγενέσθαι ἄγονον ἢ στεῖραν (26) ἀκούουσι τοῦ πνευματικοῦ νόμου ὠσὶ πνευματικοῖς (27), ἵνα ἀποτιθέμενοι τὸ εἶναι ἄγονοι ἢ στεῖραι, ἐπακουσθῶμεν ὡς Ἄννα καὶ Ἐζεκίας· καὶ ἵνα ἀπὸ ἐπιβουλευόντων ἐχθρῶν τῶν πνευματικῶν τῆς πονηρίας ῥυσθῶμεν ὡς Μαρδοχαῖος καὶ Ἐσθὴρ, καὶ Ἰουδήθ. Καὶ ἐπεὶ κάμινός ἐστι σιδηρᾶ Αἴγυπτος, σύμβολον τυγχάνουσα παντὸς τοῦ περιγείου τόπου, πᾶς ὁ ἐκπεφευγὼς τὴν τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων κακίαν καὶ μὴ πεπυρωμένος ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, μηδὲ ὡς κλίβανον πλήρη πυρὸς τὴν καρδίαν ἐσχηκὼς, μὴ ἔλαττον εὐχαριστείτω τῶν ἐν πυρὶ δρόσου πεπειραμένων (28). Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν τῷ εὔξασθαι καὶ εἰρηκέναι· *Μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι*, ἐπακουσθεὶς, καὶ μηδὲν ἀπὸ τῆς ἀσπίδος καὶ τοῦ βασιλίσκου παθὼν, τῷ *διὰ* Χριστὸν αὐτὸν αὐτῶν *ἐπιβεβηκέναι* (29) *καὶ καταπατήσας λέοντα καὶ δράκοντα*, τῇ τε καλῇ *ἐξουσίᾳ* ὑπὸ Ἰησοῦ διδομένῃ χρησάμενος *τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ*, καὶ μηδὲν ὑπὸ τῶν τοσούτων ἀδικηθεὶς, πλεῖον τοῦ Δανιὴλ εὐχαριστησάτω, ἅτε ἀπὸ φοβερωτέρων καὶ ἐπιβλαβεστέρων ῥυσθεὶς θηρίων. Πρὸς τούτοις, ὁ πεπεισμένος ποίου κήτους τύπος τὸ καταπεπωκὸς τὸν Ἰωνᾶν ἐτύγχανε (30), καὶ καταλαβών τε ὅτι ἐκείνου τοῦ ὑπὸ τοῦ Ἰὼβ εἰρημένου· *Καταράσαιτο αὐτὴν ὁ καταρώμενος τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειρώσασθαι*· ἐάν ποτε γένηται διά τινα ἀπείθειαν ἐν τῇ τοῦ κήτους κοιλίᾳ· μετανοῶν εὐξάσθω, κἀκεῖθεν ἐξελεύσεται (31)· ἐξελθών τε ἐπιμένων τῷ πείθεσθαι τοῖς προστάγμασι τοῦ Θεοῦ, δυνήσεται, κατὰ τὴν χρηστότητα τοῦ Πνεύματος προφητεύσας καὶ νῦν Νινευΐταις ἀπολλυμένοις, πρόφασις αὐτοῖς γενέσθαι σωτηρίας· μὴ δυσαρεστούμενος τῇ χρηστότητι τοῦ Θεοῦ, μηδὲ ζητῶν ἐπιμένειν αὐτὸν πρὸς τοὺς μετανοοῦντας τῇ ἀποτομίᾳ. Ὅπερ δὲ μέγιστον πεποιηκέναι λέγεται Σαμουὴλ διὰ προσευχῆς, τοῦτο πνευματικῶς δυνατόν ἐστιν ἕκαστον τῶν ἀνακειμένων γνησίως τῷ Θεῷ, καὶ νῦν ἐπιτελεῖν, ἄξιον τοῦ ἐπακούεσθαι γεγενημένον· γέγραπται γάρ· *Καί γε νῦν στῆτε καὶ ἴδετε τὸ ῥῆμα τὸ μέγα*

A quæ anagogicus sensus inquirentibus exhibet, quam quod juxta litteram orantibus contigisse beneficium videtur. Nam et in nobis curandum est ne sit anima sterilis, sed spiritualem legem spiritualibus auribus audiamus, quo desinamus esse steriles, et ut Anna atque Ezechias exaudiamur; item ut ab insidiantibus inimicis spiritualibus nequitiæ liberemur, ut Mardochæus et Esther et Judith. Item quoniam fornax ferrea Ægyptus est, terreni omnis loci figura, quicunque humanæ vitæ malitiam effugit, nec a peccato inflammatus est, nec cor habet clibani instar igne plenum, non minores gratias referat quam qui rorem in igne experti sunt. Item quis, cum oraret ac diceret: *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi* [10*], exauditus est, et B ab aspide et basilisco nihil læsus est, eo quod *super* illa Christi virtute *ambulaverit, conculcaveritque leonem et draconem* [10**]; ususque egregia a Christo data *potestate calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici* [11], nulla ab eis injuria affectus est, ampliores Daniele gratias agat, nempe terribilioribus nocentioribusque belluis liberatus. Præterea qui scit cujus ceti imago sit ille qui Jonam deglutiit, intelligitque illius esse de quo Job ait: *Maledicat ei, qui maledicit diem illam, qui habet magnum cetum opprimere* [12]; is si quo infidelitatis lapsu in ventrem ceti pervenerit, pœnitens oret, et inde egredietur, egressusque, si Dei mandatis parere perseveret, C poterit, editis favente Spiritu **219** prophetiis, etiam nunc pereuntibus Ninivitis occasio salutis esse; neque tamen bonitatem Dei moleste feret, nec illum optabit exscindendi voluntatem in pœnitentes retinere. Quod autem maximum per orationem fecisse Samuel dicitur, hoc nunc etiam potest quilibet eorum qui Deo vere addicti sunt, spiritualiter perficere, quippe dignus effectus qui exaudiatur; scriptum est enim: *Sed et nunc state et videte verbum magnum hoc, quod Dominus facit in oculis vestris. Nonne messis frumentorum hodie? Invocabo Dominum, et dabit voces et pluviam.* Et paulo post: *Et invocavit*, inquit, *Samuel Dominum; et dedit Dominus voces et pluviam in die illa* [13]. Omnibus enim sanctis legitimisque Christi discipulis a D Domino dicitur: *Levate oculos vestros et videte regiones quia albæ sunt jam ad messem. Et qui metit mercedem accipit, et congregat fructum in vitam æternam* [14]. Hoc igitur messis tempore rem grandem facit Dominus in conspectu eorum qui prophetas audiunt: clamante enim ad Dominum illo qui Spiritui sancto adhæret, dat Deus de cœlo

[10*] Psal. LXXIII, 19. [10**] Psal. XC, 13. [11] Luc. X, 19. [12] Job III, 8. [13] I Reg. XII, 10. [14] Joan. IV, 35, 36.

(25) *Προκρινομένων τῶν*, etc. Bentleio scribendum videtur, προκρίνομεν οὖν τὸν ἀπὸ τῆς ἀναγωγῆς μετὰ ἐξετάσεως παριστάμενον νοῦν τῆς, etc. Sed codicis manuscripti lectio ferri potest.

(26) *Ἢ στεῖραν*. Forte legendum, ἢ στεῖραν ψυχὴν, uti conjicit Bentleius.

(27) *Ὠσὶ πνευματικοῖς*. Mallet Bentleius, ὡσεὶ πνευματικοῖς.

(28) Codex ms., πεπειραμένων. Edit. Oxon., πεπειρασμένων.

(29) *Αὐτὸν αὐτῶν ἐπιβεβηκέναι*. Ita codex ms. Editor vero Oxoniensis omisit, αὐτόν.

(30) *Ἰωνᾶν ἐτύγχανε*. Sic codex ms. Editio autem Oxoniensis, Ἰωνᾶ ἐντύγχανε.

(31) Codex ms., ἐξελεύσεται; editio Oxon., ἐξελεύσηται.

voces pluviasque animam irrigantes; ut qui prius erat in peccato, timeat valde Dominum, divinique ministrum beneficii quem venerabilem et augustum exauditæ ejus preces ostendunt. Elias quoque tribus annis et sex mensibus clausum impiis cœlum divino posthæc aperit imperio: quod quilibet semper facit qui per orationem accipit animæ pluviam quæ prius hominibus propter peccata negabatur.

A τοῦτο δ ὁ Κύριος ποιεῖ κατ' ὀφθαλμοὺς ὑμῶν. Οὐχὶ θερισμὸς πυροῦ σήμερον; Ἐπικαλέσομαι Κύριον (32), καὶ δώσει φωνὰς καὶ ὑετόν. Εἶτα μετ' ὀλίγα· Καὶ ἐπεκαλέσατο, φησὶ, Σαμουὴλ Κύριον (33), καὶ ἔδωκε Κύριος φωνὰς καὶ ὑετὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Παντὶ γὰρ ἁγίῳ, καὶ τῷ Ἰησοῦ γνησίως μαθητεύοντι ὑπὸ τοῦ Κυρίου λέγεται· Ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. Ὁ θερίζων (34) μισθὸν λαμβάνει καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ἐν τῷ καιρῷ δὴ τούτῳ τοῦ θερισμοῦ μέγα ῥῆμα ὁ Κύριος ποιεῖ κατ' ὀφθαλμοὺς τῶν ἀκουόντων τοὺς προφήτας· ἐπικαλεσαμένου γὰρ τοῦ κεκοσμημένου (35) τῷ ἁγίῳ Πνεύματι πρὸς τὸν Κύριον, δίδωσιν ὁ Θεὸς οὐρανόθεν φωνὰς καὶ τὸν ποτίζοντα τὴν ψυχὴν ὑετόν· ἵνα ὁ πρότερον ἐν τῇ κακίᾳ ὢν φοβηθῇ σφόδρα τὸν Κύριον, καὶ τὸν ὑπηρέτην τῆς εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ αἰδέσιμον καὶ σεβάσμιον δι' ὧν ἐπακούεται πεφανερωμένον. Καὶ Ἠλίας δὲ τρισὶν ἔτεσι καὶ ἓξ μησὶ κεκλεισμένον τοῖς ἀσεβέσι τὸν οὐρανὸν θείῳ λόγῳ ἀνοίγει ὕστερον· ὅπερ παντί τῳ (36) κατορθοῦται ἀεὶ, διὰ τῆς εὐχῆς λαμβάνοντι τὸν ὑετὸν τῆς ψυχῆς, τῶν διὰ τὴν (37) ἁμαρτίαν πρότερον αὐτοῦ ἐστερημένων.

14. Quæ cum nobis exposita sint de beneficiis quæ sancti per orationes acceperunt, intelligemus illud: *Petite magna, et parva adjicientur vobis, et petite cœlestia, et terrena addentur vobis* [15]. Signa omnia et imagines, eorum quæ vera sunt et spiritualia comparatione, parva sunt et terrena: unde convenienter Dei Verbum cum nos ad imitandas sanctorum orationes adhortatur, ut petamus in rei veritate quæ illi in figuris tantum consequebantur, cœlestia dicit et magna adumbrata per terrenas res et exiguas; quasi diceret: Vos qui spirituales esse vultis, cœlestia per orationes petite, ut ea consecuti, veluti cœlestes, regni cœlorum hæredes sitis, et ut magni, bonis fruamini maximis; terrena autem et parva **220** quibus ad necessaria corporis opus habetis, pro indigentiæ modo præbeat vobis Pater. Cum autem apud Apostolum quatuor nomina de quatuor rebus quæ huic de oratione sermoni sunt affines, in prima ad Timotheum Epistola scripta sint; utile erit, ipsius textu proposito, quodlibet ex illis quatuor videre, an recte percipere possimus quomodo proprie intelligatur. Sic autem ait: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus* [16], et reliqua. Arbitror itaque obsecrationem esse emissas ab aliquo suppliciter preces, ut id quo indiget consequatur; orationem esse quam quis de majoribus rebus elatiore

B Τούτων δὲ ἡμῖν ἑρμηνευθέντων εἰς τὰς διὰ τῶν προσευχῶν γεγενημένας τοῖς ἁγίοις εὐεργεσίας, κατανοήσωμεν (38) τό· *Αἰτεῖτε τὰ μεγάλα καὶ τὰ μικρὰ ὑμῖν προστεθήσεται· καὶ αἰτεῖτε τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια ὑμῖν προστεθήσεται.* Πάντα τε (38*), τὰ συμβολικὰ καὶ τυπικὰ, συγκρίσει τῶν ἀληθινῶν καὶ νοητῶν, μικρά ἐστι καὶ ἐπίγεια· καὶ εἰκὸς, ὅτι (39) ὁ θεῖος ἡμᾶς λόγος προκαλούμενος ἐπὶ τὸ μιμεῖσθαι τὰς τῶν ἁγίων εὐχὰς, ἵν' αἰτῶμεν αὐτὰς κατὰ τὸ ἀληθὲς ὧν ἐκεῖνοι ἐπετέλουν τυπικῶν (40), φησὶ τὰ ἐπουράνια καὶ μεγάλα δεδηλωμένα διὰ τῶν περὶ (40*) ἐπιγείων καὶ μικρῶν πραγμάτων, λέγων· Ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ εἶναι βουλόμενοι διὰ τῶν (41) προσευχῶν αἰτήσατε, ἵν' αὐτῶν τυχόντες, ὡς ἐπουράνιοι (42), βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομήσητε, καὶ ὡς μεγάλων C τῶν μεγίστων ἀγαθῶν ἀπολαύσητε· τὰ δὲ ἐπίγεια καὶ μικρὰ ὧν διὰ τὰς σωματικὰς ἀνάγκας χρῄζετε, μέτρῳ τοῦ δέοντος ἐπιχορηγήσῃ (43) ὑμῖν ὁ Πατήρ. Ἐπεὶ δὲ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ τέσσαρα ὀνόματα κατὰ τεσσάρων πραγμάτων γειτνιώντων τῷ περὶ τῆς εὐχῆς λόγῳ ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Τιμόθεον εἴρηται, χρήσιμον ἔσται, παραθέμενον αὐτοῦ τὴν λέξιν, ἰδεῖν ἕκαστον (44) τῶν τεσσάρων κυρίως ἂν νοούμενον ἐκλάβοιμεν καλῶς. Λέγει δὲ οὕτως· *Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἡγοῦμαι τοίνυν δέησιν μὲν εἶναι τὴν ἐλλείποντός τινι (45) μεθ' ἱκεσίας περὶ τοῦ ἐκείνου

[15] Matth. VI, 33. [16] I Tim. II, 1.

(32) Codex ms., Κύριον, edit. Oxon., τὸν Κύριον. D
(33) Codex ms., Κύριον. Editio Oxon., πρὸς Κύριον.
(34) Codex ms., ὁ θερίζων. Editio Oxon., καὶ ὁ θερίζων.
(35) *Κεκοσμημένου*. Bentleius legit, κεκολλημένου, ut I Cor. VI, 17.
(36) Codex ms. recte, παντί τῳ; editio autem Oxon., τῷ παντί.
(37) *Τῶν διὰ τήν*, etc. Mallet Bentleius, τὸν διὰ τὴν ἁμαρτίαν πρότερον αὐτοῦ ἐστερημένον.
(38) *Κατανοήσωμεν*. Malim cum Bentleio, κατανοήσομεν. Sequens autem Scripturæ locus forte desumptus est ex Evangelio apocrypho Nazaræorum, vel ex interpolato Matthæi codice, cap. VI, 23. Vide notas ad lib. VII *Contra Celsum*, num. 44.
(38*) Legendum πάντα γε, vel, πάντα δέ. Ed. Patr.

(39) *Καὶ εἰκὸς, ὅτι*. Legit Bentleius, καὶ εἰκός· ὅτε.
(40) *Αὐτὰς κατὰ τὸ ἀληθὲς, ὧν ἐκεῖνοι ἐπετέλουν τυπικῶν*. Lego cum Bentleio: Αὐτοὶ κατὰ τὸ ἀληθὲς ὧν ἐκεῖνοι ἐπέτυχον τυπικῶς.
(40*) Præpositio περί rectius omitteretur. Ed. Patr.
(41) *Βουλόμενοι διὰ τῶν*, etc. Lego cum Bentleio, βουλόμενοι, πνευματικὰ διὰ τῶν, etc.
(42) *Ὡς ἐπουράνιοι*. Bentleius legit, ὡς ἐπουρανίων. Dominus Claudius Fleury nihil hoc loco mutat, sed infra pro ὡς μεγάλων legebat, ὡς μεγάλοι.
(43) *Ἐπιχορηγήσῃ*. Legit Bentleius, ἐπιχορηγήσει.
(44) *Ἰδεῖν εἰ ἕκαστον*, etc. Legit Bentleius, ἰδεῖν εἰ ἕκαστον τῶν τεσσάρων κυρίως ἐννοούμενον.
(45) *Ἐλλείποντός τινι*. Legit idem, ἐλλείποντός τινος.

τυχεῖν ἀναπεμπομένην εὐχήν· τὴν δὲ προσευχὴν τὴν μετὰ δοξολογίας περὶ μειζόνων μεγαλοφυέστερον ἀναπεμπομένην ὑπό του (46)· ἔντευξιν δὲ τὴν ὑπὸ παῤῥησίαν τινὰ πλείονα ἔχοντος περί τινων ἀξίωσιν πρὸς Θεόν· εὐχαριστίαν δὲ, τὴν ἐπὶ τῷ τετυχέναι ἀγαθῶν ἀπὸ Θεοῦ μετ' εὐχῶν ἀνθομολόγησιν, ἀντειλημμένου τοῦ ἀνθομολογουμένου τοῦ μεγέθους ἢ τῷ εὐεργετηθέντι (47) μεγέθους φαινομένου, τῆς εἰς αὐτὸν γεγενημένης εὐεργεσίας. Παραδείγματα δὲ τοῦ μὲν πρώτου ὁ Γαβριὴλ πρὸς τὸν Ζαχαρίαν περὶ τῆς γενήσεως Ἰωάννου ὡς εἰκὸς εὐξάμενον λόγος οὕτως ἔχων· *Μὴ φοβοῦ, Ζαχαρία, διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· καὶ ἡ γυνή σου Ἐλισαβὲτ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην·* καὶ τὰ ἐν τῇ Ἐξόδῳ ἐπὶ τῇ μοσχοποιΐᾳ ἀναγεγραμμένα τὸν τρόπον τοῦτον· *Καὶ ἐδεήθη Μωϋσῆς κατέναντι Κυρίου τοῦ Θεοῦ καὶ εἶπεν· Ἱνατί θυμῇ* (48) *ὀργῇ, Κύριε, εἰς τὸν λαόν σου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου ἐν ἰσχύϊ μεγάλῃ;* Καὶ ἐν Δευτερονομίῳ· *Καὶ ἐδεήθην ἔναντι Κυρίου δεύτερον, καθάπερ καὶ τὸ πρότερον, τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας, ἄρτον οὐκ ἔφαγον καὶ ὕδωρ οὐκ ἔπιον, περὶ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν ὑμῶν ὧν ἡμάρτετε.* Καὶ ἐν τῇ Ἐσθήρ· *Μαρδοχαῖος ἐδεήθη τοῦ Θεοῦ, μνημονεύων πάντα τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου, καὶ εἶπε· Κύριε, Κύριε βασιλεῦ παντόκρατορ· καὶ αὐτὴ ἡ Ἐσθὴρ ἐδεῖτο Κυρίου τοῦ Θεοῦ Ἰσραὴλ, καὶ εἶπε· Κύριε ὁ βασιλεὺς ἡμῶν.* Τοῦ δὲ δευτέρου ἐν τῷ Δανιὴλ· *Καὶ συστὰς Ἀζαρίας προσηύξατο οὕτως· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐν μέσῳ πυρὸς, εἶπε.* Καὶ ἐν τῷ Τωβήτ· *Καὶ προσηυξάμην μετ' ὀδύνης λέγων· Δίκαιος εἶ, Κύριε, καὶ πάντα τὰ ἔργα σου, πᾶσαι αἱ ὁδοί σου ἐλεημοσύνη καὶ ἀλήθεια, καὶ κρίσιν ἀληθινὴν καὶ δικαίαν σὺ κρίνεις* (49) *εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ἐν τῷ Δανιὴλ ῥητὸν ὠβέλισαν ὡς μὴ κείμενον ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, τῇ δὲ τοῦ Τωβὴτ βίβλῳ ἀντιλέγουσιν οἱ ἐκ περιτομῆς, ὡς μὴ ἐνδιαθήκῳ, παραθήσομαι ἐκ τῆς πρώτης τῶν Βασιλειῶν τὸ τῆς Ἄννης· *Καὶ προσηύξατο πρὸς Κύριον καὶ κλαυθμῷ ἔκλαυσε καὶ ηὔξατο εὐχὴν, καὶ εἶπε· Κύριε τῶν δυνάμεων, ἐὰν ἐφοράσει ἐπίδῃς ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης σου,* καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἐν τῷ Ἀββακούμ· *Προσευχὴ Ἀββακοὺμ τοῦ προφήτου μετὰ ᾠδῆς· Κύριε, εἰσακήκοα τὴν φωνήν σου, καὶ ἐφοβήθην. Κύριε, κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην. Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ· ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ.* Σφόδρα δὲ αὕτη ἐμφαίνει τὸ κατὰ τὸν ὅρον τῆς προσευχῆς, ὅτι μετὰ δοξολογίας τῷ προσευχομένῳ ἀναπέμπεται. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Ἰωνᾷ· *Προσηύξατο Ἰωνᾶς πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ κήτους, καὶ εἶπεν· Ἐβόησα ἐν θλίψει μου πρὸς Κύριον τὸν Θεόν μου, καὶ εἰσήκουσέ μου· ἐκ κοιλίας ᾅδου κραυγῆς*

A animo Deum glorificando emittit; postulationem, petitionem esse ad Deum ab eo factam qui majore quadam confidentia utitur; gratiarum actionem esse de bonis a Deo impetratis conjunctam orationibus confessionem; cum beneficii magnitudo per confessionem agnita, aut ei qui accepit apparens, ipsius accepti beneficii loco sumitur. Exempla sunt, primi quidem, Gabrielis ad Zachariam, qui, ut probabile est, oraverat de Joannis nativitate, sermo; sic autem habet: *Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, et vocabis nomen ejus Joannem* [17]; et quæ in Exodo post vitulum aureum in hunc modum scripta sunt: *Et oravit Moyses coram Domino Deo, et dixit: Ut quid, Domine, in-*
B *dignaris ira in populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna* [18]? Et in Deuteronomio: *Et oravi ante Dominum secundo, sicut et antea, quadraginta diebus et quadraginta noctibus, panem non manducavi, et aquam non bibi, pro omnibus peccatis vestris, quæ peccastis* [19]. Et in Esther: *Mardochæus deprecatus est Dominum, memor omnium operum Domini, et dixit: Domine, Domine, rex omnipotens* [20]. *Ipsa quoque Esther deprecabatur Dominum Deum Israel dicens: Domine, rex noster* [21]. Secundi (nominis) exempla in Daniele: *Et stans Azarias oravit sic; et aperiens os suum in medio ignis, dixit* [22]. Et in Tobia: *Et oravi cum dolore dicens: Justus es, Domine, et omnia opera tua, omnes viæ*
C *tuæ misericordia et veritas, et judicium verum et justum tu judicas in sæculum* [23]. Quoniam vero locus ex Daniele citatus obelo notatus est, quod in Hebræo non exstet, librumque Tobiæ rejiciunt Judæi quasi non canonicum, adducam ex primo Regum illud Annæ: *Oravit ad Dominum*
221 *flens largiter, et votum vovit dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ* [24]; et reliqua. Item in Habacuc: *Oratio Habacuc prophetæ, cum cantico. Domine, audivi vocem tuam, et timui. Domine, consideravi opera tua, et obstupui. In medio duorum animalium cognosceris; cum appropinquaverint anni, cognosceris* [25]. Hæc autem definitionem orationis valide probat, quod cum
D Dei laudibus conjuncta sit oratio. Sed et in Jona: *Oravit Jonas ad Dominum Deum suum de ventre ceti, et dixit: Clamavi in tribulatione mea ad Dominum Deum meum, et exaudivit me; de ventre inferi clamoris mei audisti vocem meam; projecisti me in profunda cordis maris, et flumina me circumdederunt* [26]. Tertii nominis exemplum est apud Apostolum qui rectissime nobis orationem tribuit, postulationem Spiritui, ut qui præstantior sit et fiduciam

[17] Luc. I, 13. [18] Exod. XXXII, 11. [19] Deut. IX, 18. [20] Esth. XIII, 8. [21] Esth. XIV, 3. [22] Dan. III, 25. [23] Tob. III, 1. [24] I Reg. I, 10. [25] Habac. III, 1. [26] Jon. II, 2, 3, 4.

(46) *Ὑπό του.* Ita recte habet codex manuscriptus, nec necesse est cum editore Oxoniensi addere, ἐπικινδυνευομένου..

(47) *Εὐεργετηθέντι.* Male editio Oxoniensis, εὐεργεθέντι.

(48) *Ἱνατί θυμῇ.* Sic habet codex ms. in quo male legebat editor Oxoniensis, ἵνα τί θυμοῖ.

(49) *Σὺ κρίνεις.* Sic codex ms. Editio autem Oxoniensis, συγκρίνεις.

habeat apud eum a quo postulat : *Nam quid oremus*, inquit, *sicut oportet nescimus, sed ipse Spiritus postulat gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus : quia secundum Deum postulat pro sanctis* [27]. Nam superpostulat et postulat Spiritus, nos autem oramus. Postulatio etiam fuisse mihi videtur quod dixit Josue ut sol staret contra Gabaoth : *Tunc locutus est Jesus ad Dominum, qua die tradidit Deus Amorrhæum subjugatum Israel; quando contrivit eos in Gabaoth, et contriti sunt a facie filiorum Israel. Et dixit Jesus : Stet sol super Gabaoth, et luna super vallem Elom* [28]. Samsonem quoque in libro Judicum arbitror postulantem dixisse : *Moriatur anima mea cum alienigenis*, quando *concussis fortiter columnis cecidit domus super principes et omnem multitudinem quæ ibi* B *erat* [29]. Etsi vero scriptum non sit postulasse Josue et Samsonem, sed tantum locutos esse, postulatio tamen fuisse videtur ipsorum sermo, quam ab oratione diversam esse putamus, si quidem proprie accipiantur vocabula. Gratiarum vero actionis exemplum est illa Domini nostri vox : *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis* [30]. Illud enim, *confiteor*, idem est ac *gratias ago*. Obsecratio et postulatio et gratiarum actio non absurde potest et sanctis offerri; harumque duæ, postulatio, inquam, et gratiarum actio, non sanctis modo, sed et hominibus; obsecratio vero sanctis tantum, si quis **222** Paulus aut Petrus inveniatur, ut adju- C vent nos, dignosque efficiant qui fruamur concessa ipsis remittendorum peccatorum potestate : nisi forte si cui qui sanctus non sit fecerimus injuriam, concessum etiam nobis est, cum nostrum in illum peccatum senserimus, obsecrare etiam illum, ut injuriæ nobis veniam tribuat. Quod si hominibus sanctis illæ preces offerendæ sunt: quanto magis Christo gratiæ sunt agendæ, a quo tot tantaque beneficia voluntate Patris accepimus? Sed et ab ipso postulandum ut Stephanus cum diceret : *Domine, ne statuas illis hoc peccatum* [31]; patremque lunatici imitati dicemus : *Obsecro, Domine, miserere* vel *filio* [32], aut mihi ipsi, aut cuilibet.

A μου ἤκουσας φωνῆς μου· ἀπέῤῥιψάς με εἰς βάθη καρδίας θαλάσσης, καὶ ποταμοὶ ἐκύκλωσάν με. Τοῦ δὲ τρίτου παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ εὐλόγως τὴν μὲν προσευχὴν ἐφ' ἡμῶν τάττοντι, τὴν δὲ ἔντευξιν ἐπὶ τοῦ Πνεύματος, ὡς κρείττονος ὄντος καὶ παῤῥησίαν ἔχοντος πρὸς τὸν ᾧν ἐντυγχάνει (50)· *Τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα*, φησὶ, *καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν, ἀλλὰ αὐτὸ Πνεῦμα στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ὑπερεντυγχάνει τῷ Θεῷ. Ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος, ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων*· ὑπερεντυγχάνει γὰρ καὶ ἐντυγχάνει τὸ Πνεῦμα, ἡμεῖς δὲ προσευχόμεθα. Ἔντευξις δέ μοι εἶναι δοκεῖ καὶ τὸ ὑπὸ Ἰησοῦ εἰρημένον περὶ τοῦ στῆναι τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαώθ (51)· *Τότε ἐλάλησεν Ἰησοῦς πρὸς Κύριον ᾗ ἡμέρᾳ παρέδωκεν ὁ Θεὸς* B *τὸν Ἀμοῤῥαῖον ὑποχείριον Ἰσραὴλ, ἡνίκα συνέτριβεν αὐτοὺς ἐν Γαβαὼθ, καὶ συνετρίβησαν ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼθ, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἐλώμ* (52). Καὶ ἐν τοῖς *Κριταῖς* ὁ Σαμψὼν ἡγοῦμαι ὅτι ἐντυγχάνων εἶπε· *Συναποθανέτω ἡ ψυχή μου μετὰ τῶν ἀλλοφύλων*, ὅτε (53) *ἔκλινεν ἐν ἰσχύϊ, καὶ ἔπεσεν ὁ οἶκος ἐπὶ τοὺς σατράπας, καὶ ἐπὶ πάντα τὸν λαὸν τὸν ἐν αὐτῷ*. Εἰ καὶ μὴ κεῖται δὲ ὅτι ἐντετυχήκασιν, ἀλλ' ὅτι εἰρήκασιν ὁ Ἰησοῦς καὶ ὁ Σαμψὼν, ὁ λόγος αὐτῶν ἔοικεν εἶναι ἔντευξις, ἥτις ἑτέρα παρὰ τὴν προσευχὴν, εἰ κυρίως ἀκούοιμεν τῶν ὀνομάτων, εἶναι ἡμῖν νομίζεται. Εὐχαριστίας δὲ παράδειγμα ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν φωνὴ, λέγοντος· *Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ* C *καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις*· τὸ γὰρ *ἐξομολογοῦμαι* ἴσον ἐστὶ τῷ *εὐχαριστῶ*· δέησιν μὲν οὖν καὶ ἔντευξιν καὶ εὐχαριστίαν οὐκ ἄτοπον καὶ (54) ἀνθρώποις προσενεγκεῖν, ἀλλὰ τὰ μὲν δύο, λέγω δὲ ἔντευξιν καὶ εὐχαριστίαν, οὐ μόνον ἁγίοις, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀνθρώποις· τὴν δὲ δέησιν μόνον ἁγίοις, εἴ τις εὑρεθείη Παῦλος ἢ Πέτρος, ἵνα ὠφελήσωσιν ἡμᾶς, ἀξίους ποιοῦντες τοῦ τυχεῖν τῆς δεδομένης αὐτοῖς ἐξουσίας πρὸς τὸ ἁμαρτήματα ἀφιέναι· εἰ μὴ ἄρα, κἂν μὴ ἅγιός τις ᾖ, ἀδικήσωμεν δὲ αὐτὸν, δέδοται συναισθηθέντας τῆς εἰς αὐτὸν ἁμαρτίας τὸ δεηθῆναι καὶ τοῦ τοιούτου, ἵν' ἡμῖν ἠδικηκόσι συγγνώμην ἀπονείμῃ. Εἰ δὲ ἀνθρώποις ἁγίοις ταῦτα προσενέκτεον πόσῳ πλέον τῷ Χριστῷ εὐχαριστητέον τοσαῦτα ἡμᾶς βουλήσει τοῦ Πατρὸς εὐεργετήσαντι; Ἀλλὰ καὶ ἐντευκτέον αὐτῷ, ὡς ὁ εἰπὼν Στέφανος· *Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην*· μιμούμενοί τε τὸν πατέρα τοῦ σεληνιαζομένου ἐροῦμεν· *Δέομαι, Κύριε, ἐλέησον*, ἢ, *τὸν υἱόν*, ἢ, ἐμὲ αὐτὸν, ἢ ὃν δήποτε.

15. At si intellexerimus quid sit oratio, forte nullus unquam genitus erit orandus, ac ne Christus

D Ἐὰν δὲ ἀκούωμεν, ὅ τί ποτέ ἐστι προσευχὴ, μήποτε οὐδενὶ τῶν γεννητῶν προσευκτέον ἐστὶν, οὐδὲ

[27] Rom. VIII, 26, 27. [28] Jos. X, 12. [29] Jud. XVI, 30. [30] Luc. X, 21. [31] Act. VII, 59. [32] Matth. XVII, 14; Luc. IX, 38.

(50) *Πρὸς τὸν ᾧν ἐντυγχάνει*. Sic habet codex mss., legendum autem cum Bentleio, πρὸς τὸν ᾧ ἐντυγχάνει. Male editio Oxoniensis habet, πρῶτον ὧν ἐντυγχάνει.

(51) *Γαβαώθ*. Sic ubique codex manuscriptus, contra cujus fidem editio Oxoniensis in textu habet, Γαβαών.

(52) *Ἐλώμ*. Sic codex ms. Editio autem Oxon., Αἰλώμ.

(53) *Ὅτε*. Ita codex ms. Editio vero Oxon., ὅτι.

(54) *Ἀνθρώποις*. Lego cum Bentleio, ἁγίοις.

A τὴν εἰκόνα τῶν πρεπόντων ἰδιωμάτων τῇ ψυχῇ κατὰ τὴν εὐχὴν φέροντα, καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος. Ταῦτα δὲ λέγομεν χωρὶς πάσης περιστάσεως δεῖν γενέσθαι προηγουμένως· μετὰ γὰρ περιστάσεως δέδοται καθηκόντως ποτὲ καθεζόμενον εὔξασθαι διά τινα νόσον τῶν ποδῶν οὐκ εὐκαταφρόνητον, ἢ καὶ κατακείμενον διὰ πυρετοὺς, ἢ τοιαύτας (25) ἀσθενείας. Καὶ διὰ περιεστῶτος δὲ, φέρε εἰπεῖν, ἐὰν πλέωμεν, ἢ τὰ πράγματα μὴ ἐπιτρέπῃ ἀναχωροῦντας μὴ ἀποδοῦναι (26) τὴν ὀφειλομένην εὐχὴν, ἔστιν εὔξασθαι, μηδὲ προσποιούμενον τοῦτο ποιεῖν. Καὶ ἡ γονυκλισία δὲ ὅτι ἀναγκαία ἐστὶν, ὅτε τις μέλλει τῶν ἰδίων ἐπὶ Θεοῦ ἁμαρτημάτων κατηγορεῖν, ἱκετεύων περὶ τῆς ἐπὶ τούτοις ἰάσεως, καὶ τῆς ἀφέσεως αὐτῶν, εἰδέναι χρὴ, ὅτι σύμβολον τυγχάνει τοῦ ὑποπεπτωκότος, καὶ ὑποτεταγ- B μένου Παύλου λέγοντος· *Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς* (27) *καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται.* Τὴν δὲ νοητὴν γονυκλισίαν, οὕτως ὀνομαζομένην παρὰ τὸ ὑποπεπτωκέναι τῷ Θεῷ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ, καὶ ἑκάστου (28) τῶν ὄντων αὐτῷ ἑαυτὸν τεταπεινωκέναι, δηλοῦν μοι ὁ Ἀπόστολος φαίνεται ἐν τῷ· *Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων.* Ἐσχηματίσθαι γὰρ (29) τῶν ἐπουρανίων τὰ σώματα, ὡς καὶ γόνατα σωματικὰ ἔχειν αὐτὰ, ὑπολαμβάνειν οὐ πάνυ τι χρὴ, σφαιροειδῶν παρὰ τοῖς ἀκριβῶς περὶ τούτων διειληφόσιν ἀποδεδειγμένων αὐτῶν τῶν σωμάτων. Ὁ δὲ μὴ βουλόμενος τοῦτο παραδέξασθαι, καὶ τὰς χρείας ἑκάστου C τῶν μελῶν, ἵνα μὴ μάτην ᾖ τι δεδημιουργημένον αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐὰν μὴ ἀναιδεύηται πρὸς τὸν λόγον, παραδέξεται, ἑκατέρωθεν πταίων· εἴτε φήσει μέλη σώματος μάτην καὶ μὴ ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ἔργῳ γεγονέναι αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, εἴτε ἐρεῖ τὰ ἔγκατα, καὶ τὸ ἀπευθυσμένον (30) ἔντερον τὰς ἰδίας χρείας ἐπιτελεῖν καὶ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Σφόδρα δὲ μωρῶς ἀναστραφήσεται, ἐὰν τρόπον ἀνδριάντων τις νομίζῃ τὴν μὲν ἐπιφάνειαν μόνην εἶναι ἀνθρωποειδῆ, οὐκέτι δὲ καὶ τὰ ἐν βάθει. Ταῦτα δέ μοι λέγεται (31) ἐξετάζοντι τὴν γονυκλισίαν, καὶ ὁρῶντι, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν τῷ προφήτῃ γεγραμμένον· *Ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ*· ταὐτόν ἐστι. Καὶ περὶ τόπου δὲ, ἰστέον, ὅτι πᾶς τόπος ἐπιτήδειος εἰς τὸ εὔξασθαι ὑπὸ τοῦ καλῶς εὐχομένου γίνεται· *Ἐν παντὶ* D γὰρ *τόπῳ θυμίαμά μοι προσάγετε, λέγει Κύριος·*

[57] Eph. III, 14. [58] Phil. II, 10. [59] Isa. XLV, 24. [60] Mal. I, 11. [61] I Tim. II, 8.

(25) Codd. mss., ἢ τοιαύτας. Editio Oxon., ἤτοι αὐτάς.

(26) *Μὴ ἐπιτρέπῃ ἀναχωροῦντας μὴ ἀποδοῦναι.* Codex Colbertinus, μὴ ἐπιτρέπει. Præterea ante ἀποδοῦναι deleo particulam negantem μή.

(27) *Ἐν οὐρανοῖς.* Codex Colbertinus, ἐν οὐρανῷ.

(28) *Καὶ ἑκάστου.* Lego, καὶ ἕκαστον.

(29) *Ἐσχηματίσθαι γάρ*, etc. In libello quem Theodorus episcopus Scythopolitanus Justiniano imperatori et quatuor patriarchis Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno et Jerosolymitano obtulit, inter anathemata quibus Origenis dogmata ferit, illud, capite 5 sic legitur *Biblioth. Coislin.*, pag. 95 : Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδῆ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγείρεσθαι σώματα, ἢ οὐχ ὁμολογεῖ ὀρθίους ἡμᾶς ἐγείρεσθαι· ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis dicat, aut teneat, aut censeat, aut doceat in resurrectione hominum corpora sphærica resurgere, et non confiteatur nos rectos resurrecturos esse, anathema sit.* Vide insuper *Origenianorum* lib. II, quæst. 9, num 9.

(30) Codex uterque, ἀπευθυσμένον. Lego cum Bentleio, ἀπευθυμμένον. Pessime vero editio Oxoniensis habet, πεπεισμένον.

(31) Codex uterque, λέγεται. Editio Oxon., λέγηται.

καὶ, *Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ.* Ἔχει δὲ καὶ τεταγμένον ὑπὲρ τοῦ ἐφ' ἡσυχίας μὴ περισπώμενον τὰς εὐχὰς ἐπιτελεῖν ἕκαστον (32), ἐπιλεξάμενον τοῦ ἰδίου οἴκου, ἐὰν ἐγχωρῇ, τὸ σεμνότερον, ἵν' οὕτως εἴπω, χωρίον, οὕτως εὔχεσθαι, πρὸς τῷ καθολικῷ τῆς περὶ αὐτοῦ ἐξετάσεως ἐπισκοποῦντα (33), εἰ ἐν τῷδε τῷ τόπῳ ᾧ εὔχεται οὐ παρανενόμηταί ποτε, καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πεποίηται· οἱονεὶ γὰρ οὐ μόνον ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον τῆς ἰδίας εὐχῆς τοιοῦτον πεποίηκεν, ὡς φυγεῖν ἐκεῖθεν τὴν ἐπισκοπὴν τοῦ Θεοῦ. Ἐπισκοποῦντι δέ μοι ἐπὶ πλεῖον καὶ περὶ τούτου τοῦ τόπου λεκτέον, δόξαν μὲν ἄν τι εἶναι βαρὺ, τάχα δὲ τῷ ἐπιμελῶς αὐτὸ βασανίζοντι οὐκ εὐκαταφρόνητον. Ἐν γὰρ τῷ τόπῳ τῆς παρανόμου μίξεως ὑπὸ τοῦ ἀποστολικοῦ λόγου (34) κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγὴν συγκεχωρημένης, ἐξεταστέον εἰ ὅσιόν ἐστι καὶ καθαρὸν ἐντυγχάνειν τῷ Θεῷ. Εἰ γὰρ σχολάσαι τῇ προσευχῇ ὃν τρόπον χρὴ, οὐχ οἷόν τε ἐστὶν, ἐὰν μὴ ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν τούτῳ τις ἑαυτὸν ἐπιδῷ, τάχα καὶ περὶ τοῦ τόπου, ἐὰν ἐγχωρῇ, θεωρητέον. Ἔχει δέ τι ἐπίχαρι εἰς ὠφέλειαν τόπος εὐχῆς, τὸ χωρίον τῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῶν πιστευόντων συνελεύσεως, ὡς εἰκὸς, καὶ ἀγγελικῶν δυνάμεων ἐφισταμένων τοῖς ἀθροίσμασι τῶν πιστευόντων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν δυνάμεως, ἤδη δὲ καὶ πνευμάτων ἁγίων (35), οἶμαι δὲ ὅτι καὶ προκεκοιμημένων, σαφὲς δὲ, ὅτι καὶ ἐν τῷ βίῳ περιόντων, εἰ καὶ τὸ πῶς οὐκ εὐχερὲς εἰπεῖν. Καὶ περὶ μὲν ἀγγέλων οὕτως ἐπιλογιστέον· Εἰ *παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτοὺς,* καὶ ἀληθεύει ὁ Ἰακὼβ οὐ περὶ ἑαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων τῶν ἀνακειμένων τῷ Θεῷ τῷ συνιέντι λέγων· *Ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν·* εἰκός ἐστι πλειόνων (36) συνεληλυθότων γνησίως εἰς δόξαν Χριστοῦ, παρεμβαλεῖν τὸν ἑκάστου ἄγγελον τὸν κύκλῳ (37) ἑκάστου τῶν φοβουμένων, μετὰ τούτου τοῦ ἀνδρὸς ὃν φρουρεῖν καὶ οἰκονομεῖν πεπίστευται· ὥστε εἶναι ἐπὶ τῶν ἁγίων συναθροιζομένων διπλῆν ἐκκλησίαν, τὴν μὲν ἀνθρώπων, τὴν δὲ ἀγγέλων. Καὶ εἰ μόνου τοῦ Τωβὴτ ὁ Ῥαφαὴλ φησιν *εἰς μνημόσυνον ἀνενηνοχέναι τὴν προσευχὴν,* καὶ μετ' αὐτὸν Σάῤῥας τῆς ὑστέρας (38) νύμφης γενομένης αὐτοῦ διὰ τὸ γεγαμῆσθαι αὐτὴν τῷ Τοβίᾳ, τί λεκτέον πλειόνων ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ, καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ συνοδευόντων, καὶ σωματοποιουμένων ἐν Χριστῷ; Περὶ δὲ τῆς δυνάμεως τοῦ Κυρίου συμπαρούσης τῇ Ἐκκλησίᾳ ὁ Παῦλός φησι· *Συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος σὺν τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ·* ὡς δυνάμεως τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ συναπτομένης οὐ μόνον μετὰ Ἐφεσίων, ἀλλὰ καὶ Κοριν-

A rale de illo examen inspexerit nihilne ibi nefarium, nihilne rectæ contrarium rationi admissum unquam sit; qui enim id fecit, non se tantum, sed et ipsum orationis locum talem effecit ut in eum Deus respicere fugiat. Mihi autem plenius inspicienti dicendum de illo loco subit quod odiosum esse videatur, at forte accuratius examinanti non contemnendum. Inquirendum est scilicet an in coitus loco non illiciti quidem, sed qui apostolicis verbis secundum indulgentiam, non secundum præceptum conceditur, sanctum sit et purum Deum precari. Si enim orationi ut oportet vacare non potest [62], nisi qui ex consensu ad tempus ei se dedat, forte de loco an deceat considerandum est. Habet aliquid cum utilitate jucundi locus orationis, ille scilicet quo fideles B in unum conveniunt; credibile est enim angelicas **269** potestates credentium cœtibus adesse, ipsiusque Domini et Servatoris nostri virtutem, imo et sanctorum spiritus, opinor etiam defunctorum; nam de superstitibus manifestum est, licet quomodo adsint, facile non sit dicere. Ac de angelis quidem sic colligi potest : Si *immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos* [63], et vera loquitur Jacob cum non de se solo, sed et de omnibus qui Deo devoti sunt, intelligenti dicit : *Angelus qui eruit me ex omnibus malis* [64]; probabile est, multis in Christi gloriam legitime congregatis, uniuscujusque angelum in circuitu singulorum timentium immittere, cum illo scilicet viro cujus ipsi cura et custodia tradita est; ut duplex C congregatis sanctis ecclesia sit, altera hominum, altera angelorum. Quod si vel Tobiæ solius ait Raphael *se obtulisse in memoriale orationem* [65], deinde Saræ quæ nurus ejus facta est Tobiæ filio nupta, quid dicendum multis eadem mente et sententia concurrentibus et unum corpus in Christo constituentibus? Porro de Christi virtute ecclesiæ assistente Paulus ait : *Congregatis vobis et meo spiritu cum virtute Domini Jesu* [66]; ut virtute Domini Jesu non solis Ephesiis, sed et Corinthiis conjuncta. Quod si corpore adhuc indutus Paulus in commune consulere spiritu suo Corinthi posse putavit, non est desperandum eos etiam qui e vita excesserunt, beatos ad ecclesias spiritu occurrere, et forte potius quam is qui est in corpore. Quapropter quæ D in illis fiunt preces contemnendæ non sunt, quippe quæ eximium aliquid afferunt legitime convenienti. At quemadmodum virtus Jesu et spiritus Pauli ejusque similium, et in circuitu singulorum sanctorum excubantes angeli Domini cum illis concurrunt et conveniunt qui legitime congregantur; sic

[62] I Cor. VII, 5. [63] Psal. XXXIII, 8. [64] Gen. XLVIII, 16. [65] Tob. XII, 12. [66] I Cor. V, 4.

(32) *Ἐπιτελεῖν ἕκαστον.* Codex Colbertinus, ποιεῖν ἕκαστον.

(33) Codex uterque, ἐπισκοποῦντα. Editio Oxon., ἐπισκοπούσης.

(34) Codex uterque, τῆς παρανόμου μίξεως ὑπὸ τοῦ ἀποστολικοῦ λόγου. Lego cum Bentleio, τῆς ἀπαρανόμου, etc. Editio Oxon., τῆς παρανόμου μίξεως, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ ἀποστολικοῦ.

(35) *Πνευμάτων ἁγίων.* Legit Bentleius, πνευμάτων τῶν ἁγίων.

(36) *Πλειόνων.* Codex Colbertinus, πολλῶν.

(37) *Τὸν κύκλῳ.* Bentleius delet, τόν.

(38) *Τῆς ὑστέρας.* Deest in codice Colbertino.

etiam attendendum est ne si quis angelo sancto A indignus sit, is seipsum angelo diabolo tradat peccando et iniqua agendo. Qui enim talis erit, si quidem paucos habeat sui similes, non diu angelorum effugiet providentiam quæ divinæ voluntati ecclesiæ invigilanti ministrantes, istius errores in communem efferent notitiam. At si plurimi ejusmodi convenerint more humanarum societatum, corporeisque magis de rebus tractantes coeant, non respicientur a Deo. **270** Quod in Isaia declaratur dicente Domino : *Neque si veniatis ut appareatis mihi ; avertam enim*, inquit, *oculos meos a vobis ; et si multiplicetis orationem, non exaudiam vos* [67]. Forsan enim pro illo duplici quod diximus agmine hominum sanctorum et beatorum angelorum, iterum duplex fit in unum conventus impiorum ho- B minum et malorum angelorum, de quo conventu a sanctis angelis et piis hominibus dici possit : *Non sedi cum consilio vanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo. Odio habui ecclesiam malignantium et cum impiis non sedebo* [68]. Hac de causa puto populos illos qui in Jerusalem et in omni Judæa legem reliquerant, multis oneratos peccatis sub inimicorum manum missos esse, quod a Deo derelicti essent, et a protegentibus angelis, et destituti sanctorum hominum auxilio. Sic enim integræ nonnunquam congregationes in tentationes incidere permittuntur, ut *etiam quod videntur habere, auferatur ab eis* [69], et ad instar ficus maledictæ et a radicibus evulsæ [70], quod esurienti Christo fructum non de- C derit, arefiant, et si paululum quid vivificæ per fidem virtutis habuerint, ea priventur. Hæc mihi necessario dixisse videor locum orationis excutiens, præcipuumque statuens esse locum sanctorum conventum pie simul in ecclesiam coeuntium.

θίων. Καὶ εἰ ὁ ἔτι τὸ σῶμα περικείμενος Παῦλος συνάρασθαι νενόμικε τῷ ἑαυτοῦ πνεύματι ἐν τῇ Κορίνθῳ, οὐκ ἀπογνωστέον οὕτω καὶ τοὺς ἐξεληλυθότας μακαρίους φθάνειν τῷ πνεύματι, τάχα μᾶλλον τοῦ ὄντος ἐν τῷ σώματι, ἐπὶ τὰς ἐκκλησίας. Διόπερ οὐ καταφρονητέον τῶν ἐν αὐταῖς εὐχῶν, ὡς ἐξαίρετόν τι ἐχουσῶν τῷ γνησίως συνερχομένῳ αὐτῶν. Ὥσπερ δὲ δύναμις Ἰησοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα Παύλου καὶ τῶν ὁμοίων, καὶ οἱ παρεμβάλλοντες ἑκάστου τῶν ἁγίων κύκλῳ ἄγγελοι Κυρίου συνοδεύουσι, καὶ συνέρχονται τοῖς γνησίως συναθροιζομένοις· οὕτω στοχαστέον, μήποτε, ἐὰν ἁγίου ἀγγέλου ἀνάξιός τις ᾖ, ἑαυτὸν ἀγγέλῳ (39) διαβόλῳ παραδῷ δι' ὧν ἁμαρτάνων παρανομεῖ· ὅτι ὁ τοιοῦτος, σπανίων μὲν τῶν ὁμοίων αὐτῷ τυγχανόντων, οὐκ ἐπιπολὺ λήσεται (40) τῆς τῶν ἀγγέλων προνοίας, ὑπηρεσίᾳ τοῦ θείου βουλήματος ἐπισκοποῦντος τὴν ἐκκλησίαν, φερούσης εἰς γνῶσιν τῶν πολλῶν τοῦ τοιούτου τὰ πταίσματα. Ἐὰν δὲ πλῆθος γενόμενοι οἱ τοιοῦτοι καθ' ἑταιρείας ἀνθρωπικὰς, καὶ σωματικώτερόν τι πραγματευομένοις συνέρχωνται (41), οὐκ ἐπισκοπηθήσονται· ὅπερ δηλοῦται ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Οὐδὲ ἐὰν ἔρχησθε* (42) *ὀφθῆναί μοι. Ἀποστρέψω γὰρ*, φησὶ, *τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν*· τάχα γὰρ ἀντὶ τῆς προειρημένης διπλῆς συντάξεως ἀνθρώπων ἁγίων καὶ μακαρίων ἀγγέλων, πάλιν διπλῆ γίνεται ἐπὶ τὸ αὐτὸ σύνοδος ἀνθρώπων ἀσεβῶν καὶ πονηρῶν ἀγγέλων· καὶ λέγοιτο ἂν ἐπὶ τῆς τῶν τοιούτων συναγωγῆς ὑπό τε τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ ἱερῶν ἀνθρώπων· *Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω· ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων, καὶ μετὰ ἀσεβῶν οὐ μὴ καθίσω*. Διὰ τοῦτο οἶμαι καὶ τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ ἐν πλείοσιν ἁμαρτήμασι γεγενημένους ὑποχειρίους γεγονέναι τοῖς ἐχθροῖς, τῷ καταλελεῖφθαι τοὺς καταλιπόντας τὸν νόμον ναοὺς (43) ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ὑπερασπιζόντων ἀγγέλων, καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ἁγίων ἀνθρώπων. Οὕτω γὰρ καὶ ὅλα ἀθροίσματά ποτε καταλείπεται ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμοὺς, ἵνα *καὶ ὃ δοκοῦσιν ἔχειν, ἀρθῇ ἀπ' αὐτῶν*· ὁμοίως τῇ κατηραμένῃ συκῇ καὶ ἐκ ῥιζῶν ἀρθείσῃ διὰ τὸ μὴ δεδωκέναι τῷ Ἰησοῦ πεινῶντι καρπὸν, ξηραινόμενοι, καὶ εἴ τι εἶχον ὀλίγον ζωτικῆς κατὰ τὴν πίστιν δυνάμεως ἀπολλύντες. Ταῦτα δέ μοι ἀναγκαίως εἰρῆσθαι φαίνεται τόπον εὐχῆς ἐξετάζοντι, καὶ τὸ ἐξαίρετον ὡς ἐν τόπῳ παριστάντι ἐπὶ τῆς τῶν ἁγίων καὶ εὐλαβέστερον (44) ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐκκλησίᾳ γινομένων συνελεύσεως.

32. Jam de parte mundi in quam respiciendo D orandum sit, pauca dicenda sunt. Cum autem quatuor sint partes, ad septentrionem, ad meridiem, ad occasum, et ad ortum, quis non statim fateatur ortum perspicue indicare, illuc nos symbolice conversos, anima veri luminis ortum veluti respiciente, orare debere. Quod si quis in quamvis partem

Ἤδη δὲ καὶ περὶ τοῦ κλίματος εἰς ὃ ἀφορῶντα εὔχεσθαι δεῖ, ὀλίγα λεκτέον. Τεσσάρων δὲ ὄντων κλιμάτων, τοῦ τε πρὸς ἄρκτον, καὶ μεσημβρίαν, καὶ τοῦ πρὸς δύσιν, καὶ ἀνατολὴν, τίς οὐκ ἂν αὐτόθεν ὁμολογήσαι τὰ πρὸς ἀνατολὴν ἐναργῶς (45) ἐμφαίνειν τὸ δεῖν ἐκεῖ νεύοντας συμβολικῶς, ὡς τῆς ψυχῆς ἐνοριώσης τῇ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἀνατολῇ,

[67] Isa. I, 12, 15. [68] Psal. XXV, 4. [69] Luc. VIII, 18. [70] Marc. XI, 20.

(39) *Ἑαυτὸν ἀγγέλῳ*, etc. Sic recte habet codex Colbertinus; Cantabrigiensis autem, καὶ ἐπὶ τῷ ἑαυτὸν ἀγγέλων διαβόλῳ δι' ὧν ἁμαρτάνει καὶ Θεοῦ καταφρονῶν παρανομεῖ.

(40) Codex uterque, λήσεται. Editio Oxon., λήσηται.

(41) *Πραγματευομένοις συνέρχωνται*. Lego cum Bentleio, πραγματευόμενοι συνέρχωνται. Pro συνέρχωνται, editio Oxoniensis habet, συνέρχονται, male.

(42) Uterque codex ms., ἐὰν ἔρχησθε. Editio Oxon., ἂν ἔρχησθε.

(43) *Ναούς*. Lego cum Bentleio, λαούς.

(44) *Εὐλαβέστερον*. Sic uterque codex ms. Editio autem Oxoniensis in textu habet εὐλαβεστέρων.

(45) Uterque ms. codex, ἐναργῶς. Editio Oxon., ἐνεργῶς.

ποιεῖσθαι τὰς εὐχάς; Ἐὰν δέ τις ὁπουδήποτε τῶν θυρῶν τοῦ οἴκου νευουσῶν βούληται (46) μᾶλλον κατὰ τὸ ἀνεῳγὸς τῆς οἰκίας προσφέρειν τὰς ἐντεύξεις, λέγων τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν ὄψιν ἔχειν τι μᾶλλον προσκαλούμενον ἐφ' ἑαυτὴν (47) τῆς ἐπὶ τὸν τοῖχον ἐπιβλέψεως, εἰ τύχοιεν μὴ διανεῳγότα τοῦ οἴκου τὰ πρὸς ἀνατολάς· λεκτέον πρὸς αὐτὸν, ὅτι θέσει τῶν οἰκοδομημάτων ἀνθρώπων κατὰ τάδε τὰ κλίματα ἢ τάδε διανοιγομένων, φύσει δὲ τῆς ἀνατολῆς (48) τῶν λοιπῶν προκεκριμένης κλιμάτων, τὸ φύσει τοῦ θέσει προτακτέον. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν πεδίῳ εὔξασθαι βουλόμενος, τί μᾶλλον κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐπ' ἀνατολὰς (49), ἢ ἐπὶ δύσιν προσεύξεται; Εἰ δὲ ἐκεῖ προκριτέον τὰς ἀνατολὰς κατὰ τὸ εὔλογον, διὰ τί τοῦτο οὐ πανταχοῦ ποιητέον; Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

Δοκεῖ δέ μοι, ἔτι περὶ τῶν τόπων τῆς εὐχῆς διαλαβόντα, οὕτω καταπαῦσαι τὸν λόγον. Τέσσαρες δή μοι τόποι ὑπογραπτέοι φαίνονται, οὓς εὗρον διεσκεδασμένους ἐν ταῖς Γραφαῖς, καὶ σωματοποιητέον ἑκάστῳ κατὰ τούτους εὐχήν. Εἰσὶ δὲ οἱ τόποι οὗτοι (50)· Κατὰ δύναμιν δοξολογίας ἐν τῇ ἀρχῇ καὶ τῷ προοιμίῳ τῆς εὐχῆς λεκτέον τοῦ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ συνδοξολογουμένου ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι συνυμνουμένῳ (51). Καὶ μετὰ τοῦτο τακτέον ἑκάστῳ

A obversis domus ostiis, illac malit qua ædes patent preces offerre, dicatque cœli prospectum habere nescio quid quod magis ad se provocet, quam objectum parietem, si quando ostium domus orientem non respiciat; respondendum hominum instituto in hanc vel in illam mundi partem, ædificia patere; natura autem orientem reliquis præstare cœli partibus; quare quod natura **271** est, ei quod est ex instituto præponendum. Alioqui qui in campo vult orare, quid est juxta illam rationem cur ad orientem potius quam ad occidentem oret? Sin ibi orientem præponi ratio postulat, cur non id ubique faciendum? Ac de his hactenus.

33. De partibus orationis cum adhuc tractavero, finem arbitror dicendi faciendum. Videntur autem B mihi quatuor describendæ partes quas dispersas in Scripturis reperi, et ad illarum exemplum oratio unicuique in unum corpus redigenda. Sunt autem hæ partes ejusmodi. Pro viribus in principio atque exordio orationis gloria reddenda est Deo per Christum conglorificatum in sancto Spiritu collaudato. Postea collocare quivis debet gratiarum actiones

(46) Iidem mss., βούληται. Editio Oxon., βούλεται.

(47) Iidem mss., προσκαλούμενον ἐφ' ἑαυτήν. Editio Oxon., προσκαλούμενον ἐφ' ἑαυτῷ, male. Bentleius legit, προκαλούμενον ἐφ' ἑαυτήν.

(48) *Φύσει δὲ τῆς ἀνατολῆς*, etc. De precibus versus Orientem habendis Clemens Alexandrinus *Strom.* VII ait : Ἐπεὶ δὲ γενεθλίου ἡμέρας εἰκὼν ἡ C ἀνατολὴ, κἀκεῖθεν τὸ φῶς αὔξεται ἐκ σκότους λάμψαν τὸ πρῶτον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ἀγνοίᾳ κυλινδουμένοις ἀνέτειλε γνώσεως ἀληθείας ἡμέρα κατὰ λόγον τοῦ ἡλίου, πρὸς τὴν ἑωθινὴν ἀνατολὴν αἱ εὐχαί. *Quoniam autem diei natalis imago est Oriens, atque illinc quoque lux augetur, quæ primum illuxit ex tenebris; iisque qui volutantur in ignoratione exortus est dies cognitionis veritatis, quemadmodum sol oritur, ideo ad ortum matutinum habentur preces.* Item auctor *Quæst. et respons. ad orthodoxos*, resp. 118, postquam usum precandi versus Orientem retulit, infert : Τὸ δὲ ἔθος, παρ' ὧν εἴληφεν ἡ Ἐκκλησία τὸ εὔχεσθαι, παρὰ τούτων εἰληφέναι καὶ τὸ ποῦ εὔχεσθαι· τοῦτο δὲ παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. *Porro a quibus orationem Ecclesia accepit, ab eisdem quoque ubi orare soleat, consuetudinem accepit, a sanctis nimirum apostolis.* Vide *Constit. apost.* lib. II, cap. 57, Basilium *De Spiritu sancto*, cap. 27, Chrysostomum ad Danielis VI, 10, Pseudo-Origenem ad Jobi D l. III, ementitum similiter Athanasium quæst. 37, earum quæ ad Antiochum inscribuntur, Germanum Constantinopolitanum in *Theoria mystica* post initium, Joannem Damascenum *Orthodoxæ fidei* lib. IV, cap. 13, Gregentium, *Disputationis cum Judæo* fol. 61, et auctorem libri *De divinis officiis* apud Alcuinum cap. 39. Observari præterea velim Therapeutas, de quibus Philo in libro *De vita contemplativa*, hanc precandi versus orientem consuetudinem habuisse : Τάς τε ὄψεις καὶ ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἕω στάντες, ἐπὰν θεάσωνται τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα, τὰς χεῖρας ἀνατείναντες εἰς οὐρανὸν, εὐημερίαν καὶ ἀλήθειαν ἐπεύχονται, καὶ ὀξυωπίαν λογισμοῦ. *Verso ad auroram vultu totoque corpore, quamprimum solem orientem aspiciunt, felicem diem et veritatem, perspicacemque mentem sibi comprecantur.*

(49) *Τὸν λόγον ἐπ' ἀνατολάς*. Hæc desunt in editione Oxoniensi, sed reperiuntur in codice manuscripto Cantabrigiensi.

(50) *Εἰσὶ δὲ οἱ τόποι οὗτοι*. His quatuor capitibus, quæ *loca*, rhetorum more, appellat Origenes, partes maxime conspicuæ officiorum sacrorum Ecclesiæ veteris contineri videntur. Hæc, pro more suo, Scripturarum testimoniis illustrat, et privatas etiam preces ad ea exigendas suadet Adamantius. Si quis vero vetustissimas Ecclesiæ tam Orientalis quam Occidentalis missas sive liturgias evolverit, in subsidium sumptis earum enarratoribus, Dionysio Areopagita, auctore *Constitut. apostolic.* et Cyrillo catechista, deprehendet in primo missæ introitu trisagium, hymnum cherubicum, aut angelicum (quæ certe ad doxologiam sunt referenda), sibi occursura. In canonis item exordio conspicietur nobilis acclamatio eucharistica, Ἀνάσχωμεν τὰς καρδίας. Ἄξιον καὶ δίκαιον σὲ ὑμνεῖν, σὲ εὐλογεῖν, σὲ αἰνεῖν, σὲ εὐχαριστεῖν, σὲ προσκυνεῖν. *Sursum corda. Habemus ad Dominum. Dignum et justum est*, etc. Quam formulam in Ecclesia meridionali, sive Africana, pariter obtinuisse, auctor est omni exceptione major Cyprianus. Exomologesim repræsentabunt verba illa quæ sequuntur, maxime solemnia : Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἄξιος, et Οὐδεὶς ἄξιος τῶν συνδεδεμένων ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις, et Ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἄνες, ἄφες, συγχώρησον. *Non sumus digni*, etc. Accedunt αἰτήσεις, sive litaniæ pro omnium fidelium variis necessitatibus, in quibus subinde repetitur Κύριε, ἐλέησον, aut τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. *Domine, miserere nostri, et exaudi nos, Domine.* Quorum omnium clausula repetita doxologia, Σοὶ πρέπει καὶ ἐποφείλεται ἡ παρὰ πάντων ἡμῶν δοξολογία, τιμὴ καὶ προσκύνησις καὶ εὐχαριστία τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεί. Σὺ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. *Gloria in excelsis Deo*, etc., et *Gratias tibi agimus, Pater*, etc. Hæc sive casu juxta contigerint, vel ab Ecclesiæ primordiis pari ubique consensu fuerint recepta, judicet lector. EDIT. OXON.

(51) Codex uterque, συνυμνουμένῳ. Editio Oxon., συνυμνουμένου. Ibidem codex Colbertinus, εὐχαριστίας τε κοινὰς ὑπὲρ τῶν εἰς πάντας εὐεργεσιῶν καὶ ὧν ἰδίᾳ τέτευχεν. Cantabrigiensis autem, εὐχαριστίας τε κοινὰς πρὸς πολλοὺς εὐεργεσίας

communes pro pertinentibus ad omnes beneficiis, A tum pro eis quæ privatim a Deo consecutus est. Post gratiarum actionem debere videtur suorum peccatorum amarus apud Deum accusator fieri ac petere primum medelam qua habitu ad peccandum impellente liberetur, deinde præteritorum remissionem. Post confessionem quarto mihi loco videtur adjungenda petitio magnarum et cœlestium rerum et pro se et pro omnibus et pro familiaribus et amicis. Ac super his omnibus oratio debet in glorificationem Dei per Christum in Spiritu sancto desinere. Has quas dixi partes dispersas in Scripturis invenimus; glorificationem his verbis in psalmo centesimo tertio: *Domine Deus meus, magnificatus es vehementer. Confessionem et decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento, extendens cœlum sicut pellem. Qui tegit in aquis superiora ejus, qui ponit nubes ascensum suum, qui ambulat super pennas ventorum, qui facit angelos suos spiritus,* **272** *et ministros suos ignem flagrantem; qui fundat terram super stabilitatem ejus; non inclinabitur in sæculum sæculi. Abyssus, sicut vestimentum, amictus ejus; super montes stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient, a voce tonitrui tui formidabunt* [71]. Et maxima pars hujus psalmi glorificationem continet Patris. Licet cuivis plura sibi colligere, et videre quam multis in locis pars illa quæ ad glorificationem pertinet diffusa sit. Gratiarum actionis hoc sit exemplum in secundo Regum positum, a Davide post factas ei per Nathan promissiones pronuntiatum, cum ad Dei dona stuperet, gratiasque pro eis referret his verbis: *Quis sum ego, Domine mi, Domine, et quæ domus mea, quia dilexisti me usque ad hæc? Et factus sum parvus parum coram te, Domine mi; et locutus es pro domo servi tui in longinquum. Hæc autem lex hominis, Domine mi, Domine. Et quid adjiciet ultra David loqui ad te? Et nunc nosti servum tuum, Domine; propter servum tuum fecisti; et secundum cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc ad notum faciendum servo tuo; ideo ut magnificares te, Domine mi, Domine* [72]. Confessionis exemplum: *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me* [73]; et alibi: *Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Miser factus sum et curvatus sum usque in finem; tota die contristatus ingrediebar* [74]. Petitionum in vigesimo septimo psalmo: *Ne simul trahas me cum peccatoribus; et cum operantibus iniquitatem ne perdas me* [75], et si quid his est simile. Æquum est autem incœptam a glorificatione orationem in glorificationem desinendo terminare, laudando et glorificando Patrem universorum, per

A εὐχαριστίας τε κοινὰς ὑπὲρ τῶν εἰς πάντας εὐεργεσιῶν, καὶ ὧν ἰδίᾳ τέτευχεν ἀπὸ Θεοῦ. Μετὰ δὲ τὴν εὐχαριστίαν φαίνεταί μοι πικρόν τινα δεῖν γινόμενον τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων κατήγορον ἐπὶ Θεοῦ, αἰτεῖν πρῶτον μὲν ἴασιν πρὸς τὸ ἀπαλλαγῆναι τῆς τὸ ἁμαρτάνειν ἐπιφερούσης ἕξεως, δεύτερον ἄφεσιν τῶν παρεληλυθότων. Μετὰ δὲ τὴν ἐξομολόγησιν τέταρτόν μοι συνάπτειν φαίνεται δεῖν, τὴν περὶ τῶν μεγάλων καὶ ἐπουρανίων αἴτησιν, ἰδίων τε καὶ καθολικῶν, καὶ περί τε οἰκείων καὶ φιλτάτων. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τὴν εὐχὴν εἰς δοξολογίαν Θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι καταπαυστέον. Τούτους δὲ τοὺς τόπους, ὡς προείπομεν, διεσπαρμένους εὕρομεν ἐν ταῖς Γραφαῖς· τὸν μὲν τῆς δοξολογίας διὰ τούτων ἐν ἑκατοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ· *Κύριε ὁ Θεός μου ὡς ἐμεγαλύνθης* B *σφόδρα, ἐξομολόγησιν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐνεδύσω, ὁ ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον, ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν* (52), *ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ· ὁ τιθεὶς νέφη τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ· ὁ περιπατῶν ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων· ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· ὁ θεμελιῶν τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς, οὐ κλιθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἄβυσσος, ὡς ἱμάτιον, τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ· ἐπὶ τῶν ὀρέων στήσονται ὕδατα. Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου φεύξονται· ἀπὸ φωνῆς βροντῆς σου δειλιάσουσι·* καὶ τὰ πλεῖστα δὲ τούτου τοῦ ψαλμοῦ δοξολογίαν περιέχει τοῦ Πατρός. Ἔνεστι δέ τινα ἑαυτῷ πλείονα ἀναλεγόμενον ὁρᾷν, ὡς ὁ τόπος (53) τῆς δοξολογίας C πολλαχοῦ διέσπαρται. Τῆς δὲ εὐχαριστίας ἐκκείσθω τοῦτο παράδειγμα ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν *Βασιλειῶν* κείμενον, μετὰ τὰς διὰ τοῦ Νάθαν πρὸς τὸν Δαυῒδ ἐπαγγελίας ὑπὸ τοῦ Δαυῒδ ἐπαγγελλόμενον ἐκπλαγέντος τὰς τοῦ Θεοῦ δωρεὰς, καὶ εὐχαριστοῦντος ἐπ' αὐταῖς (54) διὰ τούτων· *Τίς εἰμι ἐγὼ, Κύριέ μου, Κύριε, καὶ τίς ὁ οἶκός μου, ὅτι ἠγάπησάς με ἕως τούτων; Καὶ κατεσμικρύνθην μικρὸν ἐνώπιόν σου, Κύριέ μου, καὶ ἐλάλησας ὑπὲρ τοῦ οἴκου τοῦ δούλου σου εἰς μακράν. Οὗτος δὲ ὁ νόμος τοῦ ἀνθρώπου, Κύριέ μου, Κύριε. Καὶ τί προσθήσει Δαυῒδ ἔτι τοῦ λαλῆσαι πρὸς σέ, καὶ νῦν σὺ οἶδας τὸν δοῦλόν σου, Κύριε· διὰ τὸν δοῦλόν σου πεποίηκας, καὶ κατὰ τὴν καρδίαν σου ἐποίησας πᾶσαν τὴν μεγαλωσύνην σου ταύτην γνωρίσαι* D *τῷ δούλῳ σου, ἕνεκα τοῦ μεγαλῦναί σε, Κύριέ μου Κύριε.* Τῶν δὲ ἐξομολογήσεων παράδειγμα· *Ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν μου ῥῦσαί με·* καὶ ἐν ἄλλοις· *Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου. Ἐταλαιπώρησα καὶ κατεκάμφθην ἕως τέλους· ὅλην τὴν ἡμέραν σκυθρωπάζων ἐπορευόμην.* Τῶν δὲ αἰτήσεων ἐν εἰκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ· *Μὴ συνελ-*

[71] Psal. CIII, 1-7. [72] II Reg. VII, 18-22. [73] Psal. XXXVIII, 9. [74] Psal. XXXVII, 6, 7. [75] Psal. XXVII, 3.

προσάγοντας ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας, καὶ ὧν ἰδίᾳ τέτευχεν.

(52) Codex ms. Cantabrig., δέριν. Editio Oxon., δέῤῥιν.

(53) Idem codex ms., ὡς ὁ τόπος. Editio Oxon., ὥστε τόπος.

(54) Idem codex ms., αὐταῖς. Editio Oxon., αὐτοῖς.

κύσῃς με μετὰ ἁμαρτωλῶν, καὶ μετὰ ἐργαζομένων ἀδικίαν μὴ συναπολέσῃς με· καὶ εἴ τι τούτοις ὅμοιον. Εὔλογον δὲ ἀρξάμενον ἀπὸ δοξολογίας εἰς δοξολογίαν καταλήγοντα καταπαύειν τὴν εὐχὴν, ὑμνοῦντα καὶ δοξάζοντα τὸν τῶν ὅλων Πατέρα διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.

A Jesum Christum in sancto Spiritu, cui gloria in sæcula.

Ταῦτα κατὰ δύναμιν ἐμὴν εἰς τὸ τῆς εὐχῆς πρόβλημα, καὶ εἰς τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εὐχὴν, τά τε πρὸ αὐτῆς παρὰ τῷ Ματθαίῳ εἰρημένα, ἡμῖν διήθληται (55), φιλομαθέστατοι καὶ γνησιώτατοι ἐν θεοσεβείᾳ ἀδελφοὶ, Ἀμβρόσιε καὶ Τατιανή. Οὐκ ἀπογινώσκω δὲ τοῖς ἔμπροσθεν ὑμῶν ἐπεκτεινομένων, καὶ τῶν ὄπισθεν ἐπιλανθανομένων, εὐχομένων τε ἐν τούτοις ὄντων περὶ ἡμῶν, πλείονα καὶ θειότερα εἰς πάντα ταῦτα δυνηθῆναι χωρῆσαι ἀπὸ τοῦ διδόντος Θεοῦ, καὶ λαβὼν (56) πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν διαλαβεῖν μεγαλοφυέστερον, καὶ ὑψηλότερον, καὶ τρανότερον· πλὴν ἐπὶ τοῦ παρόντος μετὰ συγγνώμης τούτοις ἐντεύξεσθε.

Hæc pro viribus meis in orationis argumentum, et in eam quæ Evangeliis continetur orationem, et in ea quæ illam apud Matthæum præcedunt, a me tractata sunt, studiosissimi et vere germani in pietate fratres, Ambrosi et Tatiana. Nec despero quin vobis semper ad anteriora contendentibus, et eorum quæ retro sunt obliviscentibus, orantibusque interea pro nobis, plura et diviniora ad hæc omnia pertractanda accipere possim a largitore Deo, et cum accepero, iterum de iisdem disserere magnificentius, et altius, ac dilucidius. In præsentia autem hæc in partem bonam accipietis.

B

(55) Idem ms. habet, ἡμῖν διήθληται. Editio Oxon., ὑμῖν διαθληταί.
(56) Mss., λαβών, editio Oxon., λαβόντα.

IN EXHORTATIONEM AD MARTYRIUM

ADMONITIO.

—

273 *Nulla prorsus est inter eruditos controversia de sinceritate hujus aurei opusculi, quod apud veteres passim celebratur. Eusebius non solum librum* De martyrio *commemorat, sed et qua occasione Origenes ad eum scribendum permotus sit, narrat libr.* VI Histor. ecclesiast., *cap.* 28: Τόν γε μὴν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα Ἀλέξανδρον τρισὶν ἔτεσιν ἐπὶ δέκα τὴν ἀρχὴν διανύσαντα Μαξιμῖνος Καῖσαρ διαδέχεται· ὃς δὴ κατὰ κότον τὸν πρὸς τὸν Ἀλεξάνδρου οἶκον ἐκ πλειόνων πιστῶν συνεστῶτα, διωγμὸν ἐγείρας, τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν ἄρχοντας μόνους, ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον διδασκαλίας, ἀναιρεῖσθαι προστάττει. Τότε καὶ Ὠριγένης τὸν *Περὶ μαρτυρίου* συντάττει, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκτήτῳ πρεσβυτέρῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἀναθεὶς τὸ σύγγραμμα· ὅτι δὴ ἄμφω περίστασις οὐχ ἡ τυχοῦσα ἐν τῷ διωγμῷ κατειλήφει, ἐν ᾗ καὶ διαπρέψαι κατέχει λόγος ἐν ὁμολογίᾳ τοὺς ἄνδρας, οὐ πλείονος ἢ τριετοῦς χρόνου τῷ Μαξιμίνῳ διαγενομένου. « *Interea cæso Alexandro imperatore qui tredecim annis regnaverat, in ejus locum succedit Maximinus, qui gravi odio succensus adversus familiam Alexandri in qua plerique erant Christiani, persecutione excitata solos Ecclesiarum antistites, utpote evangelicæ prædicationis auctores, interfici jussit. Quo tempore Origenes librum* De martyrio *composuit, quem Ambrosio et Protocteto Cæsariensis Ecclesiæ presbytero dedicavit: eo quod uterque in ea persecutione non mediocre discrimen subierat. Unde et maximam gloriam ambo retulisse perhibentur, cum Maximinus non plus quam* triennii spatium perdurasset. » Rufinus posteriora verba sic παραφράζει: « *Tunc Origenes librum* De martyrio *ad Ambrosium scribit: qui cum ad plurimos pervenisset, tanquam nervis quibusdam validissimis stabiliti, sponte se ad confessionem Christi nominis offerebant.* » *Pamphilus martyr in Apologia Origenis, ejusdem libri meminit his verbis*: « *Denique in tam multis et tam diversis ejus libris nusquam invenitur unus ab eo liber proprie* De anima *conscriptus, sicut habet vel* De martyrio *vel* De oratione, *vel* De resurrectione. *Hieronymus* De scriptor. eccl., *in Ambrosio*: « *Ambrosius, inquit, primum Marcionites, deinde ab Origene correctus, Ecclesiæ diaconus, et confessionis Dominicæ gloria insignis fuit: cui pro Theoctisto presbytero liber Origenis* De martyrio *scribitur.* » *Ex ipsomet Origenis libello, et Eusebii loco supra laudato, nec non ex altero Nicephori Callisti mox laudando, liquet in hunc Hieronymi textum gravem irrepsisse amanuensium errorem qui Theoctistum Cæsariensem episcopum cum Protocteto Cæsariensi presbytero confuderunt; et quamvis antiquissima sit exemplarium corruptela, ut patet ex Græca Sophronii versione, recte observat Halloixius in notis ad Origen.* Defens., *p.* 23, *omnino legendum esse*: « *Cui et Protocteto,* » *aut si Freculfum præferre lubeat,* « *cui cum Protocteto,* » *legemus. Nicephorus Callistus lib.* V Hist. eccl., *cap.* 19, *de nostro libello sic loquitur*: Ἐν τοίνυν τῷ τότε καιρῷ τὸν προτρεπτικὸν εἰς μαρτύριον γενναῖον λόγον συντάττει, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκτήτῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας τὸ σύγγραμμα προσφωνῶν· εἰσῄει γὰρ ἐκείνοις οὐ μετρία τις ἀγωνία τῇ τοῦ διωγμοῦ ἐκείνου σφοδρότητι· ἐν ᾧ καὶ ἄμφω λόγον ἔχειν, τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἆθλον λαμπρῶς ἀγωνίσασθαι. *Joannes Langus sic vertit*: « *Eo itaque tempore præclaram illam orationem qua ad martyrium cohortatur, composuit, eamque Ambrosio et Protocteto, Cæsariensibus presbyteris, inscripsit: magna enim eis sollicitudo et anxietas propter persecutionis ejus vehementiam incesserat. In qua* **274** *oratione ambo illi rationes explicatas habuerunt, ut fortiter in martyrii stadio certamen pro Christo sustinerent atque perferrent.* » *Duplex, ni fallor, in hujus loci versione peccatum est interpretis: primum dum ista verba*: Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκτήτῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας τὸ σύγγραμμα προσφωνῶν, *sic reddit*: « *Eamque Ambrosio et Protocteto Cæsariensibus presbyteris inscripsit.* » *Ambrosius enim solum Ecclesiæ diaconus fuit, uti supra ex Hieronymo audivimus. Itaque Langus vertere debuerat*: *Ambrosio et Protocteto Cæsariensis Ecclesiæ presbytero. Alterum, dum hæc posteriora verba*: ἐν ᾧ καὶ ἄμφω λόγον ἔχειν, τὸν ὑπὲρ

Χριστοῦ ἆθλον λαμπρῶς ἀγωνίσασθαι, *vertit : « In qua oratione ambo illi rationes explicatas habuerunt, ut fortiter in martyrii stadio certamen pro Christo sustinerent atque perferrent. » Vertenda erant : « In qua persecutione ambo perhibentur illustre pro Christo certamen sustinuisse. » Nihil enim aliud hic vult Nicephorus Callistus, quam quod ait Eusebius loco supra laudato :* ἐν ᾗ καὶ διαπρέψαι κατέχει λόγος ἐν ὁμολογίᾳ τοὺς ἄνδρας. *Quam utile vero etiam aliis fuerit hoc Origenis scriptum, Westhenio idem Nicephorus Callistus tradere videtur lib.* v Histor. eccles., *cap.* 31 : Ἐπὶ Παλαιστίνης οὐ μείους οἱ ἆθλοι καὶ τὰ παλαίσματα, ὧν οἱ πλεῖστοι τοῖς προτρεπτικοῖς τῶν Ὠριγένους λόγων τὸν ἀγῶνα διέφερον. *« In Palæstina non minora fuere certamina et luctæ. Plurimi enim martyres exhortatoriis Origenis orationibus incitati viriliter agones pertulerunt. » In Deciana scilicet persecutione. Verum Nicephorus Callistus non loqui videtur de Origenis* Exhortatione ad martyrium *Ambrosio sub Maximini persecutione nuncupata, sed de aliis ejus sermonibus, quos iis qui consolatione indigent, furente Decii persecutione, ipsum reliquisse plurimæ ejus epistolæ commemorabant, teste Eusebio lib.* vi Hist. eccl., *cap.* 39. *Utut est, Freculphus* Chron. *tom.* II, *lib.* III, *cap.* 7, *pag.* 511, *hæc habet : « Ambrosius primum Marcioneus, deinde ab Adamantio correctus, Ecclesiæ diaconus et confessionis Dominicæ gloria insignis fuit, cui cum Protheotisto* [*lege Proctocteto*] *presbytero liber ab Adamantio* De martyrio *scribitur. » Otto Frisingensis lib.* III *Chron., cap.* 32 : *« His, inquit, diebus (nimirum imperante Maximino) fervente tribulatione persecutionis Origenes necessarium et egregium* De martyrio *librum conscripsit. » Is fortasse libellus est quem Trithemius lib.* De script. eccles. *inter opera Origenis recenset, ac se Latinum vidisse testatur, videlicet* De martyribus *lib.* I.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΙΣ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ.

ORIGENIS EXHORTATIO AD MARTYRIUM.

1. « Ablactati a lacte, avulsi ab ubere. Tribulationem super tribulationem exspecta : exspecta spem super spem ; adhuc parum, adhuc parum, propter irrisionem labiorum, propter linguam alteram [76]. » Et vos igitur secundum Isaiam, ut qui non amplius carnales, neque in Christo infantes estis, sed spiritali ætate adeo provecti ut non amplius lacte, sed cibo solido opus habeatis [77], Ambrosi Deo dignissime, et Protoctete piissime, audite, ut ablactati a lacte et avulsi ab ubere, quonam modo iis qui **275** ablactati sunt, veluti athletis non simplex tribulatio, sed quædam super tribulationem tribulatio prædicitur. Qui vero tribulationem super tribulationem non recusaverit, sed eam strenui instar athletæ susceperit, is illico etiam spem super spem accipit, qua, post exiguam super spe tribulationem, perfruetur. Hoc enim sibi vult illud : « Adhuc parum, adhuc parum. »

A « Οἱ ἀπογεγαλακτισμένοι (57) ἀπὸ γάλακτος, οἱ ἀπεσπασμένοι ἀπὸ μαστοῦ. Θλῖψιν ἐπὶ θλίψει προσδέχου· προσδέχου ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι· ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρὸν, διὰ φαυλισμὸν χειλέων· διὰ γλώσσης ἑτέρας (58). » Καὶ ὑμεῖς τοίνυν κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, ὡς οὐκέτι σάρκινοι, οὐδὲ ἐν Χριστῷ νήπιοι, προκόψαντες ἐν τῇ νοητῇ ὑμῶν ἡλικίᾳ, Ἀμβρόσιε θεοπρεπέστατε, καὶ Πρωτόκτητε εὐσεβέστατε (59), καὶ μηκέτι χρείαν ἔχοντες γάλακτος, ἀλλὰ στερεᾶς τροφῆς, ἀκούετε, ὡς ἀπογεγαλακτισμένοι ἀπὸ γάλακτος, καὶ ἀπεσπασμένοι ἀπὸ μαστοῦ, τίνα τρόπον ὡς ἀθληταῖς τοῖς ἀπογεγαλακτισμένοις οὐχ ἁπλῆ θλῖψις, ἀλλά τις θλῖψις ἐπὶ θλίψει προφητεύεται. Ὁ μὴ ἀπωθούμενος τὴν ἐπὶ θλίψει θλῖψιν, ἀλλ' ὡς γενναῖος ἀθλητὴς αὐτὴν προσδεχόμενος, εὐθέως προσδέχεται καὶ B ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι· ἧς μετ' οὐ πολὺ τῆς ἐπ' ἐλπίδι θλίψεως ἀπολαύσει. Τοιοῦτο γάρ ἐστι τό· « Ἔτι μικρόν, ἔτι μικρόν. »

[76] Isa. XXVIII, 9, 10, 11, ex versione LXX. [77] Hebr. V, 12, 13.

(57) *Οἱ ἀπογεγαλακτισμένοι*, etc. Sequitur Origenes hoc obscuro loco LXX Interpretes, non Hebraicam veritatem. Hieronymus lib. IX *Commentariorum in Isaiam* observat ingens discrimen in versu decimo quem sic reddit : « Quia manda, remanda ; manda, remanda ; exspecta, reexspecta ; exspecta, reexspecta ; modicum ibi, modicum ibi. » Ipsa Hebræa verba affert et interpretatur Epiphanius hæres. 25 : Τὸ γὰρ σαυλασαῦ, σαυλασαῦ, ἑρμηνεύεται θλῖψις ἐπὶ θλῖψιν. Καυλακαύχ, καυλακαύχ, ἐλπὶς ἐπ' ἐλπίδι. Ζιηρσὰμ, ζιηρσὰμ, ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρὸν προσδέχου, « Quippe tsau latsau, tsau latsau, tribulationem super tribulationem, significat. Caulacau, caulacau, spem super spem. Zierscham, zierscham, adhuc paululum, paululum adhuc exspecta. » Nisi vero Epiphanius ipsamet Hebræa vocabula apposuisset, pronum erat conjicere tunc lectum fuisse צר לצר « Vav » in « Resch » mutato, producto tantum cornu superiore. צר enim θλῖψιν, « tribulationem, » significat ; צו autem idem est quod « præcipe, manda. » Obiter ex his Epiphanii verbis discimus unde Nicolaitæ suum Deum Καυλακαύχ, vel Καυλακαύαν, uti Theodoretus scribit lib. I *Hæretic. fabul.*, cap. 4, aut potius Καυλακαύ Hebræo nomine imperitos terrente procuderint et effinxerint. Hæc ante nos adnotavit Wetstenius, quibus nihil ipse habeo quod addam nisi Hebraicas voces melius reddi posse : « Præceptum ad præceptum, præceptum ad præceptum ; linea ad lineam, linea ad lineam, parum ibi, parum ibi. »

(58) *Διὰ γλώσσης ἑτέρας*. Corrupte in manuscripto Wetsteniano legitur, διὰ γλώσης ἑτέρας, et paulo post, ἡκιλικίᾳ pro ἡλικίᾳ.

(59) *Ἀμβρόσιε θεοπρεπέστατε, καὶ Πρωτόκτητε εὐσεβέστατε*. De Ambrosio vide not. ad fragmentum primum epistolarum Origenis ; de Protocteto autem vide Monitum.

A Ἀλλὰ καὶ εἰ φαυλίζοιεν ἡμᾶς καὶ ἐξευτελίζοιεν, ἤτοι ἀσεβεῖς ἢ μωροὺς ἀποκαλοῦντες οἱ ἀλλότριοι, τῆς κατὰ τὰς ἁγίας Γραφὰς διαλέκτου ὑπομιμνησκώμεθα, ὅτι ἡ ἐπ' ἐλπίδι ἐλπὶς, ἡ ἔτι μικρὸν ἀποδοθεῖσα ἡμῖν, ἀποδοθήσεται « διὰ φαυλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας. » Καὶ τίς οὐκ ἂν προσδέχοιτο θλῖψιν ἐπὶ θλίψει, ἵνα εὐθέως προσδέξηται καὶ ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι; λογισάμενος μετὰ Παύλου, ὅτι οὐκ « ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, » ὧν ὡσπερεὶ ὠνούμεθα τὴν μακαριότητα, « πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς· » καὶ μάλιστα ἐπεὶ « τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, » (ἐλαφρὸν τοῖς μὴ βαρουμένοις ὑπὸ τῶν περιεστηκότων καὶ τυγχάνον καὶ λεγόμενον), ὅσῳ πλεῖον ὑπερβάλλον γίνεται, τοσούτῳ μεῖζον καὶ πλεῖον « βάρος αἰώνιον (60) δόξης κατεργάζεται ἡμῖν, » εἰ παρὰ τὸν καιρὸν τῶν θλιβόντων, καὶ B ὡσπερεὶ πιέζειν τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐθελόντων, ἀποστρέψαντες τὸ ἡγεμονικὸν ἀπὸ τῶν ἐπιπόνων, σκοπῶμεν οὐ τὰ ἐνεστηκότα ἐπίπονα, ἀλλὰ τὰ διὰ τὴν ἐν τούτοις ὑπομονὴν τοῖς « νομίμως » ἐν Χριστῷ « ἀθλήσασι » χάριτι Θεοῦ ἀποκείμενα, πολλαπλασιάζοντος τὰς εὐεργεσίας, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν τῶν τοῦ ἀγωνισαμένου καμάτων τοσαῦτα δωρουμένου, ὅσα ἂν πρέπῃ μὴ γλισχρολογουμένῳ διδόναι, τῷ μεγαλοδώρῳ καὶ ἐπιστημόνως τὰς ἑαυτοῦ χάριτας μεγεθύνοντι Θεῷ, ἐπὶ τοὺς, τῷ ὅσῃ δύναμις καταπεφρονηκέναι τοῦ ὀστρακίνου σκεύους, ἐπιδειξαμένους τὴν ὅλῃ ψυχῇ πρὸς αὐτὸν ἀγάπην.

Ὅλῃ δὲ ψυχῇ νομίζω ἀγαπᾶσθαι τὸν Θεὸν ὑπὸ τῶν ἀποσπώντων καὶ διϊστάντων αὐτὴν, διὰ πολλὴν τῆς πρὸς C τὸ κοινωνῆσαι τῷ Θεῷ προθυμίαν, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ γηΐνου σώματος (61), ἀλλὰ καὶ ἀπὸ παντὸς σώματος· οἷς οὐδὲ μετὰ περισπασμοῦ καὶ περιελκυσμοῦ τινος γίνεται τὸ ἀποθέσθαι « τὸ τῆς ταπεινώσεως σῶμα, » ὅταν καιρὸς διδῷ διὰ τοῦ νομιζομένου θανάτου ἐκδύσασθαι « τὸ σῶμα τοῦ θανάτου, » καὶ ἐπακουσθῆναι ἀποστολικῶς εὐξάμενον καὶ εἰπόντα· « Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; » Τίς γὰρ τῶν ἐν τῷ σκήνει στεναζόντων διὰ τὸ βαρεῖσθαι ὑπὸ τοῦ φθαρτοῦ σώματος οὐχὶ καὶ εὐχαριστήσει πρότερον εἰπών· « Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; » βλέπων, ὅτι, διὰ τῆς ὁμιλίας ῥυσθεὶς ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου, ἁγίως ἀναφθέγξεται τό· « Χάρις τῷ Θεῷ διὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Εἰ δέ D τινι τὸ τοιοῦτο χαλεπὸν φαίνεται, οὐκ « ἐδίψησε πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα, » οὐδὲ « ἐπεπόθησε πρὸς τὸν Θεὸν, ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων· » οὐδὲ εἶπε· « Πότε ἥξω, καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; » Οὐδὲ ἐν ἑαυτῷ ἐλογίσατο, ἃ διαλογισάμενος ὁ προφήτης, λεγομένου τοῦ· « Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου; » αὐτῷ, καθ'

2. Sed etsi alieni nos subsannaverint et nihili fecerint, sive impios sive stultos vocantes, divinarum meminerimus Scripturarum qui sit loquendi modus, spem scilicet super spem quæ adhuc parum nobis concessa est, « propter irrisionem labiorum, propter linguam alteram » esse reddendam. Quis vero non susceperit tribulationem super tribulationem, ut statim et spem super spem accipiat? reputans cum Paulo non esse « condignas passiones hujus temporis [78], » quibus beatitudinem veluti mercamur, « ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis, » maxime cum « momentaneum et leve tribulationis nostræ [79] » (quod quidem iis leve et est et dicitur qui a circumstantibus non gravantur) quanto amplius excedit, tanto majus et amplius « æternæ gloriæ pondus operetur in nobis, » si cum instabunt ii qui tribulant, et quasi premere animas nostras volunt, a laboribus avertamus animi principatum; et spectemus non quæ adsunt laboriosa, sed quæ propter præstitam in illis patientiam iis qui « legitime » in Christo « certaverint [80] » gratia Dei reposita sunt, Dei, inquam, qui beneficia multiplicat, et supra laborum in certamine toleratorum dignitate tanta largitur, quanta non parcum, sed magnificum illum Deum donare decet qui gratias suas scienter magnificat in eos qui spreto hoc testaceo vase pro viribus ostenderint se tota anima ipsum diligere.

3. Tota vero anima Deum ab iis diligi puto qui eam præ maximo cum Deo communicandi desiderio non a terreno tantum corpore, sed et ab omni corpore abstrahunt ac divellunt, et quibus nec invitis nec reluctantibus accidit ut « corpus humilitatis » deponant [81], cum se tempus dederit ut per eam quæ mors esse putatur, « corpus mortis » exuant, et exaudiatur is qui ad instar Apostoli precatus fuerit in hæc verba: « Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus [82]? » Quis enim eorum qui in hoc **276** tabernaculo ingemiscunt, quod corruptibili corpore graventur, non etiam gratias aget cum prius dixerit: « Quis me liberabit de corpore mortis hujus? » cernens se his prolatis de corpore mortis liberatum, sancte illud exclamaturum: « Gratia Deo per Christum Jesum Dominum nostrum [83]. » Si cui vero arduum id videtur, non « sitivit ad Deum fortem vivum, » neque « desideravit ad Deum, quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum; » neque dixit: « Quando veniam, et apparebo ante faciem Dei [84]? » Nec secum ea reputavit quæ reputans Propheta, cum diceretur ei: « Ubi est Deus tuus? » effundebat per singulos dies in se animam suam, incre-

[78] Rom. VIII, 18. [79] II Cor. IV, 17, 18. [80] II Tim. II, 5. [81] Philipp. III, 21. [82] Rom. VII, 24. [83] Ibid. 25. [84] Psal. XLI, 1, 2.

(60) *Αἰώνιον*. Forte legendum, αἰωνίου.

(61) *Οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ γηΐνου σώματος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ παντὸς σώματος*. Sic Origenes libro I *De principiis*, cap. 8, n. 4: « Videmus illos assumi... qui mortificantes membra sua, quæ sunt super terram et transcendentes non solum corpoream naturam, verum etiam animæ ipsius ambiguos fragilesque motus, adjunxerint se Domino, facti ex integro spiritus. » WETSTENIUS.

pans eam adhuc præ infirmitate tristem et perturbatam, ac dicens: « Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei in voce exsultationis et confessionis soni festum celebrantis [85]. »

4. Velim igitur vos, per omne quod instat certamen memores multæ illius mercedis quæ in cœlis reposita est iis « qui persecutionem et opprobria patiuntur propter justitiam, et propter Filium hominis [86], » gaudere, exsultare et tripudiare, sicut apostoli olim gavisi sunt, « quoniam digni habiti sunt pro nomine ejus contumeliam pati [87]. » Quod si quam in anima vestra sentiatis aliquando angustiam, dicat ei qui in vobis est spiritus Christi, quem etiam illa, quantum in se est, vult confundere: « Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi [88]. » Et rursus .... Utinam nequaquam turbetur anima, sed ante ipsa tribunalia, ante nudos enses jugulo admotos custodiatur a pace Dei « quæ exsuperat omnem sensum [89], » et tranquilla sit, reputans eos qui « peregrinantur a corpore, præsentes esse ad universorum Dominum [90]. » Sed si tales non sumus ut possimus semper animæ tranquillitatem servare, saltem non effundatur, nec extraneis appareat ejus commotio, ut defensionis locus nobis apud Deum supersit, dicentibus: « Deus meus, ad meipsum anima mea turbata est [91]. » Meminisse autem nos ratio admonet et illius dicti quod apud Isaiam sic habet: « Nolite timere opprobrium hominum, et despectu eorum ne frangamini [92]. » Cum enim Deus cœli siderumque motibus acriter sit intentus, iisque omnibus quæ et in terra et in mari divina ejus arte perficiuntur, ut omnis generis animantia plantæque et generentur, et consistant, et alantur, et augeantur, absurdum fuerit nos connivere, nec Deum respicere, sed oculos convertere ad homines brevi morituros et tradendos meritis suppliciis, hosque timere.

277 5. Abrahamo dixit olim Deus: « Egredere de terra tua [93]; » nobis forte ab eo brevi dicetur: Exite de universa terra; cui obedire bonum est, ut nobis cito cœlos ostendat in quibus est id quod dicitur regnum cœlorum. Multarum virtutum causa vitam certaminibus plenam esse, opus est eos qui certant videre. Enimvero pro temperantia videbuntur multi etiam a Dei partibus alieni decertasse, nonnullique mortem fortiter obire maluisse quam communem dominum deserere; item prudentiæ operam dedisse qui rebus ratione tractandis examinandisque præstiterunt; ac justitiæ se tradidisse, qui juste vivere sibi proposuerunt; ita adversus singulas virtutes militat aut carnis prudentia, aut pleraque extranea; at pro pietate solum pugnat

A ἑκάστην ἡμέραν ἐξέχεεν ἐφ' ἑαυτὸν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἐπιπλήσσων αὐτῇ ἔτι κατ' ἀσθένειαν περιλύπῳ γινομένῃ καὶ συνταρασσομένῃ, καὶ λέγων· « Ὅτι διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως ἤχου ἑορτάζοντος. »

Εὐχόμην οὖν ὑμᾶς παρ' ὅλον τὸν ἐστηκότα ἀγῶνα μεμνημένους τοῦ ἀποκειμένου πολλοῦ ἐν οὐρανοῖς μισθοῦ « τοῖς διωχθεῖσι καὶ ὀνειδισθεῖσιν ἕνεκεν δικαιοσύνης, καὶ ἕνεκεν τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, » χαίρειν καὶ ἀγαλλιᾶν καὶ σκιρτᾶν, ὥσπερ οἱ ἀπόστολοι ἐχάρησάν ποτε, « καταξιωθέντες ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἀτιμασθῆναι. » Εἰ δέ ποτε καὶ αἰσθάνοισθε συστολῆς περὶ τὴν ψυχὴν ὑμῶν, εἰπάτω αὐτῇ ὁ ἐν ἡμῖν (62) Χριστοῦ νοῦς, θελούσῃ τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ
B καὶ αὐτὸν συγχεῖν· « Ἵνα τί περίλυπος εἶ, ψυχή; καὶ ἵνα τί συνταράσσεις με; Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεόν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. » Καὶ πάλιν (63)..... Εἴθε μὲν μηδαμῶς ταραχθείη ἡ ψυχή, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς δικαστηρίοις, καὶ παρὰ γυμνοῖς τοῖς ξίφεσιν ἐπιφερομένοις τῷ τραχήλῳ, φρουροῖτο ὑπὸ « τῆς ὑπερεχούσης πάντα νοῦν » εἰρήνης τοῦ Θεοῦ, καὶ γαληνιάζοι, λογιζομένη, « ὅτι οἱ ἐκδημοῦντες ἐκ τοῦ σώματος ἐνδημοῦσιν αὐτῷ τῷ τῶν ὅλων Κυρίῳ. » Εἰ δὲ μὴ τηλικοῦτοί ἐσμεν, ὡς ἀεὶ τὸ ἀτάραχον διατηρεῖν, κἂν μὴ ἐκχέοιτο, μηδὲ τοῖς ἔξω ἐμφαίνοιτο ἡ τῆς ψυχῆς ταραχή, ἵνα ἀπολογίας ὥραν ἔχωμεν πρὸς Θεόν, λέγοντες αὐτῷ· « Θεός μου, πρὸς ἐμαυτὸν ἡ ψυχή μου ἐταράχθη. » Μεμνῆσθαι δὲ ἡμᾶς ὁ λόγος παρακαλεῖ καὶ τοῦ ἐν Ἡσαΐᾳ τοῦτον
C εἰρημένου τὸν τρόπον· « Μὴ φοβεῖσθε ὀνειδισμὸν ἀνθρώπων, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ ἡττᾶσθε. » Καὶ γὰρ ἄτοπον, ἐναργῶς ἐφεστῶτος Θεοῦ τῇ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κινήσει, καὶ τοῖς ἐν γῇ καὶ θαλάσσῃ ὑπὸ τῆς θείας τέχνης αὐτοῦ ἐπιτελουμένοις ἐν παντοδαπῶν ζώων καὶ φυτῶν γενέσεσι καὶ συστάσεσι, καὶ τροφαῖς καὶ αὐξήσεσι, καμμύσαι μὲν καὶ μὴ ἐνορᾷν Θεῷ, τρέψαι δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ φόβον τῶν μετ' ὀλίγον τεθνηξομένων καὶ παραδοθησομένων τῇ κατ' ἀξίαν αὐτῶν δίκῃ.

Τῷ μὲν οὖν Ἀβραάμ ποτε ὑπὸ Θεοῦ εἴρητο, « Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου· » ἡμῖν δὲ τάχα μετ' ὀλίγον λεχθήσεται, Ἐξέλθετε ἀπὸ τῆς ὅλης γῆς· ᾧ πείθεσθαι καλόν, ἵνα ἡμῖν ταχέως δείξῃ τοὺς οὐρανούς,
D ἐν οἷς ἐστιν ἡ καλουμένη τῶν οὐρανῶν βασιλεία. Περὶ μὲν οὖν πολλῶν ἀρετῶν ἔστιν ἰδεῖν τὸν βίον ἀγώνων πεπληρωμένον τοὺς ἀγωνιζομένους. Δόξουσι γὰρ περὶ μὲν σωφροσύνης καὶ ἕτεροι τῶν ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ μερίδος ἠγωνίσθαι πολλοί· καὶ μετὰ ἀνδρείας ἐναποτεθνηκέναι τινές, τηροῦντες τὴν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ δεσπότου πρόθεσιν· φρονήσεώς τε ἐπιμελεῖσθαι οἱ περὶ τοὺς ἐξεταζομένους λόγους δεινοί· καὶ δικαιοσύνῃ ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκέναι οἱ δικαίως ζῆν προτεθυμημένοι. Καὶ στρατεύεταί γε καθ' ἑκάστης ἀρετῆς ἤτοι τὸ τῆς σαρκὸς φρόνημα καὶ τὰ πολλὰ τῶν ἐκτός· περὶ δὲ

[85] Psal. XLI, 4. [86] Matth. V, 11, 12. [87] Act. V, 41. [88] Psal. XLI, 6. [89] Philip. V, 7. [90] II Cor. V, 8. [91] Psal. VI, 2. [92] Isa. LI, 7. [93] Gen. XII, 1.

(62) Ἡμῖν. Forte legendum, ὑμῖν.

(63) Καὶ πάλιν. Suspicor consecutum fuisse aliquem Scripturæ locum priori similem quem amanuensis in ms. codice omiserit.

εὐσεβείας μόνον « Τὸ ἐκλεκτὸν » ἀγωνίζεται « γένος, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, τὸ ἔθνος τὸ ἅγιον, ὁ λαὸς ὁ εἰς περιποίησιν· » οὐδὲ μέχρι τοῦ δοκεῖν δεικνύντων τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, ὅτι, εἰ ἔστι τὰ ἀνταγωνιζόμενα τοῖς εὐσεβέσι, προτίθενται ὑπὲρ εὐσεβείας ἀποθνήσκειν, προτιμῶντες τὸν μετ' εὐσεβείας θάνατον τοῦ μετ' ἀσεβείας ζῆν (64). Διόπερ « καρδίᾳ μὲν » ὁ Θεὸς τοῖς τοιούτοις « πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν, » καταλαμβάνουσιν, ὅτι οὔτε δικαιωθήσονται, ἐὰν μὴ οὕτω πιστεύσωσι τῷ Θεῷ τῆς καρδίας αὐτῶν οὕτω διακειμένης, οὔτε ἐν σωτηρίᾳ ἔσονται, ἐὰν μὴ ὁποία ἡ διάθεσις ᾖ, τοιοῦτος καὶ ὁ λόγος. Ἑαυτοὺς γὰρ ἀπατῶσιν οἱ νομίζοντες ἀρκεῖν πρὸς τὸ τυχεῖν ἐν Χριστῷ τέλους, τὸ, « Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην· » κἂν μὴ προσῇ τὸ, « Στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. » Καὶ ἔστι γε εἰπεῖν, ὅτι μᾶλλον ἔστι τοῖς χείλεσι τιμᾷν, τὴν καρδίαν πόῤῥω ἔχοντα ἀπὸ Θεοῦ, ἤπερ τῇ καρδίᾳ τιμᾷν αὐτὸν, τοῦ στόματος μὴ ὁμολογοῦντος εἰς σωτηρίαν

Καὶ εἴποιμ' ἂν, ὅτι οἱ ἐπὶ δικαστηρίου ἐξομνύμενοι τὸν Χριστιανισμὸν, ἢ πρὸ δικαστηρίου, οὐ λατρεύουσι μὲν, προσκυνοῦσι δὲ τοῖς εἰδώλοις (65), λαμβάνοντες τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἐπὶ ματαίῳ καὶ ἀψύχῳ ὕλῃ. Προσεκύνουν δὲ οὕτω, καὶ οὐκ ἐλάτρευον εἰδώλοις ὁ βεβηλωθεὶς λαὸς εἰς τὰς θυγατέρας Μωάβ· γέγραπται γοῦν αὐταῖς λέξεσιν, ὅτι « Ἐκάλεσαν αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς θυσίαις τῶν εἰδώλων αὐτῶν· καὶ ἔφαγεν ὁ λαὸς τῶν θυσιῶν αὐτῶν· καὶ προσεκύνησαν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· καὶ ἐτελέσθη Ἰσραὴλ τῷ Βεελφεγώρ. » Καὶ παρατήρει, ὅτι οὐκ εἴρηται· Καὶ ἐλάτρευσαν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἦν μετὰ τοσαῦτα σημεῖα καὶ τέρατα, ὑπὸ μίαν καιροῦ ῥοπὴν πεισθῆναι ὑπὸ τῶν γυναικῶν μεθ' ὧν ἐξεπόρνευον, πρὸς τὸ νομίσαι θεοὺς τὰ εἴδωλα. Τάχα δὲ οὕτω καὶ κατὰ τὴν

A « genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis [94], » cæteris hominibus ne specie quidem ostendentibus se, etsi sunt quæ piis adversentur, pro pietate mori propositum habere, pietati conjunctam mortem vitæ impietati conjunctæ præponentes. Quare hi sunt quibus Deus « corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem [95], » cum percipiant neque se justificari posse nisi sic Deo credant et ita corde affecti sint, neque salvos futuros, nisi qualis affectus, talis et sermo sit. Se enim ipsos decipiunt qui ad consequendum in Christo finem sufficere putant illud : « Corde creditur ad justitiam, » non adjecto altero : « Ore autem confessio fit ad salutem. » Ac dici potest magis posse labiis honorari Deum ab illo qui
B longe cor ab eo habuerit, quam corde honorari, cum ore confessio non fit ad salutem.

6. Atque dixerim eos qui pro tribunali, aut etiam antequam ducantur ad tribunal, Christianismum ejurant, non colere quidem idola, **278** adorare tamen, assumentes nomen Domini Dei in vanam et inanimatam materiam. Sic adoravit idola, non coluit populus cum filiabus Moab contaminatus, de quo scriptum est his ipsis verbis : « Vocaverunt eos ad sacrificia idolorum suorum, et comedit populus ex illis sacrificiis, et adoraverunt deos earum, initiatusque est Israel Beelphegor [96]. » Observa non dictum esse : et coluerunt Deos earum ; neque enim fieri poterat ut post tot signa totque prodi-
C gia, unico temporis momento eo adducerentur a mulieribus cum quibus scortabantur, ut idola deos esse putarent. Forsitan et vitulum quem in Exodo

[94] I Pet. II, 9. [95] Rom. X, 10. [96] Num. XXV, 2, 3.

(64) *Προτιμῶντες τὸν μετ' εὐσεβείας θάνατον τοῦ μετὰ ἀσεβείας ζῆν*. Etiam ethnicis hoc tritum esse observavit Wetstenius. Isocrates ad Nicoclem: Αἱροῦ καλῶς τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν αἰσχρῶς, « elige potius bene mori, quam turpiter vivere. » Et in *Laud. Helenæ :* Κρεῖττόν ἐστι τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν αἰσχρῶς. « Præstat mori quam turpiter vivere. » Origenes lib. II *contra Celsum*, n. 17 : Σωκράτης εἵλετο, κατὰ τὸ φαινόμενον αὐτῷ εὔλογον, κρεῖττον αὐτῷ εἶναι φιλοσόφως ἀποθανεῖν ἢ ἀφιλοσόφως ζῆν. « Maluit Socrates propositi tenax mortem philosopho dignam oppetere, quam indignam philosopho vitam exigere. » Sed parum pie moritur qui cicutam bibit. Longe aliter Christiani quibus, teste Eusebio lib. IV *Hist. eccl.*, c. 13, ipse imperator Antoninus in epist. « ad commune Asiæ » hocce testimonium perhibet : Εἴη δ' ἂν κἀκείνοις αἱρετὸν τὸ δοκεῖν κατηγορουμένοις τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν, ὑπὲρ τοῦ οἰκείου Θεοῦ· ὅθεν καὶ νικῶσι προϊέμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἤπερ πειθόμενοι οἷς ἀξιοῦτε πράττειν αὐτούς. « Illis longe optabilius fuerit ut in jus vocati mortem oppetere videantur pro Deo suo, quam ut incolumes remaneant; ita victores evadunt, animas suas potius projicientes, quam ut ea facere, quæ vos jubetis, in animum suum inducant. » Sic de iisdem Prudentius *Περὶ στεφάνων*, hymno 10, canit :

Fixa et statuta est omnibus sententia
Fidem tueri, vel libenter emori.

(65) *Οὐ λατρεύουσι μὲν, προσκυνοῦσι δὲ τοῖς εἰδώλοις*. Distinguit Origenes, ut adnotavit Wetstenius, προσκύνησιν et λατρείαν, adducitque locum Num. XXV, 2, ubi Hebræa verba וישתחוו לאלהיהן, « et incurvaverunt se diis earum; » a LXX redduntur, καὶ προσεκύνησε τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. Itaque secundum Origenem λατρεία intimus est cordis affectus quo supremum rei adoratæ in nos imperium agnoscitur et colitur; προσκύνησις vero, cultus ejusmodi exterior professio. Alterutrum cultum hoc strictiori sensu sumptum ne idolis præstemus aut ulli creatæ rei, manifeste vetat præceptum Decalogi secundum
D Exod. XX. At vero προσκύνησις interdum alio sumitur sensu, et ad politicum civilemque honoris cultum trahitur, II Reg. XVII, 21, atque alibi passim. Sic in can. 16 concil. Carthag. sancitur, οἱ ἀναγνῶσται τὸν δῆμον μὴ προσκυνῶσιν, « lectores populum non adorent, » id est, Zonara explicante, ut debitum sacerdotibus honorem illis solis deferant, neque ad populum salutandi gratia se pariter vertant. Imo interdum προσκύνησις religiosum quoddam obsequium et observantiam erga angelos et sanctos denotat. Sic Anastasius Antiochenus in epist. ad scholasticos quosdam : Προσκυνοῦμεν καὶ ἀνθρώπους καὶ ἀγγέλους, καὶ ἁγίους, οὐ μὴν λατρεύομεν αὐτοῖς. Κύριον γὰρ, φησὶ Μωϋσῆς, καὶ τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Ὅρα, πῶς ἐπὶ τοῦ *λατρεύσεις* προσέθηκε τὸ *μόνον*, ἐπὶ δὲ τοῦ *προσκυνήσεις* οὐδαμῶς· ὥστε προσκυνεῖν μὲν ἔξεστι, τιμῆς γὰρ ἔμφασίς ἐστιν ἡ προσκύνησις, λατρεύειν δὲ οὐδαμῶς. « Adoramus etiam homines et angelos et

fecisse narrantur[97], sic adorarunt, non colentes ex A animo quem fieri viderant. Probatio igitur et examen nostræ erga Deum charitatis instans esse tentatio putanda est; « tentat enim vos Deus, » ut in Deuteronomio scriptum est: « Ut sciat utrum diligatis Dominum Deum vestrum ex toto corde vestro et ex tota anima vestra. » Sed vos tentati « Dominum Deum vestrum sequemini, et ipsum timebitis, et mandata ejus custodietis » (maxime illud: *Non erunt tibi dii alii præter me*[98]), « et audietis vocem ejus, et ipsi adhærebitis[99], » qui vos ex his locis acceptos sibi adjunget *in augmentum Dei*[1], ut loquitur Apostolus.

ἐν τῇ Ἐξόδῳ μοσχοποιίαν (66) προσεκύνησαν, οὐ λατρεύσαντες τῷ μόσχῳ, ὃν γινόμενον ἐθεάσαντο. Δοκίμιον οὖν καὶ ἐξεταστήριον τῆς πρὸς τὸ Θεῖον ἀγάπης νομιστέον ἡμῖν γεγονέναι τὸν ἐστηκότα πειρασμόν· « πειράζει γὰρ ὁ Κύριος ἡμᾶς (67), » ὡς ἐν Δευτερονομίῳ γέγραπται, « εἰδέναι, εἰ ἀγαπᾶτε Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς ὑμῶν. » Ἀλλ' ὑμεῖς πειραζόμενοι, « ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν πορεύεσθε, καὶ αὐτὸν φοβηθήσεσθε, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξεσθε » (καὶ μάλιστα, τὸ, *Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ*), καὶ « τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσεσθε, καὶ αὐτῷ προστεθήσεσθε, » λαμβάνοντι μὲν ὑμᾶς ἀπὸ τῶν τῇδε χωρίων, προστιθέντι δὲ αὐτῷ εἰς τὴν, ὡς ὁ Ἀπόστολος ὠνόμασεν, *αὔξησιν τοῦ Θεοῦ* ἐν αὐτῷ.

7. Quod si omne verbum malum « abominatio » B est « Domino » Deo tuo[2], quanta abominatio putanda est malum negationis verbum, malus quo Deus alter renuntiatur, sermo, et malum jusjurandum per fortunam hominis, rem omnium minime subsistentem? Hoc cum nobis proponetur, illius meminisse oportet, qui docuit: « Ego autem dico vobis non jurare omnino. » Si enim qui « per cœlum » jurat, in thronum Dei injuriam facit; et qui « per terram » jurat, impius est Deum faciens id quod dicitur « scabellum pedum » Dei; et qui jurat « per Jerosolymam, » peccat, « quia civitas est magni Regis; » et qui « per suum ipsius caput » jurat, delinquit[3]; quantum esse peccatum putandum est per fortunam

Ἀλλὰ καὶ εἴπερ πᾶν ῥῆμα πονηρὸν « βδέλυγμα Κυρίῳ » τῷ Θεῷ σου ἐστὶ, πηλίκον βδέλυγμα νομιστέον εἶναι τὸ πονηρὸν τῆς ἀρνήσεως ῥῆμα, καὶ τὸν πονηρὸν τῆς ἄλλου Θεοῦ ἀναγορεύσεως λόγον, καὶ τὸν πονηρὸν κατὰ τύχης ἀνθρώπων, πράγματος ἀνυποστάτου, ὅρκον; Οὗ προτεινομένου ἡμῖν, μνημονευτέον τοῦ διδάξαντος· « Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως. » Εἴπερ γὰρ ὁ ὀμνὺς « οὐρανὸν » παρανομεῖ τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ ὀμνὺς « γῆν » ἀσεβεῖ τὸ λεγόμενον « ὑποπόδιον » τοῦ Θεοῦ θεοποιῶν· καὶ ὁ ὀμνὺς « εἰς Ἱεροσόλυμα » ἁμαρτάνει, « καίτοιγε (68) πόλις μεγάλου Βασιλέως ἐστίν· » καὶ ὁ ὀμνὺς « τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν » πλημμελεῖ· πηλίκον ἁμάρτημα εἶναι νομιστέον, τὸ ὀμνύναι τύχην τινός (69); Μνημονευτέον δὲ τότε καὶ τοῦ· « Περὶ παντὸς ἀργοῦ ῥήματος

[97] Exod. xxxii, 8. [98] Exod. xx, 3. [99] Deut. xiii, 3. [1] Coloss. ii, 19. [2] Prov. xv, 6. [3] Matth. v, 34 seqq.

sanctos, non autem servimus eis. Moyses enim ait: C *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* Vide quomodo verbo, *servies*, addidit, *soli*; neutiquam vero verbo, *adorabis*, quia etiam alios adorare licet, nam adoratio est honoris declaratio; servire autem, nequaquam. »

(66) *Μοσχοποιίαν*. Idem Wetstenius adnotavit eleganter hanc vocem deduci a biblica voce μοσχοποιέω qua utitur Stephanus πρωτομάρτυρ Act. vii, 42, quamque ab eo mutuatur Origenes lib. i *contra Celsum*, n. 4, τὰς ἐντολὰς συνέτριψεν ἡ κακία τῶν μοσχοποιησάντων, « præcepta Moysis fregit malitia fabricantium vitulum. »

(67) *Ἡμᾶς*. Forte legendum, ὑμᾶς.

(68) Ms. corrupte habet καὶ τόγε.

(69) *Ὀμνύναι τύχην τινός*. Ὀμνύναι τύχην τινός, est « jurare per fortunam, » alias, « per genium alicujus. » Alludit Origenes ad impium paganorum morem « per fortunam, perque genios Cæsarum » jurantium. Minutius in *Octavio*: « Etiam D principibus et regibus turpiter adulatio falsa blanditur. Sic eorum numen vocant, ad imagines supplicant, genium, id est dæmonem ejus implorant, et est eis tutius per Jovis genium pejerare, quam regis. » Tertullianus *Apologet.* c. 28: « Citius apud vos per omnes deos, quam per unum genium Cæsaris pejeratur. » Iterum cap. 32: « Sed et juramus, sicut non per genios Cæsarum, ita per salutem eorum quæ est augustior omnibus geniis. Nescitis genios dæmonas dici, et inde diminutiva voce dæmonia? » Et lib. *ad Scapulam*, c. 2: « Iidem ipsi qui per genios eorum in pridie usque juraverant, qui pro salute eorum hostias fecerant et voverant, qui Christianos sæpe damnaverant, hostes eorum sunt reperti. » Idem jurare Christianos frequenter jussere persecutores. Proconsul Smyrnensis S. Polycarpo, cum ad martyrium raperetur, imperat: Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, « Jura per genium Cæsaris; » vide Euseb. *Hist. eccl.* lib. iv, cap. 15, et Niceph. lib. iii, cap. 35; sed nec sanctus ille vir, nec alii Christianorum hanc impietatem admisere. Rationes gravissimas affert Origenes lib. viii, *contra Celsum*, n. 65: Τύχην μέν τοι βασιλέως οὐχ ὄμνυμεν, ὡς οὐδ' ἄλλον νομιζόμενον θεόν. Εἴτε γὰρ, ὡς ὠνόμασάν τινες, ἐκφορὰ μόνον ἐστὶν ἡ τύχη ὁμοίως δοκήσει καὶ διαστάσει, οὐκ ὄμνυμεν τὸ μηδαμῶς ὂν ὡς Θεὸν, ἢ ὅλως ὑφεστηκὸς, καὶ δυνάμενόν τι ποιῆσαι, ἵνα μὴ τὴν ὀμοτικὴν δύναμιν, εἰς ἃ μὴ δεῖ, παραλαμβάνωμεν· εἴτε καὶ, ὥς τισιν ἔδοξεν εἰποῦσι, ὅτι τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως τὸν δαίμονα ὀμνῦσιν οἱ τὴν τύχην αὐτοῦ ὀμνύοντες, δαιμόνων ἐστὶν ἡ ὀνομαζομένη τύχη τοῦ βασιλέως· καὶ οὕτως θανατέον ἐστὶ μᾶλλον ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ ὀμόσαι μοχθηρὸν δαίμονα καὶ ἄπιστον. « Neque etiam per fortunam regis juramus, neque per alium ex iis qui dii habentur. Sive enim, ut nonnullis placuit, fortuna sit nuda enuntiatio, quemadmodum opinio et discrepantia; non juramus per id quod nequaquam exsistit tanquam per Deum, aut quasi per id quod revera exsistit et aliquid potest, ne per ea per quæ non oportet juremus; sive id quod vocatur fortuna in dæmonum numero reponatur, quod quibusdam visum est, aientibus per imperatoris Romani dæmonem jurari, cum per ejus fortunam juratur; et hoc modo mori nobis potius est, quam jurare per malum et perfidum dæmonem. » Hinc Tertullianus *Apologetic.* cap. 32: « Dæmonas, id est genios, adjurare consuevimus, ut illos de hominibus exigamus; non dejerare, ut illis honorem divinitatis conferamus. »

δώσετε λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. » Τίς γὰρ ἄλλος οὕτως ἀργὸς λόγος, ὡς ὁ ἐν ἀρνήσει ὅρκος; οὐδαμῶς γὰρ προσκυνητέον τὰ κτίσματα, παρόντος τοῦ κτίσαντος (70) καὶ διαρκοῦντος καὶ φθάνοντος πρὸς τὴν πάντων εὐχήν. Καὶ οὐδ' αὐτός γ' ἂν θέλοι ὁ ἥλιος προσκυνεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ μερίδος· εἰκὸς δὲ, ὅτι οὔτε ἀπὸ ἄλλου τινός· ἀλλὰ μιμούμενος τὸν εἰπόντα· « Τί με λέγεις ἀγαθόν (71); οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς ὁ Πατήρ· » ὡσπερεὶ φήσει τῷ προσκυνεῖν αὐτὸν ἐθέλοντι· Τί με λέγεις Θεόν; Εἷς ἐστι Θεὸς ἀληθινός· καὶ τί με προσκυνεῖς; « Κύριον γὰρ τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Γενητός εἰμι κἀγώ· τί βούλει προσκυνεῖν τὸν προσκυνοῦντα; κἀγὼ γὰρ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ προσκυνῶ καὶ λατρεύω (72), καὶ αὐτοῦ πειθόμενος τοῖς ἐπιτάγμασι, « τῇ ματαιότητι » ὑποτέταγμαι « διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι· » καὶ ἐλευθερωθήσομαι « ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, » καὶ αὐτὸς ἐνδεδεμένος φθαρτῷ σώματι, « εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. »

Ἔστι προσδοκῆσαι καὶ τῆς ἀσεβείας τινὰ προφήτην, τάχα οὐχ ἕνα, ἀλλὰ πλείονας. Λαλήσονται ἡμῖν

A **279** alicujus jurare? Tunc etiam in memoriam revocandum est illud : « De omni verbo otioso rationem reddetis in die judicii [4]. » Quis enim alius sermo tam otiosus est, quam conjunctum negationi jusjurandum? Neque enim ullo modo sunt adorandæ creaturæ Creatore præsente, et ad omnium preces sufficiente, imo eas præveniente. Ac ne ipse quidem ipse vellet adorari sol ab his qui ex Dei parte sunt; nec ab ullo alio adorari velle probabile est, sed illum imitatus qui dixit: « Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus Pater [5], » quasi dicet ei qui se voluerit adorare : quid me dicis Deum? Unus est Deus verus; et quid me adoras? « Dominum » enim « Deum tuum adorabis et ipsi soli servies [6]; » factus et ipse sum : quid eum vis adorare
B qui adorat? nam ego quoque adoro et servio Deo et Patri, et ipsius præceptis obediens « vanitati subjectus » sum « propter eum qui subjecit in spe, » et vinctus ipse corruptibili corpore liberabor « a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei [7]. »

8. Exspectandus etiam est aliquis impietatis propheta; forte nec unus, sed plures. Loquentur nobis

[4] Matth. XII, 36. [5] Luc. XVIII, 19. [6] Deut. VI, 13. [7] Rom. VIII, 20, 21.

Sublatum esse per imperatores Christianos geniorum nomen et cultum, inde liquet, quod frequens illud veterum nummorum symbolum, genio Augusti, genio Cæsaris, genio imperatoris, genio pop. Romani, ab imperatoribus ethnicis, atque imprimis Diocletiano, Maximiano, Maximino, Severo, Constantino, etc., ubique usurpatum, in sequentium Christianorum principum nummis nusquam appareat. Nec desiit prava consuetudo, etiam abolito ferme gentilismo, jurandi vel « per vitam, » vel « per salutem, » vel « per caput » regum atque principum. Aben Ezra de antiquo more : « Si quis juraverit per caput regis, nec ratum habuerit juramentum suum, id ei capitale est. » Hic mos obtinet hodieque in Ægypto. « Quod si dederit pondo auri, non liberatur, quia sprevit regem palam. » Balsamon in can. 82 Basilii ad Amphiloch. pag. 1012 : Εἶδον ἀγράφως ὀμόσαντας εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως, καὶ πικρῶς κολασθέντας. « Vidi qui sine scriptis per caput imperatoris juraverant, acriter fuisse castigatos. » Unde interdictum Caroli Magni in *Capitul.*, lib. III, c. 42, « ut nullus præsumat per vitam regis et filiorum ejus jurare. » Juratum est itidem « per principis venerationem ; » lib. II, cod. *de rebus creditis :* quod Græce dicitur ὀμνύειν κατὰ βασιλέως. Qua de re duo § habentur apud Harmenopulum, in *Prompt. Juris*, l. I, c. 7, § 19 et 20, pag. 75. Item « per salutem principum, » uti patet ex rescripto Arcadii et Honorii impp. l. XLI, in fine cod. *de transaction.* Sic olim C. Caligula per equi cujusdam sui nomine Incitati τήν τε σωτηρίαν καὶ τύχην ὤμνυε, teste Dion. Cassio *Roman. hist.* lib. LIX, pag. 747. Donatistæ etiam quid singulare habebant, utpote per suos episcopos jurare soliti. Qua de re ab Optato Milevitano merito acerrime reprehenduntur, lib. II *adv. Parmenianum :* « Et ut in errorem vos vester populus mittat, laudando felices appellat et bene nominat, et per vos jurant, et personas vestras jam pro Deo habere noscuntur. Solet Deus ad probandam fidem in juratione ab hominibus nominari; sed cum per vos juratur, jam apud vestros de Deo et Christo silentium est. Si ad vos divina migravit de cœlo religio, quia per vos juratur, nemo vestrum aut vestrorum langueat, nolite mori, imperate nubibus, pluite si po estis, ut per vos plenius juretur et de Deo sileatur. Nam et prioribus sæculis, ut templa fabricarentur et idola fierent, quid vestro populo diabolus potuit amplius facere? » WETSTENIUS.

(70) *Οὐδαμῶς γὰρ προσκυνητέον τὰ κτίσματα παρόντος τοῦ κτίσαντος.* Non dubium quin προσκύνησις omnibus omnino creaturis sit deneganda cum
C sumitur pro externo cultu quo supremum rei quæ προσκυνεῖται in nos imperium agnoscitur. Verum in notis ad numerum præcedentem jam observatum est προσκύνησιν non semper tam stricto sensu usurpari, sed interdum ea voce denotari simplicem cultum honoris et observantiæ erga angelos et sanctos viros non tanquam dominos et bonorum cœlestium auctores, sed tanquam amicos Dei, quorum pro nobis apud ipsum intercessio multum valeat. Hoc sensu προσκύνησιν hominibus, angelis et sanctis Ecclesia Græca multis abhinc sæculis concedit. Neque alienus ab ejusmodi προσκυνήσει putandus est Origenes quippe qui libro octavo *contra Celsum*, num. 57, de angelis dicat: Εὐφημοῦμεν αὐτοὺς καὶ μακαρίζομεν ἐγχειρισθέντας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὰ χρήσιμα τῷ γένει ἡμῶν, οὐ μὴν τὴν ὀφειλομένην πρὸς Θεὸν τιμὴν τούτοις ἀπονέμομεν. « Laudamus eos et beatos prædicamus quibus a Deo res nostro generi utiles commissæ sunt; sed honorem Deo debitum illis non habemus. » Ubi
D vides ab angelis tantum excludi honorem Deo debitum. Præterea homilia prima in Ezechielem sine ambage angelum prece veneratur : « Omnia, inquit, angelis plena sunt. Veni, Angele; suscipe sermone conversum ab errore pristino, a doctrina dæmoniorum, ab iniquitate in excelsum loquente; suscipiens eum quasi medicus bonus confove atque institue. » Videsis lib. II *Origenianorum*, quæst. 5, num. 36.

(71) *Τί με λέγεις ἀγαθόν*, etc. De hoc Scripturæ loco vide notas ad lib. *De oratione*, num. 15, pag. 223.

(72) *Τί βούλει προσκυνεῖν τὸν προσκυνοῦντα; κἀγὼ γὰρ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ προσκυνῶ καὶ λατρεύω.* Solem loquentem inducit, quem, sicut et cætera astra omnia, animam habere ἐνδεδεμένην φθαρτῷ σώματι, « illigatam corpori corruptibili, » non solum hic, sed passim in scriptis suis tradidit. Vide lib. II *Origenianorum*, quæstione octava.

« tanquam verbum Domini quod non præcepit Dominus [8], » aut tanquam sermonem sapientiæ, sermonem a sapientia alienum, ut nos interficiat sermone oris sui. Sed nos, cum constiterit peccator adversum nos, dicamus: « Ego autem tanquam surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens os suum, et factus sum sicut homo non audiens [9]. » Pulchrum est enim ad impios sermones obsurdescere, **280** cum eos qui perverse loquuntur corrigere desperamus. A

9. Proderit etiam nobis tunc temporis cum ad ea quæ Deo contraria sunt provocabimur, cogitare quid nos docere velit Deus, cum ait: « Ego sum Dominus Deus tuus zelotes [10]. » Equidem arbitror, quemadmodum sponsus qui sponsam velit ad caste vivendum adducere ut se totam sponso adjungat omnique studio caveat ad ullum se alienum effundere: is, licet sapiens sit, zelum tamen præ se feret, ut ea ficta specie veluti medicamento quodam infirmum sponsæ animum confirmet: sic legislatorem, maxime si « primogenitus » appareat « omnis creaturæ [11], » ad animam sponsam suam Deum se zelotem esse dicere, ut qui id audierint eos ab omni cum dæmoniis cumque iis qui dicuntur esse dii, fornicatione deterreat. Atque ut Deus ita zelotes ait de iis qui quolibet modo post deos alienos abierint: « Ipsi me ad zelum provocaverunt in eo qui non erat deus; et ego provocabo eos in eo qui non est populus, et in gente stulta irritabo illos, quoniam ignis succensus est ex furore meo, ardebit usque ad infernum infimum [12]. » B C

10. Quod si non sua ipsius causa sponsus utpote sapiens et nulli perturbationi obnoxius, ab omni labe sibi desponsatam averterit; at certe ipsius gratia cujus sordes abominationemque videat, nihil non faciet quod ipsam sanare possit et convertere, adhibebitque ut liberæ ac sui arbitrii naturæ rationes quæ a stupro deterreant. Quam igitur labem putaveris deteriorem inuri posse animæ quæ alium quomodocunque renuntiaverit Deum, nec eum confessa fuerit qui vere unus et solus est Dominus? Equidem ut qui « adhæret meretrici, unum corpus » efficitur [13], sic arbitror eum qui aliquem confitetur, eo maxime tempore quo de fide inquiritur adhibenturque tormenta, commisceri et uniri ei quem confitetur; qui vero negat, ipsa negatione sua quasi acuto quodam gladio, ab illo quem negat dividi ac separari. Quapropter vide num, quod consequenter accidat ac necessario ut eum confiteatur Christus qui se confessus sit, eum vero qui negaverit, neget, dictum sit illud: « Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo qui in cœlis est [14]. » Dicere etiam possit ipsum Verbum et ipsa Veritas tum confitenti cum neganti: « In qua mensura mensi fueritis, re- D

« ὡς Κυρίου ῥῆμα, ὃ οὐ προσέταξε Κύριος, » ἢ ὡς σοφίας λόγον, τὸν ἀλλότριον τῆς σοφίας, ἵν' ἡμᾶς ἀποκτείνῃ τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Ἀλλ' ἡμεῖς δὲ τότε ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον ἡμῶν εἴπωμεν· « Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ ὡσεὶ ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ· καὶ ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ ἀκούων. » Καλὴ γὰρ ἡ πρὸς τοὺς ἀσεβεῖς λόγους κώφωσις, ἐπὰν ἀπογινώσκωμεν τὴν τῶν τὰ χείρονα λεγόντων ἐπανόρθωσιν.

Χρήσιμον δὲ ἡμᾶς ἐννοεῖν ἐν τοῖς καιροῖς τῶν ἐπὶ τὰ ἐναντία προκαλουμένων, τί διδάξαι βουλόμενος ὁ Θεός φησι τό· « Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου ζηλωτής. » Καὶ οἶμαί γε, ὅτι ὃν τρόπον νυμφίος ἐπιστρέφων τὴν νύμφην πρὸς τὸ σεμνῶς βιοῦν, συνάγουσαν μὲν πᾶσαν ἑαυτὴν πρὸς τὸν νυμφίον, παντὶ δὲ τρόπῳ φυλαττομένην (73) ἐκχεῖσθαι πρὸς ἕτερόν τινα παρὰ τὸν νυμφίον· κἂν σοφὸς ᾖ, ἐμφαίνοι ἂν ζῆλον, ὡς φαρμάκῳ τῇ τοιαύτῃ ἐμφάσει πρὸς τὴν νύμφην χρώμενος· οὕτως ὁ χρηματίζων, καὶ μάλιστα ἐὰν φαίνηται « ὁ πρωτότοκος » εἶναι « πάσης κτίσεως, » φησὶ πρὸς τὴν νύμφην ψυχὴν Θεὸς εἶναι ζηλωτής, πάσης τῆς πρὸς τὰ δαιμόνια πορνείας καὶ τοὺς νομιζομένους εἶναι θεοὺς ἀφιστὰς τοὺς ἀκροωμένους. Καὶ ὡς Θεὸς οὕτω ζηλωτής φησι περὶ τῶν ὅπως ποτὲ ὀπίσω θεῶν ἑτέρων ἐκπεπορνευκότων· « Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτοὺς, ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου· καυθήσεται ἕως ᾅδου κατωτάτου. »

Κἂν μὴ δι' ἑαυτὸν δὲ ὡς σοφὸς ὁ νυμφίος καὶ ἀπαθὴς ἀποστρέφῃ παντὸς μολυσμοῦ τὴν μεμνηστευμένην, ἀλλά γε δι' ἐκείνην, ὁρῶν αὐτῆς τὸν μολυσμὸν καὶ τὸν βδελυγμὸν, πάντα τὰ ἰάσασθαι καὶ ἐπιστρέψαι αὐτὴν δυνάμενα ποιήσει, ὡς αὐτεξουσίῳ φύσει προσάγων λόγους ἀποτρεπτικοὺς τοῦ πορνεύειν. Ποῖον ἂν οὖν μιασμὸν νοήσαις χείρονα γίνεσθαι ψυχῇ ὅπως ποτὲ ἄλλον ἀγορευούσῃ Θεὸν, καὶ μὴ ὁμολογούσῃ τὸν ἀληθῶς ἕνα καὶ μόνον Κύριον; Καὶ οἶμαί γε, ὅτι, ὥσπερ ὁ « κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά » ἐστιν, οὕτως ὁ μὲν ὁμολογῶν τινα, καὶ μάλιστα ἐν καιρῷ βασάνου καὶ ἐξετάσεως τῆς πίστεως, ἀνακιρνᾶται καὶ ἑνοῦται τῷ ὁμολογουμένῳ (74)· ὁ δὲ ἀρνούμενος, ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀρνήσεως τρόπον μαχαίρας διακοπτούσης, ἀπ' ἐκείνου, ὃν ἀρνεῖται, πάσχει τὴν διαίρεσιν, χωριζόμενος ἐκείνου, ὃν ἠρνήσατο. Διόπερ ἐπίστησον, μήποτε, ὡς ἀκόλουθον καὶ ἀναγκαῖον συμβῆναι τῷ ὁμολογοῦντι τὸ ὁμολογηθῆναι, καὶ τῷ ἀρνουμένῳ τὸ ἀρνηθῆναι, εἴρηται τό· « Ὃς ἐὰν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, κἀγὼ ὁμολογήσω ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. » Καὶ εἴποι δ' ἂν ὁ αὐτολόγος καὶ ἡ αὐτοαλήθεια τῷ τε ὁμολογήσαντι καὶ τῷ ἀρνησαμένῳ· « Ὧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν· » σὺ μὲν οὖν ὁ μετρήσας

[8] Deut. XVIII, 22. [9] Psal. XXXVII, 14. [10] Exod. XX, 5. [11] Coloss. I, 15. [12] Deut. XXXII, 21, 22. [13] I Cor. VI, 16. [14] Matth. X, 32.

(73) Vitiose in manuscripto legitur τροφυλαττομένην, et infra ζωλωτής pro ζηλωτής.
(74) Corrupte in ms. scribitur, ὁλογουμένῳ.

μέτρῳ τῆς πρὸς μὲ ὁμολογίας, ἀπολήψῃ « μέτρον » τῆς ἀπ' ἐμοῦ ὁμολογίας « σεσαλευμένον, πεπιεσμένον, ὑπερεκχυνόμενον, ὅπερ δοθήσεται εἰς τὸν κόλπον σου. » Καὶ σὺ δὲ, ὁ μετρήσας τῷ τῆς ἀρνήσεως μέτρῳ καὶ ἀρνησάμενός με, τὸ ἀνάλογον τῷ μέτρῳ τῆς ἀρνήσεως ἀπολήψῃ μέτρον τῆς ἀπ' ἐμοῦ περὶ σοῦ ἀρνήσεως.

Πῶς δὲ πληροῦται μέτρον ὁμολογίας, ἢ οὐ πληροῦται, ἀλλ' ἐλλείπει, οὕτως ἂν θεωρήσαιμεν. Εἰ παρ' ὅλον τὸν τῆς ἐξετάσεως καὶ τοῦ πειρασμοῦ χρόνον, μὴ διδῶμεν τόπον τῷ διαβόλῳ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, μολύνειν ἡμᾶς διαλογισμοῖς πονηροῖς θέλοντι ἀρνήσεως, ἢ διψυχίας, ἢ τινος πιθανότητος προκαλουμένης ἐπὶ τὰ ἐχθρὰ τῷ μαρτυρίῳ καὶ τῇ τελειότητι· καὶ πρὸς τούτῳ εἰ μηδὲ λόγῳ ἀλλοτρίῳ τῆς ὁμολογίας ἑαυτοὺς μιαίνοιμεν (75), καὶ εἰ πάντα φέροιμεν τὸν ἀπὸ τῶν ἐναντίων ὀνειδισμὸν, καὶ χλεύην, καὶ γέλωτα, καὶ δυσφημίαν, καὶ ἔλεον ὃν δοκοῦσιν ἡμᾶς ἐλεεῖν, πεπλανημένους καὶ μωροὺς ὑπολαμβάνοντες, καὶ ἐσφαλμένους ἀποκαλοῦντες· ἔτι δὲ, εἰ μὴ περιελκοίμεθα περισπώμενοι καὶ ὑπὸ τῆς περὶ τὰ τέκνα, ἢ τὴν τούτων μητέρα, ἢ τινα τῶν νομιζομένων εἶναι ἐν τῷ βίῳ φιλτάτων φιλοστοργίας, πρὸς τὴν κτῆσιν ἢ πρὸς τὸ ζῆν τοῦτο, ἀλλ' ὅλα ταῦτα ἀποστραφέντες, ὅλοι γενοίμεθα τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς μετ' αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτῷ ζωῆς, ὡς κοινωνήσοντες τῷ Μονογενεῖ αὐτοῦ καὶ τοῖς μετόχοις αὐτοῦ· τότ' ἂν εἴποιμεν, ὅτι ἐπληρώσαμεν τὸ μέτρον τῆς ὁμολογίας· εἰ δὲ, κἂν ἐνί τινι λείποιμεν, οὐκ ἐπληρώσαμεν, ἀλλ' ἐμολύναμεν τὸ τῆς ὁμολογίας μέτρον. Διὸ δεησόμεθα, ὧν δέονται οἱ ἐποικοδομήσαντες « τῷ θεμελίῳ ξύλα ἢ χόρτον ἢ καλάμην. »

Καὶ τοῦτο δὲ ἡμᾶς εἰδέναι χρὴ, ὅτι τὰς καλουμένας τοῦ Θεοῦ διαθήκας ἐπὶ συνθήκαις παρεδεξάμεθα αἷς πρὸς αὐτὸν ἐποιησάμεθα, ἀναδεχόμενοι τὸ κατὰ Χριστιανισμὸν βιοῦν· καὶ ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν συνθήκαις ἡμῶν ἦν πᾶσα ἡ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτεία, λέγον· « Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν. Ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος, ὃς ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ (76), τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; μέλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. » Τὸ δὲ δεῖν ἀρνεῖσθαι ἑαυτὸν, καὶ αἴρειν τὸν ἑαυτοῦ σταυρὸν, καὶ τῷ Ἰησοῦ ἀκολουθεῖν, οὐ μόνος Ματθαῖος, οὗ τὴν λέξιν παρεθέμεθα, ἀνέγραψεν, ἀλλὰ καὶ Λουκᾶς, καὶ Μάρκος. Ἄκουε γὰρ Λουκᾶ λέγοντος· « Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἔρχεσθαι, ἀρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. Ὃς γὰρ ἂν

A metietur vobis; » tu igitur qui mensura tuæ de me confessionis mensus es, « mensuram » accipies meæ de te confessionis « bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem in sinum tuum [15]; » tu vero qui negationis mensura mensus es et **281** negasti me, recipies negationis mensuræ respondentem mensuram meæ de te negationis.

11. Qua autem ratione impleatur confessionis mensura aut non impleatur, sed contra deficiat, sic inspiciemus. Si per totum inquisitionis et tentationis tempus locum diabolo non demus in cordibus nostris, qui nos inquinare vult cogitationibus malis aut negationis aut dubitationis, aut cujusvis quod probabile videatur et ad ea quæ martyrio et perfectioni sunt inimica sollicitet; si nos B ipsos præterea nullo verbo maculemus quod a confessione alienum sit; si cuncta feramus et adversariorum contumelias et ludibria et risus et infamiam et misericordiam qua nostri misereri videntur, quos nempe errantes et stultos arbitrantur, et deceptos vocant; ad hæc si neque nos divellat atque distrahat liberorum uxorisve amor, aut alicujus eorum quæ charissima in vita putantur esse, ut aut possessionibus aut huic ipsi vitæ hæreamus; sed ab his omnibus aversi, toti Dei simus ejusque vitæ quæ cum ipso et apud ipsum est, ut communionem habituri cum unigenito ejus Filio et his qui ejus participes sunt; tunc nos confessionis mensuram implevisse dicere poterimus. Si vero vel uno istorum aliquo defecerimus, non implevi- C mus, sed inquinavimus confessionis mensuram. Quapropter indigebimus iis quibus indigent qui superædificaverunt « super fundamentum ligna, aut fenum, aut stipulam [16]. »

12. Sciendum et illud est, nos id quod dicitur testamentum Dei certis conventionibus suscepisse, quas tum fecimus cum nos juxta Christianam religionem victuros recepimus. His autem nostris cum Deo conventionibus evangelica omnis disciplina continebatur. Sic porro dicit Evangelium : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, salvam faciet eam. Quid enim prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est D in gloria Patris sui cum angelis suis, et tunc reddet unicuique secundum opera ejus [17]. » Quod autem seipsum abnegare necesse sit, et crucem suam tollere, et Jesum sequi, non solus cujus apposuimus verba Matthæus scripsit, sed et Lucas et Marcus. Audi enim Lucam dicentem : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit ani-

[15] Matth. VII, 2. [16] I Cor. III, 12. [17] Matth. XVI, 24, 25, 26, 27.

(75) *Μιαίνοιμεν*. Ms. codex, μαίνομεν, male. (76) Ms., κελδήσῃ, male.

mam suam salvam facere, perdet illam. Qui autem perdiderit **282** animam suam propter me, salvam faciet illam. Quid enim proficit homini si universum mundum lucretur, se autem perdat et detrimentum sui faciat[18]?» Marcum autem: «Et convocata turba cum discipulis suis, dixit eis: Si quis vult me sequi, deneget semetipsum et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perde eam; qui autem perdiderit propter Evangelium, salvam faciet eam. Quid enim proderit homini si lucretur mundum totum, et detrimentum animæ suæ faciat? Quid enim dabit homo commutationis pro anima sua[19]?» Dudum igitur nosmetipsos abnegare debuimus et dicere: «Vivo jam non ego[20];» nunc vero appareat an sustulerimus crucem nostram et Jesum secuti simus: quod factum est, si vivit in nobis Christus. Si nostram volumus animam salvam facere, ut ipsam anima meliorem recipiamus, martyrio perdamus eam. Si enim eam perdiderimus propter Christum, eamque illi profuderimus propter ipsum moriendo, veram salutem ei comparabimus. Sin minus, audiemus nihil illi prodesse qui universum mundum sensibilem sua ipsius jactura lucratus fuerit; quique propriam semel animam perdiderit ejusve detrimentum fecerit, cum nec mundum universum, si lucratus illum sit, posse pro amissa anima commutationem dare. Est enim illa rebus omnibus pretiosior quæ ad Dei imaginem condita est. Unus ille potuit pro amissa prius anima nostra commutationem dare qui «pretioso» nos «sanguine» suo redemit[21].

13. Itaque si studiosi in Christo, et jam cognitionem illam quæ «per speculum» est et «in ænigmate[22],» excedere cupidi, properetis ad eum qui vocavit vos, cognoscetis quantum non cognovistis unquam, «facie nempe ad faciem,» ut Patris cœlestis amici. Amici enim videndo et non per ænigmata discunt aut nuda vocum, vel dictionum, vel signorum, vel figurarum sapientia, sed intelligibilium rerum naturam aut veritatis pulchritudinem attingunt. Si creditur Paulus «ad tertium cœlum» raptus esse, et audisse «arcana verba quæ non licet homini loqui[23],» consequenter intelligetis iis quæ tunc Paulo revelata sunt, arcanis verbis, post quæ e tertio cœlo descendit, plura vos et majora statim esse cogni-

A θέλῃ τὴν ἑαυτοῦ σῶσαι (77), ἀπολέσει αὐτήν. Ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐτήν· τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον, ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας ἢ ζημιωθείς;» Μάρκου δέ· «Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ ἕνεκεν τοῦ Εὐαγγελίου, σώσει αὐτήν. Τί δὲ ὠφελήσει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ; Τί γὰρ δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;» Πάλαι τοίνυν ὀφείλομεν ἀρνεῖσθαι ἑαυτοὺς, καὶ λέγειν· «Ζῶ οὐκέτι ἐγώ·» καὶ νῦν δὲ φανείτω, εἰ, B ἄραντες ἑαυτῶν τὸν σταυρὸν, τῷ Ἰησοῦ ἠκολουθήσαμεν· ὅπερ γέγονεν, εἰ ζῇ ἐν ἡμῖν ὁ Χριστός. Εἰ θέλομεν ἡμῶν σῶσαι τὴν ψυχὴν, ἵνα αὐτὴν ἀπολάβωμεν κρείττονα ψυχῆς (78), μαρτυρίῳ ἀπολέσωμεν αὐτήν. Ἐὰν γὰρ ἀπολέσωμεν αὐτὴν ἕνεκεν Χριστοῦ, αὐτῷ ἐπιῤῥιπτοῦντες αὐτὴν ἐν τῷ δι' αὐτὸν θανάτῳ, τὴν ἀληθῆ σωτηρίαν περιποιήσομεν αὐτῇ. Ἐὰν δὲ τὸ ἐναντίον, ἀκούσομεν, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖται ὁ τὸν ὅλον κερδήσας αἰσθητὸν κόσμον διὰ τῆς ἰδίας ἀπωλείας· ἅπαξ δὲ ἀπολέσας τις τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἢ ζημιωθεὶς αὐτὴν, κἂν τὸν ὅλον κερδήσῃ κόσμον, οὐ δυνήσεται αὐτὸν δοῦναι ἀντάλλαγμα τῆς ἀπολλυμένης ψυχῆς. Ἡ γὰρ κατ' εἰκόνα Θεοῦ δεδημιουργημένη τιμιωτέρα ἐστὶ πάντων. Εἷς μόνος δεδύνηται C δοῦναι ἀντάλλαγμα τῆς ἀπολλυμένης πρότερον ψυχῆς ἡμῶν, ὁ ὠνησάμενος ἡμᾶς τῷ ἑαυτοῦ «τιμίῳ αἵματι.»

Ἐὰν οὖν φιλομαθοῦντες ἐν Χριστῷ, καὶ ἤδη ποτὲ τὸ «δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι» μανθάνειν ὑπερβαίνειν θέλοντες, σπεύδητε πρὸς τὸν καλέσαντα, ὅσον οὐδέπω, «πρόσωπον πρὸς πρόσωπον» εἴσεσθε, ὡς φίλοι τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρός· οἱ γὰρ φίλοι ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων μανθάνουσιν, ἢ γυμνῇ σοφίᾳ φωνῶν, καὶ λέξεων, καὶ συμβόλων, καὶ τύπων, προσβάλλοντες τῇ τῶν νοητῶν φύσει καὶ τῷ τῆς ἀληθείας κάλλει. Εἴπερ πιστεύεται, ὅτι Παῦλος ἡρπάγη «εἰς τρίτον οὐρανὸν,» καὶ ἤκουσεν «ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι,» ἀκολούθως εἴσεσθε (79) ὅτι τῶν τότε Παύλῳ ἀποκαλυφθέντων D ῥημάτων ἀῤῥήτων, μεθ' ἃ καταβέβηκεν ἀπὸ τοῦ τρίτου οὐρανοῦ, πλείονα καὶ μείζονα εὐθέως γνώσεσθε, μετὰ τὴν γνῶσιν οὐ καταβησόμενοι, ἐὰν αἱ-

[18] Luc. XIX, 23, 24, 25. [19] Marc. VIII, 34, 35, 36. [20] Galat. II, 20. [21] I Pet. I, 9. [22] I Cor. XIII, 12. [23] II Cor. XII, 2, 4.

(77) Ante σῶσαι, deest in manuscripto vox ψυχήν, quæ tamen videtur necessaria.

(78) *Ἀπολάβωμεν κρείττονα ψυχῆς.* Id innuit Origenes quod lib. II *De principiis*, cap. 7, n. 3, scripsit: «Videndum ergo est, ne forte sicut diximus ex ipso nomine declarari, ab eo quod refrixerit a fervore justorum et divini ignis participatione, ψυχή, id est anima appellata sit. Nec tamen amisit facultatem restituendi se in illum statum fervoris, in quo ex initio fuit. Unde et propheta tale aliquid videtur ostendere, cum dicit: *Revertere, anima mea, in requiem tuam* (Psal. CXIV, 7). Ex quibus omnibus illud videtur ostendi, quod mens de statu suo ac dignitate declinans, effecta vel nuncupata est anima, quæ si reparata fuerit et correcta, redit in hoc ut sit mens.» Græca verba ibidem exhibentur, ex quibus satis liquet quo pacto anima fiat Origeni anima melior: per martyrium nempe redit in hoc ut sit mens. Vide lib. II *Origenian.*, quæst. 6, n. 5.

(79) Ms, ἀκολούθως εἴσεσθαι.

ροντες τὸν σταυρὸν ὀπίσω τοῦ Ἰησοῦ ἀκολουθῆτε, A ὃν « ἔχομεν ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς. » Καὶ αὐτοὶ, οὐκ ἀφιστάμενοι τῶν ὀπίσω αὐτοῦ, διελεύσεσθε τοὺς οὐρανοὺς, οὐ μόνον καὶ τὰ περὶ γῆν μυστήρια ὑπερβαίνοντες, ἀλλὰ καὶ οὐρανοὺς καὶ τὰ περὶ αὐτῶν. Ἔστι γὰρ ἐν τῷ Θεῷ ἐναποτεθησαυρισμένα πολλῷ μείζονα τούτων θεάματα, ἅτινα οὐδεμία φύσις τῶν ἐν σώματι μὴ πρότερον ἀπαλλαγεῖσα σώματος χωρῆσαι δύναται. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι ὧν εἶδεν ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ ὁ τῶν ἀστέρων χορὸς, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλων ἁγίων, οὓς ἐποίησεν ὁ Θεὸς « πνεῦμα καὶ πυρὸς φλόγα, » πολλῷ μείζονα ταμιεύεται καὶ τηρεῖ παρ' ἑαυτῷ ὁ Θεὸς, ἵνα αὐτὰ φανερώσῃ, ὅταν « πᾶσα ἡ κτίσις ἐλευθερωθῇ ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. » B

Σοὶ δὲ, ἱερὲ Ἀμβρόσιε, ἐνιδόντι ἐξητασμένως εὐαγγελικῇ φωνῇ, πάρεστιν ἰδεῖν, ὡς ἄρα τάχα ἢ οὐδεὶς τῶν πώποτε, ἢ πάνυ ὀλίγοι χύσεως μακαρισμοῦ ἐπιτεύξονται ἐξαιρέτου τινὸς καὶ πλείονος, ἐν ὁποίῳ ἔσῃ καὶ σὺ, εἰ τὸν ἀγῶνα ἀδιστάκτως διανήξαιο (80). Τὰ δὲ ῥήματα οὕτως ἔχει. Ὁ Πέτρος εἶπέ ποτε τῷ Σωτῆρι· « Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, » δηλονότι τοῖς ἀποστόλοις· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ Θεὸς ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθήσεσθε καὶ αὐτοὶ ἐπὶ θρόνους δώδεκα, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· καὶ πᾶς C ὅστις ἀφῆκεν ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ γονεῖς, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἢ οἰκίας ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, πολλαπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. » Τούτων (81) δὲ ἕνεκεν τῶν ῥητῶν ηὐξάμην ἂν τοσαῦτα κτησάμενος ἐπὶ γῆς, ὁπόσα ἔχεις, ἢ καὶ τούτων πλείονα, γενέσθαι μάρτυς ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ, ἵνα πολλαπλασίονα λάβω, ἢ, ὡς ὁ Μάρκος φησὶν, « ἑκατονταπλασίονα. » Πολλῷ πλειονά ἐστιν, ὀλίγων ὁποῖα καταλείψομεν, ἐὰν ἐπὶ μαρτύριον κληθῶμεν, ἑκατονταπλασιαζομένων. Τούτου δὲ ἕνεκεν, εἰ μαρτυρῶ, ἐβουλόμην καὶ τέκνα καταλιπεῖν μετὰ ἀγρῶν καὶ οἰκιῶν, ἵνα παρὰ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, « ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, » πολλαπλασιόνων καὶ ἁγιωτέρων τέκνων χρηματίσω πατὴρ, ἢ, ἵν' ὡρισμένως εἴπω, ἑκατονταπλασιόνων (82). D

Ἐὰν δέ τις ὡσπερεὶ ζηλῶν χαρίσματα τὰ μείζονα, καὶ μακαρίζων πλουσίους μάρτυρας, καὶ πατέρας μάρτυρας ἑκατονταπλασίονα γεννήσοντας (83) τέκνα, καὶ ἑκατονταπλασίονας ἀγροὺς καὶ οἰκίας ληψομένους, ζητεῖ, εἰ εὐλόγως ἐκεῖνοι παρὰ τοὺς ἐν βίῳ πένητας μάρτυρας (84) πολυπλασιαζομένην ἕξουσι τὴν

turos, nec descensuros post illam cognitionem, si Jesum sublata cruce sequamini, quem « habemus pontificem magnum qui penetravit cœlos [24]. » Et vos itaque si ab ejus comitatu **283** non recesseritis, penetrabitis cœlos, non terrestria tantum mysteria, sed cœlos etiam et cœlestia quæque superantes. Sunt enim in Deo velut in thesauro recondita multo his majora spectacula, quæ nulla inhærens corpori natura capere potest, nisi prius a corpore secreta sit. Nec enim dubito his quæ sol videt, quæ luna, quæ siderum chorus, imo quæ chorus sanctorum angelorum quos fecit Deus « spiritum et flammam ignis [25], » multo majora recondere apud se, et reservare Deum, quæ tunc exhibeat, cum « omnis creatura liberata fuerit a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei [26]. »

14. Tu vero, sacer Ambrosi, si evangelicas voces accuratius inspexeris, facile videbis aut neminem eorum qui fuerunt, aut paucos admodum eximium et magnum aliquem beatitudinis cumulum consecuturos, qualem tu assequeris, si certamen indubitanter pertransieris. Verba autem ipsa sic habent. Petrus aliquando dixit Servatori : « Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te : quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit eis, » apostolis scilicet : « Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Deus in sede gloriæ suæ, sedebitis et ipsi super thronos duodecim judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit fratres aut sorores, aut parentes, aut liberos, aut agros, aut domos propter nomen meum, multo plurima accipiet et vitam æternam possidebit [27]. » Horum ego verborum causa optarim tot bonis affluere quot tu, aut etiam pluribus, et sic martyr esse Deo in Christo, quo multoties plura accipiam, aut, ut Marcus ait, « centuplicia [28]. » Longe plurima sunt, paucis illis quæ relinquemus si ad martyrium erimus vocati, centies multiplicatis. Quapropter si martyr fuero, velim et liberos relinquere et agros et domos, ut apud Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi « a quo omnis paternitas in cœlo et in terris nominatur [29], » multo plurimorum et sanctiorum liberorum pater dicar, aut, ut definite dicam, centuplorum.

15. Si quis autem quasi æmulatus charismata meliora, et beatos putans divites martyres et patres martyres qui centies tot liberos generaturi et centies tot agros ac domos accepturi sunt, quærat æquumne sit illos ampliorem in **284** spiritualibus possessionem habere quam ii martyres qui hac

[24] Heb. IV, 14. [25] Psal. CIV, 4. [26] Rom. VIII, 21. [27] Matth. XIX, 27, 28, 29. [28] Marc. X, 30. [29] Eph. III, 15.

(80) *Διανήξαιο*. Sic ms. Wetstenius legi vult διανύσαιο.

(81) Ms. mendose, τοῦ τούτου.

(82) Ms., ἑκατονταπλαόνων, corrupte.

(83) Ms, γεννήσονται, male.

(84) *Εἰ εὐλόγως ἐκεῖνοι παρὰ τοὺς ἐν βίῳ πένητας μάρτυρας*. Quæstionem hanc, « an martyres divites præ pauperibus majorem in spiritalibus gloriam sint consecuturi, » affirmando expedit. Quid vero si pauper divitias et honores ab idololatris oblatos veritatis amore repudiaret? Quid, inquam, responderet Adamantius? Obiter notemus Origenis et alibi usitatam τῶν αἰσθητῶν καὶ τῶν νοητῶν distinctionem, quam hic quoque inculcat, et divitiis seu po-

in vita pauperes sunt; sic ei respondendum est : quemadmodum qui tormenta sunt ærumnasque perpessi, illustriorem exhibuerunt in martyrio virtutem iis qui eo modo probati non sunt; sic qui præter corporis amorem et vitæ, illa etiam tanta vincula inciderunt et diruperunt magna in Deum usi charitate, susceperuntque vere vivum Dei sermonem et efficacem et penetrabiliorem omni gladio ancipiti [30], potuerunt ii tot ruptis vinculis, paratisque sibi pennis, sicut aquila reverti ad domum principis sui. Ut igitur æquum est eos qui tormentis et laboribus probati non sunt, primas iis cedere qui in equuleis et variis tormentorum generibus et igne patientiam exhibuerunt; sic et nos pauperes, etsi martyres erimus, ratio suadet primas vobis relinquere qui propter Dei in Christo charitatem, fallacem et quæsitam a plerisque gloriam et possessiones tantas et naturalem in liberos amorem conculcatis.

A ἐν νοητοῖς κτῆσιν· λεκτέον πρὸς αὐτὸν, ὅτι ὥσπερ οἱ βασάνους καὶ πόνους ὑπομείναντες τῶν μὴ ἐν τούτοις ἐξητασμένων λαμπροτέραν ἐπεδείξαντο τὴν ἐν τῷ μαρτυρίῳ ἀρετὴν, οὕτως οἱ πρὸς τῷ φιλοσωματεῖν καὶ φιλοζωεῖν καὶ τοὺς τοσούτους δεσμοὺς διακόψαντες καὶ διαῤῥήξαντες, μεγάλῃ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπῃ χρησάμενοι, καὶ ἀληθῶς ἀνειληφότες τὸν ζῶντα τοῦ Θεοῦ λόγον, καὶ ἐνεργῆ, καὶ τομώτερον ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, δεδύνηνται τοὺς τοσούτους διακόψαντες δεσμοὺς, καὶ κατασκευάσαντες ἑαυτοῖς πτέρυγας, ὥσπερ αὐτὸς ἐπιστρέψαι (85) εἰς τὸν οἶκον τοῦ προεστηκότος ἑαυτῶν. Ἄξιον οὖν, ὥσπερ τοῖς μὴ ἐξετασθεῖσιν ἐν βασάνοις καὶ πόνοις παραχωρεῖν πρωτείων πρὸς τοὺς ἐν ἀρθρεμβόλοις καὶ ποικίλοις (86) στρεβλωτηρίοις καὶ πυρὶ ἐπιδειξαμένους τὴν B ὑπομονὴν, οὕτω καὶ ἡμῖν τοῖς πένησι, κἂν μαρτυρήσωμεν, ὁ λόγος ὑποβάλλει ἐξίστασθαι πρωτείων ὑμῖν, τοῖς διὰ τὴν ἐν Χριστῷ πρὸς Θεὸν ἀγάπην πατοῦσι τὴν ἀπατηλὴν δόξαν καὶ τῶν πολλῶν καθικνουμένην, καὶ τὴν τοσαύτην κτῆσιν, καὶ τὴν πρὸς τέκνα φιλοστοργίαν.

16. Simul autem Scripturæ gravitatem observa, quæ multo plures ac centuplos promittit fratres, liberos, parentes, agros quoque et domos; in his tamen uxor non numeratur. Nec enim dictum est : Quicunque reliquerit fratres, aut sorores, aut parentes, aut liberos, aut agros, aut domos, aut uxorem propter nomen meum, multoties plura accipiet : « In resurrectione enim mortuorum neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli qui in cœlis sunt [31]. »

Ἅμα δὲ καὶ τήρει τὸ σεμνὸν τῆς Γραφῆς πολυπλασιασμὸν καὶ ἑκατονταπλασιασμὸν ὑπισχνουμένης ἀδελφῶν, καὶ τέκνων, καὶ γονέων, καὶ ἀγρῶν, καὶ οἰκιῶν· οὐ συγκατηρίθμηται δὲ τούτοις γυνή (87)· οὐ γὰρ εἴρηται· Πᾶς ὅστις ἀφῆκεν ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφὰς, ἢ γονεῖς, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἢ οἰκίας, ἢ γυναῖκα ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, πολλαπλασίονα λήψεται· « Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται· ἀλλ' εἰσὶν ὡς οἱ ἄγγελοι, οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

17. Quod igitur Josue populo dixit in terræ sanctæ possessionem inducto, id et nobis nunc dicere possit Scriptura. Sic autem ait : « Nunc timete Dominum et servite ei in æquitate et justitia ; » cumque ad idolorum cultum impellemur, addet ea quæ sequuntur : « Auferte deos alienos quibus servierunt patres vestri trans fluvium et in Ægypto, ac servite Domino [32]. » Principio enim cum prima vobis essent fidei rudimenta tradenda, jure dici vobis potuit : « Sin autem vobis non placet servire Domino, eligite vobis cui servituri sitis, an diis quibus servierunt patres vestri trans fluvium, an diis Amorrhæorum in quorum terra habitatis [33] ; » isque qui
285 vos erudiebat, dixisset : « Ego autem et domus mea serviemus Domino quia sanctus est [34]. » Nunc autem id vobis dicendi locus non est : tunc enim dixistis : « Absit a nobis ut relinquamus Do-

C Ὅπερ τοίνυν εἶπεν Ἰησοῦς τῷ λαῷ, καθιστὰς αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἁγίαν γῆν, ταῦτα καὶ ἡμῖν ἂν λέγῃ νῦν ἡ Γραφή. Ἔχει δὲ οὕτως ἡ λέξις· « Νῦν φοβήθητε Κύριον καὶ λατρεύσατε αὐτῷ ἐν εὐθύτητι καὶ ἐν δικαιοσύνῃ. » Ἐρεῖ δὲ ἡμῖν ἀναπειθομένοις εἰδωλολατρεῖν καὶ τὰ ἑξῆς οὕτως ἔχοντα· « Περιέλεσθε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους, οἷς ἐλάτρευσαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῷ πέραν τοῦ ποταμοῦ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ λατρεύετε Κυρίῳ. » Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν, ὅτε κατηχεῖσθαι ἐμέλλετε, εὐλόγως ἂν ὑμῖν εἴρητο· « Εἰ δὲ μὴ ἀρέσκει ὑμῖν λατρεύειν Κυρίῳ, ἐκλέξασθε ὑμῖν, τίνι λατρεύσητε, εἴτε τοῖς θεοῖς τῶν πατέρων ὑμῶν τῶν ἐν τῷ πέραν τοῦ ποταμοῦ, εἴτε τοῖς θεοῖς τῶν Ἀμοραίων, ἐν οἷς ὑμεῖς κατοικεῖτε ἐπὶ τῆς γῆς· » καὶ ἔλεγεν ἂν ὑμῖν ὁ κατηχῶν· « Ἐγὼ δὲ καὶ ἡ οἰκία μου λατρεύ-
D σομεν Κυρίῳ, ὅτι ἅγιός ἐστι. » Νῦν δὲ ταῦτα οὐχ ἔχει χώραν ὑμῖν λέγεσθαι· τότε γὰρ εἴπετε· « Μὴ γένοιτο

[30] Hebr. IV, 12. [31] Matth. XXII, 30 et Marc. XII, 25. [32] Jos. XXIV, 14. [33] Ibid. 15. [34] Ibid. 16.

sessionibus applicat : nempe alia bona esse *αἰσθητά*, « sensibilia, » quæ sensibus; alia *νοητά*, « intelligibilia, » quæ sola mente percipiuntur; illa ferme sunt « corporalia et terrena; » ista « spiritalia et cœlestia, » II Cor. IV, 18. WETSTENIUS.

(85) *Αὐτὸς ἐπιστρέψαι.* Lego ἀετὸς ἐπιστρέψαι.

(86) Ms. codex, ποικίλοιο, corrupte.

(87) *Οὐ συγκατηρίθμηται δὲ τούτοις γυνή.* Scripturam ait majestatem suam in hoc servare, quod restitutio parentum omniumque bonorum in resurrectione promittatur, uxore tantum excepta; quia pii similes futuri sunt angelis. Sic, ut observatum est a Wetstenio, Tertullianus lib. I *Ad uxorem*, cap. 1 : « Christianis sæculo digressis nulla restitutio nuptiarum in die resurrectionis repromittitur; translatis scilicet in angelicam qualitatem et sanctitatem. » Nihil verius, at mirum cur subdat Origenes : Οὐ γὰρ εἴρηται· πᾶς ὅστις ἀφῆκεν ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφὰς ἢ γονεῖς, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς ἢ οἰκίας, ἢ γυναῖκα ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, πολλαπλασίονα λήψεται· hæc enim omnia scripta reperies in omnibus codd. Græcis Matth., XIX, 29, si modo excipias Cant., ubi teste Millio deest ἢ γυναῖκα.

ἡμῖν καταλιπεῖν Κύριον, ὥστε λατρεύειν θεοῖς ἑτέροις· Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν αὐτὸς Θεός ἐστιν. » Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς περὶ θεοσεβείας συνθήκαις πάλαι τοῖς κατηχοῦσιν ὑμᾶς ἀπεκρίθητε τό· « Καὶ ἡμεῖς λατρεύσομεν Κυρίῳ· οὗτος γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐστιν. » Εἰ τοίνυν ὁ παραβὰς τὰς πρὸς ἀνθρώπους συνθήκας ἄσπονδός τίς ἐστι καὶ σωτηρίας ἀλλότριος, τί λεκτέον περὶ τῶν διὰ τοῦ ἀρνεῖσθαι ἀθετούντων ἃς ἔθεντο πρὸς Θεὸν συνθήκας, καὶ παλινδρομούντων ἐπὶ τὸν Σατανᾶν, ᾧ βαπτιζόμενοι ἀπετάξαντο (88); Λεκτέον γὰρ πρὸς τοὺς τοιούτους, τοὺς λελαλημένους ὑπὸ τοῦ Ἠλεὶ λόγους τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ· « Ἐὰν ἁμαρτάνων ἁμαρτάνῃ ἀνὴρ εἰς ἄνδρα, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ· ἐὰν εἰς Κύριον ἁμάρτῃ, τίς προσεύξεται (89) περὶ αὐτοῦ; »

Μέγα θέατρον συγκροτεῖται ἐφ' ἡμῖν ἀγωνιζομένοις, καὶ ἐπὶ τὸ μαρτύριον καλουμένοις· ὡς εἰ τὸ B τοιοῦτον ἐλέγομεν γίνεσθαι ἐπί τινων νομιζομένων παραδόξων ἀγωνιστῶν συναγωνιζομένων παραδόξων ἀγωνιστῶν (90) ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ἀγῶνος μυρίων ὅσων. Καὶ οὐκ ἔλαττόν γε τοῦ Παύλου ἐρεῖτε, ὅταν ἀγωνίζησθε· « Θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. » Ὅλος οὖν ὁ κόσμος καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι δεξιοὶ καὶ ἀριστεροὶ, καὶ πάντες ἄνθρωποι οἵ τε ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ μερίδος καὶ οἱ ἀπὸ τῶν λοιπῶν, ἀκούσονται ἡμῶν (91) ἀγωνιζομένων τὸν

A minum et serviamus diis alienis. Dominus Deus noster ipse est Deus [35]. » Sed et in religionis fœdere olim doctoribus vestris spopondistis in hæc verba : « Serviemus igitur Domino quia ipse est Deus noster. » Si ergo qui pacta cum hominibus conventa transgreditur, intestabilis quidam et a salute alienus est, quid de iis dicendum qui per abnegationem irrita faciunt pacta cum Deo inita, et ad Satanam recurrunt cui cum baptizarentur, renuntiarunt? Dicenda enim illis sunt quæ dicebat Heli filiis suis : « Si peccando peccaverit vir in virum, etiam orabunt pro eo; si autem in Dominum peccaverit, quis orabit pro eo [36]? »

18. Ingens convocatur corona ad spectandum B certamen vestrum, cum ad martyrium vocamini, ut si millia hominum multa ad spectandos athletas illustres confluere diceremus. Nec minus quam Paulus dicere poteritis cum certabitis : « Spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus [37]. » Mundus igitur universus et omnes angeli dextri sinistrique, et omnes homines, et qui a Dei partibus et qui a reliquis stant, vestrum audient pro Christiana religione certamen; et vel in cœlis angeli super vobis gaudebunt, et « flumina

[35] Jos. xxiv, 16, 17. [36] I Reg. ii, 25. [37] I Cor. iv, 9.

Φησί που ὁ Παῦλος (49) πρὸς τοὺς ἐν ἀρχῇ ὑπομείναντας, παρακαλῶν αὐτοὺς ἀκολούθως τῇ προτέρᾳ ὑπομονῇ φέρειν κινδύνους δευτέρους τοὺς διὰ τὸν λόγον· « Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον D ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων· τοῦτο μὲν ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, τοῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες· καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς συνεπαθήσατε· καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ὅτι κρείττονα ἔχετε ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν. Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν ἥτις ἔχει

[36] II Cor. VI, 3. [37] Psal. XXXVIII, 8. [38] Psal. XXXII, 20. [39] II Cor. VI, 4. [40] Ibid. 5. [41] Isa. XL, 10; Apoc. XXII, 12. [42] Prov. XIV, 29. [43] II Cor. VI, 7. [44] Ibid. 8, 9, 10.

(45) *Παθήμασιν*. Codex ms. habet πάθησιν, mendose.

(46) *Μηδεμίαν*. Ms., μηδεμίας, male.

(47) *Συστήσασθε*. Ms., συστημάσασθε, perperam. Paulo post legendum videtur, λέγοντες, Καὶ νῦν τίς ἡ ὑπομονή μου.

(48) *Ἐπιγινώσκεσθαι*. Perperam ms., ἐπινώσκεσθαι.

(49) *Φησί που ὁ Παῦλος*. Vide notas ad Origenis epistol. ad Africanum, num. 9.

μεγάλην μισθαποδοσίαν· ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν.» Πολλὴν τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς νῦν ἄθλησιν ὑπομείνωμεν παθημάτων, ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, καὶ μετὰ χαρᾶς παραδεχόμενοι τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ἡμῶν· πειθόμεθα γὰρ κρείττονα ἔχειν ὕπαρξιν οὐ γηΐνην, ἀλλ' οὐδὲ σωματικὴν, ἀλλά τινα ἀόρατον καὶ ἀσώματον. « Σκοποῦμεν γὰρ οὐ τὰ βλεπόμενα ὁρῶντες· ταῦτα μὲν πρόσκαιρα, ἐκεῖνα δὲ αἰώνια.»

Ἐπεὶ δέ τινες, μὴ θεωροῦντες τὸν περὶ τῶν δαιμόνων λόγον, καὶ ὡς, ὑπὲρ τοῦ παραμένειν ἐν τῷ παχεῖ τούτῳ καὶ περιγείῳ ἀέρι (50) δεόμενοι τροφῆς (51) τῆς διὰ τῶν ἀναθυμιάσεων, ἐπιτηροῦσιν

A habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est [45]. » Magnum igitur et nos certamen nunc sustineamus passionum, opprobriis et tribulationibus spectaculum facti, et cum gaudio suscipientes rapinam bonorum nostrorum. Credimus enim meliorem nos habere substantiam non terrenam, ac ne corpoream quidem, sed invisibilem et incorpoream : « Contemplamur enim non quæ videntur; hæc enim temporalia sunt, illa vero æterna [46]. »

45. Sed quoniam nonnulli, non perspecta dæmonum natura, ignorantesque eos ut in denso hoc aere qui terram ambit commorentur, **304** suffituum indigere alimento, et observare ubi nidor aut vapor

[45] Heb. x, 32-36. [46] II Cor. iv, 18.

(50) *Ἐν τῷ παχεῖ τούτῳ καὶ περιγείῳ ἀέρι. Aerem crassum*, tenebricosum et terræ vicinum, *sedem dæmonum* propriam esse post eorum e sedibus æthereis deturbationem putavit Origenes. Sunt qui eum sequuntur: Arnobius, l. i *Contra gentes*, p. 12 : « Puerile, pusillum est et exile, vix et illis conveniens, quos jamdudum experientia doctorum dæmonas appellat et heroas, non nosse cœlestia, et in hac rerum materia crassiore conditionis suæ exsortes versari. » Augustinus, lib. viii *De civ. Dei*, cap. 22 : « Dæmones in hoc quidem aere habitant : quia de cœli superioris sublimitate dejecti, merito irregressibilis transgressionis, in hoc sibi congruo velut carcere, prædamnati sunt. » Prudentius, l. i *Cont. Symmachum* :

... Prohibendo vagas ne pristinus error
Crederet esse Deum nigrante sub aere formas.

Isidorus, *Originum* l. viii, c. 11, p. 1024 : « Dæmones lapsi in aeream qualitatem conversi sunt : nec aeris illius puriora spatia, sed ista caliginosa tenere perpessi sunt, qui eis quasi carcer est, usque ad tempus judicii. » Beda, tom. II, l. *De nat. rerum*, p. 30 : « Aer est, omne quod inani simile vitalem hunc spiritum fundit, infra lunam, volatus avium nubiumque et tempestatum capax; ubi etiam potestates aereæ, superna sede deturbatæ, cum tormento diem judicii, durius tunc damnandæ, præstolantur; ex quo hominibus apparentes aerea sibi corpora meritis similia sumunt. Nam supra lunam, quæ aeris ætherisque confinio currit, omnia pura ac diurnæ lucis sunt plena; cujus vicinia tangere fertur Olympus. » Prosper *De vita contempl.*, l. iii, c. 2, p, 254 : « Diabolus, sciens se per superbiam de cœlestibus corruisse, et in hunc caliginosi aeris carcerem trusum, homini vitium persuasit. » WETSTENIUS.

(51) *Δεόμενοι τροφῆς. Dæmones indigere cibo*, attrahere *nidores, satiari sanguine*, delectari *suffitu*, constans est Origenis opinio. Imo affirmat hæc eis D nutrimenta tam necessaria esse, ut absque iis non possent in terra permanere aut detineri. Hinc λιχνείαν τῶν φιλοσωμάτων δαιμόνων, « liguritionem carnalium dæmonum, » objicit Celso, l. iii, num. 28, indeque oriri ait persecutiones, instinctu eorum. Ἑώρων γὰρ τὰς λοιβὰς καὶ τὰς κνίσσας, ἐφ' αἷς λίχνως ἥδοντο, καθαιρουμένας ἐκ τοῦ κρατεῖν τὰ Ἰησοῦ μαθήματα. « Quia videbant, invalescente doctrina Jesu, tolli nidores gratasque sibi libaminum cupedias. » Vide eumd. lib., num. 36; lib. iv, num. 32; lib. vii, num. 5, 6, 35,56, 64; lib. viii, num. 60, 61. Mirum vero est, tot Patribus priorum maxime sæculorum, hanc placuisse sententiam. Tenet eam Tertullianus, *Apol. adv. gentes*, c. 22 : « Errorum iste potissimus, quo deos istos captis et circumscriptis hominum mentibus commendat, ut et sibi pabula propria nidoris et sanguinis procuret, simulacris et imaginibus oblata. » Et c. 23 : « Aris inhalantes numen de nidore concipiunt. » Et :

B « Renuant se immundos spiritus esse, quod vel ex pabulis eorum, sanguine et fumo, et putidis rogis pecorum, et impuratissimis linguis ipsorum vatum, intelligi debuit. » Hinc l. *De idol.*, c. 7, « spiritum vilissimi nidoris » dæmonem appellat. Vide ejusd. lib. *Ad Scapulam*, c. 2. Athenagoras, in *Legat. pro Christianis*, pag. 33 : Οἱ μὲν περὶ τὰ εἴδωλα αὐτοὺς ἕλκοντες, οἱ δαίμονές εἰσιν οἱ προειρημένοι, οἱ προστετηκότες τῷ ἀπὸ τῶν ἱερείων αἵματι, καὶ ταῦτα περιλιχμώμενοι. Et p. 34 : Οἱ περὶ τὴν ὕλην δαίμονες, λίχνοι περὶ τὰς κνίσσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες. « Qui circa idola commorantur, dæmones sunt prædicti, inhærentes sanguini sacrificiorum, et ea undique lambentes. » Et : « Dæmones illi materiales, liguritores nidorum et sanguinis sacrificiorum. » Gregor. Nazianz., orat. 4, *Adv. Julian.* : Οὐκέτι μὲν λίχνοι καὶ ἀπατηλοὶ δαίμονες δυναστεύουσιν. « Non jam gulæ deditі, et fraudulenti dæmones rerum potiuntur. » Et orat. 18, de dæmone cujus mi-C nisterio ad corrumpendam Justinam Cyprianus utebatur : Ὁ μισθὸς τῆς προαγωγίας θυσίαι τε καὶ σπονδαὶ, καὶ ἡ δι' αἱμάτων καὶ κνίσσης οἰκείωσις. Τοιούτους γὰρ ἔδει μισθοὺς εἶναι τοῖς τὰ τοιαῦτα χαριζομένοις. « Hujus lenocinii merces victimæ et libamina erant, affinitasque ea, quæ per sanguinem et sacrificiorum nidorem cum eo contrahitur. Talem enim iis mercedem impendi oportebat, qui hujusmodi beneficia contulissent. » Arnobius, l. iii *Cont. gentes*, p. 114 : « Nisi enim thura et salsas accipiant fruges, benefacere dii nequeunt; et nisi pecorum sanguine delibutas suas conspexerint arulas, suos deserunt atque abjiciunt præsidatus. » Idem l. v, p. 156 : « Et quænam, quæso, illa divina res fuit, quæ ab impetu rerum tanto Jovem compulit avocari, et mortalium sese denuntiationibus sistere? mola salsa, thus, sanguis, verbenarum suffitio, et nominum terribilium fremores? » Ibid., pag. 169 : « Liber a Titanibus membratim sectus, atque in ollulas conjectus ut coqueretur, Jupiter suavitate nidoris illectus, invocatus advolavit ad prandium. » Sed l. vii, p. 212, ita hac de re disserit, ut dubius esse videatur : « Nunquid forte dii cœlestes aluntur his sacris, et ad eorum compaginem retinendam nonnullius opus est suffectione materiæ? » Paulo post, ubi negavit, pergit : « Quidquid enim causis et rebus fulcitur extraneis, necesse est esse mortale, et habere ad periculum viam pronam, ubi aliquid cœperit deesse, quo vivitur. Tum quod ex his rebus, quæ admoventur altaribus, nihil videmus accedere, atque ad numinum substantias pervenire : a canibus abliguritur sanguis; nisi forte hostiarum Deus animas devorat, aut ex aris ardentibus nidorem consectatur et fumos, pasciturque de cnissis, quas evomunt ardentia viscera, adhuc suda de sanguine, et prioribus humecta de succis. Sed si Deus, ut dicitur, nullius est corporis, omnique est incontiguus tactu : qui fieri potis est, ut corporalibus rebus nutriatur incorporeum; quod

sanguinis aut thuris sit, iis sacrificare quasi rem indifferentem putant et parvi pendunt; his responderi sic potest: Si ii qui alimenta latronibus, sicariis et barbaris magni regis hostibus præbent, ut rempublicam violantes puniuntur: quanto magis qui nequitiæ ministris sacrificando dant alimenta quibus in loco terræ vicino detineantur, illi, ac maxime qui sciunt: « Qui sacrificat diis alienis, exterminabitur [47], » merito accusabuntur quod non soli Domino, sed omnium quæ in terris accidunt, malorum auctoribus sacrificent. Puto etiam de iis quæ a dæmonibus peccantur cum homines vexant, non minus ipsis mala perpetrantibus dæmonibus accusatum iri eos qui sacrificiis ipsos alunt; communi enim ope mala videntur hominibus inferre et dæmones, et qui eos in terra detinent, cum absque suffitibus et nutrimentis quæ eorum corporibus congrua putantur, subsistere non possent.

A ὅπου κνίσσα ἐστὶ καὶ αἵματα καὶ λιβανωτοὶ, ἐξευτελίζουσιν ὡς ἀδιάφορον τὸ θύειν· εἴποιμεν ἂν καὶ πρὸς ταῦτα, ὅτι, εἴπερ οἱ τροφὰς λῃσταῖς καὶ φονεῦσι καὶ βαρβάροις ἐχθροῖς τοῦ μεγάλου βασιλέως παρέχοντες ὡς τὸ κοινὸν ἀδικήσαντες κολάζονται, πόσῳ πλέον οἱ τοῖς τῆς κακίας ὑπηρέταις διὰ τοῦ θύειν διδόντες τροφὰς παρακατεχούσας αὐτοὺς ἐν τῷ περιγείῳ τόπῳ δικαιότατα ἂν ἐγκαλοῖντο, καὶ μάλιστα οἱ μαθόντες τό· « Ὁ θύων θεοῖς ἑτέροις ἐξολοθρευθήσεται, » τοῖς τῶν ἐπὶ γῆς κακῶν αἰτίοις, πλὴν Κυρίῳ μόνῳ, θύειν; Καὶ οἶμαί γε ἐπὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις ὑπὸ τῶν δαιμόνων ἐνεργούντων κατὰ τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἔλαττον ἐγκληθήσεσθαι τῶν ἐνεργησάντων δαιμόνων τὰ χείρονα, διὰ τοῦ θύειν, τρέψαντες αὐτούς· οἱονεὶ γὰρ κοινῇ τὰ κακὰ πεποιήκασι τοῖς B ἀνθρώποις, οἵ τε δαίμονες καὶ οἱ κατασχόντες αὐτοὺς ἐπὶ γῆς· μὴ ἂν δυνηθέντας διαρκέσαι χωρὶς τῶν ἀναθυμιάσεων καὶ τῶν νομιζομένων εἶναι καταλλήλων τροφῶν τοῖς σώμασιν αὐτῶν (52).

[47] Exod. XXII, 20.

mortale est, ut immortale sustineat? » Rursus eod. lib., p. 233, ita disserit: « Habent enim dii nares, quibus ducant aereos spiritus? accipiunt auras et remittunt, ut penetrare illos possint nidorum differentium qualitates? Quod si damus, ut fiat, mortalitatis eos adjungimus legi, et excludimus divinitatis a finibus. » Quibus tamen verbis non a dæmonibus, sed a Deo actiones has corporales removet. Minutius Felix, p. 30: « Morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent, ut ad cultum sui cogant; ut nidore altarium vel hostiis pecudum saginati, remissis, quæ constrinxerant, curasse videantur. » Prudentius, hymno 1:

Cerne quam palam feroces hic domantur dæmones,
Qui lupino capta ritu devorant præcordia.

Et lib. I *adv. Symmachum*, pag. 223:

. . *Horrificos quos prodigialia cogunt*
Credere monstra deos; quos sanguinolentus edendi
Mos juvat, ut pinguis luco lanietur in alto
Victima, visceribus multa inter vina vorandis.

Omitto Justini martyris, ex *Apol.* 1; et Firm. Materni, *De err. profan. relig.*, c. 14, testimonia, quæ doctissimus Huetius in *Origenianis* produxit. Unicum, quod mireris, superaddo Hieronymi tom. III in epist. ad Damasum, p. 128: « Porcus animal immundum, etc. Talis est, inquit, dæmonum multitudo, quæ per idola manufacta cruore pecudum et victimis pascitur; et novissime saginatiore quadam hostia, ipsius hominis morte, saturatur. » A paganis illam opinionem eos hausisse non est dubium. Celsus enim apud Origenem ipse hoc fatetur, lib. VIII, num. 60, et Origenes idem ex Homero eruit, quem dicit *Iliad.* A, statim ab init., introducere Chrysen, ἕνεκεν ὀλίγων στεφάνων καὶ μηρίων ταύρων καὶ αἰγῶν, τυγχάνοντα ὧν ᾔτησε καθ' Ἑλλήνων διὰ τὴν θυγατέρα, « paucis coronis, et taurorum caprorumque femoribus emercantem quidquid Græcis propter filiam imprecatus est. » Sic animas heroum, ac imprimis Tiresiæ vatis sanguinem appetentes et bibentes, fuse describit idem Homerus, *Od.* Λ, υ. 38 et seqq. Sed unde Homero error inhæsit? Nescio an audacior sit conjectura, quam ut veniam mereatur, si dicamus ex male intellectis S. Scripturæ verbis, et uti ex illis apparet, vetustissimo loquendi more prave detorto, eum exortum fuisse. Scriptum est enim Genes. VIII, 21: וירח יהוה את ריח הניחח LXX vertunt: Καὶ ὠσφράνθη Κύριος ὁ Θεὸς ὀσμὴν εὐωδίας, « odoratusque est Jehovah odorem suavitatis. » Hinc certe hominibus pravæ mentis pronum erat colligere Deum sibi expetere nidores et sacrificia: imo vero, inde quosdam hoc collegisse, patet ex variis Scripturæ locis: in primis e Psalmo XLIX (juxta LXX, at Hebr. L), 9, 10, 11, 12, 13, ubi significanter ait: « Si esuriero, non dicam tibi; » et: « Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? » Hanc opinionem, quæ non raro etiam Judæorum animos occuparat severissime Deus per prophetas suos refutavit; ac sæpe sæpius omnem sacrificiorum pompam longissime a se removit, I Sam. XV, 22; Isai. I, 11-13, et LXVI, 3; Amos V, 21, 22, etc. WETSTENIUS.

C (52) *Καταλλήλων τροφῶν τοῖς σώμασιν αὐτῶν.* En hypothesin, qua fretus asserit Origenes dæmones nutriri: nimirum, quia corpora habent et corporei sunt. Et certe oportet ut omnes hi SS. viri, quorum dicta modo allata sunt, in hac fuerint sententia. Verissima enim est Epiphanii assertio, *Hær.* 26: Πῶς δύναται δαίμων, πνεῦμα ὂν ἀκάθαρτον καὶ ἀσώματον, σωμάτων μεταλαμβάνειν; εἰ δὲ καὶ ἀπὸ σωμάτων μεταλαμβάνει καὶ κυΐσκει, οὐκέτι ἐστὶ πνεῦμα, ἀλλὰ σῶμα· σῶμα δὲ ὂν, πῶς ἐστιν ἀόρατον καὶ πνεῦμα; « Qui potest dæmon, spiritus ille impurus et incorporeus, corporum particeps fieri? quod si tamen a corporibus aliquid assumat et concipiat, non erit spiritus, sed corpus. Si vero sit corpus, quomodo invisibilis erit et spiritus? » Quidquid sit, corpora passim tribui dæmonibus ab Origene observavit doctiss. Huetius. Origenes l. III *Cont. Cels.*, num. 34, dæmonas vocat μοχθηροὺς, καὶ τόπους ἐπὶ γῆς προκατειληφότας, ἐπεὶ τῆς καθαρωτέρας οὐ δύνανται ἐφάψασθαι χώρας καὶ θειοτέρας, ἔνθα μὴ φθάνουσιν αἱ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν D αὐτῇ μυρίων κακῶν παχύτητες. « Impuros, incubantes terræ locis variis, ut quemque occupaverunt; quoniam ad puriorem illam et diviniorem regionem non valent pertingere, quo nunquam deveniunt terrenæ, vitiisque terrestribus inquinatæ crassitudines. » Idem, l. I *De princip.*: « Non est tale corpus quale habent dæmones, quod est naturaliter subtile et velut aura tenue; et propter hoc vel imputatur a multis, vel dicitur incorporeum. » Tertullianus ante Origenem asseruit, lib. II *Contra Marcionem*, « angelos omnes constare ex spiritu materiali. » Materiale tamen seu *corpus dæmonum* statuit *subtile*, *Apolog. adv. gentes*, c. 22: « Suppetit illis (de dæmonibus loquitur) ad utramque substantiam hominis adeundam subtilitas et tenuitas sua. » Minutius Felix, in *Octavio*, p. 29: « Spiritus sunt insinceri, ait, vagi, a cœlesti vigore terre-

Πάλιν τε αὖ ὑπολαμβάνοντές τινες θέσει εἶναι τὰ A ὀνόματα, καὶ οὐδεμίαν αὐτὰ ἔχειν φύσιν πρὸς τὰ ὑποκείμενα, ὧν ἐστιν ὀνόματα, νομίζουσι μηδὲν διαφέρειν, εἰ λέγοι τις· Σέβω τὸν πρῶτον Θεὸν (53), ἢ τὸν Δία, ἢ τὸν Ζῆνα (54)· καὶ εἰ φάσκοι τις· Τιμῶ καὶ ἀποδέχομαι τὸν ἥλιον, ἢ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ τὴν σελήνην, ἢ τὴν Ἄρτεμιν, καὶ τὸ ἐν τῇ γῇ πνεῦμα,

305 46. Rursum aliqui existimantes nomina ex hominum instituto esse, nec ullam natura connexionem habere cum iis quorum nomina sunt, nihil putant interesse an dicat aliquis : Colo primum Deum, aut Dia, aut Jovem ; an etiam dicat : Suscipio et veneror solem aut Apollinem, et lunam aut Dianam, et spiritum qui terra continetur, aut

nis labibus et cupiditatibus degravati ; isti igitur spiritus, posteaquam simplicitatem substantiæ suæ, onusti et immersi vitiis, perdiderunt, ad solatium calamitatis suæ non desinunt perditi jam perdere. » Ex Platone paulo post asserit « eorum substantiam inter corpus et spiritum mediam, terreni ponderis et cœlestis levitatis admistione concretam. » Macarius, hom. 4, 21 : Ἕκαστον κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν σῶμά ἐστιν, ὁ ἄγγελος, ἡ ψυχὴ, ὁ δαίμων· ὅτι, κἂν λεπτὰ ὦσιν, ὅμως ἐν ὑποστάσει καὶ χαρακτῆρι καὶ εἰκόνι κατὰ τὴν λεπτότητα τῆς φύσεως αὐτῶν σώματα τυγχάνει λεπτὰ, ὥσπερ ἐν ὑποστάσει τοῦτο τὸ σῶμα παχύ ἐστιν. « Unumquodque horum pro sua natura corpus est, sive sit angelus, sive anima, sive dæmon. Licet enim hæc corpora tenuia sint, nihilominus in substantia, charactere, et repræsentatione, pro subtilitate naturæ suæ corpora sunt subtilia : quemadmodum corpus istud, secundum suam substantiam, crassum est. » Augustinus non abhorruisse ab ea sententia (quam Platonicorum fuisse probat ex Apuleii lib. *De Socr. dæmon.*) videtur. Consul. lib. VIII *De civ. Dei*, cap. 14 et 15, et lib. XXI, cap. 10, sub fin., ac in primis Lud. Vivis *Comment.* in l. XV, cap. 23, ubi « Platonicos omnes, deinde Origenem, Lactantium, Basilium, et consensum fere suo tempore scribentium, » hactenus secutus dicitur. Isidorus, lib. VIII *Originum*, c. 11 : « Dæmones corporum aereorum natura vigent; ante transgressionem quidem cœlestia corpora gerebant ; lapsi vero in aeream qua- C litatem conversi sunt. » Beda loco supra dicto non quidem ex corpore constare, sed corpora sibi aerea dæmones assumere statuit : sed tom. IV, l. III, in Job, cap. 10, p. 861, « per corpus diaboli intelligit omnes consortes ejus et spiritus immundos; quos tanta consensione et conspiratione dicit Deus illi adjunctos, ut indissolubili connexione eidem sint copulati. » Hoc unum miror qui S. Hieronymus, inter Origenis errores in epistola ad Avitum enarratos, hunc quoque retulerit : « Quod rationales creaturæ per negligentiam ad terrena corpora sint delapsæ; » cum supra audiverimus ipsum Hieronymum quoque asserentem « pasci dæmones et saginari cruore ; » quod fieri non potest, si corpora eis demantur. Non dubito, si Rufinus hunc locum observasset, quin eum Hieronymo regessisset. WETSTENIUS.

(53) *Μηδὲν διαφέρειν εἰ λέγοι τις· Σέβω τὸν πρῶτον Θεόν*. Sic Deum verum appellat Origenes, D alique, πρῶτον Θεὸν, τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, τὸν μέγαν Θεόν. Arnobius, l. I *Contra gentes*, vocat *Deum primum, Deum superiorem*. L. III, sic loquitur : « Ad cultum divinitatis obeundum satis est nobis Deus primus; Deus, inquam, primus, Pater rerum ac Dominus, constitutor moderatorque cunctorum. » Hoc memoratu dignum censeo, quod Simon Magus, exsecrabilis ille hæreticorum pater, non contentus simplici nomine Dei, ὡς πρῶτος Θεός, *ut Deus primus*, adorari voluerit : teste Euseb. l. II *Hist. eccl.*, c. 13, ex Justini *Apologetico* id probante. *Primus* idem est quod *princeps* seu *superior*, etiam apud alios auctores. Virgil. l. I, *Æneid.*, v. 24 :

. . Veterisque memor Saturnia belli
Prima quod ad Trojam pro charis gesserat Argis.

Ad quæ Servius in *Comment.* : « *Prima*, PRINCEPS accipiendum est. » Qui vero paganis summus fuerit Deus, idem Servius *Comment. in Æneid.*, p. 527, sic tradit : « Sciendum pro qualitate rerum vel personarum, summum Deum dici, vel Patrem. Nam unusquisque eum putat esse summum Deum, quem colit : ut

Summe Deum, sancti custos Soractis Apollo. »
WETSTENIUS.

(54) *Ἢ τὸν Δία ἢ τὸν Ζῆνα*. Ethnicorum hic B error erat, ut Deum *Jovis* nomine insignirent, vel potius dedecorarent. Hinc Celso ὁ μέγας Θεὸς ὁ ὕψιστος, Ζεὺς, Ἀδωναῖος, Σαβαὼθ, Ἀμμοὺν, Παπαῖος, nil differt, l. V *cont. Cels.*, num. 41, et Arnobius, l. VII *Cont. gentes*, p. 245 : « Jovem, quem Deum principem dicitis, et rerum quæcunque sunt conditorem. » Et Aristeas, l. *De vers.* LXX, pag. 6 : Τὸν πάντων ἐπόπτην καὶ κτίστην Θεὸν οὗτοι (οἱ Ἰουδαῖοι) σέβονται ὃν καὶ πάντες, ἡμεῖς δὲ μάλιστα, προσονομάζοντες ἑτέρως Ζῆνα. « Illi (Judæi), eumdem Deum omnium inspectorem et creatorem colunt, quem etiam alii omnes homines et nos in primis, sed nominantes aliter vocamus Jovem. » Ast Origenes, prout ubique singularem zelum pro vindicando Dei honore demonstravit, sibi similis hic esse non desiit; acriter contendens, Deum summum nunquam *Jovis* nomine, aut alterius e diis gentium, esse appellandum ; imo citius moriendum, et martyrium subeundum esse. Hoc passim inculcat, repetit, urget, veluti rem maximi momenti. L. IV *cont. Cels.*, num. 48 : Διὰ ταῦτα δὴ ἡμεῖς καὶ διὰ τοὺς τοιούτους μύθους καὶ ἄλλους μυρίους οὐδὲ μέχρις ὀνόματος θέλομεν Δία καλεῖν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν· οὐδ' Ἀπόλλωνα τὸν ἥλιον, οὐδ' Ἄρτεμιν τὴν σελήνην, ἀλλὰ καθαρὰν εὐσέβειαν εἰς τὸν Δημιουργὸν ἀσκοῦντες, καὶ τὰ καλὰ αὐτοῦ δημιουργήματα εὐφημοῦντες, οὐδὲ μέχρις ὀνόματος χραίνομεν τὰ θεῖα. « Quapropter nos his et similibus fabulis offensi, nullo modo ferimus Deum maximum vocari *Jovis* nomine, nec solem Apollinis, nec lunam Dianæ vocabulo : sed puram erga Creatorem pietatem exercendo, et pulcherrima ejus opificia laudando, nec nomine tenus res divinas contaminamus. » Lib. I *cont. Cels.*, num. 25 : Πῶς οὐ μᾶλλον τῆς εὐλαβείας ἀποδεξόμεθα Χριστιανοὺς, μηδὲν τῶν ἐν ταῖς μυθοποιίαις παραλαμβανομένων ὀνομάτων προσάπτοντας τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ; « Quanto magis probanda est Christianorum pietas, qui rem indignam censent, vocabulum aliquod poetarum fabulis celebratum accommodare conditori rerum omnium? » Et paulo ante : Ἀπολογησόμεθα διὰ τῶν τοιούτων καὶ περὶ τοῦ μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι Χριστιανοὺς, ἵνα μὴ τὸν Δία Θεὸν ἀναγορεύσωσι, μηδ' ἄλλῃ διαλέκτῳ αὐτὸν ὀνομάσωσιν. « Qua ratione defendemus Christianos, usque ad mortem obstinatos in certaminibus, ne *Jovis* nomen Deo tribuant, aut Deum aliena lingua nominent. » Rationes ejus rei affert præcipue tres : Prima est, quia dæmonum hæc sint nomina, adeoque ipsi Deo neutiquam imponenda; et fraus diaboli eo collimet, ut sub Dei nomine adoretur. Hinc in textu dicit : Οὐ θαυμαστὸν δὲ, εἰ τὰ δαιμόνια τὰς ἰδίας ὀνομασίας ἀναφέρει ἐπὶ τὸν πρῶτον Θεὸν, ἵνα ὡς πρῶτος προσκυνηθῇ Θεός. « Nil mirum est dæmones sua nomina Deo summo imponere, ut velut Deus primus adorentur. » Et l. V *cont. Cels.*, num. 46 : Διὰ τοιαῦτα πᾶσαν αἰκίαν ὑπομένειν μᾶλλον αἱρούμεθα, ἢ τὸν Δία ὁμολογῆσαι Θεόν· οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν εἶναι

Cererem, et quæcunque **306** alia dicunt Græcorum A sapientes. Quibus dicendum est, abstrusam esse ac reconditam de nominibus disputationem, quam qui intellexerit, videbit, si ex instituto essent nomina, nunquam futurum fuisse ut qui vocantur dæmones aliæque nobis invisibiles virtutes obedirent, cum invocantur ab iis qui licet illos non cognoscant, nominant tamen, ut ex instituto positis nominibus. Nunc autem soni quidam et syllabæ, et cum aspiratione, vel tenuiter, vel cum extensione, vel contractione prolata nomina, eos qui vocantur, aliquo fortasse nobis ignoto naturæ vinculo ducunt. Quodsi ita se habet, et non sunt ex instituto nomina, nullo alio nomine summus Deus vocandus est, quam quibus Famulus, et prophetæ et ipse Servator ac Dominus noster ipsum nominant, veluti Sabaoth, B

ἢ τὴν Δήμητραν, καὶ ὅσα ἄλλα φασὶν οἱ Ἑλλήνων σοφοί· πρὸς οὓς λεκτέον, ὅτι ἐστί τις καὶ περὶ ὀνομάτων πραγματεία βαθυτάτη καὶ ἀναχεχωρηκυῖα, ἥντινα ὁ συνιεὶς ὄψεται, ὅτι, εἴπερ ἦν θέσει τὰ ὀνόματα, οὐχ ὑπήκουσαν ἂν οἱ καλούμενοι δαίμονες, ἀλλά τινες (55) ἡμῖν ἀόρατοι δυνάμεις τοῖς ἐκείνους μὲν μὴ νοοῦσιν, ὀνομάζουσι δὲ ὡς τεθέντα τὰ ὀνόματα· νυνὶ δὲ φθόγγοι τινὲς καὶ συλλαβαί, καὶ μετὰ προσπνεύσεως, ἢ ψιλότητος, ἢ ἐκτάσεως, ἢ συστολῆς ὀνομασίαι ἀπαγγελλόμεναι, ἄγουσι τάχα τινὶ φύσει ἀθεωρήτῳ ἡμῖν τοὺς καλουμένους. Εἰ δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, καὶ μὴ ἔστι θέσει τὰ ὀνόματα, οὐδενὶ ὀνόματι κλητέον τὸν πρῶτον Θεόν, ἢ οἷς ὁ Θεράπων (56) καὶ οἱ προφῆται, καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ὀνομάζουσιν αὐτόν· οἷον, Σαβαὼθ, Ἀδωναΐ, Σαδδαΐ· καὶ πάλιν· Θεὸς Ἀβραάμ, Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ Θεὸς

ὑπολαμβάνομεν Δία καὶ Σαβαώθ· ἀλλ' οὐδ' ὅλως θεῖόν τι τὸν Δία· δαίμονα δέ τινα χαίρειν οὕτως ὀνομαζόμενον οὐ φίλον ἀνθρώποις, οὐδὲ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ. « Quapropter quosvis cruciatus perferimus potius quam *Jovem* fateamur esse Deum; nec enim eumdem credimus Jovem et Sabaoth; imo ne Deum quidem Jovem, sed dæmona quemdam, qui delectetur hoc nomine, infensum hominibus et inimicum vero Deo. » Cum Origene facit Cyrillus Alexandr. l. VII *contra Julianum*, p. 236, qui huic Jovem, Martem, Musas, Æsculapium, aliosque deos nominanti, respondet : Εὔχειρες ἄρα ζωγράφοι καὶ εὐτεχνέστατοι λιθουργοὶ θεοὺς ὄντας ἀποφήνειεν ἂν τοὺς οὐκ ὄντας θεούς, μᾶλλον δὲ τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, ἤγουν ἀνθρώπους κατεφθαρμένους. « Pictores itaque manu prompti et artifices statuarii deos declarent, qui neutiquam dii sunt, sed potius impuri dæmones, aut homines perditi. » Walafridus Strabo, *De reb. eccles.*, c. 1, p. 391 : « Paganos fecisse templa diis suis, vel potius dæmonibus, seductoribus suis, non solum ex ipsorum libris, sed etiam ex divinæ Scripturæ testimoniis agnoscimus. » Secundo urget Adamantius vim nominum et vocum, quæ φύσει, *natura*, non θέσει, *ex instituto* hominum, significent; et illa quæ Deo a Moyse et sanctis hominibus attributa sunt, procul dubio singularem ἐνέργειαν, et *efficaciam* in se habere, sicque periculum oriri, ne ὀνόματα τὰ μὲν κατὰ τῶν ἐλαττόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα, τὰ δὲ κατὰ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ ἥττονα, « nomina deteriora potioribus, et potiora deterioribus, » accommodentur, l. I *cont. Cels.*, num. 25. Videantur *Protreptici* verba. Probat autem nomina φύσει significare, ex efficacia eorum in exorcismis; in quibus *Jesu* nomen, μυρίους ἤδη ἐναργῶς ἑώραται δαίμονας ἐξελάσαι ψυχῶν καὶ σωμάτων, « innumeros dæmones conspiciatur ejecisse ex corporibus et animis. » Sic in incantationibus non licet nomina permutare, si debeant esse efficaces. Vide fusius hac de re disserentem Origenem l. I *cont. Cels.*, num. 24, 25, et lib. V, num. 45, 46. Hausit vero Origenes hanc opinionem a Platone, in *Cratylo* eam multis astruente; rejecto Aristotele, qui contrarium sensit. Denique, intuitu turpissimorum facinorum et obscœnarum fabularum, a poetis et philosophis diis suis affictarum, neutiquam ferendum esse existimavit, ut sanctissimo Deo horum nomina dentur. L. IV *cont. Cels.*, num. 48 : Τί με δεῖ καταλέγειν τὰς περὶ θεῶν ἀτόπους Ἑλλήνων ἱστορίας, αἰσχύνης αὐτόθεν ἀξίας καὶ ἀλληγορουμένας; Et, Διὰ ταῦτα δὴ ἡμεῖς καὶ διὰ τοὺς τοιούτους μύθους καὶ ἄλλους μυρίους οὐδὲ μέχρις ὀνόματος θέλομεν Δία καλεῖν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν. « Quid me opus est enumerare absurdas de diis historias Græcorum, pudendas primum, etiam cum allegorice exponuntur? Quapropter nos his et similibus fabulis offensi, nullo modo ferimus Deum maximum vocari Jovis nomine. » Quid distet inter *Jovem* atque *Deum*, si pluribus nosse cupis, adi Arnobium, l. II *Contra gentes*, p. 19. Cæterum omittendum non est, permittere Origenem, ut nomine appellativo, quo unaquæque natio Deum indigetare solet, utamur, l. V *cont. Celsum*, num. 46 : Τὸ προσηγορικὸν τὸν Θεὸν πάσῃ διαλέκτῳ ᾗ ἕκαστος ἐντέθραπται, ὀνομάζων, οὐχ ἁμαρτήσεται. « Qui nomine appellativo Deum in omni lingua, in qua quis enutritus est, nominat, non peccabit. » Ratio forsan hæc dari potest, quod primi auctores nominum (sive protoplastos intelligamus, sive homines qui tempore confusionis linguarum vixere), veri Dei cognitionem habuerint; adeoque appositum ei nomen tribuerint : cum nomina deorum propria diu post illa tempora ab idololatris sint excogitata, sicut Arnobius in libris *Cont. gentes* fuse probat. Sed ut C veterum circa nominis divini usurpationem religio magis appareat, addam Hieronymi testimonium, tom. III epist. ad Damasum, p. 129. « Absit, inquit, ut de ore Christiano sonet *Jupiter omnipotens*, et *Me Hercule*, et *Me Castor*, et cætera magis portenta quam numina. » Cogita, mi lector, quantum a casta veterum pietate abeant, qui talia dicteria etiam in scholis hodie, tanquam Latinitatis flores, pueris vel inculcant, vel indulgent! WETSTENIUS.

(55) *Ἀλλά τινες*, etc. Lego, καὶ ἄλλαι τινὲς ἡμῖν ἀόρατοι δυνάμεις, τοῖς ἐκείνους μὲν μὴ νοοῦσιν, ὀνομάζουσι δέ, etc.

(56) *Ὁ Θεράπων*. Κατ' ἐξοχήν, « eminenter, » tribuitur hic titulus Moysi. Locum parallelum ubi simpliciter sic nominetur unicum observavi in *Excerptis e* III *tom. in Genes.*, ad cap. I, 16 et seq. : Κεκίνηκεν ἡμᾶς, μήποτε τὸ πρᾶγμα καὶ παρὰ τῷ Θεράποντι γενόηται, οὕτως ἔχον. « Id nos movit, annon et apud Famulum res hæc ita se habere intel- D ligatur. » Alibi nomen usurpat cum additione : ut l. VII *cont. Cels.*, num. 41 : Θεράπων Θεοῦ, « Dei famulus; » l. II *cont. Cels.*, num. 53 : Προφήτης Θεοῦ καὶ θεράπων αὐτοῦ, « Propheta Dei et famulus ejus; » l. V *cont. Cels.*, num. 29 : Προφήτης Θεοῦ καὶ γνήσιος θεράπων αὐτοῦ, « Propheta Dei et verus ejus famulus. » Tertullianus simpliciter Moysem hoc nomine indigitat, l. II *cont. Marcion.*, p. 474 : « Ad hoc enim Famulo dixit : *Sine me et disperdam illos*. Apollinarius in Psal. CV, 26 : Τοῖς δὲ Θεὸς θεράποντα πολύφρονα Μωϋσέα πέμψας, « illis vero Deus famulum prudentem Moysem mittit. » Epiphanio, hær. 48, et Chrysost. tom. V ab init. serm. 129, ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων, « ille Dei famulus; » Cassiodoro, *Div. lect.*, c. 28, p. 917, « fidelissimus Dei famulus » vocatur. Imitati sunt omnes hi S. Apostolum, Heb. III, 5, sic loquentem : Μωϋσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς θεράπων,

Ἰακώϐ (57)· « Τοῦτο γάρ, φησὶν, ἐστὶν ὄνομα αἰώνιον, καὶ μνημόσυνον γενεαῖς γενεῶν. » Οὐ θαυμαστὸν δὲ, εἰ τὰ δαιμόνια τὰς ἰδίας ὀνομασίας ἀναφέρει ἐπὶ τὸν πρῶτον Θεὸν, ἵν' ὡς πρῶτος προσκυνηθῇ Θεός· ὅπερ τῷ καθ' ἡμᾶς Θεράποντι καὶ τοῖς προφήταις, καὶ « τῷ πληρώματι νόμου » Χριστῷ, καὶ τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ οὐκ ἔστι πάτριον. Καὶ ταῦτα ἀναγκαίως, ἵνα μή τις ἡμᾶς κατασοφίσηται, ἢ κἂν ἐπὶ ποσὸν μολύνοι τὸν λογισμὸν ἡμῶν, παρεθέμεθα· οἷς ἐπιμελῶς προσεκτέον, μηδένα τόπον διδοῦσι παρεγχειρήσεως τοῖς ἐναντίοις.

Adonai, Saddai; et rursus: Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob. Ait enim: « Hoc nomen mihi est in æternum, et hoc memoriale meum in omnes generationes [48]. » Mirandum vero non est dæmonia proprias denominationes ad summum Deum referre, ut pro summo Deo adorentur: quod longe alienum est a moribus Famuli quem nos agnoscimus, et prophetarum, et Christi, qui « legis complementum » est [49], et apostolorum ejus. Hæc necessario adduximus ne quis nos decipiat, falsisve rationibus intellectum nostrum vel minimum inquinet. His diligenter attendendum est, nec ullus adversariorum conatibus dandus est locus.

Ἔτι δὲ καὶ φιλοζωεῖ ἄνθρωπος, πεῖσμα λαϐὼν περὶ οὐσίας λογικῆς ψυχῆς, ὡς ἐχούσης τι συγγενὲς Θεῷ· νοερὰ γὰρ ἑκάτερα καὶ ἀόρατα (58), καὶ ὡς ὁ ἐπικρατῶν ἀποδείκνυσι λόγος, ἀσώματα. Τί δὲ καὶ ὁ κατασκευάζων ἡμᾶς ἐνεποίει πόθον τῆς πρὸς αὐτὸν εὐσεϐείας καὶ κοινωνίας, ὅστις καὶ ἐν τοῖς ἐσφαλμένοις ἴχνη τινὰ σώζει τοῦ θείου βουλήματος, εἴπερ μὴ ἦν δυνατὸν τὸ φυσικῶς ποθούμενον, τοῖς λογικοῖς καταλαϐεῖν; Καὶ σαφὲς, ὅτι ὥσπερ ἕκαστον μέλος ἡμῶν πρός τι πέφυκεν οἰκειότητα σώζειν, οἱ ὀφθαλμοὶ πρὸς τὰ ὁρατὰ, καὶ ὦτα πρὸς τὰ ἀκουστά· οὕτω νοῦς πρὸς τὰ νοητὰ, καὶ τὸν ἐπέκεινα τῶν νοητῶν Θεόν. Τί τοίνυν (59) ὀκνοῦμεν καὶ διστάζομεν ἀποθέμενοι τὸ ἐμποδίζον φθαρτὸν σῶμα, βαρῦνον ψυχὴν, βρίθον νοῦν πολυφρόντιδα, γεῶδες σκῆνος, ἀπολυθῆναι τῶν δεσμῶν, καὶ ἀναλῦσαι ἀπὸ τῶν μετὰ σαρκὸς καὶ αἵματος κυμάτων, ἵνα σὺν Χριστῷ Ἰησοῦ, τὴν οἰκείαν τῇ

47. Et adhuc homo vitam amat, cui persuasum est animæ rationalis substantiam aliquam habere cum Deo cognationem: intelligibilia enim utraque sunt et invisibilia, et, ut invicta
307 ratione demonstratur, incorporea. Cur etiam qui nos condidit, desiderium illud indidisset pie ipsum colendi, et cum eo communicandi, quod vel in iis qui errant nonnulla servat divinæ voluntatis vestigia, si fieri non posset ut quæ ratione prædita sunt, id assequerentur quod natura appetunt? Est etiam manifestum sicut unaquæque corporis pars natura habet cum aliqua re cognationem, oculi cum visibilibus, aures cum iis quæ audiri possunt; sic mentem cognationem habere cum intelligibilibus et cum eo qui intelligibilia superat, Deo. Quid ergo refugimus et dubitamus, abjecto quod nos impedit corruptibili corpore et terreno tabernaculo

[48] Exod. III, 15. [49] Rom. X, 4.

εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων, « Moyses quidem fidelis erat in tota domo (inde ὁ οἰκέτης Κυρίου, dictus *Deut.* ult. vers. 5) ejus, tanquam famulus, in testimonium eorum, quæ dicenda erant. » Alias vulgatum ejus ἐπίθετον (qualia Græci omnibus sanctis addere solent: vid. Epiph. hær. 78) est ὁ θεόπτης, « qui Deum vidit; » apud Philonem, *De nom. mutat.*, p. 809; concil. Nicæn. II, can. 1, etc. Unde Balsamon in epist. ad Antiochenos, de jejuniis, formavit illud: Ὁ θεοπτικώτατος Μωϋσῆς, « Moyses qui Deum maxime vidit, » ex *Deuteron.* ult. v. 10. WETSTENIUS.

(57) *Σαϐαὼθ, Ἀδωναΐ, Σαδδαΐ· καὶ πάλιν· Θεὸς Ἀϐραὰμ, Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακώϐ.* De his nominibus, eorumque vi, multa refert Origenes, l. V *cont. Cels.*, num. 45. Proferam nonnulla: Ἐὰν μὲν ὁ καλῶν ἢ ὁ ὁρκῶν ὀνομάζῃ Θεὸν Ἀϐραὰμ, καὶ Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸν Ἰακὼϐ, τάδε τινὰ ποιήσαι ἂν, ἤτοι διὰ τὴν τούτων φύσιν, ἢ καὶ δύναμιν αὐτῶν, καὶ δαιμόνων νικωμένων καὶ ὑποταττομένων τῷ λέγοντι ταῦτα· ἐὰν δὲ λέγῃ, Ὁ Θεὸς Πατρὸς ἐκλεκτοῦ τῆς ἠχούσης, καὶ ὁ Θεὸς τοῦ γέλωτος, καὶ ὁ Θεὸς τοῦ πτερνιστοῦ· οὕτως οὐδὲν ποιεῖ τὸ ὀνομαζόμενον, ὡς οὐδ' ἄλλο τι τῶν μηδεμίαν δύναμιν ἐχόντων. « Si quis vocet vel adjuret per Deum Abraham, Deum Isaac, Deum Jacob, efficiet aliquid, aut per naturam, aut per virtutem eorum nominum, cedentibus dæmonibus et victoris jussa facientibus; idem adjurator si dicat: Per Deum Patris electi sonantis, per Deum risus, per Deum supplantatoris, tantumdem efficiet, quantum si adhibeat quodcunque nomen inertissimum. » Ubi observandam esse puto præter alia interpretationem nominis Abraham, quod transfert, πατὴρ ἐκλεκτὸς τῆς ἠχούσης. Hieronymus, tom. III, *Quæst. in Genes.*, p. 210, idem nomen enarrans: « Dicebatur, inquit, primum אברם Abram, quod interpretatur *Pater excelsus*, et postea vocatus est אברהם Abraham, quod transfertur, *Pater multarum*. Nam quod sequitur, *gentium*, non habetur in nomine. » Unde igitur sua hauserit Origenes inquirendum est. Clemens Alex. *Strom.* l. V, p. 400: Λέγεται Ἀϐραὰμ ἀντὶ φυσιολόγου σοφὸς καὶ φιλόθεος γενόμενος. Ἑρμηνεύεται μὲν γὰρ *πατὴρ ἐκλεκτὸς ἠχοῦς*· ἠχεῖ μὲν γὰρ ὁ γεγονὼς λόγος. « Abraham nominatur, qui pro naturæ indagatore sapiens Deique amans factus est. Exponitur enim *Pater electus sonitus*. Verbum enim ad eum factum sonat. » Ergo a Clemente præceptore hausit id Origenes; uterque autem, uti et alia, a Philone Judæo. Ita enim is lib. *de Gigantib.*, p. 228: Καλεῖται *πατὴρ ἐκλεκτὸς ἠχοῦς* ἑρμηνευθεὶς Ἀϐραὰμ, ὁ τοῦ σπουδαίου λογισμός· ἐξειλεγμένος τε γὰρ καὶ κεκαθαρμένος, καὶ πατὴρ φωνῆς, ᾗ συνηχοῦμεν. « Interpretatur Abraham, *Pater electus soni*, i. e. intellectus probi viri. Est enim electus, et purgatus, et *pater vocis*, qua consonamus. Quantum conjectura valeo assequi, conflatum nomen ex tribus his vocibus putavit Origenes: אב, *pater*, בר, *mundus, purus*: a R. ברר *purgavit, elegit*, et המה, *strepuit, fremuit*. Beda in *Nominibus Hebr.* vult *Abraham* idem esse quod *pater videns populum*, vel *pater videns multitudinem*, seu *pater multitudinis*, aut *pater multarum*; subintelligitur *gentium*, non est enim in nomine. Postremum ex Hieronymo desumpsit. Primum ad has refertur voces Hebræas ראה עם אב, *pater videns populum*. Secundum ab istis deducitur אב ראה המון, *pater videns multitudinem*. Quinam vero horum rem acu tetigerit, Hebraicarum litterarum periti facile judicabunt. WETSTENIUS.

(58) Vide notas ad caput primum libri primi *De principiis*, num. 7.

(59) *Τοίνυν*. Forte legendum, τί οὖν.

quod animam gravat et onerat mentem sollicitam, vinculis absolvi et carnis ac sanguinis fluctus evadere, ut cum Christo Jesu propria beatitudinis requie perfruamur, ipsum omnino per omnia Verbum vivum spectantes, ab ipso enutriti, mire variam in ipso sapientiam comprehendentes, ab ipsa Veritate informati, et a vero et indeficienti scientiæ lumine mente illustrati ad illa spectanda quæ per illud lumen conspicabilia sunt, iis oculis quos Domini præceptum illuminaverit?

48. Dudum Jesu sermones audivimus et multo jam tempore ex Evangelii præscripto viximus, ædificavimusque nobis omnes domum. Ubi vero ædificaverimus, an « supra petram » et foderimus in altum; an super arenam « sine fundamento[50], » præsens ostendet certamen. Instat enim tempestas « ferens pluviam et flumina et ventos[51], » vel, ut Lucas vocat, « inundationem[52]; » et hæc illisa domui, vel non poterunt eam movere, et propterea non cadet domus, quippe « supra petram Christum fundata; » vel ædificii debilitatem arguent quod instante occasione corruet; quod a nostris absit ædificiis. Est enim admodum « magna » in negatione « ruina; » vel, ut Lucas ait, « fractio magna » ædificii quod fundamento caret. Quamobrem nos precemur ut assimilemur « viro sapienti qui ædificavit domum suam supra petram[53]. » Veniat enim ad tale ædificium immissa « a spiritualibus nequitiæ in cœlestibus » pluvia, aut flumina inimicorum nostrorum « principatuum et potestatum, » aut « a mundi rectoribus tenebrarum harum » venti asperi[54], aut inundatio subterraneorum spirituum, seque illidant ædificio nostro supra petram fundato: ut, non modo non lapsa domo nostra, sed ne ab initio quidem concussa, vim potius nostram experiantur, quam suam inferant. Dicat etiam unusquisque nostrum adversarios percutiens: « Sic pugno, non quasi aerem verberans[55]. »

308 49. Præterea quandoquidem « exiit qui seminat seminare[56], » demonstremus animam nostram semen ejus suscepisse, non ut qui secus viam sunt, neque ut petrosa, neque ut spinæ, sed ut terra bona. Si igitur neque secus viam, neque super spinas venit sermo Jesu, quantum in nobis est, in Domino gloriabimur. Intelleximus enim verbum[57]. Quare malus non rapuit quod seminatum est in cordibus nostris. Quod autem super spinas seminatum non sit, multi nobis testes erunt quotquot vident neque sæculi istius sollicitudinem, neque fallaciam divitiarum, neque voluptates vitæ potuisse obsistere verbo Dei nostris in animabus suscepto. Reliquum est ut dubitent homines an super petrosa, an in terram bonam pervenerit, quantum in nobis fuit, verbum Dei. Orta est enim tri-

A μακαριότητι ἀνάπαυσιν ἀναπαυσώμεθα· τὸν αὐτὸν ὅλως δι' ὅλων ἔμψυχον Λόγον θεωροῦντες, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τρεφόμενοι, καὶ τὴν αὐτῷ (60) ποικιλοτάτην σοφίαν καταλαμβάνοντες, καὶ τυπούμενοι ὑπὸ τῆς αὐτοαληθείας, καὶ ἐν φωτὶ τῷ ἀληθεῖ καὶ ἀλήκτῳ τῆς γνώσεως τὸν νοῦν καταλαμπόμενοι, πρὸς τὴν θέαν τῶν δι' ἐκείνου τοῦ φωτὸς θεωρεῖσθαι πεφυκότων, ὑπὸ ὀφθαλμῶν φωτιζομένων ὑπὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἐντολῆς;

Πάλαι ἠκούσαμεν τῶν Ἰησοῦ λόγων, καὶ ἤδη πολλῷ χρόνῳ τῷ Εὐαγγελίῳ πεπολιτεύμεθα, καὶ πάντες ᾠκοδομήσαμεν ἑαυτοῖς οἰκίαν. Ποῦ δὲ ᾠκοδομήσαμεν, πότερον « ἐπὶ τὴν πέτραν » σκάψαντες καὶ βαθύναντες, ἢ ἐπὶ τὴν ἄμμον « χωρὶς θεμελίου, » ὁ παρὼν δείξει B ἀγών. Ἐνέστηκε γὰρ χειμὼν « φέρων βροχὴν καὶ ποταμοὺς καὶ ἀνέμους », ἤ, ὡς ὁ Λουκᾶς ὀνομάζει, « πλήμμυραν· » καὶ ταῦτα, προσρήξαντα τῇ οἰκίᾳ, ἤτοι οὐκ ἰσχύσει σαλεῦσαι αὐτήν, καὶ διὰ τοῦτο πεσεῖται ἡ οἰκία (61), ἅτε « ἐπὶ τὴν πέτραν τὸν Χριστὸν τεθεμελιωμένη· » ἢ ἐλέγξει τὸ σαθρὸν τῆς οἰκοδομῆς διὰ τῆς ἐνεστηκυίας προφάσεως συμπεσουμένης· ὅπερ ἀπείη τῶν ἡμετέρων οἰκοδομημάτων! « Μεγάλη » γὰρ σφόδρα ἡ ἐν ἀρνήσει « πτῶσις, » ἤ, ὡς Λουκᾶς φησι, « μέγα τὸ ῥῆγμα » τῆς χωρὶς τοῦ θεμελίου οἰκοδομῆς. Διόπερ ἡμεῖς εὐχώμεθα, ἵνα ὁμοιωθῶμεν « ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησεν αὐτοῦ τὴν οἰκίαν ἐπὶ τὴν πέτραν. » Ἡκέτω γὰρ ἐπὶ τοιαύτη οἰκοδομῇ ἡ « ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις πνευματικῶν τῆς πονηρίας » βροχή, ἢ ποταμοὶ τῶν C ἐχθρῶν ἡμῖν « ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν, » ἢ οἱ « ἀπὸ τῶν κοσμοκρατόρων τοῦ σκότους τούτου » ἄνεμοι σκληροί, ἢ πλήμμυρα τῶν καταχθονίων πνευμάτων, καὶ προσρηγνύτωσαν ἑαυτοὺς τῇ ἐπὶ τὴν πέτραν ἡμῶν οἰκοδομῇ· ἵνα μὴ μόνον πρὸς τὸ μὴ πεσεῖν, ἀλλὰ μηδὲ σαλευθῆναι τὴν ἀρχὴν τὴν οἰκίαν, πάθωσι μᾶλλον τὸ ὑφ' ἡμῶν ἐνεργοῦν, ἤπερ δράσωσι. Καὶ λεγέτω γε ἑκάτερος ἡμῶν πλήσσων τὰ ἀντικείμενα· « Οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων. »

Ἀλλὰ καὶ ἐπεὶ « ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν, » δείξωμεν, ὅτι ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἔλαβε τὸν σπόρον αὐτοῦ· οὐθ' ὡς οἱ παρὰ τὴν ὁδόν, οὐθ' ὡς τὰ πετρώδη, οὐθ' ὡς αἱ ἄκανθαι, ἀλλ' ὡς ἡ ἀγαθὴ γῆ. Εἰ μὲν οὖν οὔτε παρὰ τὴν ὁδόν, οὔτε ἐπὶ τὰς ἀκάνθας ἦλθεν ὁ λόγος τοῦ Ἰησοῦ, τὸ ὅσον ἐφ' ἡμῖν, ἐν Κυρίῳ καυχησόμεθα. Συνήκαμεν D γὰρ τῶν λεγομένων. Διόπερ ὁ πονηρὸς οὐχ ἥρπασε τὸ ἐσπαρμένον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Ὅτι δὲ οὐδὲ ἐπὶ τὰς ἀκάνθας ἐσπάρη, πολλοὶ ἡμῖν μαρτυρήσουσι, θεωροῦντες, ὅτι οὔτε ἡ τοῦ αἰῶνος τούτου μέριμνα, οὔτε ἡ τοῦ πλούτου ἀπάτη, οὔτε αἱ τοῦ βίου ἡδοναὶ δεδύνηνται ἐμποδίσαι τῷ ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν λόγῳ τοῦ Θεοῦ. Λοιπόν ἐστι τοὺς ἀνθρώπους ἀμφιβάλλειν, πότερον ἐπὶ τὰ πετρώδη, ἢ ἐπὶ τὴν καλὴν ἦλθε τὸ ὅσον ἐφ' ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος. Γέγονε γὰρ θλῖψις καὶ διωγμὸς διὰ τὸν λόγον, καὶ ἐνέστη καιρὸς μεγάλου

[50] Luc. VI, 48, 49. [51] Matth. VII, 25. [52] Luc. VI, 48. [53] Matth. VII, 24. [54] Eph. VI, 12. [55] I Cor. IX, 26. [56] Matth. XIII, 3. [57] Ibid., 19.

(60) Αὐτῷ. Forte leg., αὐτοῦ, vel, ἐν αὐτῷ.

(61) *Καὶ διὰ τοῦτο πεσεῖται ἡ οἰκία.* Lego, καὶ διὰ τοῦτο μὴ πεσεῖται ἡ οἰκία. Id enim postulare videntur verba Matth. VII, 25: οὐκ ἔπεσε, « non cecidit: erat enim fundata super petram. » WETSTENIUS.

πειρασμοῦ, ὅτε ὁ μὲν ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρεὶς ἐλέγχεται, καὶ οἱ μὴ ἐμβαθύναντες, μηδὲ μέχρι τοῦ βάθους τῆς ψυχῆς παραδεξάμενοι τὸν Ἰησοῦν. Ὁ δὲ συνιεὶς τὸν λόγον καρποφορεῖ, καὶ κατέχει τὸν λόγον μέχρι τέλους ἐν ὑπομονῇ ποιῶν ἑκατονταπλασίονα. Ἀκούομεν γὰρ τίνα τρόπον ἡ Γραφὴ παριστᾷ τοὺς μὲν ἐν καιρῷ θλίψεως ἢ διωγμοῦ σκανδαλιζομένους μετὰ τὸ ἐν χαρᾷ δοκεῖν παρειληφέναι τὰ ἅγια μαθήματα, καὶ σκανδαλιζομένους τῷ μὴ ἔχειν αὐτοὺς ῥίζαν, ἀλλὰ πρὸς καιρὸν πιστεύειν. Φησὶ γὰρ κατὰ μὲν τὸν Ματθαῖον· « Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρείς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ εὐθέως μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν· οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ πρόσκαιρός ἐστι· γενομένης δὲ θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθὺς σκανδαλίζεται· » κατὰ δὲ τὸν Μάρκον· « Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπειρόμενοι· οἵ, ὅταν ἀκούσωσι τὸν λόγον, εὐθέως μετὰ χαρᾶς λαμβάνουσι, καὶ οὐκ ἔχουσι ῥίζαν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ πρόσκαιροί εἰσιν· ἐπὰν γενομένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθέως σκανδαλίζονται· » κατὰ δὲ τὸν Λουκᾶν· « Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν πέτραν, οἵ ὅταν ἀκούσωσι, μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον· καὶ οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν· οἵ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται. » Περὶ τῶν καλῶς καρποφορούντων διδάσκουσα, λέγει· « Ὁ δὲ ἐπὶ τὴν καλὴν γῆν σπαρείς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων καὶ συνιείς, ὃς δὴ καρποφορεῖ καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν ἑκατόν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα· » ἤ· « Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρέντες, οἵτινες ἀκούουσι τὸν λόγον καὶ ἀποδέχονται, καὶ καρποφοροῦσιν ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν· » ἤ· « Τὸ δὲ εἰς τὴν καλὴν γῆν, οὗτοί εἰσιν, οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ ἀκούσαντες τὸν λόγον, κατέχουσι καὶ καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ. » Κατὰ τὸν Ἀπόστολον οὖν ἐπεὶ « Θεοῦ γεώργιον, Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε, » γεώργιον μὲν ἐν τῇ ἀγαθῇ γῇ, οἰκοδομὴ δὲ ἐν τῇ πέτρᾳ· ὡς οἰκοδομὴ Θεοῦ, στῶμεν ἄσειστοι πρὸς τὸν χειμῶνα· καὶ ὡς Θεοῦ γεώργιον, μηδὲ (62) τοῦ πονηροῦ φροντίζωμεν, μήτε θλίψεως, ἢ διωγμοῦ τῶν διὰ τὸν λόγον γινομένων, μήτε τῆς τοῦ αἰῶνος τούτου μερίμνης, ἢ τῆς ἀπάτης τοῦ πλούτου, ἢ τῶν τοῦ βίου ἡδονῶν· ἀλλὰ πάντων τούτων καταφρονοῦντες, τὸ ἀμέριμνον τῆς σοφίας πνεῦμα ἀναλάβωμεν, καὶ ἐπὶ τὸν μηδαμῶς ἔχοντα ἀπάτην πλοῦτον σπεύδωμεν, καὶ ἐπὶ τάς, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, ἡδονὰς τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἐπειγώμεθα· καθ' ἕκαστον τῶν ἐπιπόνων λογιζόμενοι, ὅτι « Τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν· σκοπούντων ἡμῶν οὐ τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. »

A bulatio et persecutio propter verbum, et tempus magnæ tentationis instat, quo arguitur qui super petrosa seminatus est, et qui profundas non egerunt radices, nec usque ad mentis intima Jesum susceperunt. Qui autem intelligit verbum, fructum affert, et retinet verbum usque ad finem in patientia, faciens centesimum. Audimus enim quomodo Scriptura nobis exhibeat illos qui in tempore tribulationis et persecutionis scandalizantur, postquam cum gaudio sanctam disciplinam suscepisse visi sunt; et ideo scandalizantur quod radicem non habeant, sed ad tempus credant. Ait enim secundum Matthæum : « Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit, et continuo cum gaudio accipit illud; non habet autem in se radi- B cem, sed est temporalis; facta autem tribulatione et persecutione propter verbum, continuo scandalizatur [58]. » Secundum Marcum : « Hi sunt qui super petrosa seminantur, qui cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud, et non habent radicem in se, sed temporales sunt: deinde orta tribulatione et persecutione propter verbum, confestim scandalizantur [59]. » Secundum Lucam : « Nam qui supra petram, qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum; et hi radices non habent; qui ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt [60]. » De iis qui bene fructum afferunt docens ait Scriptura : « Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, et intelligit, C et fructum affert, et facit alius quidem centesimum, alius autem sexagesimum, alius vero trigesimum [61]; » vel : « Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt, qui audiunt verbum, et suscipiunt, et fructificant, unum triginta, unum sexaginta, et unum centum [62], » vel : « Quod autem in terram bonam, hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia [63]. » Quando igitur juxta Apostolum « Dei agricultura, Dei ædificatio estis, » agricultura in terra bona, ædificatio super petram; ut ædificatio Dei, stemus **309** inconcussi ad tempestatem : ut Dei agricultura, neque de maligno curemus, neque de tribulatione aut persecutione quæ propter verbum oriatur, neque de sollicitu- D dine hujus sæculi, neque de fallacia divitiarum, aut de vitæ voluptatibus; sed his omnibus contemptis spiritum sapientiæ sollicitudine carentem suscipiamus, festinemus ad eas divitias quæ fallaciam non habent, et ad voluptates, ut ita dicam, paradisi deliciarum properemus. Reputemus in singulis ærumnis istud : « Quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis; non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur [64]. »

Καὶ τοῦτο δὲ γινώσκωμεν, ὅτι τὸ εἰρημένον περὶ τοῦ Ἄβελ ἀναιρεθέντος ὑπὸ τοῦ ἀνθρωποκτόνου καὶ

50. Istud etiam noverimus, quod dictum est de Abel ab homicida et injusto Cain occiso, iis omni-

[58] Matth. XIII, 20, 21. [59] Marc. IV, 16, 17. [60] Luc. VIII, 13. [61] Matth. XIII, 23. [62] Marc. IV, 20. [63] Luc. VIII, 15. [64] II Cor. IV, 17, 18.

(62) *Μηδέ*. Lego, μήτε.

bus convenire quorum injuste sanguis effusus est. Illud enim: « Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra [65], » de singulis quoque dici martyribus arbitremur, quorum sanguinis vox ad Deum e terra clamat. Forte etiam ut pretioso Jesu sanguine empti sumus, postquam Jesus accepit « nomen quod est super omne nomen [66], » sic et pretioso martyrum sanguine quidam ementur; cum martyres magis exaltandi sint quam exaltati fuissent, si justi tantum, non etiam martyres fuissent. Æquum est enim exaltationem proprie dici mortem quæ in martyrio obitur, ut ex illo apparet: « Si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad me ipsum [67]. » Clarificemus igitur et nos Deum morte nostra illum exaltantes; quandoquidem qui martyr est, Deum sua morte clarificat. Quod et ipsum a Joanne didicimus cum ait: « Hoc autem dixit significans
310 qua morte esset clarificaturus Deum [68]. » Hæc pro facultate mea ut licuit ad vos scripsi; quæ vobis precor ad præsens certamen utilia sint. Quod si vos maxime nunc utpote digni qui plura e divinis mysteriis perspiciatis, majora et pretiosiora atque ad propositum efficaciora assecuti, hæc ut puerilia et tenuia spreveritis; id accidet quod ego quoque vobis optarim. Propo-

A ἀδίκου Κάϊν ἐφαρμόζει πᾶσιν, ὧν ἀδίκως ἐξεχύθη τὸ αἷμα. Τὸ γάρ· « Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός μὲ ἐκ τῆς γῆς, » νομίσωμεν λέγεσθαι καὶ περὶ ἑκάστου τῶν μαρτύρων, ὧν ἡ φωνὴ τοῦ αἵματος βοᾷ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπὶ τῆς γῆς (63). Τάχα δὲ καὶ ὥσπερ τιμίῳ αἵματι τοῦ Ἰησοῦ ἠγοράσθημεν, Ἰησοῦ λαβόντος « τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, » οὕτως τῷ τιμίῳ αἵματι τῶν μαρτύρων ἀγορασθήσονταί τινες (64)· καὶ αὐτῶν πλέον παρὸ (65) ὑψώθησαν ἂν δίκαιοι μὲν γενόμενοι, μὴ μαρτυρήσαντες δέ· λόγον γὰρ ἔχει τὸ ἰδίως τὸν ἐν μαρτυρίῳ θάνατον ὕψωσιν (66) καλεῖσθαι· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· « Ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Δοξάσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, ὑψώσαντες τῷ ἑαυτῶν θανάτῳ τὸν Θεόν· ἐπείπερ ὁ μαρτυρῶν τῷ ἑαυτοῦ θανάτῳ δοξάζει (67) τὸν Θεόν·
B ὅπερ καὶ αὐτὸ ἀπὸ Ἰωάννου μεμαθήκαμεν εἰπόντος· « Ταῦτα δὲ εἶπε, σημαίνων, ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν (68). » Ταῦτά μοι κατὰ τὸ δυνατὸν, ὡς οἷόν τε ἦν, πρὸς ὑμᾶς ὑπηγόρευται· ἅπερ εὔχομαι ὑμῖν γενέσθαι πρὸς τὸν παρόντα ἀγῶνα χρήσιμα. Εἰ δ' ὑμεῖς μάλιστα νῦν ὡς ἄξιοι πλείονα βλέπειν τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων, μείζονα καὶ πλουσιώτερα καταλαμβάνοντες, καὶ πρὸς τὸ προκείμενον ἀνυσιμώτερα, τούτων ὡς παιδικῶν καὶ εὐτελῶν καταφρονήσετε, κἀγὼ ἂν τὸ τοιοῦτον περὶ ὑμῶν εὐξαίμην· πρόκειται γὰρ

[65] Gen. IV, 10. [66] Philip. II, 9. [67] Joan. XII, 32. [68] Joan. XXI, 19.

(63) *Ἐπὶ τῆς γῆς.* Legendum videtur, ἀπὸ τῆς γῆς.

(64) *Οὕτως τῷ τιμίῳ αἵματι τῶν μαρτύρων ἀγορασθήσονταί τινες.* Putavit Origenes sanguinem martyrum non per se, sed ex meritis sanguinis Christi, intercedendo redemptionem aliquibus conferre. Confer quæ scripta sunt homilia 24 in Num. his verbis: « Quod si agnus qui ad purificandum populum datus est, ad personam Domini et Salvatoris nostri refertur, consequens videtur quod etiam cætera animalia quæ eisdem purificativis usibus deputata sunt, referri debeant similiter ad aliquas personas, quæ per meritum sanguinis Christi purificationis aliquid humano generi conferant. Vide ergo ne forte sicut Dominus et Salvator noster, quasi agnus ad occisionem ductus, et in sacrificium altaris oblatus peccatorum remissionem universo præstitit mundo: ita fortassis et cæterorum sanctorum ac justorum sanguis qui effusus est a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ prophetæ qui interfectus est inter ædem et altare: alterius quidem sanguis sicut vitulæ, alterius sicut hirci, aut capræ, aut alicujus horum fusus est ad expiandum pro parte aliqua populum. » Et paulo post: « Sic ergo fortassis et si quis est angelorum cœlestiumque virtutum, aut si quis justorum hominum vel etiam sanctorum prophetarum atque apostolorum qui enixius interveniat pro peccatis hominum: hic pro repropitiatione divina velut aries, aut vitulus, aut hircus, oblatus esse sacrificium ob purificationem populo impetrandam accipi potest. »

(65) *Καὶ αὐτῶν πλέον παρό*, etc. Videtur aliquid deesse. Lego καὶ αὐτῶν πλέον ὑψωθησομένων, vel, ὑψωθέντων παρὸ ὑψώθησαν ἄν, etc.

(66) *Τὸν ἐν μαρτυρίῳ θάνατον ὕψωσιν.* Locum Joan. XII, 32, de crucifixione Christi interpretatur Cyrillus Alex. in Catena in hoc caput: ἀντὶ τοῦ σταυρωθῆναι τὸ ὑψωθῆναί φησι, « pro crucifigi, dicit exaltari. » Et Theophyl. ad eumdem locum, ἐὰν ὑψωθῶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, « si exaltatus fuero in cruce. » WETSTENIUS.

(67) *Ὁ μαρτυρῶν τῷ ἑαυτοῦ θανάτῳ δοξάζει.* Videtur Origenes illos tantum martyrum nomine censuisse, qui morte sua veritatem obsignant: sed id non perpetuum esse apud veteres observavit Suicerus. Illi enim martyres appellant: 1° eos, qui
C atrocia subiere supplicia, e quibus tamen miraculose sunt servati: ut tres juvenes in fornace Babylonica, dicti οἱ ἐν Βαβυλῶνι γενόμενοι μάρτυρες, « martyres in Babylone facti, » ab Athanas. orat. 3 cont. Arianos; et in genere a Gregor. Nazianz., orat. 20, pag. 319, tales appellantur ζῶντες μάρτυρες, « martyres vivi; » vid. Chrysost. in Psalm. XCVI; 2° martyres, qui fratres et ægrotos visitabant, in morbis contagiosis præsertim; consul. Dionys. Alexandrin. apud Euseb. *Hist. eccl.* lib. VII, c. 22; 3° qui martyres in carcere visitabant; vid. *Constitut. apostol.* l. V, c. 1, p. 912; 4° qui fidem veram confitentur, et operibus bonis ac vitæ innocentia eam elucere faciunt; apud Clem. Alexandr. *Strom.* l. IV, p. 350, et Chrysostom. hom. 11 in Epist. ad Hebr., tom. IV, p. 493; 5° qui bonorum temporalium privationem patienter ferunt: apud Chrysost. hom. in II ad Cor., p. 546; denique 6° qui mori, quam magicis artibus ad recuperandam sanitatem uti, malunt. Vid. Chrysostomum, homil.
D 5 contr. Judæos, tom. VI, p. 363. WETSTENIUS.

(68) *Ταῦτα δὲ εἶπε σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν.* Origenem Scripturæ sacræ callentissimum fuisse, omnibus constat. Interim sæpius (memoria forte lapsum) combinasse diversa dicta, eaque retulisse, ac si uno eodemque loco scripta exstarent, observarunt Cl. Huetius et Halloixius. Hoc, nisi fallor, confirmant et præsentia verba. Nam Joan. XII, 33, scriptum est: Τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν, « Hoc vero dixit, ut significaret qua morte moriturus esset. » Nihil in his de *glorificatione*. Sed XXI, 19, in re simili, dicit Christus de morte Petri: Τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν, « Hoc vero dixit, significans qua morte Deum glorificaturus esset. » Quapropter, si talia in Patrum scriptis occurrant, non statim existimandum est, nostra exemplaria esse corrupta, vel Patres aliter legisse; quia sæpenumero, non inspecto codice, memoriter verba recitarunt. WETSTENIUS.

ἡμῖν οὐ τὸ δι' ἡμῶν ἀνυσθῆναι καθ' ὑμᾶς, ἀλλὰ τὸ ὅπως ποτὲ ἀνυσθῆναι· καὶ εἴθε γε ἀνυσθείη διὰ θειοτέρων καὶ συνετωτέρων, καὶ ὑπερεχόντων πᾶσαν ἀνθρωπίνην φύσιν λόγων καὶ σοφίας Θεοῦ!

situm enim nobis est non ut *per nos* quod in vobis est perficiatur, sed ut *quomodocunque* perficiatur. Atque utinam per illa perficiatur quæ diviniora et prudentiora sunt, et omnem hominum superantia naturam, verba et sapientiam Dei.

IN ORIGENIS
LIBROS OCTO CONTRA CELSUM
ADMONITIO.

1. Quo tempore floruerit, quæ scripserit, cui etiam philosophorum sectæ se adjunxerit Celsus, quicum Origeni res est, docet Spencerus his verbis : *Plures ejusdem nominis Trajano et Adriano imperatoribus, vixisse neminem latet historiæ vel mediocriter studiosum. Celsi Jurisperiti, quemque inter alios imperator assessorem habuit, Spartianus meminit in Adriano. « Cum judicaret, inquit, in concilio habuit non amicos suos, aut comites solum, sed jurisconsultos, et præcipue Julium Celsum. » Alium Celsum consularem virum tunc temporis vixisse nobis retulit prædictus auctor : « In adoptionis sponsionem venit Palma et Celso, inimicis semper suis. » Idem ibidem. Et alibi : « Quare Palma Terracinæ, Celsus Bajis, Nigrinus Faventiæ, Lusius in itinere, senatu jubente, invito Adriano, ut ipse in Vita sua dicit, occisi sunt. » Tertii quartique memoriam ab Origene accepimus, qui in primo contra Celsum, num.* 8, *nobis aliqualem utriusque notitiam suppeditavit :* Δύω δὲ παρειλήφαμεν Κέλσους γεγονέναι Ἐπικουρείους, τὸν μὲν πρότερον κατὰ Νέρωνα, τοῦτον δὲ κατ' Ἀδριανὸν, καὶ κατωτέρω. *Huic Lucianum, Epicureæ sectæ, si quis alius, addictissimum,* Alexandrum *suum, sive* Pseudomantem *dicasse (etenim ejus hortatu scripsit), illustrissimus Baronius opinatur. Qua de re nemo dubitabit, qui libellum istum aut caute perlegerit, oculisve inspexerit non conturbatis, cum in eo Alexandri Abonotichitæ, notissimi impostoris, vitam, scelera, deliramenta et præstigias Lucianus breviter complexus sit. Quo quidem sermone Celsum maxime delectatum credo, cum omnes Epicurei istiusmodi nebulonum fraudes et imposturas risu sibilisque depellere soleant et dissipare. Objicies forsan : Qui fieri hæc possunt? cum Celsus Marcellinæ meminerit (lib.* v, *num.* 62) *quæ Gnosticorum sectatrix, nacta gravissimæ persecutionis occasionem sub Aniceto, id est, ni fallor, paulo ante*
311 *tempora Antonini Philosophi, ad Romam se contulit, et multos orthodoxos exterminavit, teste Irenæo lib* I, *cap.* 24, *item Epiphanio hæres.* XXVII ; *at Lucianus Trajano imperante floruit :* Λέγεται δὲ γενέσθαι ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ, καὶ ἐπέκεινα, *suntque hac in sententia plurimi auctores minime contemnendi. Respondet clarissimus Vossius lib.* II, *cap.* 15, De hist. Græc. : « *Mihi secus videtur ; neque id levi de causa: quippe meminit Lucianus Marci Cæsaris ac belli Marcomannici ab eo gesti. Locus est in* Alexandro, *seu* Pseudomante. Διαπέμπεται χρησμὸν τοῦ ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος, ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. *Vides ut non tantum belli meminerit cum Marcomannis et Quadis gesti; sed Marcum vocet* θεὸν, *hoc est divum, quod arguit naturæ cessisse, ac jam locatum fuisse cœlo. Quare extra controversiam poni debet Lucianum tum Marci Antonini Philosophi ætate vixisse, cum referat sermones, quos habuit ipse cum Alexandro pseudomante, tum sub Commodo, Antonini Philosophi filio, quandoquidem Marcum appellat divum. » De Celsi ætate idem statuendum judico. Illustrissimus etiam Baronius, cum hunc ipsum Luciani locum de bello cum Marcomannis et Quadis gesto citasset anno Christi* 171, *infert : « Quod autem ad Lucianum pertinet, qui hæc scripsit, licet omnes affirmant claruisse temporibus Trajani imperatoris, tamen ex iisdem scriptis liquido constat eum ad hæc usque tempora pervenisse, ac etiam eadem supergressum esse. » Recte quidem, Baroni ; at minus placet, quod habes ad annum* 145 : « *Porro horum (id est Ophitarum) originem adeo antiquam fuisse, ut Valentino haud posteriores fuerint, ex eo cognosci facile potest, quod Celsus, qui vixit temporibus Adriani (ut idem Origenes testatur), haud dubium et Antonini, eorum dogmata calens, contumeliæ causa, quasi Christianis omnibus essent contraria, eadem Catholicis objicere solitus erat. » Etenim minime credibile est aut Celsum, aut Lucianum temporibus Adriani floruisse ; quoniam hic belli cum Marcomannis suscepti meminit, et prædictum librum Celso dicavit ; inter quæ tempora, videlicet Adriani imperium et bellum Marcomannicum, annorum circiter quinquaginta spatium interjectum puto. Caute igitur Origenes apposuit* καὶ κατωτέρω. *Dices vero, Unde constat tibi cum hoc Celso familiaritatem istam contractam esse? Respondeo : Primo, mecum consentiunt clarissimi viri, Cæsar Baronius in* Annal. Eccl., *ad annum Christi* 152, *et Gerardus Vossius libro* De sectis philosophorum. *Secundo, patet ex Origene et Luciano quemdam sic appellatum contra magiam scripsisse. Tertio, apud utrumque Epicureus audit. Quarto, tempore conveniunt. Atque hactenus de ætate.*

Scripta quod attinet, cum ex æquo impietatem et eruditionem redolere videantur, si vituperio laudeque digna judicarem, quis (modo Lucianum illi amicissimum excipias) ægre feret ? Atque hujus rei testimonium præ manibus habemus Ἀληθῆ λόγον, *librum in duos tomos distinctum, et lectu jucundissimum : sive philosophorum et Christianorum vetustissimorum lites cognoscere cupias ; seu proprias vires experiri ; aut Origenem strenue refutantem tuis laudibus cohonestare velis. Præter hunc, quem jam commemoravi, Celsi librum, cui titulus est* Ἀληθὴς λόγος, *alium eruditissimum « contra decantatas Magorum artes » conscripsit : de quo audi Lucianum in* Pseudomante : Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τοῦτο ἐπινενοημένα, ὧν οὐκ ἀναγκαῖον μεμνῆσθαι ἁπάντων, ὡς μὴ ἀπειρόκαλοι εἶναι δοκοίημεν, καὶ μάλιστα σοῦ ἐν οἷς κατα Μάγων συνέγραψας, καλλίστοις τε ἅμα καὶ ὠφελιμωτάτοις συγγράμμασι, καὶ δυναμένοις σωφρονίζειν τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἱκανὰ παραθεμένου καὶ πολλῷ τούτων πλείονα. « *Alia præter ea multa ad id illi sunt excogitata, quorum omnium meminisse non necesse est, ne ineptus videar, maxime cum in his quos de magorum artibus conscripsisti commentariis tum pulcherrimis tum utilissimis, quique modestos reddere queant lectores, abunde multa retuleris, et his*

multo copiosiora » *Huic concinit Origenes noster qui lib.* I contra Celsum, *num.* 68, *suis plurimum confisus conjecturis, librum quemdam* contra Magiam *scriptum ei adjudicare non veretur* : Ὁρᾷς ὡς διὰ τούτων οἱονεὶ παραδέχεται μαγείαν εἶναι, οὐκ οἶδα εἰ ὁ αὐτὸς ὢν τῷ γράψαντι κατὰ μαγείας βιβλία πλείονα. « *Vides illum ab admittenda magia non alienum esse admodum. Nescio tamen an ille ipse sit qui multos contra* **312** *magiam libros conscripserit.* » *Libro* IV, *num.* 36, *dubitat, an is quoque duorum librorum auctor fuerit, quos in Christianos conscriptos dicit.* Ὁ δὲ κρίνειν μᾶλλον Πλάτωνος δυνάμενος ὁ ἐπικούρειος Κέλσος (εἴγε οὗτός ἐστι καὶ ὁ κατὰ Χριστιανῶν ἄλλα δύω βιβλία συντάξας), τάχα ἡμῖν φιλονεικῶν, οὓς μὴ ἐφρόνει ἐνθέους, ἐνθέους ὠνόμασεν. « *Sed Epicureus ille Celsus (si tamen is est qui duos alios libros contra Christianos composuit) cum sanius de illis existimare posset quam Plato, fortasse etiam dixit divinitus afflatos, quos minime afflatos sentiebat, ut nobis contradiceret.* » *Præter jam dictos pollicitus est alium* De bene vivendi præceptis *dare : quem an ipse confecerit, an confectus perierit, plane nescio. Ad hujus operis finem habes attestantem Origenem lib.* VIII, *num* 76 : Ἴσθι μέντοι ἐπαγγελλόμενον τὸν Κέλσον ἄλλο σύνταγμα μετὰ τοῦτο ποιήσειν, ἐν ᾧ διδάξειν ἐπηγγείλατο ὅπη βιωτέον τοὺς βουλομένους αὐτῷ καὶ δυναμένους πείθεσθαι. « *Scito tamen aliud opus a Celso promissum fuisse, quo se docturum pollicebatur, quomodo vivere oporteret eos qui fidem ipsi habere vellent et possent.* »

Cui vero sectæ adhæsit, certius et plenius ex Origene et Luciano intelligimus : quorum ille passim ei objicit Epicuri dogmata et errores, lib. I, *num.* 8, 10, 21 ; *lib.* II, *num.* 60 ; *lib.* III, *num.* 34, 48, 79 ; *lib.* IV, *num.* 54, 75 ; *lib.* V, *num.* 3. *Lucianus vero* Pseudomantem *ideo se scripsisse profitetur, ut suam erga Celsum gratitudinem testatam relinqueret, et Epicurum illi charissimum vindicaret* : Ταῦτα, ὦ φιλότης, ὀλίγα ἐκ πολλῶν δείγματος ἕνεκα γράψαι ἠξίωσα, καὶ σοὶ μὲν χαριζόμενος ἀνδρὶ ἑταίρῳ καὶ φίλῳ, καὶ ὃν ἐγὼ πάντων μάλιστα θαυμάσας ἔχω ἐπί τε σοφίᾳ, καὶ τῷ πρὸς ἀλήθειαν ἔρωτι, καὶ τρόπου πραότητι, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ γαλήνῃ βίου, καὶ δεξιότητι πρὸς τοὺς συνόντας· τὸ πλέον δὲ, ὅπερ καὶ σοὶ ἥδιον, Ἐπικούρῳ τιμωρῶν, ἀνδρὶ ὡς ἀληθῶς ἱερῷ καὶ θεσπεσίῳ τὴν φύσιν. « *Hæc, amice, ex multis pauca, exempli gratia, scribenda putavi, ut tibi gratificarer, viro familiari et amico, et quem ego omnium maxime suspicio, et propter sapientiam, veritatisque studium, morumque mansuetudinem et moderationem, atque ob vitæ tranquillitatem, et erga familiares humanitatem tuam. Tum etiam, quod tibi fuerit jucundius, ut Epicurum ulciscerer virum vere sacrum ingenioque divino.* » *Etenim Alexander Epicuro, et ejus sectatoribus adeo infensus erat, ut sciscitanti cuipiam quid Epicurus apud inferos ageret* : Μολυβδίνας, ἔφη, ἔχων πέδας ἐν βορβόρῳ κάθηται. *Ejus libros in foro combussit ; monuit etiam Ponticos, Christianos et Epicureos* λίθοις ἐλαύνειν, *et Amastriano nunquam oraculum reddidit, quod plurimi Epicurei in istac civitate habitabant* : Τίνι γὰρ ἄλλῳ, *inquit ibidem Lucianus*, δικαιότερον προσεπολέμει γόης ἄνθρωπος, καὶ τερατείᾳ φίλος, ἀληθείᾳ γε ἔχθιστος, ἢ Ἐπικούρῳ, ἀνδρὶ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων καθεωρακότι, καὶ μόνῳ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι ; ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα, καὶ Χρύσιππον, καὶ Πυθαγόραν φίλος, καὶ εἰρήνη βαθεῖα πρὸς ἐκείνους ἦν· ὁ δὲ ἄτεγκτος Ἐπίκουρος (οὕτω γὰρ αὐτὸν ὠνόμασεν) ἔχθιστος δικαίως, πάντα ταῦτα ἐν γέλωτι καὶ παιδιᾷ τιθέμενος. « *Nam cum quo tandem justius bellum gerat homo præstigiator, portentorum amans, verique inimicissimus, quam cum Epicuro qui rerum naturam perspexit, quique solus quid iis veri insit, apprime novit? Verum Platonis, Chrysippi, et Pythagoræ amicus erat, altamque cum illis pacem colebat. At intractabilis ille Epicurus (sic enim eum nominabat) erat illi plurimum invisus, nec immerito, quippe qui hæc omnia ridicula et ludicra duceret.* » *Denique Celsum nostrum vocat Epicureum Eusebius* Hist. Eccles. *lib.* VI, *cap.* 36. *Hæc omnia ea de causa citavi, ut Hornium, qui, posthabita historiarum fide, Celsum inter Stoicos recensuit, e profundissimo, quo tenetur, somno excitarem. Nam ita ille lib.* V, *cap.* 4 Hist. Philos. : « *Origenes vero qui contra sacrum illud caput, Celsum Stoicum, scripsit, omnes sectas accurate rimatus ; doctissimus philosophus fuit.* »

Quanquam vero Origenes Celsum auctorem *Ἀληθοῦς λόγου*, interdum illum ipsum esse facile existimat qui plurima contra magiam scripta edidit, qui duos item alios contra Christianam religionem libros a *Vero sermone* diversos composuit, ac Epicureæ sectæ addictissimus fuit ; interdum tamen veretur asserere unum eumdemque omnino esse, quod nempe auctor *Ἀληθοῦς λόγου* nonnunquam Platonem **313** sequi et magiam admittere videatur. Vide lib. I *contra Celsum*, num. 68, et lib. IV, num. 36. Verumtamen lib. I, num. 8, existimat Celsum non ignarum se non posse Epicureum confiteri, quin fidem iis detraheret quæ dicturus erat, ideo quæ Epicuri sunt dogmata, obtegere, et Platonem interdum sequi se simulare, ut calumniæ quas Christianis instruit, plausibiliores videantur. Ut ut est, Celsus quem confutat Origenes, suum *Ἀληθῆ λόγον* scribere non potuit ante Marci Aurelii imperium, quandoquidem, teste Origene lib. V, num. 62, non solum in eo opere meminerat Marcionitarum qui tantum circa annum Christi 142 orti sunt, sed et Marcellianorum qui nomen trahebant a Marcellina quadam, ex Carpocratianorum secta muliere, quæ, teste Irenæo lib. I, cap. 24, Romam venit sub Aniceto, post annum Christi 157. Verisimile autem admodum est illum hoc opus composuisse ardente Marci Aurelii adversus Christianos persecutione, siquidem, teste Origene lib. VIII, num. 69, Christianos asserit ubique latere, ut mortis ad quam quærebamur, periculum evaderent. Is est procul dubio Celsus de quo Chrysostomus homil. 6 *in Epist. ad Corinthios* hæc ait : Ἱκανοὶ δὲ καὶ οἱ καθ' ἡμῶν εἰρηκότες τὴν ἀρχαιότητα μαρτυρῆσαι τοῖς βιβλίοις, οἱ περὶ Κέλσον καὶ τὸν Βατανεώτην τὸν μετ' ἐκεῖνον. Οὐ γὰρ δὴ τοῖς μετ' αὐτοὺς συντεθεῖσιν ἀντέλεγον. « Sufficiant autem et qui contra nos scripserunt ad testandam librorum nostrorum antiquitatem, nempe Celsus et Bataneotes qui fuit post illum. Non enim contradicebant adversus ea quæ post illos fuerant composita. » Augustinus lib. *De hæresibus*, tom. VIII, pag. 3, commemorat Celsum quemdam qui opiniones omnium philosophorum usque ad sua tempora, sex non parvis voluminibus absolverat. At nullo argumento astrui potest illum ipsum esse quem noster confutat Origenes.

2. Ad octo Origenis libros contra Celsum quod attinet, liquet ex lib. III, num. 14, illos scriptos esse eo tempore quo Ecclesia a multis annis profunda pace fruebatur, licet tunc maxima in imperio rerum esset perturbatio. Ὅτι δὲ οὐδὲ τὸ ἔξωθεν δέος τὸ σύνθημα ἡμῶν διακρατεῖ, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ τοῦτο, βουληθέντος Θεοῦ, πεπαῦσθαι ἤδη χρόνῳ πλείονι. Καὶ εἰκὸς παύσεσθαι τὸ ὡς πρὸς τὸν βίον τοῦτον τοῖς πιστεύουσιν ἐγγενόμενον ἀδεές· ἐπὰν πάλιν οἱ παντὶ τρόπῳ διαβάλλοντες τὸν λόγον τὴν αἰτίαν τῆς ἐπὶ τοσοῦτο νῦν στάσεως ἐν πλήθει τῶν πιστευόντων νομίσωσιν εἶναι, ἐν τῷ μὴ προσπολεμεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὸ τῶν ἡγουμένων ὁμοίως τοῖς πάλαι χρόνοις. « Neque exterorum metu nostrum institutum confirmari vel hinc patet, quod jamdiu sit cum sublatus est ille metus. Tamen crediderim tranquillitatem illam, quod ad hanc vitam a fidelibus transigendam pertinet, non diu duraturam esse. Nam qui nostram omnibus modis doctrinam calumniantur, putant causam tantæ quæ nunc est, rerum perturbationis eam esse quod fidelium numerus increverit, nec eos profligandos curent præsides, ut superioribus temporibus factitatum. » Baronius, ad annum Christi 243, optime potuisse contingere arbitratur, ut tam insigne, laboriosum multarumque

lucubrationum opus cœptum Gordiani tempore ad Philippi imperium productum fuerit. Verum cum Gordiani imperium præcesserit Maximini persecutio quæ maximas præsertim in Oriente strages edidit, qui potuisset Origenes sub Gordiano scribere Ecclesiam jam a multis annis tranquilla pace frui? Melius ergo librorum *contra Celsum* scriptio ad imperii Alexandri finem referretur, ni obstaret Eusebii auctoritas qui *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 36, sub Gordiani successore Philippo illos scriptos esse diserte tradit. Ἐν τούτῳ καὶ τὰ πρὸς τὸν ἐπιγεγραμμένον καθ' ἡμῶν Κέλσου τοῦ Ἐπικουρείου *Ἀληθῆ Λόγον*, ὀκτὼ τὸν ἀριθμὸν συγγράμματα συντάττει. « Sub idem tempus octo libros composuit adversus librum quemdam Celsi Epicurei contra Christianos qui *De vera doctrina* inscribitur. » Revera anno Christi 249, qui fuit ultimus imp. Philippi, jam a duodecim annis persecutio Maximini cessaverat, et maxima illa imperii perturbatione quam commemorat Origenes, videtur designari Decii rebellio quam, teste Zozimo libro primo, præcesserat altera Jotapiani in Syria, et altera Marini in Pannonia.

3. Eusebius libro *adversus Hieroclem*, qui alterum composuerat hoc titulo inscriptum, **314** *Φιλαλήθης Λόγος*, ubi ex Philostrati historia Apollonium Tyaneum Jesu Christo comparaverat, asserit ejusmodi opus jam per anticipationem confutatum esse ab Origene octo libris *contra Celsum* : Δυνάμει δ' ἤδη καὶ πρὸ τῆς ἰδίας κατ' αὐτῶν γραφῆς ἀνατέτραπται, καὶ προαπολέληκται ἐν ὅλοις ὀκτὼ συγγράμμασι τοῖς Ὠριγένει γραφεῖσι πρὸς τὸν ἀλαζονικώτερον τοῦ *Φιλαλήθους* ἐπιγεγραμμένον Κέλσου *Ἀληθῆ Λόγον*· ᾧ τὰς εὐθύνας ἀπαραλείπτως ἐν ὅσοις εἰρήκαμεν, ὁ δεδηλωμένος παραγαγὼν ξυλλήβδην ὅσα ἐς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν παντί τῳ εἴρηταί τε καὶ εἰρήσεται, προλαβὼν διελύσατο· ἐφ' ἃ τοὺς ἐπ' ἀκριβὲς τὰ καθ' ἡμᾶς διαγνῶναι ἔχοντας φιλαληθῶς ἀναπέμψαντες, φέρε μόνην ἐπὶ τοῦ παρόντος τὴν κατὰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τοῦ *Φιλαλήθους* τουτουῒ λόγου παράθεσιν ἐπισκεψώμεθα. « Virtute vero jampridem, licet non destinato contra se stylo, satis illa eversa videntur voluminibus octo ab Origene conscriptis in Celsi orationem, quæ *Vera* inscribitur, vel *Philalethe* ipso arrogantiorem multo jactantioremque. Ibi enim rationes ille omnes abunde complexus, quidquid in eam rem cuiquam vel dissertum est unquam, vel disseretur, omnino quasi præoccupatione dissolvit. Eo nos igitur ablegantes, si qui paulo majore studio detinentur nostra vere et sincere noscendi, age solum hoc tempore contemplemur ex Philalethe ipso Dominum nostrum Jesum Christum Apollonio comparatum, » etc. Tanti item fecerunt opus contra Celsum Basilius et Gregorius Nazianzenus, ut fragmentis inde adductis totam fere confecerint *Philocaliam*. Hieronymus epist. 83, alias 84, « Scripserunt, inquit, contra nos Celsus atque Porphyrius : priori Origenes; alteri Methodius, Eusebius, et Apollinaris fortissime responderunt. Quorum Origenes octo scripsit libros, Methodius usque ad decem millia procedit versuum, Eusebius et Apollinaris viginti quinque et triginta volumina condiderunt. Lege eos, et invenies nos comparatione eorum imperitissimos, et post tanti temporis otium vix quasi per somnium quod pueri didicimus, recordari. » Recentiorum de libris *contra Celsum* judicium proferre nimis longum fuerit. Observare sufficiat Cl. Huetium lib. III *Origenianorum*, sectione secunda, num. 5, asserere non alias Origenem tantam doctrinæ Christianæ et profanæ ubertatem, tanta argumentorum pondera expromere; item erudito Dupinio ex omnibus Christianæ, religionis apologiis quæ prioribus Ecclesiæ sæculis editæ sunt, nullam videri quæ huic Origenianæ, omnium absolutissimæ, comparari queat. Denique ad hujus operis commendationem non abs re erit hic exscribere quæ Georgius Bullus in *Defensione fidei Nicænæ*, pag. 168, dicit : « Si omnia Origenis scripta, eaque pura, et incorrupta, hodie exstarent, haud omnia tamen veræ ac genuinæ ejus sententiæ declarandæ pariter inservirent. Scilicet variorum Auctoris πολυγράφου operum diversa foret ratio. Nam alia ad amicos secreto scripsit, quæ lucem nunquam visura speravit; in quibus libere ac pene sceptice disseruit, ac plerumque non tam suam certam ac definitam sententiam, quam vel aliorum ratiocinationes, vel suos quosdam scrupulos ac dubitatiunculas, ad clariorem veritatis elucidationem, proposuit. Alia ipse in publicum emisit, sive contra infideles, sive adversus hæreticos, seu denique ad instruendam plebem Christianam; in quibus via trita ac tuta incedens, receptam in Ecclesia catholica doctrinam studiosius tradidit. Deinde alia properanter dictitavit, alia diligentiori cura elucubravit. Denique alia (ut Huetii verbis utar) senex Adamantius, ingenio per ætatem magis subacto, elimavit; alia efferente sese in juventutis æstu fecunditate profudit. De quibus præclare dixit Hieronymus in prologo ad *Commentarios in Lucam*, Origenem in quibusdam tractatibus *quasi iterum talis ludere; alia esse virilia ejus et senectutis seria*. Negari autem non potest quin Origenis suffragium de catholica doctrina peti debeat ex iis præsertim scriptis quæ publicis usibus ipse destinavit, quæ cogitate et attente exaravit, quæ denique jam senex et longo rerum usu et experientia edoctus composuit. Hujusmodi sunt omnium consensu *libri octo contra Celsum Epicureum*. Quippe in his communem Christianorum doctrinam adversus instructissimum religionis nostræ hostem propugnat : hi summo Auctoris studio, maxima eruditione, idque ab ipso jam sexagenario majori elucubrati fuere. »

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ
ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ
ΕΙΣ ΤΟΜΟΥΣ ΚΑΤΑ ΚΕΛΣΟΥ (69).

—

ORIGENIS PRÆFATIO
AD LIBROS CONTRA CELSUM.

Ὁ μὲν Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, A ψευδομαρτυρούμενος μὲν, ἐσιώπα· κατηγορούμενος

315 1. Salvator ac Dominus noster Jesus Christus, cum falsis premebatur testimoniis, obticuit; ad

(69) Octo Origenis libri *contra Celsum* collati sunt cum octo mss., 1 Regio, 1 Basileensi, 1 J.-

crimina objecta nihil respondit, quippe qui persuasum habebat tota vita sua rebusque inter Judæos gestis melius falsa testimonia dilui, et crimina repelli, quam si ullis se sermonibus defendisset. Tu vero, pie Ambrosi, nescio qua causa volueris me depellere calumnias et criminationes, quas contra Christianos Ecclesiarumque fidem scripto Celsus edidit: quasi eas aperte non falsi convincerent res ipsæ, nec eas obtereret doctrina quovis scripto præstantior, et quæ ne quidem illis ullam probabilitatem relinquit, qua quidquam virium habeant. Jam vero Jesum tacuisse, cum falsa contra illum dicta testimonia sunt, satis in præsenti constabit ex Matthæi verbis, quibus fere similia scripsit Marcus. Matthæi verba hæc sunt: « Princeps autem sacerdotum et omne concilium quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent, et non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissime autem accedentes duo dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templum Dei, et post triduum reædificare. Et surgens princeps sacerdotum ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti adversum te testificantur? Jesus autem tacebat [69]. » Sed et nihil respondisse falsa crimina objicientibus, hæc testimonio sunt: « Jesus autem stetit ante præsidem, et interrogavit eum dicens: Tu es rex Judæorum? Dicit illi Jesus: Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta adversum te dicunt testimonia? Et non respondit ad ullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer [70]. »

2. Atque etiam erat, quod vel mediocriter prudentes admirarentur, qui falso accusatus se ipse defendere, nulliusque sceleris reum se demonstrare; qui vitæ suæ laudes virtutesque vere divinas prædicare poterat, quo viam judici ad æquiorem sententiam aperiret, eum hæc non **316** modo non fecisse, sed etiam despexisse et magno animo contempsisse accusatores. Nam Jesum a judice sine mora absolvendum fuisse, si quid ad propulsandas criminationes dixisset, perspicuum est ex iis quæ Pilatus dixisse memoratur: « Quem vultis ex duobus dimittam vobis? Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus [71]? » Et ex his quæ proxime sequuntur: « Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum [72]. » Jesus igitur semper falsis testimoniis premitur; et quia semper inest hominibus malitia,

A δὲ, οὐδὲν ἀπεκρίνατο (70), πειθόμενος πάντα τὸν βίον ἑαυτοῦ καὶ τὰς ἐν Ἰουδαίοις πράξεις κρείττους γεγονέναι φωνῆς ἐλεγχούσης τὴν ψευδομαρτυρίαν, καὶ λέξεων ἀπολογουμένων πρὸς τὰς κατηγορίας. Σὺ δ', ὦ φιλόθεε Ἀμβρόσιε, οὐκ οἶδ' ὅπως πρὸς τὰς Κέλσου κατὰ Χριστιανῶν ἐν συγγράμμασι ψευδομαρτυρίας, καὶ τῆς πίστεως τῶν Ἐκκλησιῶν ἐν βιβλίῳ κατηγορίας, ἐβουλήθης ἡμᾶς ἀπολογήσασθαι· ὡς οὐκ ὄντος ἐναργοῦς ἐλέγχου ἐν τοῖς πράγμασι, καὶ πάντων γραμμάτων (71) κρείττονος λόγου, τοῦ τε τὰς ψευδομαρτυρίας ἀφανίζοντος, καὶ ταῖς κατηγορίαις μηδὲ πιθανότητα, εἰς τὸ δύνασθαί τι αὐτὰς, ἐνδιδόντος. Περὶ δὲ τοῦ Ἰησοῦ ὅτι ἐσιώπα ψευδομαρτυρούμενος, ἀρκεῖ ἐπὶ τοῦ παρόντος τὰ Ματθαίου παραθέσθαι· τὰ γὰρ ἰσοδυναμοῦντα αὐτῷ ὁ Μάρκος ἔγραψεν. Ἔχει δὲ
B οὕτως ἡ τοῦ Ματθαίου λέξις· « Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς καὶ τὸ συνέδριον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὅπως θανατώσωσιν αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον, πολλῶν προσελθόντων ψευδομαρτύρων. Ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο, εἶπον· Οὗτος ἔφη· Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι. Καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς, εἶπεν αὐτῷ· Οὐδὲν ἀποκρίνῃ, ὅτι οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα. » Ἀλλὰ καὶ, ὅτι οὐκ ἀπεκρίνατο (72) κατηγορούμενος, τοιαῦτα γέγραπται· « Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων· Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ· Σὺ λέγεις. Καὶ ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Οὐκ
C ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυροῦσιν; Καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲν ῥῆμα, ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν. »

Καὶ γὰρ (73) θαυμασμοῦ ἄξιον ἦν παρὰ τοῖς καὶ μετρίως φρονεῖν δυναμένοις τὸ τὸν κατηγορούμενον καὶ ψευδομαρτυρούμενον, δυνάμενον ἀπολογήσασθαι, καὶ παραστῆσαι ἑαυτὸν οὐδενὶ ἔνοχον ἐγκλήματι, καὶ ἐγκώμια τοῦ ἑαυτοῦ βίου διεξελθεῖν καὶ τῶν δυνάμεων, ὡς ἀπὸ Θεοῦ γεγένηνται, ἵνα δῷ τῷ δικαστῇ ὁδὸν τοῦ χρηστότερα περὶ αὐτοῦ ἀποφήνασθαι, τοῦτο μὲν μὴ πεποιηκέναι, καταπεφρονηκέναι δὲ, καὶ μεγαλοφυῶς ὑπερεωρακέναι τοὺς κατηγόρους. Ὅτι δὲ, εἰ ἀπελογήσατο, ἀπέλυσεν ἂν ὁ δικαστὴς, μηδὲ διστά-
D σας (74), τὸν Ἰησοῦν, δῆλον ἐκ τῶν ἀναγεγραμμένων περὶ αὐτοῦ, ἐν οἷς εἶπε· « Τίνα θέλετε τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; Τὸν Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; » καὶ τοῦ, ὡς ἐπιφέρει (75) ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Ἤδει γὰρ, ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν. » Ἰησοῦς ἀεὶ ψευδομαρτυρεῖται, καὶ οὐκ ἔστιν

[69] Matth. XXVI, 59, 60, 61, 62, 63. [70] Matth. XXVII, 11, 12, 13, 14. [71] Ibid. 17. [72] Ibid. 18.

liano qui nunc est ecclesiæ cathedralis Parisiensis, 2 Vaticanis, et tribus Anglicanis. In cod. Regio titulus est: Ὠριγένους τοῦ σοφωτάτου κατὰ Κέλσου τοῦ ἀθεωτάτου. In aliis: Ὠριγένους κατὰ Κέλσου.

(70) Codex Regius, ἀπεκρίνετο.

(71) *Γραμμάτων*. Sic omnes libri editi et manuscripti. Guietus malebat, πραγμάτων.

(72) Codex Reg., ἀπεκρίνετο. Paulo post idem, ἔστη ἔμπροσθεν. Alias, ἐστάθη ἔμπροσθεν. Infra idem codex Reg., οὐδὲν ἀπεκρίνετο.

(73) In codice Regio deest γάρ.

(74) *Διστάσας*, recte omnes codd. mss. Male vero Hœschelius, διαστάσας.

(75) *Καὶ τοῦ, ὡς ἐπιφέρει*. Lego cum Guieto, κἀκ τοῦ ὃ ἐπιφέρει.

ὅτε, κακίας οὔσης ἐν ἀνθρώποις, οὐ κατηγορεῖται. Καὶ αὐτὸς μὲν καὶ νῦν σιωπᾷ πρὸς ταῦτα, καὶ οὐκ ἀποκρίνεται μὲν διὰ φωνῆς, ἀπολογεῖται δὲ ἐν τῷ βίῳ τῶν γνησίων ἑαυτοῦ μαθητῶν, κεκραγότι τὰ διαφέροντα, καὶ πάσης ψευδομαρτυρίας ὄντι κρείττονι, ἐλέγχων καὶ ἀνατρέπων τὰς ψευδομαρτυρίας καὶ κατηγορίας.

Τολμῶ μὲν οὖν καὶ φημὶ, ὅτι ἣν ἀξιοῖς ποιήσασθαι ἡμᾶς ἀπολογίαν, ὑπεκλύει τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν ἀπολογίαν, καὶ τὴν ἐπιφανῆ τοῖς οὐκ ἀναισθήτοις δύναμιν τοῦ Ἰησοῦ· ὅμως δ', ἵνα μὴ δοκῶμεν ὀκνεῖν πρὸς τὸ ἐπιταχθὲν ὑπὸ σοῦ, πεπειράμεθα ὑπαγορεῦσαι, κατὰ τὴν παροῦσαν δύναμιν, πρὸς ἕκαστον τῶν ὑπὸ Κέλσου γεγραμμένων, τὸ φανὲν ἡμῖν (76) ἀνατρεπτικὸν τῶν πιστὸν οὐδένα δυναμένων σεῖσαι λόγων αὐτοῦ. Καὶ μὴ εἴη γε εὑρεθῆναί τινα, τοιαύτην ἀνειληφότα ἀγάπην τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὡς ὑπὸ τῶν ῥημάτων Κέλσου ἤ τινος τῶν ὁμοίων σεισθῆναι τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ! Ὁ δὲ Παῦλος μυρία ὅσα καταλέγων τὰ εἰωθότα χωρίζειν ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀγάπης τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὧν πάντων κρείττων ἦν ἡ ἐν αὐτῷ ἀγάπη, λόγον οὐ κατέταξεν ἐν τοῖς χωρίζουσιν· πρόσχες γὰρ, ὅτι πρότερον μέν φησιν· « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ (77); θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; (καθάπερ γέγραπται, Ὅτι ἕνεκεν σοῦ θανατούμεθα πᾶσαν τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς.) Ἀλλὰ ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. » Δεύτερον δὲ ἄλλο τάγμα ἐκτιθέμενος τῶν πεφυκότων χωρίζειν τοὺς ἀνερματίστους ἐν θεοσεβείᾳ λέγει· « Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι (78) ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. »

Καὶ ἀληθῶς ἄξιον μὲν ἡμᾶς σεμνύνεσθαι ἐπὶ θλίψει μὴ χωριζούσῃ, ἢ τοῖς ἑξῆς αὐτῇ κατειλεγμένοις, οὐχὶ δὲ Παῦλον καὶ τοὺς ἀποστόλους, καὶ εἴ τις ἐκείνοις γέγονε παραπλήσιος, διὰ τὸ πάνυ ὑπεράνω τῶν τοιούτων εἶναι, λέγοντα τό· « Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς· » ὅπερ μεῖζόν ἐστι τοῦ *νικᾷν*. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀποστόλους σεμνύνεσθαι, μὴ χωριζομένους ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, σεμνύνοιντο ἂν, ὅτι οὔτε θάνατος (79), οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε τι τῶν ἑξῆς δύναται αὐτοὺς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης (80) τοῦ Θεοῦ, τῆς

A semper accusatur. Silet quidem ad hæc hodieque, nec quidquam voce respondet, sed germanorum ejus discipulorum vita defenditur. Hæc enim, falsorum testium perfidia validior, falsa testimonia calumniasque redarguit atque evertit.

3. Quamobrem affirmare non dubito quam a me defensionem parari postulas, ea illam debilitari quæ rebus et factis constat, simulque illam Jesu potentiam quæ non omnino stupidis evidenter apparet. Tamen ne tua jussa detrectare videar, conatus sum pro viribus ad singula quæ Celsus objecit, id respondere quod ea evertere visum est; tametsi non arbitror ullum e fidelibus esse qui scriptis ejus B commoveri queat. Nam prohibeat Deus ut quisquam sit, qui, postquam tantam adeptus est charitatem Dei in Christo Jesu, verbis Celsi ejusve similium a proposito dimoveri possit. Ac neque Paulus inter innumeras illas res, quæ alios a charitate Christi et a charitate Dei quæ est in Christo Jesu separare solent, sed quæ superaverat illa, qua ipse ardebat, charitas, sermonem non recensuit. Adverte enim illum primum dicere: « Quis nos separabit a charitate Christi? An tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? (sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die; æstimati sumus sicut oves occisionis.) Sed in his omnibus supervincimus propter eum C qui dilexit nos [73]. » Secundo loco enumerat alia, quæ parum firmos in pietate plerumque separant: « Certus sum enim, inquit, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque potestates, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei quæ est in Christo Jesu Domino nostro [74]. »

4. Ac nos quidem gloriari æquum fuerit, si nec tribulatio, nec alia quæ post illam numerantur **317** incommoda, nos avellant; non item Paulum et apostolos, aut si quis alius illis evasit similis, propterea quod sit his rebus longe superior qui dicit: « In his omnibus supervincimus propter eum qui dilexit nos [75]; » quod majus est quam *vincere*. D Quod si apostolos gloriari oporteat, quod a charitate Dei quæ est in Christo Jesu Domino nostro non separentur; laudi profecto ducerent se a charitate Dei quæ est in Christo Jesu Domino nostro neque morte, neque vita, neque angelis, neque

[73] Rom. VIII, 35, 36, 37. [74] Ibid. 38, 39. [75] Rom. VIII, 37.

(76) *Ἡμῖν*. Sic duo codd. Vaticani et Regius, ri autem antea editi, ὑμῖν. Ibidem codex Regius tres Anglicani, τῶν πιστὸν οὐδένα. Alias, τῶν στῶν οὐδένα.

(77) *Χριστοῦ*. Ita codex Regius, sicque legendum tum e textu sacro, tum ex ipso Origene paulo superius. Libb. editi habent Θεοῦ.

(78) *Χωρίσαι*. Ita omnes mss. Alias, χωρίζειν. Paulo post omnes mss. et Spencerus, ἢ τοῖς ἑξῆς αὐτῇ, Hœschelius, ἢ τοῖς ἐξ ἧς αὐτῇ, mendose. Gelenius interpres pro αὐτῇ videtur legisse αὐτοῦ, nam vertit, «ibi;» sed lectio αὐτοῦ mihi non æque arridet ac Boherello.

(79) Tres Anglicani, ὅτε οὔτε θάνατος.

(80) *Ἀπὸ τῆς ἀγάπης*. Ita legendum ex Origene supra, quamvis vox ἀπό in omnibus nostris mss. desideretur. Paulo post pro τοίνυν οὐ συνήδομαι, etc., codex Oxoniensis tertius habet, οὐ σύγοιδα μὲν τῷ πιστεύσαντι, etc., Guieto scribendum videbatur, οὐ τοίνυν συνήδομαι τῷ πιστεύσαντι εἰς Χριστὸν οὕτως, ὡς δύνασθαι σαλευθῆναι αὐτοῦ τὴν πίστιν, etc.

principatibus, neque aliis quæ sequuntur, separari posse. Quare mihi nequaquam placeret is, cujus fides in Christum aut scriptis Celsi, qui defunctus jampridem hanc vitam vivere desiit, aut alia sermonis probabilitate subverti posset. Nec scio quo loco habendus ille esset, cui scripta opus essent, quibus se adversus Celsi contra Christianos criminationes muniret, averteret ea quæ fidem convellere possunt, et in ea sese confirmaret. Attamen quia fieri potest ut in vulgo fidelium reperiantur quibus exitio esse possent Celsi scripta, saluti autem defensio, quæ dilueret Celsi calumnias et stabiliret veritatem ; statui tua jussa capessere, scriptumque quod ad me misisti confutare : quod quidem scriptum licet inscribatur a Celso *Sermo verus*, neminem tamen puto, si modo in philosophia tantulum profecit, hanc illi laudem concessurum fore.

A ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Τοίνυν οὐ συνήδομαι τῷ πιστεύσαντι εἰς Χριστὸν, ὡς δύνασθαι σαλευθῆναι αὐτοῦ τὴν πίστιν ὑπὸ Κέλσου, τοῦ οὐδὲ κοινοτέραν ζωὴν ζῶντος ἐν ἀνθρώποις ἔτι, ἀλλ' ἤδη καὶ πάλαι νεκροῦ· ἤ τινος πιθανότητος λόγου. Οὐκ οἶδα δ' ἐν ποίῳ τάγματι λογίσασθαι χρὴ τὸν δεόμενον λόγων (81) πρὸς τὰ Κέλσου κατὰ Χριστιανῶν ἐγκλήματα ἐν βιβλίοις ἀναγραφομένων, τῶν ἀποκαθιστάντων αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν πίστιν σεισμοῦ ἐπὶ τὸ στῆναι ἐν αὐτῇ. Ὅμως δ' ἐπεὶ ἐν τῷ πλήθει τῶν πιστεύειν νομιζομένων εὑρεθεῖεν ἄν τινες τοιοῦτοι, ὡς σαλεύεσθαι μὲν καὶ ἀνατρέπεσθαι ὑπὸ τῶν Κέλσου γραμμάτων, θεραπεύεσθαι δὲ ὑπὸ τῆς (82) πρὸς αὐτὰ ἀπολογίας, ἐὰν ἔχῃ χαρακτῆρά τινα καθαιρετικὸν τῶν Κέλσου, καὶ τῆς ἀληθείας παρασταB τικὸν τὰ λεγόμενα· ἐλογισάμεθα πεισθῆναί σου τῇ προστάξει, καὶ ὑπαγορεῦσαι πρὸς ὃ ἔπεμψας ἡμῖν σύγγραμμα· ὅπερ οὐκ οἶμαί τινα τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, κἂν ἐπ' ὀλίγον προκοψάντων, συγκαταθέσθαι εἶναι *λόγον ἀληθῆ* (83), ὡς ἐπέγραψεν ὁ Κέλσος.

5. Sane Paulus, cui non latebat multa esse in philosophia Græcorum non contemnenda, imo quæ, tametsi falsa, specie tamen veri multis fucum facere possint, sic de illis loquitur : « Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum [76]. » Et cernens in sermonibus sapientiæ hujus mundi videri quiddam magnificum, dixit philosophorum illorum sermones esse « secundum elementa hujus mundi. » At Celsi scripta nemo sanæ mentis dixerit esse « secundum elementa hujus mundi. » Et illa quidem philosophorum scripta, quod quiddam fallax et captiosum præ se ferant, « inanem fallaciam » vocavit ; forte ut illam ab alia fallacia distingueret quæ non est inanis, quamque in animo habens Jeremias, Deo dicere ausus est : « Seduxisti me, Domine, et **318** seductus sum, fortior me fuisti et invaluisti [77]. » At Celsi scripta nullam fallaciam habere mihi videntur, atque adeo ne vanam quidem, qualis eorum philosophorum est, qui sectarum auctores fuere, quique ad res hujusmodi

Ὁ μὲν οὖν Παῦλος, συνιδὼν, ὅτι ἐστὶν ἐν φιλοσοφίᾳ ἑλληνικῇ οὐκ εὐκαταφρόνητα τοῖς πολλοῖς πιθανὰ, παριστάντα τὸ ψεῦδος ὡς ἀλήθειαν (84), φησὶν ἐπ' ἐκείνοις τό· « Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν. » Καὶ ὁρῶν ἐν τοῖς λόγοις τῆς τοῦ κόσμου σοφίας ἐμφαινόμενόν τι μέγεθος, εἶπεν εἶναι τοὺς λόγους τῶν φιλοσόφων « κατὰ τὰ στοιχεῖα (85) τοῦ κόσμου. » Οὐδεὶς δὲ τῶν νοῦν ἐχόντων φήσαι ἂν καὶ τὰ Κέλσου « κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου » εἶναι γεγραμμένα. Κἀκεῖνα μὲν, ἔχοντά τι ἀπατηλὸν, καὶ « κενὴν ἀπάτην » ὠνόμασε, τάχα πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἀπάτης τινὸς οὐ κενῆς· ἣν θεωC ρήσας ὁ Ἱερεμίας, ἐτόλμησε πρὸς Θεὸν εἰπεῖν τό· « Ἠπάτησάς με, Κύριε, καὶ ἠπατήθην· ἐκράτησας, καὶ ἠδυνήθης. » Τὰ δὲ Κέλσου οὐδαμῶς ἀπάτην ἔχειν μοι φαίνεται, διὸ οὐδὲ κενήν· ὁποίαν ἔχει τὰ τῶν αἱρέσεις ἐν φιλοσοφίᾳ πηξάντων (86) καὶ τὸν νοῦν οὐ τὸν τυχόντα κατ' ἐκεῖνα ἀνειληφότων. Καὶ ὥσπερ οὐ τὸ τυχὸν τῶν ψευδομένων ἐν γεωμετρικοῖς θεωρήμασι ψευδογραφούμενόν (87) τις ἂν λέγοι, ἢ

[76] Coloss. II, 8. [77] Jerem. XX, 7.

(81) *Λόγων*. Sic omnes mss., excepto Joliano qui utramque lectionem, λόγου et supra λόγων, habet. Hœschelius contra in textu posuit, λόγου, et ad oram λόγων. Paulo post tres mss., ἐν βίβλοις ἀναγραφομένων. Cæteri cum editis, ἐν βιβλίοις ἀναγραφομένων. Iidem ante ἀποκαθιστάντων tres mss. omittunt τῶν, et sine sensus dispendio abesse potest.

(82) *Ὑπὸ τῆς*, etc. Sic duo codd. Anglicani, nec aliter Guieto scribendum videtur. Libb. editi, ἀπὸ τῆς, etc.

(83) *Λόγον ἀληθῆ*. Aliquam forte ambiguæ vocis λόγος significationi lucem afferre possit Juliani apostatæ locus in epist. ad Amerium pag. 273. Ἀνδρὸς εἴπω σοφοῦ μῦθον, εἴτε δὴ λόγον ἀληθῆ. « Sapientis cujusdam viri fabulam, vel potius verum sermonem, » id est, veram historiam. Sic Plutarch. *Consolat. ad Apollon.* Φησὶ γὰρ ὁ παρὰ Πλάτωνι Σωκράτης· Ἄκουε μάλα καλοῦ λόγου, ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ μῦθον, ἐγὼ δὲ λόγον· ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοι λέξω ἃ μέλλω λέγειν. Ubi λόγος oppositus μύθῳ sumitur pro vero sermone seu vera historia. Quamobrem non male Celsi λόγος ἀληθής verti potest « vera D historia, » aut « sermo verus. » CAPPERONNERIUS.

(84) Codex Reg., παριστῶντα τὸ ψεῦδος εἰς ἀλήθειαν.

(85) *Κατὰ τὰ στοιχεῖα*. Guieto perperam scribendum videtur, καὶ τὰ στοιχεῖα. Paulo post duo codd. Vaticani et Regius, φῆσαι ἄν. Reliqui cum libb. editis, φήσειεν ἄν.

(86) *Πηξάντων*. Dubitabat Guietus an scribendum foret, ποιησάντων, at frustra sollicitaretur vox πηξάντων, quæ paulo post etiam repetitur, et qua optime designantur sectarum auctores.

(87) *Ψευδογραφούμενον*. « Est, opinor, inquit doctissimus Capperonnerius, paralogismus geometricus qui veris et accuratis in speciem, sed reipsa falsis et minus accuratis figurarum delineationibus innititur. Idem præstat in geometria quod sophisma in dialecticis.» Firmari potest hæc expositio pluribus ac disertis Aristotelis testimoniis I *Topic.*, c. 1. Οὔτε γὰρ ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων συλλογίζεται

καὶ ἀναγράφοι γυμνασίου ἕνεκεν τοῦ ἀπὸ τοιούτων· οὕτως παραπλήσια εἶναι χρὴ τοῖς τῶν αἱρέσεις πηξάντων ἐν φιλοσοφίᾳ νοήμασι, τὰ μέλλοντα ὁμοίως ἐκείνοις λέγεσθαι « κενὴν ἀπάτην καὶ παράδοσιν ἀνθρώπων κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. »

A ingenium non vulgare attulerunt. Nam quemadmodum non quamlibet falsam in geometricis theorematibus propositionem, pseudographæ nomine appellaverit quispiam, aut describeret iis qui se in hac scientia exercent : sic, ut opera quædam, velut eorum qui sectarum in philosophia parentes fuerunt, « inanis fallacia et traditio hominum secundum elementa mundi » dicantur, oportet ut eadem arte composita fuerint.

Τοῦτο δὲ τὸ προοίμιον, μετὰ τὸ ὑπαγορεῦσαι πάντα τὰ μέχρι τῆς παρὰ Κέλσῳ (88) τοῦ Ἰουδαίου πρὸς τὸν Ἰησοῦν προσωποποιίας, ἔδοξεν ἡμῖν προτάξαι τῆς ἀρχῆς· ἵν' αὐτῷ προεντυγχάνῃ ὁ ἀναγνωσόμενος τὰ πρὸς Κέλσον ἡμῖν ὑπαγορευθέντα, καὶ ἴδῃ, ὅτι οὐ πάνυ πιστοῖς γέγραπται τὸ βιβλίον τοῦτο, ἀλλ' ἢ τέλεον ἀγεύστοις τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ἢ τοῖς, ὡς ὁ Ἀπόστολος ὠνόμασεν, « ἀσθενοῦσιν ἐν τῇ πίστει. » Εἶπε δ' οὕτως· « Τὸν δ' ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε. » Ἀπολογησάσθω δὲ τὸ προοίμιον, ὅτι ἄλλῃ μὲν προθέσει τὴν ἀρχὴν τῶν B πρὸς Κέλσον ὑπηγορεύσαμεν, ἄλλῃ δὲ τὰ μετὰ τὴν ἀρχήν. Πρότερον μὲν γὰρ ἐσκοποῦμεν ὑποσημειώσασθαι τὰ κεφάλαια, καὶ διὰ βραχέων τὰ πρὸς αὐτὰ λεγόμενα, εἶτα μετὰ τοῦτο σωματοποιῆσαι τὸν λόγον· ὕστερον δ' αὐτὰ τὰ πράγματα ὑπέβαλεν ἡμῖν, φειδομένοις χρόνου, ἀρκεσθῆναι μὲν τοῖς κατὰ τὴν ἀρχὴν οὕτως ὑπαγορευθεῖσιν, ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, συγγραφικῶς ἀγωνίσασθαι πρὸς τὰ Κέλσου καθ' ἡμῶν ἐγκλήματα. Διόπερ αἰτοῦμεν συγγνώμην ἐπὶ τῇ ἀρχῇ τῶν μετὰ τὸ προοίμιον. Ἐὰν δὲ μὴ κινηθῇς καὶ ὑπὸ τῶν ἑξῆς ὑπαγορευθέντων ἀνυσίμως, καὶ ἐπ' αὐτοῖς τὴν ὁμοίαν συγγνώμην αἰτῶν, ἀναπέμπω σε, ἐάν περ ἔτι θέλῃς δι' ὑπαγορεύσεως τὰς λύσεις σοι τῶν Κέλσου γενέσθαι λό- C γων, ἐπὶ τοὺς ἡμῶν συνετωτέρους καὶ δυνατούς, διὰ λέξεων καὶ βιβλίων ἀνατρέπειν δυναμένους τὰ καθ' ἡμῶν τοῦ Κέλσου ἐγκλήματα. Πλὴν βελτίων ὁ μηδὲ τὴν ἀρχὴν δεηθείς, κἂν ἐντυχὼν τῷ Κέλσου συγγράμματι, τῆς πρὸς αὐτὸ (89) ἀπολογίας· ἀλλ' ὑπερφρονήσας πάντα τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ αὐτοῦ, ὡς καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος ἐν Χριστῷ πιστοῦ, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ Πνεῦμα, εὐλόγως καταφρονούμενα.

6. Jam eo mea hæc defensio pervenerat, ubi Celsus Judæum cum Jesu disputantem inducit, cum in mentem venit hanc Præfationem ante operis initium collocare ; ut qui in hoc opus inciderit, statim a limine intelligat id non fuisse fidelibus elucubratum ; sed iis, aut qui fidei in Christum gustum non habent, aut quos « infirmos in fide » vocat Apostolus, ubi ait : « Infirmum in fide assumite [78]. » Hæc Præfatio me etiam lectori excusabit, quod aliam initio, aliam in sequentibus refellendi Celsi rationem secutus sim. Nam primum rerum capita, et quæ contradici possent paucis adnotare constitueram, hæc omnia postea in sermonis veluti corpus redacturus : deinde vero res ipsa monuit satius fore, si tempori parcerem, contentusque iis quæ initio Celsi criminationibus objeceram, in consequentibus pro virili contra eas decertarem. Quapropter ignoscas velim iis, quæ post hanc Præfationem initio sunt. Quod si neque tibi faciunt satis, quæ sequuntur ; illis quoque similem petens veniam, mitto te ad sapientiores, et qui dictis scriptisque illius hominis contra nos calumnias refellere valeant. Sapit tamen ille magis, qui illud Celsi **319** scriptum legens, defensione omnino non indiget, sed totum quantum est contemnit. Quod simplex quisque fidelis per inhabitantem in se Spiritum non immerito facit.

[78] Rom. XIV, 1.

ὁ ψευδογραφῶν, οὔτε ἐξ ἐνδόξων... Τῷ γὰρ ἢ τὰ ἡμικύκλια περιγράφειν μὴ ὡς δεῖ, ἢ γραμμάς τινας ἄγειν μὴ ὡς ἂν ἀχθείησαν, τὸν παραλογισμὸν ποιεῖται. Hoc est interprete Boethio : « Nam neque ex veris et primis colligit pseudographus, neque ex probabilibus... Nam eo quod aut semicirculos describit, non ut oportet, aut lineas aliquas ducit, non ut ducendæ sunt, paralogismum facit. » Idem I *Sophistic. elench.*, cap. 11 : Ὁ δὲ ἐριστικὸς (alias, σοφιστικός et παραλογιστικός) ἐστί πως οὕτως ἔχων πρὸς τὸν διαλεκτικόν, ὡς ὁ ψευδογράφος πρὸς τὸν γεωμετρικόν. Ἐκ γὰρ τῶν αὐτῶν τῇ διαλεκτικῇ παραλογίζει, καθάπερ καὶ ὁ ψευδογράφος πρὸς τὸν γεωμέτρην. Ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἐριστικός, ὅτι ἐκ τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν συμπερασμάτων τῶν ὑπὸ τὴν τέχνην ψευδογραφεῖ... οἷον ὁ τετραγωνισμὸς ὁ μὲν διὰ τῶν μηνίσκων οὐκ ἐριστικός. Hoc est eodem interprete : « Contentiosa vero (oratio) est quodammodo sic se habens ad dialecticam, ut pseudographa ad geometricam. Nam ex eisdem contentiosa atque dialectica D captiose decipit ut et pseudographa geometrice. Sed hæc quidem non contentiosa quia ex principiis et conclusionibus quæ sunt sub arte, pseudographiam facit... ut quadratura quidem quæ per lunulas, non contentiosa. » Notandum obiter hoc loco mentionem fieri de tantopere decantata illa circuli, ut aiunt, quadratura, quam veterum nonnulli a se inventam jactitabant, sed ex Aristotele patet illos meris usos fuisse paralogismis, et, ut ad rem loquar, τοῖς ψευδογραφουμένοις. Alia si cupis Aristotelis testimonia, eumdem vide VIII *Topic.*, cap. 1 et 10. Cæterum Guietus non cepit hunc Origenis locum ubi pro ψευδογραφούμενον putabat legendum ψευδογραφουμένων, tanquam glossema præcedentium τῶν ψευδομένων.

(88) *Κέλσῳ*. Sic codd. Reg., Jolianus, et duo Anglicani quorum lectio melior videtur altera Κέλσου quæ in aliis mss. et libb. editis reperitur.

(89) Codex Reg., τῆς πρὸς αὐτήν, male.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΚΕΛΣΟΥ

ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

ORIGENIS CONTRA CELSUM LIBER PRIMUS.

1. Volens Celsus invidiam Christianismo conflare, quod fœdera inter se clam ineant Christiani legibus vetita, hoc primum ait, alia esse fœdera quæ fiunt palam, alia quæ occulte; illa legibus permitti, hæc legibus prohibita. Nempe vult in eam quam Christiani mutuam vocant agapen odium excitare, quasi communis periculi causa instituta

A Πρῶτον τῷ Κέλσῳ κεφάλαιόν ἐστι βουλομένῳ (90) διαβαλεῖν Χριστιανισμὸν, ὡς συνθήκας κρύβδην πρὸς ἀλλήλους ποιουμένων Χριστιανῶν παρὰ τὰ νενομισμένα, ὅτι τῶν συνθηκῶν αἱ μέν εἰσι φανεραὶ, ὅσαι κατὰ νόμους γίγνονται, αἱ δὲ ἀφανεῖς, ὅσαι παρὰ τὰ νενομισμένα συντελοῦνται. Καὶ βούλεται διαβαλεῖν τὴν καλουμένην ἀγάπην Χριστιανῶν (91)

(90) *Βουλομένῳ*. Hanc vocem quæ in unico codice Regio et libb. editis desideratur, restituunt alii mss.

(91) *Ἀγάπην Χριστιανῶν*. Athenag. *Legat. pro Christianis*, pag. 4: Τρία ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα, ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα, Οἰδιποδείους μίξεις. « Trium flagitiorum infamis rumor de nobis spargitur: impietas quæ deos tollat, epulæ Thyesteæ, concubitus incesti. » Quarti hoc in loco Origenes meminit, vid. seditionis. Celsus omnia notavit, B κρύφα Χριστιανοὺς τὰ ἀρέσκοντα ἑαυτοῖς ποιεῖν καὶ διδάσκειν εἰπών, infra num. 3. Huic vero et reliquis criminibus, quibus obteri Christiana pietas videbatur, respondent Patres: atque primam ab infidelibus oblatam criminationem depellunt, Justinus, *Apologia* secunda, et alibi; Athenagoras, *Legationis pro Christianis* pag. 5; Tertullianus sæpissime in *Apologetico*. Secundam, Justinus *Apologia* prima, pag. 50: Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ, inquit, τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανοὺς, ὁρῶν δὲ ἀφόβους πρὸς θάνατον, καὶ πάντα τὰ ἄλλα νομιζόμενα φοβερὰ, ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. Τίς γὰρ φιλήδονος καὶ ἀκρατὴς, καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν βορὰν ἀγαθὸν ἡγούμενος, δύναιτο ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῇ, ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν μὲν ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτὴν, καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειρᾶτο, οὐχ ὅτι γε ἑαυτὸν κατήγγελλε φονευθησόμενον; C « Nam et ego ipse Platonis disciplinæ sectator, cum calumniose audirem Christianos deferri, intrepide autem ad mortem et alia quæ terribilia esse censentur omnia, adire conspicerem: statui ipse mecum, fieri haudquaquam posse ut illi in vitiorum pravitate et voluptatum amore viverent. Quis enim voluptatis consectator, aut per animi impotentiam intemperans, et humanarum carnium dapes pro bono ducens, mortem libenter complecti queat, ut bonis suis seipsum privet, ac non potius modis omnibus, ut hanc sibi continenter vitam agere, et celando principes et magistratus fallere liceat, operam navet, nedum per denuntiationem et indicium seipsum cædi offerat? » Athenagor. *Legat.* ad finem.; Theoph. *ad Autolycum*, lib. III; Tatian. orat. *Contra gentes*: Παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν ἀνθρωποφαγία· ψευδομάρτυρες οἱ ἐπιτηδευόμενοι γεγόνατε. « Apud nos non invenitur anthropophagia; falsi testes hoc crimine contra nos invento deprehensi estis. » Tertullianus *Apol.*, cap. 9: « Erubescat error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus; qui propterea quoque suffocatis et morticinis abstinemus, ne quo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto. Denique inter tentamenta Christianorum botulos etiam cruore distentos admovetis, certissimi scilicet illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Porro quale est, ut quos sanguinem pecoris horrere confiditis, humano inhiare credatis? nisi forte suaviorem eum experti. » Idem, cap. 7: « Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidii et pabulo, inde et post convivium incesto; quod eversores luminum canes, lenones scilicet, tenebras, tum et libidinum impiarum inverecundiam procurent. Dicimur tamen semper, nec vos quod tam diu dicimur eruere curatis; ergo, aut eruite, si creditis, aut nolite credere, qui non eruistis. De vestra vobis dissimulatione præscribitur non esse, quod nec ipsi audetis eruere. » Et Minutius Felix in *Octavio*: « Nobis homicidium nec videre fas, nec audire; tantumque ab humano sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem noverimus. » Tertiam, Minutius Felix itidem: « Et de incesto convivio fabulam grandem adversus nos dæmonum coitio mentita est, ut gloriam pudicitiæ deformis infamiæ aversione macularet. » Item Justinus, qui in *Apologia* secunda rejicit prædicta flagitia in Simonis, Menandri et Marcionis discipulos; eosque suspicionis causam gentibus dedisse opinatur: Εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι, λυχνίας μὲν ἀνατροπὴν, καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις, καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βορὰς, οὐ γινώσκομεν· ἀλλ' ὅτι μὴ διώκονται, μηδὲ φονεύονται ὑφ' ὑμῶν, κἂν διὰ τὰ δόγματα, ἐπιστάμεθα. Ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων συντεταγμένον, ὃ, εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν. « An vero etiam hi infamia illa et fabulosis in vulgus sparsa sermonibus facinora in se admittant, lucernæ eversionem, et promiscuos concubitus, et humanarum carnium viscerationes, nescimus. Scimus vero vos nec persequi nec interficere illos, saltem propter ipsorum dogmata. Est autem nobis liber contra hæreses et sectas omnes compositus; quem, si legere volueritis, dabimus. » Eumdem sequitur Eusebius, lib. V, cap. 7, *Eccles. hist.* Vide et Epiphanium, hæres. 48 ad finem. Verum, quid si Christianorum servi, nec Christo, nec dominis fideles, ne mortem et supplicia subirent, pro carnificum arbitrio plurima effutiebant, qualia Christiani minime perpetrarunt? Id certe semel contigisse didici ex Eusebio, *Eccles. hist.* lib. V, cap. 1: Συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐθνικοί τινες οἰκέται τῶν ἡμετέρων (ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας ἡμᾶς)· οἳ καὶ κατ' ἐνέδραν τοῦ Σατανᾶ, φο-

πρὸς ἀλλήλους, ἀπὸ τοῦ (92) κοινοῦ κινδύνου ὑφισταμένην, καὶ δυναμένην ὑπερόρκια (93). Ἐπεὶ οὖν τὸν κοινὸν νόμον θρυλλεῖ, παρὰ τοῦτον λέγων Χριστιανοῖς τὰς συνθήκας, λεκτέον πρὸς τοῦτο, ὅτι, ὥσπερ εἴ τις παρὰ Σκύθαις νόμους ἀθέσμους ἔχουσι γενόμενος, ἀναχωρήσεως μὴ ἔχων καιρὸν, βιοῦν παρ' ἐκείνοις ἀναγκάζοιτο, εὐλόγως ἂν οὗτος διὰ τὸν τῆς ἀληθείας νόμον, ὡς πρὸς τοὺς Σκύθας παρανομίαν (94), καὶ συνθήκας πρὸς τοὺς τὰ αὐτὰ αὐτῷ φρονοῦντας ποιήσαι ἂν παρὰ τὰ ἐκείνοις νενομισμένα· οὕτως παρ' ἀληθείᾳ δικαζούσῃ (95) οἱ νόμοι τῶν ἐθνῶν, οἱ περὶ ἀγαλμάτων καὶ τῆς ἀθέου πολυθεότητος, νόμοι εἰσὶ Σκυθῶν, καὶ εἴ τι Σκυθῶν ἀσεβέστερον. Οὐκ ἄλογον οὖν συνθήκας παρὰ τὰ νενομισμένα ποιεῖν, τὰς ὑπὲρ ἀληθείας. Ὥσπερ γὰρ, εἰ ὑπὲρ τοῦ τύραννον προλαβόντα τὰ τῆς πόλεως ἀνελεῖν συνθήκας τινὲς (96) κρύβδην ἐποιοῦντο, καλῶς ἂν ἐποίουν· οὕτω δὴ καὶ Χριστιανοὶ, τυραννοῦντος τοῦ παρ' αὐτοῖς καλουμένου διαβόλου καὶ τοῦ ψεύδους, συνθήκας ποιοῦνται παρὰ τὰ νενομισμένα τῷ διαβόλῳ κατὰ τοῦ διαβόλου, καὶ ὑπὲρ σωτηρίας ἑτέρων (97), οὓς ἂν πεῖσαι δυνηθῶσιν ἀποστῆναι τοῦ ὡσανεὶ Σκυθῶν καὶ τυράννου νόμου.

fuerit, et validior **320** sit omni sacramento. Quoniam igitur jactitat publicam legem, et illam violari dicit Christianorum fœderibus, respondendum est, quemadmodum si quis apud Scythas peregrinus qui nefariis legibus utuntur, nullam inde discedendi occasionem reperiret, cogereturque inter eos vivere, is profecto ut pareat veritatis legi, quam illi nefariam putant, jure cum iis qui eadem secum sentirent, fœdera iniret legibus Scytharum vetita; sic apud veritatem judicem illas gentium leges quæ statuarum cultum sanciunt, et inducta deorum multitudine Deum e medio tollunt, leges esse Scythicas, aut si quid est legibus Scythicis irreligiosius. Non igitur absurdum est fœdera contra leges inire veritatis defendendæ causa. Sicut enim si qui clam fœdera inter se inirent ut tyrannum urbem invadentem e medio tollant, illi recte facerent; ita Christiani, diabolo mendacioque apud ipsos tyrannidem exercentibus, merito, etiam perfractis diaboli legibus, contra diabolum ipsum fœdera ineunt, sicque dant operam eorum saluti quibus persuaderi potest, ut hanc veluti Scythicam et tyrannicam legem excutiant.

σηθέντες τὰς βασάνους, ἃς τοὺς ἁγίους ἔβλεπον πάσχοντας, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμώντων αὐτοὺς, κατεψεύσαντο ἡμῶν Θυέστεια δεῖπνα καὶ Οἰδιποδείους μίξεις, καὶ ὅσα μήτε λαλεῖν, μήτε νοεῖν θέμις ἡμῖν, ἀλλὰ μηδὲ πιστεύειν, εἴ τι τοιοῦτο πώποτε παρὰ ἀνθρώποις ἐγένετο. Τούτων δὲ φημισθέντων, πάντες ἀπεθηριώθησαν εἰς ἡμᾶς, ὥστε καὶ εἴ τινες τὸ πρότερον δι' οἰκειότητα ἐμετρίαζον, τότε μεγάλως ἐχαλέπαινον, καὶ διεπρίοντο καθ' ἡμῶν. « Capti sunt etiam quidam nostrorum servi qui gentiles erant, quandoquidem præses nos omnes requiri palam jusserat. Qui dæmonis impulsu, cum tormenta reformidarent quæ sanctos perpeti videbant, militibus ad hoc ipsum eos incitantibus, Thyesteas quasdam cœnas et incestos Œdipi concubitus, et alia quæ nec proloqui nobis nec cogitare fas est, ac ne credere quidem sustinemus apud homines unquam gesta fuisse, adversus nos ementiti sunt. His in vulgum sparsis omnes continuo in nos adeo efferati sunt, ut si qui forte cognationis causa moderati erga nos hactenus exstitissent, tunc acerbissima indignatione commoti adversus nos infremerent. » At Christiani oscula dederunt; Justin. *Apol.* 2, pag. 97, imo se mutuo *fratres* et *sorores* appellarunt; Tertull. *Apolog.* cap. 39, Athenag. *Legat.*, Clemens, *Strom.* v; atque exinde forsan calumniandi ansam pagani arripiebant. Miraris? dicam tibi. Christianos, si qui graviter peccarunt, Ecclesiæ præpositi ejicere solebant; illi, dolore commoti, veniam efflagitant, et se ante genua fratrum et sacerdotum pedes volvunt; hinc phrases hujusmodi passim apud ecclesiasticos auctores occurrunt, *advolvi presbyteris*, et *volutando caligas fratrum detergere.* Talis erat veterum Christianorum disciplina; quam tamen Cæcilius apud Minutium, arrepta ex hoc corporis gestu occasione, sic calumniatus est: « Alii, inquit, eos ferunt ipsius antistitis ac sacerdotis colere genitalia. » Vide Rigaltium ad Minutii locum. Quartam, Tertull. *Apol.* cap. 39: « Hæc coitio Christianorum merito sane illicita, si illicitis par; merito damnanda, si non dissimilis damnandis, si quis de ea queritur eo titulo, quo de factionibus querela est. In cujus perniciem aliquando convenimus? Hoc sumus congregati, quod et dispersi; hoc universi, quod et singuli; neminem lædentes, neminem contristantes. Cum probi, cum boni coeunt, cum pii, cum casti congregantur, non est factio dicenda, sed curia. » Idem, cap. 30: « Illuc suspicientes Christiani, manibus expansis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubescimus, denique sine monitore, quia de pectore oramus, precantes sumus semper pro omnibus imperatoribus; vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, quæcunque hominis et Cæsaris vota sunt. » Item Justinus, *Apol.* II, pag. 64. SPENCERUS.

(92) Ἀπὸ τοῦ, etc. Lego, ὡς ἀπὸ τοῦ, etc.

(93) *Ὑπερόρκια.* Seldenus *De synedriis veterum Hebræorum* legebat primo ὑπὲρ ὅρκια, quod sequi mavult Boherellus, quam cum ipso postea assentiri Patricio Junio ὑπὲρ ὄργια substituenti. « Fit enim, inquit Boherellus, parum verisimile Celsum strenui ethnici partes agentem, ipso statim libri initio, Bacchi mysteria et Christianorum agapas eodem simul crimine involvere voluisse. »

(94) *Ὡς πρὸς τοὺς Σκύθας παρανομίαν.* Guieto legendum videbatur καὶ τῶν Σκυθῶν παρανομίαν, at sana nobis videtur textus nostri lectio.

(95) *Δικαζούσῃ.* Recte Hœschelius cum omnibus mss. Spencerus vero in textu, δικάζουσι, male. Observat Boherellus huic lectioni παρ' ἀληθείᾳ δικαζούσῃ, similem alteram esse lib. IV, num. 24, ὡς πρὸς ἀλήθειαν δικάζουσαν.

(96) Hœschelius et Spencerus: Ὥσπερ γὰρ, εἰ ὑπὲρ τοῦ τύραννον, προλαβόντα τὰς τῆς πόλεως συνθήκας, ἀνελεῖν τινες, etc. Quæ cum fœde admodum turbata sint, facili vocum transpositione, et mutando τάς in τά, singula in suum locum restituit, et ad commodum sensum revocavit Boherellus quem in textu sequimur, neglecta altera quam proponit Guietus, lectione: Ὥσπερ γὰρ, εἰ ὑπὲρ τοῦ τύραννον προλαβόντα τὰς τῆς πόλεως συνθήκας ἀνελεῖν, τινὲς κρύβδην συνθήκας ἐποιοῦντο, καλῶς, etc. Ibidem Hœschelius in textu, ἐποιοῦντο, καλῶς ἂν ἐποίουν. Spencerus, ἐποίουν, τὸ καλῶς ἂν ἐποίουν.

(97) *Ἑτέρων.* Sic omnes codd. mss., excepto Joliano qui in textu quidem cum libb. editis habet ἐκείνων, sed ad oram ἑτέρων. Ibidem tres codd. Anglicani et Hœschelius in margine, καὶ τυράννου νόμου. Reliqui cum editis, καὶ τυράννων νόμου

2. Deinde ait barbaram esse Christianæ doctrinæ originem; qua procul dubio Judaismum intelligit, e quo tanquam appenditur Christianismus. Hic saltem hanc servat æquitatem ut id illi non vitio vertat. Nam ipse barbaros laudat ut qui dogmata excogitare possint. Sed addit non alios esse, qui melius Græcis inventa barbarorum dijudicent, argumentis confirment, ad virtutis usum accommodent. Ex ejus igitur dictis id primum ad Christianarum veritatum defensionem colligendum, si quis Græcanicis disciplinis imbutus in iisque exercitatus ad nos transierit, eum non modo judicaturum vera esse quæ credimus, sed etiam rationum momentis firmaturum, additurumque ea quæ deesse videntur, ut Græcarum scholarum more et legibus demonstrari queant. Sed adjicio doctrinam Christianam sua quadam propria ratione demonstrari. Divina est hæc ratio, et ad eam Græcorum dialectica ne comparari quidem potest. Illam sitam esse docet Apostolus « in ostensione Spiritus et virtutis [79]; » Spiritus quidem, propter prophetias, quarum omnium perspicuitas et evidentia quemvis lectorem persuadere potest ut ea præsertim credat quæ ad **321** Christum pertinent; virtutis autem, propter miracula, quorum patrandorum vim ac potestatem penes Christianos esse, cum ex multis aliis, tum inde maxime efficitur, quod eorum adhuc supersint vestigia apud eos, qui ex legis Christianæ præceptis vitam suam moresque exigunt.

Ἑξῆς βάρβαρόν φησιν ἄνωθεν εἶναι τὸ δόγμα, δηλονότι τὸν Ἰουδαϊσμὸν, οὗ Χριστιανισμὸς ἤρτηται. Καὶ εὐγνωμόνως (98) γε οὐκ ὀνειδίζει ἐπὶ τῇ ἀπὸ βαρβάρων ἀρχῇ τῷ λόγῳ, ἐπαινῶν ὡς ἱκανοὺς εὑρεῖν δόγματα τοὺς βαρβάρους. Προστίθησι δὲ τούτοις, ὅτι κρῖναι καὶ βεβαιώσασθαι καὶ ἀσκῆσαι πρὸς ἀρετὴν τὰ ὑπὸ βαρβάρων εὑρεθέντα ἀμείνονές εἰσιν Ἕλληνες. Τοῦτ' οὖν ἡμῖν ἐστιν ἐκ τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων εἰς ἀπολογίαν περὶ τῶν ἐν Χριστιανισμῷ κειμένων, ὄντων ἀληθῶν· ὅτι ἀπὸ Ἑλληνικῶν τις δογμάτων καὶ γυμνασίων ἐλθὼν ἐπὶ τὸν λόγον, οὐ μόνον κρίνοι ἂν αὐτὰ (99) ἀληθῆ, ἀλλὰ καὶ ἀσκήσας κατασκευάσαι ἄν, καὶ τὸ δοκοῦν ἐλλιπὲς, ὡς πρὸς Ἑλληνικὴν ἀπόδειξιν, ἀναπληρῶσαι, κατασκευάζων τὴν Χριστιανισμοῦ ἀληθότητα. Λεκτέον δ' ἔτι πρὸς τοῦτο (1), ὅτι ἐστί τις οἰκεία ἀπόδειξις τοῦ λόγου, θειοτέρα παρὰ τὴν ἀπὸ διαλεκτικῆς Ἑλληνικήν. Ταύτην δὲ τὴν θειοτέραν ὁ Ἀπόστολος ὀνομάζει « ἀπόδειξιν Πνεύματος καὶ δυνάμεως· » Πνεύματος μὲν, διὰ τὰς προφητείας, ἱκανὰς πιστοποιῆσαι τὸν ἐντυγχάνοντα, μάλιστα εἰς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ· δυνάμεως δὲ, διὰ τὰς τεραστίους δυνάμεις ἃς κατασκευαστέον γεγονέναι καὶ ἐκ πολλῶν μὲν ἄλλων, καὶ ἐκ τοῦ ἴχνη δὲ αὐτῶν ἔτι σώζεσθαι (2) παρὰ τοῖς κατὰ τὸ βούλημα τοῦ λόγου βιοῦσι.

[79] I Cor. II, 4.

(98) *Εὐγνωμόνως.* Ita recte omnes mss. Alias εὐγνώμως, male.

(99) *Κρίνοι ἂν αὐτά.* Ita codd. tres Anglicani, Regius, et Spencerus in textu; Hœschelius autem cum reliquis mss., κρίναι ἂν αὐτά. Guietus pro αὐτά scribendum putat αὐτοῦ et subaudit τὸν λόγον.

(1) Sic codd. Anglicani, sed libb. editi cum reliquis mss., λεκτέον δέ τι πρὸς τοῦτο.

(2) *Ἔτι σώζεσθαι.* Ita duo codd. Vaticani et Spencerus in textu. Reliqui vero mss. et Hœschelius, ἐπισώζεσθαι. Just. *Apol.* I, pag. 45: Καὶ νῦν ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν γινομένων μαθεῖν δύνασθε. Δαιμονιολήπτους γὰρ πολλοὺς κατὰ πάντα τὸν κόσμον, καὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ πόλει, πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἀνθρώπων, τῶν Χριστιανῶν, ἐπορκίζοντες κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ὑπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἐπορκιστῶν, καὶ ἐπαστῶν, καὶ φαρμακευτῶν μὴ ἰαθέντας ἰάσαντο, καὶ ἔτι νῦν ἰῶνται, καταργοῦντες καὶ ἐκδιώκοντες τοὺς κατέχοντας τοὺς ἀνθρώπους δαίμονας. « Hoc ipsum ex his quæ sub aspectu vestro fiunt, intelligere potestis. Complures siquidem dæmonum intemperiis correptos homines per orbem omnem, et hanc vestram urbem, quos alii adjuratores, et incantatores et venefici vestri curare non potuerunt, permulti hominum nostrorum, Christianorum inquam, per nomen Jesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi adjurantes sanarunt, atque etiam nunc sanant, exarmantes atque exigentes ab hominibus eos qui illos obsederunt, dæmones. » Idem *Dialogo cum Tryphone*, pag. 247, 302, 311. Tertullian. *ad Scapulam*, cap. 2: « Dæmones autem non tantum respuimus; verum et revincimus, et quotidie traducimus, et de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est. » Idem ibidem cap. 4: « Hæc omnia tibi et de officio suggeri possunt, et ab eisdem advocatis, qui et ipsi beneficia habent Christianorum, licet acclament quæ volunt. Nam et cujusdam notarius, cum a dæmone præcipitaretur, liberatus est; et quorumdam propinquus et puerulus. Et quanti honesti viri (de vulgaribus enim non dicimus) aut a dæmoniis, aut valetudinibus remediati sunt? Ipse etiam Severus, pater Antonini, Christianorum memor fuit; nam et Proculum Christianum, qui Torpacion cognominabatur, Evodiæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requisivit, et in palatio suo habuit usque ad mortem ejus. » Idem in *Apologetico*, cap. 23: « Sed hactenus verba; jam hinc demonstratio rei ipsius, qua ostendemus unam esse utriusque nominis qualitatem. Edatur hic aliquis sub tribunalibus vestris, quem dæmone agi constet: jussus a quolibet Christiano loqui spiritus ille tam se dæmonem confitebitur de vero, quam alibi deum de falso. Æque producatur aliquis ex iis, qui de deo pati existimantur, qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt, qui ructando curantur, qui anhelando profantur; ista ipsa virgo cœlestis, pluviarum pollicitatrix, iste ipse Æsculapius medicinarum demonstrator, alia die morituris Socordio et Thanatio et Asclepiodoto vitæ subministrator; nisi se dæmones confessi fuerint, Christiano mentiri non audentes, ibidem illius Christiani procacissimi sanguinem fundite. Quid isto opere manifestius? quid hac probatione fidelius? Simplicitas veritatis in medio est; virtus illi sua assistit, nihil suspicari licebit. Magia aut aliqua ejusmodi fallacia fieri dicetis, si oculi vestri et aures permiserint vobis. Quid autem injici potest adversus id, quod ostenditur nuda sinceritate? » Vide et eumdem capite vigesimo septimo. Inquit et Irenæus, lib. II, cap. 31, edit. Benedictinæ: « Tantum absunt ab eo ut mortuum excitent, quemadmodum Dominus excitavit et apostoli per orationem, et in fraternitate, sæpissime propter aliquid necessarium, ea, quæ est in quoquo loco, Ecclesia universa postulante per jejunium et supplicationem multam, reversus est spiritus mortuo, et donatus est homo orationibus

Μετὰ ταῦτα, περὶ τοῦ κρύφα Χριστιανοὺς τὰ ἀρέσκοντα ἑαυτοῖς ποιεῖν καὶ διδάσκειν εἰπὼν, καὶ ὅτι οὐ μάτην τοῦτο ποιοῦσιν, ἅτε διωθούμενοι τὴν ἐπηρτημένην αὐτοῖς δίκην τοῦ θανάτου, ὁμοιοῖ τὸν κίνδυνον κινδύνοις τοῖς συμβεβηκόσιν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ ὡς Σω- A

322 3. Postea cum dixisset Christianos, quæ lubet, facere et docere clanculum, et id quidem magna ratione, sic enim capitalem sibi intentatam pœnam effugere; illorum periculum confert cum periculis quæ ob philosophiam adiit Socrates; addere poterat

sanctorum. » Idem, libro eodem, cap. 32 : « Alii enim dæmones excludunt firmissime et vere, ut etiam sæpissime credant ipsi, qui emundati sunt a nequissimis spiritibus, et sint in Ecclesia; alii autem et præscientiam habent futurorum, et visiones, et dictiones propheticas, alii autem laborantes aliqua infirmitate per manus impositionem curant, et sanos restituunt. » Vide eumdem lib. v, cap. 8; Arnob., lib. I *Adversus gentes*. Cyprianus ad Demetrianum : « O si audire, inquit, eos velles, et videre quando a nobis adjurantur, et torquentur spiritalibus flagris, et verborum tormentis de obsessis corporibus ejiciuntur, quando ejulantes et gementes voce huma- B na, et potestate divina flagella et verbera sentientes, venturum judicium confitentur. Veni, et cognosce vera esse quæ dicimus. » Eumdem vide epistola secunda ad Donatum, et epistola vicesima sexta ad Magnum. Vide et Origenem in Evangelium Joannis, tom. XXVI, eumdemque *contra Celsum*, lib. I, num. 6, 25, 46, 67; lib. II, num. 8; lib. III, num. 23 et 27; lib. VII, n. 4 et 67. In sequentibus sæculis rariorem hujusmodi miraculorum usum invenio. Nec mirum : nam primo hæreses, quæ tunc temporis grassabantur, plura et certiora divini Spiritus argumenta efflagitarunt, ne plebs Christiana plus fidei hæreticorum magiæ, quam doctrinæ orthodoxorum adhiberet. Idque subindicare videtur Irenæus, qui, lib. II, cap. 31, priusquam virtutes, quæ tunc in Ecclesia viguerunt, deprædicaret, hæc de Simonis et Carpocratis effutiis præfatus est : « Super hæc arguentur qui sunt a Simone et Carpocrate, et si qui alii virtutes operari dicuntur, non in virtute C Dei, neque in veritate, neque ut benefici hominibus facientes ea quæ faciunt, sed in perniciem et errorem per magicas elusiones, et universa fraude, plus lædentes quam utilitatem præstantes his qui credunt eis, in eo quod seducant, » sequitur : « Nec enim cæcis possunt donare visum, » etc. Item lib. II, cap. 32 : « Sed si aliquid faciunt, per magicam, quemadmodum diximus, operati, fraudulenter seducere nituntur insensatos, fructum quidem et utilitatem nullam præstantes, in quos virtutes perficere se dicunt; adducentes autem pueros investes, et oculos deludentes, et phantasmata ostendentes statim cessantia, et ne quidem stillicidio temporis perseverantia, non Jesu Domino nostro, sed Simoni Mago similes ostenduntur. » Et paucis interjectis infert : « Quapropter et illius nomine, » etc. Quis vero nescit veteres istos hæreticos impostores fuisse, et magiæ peritissimos? si vel Epiphanium inspexerit, vel Irenæum : illum lib. I, hær. 22, de Menandro; hunc autem lib. I, cap. 23, de eodem; D illum itidem lib. I, hær. 23, de Saturnino; Irenæum etiam lib. I, cap. 24, de eodem : « Utuntur autem, inquit, et hi magia, et imaginibus, et incantationibus, et invocationibus, et reliqua universa periergia. » Marci præstigias et seducendi artes vide apud Irenæum, lib. I, cap. 13, et Epiphanium, hæresi 34. Audi etiam quantum Carpocratiani, artes maleficas exercentes, Christianæ fidei offecerunt; docebit Epiphanius hær. 27 : Ἐπέθεντο γὰρ ἑαυτοῖς ἐπίκλην Χριστιανοὶ, πρὸς τὸ σκανδαλίζεσθαι τὰ ἔθνη δι' αὐτῶν, καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ὠφέλειαν, καὶ τὸ ἀληθινὸν κήρυγμα διὰ τῆς ἐκείνων ἀθεμιτουργίας, καὶ ἀνεικάστου κακοπραγίας, εἰς τὸ τὰ ἔθνη κατανοοῦντα αὐτῶν τὰ ἐπάλληλα ἔργα τῶν ἀθεμιτουργιῶν, νομίσαντα καὶ τοὺς τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας τοιούτους εἶναι, ἀποστρέφειν, ὡς καὶ προεῖπον, τὴν ἀκοὴν ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ κατ' ἀλήθειαν διδασκαλίας, ἢ καὶ ὁρῶντάς τινας, πάντας ὁμοίας βλασφημεῖν. Καὶ τούτου ἕνεκα οἱ πλείους τῶν ἐθνῶν, ὅπου δὴ ἂν ἴδωσι τοιούτους, οὔτε ἐπὶ κοινωνίᾳ ἡμῖν προσφέρονται ληψοδοσίας, ἢ γνώμης, ἢ ἀκοῆς λόγου θείου, οὔτε τὴν ἀκοὴν ἐντιθέασιν, ἐπτυρμένοι ἀπὸ τῆς τῶν ἀθεμίτων ἀνοσιουργίας. « Christianorum enim sibi nomen indiderunt, ut propter illos offensæ nationes ab sanctæ Dei Ecclesiæ utilitate abhorreant, nuntiatamque veritatem ob immania illorum facinora et incredibilem nequitiam repudient; ut, inquam, frequentibus illorum sceleribus animadversis, eos quoque qui e sancta Dei Ecclesia sunt, tales esse sibi persuadeant, atque ita a B verissima Dei, uti diximus, doctrina aures avertant, aut certe paucorum improbitate conspecta in universos eadem maledicta conjiciant. Atque ea demum causa est, cur plerique gentilium ubicunque istius sectæ homines deprehenderint, nullam nobiscum velint neque dati acceptique, neque consilii, neque audiendi divini verbi societatem conjungere, ac ne aures quidem præbere sustineant, usque adeo nefariis illorum flagitiis consternati ac deterriti sunt. » Docet et Irenæus, lib. I, cap. 22. Secundo, quamplurimi veracitatem Christi et apostolorum in dubium vocarunt, eosque magicarum artium peritissimos crediderunt : quibus refutandis longa miraculorum series perquam necessaria videbatur. Celsus Christum ab Ægyptiis artem magicam didicisse non semel calumniatur. Idem Judæi et Simon Samaritanus, pater omnium hæreticorum et magister, Irenæo si credas, lib. I, cap. 34, suspicati sunt; pro viribus etiam hæresiarchæ et gentilitii cultus pro- C pugnatores astruebant. « Si autem et Dominum per phantasmata hujusmodi fecisse dicunt, ad prophetica reducentes eos ex ipsis demonstrabimus, etc. » Irenæus, lib. I, cap. 24. « Quapropter neque passum eum, sed Simonem quemdam Cyrenæum angariatum portasse crucem ejus pro eo, et hunc secundum ignorantiam et errorem crucifixum, transfiguratum ab eo, uti putaretur ipse esse Jesus, et ipsum autem Jesum Simonis accepisse formam, et stantem irrisisse eos. » Iren. lib. I, cap. 20; item Epiphanius hær. 24. De cæteris religionis Christianæ inimicis ex unico Juliano conjecturam facias, quem, apud Cyrillum Alexandrinum libro sexto, audi suo more Christi miracula elevantem : Ὁ δὲ Ἰησοῦς, ἀναπείσας τὸ χείριστον τῶν παρ' ὑμῖν, ὀλίγους πρὸς τοῖς τριακοσίοις ἐνιαυτοῖς ὀνομάζεται, ἐργασάμενος παρ' ὃν ἔζη χρόνον ἔργον οὐδὲν ἀκοῆς ἄξιον, εἰ μή τις οἴεται τοὺς κυλλοὺς καὶ τυφλοὺς ἰᾶσθαι, καὶ δαιμονῶντας ἐπορκίζειν, ἐν Βηθσαϊδᾷ καὶ ἐν Βηθανίᾳ ταῖς κώμαις, τῶν μεγίστων ἔργων εἶναι. « Jesus autem D paucis vestrorum ac deterrimis quibusque persuasis trecentos aut circiter annos celebratur. Hic toto vitæ tempore nihil admodum memoratu dignum egit; nisi quis claudos ac cæcos curare, et dæmonio correptos adjurare in pagis Bethsaida et Bethania magni alicujus facinoris numero habeat. » Quid de Paulo senserit habes libro tertio : Ἀλλὰ καὶ τὸν πάντας πανταχοῦ τοὺς πώποτε γόητας καὶ ἀπατεῶνας ὑπερβαλλόμενον Παῦλον. « Sed et Paulum qui omnes quotquot unquam exstitere incantatores et deceptores superat. » Item de Petro, libro nono; de omnibus, libro decimo : Ὁ δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους ὑμῶν εἰκός ἐστιν, μετὰ τὴν τοῦ διδασκάλου τελευτὴν ἐπιτηδεύσαντας, ὑμῖν τε ἐξαρχῆς παραδοῦναι τοῖς πρώτοις πεπιστευκόσι, τεχνικώτερον ὑμῖν αὐτοὶ μαγγανεῦσαι, τοῖς δὲ μετ' αὐτοὺς ἀποδεῖξαι δημοσίᾳ τῆς μαγγανείας ταύτης καὶ βδελυρίας τὰ ἐργαστήρια. « Quod certe et apostolos vestros credibile est post magistri mortem fecisse, vobisque qui primi

Pythagoram aliosque philosophos. Cui dicendum A Athenienses confestim **323** pœnituisse sui in Socratem facinoris, suumque odium omnino posuisse, quemadmodum et alii erga Pythagoram, siquidem

κράτει (3)· ἐδύνατο λέγειν καὶ ὡς Πυθαγόρᾳ (4), καὶ ἄλλοις φιλοσόφοις. Λεκτέον δὲ πρὸς τοῦτο, ὅτι ἐπὶ Σωκράτει (5) μὲν εὐθέως Ἀθηναῖοι μετενόησαν, καὶ οὐδὲν παρέμεινεν αὐτοῖς περὶ αὐτοῦ πικρὸν, οὐδ' ἐπὶ Πυ-

credidistis ab initio tradidisse, et incantationes callidius quam vos peregisse, sed posteris incantationis istius et exsecrationis officinas publice exposuisse. » Arnob., lib. I *Adversus gentes*, pag. 15: « Occursurus forsitan alius est cum multis aliis calumniosis illis et puerilibus vocibus: Magus fuit, clandestinis artibus omnia illa perfecit, Ægyptiorum ex adytis angelorum potentium nomina et remotas furatus est disciplinas. » Tertio, unde aliquis insulsissimorum nebulonum pervicaciam redargueret, eorum maxime, qui se Christo nunc pares, nunc præstantiores jactitabant, quam ex virtutum divinarum demonstratione et miraculorum copia? Iren., lib. I, cap. 25, de Carpocratianis: « Hos autem, inquit, in nullo deminorari a Jesu. Animas B enim ipsorum ex eadem circumlatione devenientes, et ideo similiter contemnentes mundi fabricatores, eadem dignas habitas esse virtute, et rursus in idem abire. Si quis autem plus quam ille contempserit ea, quæ sunt hic, posse meliorem quam illum esse. » Epiphanius, lib. I, hær. 27, et Irenæus itidem, lib. II, cap. 32: « Dicentes autem se ex eadem circumlatione cum Jesu habere animas et similes ei esse, aliquando autem et meliores, ad opera producti, quæ ille ad utilitatem hominum et firmitatem fecit, nihil tale, nec simile, neque secundum aliquid, in comparationem quod venire posset, perficere inveniuntur. » Quarto, forsan nonnulli hæc Dei beneficia animo parum grato receperunt, et singulari Numinis benignitate abusi sunt, vel exigendo mercedem, vel pro libitu denegando opem, vel locupletibus solis benefaciendo, vel tantæ virtutis gloriam sibi vindicando: quibus omnibus Deus commotus invitus retrahit quæ ultro communicavit. Exempla C sua vetustate veneranda si requiras, lege Athenæum, lib. VII, c. 1, *Deipnosoph.* Si recentiora, vide Petrum Halloix, *De scriptoribus Orientalibus*, in adnotationibus ad Vitam Polycarpi. Si vero dubites, utrum Deus hæc sancti Spiritus dona impiis, ut ego supposui, et infidelibus impertitus sit, adi philologorum principem, clariss. Montacutium, tomo primo partis posterioris *Originum ecclesiasticarum*, qui tibi Ecclesiæ lumina præferet et offusas tenebras dissipabit. Quinto, aucta scientia cessant miracula. Huic concinit tritum illud Græcorum: Θαύματα μώροις. Arist. lib. I, *Metaphys.*, cap. 2: Ἄρχονται μὲν γὰρ, ὥσπερ εἴπομεν, ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν πάντες εἰ οὕτως ἔχει. Veritatis initium Plato statuit θαυμάσαι τὰ πράγματα, in *Theæteto*. Idem præcipit Matthias ἐν *Παραδόσεσι*· Θαύμασον τὰ παρόντα, βαθμὸν τοῦτον πρῶτον τῆς ἐπέκεινα γνώσεως ὑποτιθέμενος. Nec abludit Evangelium secundum D Hebræos: Ὁ θαυμάσας βασιλεύσει, καὶ ὁ βασιλεύσας ἀναπαυθήσεται. Clem. Alex., *Stromat.* II. Ea enim documenta, quæ sapientioribus suffecerint, non ita facile vulgus a proposito dimoverent; at raro quemquam invenies ita stupidum et obduratum, quin, visis miraculis, tantæ rei causam exquireret, agnosceret Deum, et instar Neptuni exclamaret, Hom. *Iliad.* N, v. 99, 100:

Ὦ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι,
Δεινὸν, ὃ οὔποτ' ἔγωγε τελευτήσεσθαι ἔφασκον.

Si et prædictis adjicerem: sexto, Deum his mediis conatum esse introductam, prout ejus novitas postulavit, religionem stabilire; septimo, emendare gentes; octavo, in temporibus diræ immanitatis fideles consolari; et nono, eorumdem sanitati prospexisse, cum paucissimi fuerint litteris sæcularibus eruditi: forsan a vero non aberrarem, utcunque judicent doctiores. Tertulliani locum addam e libro *De anima*, cap. 9: « Est hodie soror apud nos, revelationum charismata sortita, quas in Ecclesia inter Dominica solemnia per exstasin in spiritu patitur, conversatur cum angelis, aliquando etiam cum Domino, et videt et audit sacramenta, et quorumdam corda dignoscit, et medicinas desiderantibus submittit. » SPENCER.

(3) *Ὡς Σωκράτει.* Ea intellige pericula in quæ se intulit, ut Theraminem a Critiæ ejusque militum furore defenderet (Diod., lib. XIV); vel, cum solus suffragia contra legem ferri vetuit, quod ex odio contra duces conflato reliqui omnes Prytanes summopere conati sunt (Xenoph., lib. I *Hist. Græc.*); vel cum se triginta tyrannis immorigerum præstitit, nec Leontem, prout jusserant, ad luendum capitis pœnas Salamine eduxit (Plato, *Apolog. Socratis*); vel, cum Alcibiadem Potidææ saucium strenue protexit (Plutarch. in *Alcibiade*, Plato in *Charmide*); vel, cum Xenophontem, equo dilapsum commissa ad Delium pugna, in humeros suscepit et multa confecit stadia, ut eumdem liberaret (Laert. in *Socrat.*, Strabo, lib. IX); vel, cum Anytus, Melitus et Lycon fictis criminibus populum concitabant, et innocentis vitam sustulerunt (Plato et Xenoph. in *Apol.*). SPENCER.

(4) *Ὡς Πυθαγόρᾳ.* Plutarch., *De Stoicorum repugnantiis*: Τὸ μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα συμπτώματα τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν, οἷον ἡ Σωκράτους καταδίκη, καὶ ὁ Πυθαγόρου ζῶντος ἐμπρησμὸς ὑπὸ τῶν Κυλωνείων, καὶ Ζήνωνος ὑπὸ Δημύλου τυράννου, καὶ Ἀντιφῶντος ὑπὸ Διονυσίου, στρεβλουμένων ἀναιρέσεις, ἐπὶ πιτύροις παραπίπτουσιν ἀπεικάζειν, ὅσης ἐστὶν εὐχερείας ἐῶ. « Jam hujusmodi præclarorum virorum calamitates, qualis fuit condemnatio Socratis, quod Pythagoræ vivo a Cyloneis est illatum incendium, quod Zeno a Demylo tyranno, Antyphon a Dionysio excruciati perierunt; conferre cum furfuribus excidentibus quantæ sit levitatis, mitto dicere. » Meminere Laertius et Suidas in *Pythag.* et Arnobius lib. I *Contra gentes*; Athenagoras itidem *Legat. pro Christianis*; item Plutarchus libro *De Socratis genio*. Suidas vero et Laertius referunt, ex auctoritate aliorum, eum incolumem exiisse domo, priusquam incenderetur; contigisse vero, ut fugiens agrum fabis plenum transiret, ubi cum, religionis ergo, constitisset, ab insequentibus comprehensus est et jugulatus. Alii eum factione Metapontina obiisse tradunt, ut Porphyrius in *Vita Pythagoræ*. Illum alii, postquam domus, in quam frequenter convenerunt, deflagraret ex incendio, elapsum referunt, ponte ex discipulorum corporibus confecto: cum vero illis se orbatum sentiret, totus in dolore positus necem sibi conscivit. Laertius ex Hermippo refert eum Agrigentinis opem tulisse; illum vero, reliquis in fugam versis, in fabarum campo, quem circumiit, trucidatum fuisse (Laert. in *Pythag.*). De ejus periculis plura habes apud Porphyrium libro *De vita Pythagoræ*, Suidam et Laertium; item apud Jamblichum, cap. 35, 36. SPENCER.

(5) *Ἐπὶ Σωκράτει.* Laertius in *Socrate*: Ἀθηναῖοι δ' εὐθὺς μετέγνωσαν, ὥστε κλεῖσαι καὶ παλαίστρας καὶ γυμνάσια· καὶ τοὺς μὲν ἐφυγάδευσαν, Μελίτου δὲ θάνατον κατέγνωσαν. Σωκράτη δὲ χαλκῆς εἰκόνος ἐτιμήσαντο, ἣν ἔθεσαν ἐν τῷ Πομπηΐῳ, Λυσίππου ταύτην ἐργασαμένου· Ἄνυτόν τε ἐπιδημήσαντα αὐθημερὸν ἐξεκήρυξαν Ἡρακλεῶται. « Atheniensibus ejus facti tantum pœnitentiæ incessit mox, ut palæstras et gymnasia clauderent, et alios quidem exsilio, Melitum vero morte damnarent. Socratem ærea imagine publice honoravere, quam a Lysippo factam in urbis celeberrimo loco statuerunt. Anytum ipsa die, dum peregre esset, Hera-

θαγόρᾳ (6). Οἱ γοῦν Πυθαγόρειοι ἐπὶ πλεῖον τὰς διατριβὰς συνεστήσαντο ἐν Ἰταλίᾳ, τῇ κληθείσῃ Μεγάλῃ Ἑλλάδι (7)· ἐπὶ δὲ Χριστιανοῖς ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος βουλὴ, καὶ οἱ κατὰ καιρὸν βασιλεῖς, καὶ τὰ στρατιωτικὰ, καὶ οἱ δῆμοι, καὶ οἱ τῶν πιστευόντων συγγενεῖς προσπολεμήσαντες τῷ λόγῳ, ἐκώλυσαν ἂν αὐτὸν νικηθέντα ὑπὸ τῆς τῶν τοσούτων ἐπιβουλῆς, εἰ μὴ θείᾳ δυνάμει (8) ὑπερέκυψε καὶ ὑπερανέβη, ὡς νικῆσαι ὅλον κόσμον αὐτῷ ἐπιβουλεύοντα.

Ἴδωμεν καὶ ὡς τὸν ἠθικὸν τόπον οἴεται διαβαλεῖν, τῷ κοινὸν εἶναι καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους φιλοσόφους, ὡς οὐ σεμνόν τι καὶ καινὸν μάθημα. Πρὸς τοῦτο δὲ λεκτέον, ὅτι τοῖς εἰσάγουσι κρίσιν δικαίαν Θεοῦ ἀποκέκλειστο ἂν ἡ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις δίκη, μὴ πάντων ἐχόντων κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας πρόληψιν ὑγιῆ B περὶ τοῦ ἠθικοῦ τόπου. Διόπερ οὐδὲν θαυμαστὸν τὸν αὐτὸν Θεὸν, ἅπερ ἐδίδαξε διὰ τῶν προφητῶν καὶ τοῦ

A Pythagorici diu scholas habuerunt in ea Italiæ parte quæ Magna Græcia vocabatur; sed ad Christianos quod spectat, senatum Romanum, imperatores diversis temporibus, milites, populos, ipsos eorum qui credebant parentes, in eorum doctrinam conspirasse; ut tot undique hostium insidiis circumvallata haud dubie oppressa fuisset, nisi divina virtute sustentata non modo evasisset atque emersisset, sed etiam orbem universum vicisset vel in se conjuratum.

4. De nostra quoque morum disciplina videamus quomodo detrahere se putet tanquam nec gravi nec nova, propterea quod ea nobis sit communis cum aliis philosophis; cui ita respondendum est: Nisi omnes haberent communes quasdam de mori-B bus regendis notiones in animis impressas; etiam qui justum in se Dei judicium accersunt atque attrahunt, illi debitam suis peccatis pœnam decli-

cleotæ exterminarunt. » Tertull. *Apologet.* cap. 14: « Sed propterea damnatus est Socrates, quia deos destruebat. Plane olim, id est semper, veritas odio est. Tamen cum, pœnitentia sententiæ, Athenienses criminatores Socratis postea afflixerint, et imaginem ejus æream in templo collocarint, rescissa damnatio testimonium Socrati reddidit. » Plutarch., libro *De invidia et odio*: Καὶ τοὐναντίον αὖ πάλιν αἱ μὲν ἄκρατοι πονηρίαι συνεπιτείνουσι τὸ μῖσος. Τοὺς γοῦν Σωκράτη συκοφαντήσαντας, ὡς εἰς ἔσχατον κακίας ἐληλακότας οὕτως ἐμίσησαν οἱ πολῖται καὶ ἀπεστράφησαν, ὡς μήτε πῦρ αὔειν, μήτε ἀποκρίνεσθαι πυνθανομένοις μήτε λουομένοις κοινωνεῖν ὕδατος, ἀλλ' ἀναγκάζειν ἐκχεῖν ἐκεῖνο τοὺς παραχύτας, ὡς μεμιασμένον· ἕως ἀπήγξαντο, μὴ φέροντες τὸ μῖσος. « Rursum extrema malitia facit ut simul etiam C odium fiat vehementius. Eos quidem, quorum calumnia Socrates fuit oppressus, ut extreme malos, ita oderunt, itaque aversati sunt cives, ut neque ignem eis accenderent, neque interrogantibus responderent, neque in balneo aqua uterentur eadem, sed qua illi lavissent, eam tanquam pollutam juberent a ministris effundi: donec illi impatientia odii sese suspenderunt. » Vide et Diodorum lib. XIV. Et lege, si vacat, ipsum Socratem inimicos suos de futuris miseriis admonentem apud Platonem in *Apologia Socratis*, pag. 38, 39. Hæc omnia, Deo vindice, perpessi sunt Athenienses, eo quod Socrati impietatis notam et atheismi inusserunt, et virum nullius sceleris sibi conscium morti tradiderunt. Sane longe aliter sancti et eruditi viri, delectu magis quam temeritate ducti judicarunt; Justinus *Apolog.* II, pag. 55; item in *Parænesi*, pag. 48; Arnobius, lib. I *Contra gentes*, p. 14; Clemens Alexandrinus, *Admon. ad gentes*, pag. 15; Nume- D nius, lib. *De Platonis arcanis* apud Eusebium, lib. XIII, cap. 5, *Evangelicæ præparationis*; Lactantius, lib. V, cap. 15. Nollem igitur te mirari, lector, aut horrore plusquam solito percelli, si et nunc dierum nonnulli, quorum mentibus caligo atque tenebræ offunduntur, et rectior Dei opt. max. colendi ratio non ita clare innotescit, velut πάροιστροι et furiis agitati in modestos viros, quos sua cæcitate et pervicacia parum delectatos norunt, scepticismum et ἀθεότητα impingunt; cum vel hinc tibi constare possit, etiam pristinis temporibus in more positum fuisse, litteratorum gloriæ invidere, et viros summa integritate et innocentia condemnare. « Neque moramur irreligiosos quosdam, imo et atheos videri posse. Reipsa enim athei non sunt; sed, cum falsa et horrenda attributa a quibusdam Deo affingi deprehenderent, nullum potius quam tale numen credere maluerunt; veris honestetur attributis, tantum aberit ut non credant, quod si nullum hujusmodi daretur, tale exoptaverint numen. » Illustriss. heros baro Herbertus in libro *De veritate*. Spencer.

(6) *Οὐδ' ἐπὶ Πυθαγόρᾳ.* Hujus seditionis inter Pythagoricos et Italicos exortæ meminit Strabo lib. IX, et Polybius lib. II *Hist.* Eos vero pœnituisse constat ex Jamblicho, cap. 35, *De vita Pythagoræ*: Ἐπιγινομένων δὲ πολλῶν ἐτῶν, καὶ τῶν περὶ τὸν Δείναρχον ἐν ἑτέρῳ κινδύνῳ τελευτησάντων, ἀποθανόντος καὶ Λιτάγους, ὅσπερ ἦν ἡγεμονικώτατος τῶν στασιασάντων, ἔλεός τις καὶ μετάνοια ἐνέπεσε, καὶ τοὺς παραλειπομένους αὐτῶν ἐβουλήθησαν κατάγειν. Μεταπεμπόμενοι δὲ πρεσβευτὰς ἐξ Ἀχαΐας, δι' ἐκείνων πρὸς τοὺς ἐκπεπτωκότας διελύθησαν, καὶ τοὺς ὅρκους C εἰς Δελφοὺς ἀνέθηκαν. Ἦσαν δὲ τῶν Πυθαγορικῶν καὶ περὶ ἑξήκοντα τὸν ἀριθμὸν οἱ κατελθόντες ἄνευ τῶν πρεσβυτέρων, ἐν οἷς ἐπὶ τὴν ἰατρικήν τινες κατενεχθέντες, καὶ διαίτῃ τοὺς ἀῤῥώστους ὄντας θεραπεύοντες, ἡγεμόνες κατέστησαν τῆς εἰρημένης μεθόδου. Συνέβη δὲ καὶ τοὺς σωθέντας διαφερόντως παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμοῦντας κατὰ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ λεγόμενον πρὸς τοὺς παρανομοῦντας. « Posthæc, multis annis interjectis, cum Dinarchus in alio prælio cum suis cæsus, et Litagus quoque seditiosorum antesignanus exstinctus esset; misericordia pariter et pœnitentia cives subiit, ut reliquos Pythagoreos in patriam revocandos esse censerent; ideoque ex Achaia legatos petierunt, eorumque opera cum exsulibus in concordiam redierunt, et juramenta Delphis consecrarunt. Fuerunt autem reduces numero admodum sexaginta; exceptis qui ætate decrepiti erant: inter quos reperiebantur, qui medicinæ operam navabant, ægrotosque certa victus D ratione curabant; ea scilicet methodo, cujus ipsi primi auctores fuerant. Accidit autem denique omnibus eamdem patriam reddi: idque per eos præcipue, qui sanitati restituti fuerant, eo tempore, quo improbis occinebatur. » Spencer.

(7) *Τῇ κληθείσῃ Μεγάλῃ Ἑλλάδι.* Cicero, lib. I, *Tuscul.*: « Cum regnante Tarquinio Superbo in Italiam venisset (Pythagoras), tenuit Magnam illam Græciam cum honore disciplinæ, tum etiam auctoritate; multaque sæcula postea sic viguit Pythagoræorum nomen, ut nulli alii docti viderentur. » Quibus autem finibus contineretur Magna illa Græcia, vide apud Cellarium, *Geographiæ antiquæ* lib. II, cap. 9.

(8) *Εἰ μὴ θείᾳ δυνάμει*, etc. Guieto scribendum videbatur: εἰ μὴ θεία δύναμις ὑπερέκυψε καὶ ὑπερανέβη ὡς νικηθῆναι, etc. Sed recepta lectio sana est, nec ejusmodi emendatione indiget.

na rent. Quare nihil mirum Deum, quæ per prophetas et Salvatorem docuit, eadem in omnium hominum animis impressisse: ut Deo judicante nullus excusatione uti possit; cum nullus sit, quin « sensum legis in corde suo scriptum [80] » habeat. Atque id obscure subindicant Scripturæ, ubi narrant, quod Græci fabulam esse volunt, Deum præcepta proprio digito scripta Moysi tradidisse, eaque confracta fuisse malitia eorum qui vitulum conflaverant; quasi dicerent ea scelerum proluvie obliterata fuisse: Deum iterum eadem in lapideis tabulis a Moyse excisis exarasse Moysique dedisse: nimirum prophetico sermone animam post primum peccatum ad secundas Dei litteras præparante.

5. Quod autem Christiani de idololatria sentiunt, id ipse exponit et veluti confirmat dicens ab illis propterea deos manufactos non existimari, quod a recta ratione alienum sit deorum in numero habere, improborum, perditis moribus, sæpe etiam injustorum artificum **324** opera. Deinde ut ostendat neque hanc sententiam esse Christianorum propriam aut ab illis inventam, Heracliti verba refert dicentis, « qui ad res inanimas, tanquam dii essent, accedit, eum perinde facere, ac si quis cum parietibus confabuletur. » Verum hæc, ut et alia quæ ad ethicen pertinent, docent insitæ hominum animis notiones. Hinc hausit Heraclitus, aut quisquis alius e Græcis vel barbaris idem astruere cogitavit: nam et Persas in eadem sententia fuisse versatos affirmat, Herodoti fide. Cui addo ego Zenonem Cittiensem, qui in libro *De republica* ait: « Nihil opus erit sacella construi. Nihil enim sacrum, nihil alicujus pretii,

A Σωτῆρος, ἐγκατεσπαρκέναι ταῖς ἁπάντων ἀνθρώπων ψυχαῖς· ἵν' ἀναπολόγητος ἐν τῇ θείᾳ κρίσει πᾶς ἄνθρωπος ᾖ, ἔχων « τὸ βούλημα τοῦ νόμου (9) γραπτὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ· » ὅπερ ᾐνίξατο ἐν ᾧ νομίζουσιν Ἕλληνες μύθῳ ὁ λόγος, ποιήσας τὸν Θεὸν γεγραφέναι τῷ ἰδίῳ δακτύλῳ τὰς ἐντολὰς, καὶ Μωϋσεῖ δεδωκέναι, ἃς συνέτριψεν (10) ἡ κακία τῶν μοσχοποιησάντων, ὡς εἰ ἔλεγεν, ἐπέκλυσεν ἡ χύσις τῆς ἁμαρτίας. Δεύτερον δὲ γράψας, πάλιν ἔδωκε λατομήσαντος λίθους Μωϋσέως ὁ Θεὸς, οἱονεὶ τοῦ προφητικοῦ λόγου εὐτρεπίζοντος ψυχὴν, μετὰ τὴν πρώτην ἁμαρτίαν, δευτέροις γράμμασι τοῦ Θεοῦ.

Τὰ δὲ περὶ τῆς εἰδωλολατρείας, ὡς ἴδια τῶν ἀπὸ τοῦ
B λόγου (11) ἐκτιθέμενος, καὶ ὑποκατασκευάζει, λέγων, αὐτοὺς διὰ τοῦτο μὴ νομίζειν αὐτοὺς χειροποιήτους θεοὺς (12), ἐπεὶ μὴ εὔλογόν ἐστι τὰ ὑπὸ φαυλοτάτων δημιουργῶν καὶ μοχθηρῶν τὸ ἦθος εἰργασμένα εἶναι θεοὺς, πολλάκις καὶ ὑπὸ ἀδίκων ἀνθρώπων κατασκευασθέντα. Ἐν τοῖς ἑξῆς οὖν θέλων αὐτὸ κοινοποιῆσαι, ὡς οὐ πρῶτον ὑπὸ τούτου εὑρεθὲν, ἐκτίθεται Ἡρακλείτου λέξιν, τὴν λέγουσαν· « ὅμοια (13) ὡς εἴ τις τοῖς δόμοις λεσχηνεύοιτο, ποιεῖν τοὺς προσιόντας ὡς θεοῖς τοῖς ἀψύχοις. » Οὐκοῦν καὶ περὶ τούτου λεκτέον, ὅτι ὁμοίως τῷ ἄλλῳ (14) ἠθικῷ τόπῳ ἐγκατεσπάρησαν τοῖς ἀνθρώποις ἔννοιαι, ἀφ' ὧν καὶ ὁ Ἡράκλειτος καὶ εἴ τις ἄλλος Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων τοῦτ' ἐνενόησε κατασκευάσαι· ἐκτίθεται γὰρ καὶ Πέρσας τοῦτο
C φρονοῦντας, παρατιθέμενος Ἡρόδοτον (15) ἱστοροῦντα αὐτό. Προσθήσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ὅτι καὶ Ζήνων ὁ Κιττιεὺς ἐν τῇ *Πολιτείᾳ* (16) φησίν· « Ἱερά τε οἰκο·

[80] Rom. II, 15; Exod. XXXI, 18; XXXII, 20.

(9) *Τὸ βούλημα τοῦ νόμου.* Interpretatur Origenes locum Apostoli Rom. II, 15: οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, ut et Apollinarius Catena ms. in Epistolam ad Romanos, quæ servatur in bibliotheca Bodleiana. Ad sensum itaque, non ad verba Apostoli respexit Origenes: nam Rom. II, 15, omnes codd. mss. teste Millio legunt, τὸ ἔργον τοῦ νόμου.

(10) Codex Regius, δεδωκέναι αὐτὰς, ἃς συνέτριψεν.

(11) *Ὡς ἴδια τῶν ἀπὸ τοῦ λόγου.* Guieto scribendum videbatur, ὡς οὐκ ἴδια τῶν ἀπὸ τοῦ λόγου.

(12) Legendum videtur cum Boherello, μὴ νομίζειν τοὺς χειροποιήτους θεούς.

(13) *Τὴν λέγουσαν· Ὅμοια*, etc. Clemens Alexandrinus in *Protreptico*: Σὺ δὲ, ἀλλ' εἰ μὴ προφήτιδος ἐπακούεις, τοῦ γε σοῦ ἄκουσον φιλοσόφου, τοῦ Ἐφεσίου Ἡρακλείτου τὴν ἀναισθησίαν ὀνειδίζοντος τοῖς ἀγάλμασι· *Καὶ ἀγάλμασι τουτέοισιν εὔχονται, ὁκοῖον εἴ τις δόμοις λεσχηνεύοιτο.* « Sed si tu non audis prophetissam, at tuum audi philosophum Heraclitum Ephesium, insensibilem simulacrorum truncum exprobrantem: *Et his vota faciunt idolis, perinde ac si quis loquatur cum ædibus.*

(14) *Τῷ ἄλλῳ.* Sic codd. Vatican., Anglic. et Jolianus. Regius vero cum libb. editis, τῷ ἄλλων.

(15) *Παρατιθέμενος Ἡρόδοτον.* Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοίοισι χρεωμένους· ἀγάλματα μὲν, καὶ νεοὺς, καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι, ἀλλά τε τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς, καθάπερ οἱ Ἕλληνες, εἶναι. « Porro ritus quibus utuntur Persæ, tales esse comperi. Neque statuas, neque templa, neque aras exstruere solent. Imo hoc facientibus insaniam tribuunt, ob id (ut mea fert opinio) quod non, quemadmodum Græci, sentiunt deos ex hominibus esse ortos. » De his Herodotus in *Clio*, et Strabo, lib. XV. SPENCER.

(16) *Ἐν τῇ Πολιτείᾳ.* Hujus libri sæpius meminit Laertius in *Zenone*. Plutarchus, oratione prima *De fortuna Alexandri*, a Zenone scriptum putat ὥσπερ ὄναρ, ἢ εἴδωλον εὐνομίας φιλοσόφου καὶ πολιτείας. « Tanquam somnium aut imaginem æquitatis et reipublicæ philosophicæ. » Aliter apud eumdem Zopyrus, *Symposiacῶn* lib. III, quæst. 6: Ὡς ἔγωγε, νὴ τὸν κύνα, καὶ τοῦ Ζήνωνος ἂν ἐβουλόμην, ἔφη, διαμερισμοὺς ἐν συμποσίῳ τινὶ καὶ παιδιᾷ μᾶλλον ἢ
D σπουδῆς τοσαύτης ἐχομένῳ συγγράμματι τῇ Πολιτείᾳ κατατετάχθαι. « Ego quidem per canem adjuro optare me, suos diamerismos illos obscenos Zenonem in convivio aliquo, aut joco, quam in tam serio de republica opere posuisse. » Hoc vero illius decretum memoratur apud Plutarchum libro *De Stoicorum repugnantiis*. Et verbis paululum mutatis invenies apud Theodoretum serm. 3, et Clementem Alexandrinum, libro *Stromatum* V. Huic affine est illud Platonis lib. XII *De legibus*, pag. 955 edit. Roberti Stephani 1578: Θεοῖσι δὲ ἀναθήματα χρεὼν ἔμμετρα τὸν μέτριον ἄνδρα ἀνατιθέντα δωρεῖσθαι. Γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν. Μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς. Χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον κτῆμα. Ἐλέφας δὲ, ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος, οὐκ εὐχερὲς ἀνάθημα. Σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς πολέμων ὄργανα. Ξύλου δὲ μονόξυλον ὅ τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθου ὡσαύτως πρὸς τὰ κοινὰ

δομεῖν οὐδὲν δεήσει· ἱερὸν γὰρ οὐδὲν χρὴ νομίζειν, οὐδὲ πολλοῦ ἄξιον καὶ ἅγιον, οἰκοδόμων τε ἔργον καὶ βαναύσων. » Σαφὲς οὖν, ὅτι καὶ περὶ τούτου τοῦ δόγματος γέγραπται ἐν ταῖς καρδίαις τῶν ἀνθρώπων γράμμασι Θεοῦ τὸ πρακτέον.

Μετὰ ταῦτα οὐκ οἶδα πόθεν κινούμενος ὁ Κέλσος φησὶ, δαιμόνων τινῶν ὀνόμασι καὶ κατακηλήσεσι (17) δοκεῖν ἰσχύειν Χριστιανούς· ὡς οἶμαι, αἰνισσόμενος τὰ περὶ τῶν κατεπᾳδόντων τοὺς δαίμονας καὶ ἐξελαυνόντων. Ἔοικε δὲ σαφῶς συκοφαντεῖν τὸν λόγον. Οὐ γὰρ κατακηλήσεσιν ἰσχύειν δοκοῦσιν, ἀλλὰ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ μετὰ τῆς ἀπαγγελίας τῶν περὶ αὐτὸν ἱστοριῶν· ταῦτα γὰρ λεγόμενα πολλάκις τοὺς δαίμονας πεποίηκεν ἀνθρώπων χωρισθῆναι, καὶ μάλισθ' ὅταν οἱ λέγοντες ἀπὸ διαθέσεως ὑγιοῦς καὶ πεπιστευκυίας γνησίως αὐτὰ λέγωσι. Τοσοῦτον μέν γε B δύναται τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ (18) κατὰ τῶν δαιμόνων, ὡς ἔσθ' ὅτε καὶ ὑπὸ φαύλων ὀνομαζόμενον ἀνύειν· ὅπερ διδάσκων ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγε· « Πολλοί ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· Τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ δυνάμεις ἐποιήσαμεν. » Τοῦτο δ' οὐκ οἶδα πότερον ἑκὼν παρεῖδε καὶ κακουργεῖ ὁ Κέλσος, ἢ μὴ ἐπιστάμενος. Κατηγορεῖ δ' ἐν τοῖς ἑξῆς καὶ τοῦ Σωτῆρος, ὡς γοητείᾳ δυνηθέντος ἃ ἔδοξε παράδοξα πεποιηκέναι, καὶ προϊδόντος, ὅτι μέλλουσι καὶ ἄλλοι τὰ αὐτὰ μαθήματα ἐγνωκότες ποιεῖν τὸ αὐτὸ, σεμνυ-

A nihil sanctum existimandum est, quod a fabris operisque construitur. » Liquet igitur etiam de hoc dogmate litteris Dei inscriptum esse hominum mentibus quid sequendum sit.

6. Postea Celsus, nescio qua re motus ait, quam Christiani videntur habere potestatem, eam ipsos habere ex quorumdam dæmonum nominibus et incantationibus, opinor, subindicans ea quæ faciunt apud nos ii, qui dæmones **325** incantant et expellunt. In quo manifeste nos calumniatur. Neque enim hujusmodi incantationibus potestatem habere videntur, sed pronuntiando nomine Jesu recitandisque Evangeliis : hæc enim sæpe ex hominibus dæmones extruserunt, idque maxime cum ii qui recitant, puro animo recitant et integra fide. Quinimo tanta nominis Jesu contra dæmones vis est et potentia, ut eos aliquando vincat etiam ab improbis pronuntiatum. Quod nobis Jesus ipse prænuntians ait : « Multi dicent mihi in illa die : In nomine tuo dæmonia ejecimus, et virtutes fecimus [81]. » Quod nescio sponte ne ac maligne præterierit Celsus, an prorsus ignoraverit. Accusat postea et ipsum Salvatorem, quod magicis artibus fecerit ea, quæ facere visus est ; et quod cum præsciret multos postea futuros, qui earumdem artium periti

[81] Matth. VII, 22.

(69) *Ἀσσυρίων ἀρχαιολογίαις.* Tatian., orat. *Contra Græcos*, p. 71: Βηρωσὸς, ἀνὴρ Βαβυλώνιος, ἱερεὺς τοῦ παρ' αὐτοῖς Βήλου, κατ' Ἀλέξανδρον γεγονὼς, Ἀντιόχῳ τῷ μετ' αὐτὸν τρίτῳ τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας, καὶ τὰ περὶ τῶν βασιλέων ἐκθέμενος, ἀφηγεῖταί τινος αὐτῶν, ὄνομα Ναβουχοδονόσορ, τοῦ στρατεύσαντος ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους. « Berosus Babylonius, Beli in Babylone sacerdos, qui Alexandri ætate vixit, et Antiocho post Alexandrum tertio Chaldæorum historiam tribus libris perscripsit, et regum gesta exposuit, meminit cujusdam Nabuchodonosor nomine, qui Phœnicibus et Judæis bellum intulerit. » Flavius Josephus ex Beroso lib. I *Contra Apionem*: Αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα, καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων, καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων, D μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα. « Nabuchodonosor autem non post multum tempus mortem patris cognoscens, et negocia Ægyptiaca disponens, reliquarumque provinciarum, et captivos Judæorum et Phœnicum atque Syrorum, qui in Ægypto fuerant, commendans quibusdam amicis, ut cum exercitu et impedimentis perducerent ad Babyloniam, ipse cum paucis iter aggressus per desertum Babylonem venit. » Vide et Eusebium, lib. IX *Præp. Evang.*, cap. 40, et lib. X, cap. 11, Scaligerum etiam in Appendice ad *Emendat. temp.* SPENCER.

(70) Codd. Reg. et Basileensis, τὸ φίλτατον αὐτοῦ τοῖσδε.

(71) Libb. editi inter παραπλησίως et Αἰγυπτίοις habent particulam καὶ uncis inclusam, utpote redundantem. Et sane abest a tribus Anglicanis mss.

ex multis collegit quæ vera sibi **333** visa sunt. Is in libro primo quem inscripsit *De bono*, loquens de gentibus quæ Deum incorporeum esse judicabant, illis et Judæos annumeravit : quin eum non piguit in hoc suo opere propheticis uti sermonibus, eosque ad figuras deflectere. Fertur et Hermip- A θῇ, ὁ Πυθαγόρειος Νουμήνιος (72), ὅστις, ἐν τῷ πρώτῳ *Περὶ τἀγαθοῦ* λέγων περὶ τῶν ἐθνῶν, ὅσα περὶ τοῦ Θεοῦ ὡς ἀσωμάτου διείληφεν, ἐγκατέταξεν αὐτοῖς καὶ Ἰουδαίους· οὐχ ὀκνήσας ἐν τῇ συγγραφῇ αὐτοῦ χρήσασθαι καὶ λόγοις προφητικοῖς, καὶ τροπολογῆσαι αὐτούς. Λέγεται δὲ καὶ Ἕρμιππον (73) ἐν

(72) *Ὁ Πυθαγόρειος Νουμήνιος.* Hujus libri meminit Eusebius *Evang. præp.* lib. IX, cap. 7, et lib. XV, cap. 17; item secundi *Περὶ τἀγαθοῦ*, lib. XI, cap. 9, tertii lib. IX, cap. 8, sexti etiam his verbis, Καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ προστίθησι ταῦτα· ibid.; lib. XI, cap. 18, et alibi, de librorum numero parum sollicitus, eum in τοῖς *Περὶ τἀγαθοῦ* indiscriminatim citat, lib. XI, cap. 17, 21. Eumdem etiam *Judæos* inter gentes quæ sapientia claruerunt, recensuisse, et plurima ad sacræ Scripturæ mentem scripsisse prædictus Eusebius attestatur, lib. IX, B cap. 7 : Καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Πυθαγορικοῦ φιλοσόφου, τοῦ Νουμηνίου λέγω, ἀπὸ τοῦ πρώτου Περὶ τἀγαθοῦ τάδε παραθήσομαι· Εἰς δὲ τοῦτο δεήσει εἰπόντα καὶ σημηνάμενον ταῖς μαρτυρίαις τοῦ Πλάτωνος, ἀναχωρήσασθαι καὶ ξυνδήσασθαι τοῖς λόγοις τοῦ Πυθαγόρου· ἐπικαλέσασθαι δὲ τὰ ἔθνη τὰ εὐδοκιμοῦντα, προσφερόμενον αὐτῶν τὰς τελετὰς καὶ τὰ δόγματα, τάς τε ἱδρύσεις συντελουμένας Πλάτωνι ὁμολογουμένως, ὁπόσας Βραχμᾶνες, καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ Μάγοι, καὶ Αἰγύπτιοι διέθεντο. « Libet autem ex primo ejusdem Numenii *De bono*, hunc præterea locum subjicere : Qui hanc, inquit, in disputationem ingressus, Platonis eam testimoniis obsignarit, eamdem ab ipso quoque superiorem ad ætatem redeunte, cum ipsius Pythagoræ verbis præceptisque copulari oportebit. Gentes ei præterea celeberrimæ appellandæ erunt, singularumque sacrificia, ritus, instituta, quæ cum Platonicis omnino consentiunt, proferenda, quotquot a Brachmanis, Judæis, Magis, C Ægyptiis sancita sunt. » Idem, lib. XI, cap. 10 : Ταῦτα μὲν ὁ Νουμήνιος, ὁμοῦ τὰ Πλάτωνος, καὶ πολὺ πρότερον τὰ Μωϋσέως, ἐπὶ τὸ σαφὲς διερμηνεύων. « Hæc Numenius, quibus non Platonis modo, sed etiam longe antiquioris Platone Moysis doctrinam illustravit. » Idem cap. 18 : Ταῦτα ὁ Νουμήνιος· σὺ δέ γε παράθες αὐτοῖς τὰ ἀπὸ τῆς τοῦ Δαυΐδ προφητείας πάλαι παρ' Ἑβραίοις τοῦτον ᾀδόμενα τὸν τρόπον· *Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε!* « Hæc Numenius : quæ cum iis confer, quæ jam olim apud Hebræos his verbis David propheta cecinerat : *Quam magnificata sunt opera tua, Domine!* » Idem, lib. IX, cap. 8 : Διὰ δὴ τούτων ὁ Νουμήνιος καὶ τοῖς ὑπὸ Μωϋσέως ἐπιτελεσθεῖσι παραδόξοις θαύμασι, καὶ αὐτῷ δὲ ὡς θεοφιλεῖ γενομένῳ μαρτυρεῖ. « His verbis Numenius, cum editorum a Moyse miraculorum, tum divini erga ipsum amoris consignatam fidem ac testatam reliquit. » Porphyr. in libro *De antro Nympharum* (pag. 256 edit. Cantabr. anno 1655) : Νύμφας δὲ Ναΐδας λέγομεν καὶ D τὰς τῶν ὑδάτων παρεστώσας δυνάμεις ἰδίως· ἔλεγον δὲ καὶ τὰς εἰς γένεσιν κατιούσας ψυχὰς κοινῶς ἁπάσας. Ἡγοῦντο γὰρ προσιζάνειν τῷ ὕδατι τὰς ψυχὰς θεοπνόῳ ὄντι, ὥς φησιν ὁ Νουμήνιος· διὰ τοῦτο λέγων καὶ τὸν προφήτην εἰρηκέναι, ἐμφέρεσθαι ἐπάνω τοῦ ὕδατος Θεοῦ Πνεῦμα. « Nymphas vero Naiades proprie vocamus virtutes aquis præsidentes : sed et communiter omnes animas generationem subeuntes sic appellabant; quas aquæ, quæ divino Spiritu fovetur, assidere putabant, ut ait Numenius; ideoque prophetam dixisse Spiritum Dei ferri super aquas. » SPENCER.

(73) *Λέγεται δὲ καὶ Ἕρμιππον*, etc. Cum plures ejusdem nominis fuisse antiqui scriptores tradidere : vix ineptum erit de unoquoque paucis disserere, ut quis ille fuerit, de quo Origenes commemoravit, intelligamus. Antiquissimus omnium, ni fallor, erat Atheniensis, veteris comœdiæ poeta, et quadraginta fabularum scriptor, uti Suidas in *Ἕρμιππος*. Hujus meminerunt, præter alios, Aristophanes, Pollux, Stephanus, Athenæus. Εἶθ' Ἕρμιππος αὖθις πεποίηκεν εἰς Ὑπέρβολον. Aristoph. in *Nebulis*. Scholiastes vult inde significari ejus *Ἀρτοπώλιδας*, de quibus Athenæus, lib. III : Ἕρμιππος ἐν *Δημόταις*· Pollux, lib. X, cap. 37; Athen. lib. VII, ἐν *Στρατιώταις*· Athen. lib. X, ἐν *Μοίραις*· idem lib. XI et XV, ἐν *Θεοῖς*· id. lib. X et XI, ἐν *Ἰάμβοις*, lib. XV, et alibi : Πεποίηκε δὲ Παρῳδίας καὶ Ἕρμιππος, ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητής· id. lib. XV, ἐν *Φορμοφόροις* δράματι· id. lib. XV; Pollux, lib. VII, B cap. 22, ἐν *Κέκροψι*· Athen. lib. III. Ejusdem quoque versus quinque habes apud Plutarchum in *Pericle*, et plures apud Athenæum. Sed quid plura? Historicum quærimus, non poetam. Igitur alius occurrit, cognomento Smyrnæus, plurimorum librorum auctor : quod neminem latere potest, cui contigit Laertium vidisse et Athenæum. Hermippus Smyrnæus citatur ἐν τοῖς *Περὶ Ἱππώνακτος*, ab Athenæo, lib. VII; ἐν τρίτῳ *Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν*, lib. VIII; ἐν τῷ *Περὶ Γοργίου*, lib. XI; ἐν τῷ *Περὶ Ἀριστοτέλους* πρώτῳ, lib. XIII; ἐν τῷ *Περὶ Ἀριστοτέλους*, Laert. in *Arist.*; ἐν τοῖς *Περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν*, Athen. lib. X, et Laert. in *Thal.* qui omisit *ἑπτά*· ἐν τῷ *Περὶ Ἰσοκράτους*, Athen. lib. XIII; ἐν τῷ *Περὶ Θεοφράστου*, Laert. in *Xenoph.*, ἐν τοῖς *Βίοις*, ab eodem in *Thal.* Scriptorum illius particulas plures allegat idem in *Chilone*, *Anacharsi*, *Pherecyde*, *Euclide*, *Platone*, *Archesilao*, *Menedemo*, *Theophraste*, *Demetrio*, *Menippo*, *Democrito*, C *Leucippo* et *Epicuro*. Citatur etiam, in primo argumento orationis Isocratis ad Philip. in Harpocratione, voce *Εὐθείας*, et Hieronymo in Præfatione ad *Catalogum scriptorum eccles.* Eumdem semel citatum invenies apud Plutarchum in *Lycurgo*, in *Vitis rhetorum* de *Hyperide*, in *Alex.*, sæpius in *Solone* et *Demosthene*; ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν *Διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων*, apud Suidam in *Ἴστρος*. Πάππος δέ τις, οὗ τὴν ἱστορίαν Ἕρμιππος ἀνείληφε, Plutarch. in *Demosth.* Ἐν τῷ α' τῶν *Περὶ Πυθαγόρου* βιβλίων· in Flavio Josepho lib. I *contra Apionem*; ἐν δευτέρῳ *Περὶ Πυθαγόρου*, apud Laertium in *Pythag.*; ἐν δευτέρῳ *Περὶ τῶν νομοθετῶν*, in Porphyrii lib. IV *Περὶ ἀποχῆς*. De hoc loquitur Arnobius lib. I *Adversus gentes* : « Age, nunc veniat quis super igneam zonam magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut assentiamur auctori. » Item Plinius *Hist. nat.* lib. XXX, cap. 1 : « Hermippus de tota illa arte diligentissime scripsit, D et vicies centum millia versuum a Zoroastre condita, indicibus quoque voluminum ejus expositis, explanavit. » Cui conjecturæ non parum lucis affert Laertius, qui in præfatione Hermippum citat ἐν τῷ πρώτῳ *Περὶ μάγων*. Athenæus, lib. XV, citat Hermippum Callimachum ἐν τῷ πρώτῳ *Περὶ Ἀριστοτέλους*· quem ego eumdem cum Smyrnæo judico : partim quia idem ab utroque titulus præfigitur, partim quia mecum consentiunt Gesnerus in *Bibliotheca*, et clarissimus Vossius, lib. I *De historicis Græcis*. Nec mirum cuiquam videri debet eum sic fuisse appellatum, cum illud exinde factum puto, quod eum bonæ spei discipulum in deliciis habuit Callimachus magister, qua etiam de causa citatur Ἴστρος ὁ Καλλιμάχειος ἐν πρώτῳ *Πτολεμαΐδος* apud Athenæum, lib. XI; patria enim Paphius erat, ut ex Hermippo refert Suidas in *Ἴστρος*· sed Καλλιμάχου δοῦλος καὶ γνώριμος, ideoque in sui et præceptoris honorem Καλλιμάχειος appellandus. Nec omittendus est hujus nominis alius, videlicet Her-

τῷ πρώτῳ *Περὶ νομοθετῶν* ἱστορηκέναι, Πυθαγόραν τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν. Καὶ Ἑκαταίου (74) δὲ τοῦ ἱστορικοῦ φέρεται *Περὶ Ἰουδαίων* βιβλίον, ἐν ᾧ προστίθεται

A pus in **334** primo *De legislatoribus* prodidisse, Pythagoram a Judæis in Græciam traduxisse suam philosophiam. Hecatæi quoque circumfertur *De Judæis* libellus, in quo hujus gentis usque adeo

mippus Berytius : is floruit imperante Adriano, vir eloquentissimus, et Philonis Byblii discipulus, a quo, licet servili genere prognatus, Herennio Severo commendatus est, multaque scripsit (Suidas in *Νικάνωρ*, et *Ἕρμιππος*) : qualia vero fuerint, solus, quantum scio, Tertullianus nobis reliquit, libro *De anima*, cap. 46 : « Cætera cum suis et originibus, et ritibus et relatoribus, cum omni deinceps historia somniorum Hermippus Berytensis quinione voluminum satiatissime exhibebit. » Hunc eodem capite inter alios enumerat, quos « totam sæculi litteraturam » vocat. Χείρωνα δὲ τὸν Κένταυρον Ἕρμιππός φησιν ὁ Βηρύτειος δικαιοσύνης γενέσθαι διδάσκαλον· Theodor. serm. 12, *De virt. act.*; at Clemens Alexandrinus, *Strom.* I, videtur hoc dictum B ascribere auctori *Titanomachiæ*. Ἕρμιππος ὁ Βηρύτειος Ῥούενναν αὐτὴν καλεῖ, Steph. in *Ῥαβ.* Clem. Alex. *Strom.* I : Ὁ δὲ Βηρύτειος Ἕρμιππος Χείρωνα τὸν Κένταυρον σοφὸν καλεῖ· et alibi hunc ab eodem citatum me legisse puto. Sed quorsum hæc? dicam tibi : Clarissimus Vossius (lib. I, cap. 16, *De hist. Græcis*) hunc *Περὶ νομοθετῶν* librum Smyrnæo adjudicavit. « Origenes, ait, libro primo *contra Celsum* laudat ἐν τῷ πρώτῳ *Περὶ νομοθετῶν*. » Monuit etiam hunc non confundendum esse cum juniore Hermippo, patria Berytio, qui Adriani temporibus vixit, ut suo loco dicetur. At lib II, cap. 12, Berytio attribuit dicens : « Fecit et opus *De legislatoribus :* citat Origenes *contra Celsum :* Λέγεται δὲ καὶ Ἕρμιππον, » etc. Quid vis, Gerharde? nonne ex tui sententia et veterum auctoritate constat eos nec patria nec ætate convenire? Annon Smyrnæus ad tempora Ptolemæi Evergetis vixit; Berytius vero, cum Adrianus imperabat? Sed quis tibi, tam longi et labo- C riosi operis auctori, hunc minimi momenti errorem non facile condonabit? atque illum aut festinanti calamo ascriberet, aut inter memoriæ, non judicii, lapsus, prout candor postulat et humanitas, eum annumeraret? est enim hoc μνημονικὸν ἁμάρτημα, ideoque memoriæ eximatur. Atque tandem quid de hujus sententiæ auctore statuendum sit, perlecta adnotatione nostra, vix poteris ignorare. Etenim Berytensi ut ascribam, non adduci possum, hac solum de causa, quid enim plures recenserem? quoniam is, juxta Suidam, Adriano imperante, vixit; tamen Flavius Josephus, qui Vespasiano notus erat, ejus testimonii meminit. Smyrnæo igitur adjudicandum sentio, diligentissimo, ut ait Josephus, circa omnem historiam indagatori : cujus verba de Hermippo, ut etiam illius de Pythagora, lectu dignissima, ex primo *contra Apionem*, ut aliquid Origeni astruam, non pigebit hic transcribere : Καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἕρμιππος, ἀνὴρ D περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής. Λέγει τοίνυν ἐν τῷ α' *Περὶ Πυθαγόρου* βιβλίων, ὅτι Πυθαγόρας, ἑνὸς αὐτοῦ τῶν συνουσιαστῶν τελευτήσαντος, τοὔνομα Καλλιφῶντος, τὸ γένος Κροτωνιάτου, τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἔλεγε συνδιατρίβειν αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν· καὶ ὅτι παρεκελεύετο μὴ διέρχεσθαι τόπον, ἐφ' ὃν ἂν ὄνος ὀκλάσῃ, καὶ τῶν διψίων ὑδάτων ἀπέχεσθαι καὶ πάσης ἀπέχειν βλασφημίας. Εἶτα προστίθησι μετὰ ταῦτα καὶ τάδε· Ταῦτα δὲ ἔπραττε, καὶ ἔλεγε, καὶ Ἰουδαίων καὶ Θρακῶν δόξας μιμούμενος, καὶ μεταφέρων εἰς ἑαυτόν. Λέγεται γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος πολλὰ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὑτοῦ μετενεγκεῖν φιλοσοφίαν. « Horum insignior est Hermippus vir omnis historiæ diligentissimus indagator. Refert itaque in primo *De Pythagora* libro, quod Pythagoras uno familiarium suorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat secum degere die noctuque; et quod præciperet, ut non transiret locum, ubi asinus lapsus esset, et ab aqua feculenta semetipsum abstineret, et ab omni blasphemia recederet. Deinde sequitur : Hæc autem agebat atque dicebat, Judæorum et Thracum opiniones imitatus, ac transferens in semetipsum. Dicitur enim vere quod ille vir multas Judæorum leges in suam transtulit philosophiam. » Spencer.

(74) *Ἑκαταίου*. Abderitam intellige. Fl. Joseph. lib. I *contra Apionem :* Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης, ἀνὴρ φιλόσοφος, ἅμα τε περὶ τὰς πράξεις ἱκανώτατος, Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνακμάσας, καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου συγγενόμενος, οὐ παρέργως, ἀλλὰ B περὶ αὐτῶν Ἰουδαίων συγγέγραφε βιβλίον, ἐξ οὗ βούλομαι κεφαλαιωδῶς ἐπιδραμεῖν ἔνια τῶν εἰρημένων. « Hecatæus, Abderita, vir philosophus simul et rerum agendarum callentissimus, cum Alexandro rege nutritus, et cum Ptolemæo Lagi commoratus, non obiter, sed integrum de ipsis Judæis conscripsit librum, ex quo volo breviter quædam eorum quæ ab eo sunt dicta percurrere. » Quæ vide; item Eusebium, pag. 1050, *Præp. evang.* lib. IX, cap. 4. De eodem Hecatæo, ni fallor, Clemens Alexandrinus loquitur, quem in sua Historia de Abrahamo et Ægyptiis tractasse refert, *Strom.* V, pag. 603. Flavius Josephus ejusdem libri de Abrahami gestis conscripti meminit, libro primo *Antiq. Judaic.*, cap. 8 : Ἑκαταῖος δὲ καὶ τοῦ μνησθῆναι πλέον τι πεποίηκεν. At magnus Scaliger hos diligentissimos omnium antiquitatum indagatores parvi facit, et Hecatæum nostrum inter ὑποβολιμαίων scriptorum monstra, quales sunt Dares Phry- C gius, et Dictys Cretensis, reponit : audi clarissimum virum in epistola 415, ad Isaacum Casaubonum : « Quid Hæcatæus de Judæis, quem ab iisdem Hellenistis antiquitus confictum fuisse manifesto ex Origene colligitur? » Jam sane ingens nobis monstrum apparuit, Scaligeri sphalma : nec spicillis opus est, ut videamus. Sic disputat Origenes *contra Celsum :* « Numenius et Hermippus Judæos justis laudibus prosecuti sunt; Hecatæus etiam in suis de Judæis commentariis adeo impense favet eorumdem religioni, ut Herennius Philo ei adjudicare dubitaret. » Verum, ut ignarum decuit, de re incerta nil statuit; adjecit enim : « Si genuinum hoc fuerit Hecatæi opus, Judæorum placitis delectatus est. » Quis syllogismorum adeo rudis et imperitus est, qui ex hoc loco Scaligeri sententiam confirmatam diceret? Quis ex hoc argumentandi genere prædictam comprobare censuram conaretur? Qua quæsumus arte potest quisquam, licet magno Sca- D ligero major, ex dubiis certa, et manifesta ex obscuris colligere? Nonne, his auditis, obstupescerent pueri, qui vel primis labris dialecticam degustarunt? an Origenis interfuit ὑποβολιμαῖον scriptorem in gentis Judaicæ patrocinium inducere? nonne ea maxime de causa Philonis de Hecatæo judicium allegavit, ut rei veritas firmius constaret, utpote quam istius fluctuans sententia minus concuteret, quam stabiliret? Revera si quis vel hunc ipsum Origenis locum, aut Herennii sententiam, perpenderet, hanc viri clarissimi censuram temerariam judicaret. Cum tibi vacet, Eusebium lege, lib. I *Evang. præp.*, cap. 9, ubi Phœnicum theologiam, et fabulosas de diis narrationes ambabus ulnis Philo amplexatur; rejicit non sine nausea Græcorum allegorias : interea deos φαυλότητος καὶ μοχθηρίας ἁπάσης κακίαν περιβεβλημένους θεολογεῖ· (Eusebius ibidem) et se dissidiis Græcorum adductum esse, ut Sanchoniathonis scriptis de Phœ-

sapientiam probat, ut Herennius Philo in suo *De Judæis* libro dubitet primum an illius historici scriptum illud sit, deinde addat, siquidem illius opus sit, verisimile esse illum fuisse captum veritatis luce quam præ se fert Judæorum doctrina, illique assensum præbuisse.

16. Miror autem qui Celsus Odrysas, Samothracas, Eleusinios, Hyperboreos inter vetustissimas sapientissimasque gentes numerare, et Judæis neque inter sapientes neque inter antiquos populos locum dare, dignatus fuerit, tametsi multi sint Ægyptii, Phœnices et Græci, qui Judæorum testificentur antiquitatem. Scriptores illos inutile fuerit in medium afferre, quos in duobus Josephi *De Judæorum antiquitate* libris cuivis videre licet. **335** Ibi enim multi ab auctore illo collecti sunt, qui Judæorum antiquitati testimonium præbent. Sed et Tatiani junioris in omnium manibus versatur liber adversus gentiles, in quo eruditissime historicos profert qui Judæorum et Moysis antiquitatem testantur. Constat igitur Celsum hæc non

A μᾶλλόν πως ὡς σοφῷ τῷ ἔθνει ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ Ἑρέννιον Φίλωνα, ἐν τῷ *Περὶ Ἰουδαίων* συγγράμματι πρῶτον μὲν ἀμφιβάλλειν, εἰ τοῦ ἱστορικοῦ ἐστι τὸ σύγγραμμα· δεύτερον δὲ λέγειν, ὅτι, εἴπερ ἐστὶν αὐτοῦ, εἰκὸς αὐτὸν συνηρπάσθαι ἀπὸ τῆς παρὰ Ἰουδαίοις πιθανότητος, καὶ συγκατατεθεῖσθαι αὐτῷ τῷ λόγῳ (75).

Θαυμάζω δὲ πῶς Ὀδρύσας μὲν, καὶ Σαμόθρᾳκας, καὶ Ἐλευσινίους καὶ Ὑπερβορέους, ἐν τοῖς ἀρχαιοτάτοις καὶ σοφωτάτοις ἔταξεν ἔθνεσιν ὁ Κέλσος, τοὺς δὲ Ἰουδαίους οὐκ ἠξίωσεν οὔτε εἰς σοφοὺς παραδέξασθαι, οὔτε εἰς ἀρχαίους· πολλῶν φερομένων συγγραμμάτων παρὰ Αἰγυπτίοις, καὶ Φοίνιξι, καὶ Ἕλλησι, μαρτυρούντων αὐτῶν τῇ ἀρχαιότητι· ἅπερ ἐγὼ περισσὸν ἡγησάμην εἶναι παραθέσθαι. Δυνατὸν B γὰρ τὸν βουλόμενον ἀναγνῶναι τὰ γεγραμμένα Φλαυΐῳ (76) Ἰωσήπῳ *Περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος* ἐν δυσίν (77)· ὅπου πολλὴν συναγωγὴν συγγραφέων φέρει μαρτυρούντων τῇ Ἰουδαίων ἀρχαιότητι. Καὶ Τατιανοῦ (78) δὲ νεωτέρου φέρεται ὁ πρὸς Ἕλληνας λόγος, πολυμαθέστατα ἐκτιθεμένου τοὺς ἱστορήσαντας περὶ τῆς Ἰουδαίων καὶ Μωϋσέως

nicum diis fidem adhiberet, et tres libros *De Græcorum litibus* scripsisse profitetur, Judæorum oblitus, Phœnices et Ægyptios barbarorum antiquissimos vocat. Eorumdem dogmati de mundi ortu, ibidem, assentit, Τοιαύτη μὲν αὐτῶν ἡ κοσμογονία ἄντικρυς ἀθεότητα εἰσάγουσα· « quod omnem plane divinitatem exterminat : » Si hæc tecum cogitaveris, minime sperandum diceres, ut Judæorum laudes et encomia æquiore animo is tulerit, qui Phœnicum nugis tam pertinaciter adhæserat, atque omnes C rejecerat de Græcis numinibus allegorias, unde aliqualem suæ religioni gratiam conciliabant. Ab Hellenistis vero antiquitus confictum fuisse dicis. Mirum, si hoc factum fuerit circa tempora Alexandri et Ptolemæi Lagi. Certe Clearchus Peripateticus et Stagiritæ discipulus tunc temporis vixit, et in libro *De somnio*, Hecatæi ejusque *De Judæis* libri meminit, atque plurima de eodem recitavit, asserens eumdem temporibus Alexandri vixisse, et cum Ptolemæo commoratum esse. Fl. Joseph. lib. I *contra Apionem*. Unde sequitur nec institutionem, nec ætatem, ei obfuisse, quominus rei veritatem exquireret, et pietas vetat eumdem frontis adeo perfrictæ hominem reputare, qui ea scriberet, quorum falsitatem omnes redarguerent. Ad has angustias redactus forsan Clearchi librum simul confictum esse calumniaberis. Quod si diceres, tuam detegeres pervicaciam; et, me tacente, tota, quam tueris, causa collaberetur. Eadem ratione rejicias Abydenum, Theophrastum, D Berosum, Numenium, Eupolemum, Alexandrum Polyhistora, Demetrium, Artapanum, Theodotum, Chærilum, Ezekielem; et multos alios, qui de Judæis et plura, et præstantiora, quam Hecatæus, litteris mandarunt : prædictos equidem Judaicæ antiquitatis testes ab Hellenistis confictos diceres, atque in eosdem effunderes quidquid tibi libido et bilis splendida suggessit. Si vero hæc bardi et inepti hominis (ut tuo more loquar) castigatio vestræ displiceat majestati, deos, quos inter te etiam reposui, in prælia ducam. « Nec enim manifeste hoc satis inde colligitur, quod dicatur Herennium Philonem de opere eo dubitasse, ut qui solum scribat, vel non esse Hecatæi opus, vel Judæorum placita probasse. Fortasse igitur Hecatæus, a Judæis persuasus, defecerat a religione Græcorum, si non in universum, saltem hactenus, ut videri possit constitutus in confinio tenebrarum ac lucis. » Hæc Vossius lib. I cap. 10, *De histor: Græcis:* « Scimus enim ex Hecatæo Judæos sub Alexandro et ejus successoribus militasse. » Scaliger in notis in fragm. vet. Græc., pag. 12: « Josephus ex Hecatæo, » etc. Ibid. : « Nam altare hoc descriptum ab Hecatæo dirutum fuit a Juda Machabæo. » Ibid. pag. 24 · « Vides quanta fuerit Hierosolymorum urbs, quam totius Orientis ornamentum vere vocare poterant sæculo Hecatæi, hoc est, initio Seleucidarum. » Ibid.: « Fuit enim et alius Hecatæus Milesius, Herodoto vetustior, qui scripsit sub Dario Hystaspis filio; iste vero fuit ortu et domo Abderis in Thracia, temporibus Alexandri magni et Seleuci. Scripsit Ἰουδαϊκῶν librum singularem, ex quo hoc ἀποσπασμάτιον excerptum est a Josepho; quod quidem ideo proposuimus magis, ut ea, quæ hic scripta sunt, in conspectu omnium essent, quam quod ullam obscuritatem in se haberent. » Origenes lib. I *in Celsum :* Καὶ Ἑκαταίου, etc. Vides, lector, ut Josephus bellum gessit cum Scaligero. SPENCER.

(75) *Αὐτῷ τῷ λόγῳ*. Forte scribendum αὐτῶν τῷ λόγῳ. Paulo post pro Ὑπερβορέους duo codd. Vaticani habent Ὑπερβοραίους.

(76) Sic omnes codd. mss.; libb. vero editi Φλαβίῳ.

(77) *Ἐν δυσίν*, etc. Contra Apionem, qui quinque libros *De Ægyptiaca historia* conscripserat. Tatian. Orat. *Contra gentes*, p. 172; Justin. *Paræn.* p. 10; Clem. *Strom.* lib. I. SPENCER.

(78) *Καὶ Τατιανοῦ*, etc. Euseb., lib. IV *Eccles. hist.*, cap. 29 : Καταλέλοιπε δὲ οὗτος πολύ τι πλῆθος συγγραμμάτων. Ὧν μάλιστα παρὰ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος ὁ πρὸς Ἕλληνας· ἐν ᾧ καὶ τῶν ἀνέκαθεν χρόνων μνημονεύσας, τῶν παρ' Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἁπάντων προγενέστερον Μωϋσέα τε, καὶ τοὺς Ἑβραίων προφήτας, ἀπέφηνεν· ὃς δὲ καὶ δοκεῖ τῶν συγγραμμάτων ἁπάντων αὐτοῦ κάλλιστός τε καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν. « Maximum certe librorum numerum ab eo relictum esse constat. Ex quibus præcipue multorum testimonio laudatur insignis ille adversus gentiles liber : in quo repetitis prioris ævi temporibus, Moysem et cæteros Hebræorum prophetas, omnibus qui apud Græcos celeberrimi exstiterunt, vetustiores fuisse convincit. Qui quidem liber, omnium quos ille scripsit, elegantissimus simul atque utilissimus videtur »

A ἀρχαιότητος. Ἔοικεν οὖν οὐκ ἀληθῶς, ἀλλὰ φιλαπεχθημόνως, ὁ Κέλσος ταῦτα λέγειν, σκοπὸν ἔχων κατηγορῆσαι τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστιανισμοῦ, ἠρτημένης ἀπὸ Ἰουδαίων. Ἀλλὰ καὶ τοὺς μὲν Ὁμήρου Γαλακτοφάγους (79), καὶ τοὺς Γαλατῶν Δρυΐδας (80), καὶ τοὺς Γέτας, σοφώτατα λέγει ἔθνη εἶναι καὶ ἀρχαῖα, περὶ τῶν συγγενῶν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς λόγοις διαλαμβάνοντας, ὧν οὐκ οἶδα εἰ φέρεται συγγράμματα· Ἑβραίους δὲ μόνον, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ἐκβάλλει καὶ τῆς ἀρχαιότητος καὶ τῆς σοφίας. Πάλιν τε αὖ κατάλογον ποιούμενος ἀνδρῶν ἀρχαίων καὶ σοφῶν, ὠφελησάντων τοὺς κατ' αὐτοὺς, καὶ διὰ συγγραμμάτων τοὺς μετ' αὐτοὺς, Μωϋσέα ἐξέβαλε τοῦ καταλόγου τῶν σοφῶν· καὶ Λίνου μὲν, ὃν προέταξεν ἐν οἷς ὠνόμασεν ὁ Κέλσος, οὔτε νόμοι, οὔτε λόγοι (81) φέρονται ἐπιστρέψαντες καὶ θεραπεύσαντες ἔθνη· B Μωϋσέως δὲ τοὺς νόμους ὅλον ἔθνος φέρει ἐπεσπαρμένον (82) τῇ πάσῃ οἰκουμένῃ. Ὅρα οὖν εἰ μὴ, ἄντικρυς κακουργῶν, ἐξέβαλε τοῦ καταλόγου τῶν σοφῶν καὶ Μωϋσέα, Λῖνον δὲ καὶ Μουσαῖον, καὶ Ὀρφέα, καὶ τὸν Φερεκύδην, καὶ τὸν Πέρσην Ζωροάστρην, καὶ Πυθαγόραν φήσας περὶ τῶνδε διειληφέναι, καὶ ἐς βίβλους κατατεθεῖσθαι τὰ ἑαυτῶν δόγματα, καὶ πεφυλάχθαι αὐτὰ μέχρι δεῦρο. Καὶ ἑκὼν μὲν ἐπελάθετο τοῦ περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν μύθου ὡς ἀνθρωποπαθῶν ἀναγεγραμμένου μάλιστα ὑπὸ Ὀρφέως (83).

veritatis amore, sed infenso odio ductum dixisse. Nempe illius consilium fuit criminandi Christianæ religionis originem quæ a Judæis ducitur. Quin et Homeri Galactophagos, Gallorum Druidas Getasque, qui multa Judaicæ doctrinæ finitima profitentur, quorum nescio an aliqua exstent scripta, sapientissimas gentes antiquasque appellat. Soli Hebræi sunt quibus, quantum in se est, sapientiam et antiquitatem abjudicet. Rursus ubi virorum priscorum sapientumque catalogum texit, qui suæ ætatis homines opera, posteros scriptis juverint, Moysem e sapientum albo exclusit : cum Lini, cui primum assignat locum, nullæ leges, sermones nulli ferantur ad emendationem gentium curationemve instituti ; Moysis vero leges gens integra circumferat per totum orbem disseminata. Vide igitur annon malevolo prorsus animo Moysem e sapientum catalogo excluserit, Linum vero, Musæum, Orpheum, Pherecydem, Persam Zoroastrem, Pythagoram, dixerit de dogmatibus quibusdam disseruisse, eaque suis inseruisse libris, et adhuc dogmata illa observari. Quin data opera fabulam silentio præterit, quam Orpheus maxime adornavit de diis, quibus humanos affectus omnes ascribit.

Hieron., *Catal. script. eccles.* in *Tatiano ;* Euseb., lib. IV, cap. 29, et lib. V, cap. 12, *Evang. præp.* SPENCER.

(79) *Γαλακτοφάγους.* Populi erant Scythiæ Asiaticæ quorum meminit Homerus *Iliados* lib. III, ut nationis justissimæ quæ solo lacte ad cibum uteretur.

(80) *Δρυΐδας.* De Druidibus vide, si vacat, Diodorum Siculum lib. VI, cap. 9, 12; Julium Cæsarem lib. VI de bello Gallico; Valerium Maximum lib. II, cap. 1 ; Plinium lib. XVI, cap. 44 ; lib. XXIV, cap. 11 ; lib. XXIX, cap. 3; lib. XXX, cap. 1 ; Strabonem lib. IV, et præsertim nostri Domini Jacobi Martin eruditum « De religione veterum Gallorum » opus Gallico idiomate conscriptum, lib. I, cap. 19 et seqq. Quod autem ait Origenes nescire se an Druidæ litteris quidquam mandarint, id omnino Cæsar lib. VI de bello Gallico negat de rebus ad religionem pertinentibus : « Annos vicenos, inquit, in disciplina permanent, neque fas est ea litteris mandare, cum in reliquis fere publicis rebus privatisque rationibus Græcis litteris utantur. » Vide insuper Pomponium Melam *Geographiæ* libro tertio.

(81) *Οὔτε νόμοι, οὔτε λόγοι.* Pausanias in *Corinthiacis*, item in *Arcadicis :* Ἐοικότα δὲ πεποιηκέναι τούτοις καὶ Λῖνόν φασιν. Ἐμοὶ δὲ ἐπιλεγομένῳ παντάπασιν ἐφαίνετο ταῦτά γε εἶναι κίβδηλα. « His congrua Linum quoque fecisse ferunt. Mihi vero accurate hæc legenti carmina supposititia visa sunt. » In *Bœoticis :* Ἔπη δὴ οὔτε ὁ Ἀμφιμάρου Λῖνος, οὔτε ὁ τούτου γενόμενος ὕστερον ἐποίησαν, ἢ καὶ ποιηθέντα εἰς τοὺς ἔπειτα οὐκ ἦλθε. « Carmina certe neque superior ille Amphimari Linus, neque hic posterior ulla fecere : vel quæ fortassis fecerunt, ad posteritatis memoriam non pervenerunt. » At Plutarchus ex Heraclide refert eum θρήνους πεποιηκέναι, libro « de musica. » SPENCER.

(82) *Ἐπεσπαρμένον.* Sic omnes codd. mss. Alias, ἐπεσπαρμένους.

(83) *Ὑπὸ Ὀρφέως.* Arnob., lib. V *Adv. gentes :* « Calumniari nos improbe si quis forte hominum suspicatur, libros sumat Threicii vatis, quos antiquitatis memoratis esse divinæ; et inveniet nos nihil neque callide fingere, neque, quo sint risui, C Deum quærere atque efficere sanctitates. Ipsos namque in medio ponemus versus, quos Calliopes filius ore edidit Græco, et cantando per sæcula generi publicavit humano.

Sic effata, simul vestem contraxit ab imo,
Objecitque oculis formatas inguinibus res.
Quas cava succutiens Baubo manu, nam puerilis
Olli vultus erat, plaudit, contrectat amice.
Tum Dea, defigens augusti luminis orbes,
Tristitias animi paulum mollita reponit;
Inde manu poclum sumit, risuque sequenti
Perducit totum Cyceonis læta liquorem. »

Lactant., lib. I, cap. 22; Diod., lib. I *Bib. hist.*, p. 20, 21, 86. Eusebius transcripsit lib. II, cap. 1, et lib. X, cap. 8, *Evang. præp.* Fragmenta Orphei Henricus Stephanus excudit anno Christi 1573. Justin. *De monarch. Dei :* Μαρτυρήσει δέ μοι καὶ Ὀρφεὺς, ὁ παρεισάγων τοὺς τριακοσίους ἑξήκοντα D θεοὺς ἐν τῷ *Διαθήκαις* ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ, ὁπότε μετανοῶν ἐπὶ τούτο φαίνεται ἐξ ὧν γράφει·

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, etc.

Vide eumdem in *Parænesi ad gentes*, pag. 15; Clem. Alex. *Protrept.;* Cyrill. Alex. lib. I *contra Julianum.* Et procul dubio pœnitentiam egit, si modo illius sint, quæ circumferuntur, carmina. Euseb. lib. III, cap. 9; lib. XIII, cap. 12 et 13, *Evang. præpar.;* Cyrill. Alex. lib I *contra Julianum ;* Clem. et Justin. locis citatis; Theod. serm. 2, *De princip.* At nonnulli Onomacrito Atheniensi, qui Pisistrateis imperantibus floruit, Orphaica poemata ascribunt. Clem., *Strom.* I : Καὶ μὲν Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι, κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, εὑρίσκεται. « Quin etiam Onomacritus Atheniensis, cujus dicuntur esse poemata

336 17. Postea criminatur Moysis libros, et A culpat eos qui tropologiis et allegoriis illos interpretantur. Hic merito quis roget egregium illum hominem et suum librum « Veri sermonis » titulo ornantem : Quid, o bone! deos, qui in tales inciderunt casus quales sapientes tui poetæ ac philosophi describunt, qui detestabilibus spurcitiis se fœdaverunt, qui cum suis parentibus bella gesserunt, qui eorum virilia amputaverunt, gloriaris talia memorari ausos esse, perpetrasse, pertulisse; a Moyse autem deceptos et in errorem inductos putas qui se ejus legibus subdidere, quamvis ille nec de Deo, nec de angelis similia scripserit, imo multo leviora dixerit de hominibus? Nemo enim in illius libris est, qui tale quid ausus sit, quale Saturnus contra Cœlum, aut Jupiter contra patrem. Non est apud illum pa- B ter hominumque deumque, qui cum propria filia concubuerit. Mihi videtur Celsus quid idem facere ac Thrasymachus ille Platonicus, qui nolebat Socratem de justitia respondere quod is voluisset : « Cave, inquiebat, quod utile est, id aut justum, aut necessarium, aut quid simile dicas. » Nam Celsus eodem modo, postquam insectatus est, ut sibi videtur, Mosaicas historias, eosque culpavit qui illas allegoriis explicant, impertita tamen eis majoris æquitatis laude, prohibet accusationibus suis, ne qui possent, defendant ut vellent, et prout rerum natura postulat.

18. Sed provocemus illum ad libros cum libris conferendum. Age, Celse, profer in medium Lini, C Musæi, Orphei poemata, et Pherecydis historiam. Compara hæc scripta cum Moysis legibus, illorum historias cum ejus historiis, morales illorum regulas cum ejus legibus et præceptis. Considera utra sola lectione auditores a vitiis avocare, utra in pravum indurare magis valeant. Et animo tecum cogita tuos illos scriptores nullam pene vulgarium lectorum habuisse rationem, sed suam iis solis ut vocas philosophiam scripsisse, qui tropologiis illam allegoriisque interpretari scirent. At Moyses haud secus ac strenuus orator qui aliquam dicendi figuram meditatus nullum verbum profert quod duplicem sensum capere non possit, in suis quinque libris eam-

Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς, κατηγορῶν τῆς Μωϋσέως ἱστορίας, αἰτιᾶται τοὺς τροπολογοῦντας καὶ ἀλληγοροῦντας αὐτήν. Ἦν δ' ἂν εἰπεῖν πρὸς τὸν γενναιότατον καὶ « Ἀληθῆ λόγον » ἐπιγράψαντα τὸ ἑαυτοῦ βιβλίον· Τί δήποτε, ὦ οὗτος, θεοὺς μὲν τηλικαύταις περιπίπτοντας συμφοραῖς, ὁποίας ἀναγράφουσιν οἱ σοφοί σου ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι, καὶ ἐναγέσι μίξεσι χρωμένους, καὶ κατὰ τῶν πατέρων στρατευομένους, καὶ τὰ αἰδοῖα αὐτῶν ἀποτέμνοντας, σεμνολογεῖς ἀναγεγράφθαι τὰ τηλικαῦτα τετολμηκέναι, καὶ πεποιηκέναι, καὶ πεπονθέναι· ὅταν δὲ Μωϋσῆς μὴ περὶ Θεοῦ τοιαῦτα λέγῃ, ἀλλὰ μηδ' ἀγγέλων ἁγίων, περὶ δὲ ἀνθρώπων πολλῷ ἐλάττονα· (οὐδεὶς γὰρ παρ' αὐτῷ ἐτόλμησεν, ὅσα Κρόνος κατὰ τοῦ Οὐρανοῦ, οὐδὲ ὅσα Ζεὺς κατὰ τοῦ πατρός· οὐδ' ὅτι τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ ὁ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε συνελήλυθε·) πλανᾷν νομίζεται ἠπατημένους τοὺς νενομοθετημένους ὑπ' αὐτοῦ; Δοκεῖ δέ μοι καὶ παραπλήσιόν τι Κέλσος ποιεῖν τῷ Πλατωνικῷ Θρασυμάχῳ (84), μὴ ἐπιτρέποντι ὡς βούλεται ἀποκρίνασθαι περὶ τῆς δικαιοσύνης Σωκράτει, ἀλλὰ λέγοντι· « Ὅρα μὴ τὸ συμφέρον εἴπῃς εἶναι τὸ δίκαιον, μηδὲ τὸ δέον, μηδ' ἄλλο τι τῶν παραπλησίων. » Καὶ γὰρ αὐτὸς (85), κατηγορήσας (ὡς οἴεται) τῶν παρὰ Μωϋσεῖ ἱστοριῶν, καὶ μεμψάμενος τοῖς ἀλληγοροῦσι μετὰ τοῦ καὶ ἔπαινόν τινα περὶ αὐτῶν λέγειν, ὅτι εἰσὶν οἱ ἐπιεικέστεροι, οἱονεὶ κωλύεται (86), κατηγορήσας ὡς βούλεται, ἀπολογεῖσθαι τοὺς δυναμένους ὡς πέφυκεν ἔχειν τὰ πράγματα.

Εἴποιμεν δ' ἂν προκαλούμενοι βίβλους βίβλοις παραβάλλεσθαι, ὅτι, Φέρε, ὦ οὗτος, τὰ Λίνου, καὶ Μουσαίου, καὶ Ὀρφέως ποιήματα, καὶ Φερεκύδου τὴν γραφήν, καὶ συνεξέταζε τοῖς Μωϋσέως νόμοις, ἱστορίας ἱστορίαις, καὶ ἠθικοὺς λόγους νόμοις καὶ προστάγμασι παρατιθείς· καὶ ὅρα ὁποῖα μᾶλλον ἐπιστρέψαι δύναται καὶ αὐτόθεν τοὺς ἀκούοντας, καὶ τίνα αὐτῶν, κἂν ἐπιτρίψαι (87) τὸν ἀκροατήν· καὶ κατανόει ὅπως τὸ μὲν τάγμα τῶν σῶν συγγραφέων ὀλίγον μὲν ἐφρόντισε τῶν αὐτόθεν ἐντευξομένων, μόνοις δὲ ἄρα τοῖς τροπολογῆσαι καὶ ἀλληγορῆσαι δυναμένοις ἔγραψε τὴν ἰδίαν (ὡς φῄς) φιλοσοφίαν. Ὁ δὲ Μωϋσῆς (88) ἀνάλογον γενναίῳ ῥήτορι σχῆμα μελετῶντι καὶ πανταχοῦ τὴν διπλόην τῆς λέξεως πεφυλαγμένως προφερομένῳ, ἐπὶ τῶν πέντε βιβλίων πεποίηκε· μήτε τῷ πλήθει

quæ Orpheo ascribuntur, tempore principatus Pisistratidarum, circa quinquagesimam Olympiadem invenitur. » Tatian. orat. *Contra gentes*, pag. 173; Suidas in voce *Ὀρφεύς*; Vossius *De poetis Græcis;* Scaliger lib. I *Emend. temp.* Eumdem vide in appendice ad *Emendationem temporum.* Pausan. in *Att.* : Οὐδὲ ταῦτα Ὀρφέως ἐμοὶ δοκεῖν ὄντα· et in *Bœoticorum* primo non semel laudavit Orphei poemata. Tull. lib. I *De nat. deorum* : « Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse, et hoc Orphicum carmen Pythagorici ferunt cujusdam fuisse Cecropis. » At nobis non vacat hæc discutere : vide Suidam in voce *Ὀρφεύς* et Lilium Gyraldum in *Vitis poetarum*. Spencer.

(84) *Θρασυμάχῳ*, etc. Vide Platonem, lib. I *De Republica*, pag. 336.

(85) *Καὶ γὰρ αὐτός.* Ita codd. Reg. et Basileensis. Reliqui cum libb. editis. καὶ γὰρ οὗτος.

(86) *Κωλύεται.* Mallet Guietus κωλύει. Ibidem D omnes codd. mss., ὡς βούλεται. At sensus postulare videtur ὡς βούλονται, quæ quidem lectio secunda manu apposita est in codice Joliano. Ibidem tres codd. Anglicani et Basileensis recte omnino, ὡς πέφυκεν ἔχειν τὰ πράγματα. Libb. editi, ὡς πέφυκεν ἔχειν τὰ γράμματα.

(87) *Ἐπιτρίψαι.* Sic recte mss. Hœschelius ἐπιστρέψαι. Spencerus in textu, ἀποστρέψαι, et ad marginem, ἐπιστρέψαι. Guietus deceptus vitiosa lectione ἐπιστρέψαι, putavit hæc verba, καὶ τίνα αὐτῶν κἂν ἐπιστρέψαι τὸν ἀκροατήν, esse resecanda ut superflua et inutiliter repetita.

(88) *Ὁ δὲ Μωϋσῆς*, etc. Guieto scribendum videtur : Ὁ δὲ Μωϋσῆς ἀνάλογον γενναίῳ ῥήτορι καὶ πανταχοῦ τὴν διπλόην τῆς λέξεως πεφυλαγμένος, ἐπὶ τῶν πέντε βιβλίων πεποίηκε· sed a recepta et manuscriptis consignata lectione cur ita recedendum putaverit, non video.

τῶν νομοθετουμένων Ἰουδαίων διδοὺς ἀφορμὰς βλάβης ἐν τῷ ἠθικῷ τόπῳ, μήτε τοῖς ὀλίγοις καὶ συνετώτερον ἐντυγχάνειν δυναμένοις, οὐχὶ πλήρη θεωρίας ἐκτιθέμενος, τοῖς ἐρευνᾷν τὸ βούλημα αὐτοῦ δυναμένοις, γραφήν (89). Καὶ τῶν μὲν σοφῶν σου ποιητῶν ἔοικε μηδὲ τὰ βιβλία ἔτι σώζεσθαι, φυλαχθέντα ἂν εἰ ὁ ἐντυγχάνων ᾔσθετο ὠφελείας· τοῦ δὲ Μωϋσέως τὰ γράμματα πολλοὺς καὶ τῶν ἀλλοτρίων τῆς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἀνατροφῆς (90) κεκίνηκε πιστεῦσαι, ὅτι, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῶν γραμμάτων, ὁ πρῶτος αὐτὰ νομοθετήσας, καὶ Μωϋσεῖ παραδοὺς, Θεὸς ὁ κτίσας τὸν κόσμον ἦν. Καὶ γὰρ ἔπρεπε τὸν ὅλου τοῦ κόσμου δημιουργὸν, νόμους τεθειμένον ὅλῳ τῷ κόσμῳ, δύναμιν παρασχεῖν τοῖς λόγοις, κρατῆσαι τῶν πανταχοῦ δυναμένην. Καὶ ταῦτά φημι, οὐδέπω περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἐξετάζων, ἀλλ' ἔτι Μωϋσέα, τὸν πολλῷ ἐλάττονα Κυρίου, δεικνὺς, ὡς ὁ λόγος παραστήσει, πολλῷ διαφέροντα τῶν σοφῶν σου ποιητῶν καὶ φιλοσόφων.

A dem observavit regulam: ita ut neque multitudini Judæorum qui ejus legibus regebantur, dederit 337 in moribus peccandi locum; neque sagacioribus lectoribus qui rari sunt, legislatorisque voluntatem indagare volentibus, altiora perscrutandi materia defuerit. Adde quod tuorum sapientum poetarum libri excidisse jam videntur; qui certe servati fuissent, si, qui in illos incidit, hinc aliquem fructum percepisset. At scripta Moysis etiam illis, qui a Judæorum ritibus alieni erant, persuaserunt, eum, qui leges illas primus posuit Moysique tradidit, Deum esse hujus mundi conditorem, ut illa ipsa scripta testantur. Decebat enim hunc totius orbis opificem, qui toti orbi leges imposuerat, vim suis sermonibus indere, quæ universos sibi homines B subjicere posset. Atque hæc dico nihildum de Jesu inquirens; sed ut ostendam Moysem, etsi Domino longe inferiorem, tuis tamen sapientibus poetis philosophisque multo præstare. Verum de hac re infra.

Ἑξῆς τούτοις ὁ Κέλσος, λεληθότως βουλόμενος διαβαλεῖν τὴν κατὰ Μωϋσέα κοσμοποιίαν, ἐμφαίνοντα (91) μηδέπω μυρίων ἐτῶν ἀριθμὸν ἔχειν τὸν κόσμον, ἀλλὰ πολλῷ τούτου (92) λειπόμενον, προστίθεται κλέπτων αὐτοῦ τὸ βούλημα τοῖς λέγουσιν ἀγένητον εἶναι τὸν κόσμον. Τὸ γὰρ πολλὰς ἐκ παντὸς αἰῶνος ἐκπυρώσεις (93) γεγονέναι, πολλὰς δ' ἐπικλύσεις, καὶ νεώτερον εἶναι τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν (94) ἔναγχος γεγενημένον, σαφῶς τοῖς ἀκούειν αὐτοῦ δυναμένοις παρίστησι τὸ κατ' αὐτὸν τοῦ κόσμου ἀγένητον. Λεγέτω δὴ ἡμῖν ὁ τῇ πίστει Χριστιανῶν ἐγκαλῶν, ποίοις ἀποδεικτικοῖς λόγοις ἠναγκάσθη παραδέξασθαι πολλὰς γεγονέναι ἐκπυρώσεις, καὶ πολλοὺς κατακλυσμοὺς, πάντων δὲ νεώτερον εἶναι κατακλυσμὸν μὲν τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος, ἐκπύρωσιν δὲ τὴν ἐπὶ Φαέθοντος (95). Ἀλλ' ἐὰν προβάλληται τοὺς Πλάτωνος (96) περὶ τούτων διαλόγους, φήσομεν αὐτῷ, καὶ ἡμῖν ἐξεῖναι πιστεύειν, ἐν καθαρᾷ καὶ εὐ-

19. Postea Celsus volens occulte calumniari ea quæ de mundi creatione narrantur a Moyse, ex quibus evidens fit mundum decem mille annorum nondum esse, imo multo esse recentiorem, occultat quid ipse de hac re sentiat, assentiturque iis qui mundum increatum putant. Nam quod ait multas ab omni sæculo conflagrationes accidisse multaque diluvia, quorum postremum Deucalionis ætate non ita pridem factum est, id satis declarat ei qui intelligere potest, Celsi sententiam esse mundum non C esse creatum. Dicat ille fidei Christianæ accusator, quibus argumentis inductus ad credendum fuerit multas jam conflagrationes contigisse multaque diluvia; horumque ultimum fuisse illud quod terram Deucalionis tempore miscuit, et postremam conflagrationem ætate Phaethontis accidisse. Si Platonis dialogos objicit, dicemus licere nobis etiam credere, in pura piaque anima Moysis, qui sese super creatas

(89) *Τοῖς ἐρευνᾷν τὸ βούλημα αὐτοῦ δυναμένοις, γραφήν*. Hæc Guieto merum glossema videntur. Qua de causa? nescire me fateor.

(90) *Ἀνατροφῆς*. Sic duo codd. Vaticani; reliqui vero cum libb. editis, ἀναστροφῆς.

(91) *Ἐμφαίνοντα*. Forte legendum, ἐμφαίνουσαν, licet altera lectio stare possit.

(92) Unicus codex Jolianus cum libb. editis habet πολλῷ δὲ τούτου.

(93) *Ἐκπυρώσεις*. Ita recte duo codd. Vaticani, Basileensis et Jolianus, nec aliter paulo infra impressi libri, πολλὰς γεγονέναι ἐκπυρώσεις. Male ergo hic libb. editi, πυρώσεις. Paulo post pro παρίστησι τὸ κατ' αὐτὸν τοῦ κόσμου ἀγένητον, scribendum videtur Guieto, παρίστησι, τὸ κατ' αὐτὸν, τὸ τοῦ κόσμου ἀγέννητον.

(94) *Καὶ νεώτερον εἶναι τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμόν*. Magna sunt apud veteres opinionum divortia de epocha diluvii Deucalionei et Phaethontis incendio. Vetus auctor, cujus meminit Clemens Alexandrinus lib. I *Stromat.*, hæc contigisse arbitratus est trecentis tribus annis ante Trojæ excidium. Hieronymus in *Chronico*, Cyrillus Alexandrinus lib. I *Contra Julianum*, Augustinus lib. XVIII *De civitate Dei*, ad Cecropis regis Athenarum ætatem referunt. At ibidem Augustinus refert amplectique videtur aliam Varronis sententiam, nempe contigisse hoc diluvium sub Cecropis successore Cranao. Clemens Alexandrinus, lib. I *Strom.*, bis asserit Deucalioneum diluvium et Phaethontis incendium κατὰ Κρότωπον συμβῆναι, « Crotopi tempore contigisse. » An scribendum κατὰ Κέκροπα, « Cecropis ætate? » « Si cui hoc placet, » inquit clariss. Potterus, « is Eusebium auctorem habeat qui in procemio Canon. Κέκροψ. e Tatiano ac Clemente refert: Πρῶτος D Chronici... ὁ διφυής.... κατὰ δὲ τοῦτον καὶ Μωϋσῆς παρ' Ἑβραίοις ἐγνωρίζετο, ὡς κατὰ καιρὸν ἐπιδείξομεν, ἐφ' οὗ ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ, ἥ τε ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις ἐν Αἰθιοπίᾳ. « Primus fuit Cecrops Diphyes, cujus tempore apud Hebræos inclaruit Moyses, ut suo tempore ostendemus, et sub eodem contigit in Thessalia Deucalioneum diluvium, et in Æthiopia Phaethontis incendium. » Eadem occurrunt in *Epitome regum Atheniensium*, et in *Ἱστοριῶν συναγωγῇ*, pag. 361, a Scaligero translata sunt. Cæterum de Deucalionei diluvii epocha vide Petavium *Rationarii temporum* parte II, lib. II, cap. 9.

(95) *Ἐκπύρωσιν δὲ τὴν ἐπὶ Φαέθοντος*. Præter auctores in præcedenti observatione appellatos, lege, si lubet, Ovidium lib. II *Metamorph.*, fab. 1. SPENCER.

(96) *Τοὺς Πλάτωνος*. Vide Platonis *Timæum* non longe post initium.

res omnes evexerat totumque Deo commiserat, inhabitasse divinum Spiritum, qui longe clarius quam Plato ullusve e Græcis aut barbaris **338** sapientibus, res divinas exhibuerit. Quod si poposcerit a nobis rationem hujus fidei, reddat ipse prior rationem eorum quæ sine ulla auctoritate protulit; tum nos quoque nostra hæc ita se habere probabimus.

A σεβεῖ ψυχῇ Μωϋσέως, πᾶν γενητὸν ὑπεραναβάντος, καὶ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων ἑαυτὸν ἐξαρτήσαντος, ἐμπεπολιτεῦσθαι Πνεῦμα θεῖον, πολλῷ ἐναργέστερον Πλάτωνος, καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι καὶ παρὰ βαρβάροις σοφῶν, τὰ τοῦ Θεοῦ παραστήσαντος (97). Εἰ δ' ἀπαιτεῖ ἡμᾶς λόγους τῆς τοιαύτης πίστεως, διδότω πρότερος περὶ ὧν αὐτὸς ἀναποδείκτως ἀπεφήνατο, καὶ ἑξῆς κατασκευάσομεν τὰ ἡμέτερα ταῦθ' οὕτως ἔχειν.

20. Cæterum Celsus vel invitus testificatus est recentiorem esse mundum, necdum decem annorum millia complevisse, cum dixit a Græcis res illas antiquas existimari, quia propter diluvia et conflagrationes nemo antiquiores vidit aut litterarum monumentis mandavit. Sibi vero habeat Celsus magistros de conflagrationibus et diluviis Ægyptios, qui ipsi videntur omnium sapientissimi. Egregia scilicet tantæ sapientiæ reliquerunt vestigia, qui et animalia rationis expertia adoraverunt, et sermonibus probare conati sunt cultum sic Deo tributum rationi congruere, et arcanis quibusdam abstrusisque rationibus stabiliri. Ac Ægyptii quidem, cum suam Dei colendi rationem in colendis animalibus positam extollunt, sapientes sunt: at si quis Judæorum legi legislatorique assentiens omnia ad universarum rerum conditorem et solum Deum referat, Celso ejusque similibus videtur eo esse inferior, qui naturam divinam non ad rationabilia tantum et mortalia animalia, sed etiam ad ea quæ ratione carent, dimittit; quod impietate longe superat fabulosam e corporibus in corpora transmigrationem, qua fieret ut anima e cœli fornicibus delapsa in brutas animantes tam mansuetas quam feras descenderet. Cum hujusmodi fabulas narrant Ægyptii, nimirum recondita et arcana scrutari putantur; quas vero historias, quas leges toti genti Moyses reliquit, eæ videntur inanes fabulæ, nec ejus sermones allegoricum sensum putantur admittere.

Πλὴν καὶ ἄκων ἐνέπεσεν ὁ Κέλσος εἰς τὸ μαρτυρεῖν τῷ νεώτερον εἶναι τὸν κόσμον, καὶ οὐδέπω μυρίων ἐτῶν, εἰπὼν καὶ Ἕλληνας ταῦτα νομίζειν ἀρχαῖα, ὡς πρεσβύτερα (98), διὰ τοὺς κατακλυσμοὺς, καὶ τὰς ἐκπυρώσεις οὐ τεθεωρήκασιν, οὐδ' ἀπομνημονεύουσιν. Ἔστωσαν δὲ τῷ Κέλσῳ τοῦ περὶ τῶν ἐκπυρώσεων καὶ ἐξυδατώσεων μύθου διδάσκαλοι οἱ B κατ' αὐτὸν σοφώτατοι Αἰγύπτιοι, ὧν τῆς σοφίας ἴχνη, ἄλογα ζῶα προσκυνούμενα, καὶ λόγοι παριστάντες εὔλογον εἶναι καὶ ἀνακεχωρηκυῖάν τινα καὶ μυστικὴν τὴν τοιαύτην τοῦ Θεοῦ θεραπείαν. Κἂν μὲν Αἰγύπτιοι περὶ τῶν ζώων σεμνύνοντες ἑαυτῶν τὸν λόγον θεολογίας φέρωσι, σοφοί εἰσιν· ἐὰν δέ τις τῶν Ἰουδαίων (99) συγκαταθέμενος νόμῳ καὶ νομοθέτῃ πάντα ἀναφέρῃ ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ μόνον Θεὸν, ἥττων εἶναι παρὰ Κέλσῳ καὶ τοῖς ὁμοίοις αὐτῷ λογίζεται τοῦ μὴ εἰς λογικὰ μόνον καὶ θνητὰ ζῶα, ἀλλὰ καὶ εἰς ἄλογα κατάγοντος τὴν θεότητα, ὑπὲρ τὴν μυθικὴν μετενσωμάτωσιν (1), τὴν περὶ τῆς πιπτούσης ἀπὸ τῶν ἀψίδων τοῦ οὐρανοῦ ψυχῆς καὶ ἕως τῶν ἀλόγων ζώων, οὐ μόνον ἡμέρων, ἀλλὰ καὶ ἀγριωτάτων καταβαινούσης. Καὶ ἐὰν μὲν Αἰγύπτιοι μυθολογῶσι, πιC στεύονται πεφιλοσοφηκέναι δι' αἰνιγμῶν καὶ ἀποῤῥήτων· ἐὰν δὲ Μωϋσῆς ὅλῳ ἔθνει συγγράφων ἱστορίας καὶ νόμους αὐτοῖς καταλίπῃ, μῦθοι κενοὶ νομίζονται, μηδ' ἀλληγορίαν ἐπιδεχόμενοι οἱ λόγοι αὐτοῦ.

21. Atque hæc Celsi Epicureorumque sententia est. Nam ait ille: « Ex hac doctrina, quam a sapientibus gentibus eruditisque viris acceperat, divinum Moyses consecutus est nomen. » Cui ego: Esto, Moyses vetustiorem doctrinam ex aliis auditam tradiderit Hebræis. Si falsam, si nihil gravitatis aut sapientiæ habentem ex aliis auditam suscepit, et iis quos regebat, commendavit, merito culpandus est; quod si, ut ais tu, sapientia veraque recepit dogmata, et suos ea docuit, quid fecit quod jure reprehendi queat? Utinam Epicurus

Τοῦτο γὰρ Κέλσῳ καὶ τοῖς Ἐπικουρείοις δοκεῖ. « Τούτου οὖν, φησὶ, τοῦ λόγου τοῦ παρὰ τοῖς σοφοῖς ἔθνεσι καὶ ἐλλογίμοις ἀνδράσιν ἐπακηκοὼς, ὄνομα δαιμόνιον ἔσχε Μωϋσῆς. » Καὶ πρὸς τοῦτο δὲ λεκτέον, ἵν' αὐτῷ συγχωρηθῇ Μωϋσέα ἀκηκοέναι ἀρχαιοτέρου λόγου, καὶ τοῦτον Ἑβραίοις παραδεδωκέναι· ὅτι εἰ μὲν ψευδοῦς λόγου ἀκούσας, καὶ μὴ σοφοῦ, μηδὲ σεμνοῦ, παρεδέξατο αὐτὸν καὶ παρέδωκε τοῖς ὑπ' αὐτὸν, ἔγκλητός ἐστιν· εἰ δ', ὡς σὺ φῄς, συγκατέθετο δόγμασι σοφοῖς καὶ ἀληθέσι, καὶ ἐπαίδευσε D τοὺς οἰκείους δι' αὐτῶν, τί ποτε (2) κατηγορίας ἄξιον

(97) *Τὰ τοῦ Θεοῦ παραστήσαντος.* Sic Philocalia; Hœschelius autem et Spencerus, τὰ Θεοῦ παραστήσαντος. Mallem: Τὰ τοῦ Θεοῦ παραστῆσαν, ut referatur παραστῆσαν ad præcedens Πνεῦμα θεῖον.

(98) *Ὡς πρεσβύτερα.* Guieto scribendum videtur, ὧν πρεσβύτερα, quod et mihi arridet. Mox post καὶ τὰς ἐκπυρώσεις, duo codd. Anglicani habent, οὓς οὐ τεθεωρήκασιν· Reg. et Basil., οὗ οὐ τεθεωρήκασιν, sicque Jolianus, qui insuper ad marginem habet ἃ οὐ τεθεωρήκασιν. Hœschelius et Spencerus neque οὓς, neque ἃ, neque οὗ exhibent, sicque reliqui codd. mss. quos hoc loco sequimur.

(99) *Ἐὰν δέ τις τῶν Ἰουδαίων.* Sic Philocalia. Hœschelius et Spencerus, ἐὰν δὲ ὁ τῶν Ἰουδαίων. Codex Basileensis, ἐὰν δὲ ὁ τῷ Ἰουδαίων, non male.

Paulo post Philoc., δημιουργὸν καὶ μόνον Θεόν. Apud Hœschelium et Spencerum deest καί.

(1) *Ὑπὲρ τὴν μυθικὴν μετενσωμάτωσιν.* Sic Philocalia manuscripta, et sane genuina est lectio. Sensus enim hoc loco is est, Ægyptios qui naturam divinam non ad rationabilia tantum et mortalia, sed etiam ad bruta animalia demittunt, impietate longe superiores esse iis qui animas solas juxta Platonicæ et fabulosæ transmigrationis normam e corporibus in corpora migrare censent. Libb. editi, ἐπὶ τὴν μυθικὴν μετενσωμάτωσιν, Philocalia impressa, ὑπὲρ τὴν αὐθεντικὴν μετενσωμάτωσιν. Paulo post codex Jolianus ad marginem habet, δι' αἰνιγμάτων καὶ ἀποῤῥήτων.

(2) *Τί ποτε.* In codice Basileensi deest ποτέ, necnon in tribus Anglicanis et duobus Vaticanis.

πεποίηκεν; Ὡς εἴθε καὶ ὁ Ἐπίκουρος (3), καὶ ὁ ἔλαττον αὐτοῦ εἰς τὴν Πρόνοιαν ἀσεβῶν Ἀριστοτέλης (4), καὶ οἱ σῶμα εἰπόντες τὸν Θεὸν Στωϊκοὶ, τοῦ λόγου τούτου ἤκουσαν! ἵνα μὴ πληρωθῇ ὁ κόσμος λόγου, ἀθετοῦντος Πρόνοιαν, ἢ διακόπτοντος αὐτὴν, ἢ ἀρχὴν φθαρτὴν εἰσάγοντος τὴν σωματικὴν, καθ' ἣν καὶ ὁ Θεὸς τοῖς Στωϊκοῖς (5) ἐστι σῶμα, οὐκ αἰδουμένοις λέγειν αὐτὸν τρεπτὸν, καὶ δι' ὅλων ἀλλοιωτὸν (6) καὶ μεταβλητὸν, καὶ ἀπαξαπλῶς δυνάμενον φθαρῆναι, εἰ ἔχει τὸν φθείροντα, εὐτυχοῦντα δὲ μὴ φθαρῆναι, παρὰ τὸ μηδὲν εἶναι τὸ φθεῖρον αὐτόν. Ἀλλ' ὁ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν λόγος, ὁ τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον τοῦ Θεοῦ τηρῶν, ἀσεβὴς εἶναι νενόμισται, ἐπεὶ μὴ συνασεβεῖ τοῖς ἀσεβῆ περὶ Θεοῦ φρονοῦσι, λέγων ἐν ταῖς πρὸς τὸ θεῖον εὐχαῖς· « Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ· » πεπίστευται δὲ καὶ ὁ Θεὸς εἰρηκέναι τὸ, « Οὐκ ἠλλοίωμαι. »

Μετὰ ταῦτα τὸ περιτέμνεσθαι τὰ αἰδο μὴ διαβαλὼν ὁ Κέλσος ὑπὸ Ἰουδαίων γιγνόμενον, φησὶν « ἀπὸ Αἰγυπτίων (7) αὐτὸ ἐληλυθέναι· » Αἰγυπτίοις μᾶλλον ἢ Μωϋσεῖ πιστεύσας, λέγοντι πρῶτον ἐν ἀνθρώποις περιτετμῆσθαι τὸν Ἀβραάμ. Τοῦ δ' Ἀβραὰμ

A et **339** minus illo irreligiosus in providentiam Aristoteles, et Stoici qui Deum corpus esse autumant, doctrinam illam audiissent! Non jam plenus orbis esset doctrina, quæ Providentiam aut tollit aut finibus coercet, aut principium inducit corruptioni obnoxium adeoque corporeum: quod in causa est cur Stoici Deum esse corpus asseverent, neque eos negare pudeat illum esse mutationis et vicissitudinis immunem, ita ut ex ipsis corrumpi possit, si quis sit qui corrumpat, eaque causa non corrumpatur, quia quod corrumpat nihil est. Sed Judæorum Christianorumque doctrina, quæ Deum mutationis omnis variationisque expertem profitetur, quæ suis ad Deum precibus dicit: « Tu autem idem ipse es [85]; » quæ Dei dictum hoc esse docet:
B « Non mutor [86]; » hæc, inquam, doctrina impia judicatur, quia ab eorum societate, qui de Deo impia sentiunt, abhorret.

22. Post Celsus circumcisionis apud Judæos usum non reprehendit, sed ait « Judæos illam ab Ægyptiis fuisse mutuatos. » Nimirum Ægyptiis maluit fidem adjungere quam Moysi, qui Abrahamum scribit primum hominum circumcisum fuisse [87].

[85] Psal. CI, 28. [86] Malac. III, 6. [87] Gen. XVII, 28.

(3) *Ἐπίκουρος*. Lucretius lib. I, v. 57 seqq.:

Omnis enim per se divum natura, necesse est,
Immortali ævo summa cum pace fruatur,
Semota a nostris rebus, sejunctaque longe.
Jam privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri,
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.

Tertull., *Apologet.* cap. 47: « Contra Epicurei otiosum et inexercitum, et, ut ita dixerim, neminem humanis rebus. » Lactant., *De ira Dei*, cap. 8, 9; Euseb., lib. XIV, cap. 23, 24, 25, 26, 27; Theod., serm. 6, *De Dei provid.*; Tullius, lib. II *De divinatione*, et lib. II *De natura deorum*. SPENCER.

(4) *Ἀριστοτέλης*. Tatianus, *Contra Græcos*, pag. 142: Καὶ Ἀριστοτέλης ἀμαθῶς ὅρον τῇ προνοίᾳ θεὶς, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν οἷς ἠρέσκετο περιγράψας λίαν ἀπαιδεύτως. « Aristoteles terminum providentiæ imprudenter præfixit, et felicitatem earum rerum quibus ipse afficiebatur, copia imperitissime circumscripsit. » Eusebius, lib. XV, cap. 5: Ὁ Ἀριστοτέλης μέχρι σελήνης στήσας τὸ Θεῖον, τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη περιγράφει τῆς τοῦ Θεοῦ διοικήσεως. « Aristoteles in lunari orbe metam Numini terminumque constituens, partes mundi reliquas ejus curæ gubernationique subduxit. » Vide quæ profert ex Attico Platonico; quem rectius Atticum scurram nominares. Theod. serm. 6 *De Dei provid.*; Cyrill. Alex. lib. II *Contra Julianum*; Clem. Alex. in *Protreptico*. Audi vero Aristotelem, libro *De mundo*, cap. 2: Λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως κόσμος ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ Θεοῦ τε καὶ διὰ Θεὸν φυλαττομένη. « Dicitur etiam aliter mundus, ordo et digestio universorum, quæ a Deo et per Deum asservatur. » Et libro primo *De morib.*, cap. 8 et 9: Εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται, ὥσπερ δοκεῖ, καὶ εἴη ἂν εὔλογον χαίρειν τε αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ· τοῦτο δὲ ἂν εἴη ὁ νοῦς, καὶ τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τοῦτο, καὶ τιμῶντας ἀντευποιεῖν, ὡς τῶν φίλων αὐτοῖς ἐπιμελουμένους, καὶ ὀρθῶς δὲ καὶ καλῶς πράττοντας· et lib. I, cap. 5, *De partibus animalium*: Διὸ δεῖ μὴ δυσχεραίνειν παιδικῶς τὴν περὶ τῶν ἀτιμοτέρων ζῴων ἐπίσκεψιν· ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς φυσικοῖς ἔνεστί τι θαυμαστὸν, καὶ καθάπερ Ἡράκλειτος λέγεται πρὸς τοὺς ξένους εἰπεῖν, τοὺς βουλομένους αὐτῷ ἐντυχεῖν, οἳ, ἐπειδὴ προσιόντες εἶδον αὐτὸν θερόμενον πρὸς τῷ ἰπνῷ, ἔστησαν· ἐκέλευσε γὰρ αὐτοὺς εἰσιέναι θαῤῥοῦντας, εἶναι γὰρ καὶ ἐνταῦθα θεούς. « Quamobrem viliorum animalium disputationem perpen-
C sionemque fastidio puerili quodam sprevisse, molesteque tulisse, dignum nequaquam est, cum nulla res sit naturæ, in qua non mirandum aliquid inditum habeatur. Et quod Heraclitum dixisse ferunt ad eos qui eum alloqui cum vellent, quod forte in casa furnaria quadam caloris gratia sedentem vidissent, accedere temperarunt: ingredi enim eos fidenter jussit, *Quoniam*, inquit, *ne huic quidem loco dii desunt*. » Vide Salomonem Gesnerum, theologiæ professorem Wittenbergensem, qui « triginta testimonia, » ut vocat, « insignia ex monumentis Aristotelicis de Dei universali et singulari Providentia » conquisivit: sufficiet enim nobis vel levissime attigisse. SPENCER.

(5) *Τοῖς Στωϊκοῖς*. Plutarch., lib. primo *De placitis philosophorum*, Tullius, lib. IV *Acad. quæst.*; Tertull., *Apol.* cap. 47; Euseb., lib. XV, cap. 15, *Præp. evang.*, ex Aristocle; Clem. in *Protrept.* et *Strom.* I, *Strom.* V, *Strom.* VII, varii varie de philosophorum dogmatis tradiderunt. Justinus, *Apol.*
D 2, pag. 66: Οἱ λεγόμενοι δὲ Στωϊκοὶ φιλόσοφοι καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι δογματίζουσιν, καὶ αὖ πάλιν κατὰ μεταβολὴν τὸν κόσμον γίνεσθαι λέγουσιν. « Qui vero appellantur Stoici philosophi, ipsum etiam Deum in ignem dissolutum iri opinantur, ac novum per mutationem mundum fore dicunt. » Plutarch. *De oraculorum defectu*: Τοὺς Στωϊκοὺς, ἔφη, γινώσκομεν οὐ μόνον κατὰ δαιμόνων ἣν λέγω δόξαν ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ὄντων τοσοῦτον τὸ πλῆθος, ἑνὶ χρωμένους ἀϊδίῳ καὶ ἀφθάρτῳ, τοὺς δὲ ἄλλους καὶ γεγονέναι καὶ φθαρήσεσθαι νομίζοντας. « Et vero Stoicos novimus non modo de geniis in eadem nobiscum sententia esse, sed etiam de diis, quorum tantum statuunt numerum, unum duntaxat æternum interitusque expertem, reliquos et natos et obituros censere. » SPENCER.

(6) Paulo post pro καὶ δι' ὅλων ἀλλοιωτὸν, Guieto videtur scribendum καὶ δι' ὅλου ἀλλοιωτόν.

(7) *Αἰγυπτίων*. Credibile est Ægyptios reliquas-

Illius vero Abrahami nomen et cum Deo familiaritatem non Moyses memoravit solus. Multis etiam eorum qui excantant dæmonia, usurpatur istud: « Deus Abrahami; » hincque indicant qua cum Deo vir ille justus fuerit familiaritate conjunctus. Quocirca Deum Abrahami invocant, etiamsi nesciant quis ille fuerit Abrahamus. Quod idem de Isaac, de Jacob, de Israel dicendum est; quæ 340 nomina, licet, ut in confesso est, Hebraica sint, in suis tamen ritibus adhibent Ægyptii, cum aliquid mirabile pollicentur. Quod ad circumcisionem spectat, qua primus Abrahamus usus est, quamque Jesus a suis discipulis observari noluit, ejus rationes exponere nunc non cogito, nec illius explicandæ hic opportunus est locus, sed pugnandum est contra Celsum; et quia putavit falsi convicturum se facilius Christianismum, si Judaicam religionem, cui suam originem debet, falsam esse ostenderet, funditus everti oportet quidquid calumniarum in illam religionem fudit.

23. Pergit Celsus: « Hi Moysem suum ducem secuti caprarii oviumque pastores, rusticanis dolis decepti unum Deum esse crediderunt. » Ostendat igitur quomodo, dum caprarii oviumque pastores nulla, ut putat, ratione a deorum cultu deficiunt, ipse approbare possit multitudinem deorum, quos Græci aliique barbari colunt. Dicat quid rei, qua natura sit Mnemosyne, quæ Musas ex Jove genuit, vel Themis quæ Horas. Gratias semper nudas probet revera exsistere. At non poterit illa Græcorum figmenta, quibus corpora tribui videntur, ex illorum operibus deos esse demonstrare. Cur enim veræ magis essent illæ Græcorum de diis fabulæ, quam, verbi causa, Ægyptiorum, quorum lingua nec Mnemosynem novem Musarum matrem, nec Themi-

A τὸ ὄνομα οὐ Μωϋσῆς ἀναγράφει μόνος, οἰκειῶν αὐτὸν Θεῷ· ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλοὶ τῶν ἐπᾳδόντων δαίμονας χρῶνται ἐν τοῖς λόγοις αὐτῶν τῷ, « Ὁ Θεὸς Ἀβραάμ· » ποιοῦντες μὲν διὰ τὸ ὄνομα καὶ τὴν πρὸς τὸν δίκαιον τοῦ Θεοῦ οἰκειότητα· διὸ παραλαμβάνουσι τὴν, « Ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, » λέξιν, οὐκ ἐπιστάμενοι δὲ (8) τίς ἐστιν ὁ Ἀβραάμ. Τὰ δ' αὐτὰ λεκτέον καὶ περὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ περὶ τοῦ Ἰακὼβ (9), καὶ περὶ τοῦ Ἰσραήλ· ἅτινα ὁμολογουμένως Ἑβραῖα ὄντα ὀνόματα, πολλαχοῦ τοῖς Αἰγυπτίοις (10) ἐπαγγελλομένοις ἐνέργειάν τινα ἐνέσπαρται μαθήμασι. Τὸν δὲ λόγον τῆς περιτομῆς, ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ κωλυόμενον ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, μὴ βουλομένου τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς τὸ αὐτὸ ποιεῖν, οὐ πρόκειται νῦν ἑρμηνεύειν· οὐ γὰρ τῆς περὶ τούτων διδασκαλίας ὁ παρὼν
B καιρὸς, ἀλλὰ ἀγῶνος καθαιροῦντος τὰ φερόμενα ὑπὸ Κέλσου κατὰ τοῦ Ἰουδαίων λόγου ἐγκλήματα, οἰομένου τάχιον ψευδοποιήσειν τὸν Χριστιανισμὸν, ἐὰν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ (11) ἐν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς οὔσης λόγοις κατηγορῶν παραστήσῃ κἀκείνην ψευδῆ.

Ἑξῆς τούτοις φησὶν ὁ Κέλσος, ὅτι « τῷ ἡγησαμένῳ σφῶν ἑπόμενοι Μωϋσῇ αἰπόλοι καὶ ποιμένες, ἀγροίκοις ἀπάταις ψυχαγωγηθέντες, ἕνα ἐνόμισαν εἶναι Θεόν. » Δεικνύτω τοίνυν, πῶς αἰπόλων καὶ ποιμένων ἀλόγως, ὡς οἴεται, ἀποστάντων τοῦ σέβειν θεοὺς, αὐτὸς δύναται παραστῆσαι τὸ πλῆθος τῶν καθ' Ἕλληνας θεῶν, ἢ τοὺς λοιποὺς βαρβάρους (12). Δεικνύτω τοίνυν ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν Μνημοσύνης γεννώσης ἀπὸ Διὸς τὰς Μούσας· ἢ Θέμιδος, τὰς Ὥρας·
C ἢ τὰς Χάριτας ἀεὶ γυμνὰς παραστησάτω δύνασθαι κατ' οὐσίαν ὑφεστηκέναι· Ἀλλ' οὐ δυνήσεται τὰ Ἑλλήνων ἀναπλάσματα σωματοποιεῖσθαι δοκοῦντα, ἀπὸ τῶν πραγμάτων δεικνύναι θεούς. Τί γὰρ μᾶλλον οἱ Ἑλλήνων μῦθοι περὶ θεῶν ἀληθεῖς, ἢ (φέρ' εἰπεῖν) οἱ Αἰγυπτίων, οὐκ εἰδότων τῇ σφῶν διαλέκτῳ Μνη-

que gentes a Judæis circumcidendi ritum mutuatos esse. De Æthiopibus Artapanus testatur, apud Euseb., lib. IX, cap. 27: Οὕτω δὲ τοὺς Αἰθίοπας, καίπερ ὄντας πολεμίους, στέρξαι τὸν Μωϋσῆν, ὥστε καὶ τὴν περιτομὴν τῶν αἰδοίων παρ' ἐκείνου μαθεῖν· οὐ μόνον δὲ τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἅπαντας. « Æthiopes autem ipsos, tametsi hostes, tam propenso tamen in Moysem animo fuisse, ut ipsius quoque circumcisionis ab eo ritum acciperent. Id quod a sacerdotibus etiam omnibus præstitum fuerit. » SPENCER.

(8) *Οὐκ ἐπιστάμενοι δέ.* Guieto scribendum videtur οὐκ ἐπιστάμενοί γε.

(9) *Περὶ τοῦ Ἰακώβ.* Vide lib. I, num. 24 et 25; lib. IV, num. 33 et 34; lib. V, num. 45 et 46. Justinus in *Dialogo cum Tryphone*: Ἐὰν δὲ κατὰ παντὸς ὀνόματος τῶν παρ' ὑμῖν γεγενημένων ἢ βασιλέων, ἢ δικαίων, ἢ προφητῶν, ἢ πατριαρχῶν ἐξορκίζητε ὑμεῖς, οὐχ ὑποταγήσεται οὐδὲν τῶν δαιμόνων· ἀλλ' εἰ ἄρα ἐξορκίζει τις ὑμῶν κατὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Θεοῦ Ἰσαὰκ, καὶ Θεοῦ Ἰακὼβ, ἴσως ὑποταγήσεται. « Sin vos per nomen quodvis, qui vobis fuere, regum aut justorum, aut prophetarum, aut patriarcharum adjuretis, non subjicietur vobis dæmonium aliquod: cæterum si quis vestrum adjuret per Deum Abrahæ, et Deum Isaac, et Deum Jacob, forte subjicietur. » Vide Alexand. Trallianum, lib. XI; Grotium et Hammondum in adnot. ad Matth., cap. XII; Cardanum, lib. XVIII *De mirab.*, et Baron. ad annum 120, num. 13. Quod vero Justinus martyr dicit nomen cujusvis regis Judaici invocatum ad expellendos dæmonas non sufficere, vix fidem meretur, si vera de Eleazaro narrat Josephus lib. VIII *Antiq. Jud.*, cap. 2. SPENCER.

(10) *Αἰγυπτίοις.* Periere libri, ex quibus hujus rei notitiam haurire poteramus: huc tamen non inepte referas quæ habet Jamblichus, libro *De mysteriis*, capite *De nominibus divinis*: « Depone igitur suspiciones a veritate cadentes, quibus suspicaris Ægyptiam ibi conferre linguam duntaxat, ubi Ægyptius est, vel usus Ægyptia lingua, qui tunc invocatur. Potius autem existimato, quoniam primi omnium Ægyptii præsentiam participationem-
D que deorum sortiti sunt, ideo deos invocantem potissimum approbare, quando Ægyptio ritu vocantur. Neque vero dicendum est barbara hæc obscura divinorum nomina esse quædam præstigiatorum fascinatorumque machinamenta: quo enim pacto quæ maxime conjuncta sunt diis, quæque nos iis conjungunt, et quasi æquales cum superis vires habent, phantastica figmenta erunt, sine quibus nullum in sacris opus efficitur. » Arnob., l. I *Adv. gentes*: « Magus fuit, clandestinis artibus omnia illa perfecit, Ægyptiorum ex adytis angelorum potentium nomina et remotas furatus est disciplinas. » SPENCER.

(11) *Αὐτοῦ.* Sic codd. Reg., Basileensis et duo Vaticani. Reliqui vero cum libb. editis, αὐτῷ. Paulo post codex Jolianus ad marginem habet, κἀκείνην ψευδῆ, recte omnino, et ita legendum sua sagacitate conjecerat Boherellus. Libb. editi, κἀκεῖνον ψευδῆ.

(12) *Τοὺς λοιποὺς βαρβάρους.* Guietus perperam

μοσύνην μητέρα Μουσῶν ἐννέα, οὐδὲ Θέμιν Ὡρῶν, οὐδὲ Εὐρυνόμην μίαν τῶν χαρίτων (13), οὐδὲ τὰ λοιπὰ ὀνόματα αὐτῶν; Πόσῳ οὖν ἐναργέστερον, καὶ πάντων τούτων τῶν ἀναπλασμάτων βέλτιον, τὸ, ἐκ τῶν ὁρωμένων πειθόμενον τοῖς κατὰ τὴν εὐταξίαν τοῦ κόσμου, σέβειν τὸν δημιουργὸν αὐτοῦ, ἑνὸς ὄντος ἕνα, καὶ συμπνέοντος αὐτοῦ ὅλῳ ἑαυτῷ, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δυναμένου (14) ὑπὸ πολλῶν δημιουργῶν γεγονέναι, ὡς οὐδ' ὑπὸ πολλῶν ψυχῶν συνέχεσθαι ὅλον τὸν οὐρανὸν κινουσῶν· ἀρκεῖ γὰρ μία ἡ φέρουσα ὅλην τὴν ἀπλανῆ ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς, καὶ ἐμπεριλαβοῦσα ἔνδον πάντα, ὧν χρείαν ἔχει ὁ κόσμος, τὰ μὴ αὐτοτελῆ. Πάντα γὰρ μέρη κόσμου, οὐδὲν δὲ μέρος ὅλου Θεός. Δεῖ γὰρ εἶναι τὸν Θεὸν μὴ ἀτελῆ, ὥσπερ ἐστὶ τὸ μέρος ἀτελές. Τάχα δὲ βαθύτερος λόγος δείξει, ὅτι κυρίως Θεὸς ὥσπερ οὐκ ἔστι μέρος, οὕτως οὐδὲ ὅλον, ἐπεὶ τὸ ὅλον ἐκ μερῶν ἐστι· καὶ οὐχ ἐρεῖ λόγος παραδέξασθαι τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν εἶναι ἐκ μερῶν, ὧν ἕκαστον οὐ δύναται ὅπερ τὰ ἄλλα μέρη.

A dem Horarum, nec Eurynomen Gratiarum, nec alia Græcorum nomina admittit? Quanto igitur evidentius, quanto his omnibus figmentis melius est argumentum quo quis ex præclaro rerum quæ in mundo conspiciuntur, ordine persuasus, illius mundi veneratur conditorem, unius secumque omni ex parte consentientis unum. Qua quidem partium omnium conspiratione et consensu liquet mundum a pluribus creari non potuisse, neque pluribus animabus regi quæ totum cœlum moveant: cum una ferendo ab oriente in occidentem firmamento sufficiat continendisque partibus, quæ, ut ex se perfectæ non sint, mundo tamen sunt necessariæ. Quidquid enim in mundo est, mundi sunt partes, non totius autem pars Deus. Nam pars est quid imperfectum, quod Deo B minime convenit. Forte etiam, si quis **341** voluerit altius scrutari, Deum nec partem, nec totum esse probaverit. Sane totum constat ex partibus; at ratio nunquam summum Deum admitti patietur ex partibus conflatum, quarum singulæ non possunt quod reliquæ omnes.

Μετὰ ταῦτά φησιν, ὅτι « οἱ αἰπόλοι καὶ ποιμένες ἕνα ἐνόμισαν Θεὸν, εἴτε Ὕψιστον, εἴτ' Ἀδωναῒ, εἴτ' Οὐράνιον, εἴτε Σαβαὼθ, εἴτε καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως χαίρουσιν ὀνομάζοντες τόνδε τὸν κόσμον· καὶ πλεῖον οὐδὲν ἔγνωσαν. » Καὶ ἑξῆς δέ φησι, « μηδὲν διαφέρειν τῷ παρ' Ἕλλησι φερομένῳ ὀνόματι τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν καλεῖν ἢ Δία, ἢ τῷ δεῖνι (15) (φέρ' εἰπεῖν,) παρ' Ἰνδοῖς, ἢ τῷ δεῖνι παρ' Αἰγυπτίοις. » Λεκτέον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι ἐμπίπτει εἰς τὸ προκείμενον λόγος βαθὺς, καὶ ἀπόρρητος, ὁ περὶ φύσεως ὀνομάτων, πότερον, ὡς οἴεται Ἀριστοτέλης (16), θέσει ἐστὶ τὰ

24. Sequuntur hæc Celsi: « Hi caprarii et pastores unum esse Deum crediderunt, sive illum Excelsum, sive Adonai, sive Cœlestem, sive Sabaoth, sive quovis alio nomine hunc mundum appellare maluerint; neque quid ultra cognoverunt. » Et paulo post: « Nihil interest quo nomine vocetur Deus, sive Jovis, ut apud Græcos, sive alio quolibet apud Ægyptios aut apud Indos usurpato. » Quibus C respondendum, altam et arcanam esse de nominum natura quæstionem: utrum, sicut placet Aristoteli, ex instituto imposita sint rebus vocabula;

legebat, τῶν λοιπῶν βαρβάρων. Paulo post in codice Regio deest, ὑπόστασιν.

(13) *Μίαν τῶν χαρίτων.* Scribendum videtur μητέρα τῶν χαρίτων, ut Themis, inquit Spencerus, sit Horarum et Mnemosyne mater Musarum:

Τρεῖς δέ οἱ Εὐρυνόμη χάριτας τέκε καλλιπαρῄους.

Hesiod. in *Theogonia.* Paulo post codd. Regius et Basileensis, πόσῳ οὖν ἐνεργέστερον.

(14) Duo Vaticani, tres Anglicani et Basileensis, μὴ δυναμένῳ. Paulo post Hœschelius in textu, ἀρκεῖ γὰρ μία οὐ φέρουσα, male. Omnes mss. ut in nostro textu. Infra Hœschelius in textu, ταῦτα δὲ βαθύτερος λόγος. Paulo inferius idem in textu habet, ὥσπερ τὰ ἄλλα μέρη.

(15) *Τῷ δεῖνι*, etc. Ita codd. Regius et Basileensis: Philocalia vero cum reliquis mss., τῷ δεῖνα .... ἢ τῷ δεῖνα. Spencerus et Hœschelius, τὸ δεῖνα .... ἢ τὸ δεῖνα. Codex Jolianus, τὸν δεῖνα .... ἢ τὸν δεῖνα.

(16) *Ὡς οἴεται Ἀριστοτέλης.* Lib. I, part. I, cap. 2, *De interpr.*: Ὄνομα μὲν οὖν ἐστὶ φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην ἄνευ χρόνου, ἧς μηδὲν μέρος ἐστὶ σημαντικὸν κεχωρισμένον. « Nomen igitur est vox significans ex instituto, sine tempore, cujus nulla pars significat separatim. » Et paulo post: Τὸ δὲ κατὰ συνθήκην, ὅτι φύσει τῶν ὀνομάτων οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅταν γίνηται σύμβολον. « Ex instituto autem dixi: quia nullum nomen est natura, sed cum fit nota. » Arnob. lib. I *Adv. gentes*: « Quanquam, si verum species, nullus sermo est integer natura, vitiosus similiter nullus: quænam est enim ratio naturalis, aut in mundi constitutionibus lex scripta, ut hic paries dicatur, et hæc sella, cum neque sexus habeant femininis generibus masculinisque discretos, neque quisquam docere doctissimus me possit, ipsum *Hic* et *Hæc* quid sint? aut cur ex his unum sexum virilem designet, femininis generibus id quod sequitur applicet? Humana ista sunt placita, et ad usum sermonis faciendi non sane omnibus necessaria; » et paulo post: « Nonne aliud *hæc utria*, aliud dicitis *hos utres*, *cœlus* et *cœlum*, » etc. Apud Platonem nomen διδασκαλικόν τί ἐστιν ὄργανον, καὶ διακριτικὸν τῆς οὐσίας, « instrumentum docendis rebus accommodatum, et quo rerum ipsarum natura discriminetur. » Plato in *Cratylo*, pag. 388. Idem in sequentibus supponit quædam primaria exstitisse vocabula, quæ rerum naturam indigitabant, reliquorum quibus utimur fontes, verum antiquitatis situ obruta humanum captum longe fugere (ibid. pag. 421, 25): Οὐ γὰρ ἔχομεν τούτου βέλτιον εἰς ὅ τι ἐπανέγκωμεν D περὶ ἀληθείας τῶν πρώτων ὀνομάτων· εἰ μὴ ἄρα δὴ ὥσπερ οἱ τραγῳδιοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφύγωσιν θεοὺς αἴροντες· καὶ ἡμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν, ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα οἱ θεοὶ ἔθεσαν, καὶ διὰ ταῦτα ὀρθῶς ἔχει. Ἄρα καὶ ἡμῖν κράτιστος οὗτος τῶν λόγων, ἢ ἐκεῖνος· ὅτι παρὰ βαρβάρων τινῶν αὐτὰ παρειλήφαμεν (εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι βάρβαροι), ἢ ὅτι ὑπὸ παλαιότητος ἀδύνατον αὐτὰ ἐπισκέψασθαι, ὥσπερ καὶ τὰ βαρβαρικά. « Neque enim melius hoc habemus quidquam, ad quod tanquam ad scopum quemdam nostram de primorum nominum veritate disquisitionem reducamus: nisi forte quemadmodum tragici, cum res est intricatissima, ad machinas confugiunt, et deos inducunt, ita et nos abeamus, postquam dixerimus deos prima nomina imposuisse, et hac de causa recte illa esse instituta. Hoc modo optime res hæc a nobis explicabitur, aut illo quem supra notavimus: nos a barbaris quibusdam illa suscepisse

an, ut volunt Stoici, ex natura sint, primis vocibus res ipsas imitantibus, unde post nata nomina fuerint; quod ex nominum originationibus eruere sibi visi sunt; an, ut docuit Epicurus a Stoicis dissidens, natura quidem nomina sint, sed ita ut **342** primi homines quasdam voces effuderint diversas pro diversis, in quas incidebant, rebus. Hic igitur si probare possumus natura vim inesse quibusdam nominibus, quibus utuntur aut Ægyptiorum sapientes, aut apud Persas eruditiores Magi, aut inter philosophos Indos Brachmanes, vel Samanæi, et apud alias gentes; si planum facere possumus, quam vocant magiam, eam non esse, ut Epicuri et Aristotelis asseclis visum est, rem omnino futilem; sed certam potius constantemque, ut ejus periti docent, tametsi reconditas habeat rationes per-

A ὀνόματα, ἢ, ὡς νομίζουσιν οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς (17) φύσει, μιμουμένων τῶν πρώτων φωνῶν τὰ πράγματα, καθ' ὧν τὰ ὀνόματα, καθὸ καὶ στοιχεῖά τινα ἐτυμολογίας εἰσάγουσιν· ἢ, ὡς διδάσκει Ἐπίκουρος (18) (ἑτέρως ἢ ὡς οἴονται οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς), φύσει ἐστὶ τὰ ὀνόματα, ἀποῤῥηξάντων τῶν πρώτων ἀνθρώπων (19) τινὰς φωνὰς κατὰ τῶν πραγμάτων. Ἐὰν τοίνυν δυνηθῶμεν ἐν προηγουμένῳ λόγῳ παραστῆσαι φύσιν ὀνομάτων ἐνεργῶν, ὧν τισι χρῶνται Αἰγυπτίων οἱ σοφοὶ ἢ τῶν παρὰ Πέρσαις μάγων οἱ λόγιοι, ἢ τῶν παρ' Ἰνδοῖς φιλοσοφούντων Βραχμᾶνες, ἢ Σαμαναῖοι (20), καὶ οὕτω καθ' ἕκαστον τῶν ἐθνῶν· καὶ κατασκευάσαι οἷοί τε γενώμεθα, ὅτι καὶ ἡ καλουμένη μαγεία οὐχ, ὡς οἴονται οἱ ἀπὸ Ἐπικούρου καὶ Ἀριστοτέλους, πρᾶγμά ἐστιν ἀσύστατον

B πάντη, ἀλλ', ὡς οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ ἀποδεικνύουσι,

(sunt enim nobis antiquiores barbari); aut certe præ vetustate nullo modo posse ipsa dispici, quemadmodum nec barbara. » Et non longe ab istius operis fine statuit, μείζω τινὰ δύναμιν εἶναι ἢ ἀνθρωπείαν, τὴν θεμένην τὰ πρῶτα ὀνόματα τοῖς πράγμασιν. « Majorem quamdam humana potentiam esse quæ prima rebus nomina imposuerit; » et p. 438, alicubi se nominis imponendi rationem, maxime si deos spectat, penitus nescire profitetur : Τί οὖν δή; οὐκ οἴει τοῦτο σεμνόν τι εἶναι γνῶναι, ὅπη ποτὲ ὀρθῶς ἔχει, ἐκεῖνον τὸν ποταμὸν Ξάνθον καλεῖν, μᾶλλον ἢ Σκάμανδρον· εἰ δὲ βούλει περὶ τῆς ὄρνιθος, ἣν λέγει, ὅτι

Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν·

φαῦλον ἡγῇ τὸ μάθημα, ὅσῳ ὀρθότερόν ἐστι καλεῖσθαι χαλκὶς κυμίνδιδος τῷ αὐτῷ ὀρνέῳ; ἢ τὴν βατίειαν, καὶ μυρίνην, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ τούτου τοῦ C ποιητοῦ, καὶ ἄλλων. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως μείζω ἐστὶν, ἢ κατ' ἐμὲ καὶ σὲ ἐξευρεῖν. « Quid vero? nonne augustum quiddam esse arbitraris, intelligere quatenus rectum sit atque consentaneum, fluvium illum vocare Xanthum potius quam Scamandrum? Item si et illud vis animadvertere quod de ave quadam dicit ille, quam

Chalcida dii appellant, hominesque cymindin :

illamne levem rem esse existimas, in qua discenda studium operaque adhibeatur, quanto rectius sit eidem avi chalcidis quam cymindis appellationem tribuere; quam batieam aut myrinen vocare? Et sic de plurimis aliis quæ sunt apud hunc poetam et alios sit constituendum. Verum hæc sunt hujusmodi ut a te vel a me comperi nullo modo possint, quippe quæ ingeniorum nostrorum captum superent. » Plat. in *Cratylo*, pag. 391, 392, et pag. 400, 401, tandem sui dubius, eorum, quæ locutus est, D nihil astruit, nec sermoni suo adhæret, licet aliquali probabilitate fulciatur; p. 428, 440, summæ sapientiæ Pythagoræ ascripsit omnibus rebus nomina imposuisse. Tull. lib. I *Tuscul. quæst.*, Theodotus epit. ἐκ τῶν προφητ. « Nigidius argutissime docuit (ut ait *Gellius*) nomina non positiva esse, sed naturalia. » Vide Gellium, lib. x, cap. 4, *Noct. Att.* Origenes putat angelos varias dialectos fabricatos esse, et singulos singulis, quibus imperabant, provinciis diversam linguam attribuisse. Vide homil. 11 in Num. : « Hos aliosque tales (ut olim *Gellius*) argutæ delectabilisque desidiæ aculeos cum audiremus, vel lectitaremus, neque in his scrupulis aut emolumentum aliquid solidum ad rationem vitæ pertinens, aut finem ullum quærendi videremus, Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait :

Philosophandum est paucis, nam omnino haud placet. » SPENCER.

(17) *Οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς*. Tull. lib. III *De nat. deor.* : « In enodandis nominibus, quod miserandum sit, laboratis. Saturnus, quia se saturat annis; Mavors, quia magna vertit; Minerva, quia minuit, aut quia minatur; Venus, quia venit ad omnia; Ceres a gerendo. Quam periculosa consuetudo! In multis enim nominibus hærebitis. Quid Vejovi facies? quid Vulcano? Quanquam, quoniam Neptunum a nando appellatum putas, nullum erit nomen, quod non possis una littera explicare unde ductum sit. In quo quidem magis hic mihi natare visus es, quam ipse Neptunus. Magnam molestiam suscepit et minime necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, commentitiarum fabularum reddere rationem, vocabulorum, cur quique appellati sunt, causas explicare. » SPENCER.

(18) *Ὡς διδάσκει Ἐπίκουρος*. Quid sit discriminis, inquit Boherellus, inter Stoicorum et Epicureorum sententiam non viderunt Velserus et Hœschelius, qui hæc deleri posse putarunt, tanquam cum præcedentibus coincidentia. Multo minus apposite huc affert Spencerus locum A. Gellii lib. v, cap. 15 : « Democritus, ac deinde Epicurus, ex individuis corporibus vocem constare dicunt, eamque, ut ipsis eorum verbis utar, ῥεῦμα λόγων appellant. » In quo agitur de vocis, ut ita dicam, corporeitate. Epicuri mentem de nominum origine explicat Lucretius lib. v.

(19) *Τῶν πρώτων ἀνθρώπων*. Codex Basileensis, πρῶτον τῶν ἀνθρώπων.

(20) *Σαμαναῖοι*. Philocalia, Σωμαναῖοι. Porphyrius lib. IV *De abstin.*, pag. 167 edit. Cantabr. 1655 : Ἰνδῶν γὰρ τῆς πολιτείας εἰς πολλὰ νενεμημένης, ἐστί τι γένος παρ' αὐτοῖς τὸ τῶν θεοσόφων, οὓς Γυμνοσοφιστὰς καλεῖν εἰώθασιν Ἕλληνες. Τούτων δὲ δύω αἱρέσεις· ὧν τῆς μὲν Βραχμᾶνες προΐστανται, τῆς δὲ Σαμαναῖοι. Ἀλλ' οἱ μὲν Βραχμᾶνες ἐκ γένους διαδέχονται, ὥσπερ ἱερατείαν, τὴν τοιαύτην θεοσοφίαν· Σαμαναῖοι δὲ λογάδες εἰσὶ, κἀκ τῶν βουληθέντων θεοσοφεῖν συμπληρούμενοι. Ἔχει δὲ τὰ κατ' αὐτοὺς τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς Βαρδησάνης, ἀνὴρ Βαβυλώνιος, ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν γεγονὼς, καὶ ἐντυχὼν τοῖς περὶ Δαμάδαμιν πεμπομένοις Ἰνδοῖς πρὸς τὸν Καίσαρα, ἀνέγραψεν. « Indorum enim respublica in multas partes est dissecta, apud quos est genus quoddam theosophorum, quos Græci Gymnosophistas solent appellare. Horum duæ sunt sectæ, et utriusque sui antistites, Brachmanes hujus, et Samanæi alterius. Sed Brachmanes a majoribus veluti sacerdotium per manus traditum, talem divinam sapientiam recipiunt; Samanæi vero inter suos deliguntur atque ex volentibus divinam sapientiam audire complentur. Sunt autem ejusmodi, quæ de ipsis narrantur, ut scripsit Bardesanes vir Babylonius, tempore natus patrum nostrorum, et

συνεστὼς μὲν, λόγους δ' ἔχον (21) σφόδρα ὀλίγοις γινωσκομένους· τότ' ἐροῦμεν, ὅτι τὸ μὲν Σαβαὼθ ὄνομα, καὶ τὸ Ἀδωναῒ, καὶ ἄλλα παρ' Ἑβραίοις μετὰ πολλῆς σεμνολογίας παραδιδόμενα, οὐκ ἐπὶ τῶν τυχόντων καὶ γενητῶν κεῖται πραγμάτων, ἀλλ' ἐπί τινος θεολογίας ἀποῤῥήτου, ἀναφερομένης εἰς τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν. Διὸ καὶ δύναται ταῦτα τὰ ὀνόματα, λεγόμενα μετά τινος τοῦ συμφυοῦς (22) αὐτοῖς εἱρμοῦ· ἄλλα δὲ κατὰ Αἰγυπτίαν φερόμενα φωνὴν, ἐπί τινων δαιμόνων τῶν τάδε μόνα δυναμένων, καὶ ἄλλα κατὰ τὴν Περσῶν διάλεκτον ἐπὶ ἄλλων δυνάμεων (23), καὶ οὕτω καθ' ἕκαστον τῶν ἐθνῶν εἰς χρείας τινὰς παραλαμβάνεσθαι. Καὶ οὕτως εὑρεθήσεται (24) τῶν ἐπὶ γῆς δαιμόνων, λαχόντων διαφόρους τόπους, φέρεσθαι τὰ ὀνόματα οἰκείως ταῖς κατὰ τόπον καὶ ἔθνος διαλέκτοις. Ὁ τοίνυν μεγαλοφυέστερον κἂν ὀλίγην τούτων περίνοιαν εἰληφὼς εὐλαβηθήσεται ἄλλα ἄλλοις ἐφαρμόζειν ὀνόματα πράγμασι, μήποτε ὅμοιον πάθῃ τοῖς τὸ Θεὸς ὄνομα ἐσφαλμένως φέρουσιν ἐπὶ ὕλην ἄψυχον· ἢ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ προσηγορίαν κατασπῶσιν ἀπὸ τοῦ πρώτου αἰτίου, ἢ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς καὶ τοῦ καλοῦ, ἐπὶ τὸν τυφλὸν πλοῦτον, καὶ ἐπὶ τὴν σαρκῶν καὶ αἱμάτων καὶ ὀστέων συμμετρίαν ἐν ὑγείᾳ καὶ εὐεξίᾳ, ἢ τὴν νομιζομένην εὐγένειαν.

Καὶ τάχα οὐκ ἐλάττων ὁ κίνδυνος τῷ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, ἢ τὸ ὄνομα τοῦ ἀγαθοῦ ἐφ' ἃ μὴ χρὴ κατάγοντι, ἤπερ τῷ τὰ κατά τινα ἀπόῤῥητον λόγον ὀνόματα ἐναλλάσσοντι, καὶ τὰ μὲν κατὰ τῶν ἐλαττόνων φέροντι ἐπὶ τὰ κρείττονα, τὰ δὲ κατὰ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ ἥττονα. Καὶ οὐ λέγω ὅτι τῷ Διὶ εὐθέως συνεξακούεται ὁ Κρόνου (25) καὶ Ῥέας υἱὸς, καὶ Ἥρας ἀνὴρ, καὶ Ποσειδῶνος ἀδελφὸς, καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἀρτέμιδος πατὴρ, καὶ ὁ τῇ θυγατρὶ Περσεφόνῃ μιγείς· ἢ τῷ Ἀπόλλωνι συνεξακούεται ὁ Λητοῦς καὶ Διὸς υἱὸς, καὶ Ἀρτέμιδος ἀδελφὸς, καὶ Ἑρμοῦ ὁμοπάτριος ἀδελφός· καὶ ὅσα ἄλλα φέρουσιν οἱ σοφοὶ Κέλσου τῶν δογμάτων πατέρες, καὶ ἀρχαῖοι θεολόγοι Ἑλλήνων. Τίς γὰρ ἡ ἀποκλήρωσις, κυριολεκτεῖσθαι μὲν τὸν Δία, οὐχὶ δὲ καὶ τὸν πατέρα μὲν αὐτοῦ εἶναι Κρόνον, μητέρα δὲ Ῥέαν; Τὸ δ' ὅμοιον ποιητέον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὀνομαζομένων θεῶν. Τοῦτο δὲ τὸ ἔγκλημα οὐδαμῶς ἅπτεται τῶν κατά τινα ἀπόῤῥητον λόγον τὸ Σαβαὼθ τασσόντων ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, ἢ τὸ Ἀδωναῒ, ἤ τι τῶν λοιπῶν ὀνομάτων. Ὅταν δὲ

A paucis cognitas; tunc dicemus nomina Sabaoth, Adonai, aliave apud Hebræos magna veneratione pervulgata, vulgarium non esse creatarumque rerum, sed ad reconditam quamdam theologiam pertinere, quæ tendit mentemque erigit ad rerum omnium conditorem. Quamobrem hæc nomina, si ea quam inter se habent naturali serie pronuntientur, insignem vim habent. Unde etiam fit ut alia Ægyptiace pronuntiata in quosdam dæmones quorum potestas ad hæc aut illa sola pertingit, alia Persice in alios dæmones, et sic per singulas gentes ad quosdam usus adhibeantur. Atque ita invenietur pro variis variorum locorum dæmonibus propria horum locorum gentiumque usurpari vocabula. Quisquis igitur ingeniosius ad has res vel B modice animum adverterit, is cavebit ne aliena rebus nomina accommodet: idem alioquin peccaturus ac illi, qui Dei nomen imprudenter in materiam inanimam transferunt; vel qui boni appellationem primæ causæ aut virtuti et honesto detractam in cæcas divitias, in aptam carnium, sanguinis, ossiumque compositionem in qua bonus corporis habitus positus est, aut in eam quam vocant generis nobilitatem conferunt.

25. Nec fortasse minus periculi fuerit Dei aut boni nomen ad ea deducere ad quæ non oportet, quam nomina in arcanis disciplinis adhiberi solita permutare, ita ut deteriora **343** potioribus, potiora C deterioribus aptentur. Præterea Jovis nomen non audiri, quin statim animo se offerat Saturni et Rheæ filius, Junonis conjux, Neptuni frater, Minervæ et Dianæ parens, Proserpinæ propriæ filiæ stuprator; neque posse Apollinem nominari, quin in animum subeat Latonæ et Jovis filius, Dianæ frater fraterque Mercurii eodem patre prognatus; et quæcunque alia finxerunt sapientes, ut vult Celsus, dogmatum parentes, priscique Græcorum theologi. Qua enim sorte is qui Jupiter proprie vocatur, Saturnum pro patre, Rheam pro matre non haberet? Idem de aliis qui dii appellantur dicendum. Quod crimen non cadit in eos, qui Sabaoth, Adonai, aut aliud nomen occulta quadam ratione Deo imponunt. De appellatione autem angelorum Dei, quorum alius D Michael, alius Gabriel, alius Raphael nominatur,

congressus cum illis Indis qui ex finitima Damadamidis regione ad Cæsarem venerunt. » Prædictum Porphyrii locum laudat Cœlius Rhodiginus, lib. XIII, cap. 25, *Lect. antiq.* Idem refert Hieronymus de Samanæis et Brachmanibus ex Bardesane Babylonio, libro secundo *adversus Jovinianum*. Cyrill. Alex. lib. IV *contra Julianum*: Καὶ Γαλατῶν οἱ Δρυΐδαι, καὶ ἐκ Βάκτρων τῶν Περσικῶν Σαμαναῖοι καὶ Κελτῶν οὐκ ὀλίγοι. SPENCER. — Paulo post Philocalia et omnes codd. mss. recte, ὅτι καὶ ἡ καλουμένη. Male libb. editi, ὅτε καὶ ἡ καλουμένη.

(21) Sic Philocalia. At codd. Regius et Basileensis, λόγους δ' ἔχει. Quæ lectio non spernenda. Hæschelius et Spencerus, λόγους δ' ἔχειν. Paulo post Guieto videtur scribendum οὐκ ἐπὶ τῶν τυχόντων καὶ γεννητῶν.

(22) Sic Philocalia et unus codex Anglicanus. Hæschelius autem et Spencerus cum codice Joliano, συνήθους. Reliqui mss., συνύφους. Ibidem Philocalia habet κατὰ Αἰγυπτίαν ἐκφερόμενα φωνήν. Paulo post omnes codd. mss. recte, τῶν τάδε μόνα δυναμένων, perperam vero Philocalia edita habet, τῶν τὰ δαιμόνια δυναμένων.

(23) *Ἐπὶ ἄλλων δυνάμεων.* Boherello scribendum videtur ἐπὶ ἄλλων δαιμόνων, ut respondeat præcedenti ἐπί τινων δαιμόνων. Ibidem legit, εἰς χρείας τινὰς παραλαμβάνεται.

(24) *Καὶ οὕτως εὑρεθήσεται.* Vide Origenis homil. 11 in Num. Paulo post Philocalia impressa, ταῖς κατὰ τόπον καὶ ἔθνη, sed Philocalia ms. Coislinian., ταῖς κατὰ τόπον καὶ ἔθνος. Paulo infra Philocalia et omnes mss., εὐλαβηθήσεται ἄλλα ἄλλοις. Hœschelius, εὐλαβήσεται, etc.

(25) *Ὁ Κρόνου.* Sic recte omnes mss. et Philocalia. Alias, τὸ Κρόνου.

quisquis in arcana nominum disciplina versatus fuerit, reperiet indita illis fuisse nomina convenientia rebus, quas Dei summi voluntate in universo mundo administrant. Atque ad hanc nominum disciplinam pertinet etiam Jesu nostri nomen, quod innumeros ex animis corporibusque dæmones palam omnibus fugavit, vim exerens suam in eos e quibus ejecti sunt illi dæmones. Addo quod testantur in incantandi arte exercitati, incantationem propria lingua pronuntiatam efficere quod pollicetur, incassum autem cadere, nec quidquam posse, cum aliena quavis lingua facta est. Quamobrem non in sensu rerum, sed in vocum qualitate et proprietate vis hujus aut illius rei efficiendæ sita est. Ac his quidem rationibus defendemus etiam Christianos, qui pro sua religione certantes mori præoptant, quam Deum Jovis nomine, aut illum aliena lingua appellare. Aut enim illum simpliciter nuncupant Deum, aut nomini addunt, omnium conditorem, aut cœli et terræ opificem, qui ad genus humanum quosdam sapientes misit, quorum nominibus adjectum Dei nomen vim quamdam apud homines exserit. Multa hoc loco et alia de nominibus dici possent adversus eos qui putant nihil referre quomodo eis utamur. Nam si Plato est admirationi quod, cum Philebus cum Socrate colloquens voluptatem appellasset *deum*, Socratis in ore id responsi **344** posuerit: « Magna mihi est erga deorum nomina religio; » quanto magis probanda est Christianorum pietas, qui nomen fabulis celebratum rerum omnium conditori accommodare nolunt. Verum hac de re impræsentiarum satis.

A περὶ ὀνομάτων τις δύνηται τὰ ἐν ἀποῤῥήτοις (26) φιλοσοφεῖν, πολλὰ ἂν εὕρῃ καὶ περὶ τῆς ἐπικλήσεως τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ· ὧν ὁ μέν τις Μιχαὴλ (27), ἕτερος δὲ Γαβριὴλ, καὶ ἄλλος Ῥαφαὴλ καλεῖται, φερωνύμως τοῖς πράγμασιν, ἃ διακονοῦνται κατὰ βούλημα τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐν τῷ παντί. Τῆς δ' ὁμοίας ἔχεται περὶ ὀνομάτων φιλοσοφίας καὶ ὁ ἡμέτερος Ἰησοῦς, οὗ τὸ ὄνομα μυρίους ἤδη ἐναργῶς ἑώραται δαίμονας ἐξελάσαν ψυχῶν καὶ σωμάτων, ἐνεργῆσαν εἰς ἐκείνους ἀφ' ὧν ἀπηλάθησαν. Ἔτι δ' εἰς τὸν περὶ ὀνομάτων τόπον λεκτέον, ὅτι οἱ περὶ τὴν χρῆσιν τῶν ἐπῳδῶν δεινοὶ ἱστοροῦσιν, ὅτι, τὴν αὐτὴν ἐπῳδὴν εἰπόντα μὲν τῇ οἰκείᾳ διαλέκτῳ, ἔστιν ἐνεργῆσαι ὅπερ ἐπαγγέλλεται ἡ ἐπῳδή· μεταβαλόντα δὲ εἰς ἄλλην οἱανδηποτοῦν (28) φωνὴν, B ἔστιν ἰδεῖν ἄτονον καὶ οὐδὲν δυναμένην. Οὕτως οὐ τὰ σημαινόμενα κατὰ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' αἱ τῶν φωνῶν ποιότητες καὶ ἰδιότητες, ἔχουσί τι δυνατὸν ἐν αὐταῖς πρὸς τάδε τινὰ ἢ τάδε. Οὕτω δ' ἀπολογησόμεθα διὰ τῶν τοιούτων καὶ περὶ τοῦ μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι Χριστιανοὺς, ἵνα μὴ τὸν Δία (29) Θεὸν ἀναγορεύσωσι, μηδ' ἄλλῃ διαλέκτῳ αὐτὸν ὀνομάσωσιν. Ἢ γὰρ ἀορίστως ὁμολογοῦσι τὸ κοινὸν ὄνομα, τὸ ὁ Θεὸς, ἢ καὶ μετὰ προσθήκης τῆς, ὁ δημιουργὸς τῶν ὅλων, ὁ ποιητὴς οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁ καταπέμψας τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει τούσδε τινὰς τοὺς σοφούς· ὧν τῷ ὀνόματι ἐφαρμοζόμενον τὸ Θεὸς ὄνομα, δύναμίν τινα παρὰ ἀνθρώποις ἐπιτελεῖ. Πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα λέγοιτο εἰς τὸν περὶ ὀνομάτων C τόπον πρὸς τοὺς οἰομένους δεῖν ἀδιαφορεῖν περὶ τῆς χρήσεως αὐτῶν. Καὶ εἴπερ θαυμάζεται ὁ Πλάτων, εἰπὼν ἐν *Φιλήβῳ*· « Τὸ δ' ἐμὸν δέος, ὦ Πρώταρχε (30), περὶ τὰ ὀνόματα τῶν θεῶν οὐκ ὀλίγον, » ἐπεὶ Φίληβος θεὸν τὴν ἡδονὴν εἶπεν, ὁ προσδιαλεγόμενος τῷ Σωκράτει· πῶς οὐ μᾶλλον τῆς εὐλαβείας ἀποδεξόμεθα Χριστιανοὺς μηδὲν τῶν ἐν ταῖς μυθοποιΐαις παραλαμβανομένων ὀνομάτων προσάπτοντας (31) τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ; Ἀλλὰ γὰρ τούτων ἐπὶ τοῦ παρόντος ἅλις.

26. Nunc videamus quo pacto Celsus ille, qui se omnia scire profitetur, calumnietur Judæos dicens, « angelis eos cultum tribuere, magicisque artibus dare operam quarum illis Moyses doctor fuit. » Quonam enim scriptorum Moysis loco invenerit ab isto legislatore tradi cultum angelorum, dicat ille

Ἴδωμεν δὲ τίνα τρόπον συκοφαντεῖ Ἰουδαίους ὁ πάντ' ἐπαγγελλόμενος εἰδέναι Κέλσος, λέγων « αὐτοὺς σέβειν ἀγγέλους, καὶ γοητείᾳ προσκεῖσθαι, ἧς ὁ Μωϋσῆς αὐτοῖς γέγονεν ἐξηγητής. » Ποῦ γὰρ τῶν γραμμάτων Μωϋσέως εὗρε τὸν νομοθέτην παραδιδόντα σέβειν ἀγγέλους (32), λεγέτω ὁ ἐπαγγελλόμενος εἰδέναι

(26) Ita Philocalia; alias, ὅταν δὲ τὰ περὶ ὀνομάτων τις δύνηται τὰ ἐν ἀποῤῥήτοις, sed primum illud τά superfluum videtur.

(27) *Μιχαήλ*. Vide Origenis homiliam 23 in Josue.

(28) Philocalia, ὁποιανδήποτε.

(29) Lego cum Boherello, τὸν θεὸν Δία.

(30) *Ὦ Πρώταρχε*. Plato in *Philebo*, pag. 12: Τὸ δὲ ἐμὸν δέος, ὦ Πρώταρχε, ἀεὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα οὐκ ἔστι κατ' ἄνθρωπον, ἀλλὰ πέρα τοῦ μεγίστου φόβου. « Is vero metus quo semper erga deorum nomina afficior, Protarche, non humani quidem est moris, sed maximum sane timorem superat. » Paulo post Hœschelius cum duobus codd. Vaticanis et Joliano, εἰ ἐπὶ *Φιλήβου*. Regius et Basileensis: ἐπεὶ ἐπὶ *Φιλήβου*. Philocalia et reliqui codd. mss., ἐπεὶ *Φίληβος*.

(31) Hœschelius in textu, et Spencerus ad marginem, προσαπτόντων.

(32) *Σέβειν ἀγγέλους*. Petavius in anim. ad Epiphanii hæres. 16: « Quanquam non illud ignoramus, a nonnullis Hebræorum doctoribus cœlestes

D orbes anima intelligentiaque præditos existimari, quam R. Moysis opinionem David Kimchi, in psalmum decimum nonum, his verbis explicat: R. Moses, inquit, vocem illam *enarrant*, sic exponit, ut ad cœlestes orbes referat; quoniam hæc illius ac philosophorum opinio est, cœlestes orbes vivere, et intelligere ac Deum colere, summisque laudibus afficere. Hinc cœlicolas Judæos ab imperatoribus (cod. *De Judæis et cœlicolis*) appellari censet Baronius loco citato, quod astra cœlumque colerent: at Scaliger nominis rationem affert aliam; de qua ad ultimam hæresin opportunius disseremus. Cæterum huc referri potest, quod apud Origenem (lib. I) Celsus Judæis objiciebat, λέγων αὐτοὺς σέβειν ἀγγέλους, etc. » Viri doctissimi conjecturam confirmat Hieronymus in Resp. ad quæstionem ab Algasia propositam: « Conversus autem Deus tradidit eos, ut colerent militiam cœli, sicut scriptum est in libro prophetarum. Militia autem cœli non tantum sol appellatur, et luna, et astra rutilantia; sed et omnis angelica multitudo, eorumque exercitus, qui He-

τὰ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων. Πῶς δὲ καὶ γοητεία παρὰ τοῖς παραδεξαμένοις τὸν Μωϋσέως νόμον ἐστὶν, ἀνεγνωκόσι καὶ τό· « Τοῖς ἐπαοιδοῖς οὐ προσκολληθήσεσθε, ἐκμιανθῆναι ἐν αὐτοῖς; » Ἐπαγγέλλεται δὲ διδάξειν ἑξῆς, « πῶς καὶ Ἰουδαῖοι ὑπὸ ἀμαθίας ἐσφάλησαν ἐξαπατώμενοι. » Καὶ εἰ μὲν ηὕρισκε τὴν περὶ Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐν Ἰουδαίοις ἀμαθίαν μὴ κατακούσασι τῶν περὶ αὐτοῦ προφητειῶν, ἀληθῶς ἂν ἐδίδαξε πῶς ἐσφάλησαν Ἰουδαῖοι· νῦν δὲ ταῦτα οὐδὲ βουληθεὶς φαντασθῆναι, τὰ μὴ σφάλματα Ἰουδαίων σφάλματα εἶναι ὑπολαμβάνει. Ἐπαγγειλάμενος δ' ὁ Κέλσος ὕστερον διδάξειν τὰ περὶ Ἰουδαίων, πρῶτον ποιεῖται τὸν λόγον περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὡς γενομένου ἡγεμόνος τῇ καθὸ Χριστιανοί ἐσμεν γενέσει ἡμῶν, καί φησιν, « αὐτὸν πρὸ πάνυ ὀλίγων ἐτῶν τῆς διδασκαλίας ταύτης καθηγήσασθαι, νομισθέντα ὑπὸ Χριστιανῶν Υἱὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ. » Καὶ περὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ, πρὸ ὀλίγων ἐτῶν γεγονέναι αὐτὸν, τοιαῦτα φήσομεν· Ἆρα τὸ ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσι (33) βουληθέντα σπεῖραι τὸν ἑαυτοῦ λόγον καὶ διδασκαλίαν τὸν Ἰησοῦν τοσοῦτον δεδυνῆσθαι, ὡς πολλαχοῦ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης διατεθῆναι πρὸς τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ὀλίγους Ἕλληνας καὶ βαρβάρους, σοφοὺς καὶ ἀνοήτους, ὥστε μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ Χριστιανισμοῦ, ἵν' αὐτὸν μὴ ἐξομόσαιντο (34), ὅπερ οὐδεὶς ὑπὲρ ἄλλου δόγματος ἱστόρηται ποιεῖν, ἀθεεὶ γεγένηται; Ἐγὼ μὲν οὖν οὐ κολακεύων τὸν λόγον, ἀλλὰ πειρώμενος τεθεωρημένως ἐξετάζειν τὰ πράγματα, φήσαιμι ἂν, ὅτι οὐδ' οἱ σώματα πολλὰ κάμνοντα θεραπεύοντες ἀθεεὶ τυγχάνουσι τοῦ κατὰ τὴν ὑγίειαν τῶν σωμάτων τέλους· εἰ δὲ καὶ ψυχάς τις δύναιτο ἀπαλλάττειν τῆς κατὰ τὴν κακίαν χύσεως, ἀκολαστημάτων, καὶ ἀδικοπραγημάτων, καὶ τῆς περὶ τὸ Θεῖον καταφρονήσεως, καὶ δεῖξιν διδοίη τοῦ τοιούτου ἔργου, βελτιωθέντας τὸν ἀριθμὸν ἑκατὸν (ἔστω γὰρ ἐπὶ τοσούτων ὁ (35) λόγος) οὐδὲ τοῦτον ἂν εὐλόγως φῆσαί τις ἀθεεὶ λόγον τοσούτων κακῶν ἀπαλλακτικὸν ἐμπεποιηκέναι τοῖς ἑκατόν. Εἰ δ' εὐγνωμόνως ταῦτα κατανοῶν συγκαταθήσεται τῷ μηδὲν κρεῖττον ἐν ἀνθρώποις γεγονέναι ἀθεεὶ, πόσῳ πλέον τὸ τοσοῦτον περὶ τοῦ Ἰησοῦ θαῤῥῶν ἀποφα-

[88] Levit. XIX, 31.

A qui rerum Christianarum Judæarumque tam perītum se jactitat. Quomodo etiam magicæ artes locum habeant apud Moysis discipulos qui in ejus libris legerunt illud : « Incantatoribus non adhærebitis, ut polluamini per eos [88]? » Deinde recipit se ostensurum, « quomodo Judæi decepti ignorantia aberraverint. » Equidem si Judæorum de Jesu Christo ignorantiam deprehendisset, quæ inde nata est quod prophetias non intellexerint, vere ostendisset quomodo Judæi aberraverint. Sed ad id ne advertere quidem voluit; proinde errorum numero habet, qui errores minime sunt. Postea pollicitus de Judæorum rebus disserturum sese alio loco, primum de Salvatore nostro sermonem facit ut de societatis institutore qua Christiani sumus; aitque « illum B paucis admodum abhinc annis hanc doctrinam invexisse, fuisseque Dei Filium a Christianis existimatum. » Ad id quod dicit illum ante paucos annos exortum esse, sic respondeo : An Jesus suam disseminare doctrinam volens, sine Deo potuit paucis his annis tantum perficere, ut in multis hujusce nostri orbis locis, multos Græcos et barbaros, multos sapientes et ignaros ad suam doctrinam alliceret et ita persuaderet, ut, quod de alia religione nunquam auditum est, ad mortem certare pro Christianismo, quam illum ejurare mallent?

345 Ego quidem non quo meæ religioni assentari velim, sed, res suo quamque momento ponderans, dicere ausim, qui sibi proponunt ægris corporibus restituere sanitatem, eos hunc finem non assequi C sine Dei voluntate. At si quis posset a vitiorum colluvie, a libidine, a nequitia, a contemptu Numinis animas avertere, tantique operis specimen in centum hominibus (exemplo sit numerus) dedisset, quos revocasset ad meliorem frugem; hunc nemo jure dixerit sine Deo centum illos homines a tantis vitiis liberavisse. Quod si quis hæc prudenter recogitans concesserit, nihil boni sine Deo hominibus accidere, quanto fidentius id de Jesu affirmabit, cum eorum qui Christi doctrinæ adhæserint, pristinos cum novis mores comparabit, animad-

braice appellatur Sabaoth, id est, virtutum, sive D exercituum; » et paulo post : « Tradidit eos Deus, ut servirent militiæ cœli, quæ nunc ab Apostolo dicitur religio angelorum. » Idem astruitur ex libro cui titulus est *Prædicatio Petri;* quem Clemens Alexandrinus laudat in VI *Strom.:* Μηδὲ κατ' Ἰουδαίους σέβεσθε· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, μόνον οἰόμενοι τὸν Θεὸν γινώσκειν, οὐκ ἐπίστανται λατρεύοντες ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους, μῆνα, καὶ σελήνην, etc. « Neque colite ut Judæi; etenim illi soli se Deum nosse putantes, nesciunt se adorare angelos et archangelos, mensem et lunam, etc. » Mallem ego hunc locum de Cerinthianis interpretari, qui, ut plurimum, Judæis favebant; ut constat ex Epiphanio hær. 28; Theodoreto, lib. II *De hæret. fab.;* Augustino, *De hæresib.;* Eusebio, lib. III, cap. 25, *Eccl. hist.;* imo, si credas Damasceno, lib. *De hæret. :* « Judæi quidam erant, qui circumcisionem extollebant, » atque inter alia, quæ profitebantur dogmata, hoc non erat levissimum, datam nimirum ab angelis legem, et Judæorum Deum ex angelis unum fuisse, qui mundum fabricarunt. Tertull. cap. 48, *De præscript. adv. hæret.:* « Post hunc Cerinthus hæreticus erupit, similia docens; nam et ipse mundum institutum esse ab illis dicit, Christum ex semine Joseph natum proponit, hominem illum tantummodo sine divinitate contendens, ipsam quoque legem ab angelis datam perhibens, Judæorum Deum, non Dominum, sed angelum promens. » Vide Epiphanium, Theodoretum, Augustinum, Eusebium, locis citatis; atque exinde puta Celsum calumniandi ansam arripuisse : quos enim Judæi (id est, Cerinthiani juxta Celsum), præter angelos adorarent, cum ab iisdem et legem datam, et mundum fabricatum crediderunt? SPENCER. — Paulo post codex Basileensis, τοῖς δεξαμένοις τὸν Μωϋσέως νόμον.

(33) Codex Regius et tres Anglicani, τὸ ἐν τοσούτοις ἔτεσι.

(34) Ita codd. Reg. et Basileensis; alias, ἐξομόσωνται. Paulo post, οὐ κολακεύων τὸν λόγον, In codd. Regio et Basileensi deest τὸν λόγον.

(35) Codd. Regius et Basileensis, ἐπὶ τοσοῦτον ὁ λόγος. Ibidem duo Anglicani, Reg. et Basileensis, φῆσαι τις ἂν οὐκ ἀθεεί.

verteique quantis spurcitiis, quantis injustitiis, quantis cupiditatibus dediti illi ante fuerint, quam decepti, ut Celsus suique similes loquuntur, fuissent, hancque amplexi essent doctrinam, quæ illorum judicio est humanæ vitæ pernicies; quanto autem, ex quo illi doctrinæ se dociles præbuere, æquiores, graviores, constantioresque sint redditi, ut eorum quidam cum eximiæ puritatis amore, tum quo castius ad cultum divinum accedant, venereis voluptatibus etiam lege permissis abstineant.

27. Hæc qui secum reputaverit, is Jesum et majora humanis viribus ausum esse, et quæ ausus est, perfecisse intelliget. Nam vel ab initio nemo non impedire conatus est, quominus Jesu doctrina per totum orbem spargeretur, reges cujusque ætatis, exercituum præfecti et duces, quicunque, ut verbo dicam, aliqua potestate præditi fuerunt, præterea qui in urbibus auctoritate pollebant, milites, populi. Hos **346** omnes vicit, quippe quæ doctrina Dei erat, et natura hujusmodi, quæ nec impediri posset, et adversarios omnes superaret. Græciam omnem, majorem barbararum gentium partem subegit, innumerasque animas ad Dei cultum, quem docebat, ascivit. Quoniam autem plures ubique sunt ignari et rustici, quam in scientiis exercitati; necesse fuit in tanta eorum multitudine, qui doctrinæ manus dabant, plures esse rudes et rusticos quam litteratos. Tamen Celsus nolens ad hæc animum advertere, benignam hanc doctrinam,

νεῖται, συνεξετάζων πολλῶν προσερχομένων αὐτοῦ τῷ λόγῳ ἀρχαιοτέρους βίους. μεταγενεστέροις, καὶ κατανοῶν, ἐν ὅσαις μὲν ἀκολασίαις, ὅσαις δὲ ἀδικίαις καὶ πλεονεξίαις ἕκαστος τῶνδε ἦν, πρὶν, ὥς φησι Κέλσος καὶ οἱ τὰ αὐτὰ (36) αὐτῷ νομίζοντες, ἀπατηθῶσι, καὶ παραδέξωνται λόγον λυμαινόμενον, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσι, τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον· ἐξ οὗ δὴ παρειλήφασι τὸν λόγον, τίνα τρόπον γεγόνασιν ἐπιεικέστεροι καὶ εὐσταθέστεροι, ὥς τινας αὐτῶν διὰ τὸν ἔρωτα τῆς ὑπερβαλλούσης καθαρότητος, καὶ διὰ τὸ καθαρώτερον θρησκεύειν τὸ Θεῖον, μηδὲ τῶν συγκεχωρημένων ὑπὸ τοῦ νόμου ἅπτεσθαι Ἀφροδισίων (37).

Ἐξετάζων δέ τις τὰ πράγματα, ὄψεται, ὅτι μείζω τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐτόλμησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ τολμήσας ἤνυσε. Πάντων γὰρ ἀρχῆθεν ἀντιπραττόντων τῷ σπαρῆναι τὸν λόγον αὐτοῦ (38) ἐπὶ τὴν ὅλην οἰκουμένην, τῶν τε κατὰ καιροὺς βασιλέων καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἀρχιστρατήγων καὶ ἡγεμόνων, πάντων τε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν ἡντινοῦν ἐξουσίαν ἐγκεχειρισμένων, ἔτι δὲ καὶ τῶν κατὰ πόλεις ἀρχόντων, καὶ στρατιωτῶν, καὶ δήμων, ἐνίκησε, μὴ πεφυκὼς κωλύεσθαι, ὡς λόγος (39) Θεοῦ, καὶ γενόμενος τοσούτων ἀνταγωνιστῶν ἰσχυρότερος, πάσης μὲν Ἑλλάδος, ἐπὶ πλεῖον δὲ τῆς βαρβάρου ἐκράτησε, καὶ μετεποίησε μυρίας ὅσας ψυχὰς ἐπὶ τὴν κατ' αὐτὸν θεοσέβειαν. Ἀναγκαῖον δ' ἦν ἐν πλήθει κρατουμένων ὑπὸ τοῦ λόγου, ὧν πολλαπλασίους (40) οἱ ἰδιῶται καὶ ἀγροικότεροι τῶν ἐν λόγοις γεγυμνασμένων, πολλαπλασίους γενέσθαι τοὺς ἰδιώτας, καὶ ἀγροικοτέρους τῶν συνετωτέρων. Ἀλλὰ μὴ βουληθεὶς ταῦτα ὁ Κέλσος κατανοῆσαι, τὴν τοῦ λόγου φιλανθρωπίαν καὶ φθάνουσαν

(36) Codex Basileensis, ὥς φησιν ὁ Κέλσος κἂν οἱ τὰ αὐτά. Spencerus cum manuscripto Joliano, ὥς φησι Κέλσος καὶ οἱ τὰ αὐτά. Paulo post Regius et Basileensis, ἐξ οὗ δὲ παρειλήφασι. Ibidem Anglicanus primus ad marginem habet, καὶ σεμνότεροι καὶ εὐμαθέστεροι.

(37) *Μηδὲ τῶν συγκεχωρημένων ὑπὸ τοῦ νόμου ἅπτεσθαι ἀφροδισίων*. Orig. lib. VII, num. 48, Orig. in cap. VI ad Rom.; Orig. hom. 6 in Num. Just. pag. 62 *Apol*. 2 : Καὶ πολλοί τινες, καὶ πολλαὶ, ἑξηκοντοῦται καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Κριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι. « Permulti profecto sexus utriusque et sexaginta et septuaginta nati annos, quique a teneris Christiana disciplina imbuti sunt, incorrupti et cælibes perdurant; » et pag. 71 : Ἀλλ' ἢ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐγαμοῦμεν, εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι, τέλεον ἐνεκρατευόμεθα· καὶ ἤδη τις τῶν ἡμετέρων ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι ὑμᾶς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν μυστήριον ἡ ἀνέδην μίξις, βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φήλικι ἡγεμονεύοντι, ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἰατρῷ τοὺς διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν. Ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. Καὶ μηδ' ὅλως βουληθέντος Φήλικος ὑπογράψαι, ἐφ' ἑαυτοῦ μείνας ὁ νεανίσκος ἠρκέσθη τῇ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὁμογνωμόνων συνειδήσει. « Quin omnino vel matrimonium non aliter contrahimus, nisi liberorum creandorum atque educandorum gratia; vel conjugium detrectantes perpetuo nos continemus. Et jam nostrorum juvenum quidam, ut vobis persuaderet non esse nobis mysterium, promiscuam et propatulam mistionem, libellum obtulit Alexandriæ Felici præsidi, medico permitti postulans, ut testes sibi abscinderet. Nam sine permissu præsidis id facere, loci ejus medici interdictum esse dicebant. Felice vero prorsus petitioni ejus subscribere nolente, perseverans in proposito suo adolescens, in sua tandem, et eorum qui idem secum sentiebant, conscientia acquievit. » Athenag., *Legat. pro Christianis*, pag. 36 : Γυναῖκα μὲν ἕκαστος ἡμῶν, ἣν ἠγάγετο κατὰ τοὺς ὑφ' ἡμῶν τεθειμένους νόμους, νομίζων καὶ ταύτην μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι. Ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς, καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα, ἄμητον περιμένει, οὐκ ἐπισπείρων, καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας ἡ παιδοποιία. Εὕροις δὲ ἂν πολλοὺς τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καταγηράσκοντας ἀγάμους ἐλπίδι τοῦ μᾶλλον συνέσεσθαι τῷ Θεῷ. « Itaque uxorem, quam secundum approbatas nobis leges sibi quisque duxerit, reputat, non in alium quam in procreandæ sobolis finem. Quemadmodum enim agricola, postquam semina terræ mandavit, messis tempus exspectat, nec alia superinjicit : sic nobis etiam concupiscentiæ modus liberorum procreatione definitur. Invenias autem multos ex nostris in utroque sexu, qui in cœlibatu consenescant : quod in hoc statu Deo conjunctiores se futuros sperent. » Tertull., *Apolog.* cap. 9; *De cultu feminarum*; item lib. I *Ad uxorem*; Minucius Felix, in *Octavio*; Lactantius, lib. VI, cap. 23; *Eusebius* lib. I *Demonstrat.*, cap. 9; Orig. hom. 6 in *Num.*, Clem. Alex., *Strom.* III. SPENCER. Paulo post codex Basileensis, ὅτι μείζω τῆς ἀνθρωπίνης. Libb. editi ὅτι μεῖζον τῆς ἀνθρωπίνης.

(38) *Αὐτοῦ*. Sic omnes codd. mss. præter Anglicanos. Libri editi, αὐτῷ. Paulo post Regius et Basileensis, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῖς ἀρχιστρατήγων. Paulo infra lib. editi, καὶ στρατιωτικῶν καὶ δήμων. Codd. Regius et Basileensis, ut in nostro textu.

(39) *Ὡς λόγος*. Guieto scribendum videtur ὁ λόγος.

(40) *Ὧν πολλαπλασίους*. Spencerus ὧν πολλα-

ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν (41) ἀνατολῆς ἡλίου, οἴεται εἶναι ἰδιωτικὴν, καὶ διὰ τὸ ἰδιωτικὸν, καὶ οὐδαμῶς ἐν λόγοις δυνατὸν, ἰδιωτῶν μόνων (42) κρατήσασαν. Καίτοι οὐδ' αὐτὸς ἰδιώτας μόνους φησὶν ὑπὸ τοῦ λόγου προσῆχθαι τῇ κατὰ Ἰησοῦν θεοσεβείᾳ· ὁμολογεῖ γὰρ καὶ μετρίους καὶ ἐπιεικεῖς, καὶ συνετούς τινας, καὶ ἐπ' ἀλληγορίαν ἑτοίμους εἶναι ἐν αὐτοῖς.

Ἐπεὶ δὲ καὶ προσωποποιεῖ, τρόπον τινὰ μιμησάμενος ἓν ῥήτορος παιδίον εἰσαγόμενον, καὶ εἰσάγει Ἰουδαῖον πρὸς τὸν Ἰησοῦν λέγοντά τινα μειρακιωδῶς, καὶ οὐδὲν φιλοσόφου πολιᾶς ἄξιον· φέρε κατὰ δύναμιν καὶ ταῦτα ἐξετάσαντες ἐξελέγξωμεν (43), ὅτι οὐδὲ τὸ ἁρμόζον πάντη τῷ Ἰουδαίῳ πρόσωπον ἐν τοῖς λεγομένοις τετήρηκε. Μετὰ ταῦτα προσωποποιεῖ Ἰουδαῖον αὐτῷ διαλεγόμενον τῷ Ἰησοῦ, καὶ ἐλέγχοντα αὐτὸν περὶ πολλῶν μὲν, ὡς οἴεται, « πρῶτον δὲ, ὡς πλασαμένου αὐτοῦ τὴν ἐκ παρθένου γένεσιν· ὀνειδίζει δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ τῷ ἐκ κώμης αὐτὸν γεγονέναι Ἰουδαϊκῆς, καὶ ἀπὸ γυναικὸς ἐγχωρίου καὶ πενιχρᾶς, καὶ χερνήτιδος. Φησὶ δὲ αὐτὴν καὶ ὑπὸ τοῦ γήμαντος, τέκτονος τὴν τέχνην ὄντος, ἐξεῶσθαι, ἐλεγχθεῖσαν ὡς μεμοιχευμένην. Εἶτα λέγει, ὡς ἐκβληθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ πλανωμένη ἀτίμως σκότιον ἐγέννησε τὸν Ἰησοῦν· καὶ ὅτι οὗτος διὰ πενίαν εἰς Αἴγυπτον μισθαρνήσας (44), κἀκεῖ δυνάμεών τινων πειραθεὶς, ἐφ' αἷς Αἰγύπτιοι σεμνύνονται, ἐπανῆλθεν, ἐν ταῖς δυνάμεσι μέγα φρονῶν, καὶ δι' αὐτὰς Θεὸν αὐτὸν ἀνηγόρευσε. » Ταῦτα δὲ πάντα τῷ μηδὲν δυναμένῳ ἀβασάνιστον ἐᾷν τῶν λεγομένων ὑπὸ τῶν ἀπιστούντων, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν τῶν πραγμάτων ἐξετάζοντι δοκεῖ μοι συμπνεῖν τῷ ἄξιον γεγονέναι τῆς προῤῥήσεως περὶ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν.

Ἀνθρώποις μὲν γὰρ συμβάλλεται πρὸς τὸ γενέσθαι τινὰ αὐτῶν (45) διάσημον, καὶ ἔνδοξον, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ διαβόητον, γένος, ὅταν οἱ γονεῖς ἐν ὑπεροχῇ καὶ προαγωγῇ (46) τυγχάνωσι, καὶ πλοῦτος τῶν ἀνα-

A et pertingentem ad omnem animam solis ortum, pro simplicitate habet, putatque illa doctrina solos rudes devictos esse, propterea quod rudis ipsa est et nequaquam ad persuadendum efficax. Neque tamen solos simplices dicit hac doctrina ad Dei secundum Jesum cultum adductos fuisse : fatetur enim ex eis multos esse modestos, temperatos, prudentes, et idoneos qui allegoriam intelligant.

28. Quia vero puerulum imitans quem rhetor exerceret, personas fingit, Judæumque inducit objicientem Jesu puerilia quædam et prorsus indigna philosophi canitie, age et hæc pro virili examinemus, ostendamusque illum Judæo personam formasse, quæ non ubique sibi constat. Apud illum igitur Judæus cum Jesu colloquitur, ipsumque B multis, ut putat, nominibus reprehendit. « Ac primum quod se finxerit natum ex virgine; deinde vitio dat, quod ex vico Judaico sit ortus, atque ex matre indigena, et paupercula, nendoque victum quæritante; tum quod ejus mater a conjuge, qui faber erat, expulsa fuerit, adulterii convicta. Præterea quod hæc a conjuge extrusa et vagata turpiter clanculario partu Jesum ediderit; quodque is propter paupertatem in Ægypto mercede operam suam locans, ibi arcanas quasdam artes, quas Ægyptii magni æstimant, didicerit; et postea in patriam reversus tantum se propter illas artes extulerit, ut etiam se Deum appellaret. » Mihi vero, qui nihil possum ab infidelibus audire quin discutiam et a C fundamentis perscruter, hæc omnia simul fidem facere videntur dignum exstitisse Jesum prophetia qua Filius Dei nuncupatur.

347 29. Nam genus quidem, parentum dignitas et præcellentia, amplæ eorum ad filium liberaliter educandum facultates, splendida et illustris patria, multum conferunt ad splendorem, ad gloriam,

πλάσιοι, idque contra fidem omnium manuscriptorum. Boherellus pro ὧν legit ὡς, ut sit, inquit, quasi parenthesis, qua significet Origenes plures ubique esse doctis imperitos.

(41) *Ἐπὶ πᾶσαν ψυχήν*. Tertull., lib. *adv. Judæos*, cap. 7 : « In universa, inquit, terra exiit sonus eorum, et usque ad terminos terræ verba eorum. In quem enim alium universæ gentes crediderunt, nisi in Christum, qui jam venit? Cui enim et aliæ gentes crediderunt : Parthi, Medi, Elamitæ; et qui inhabitant Mesopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam; et incolentes Pontum, et Asiam, et Pamphyliam, immorantes Ægyptum, et regionem Africæ quæ est trans Cyrenem inhabitantes, Romani et incolæ; tunc et in Hierusalem Judæi, et cæteræ gentes; ut jam Getulorum varietates, et Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini, et Galliarum diversæ nationes, et Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita, et Sarmatarum, et Dacorum, et Germanorum, et Scytharum, et abditarum multarum gentium, et provinciarum, et insularum multarum nobis ignotarum, et quæ enumerare minus possumus? In quibus omnibus locis Christi nomen, qui jam venit, regnat; utpote ante quem omnium civitatum portæ sunt apertæ, et cui nullæ sunt clausæ. » Irenæus, lib. I, cap. 10; Arnobius, lib. II *Adversus gentes*; Orig. hom. 4 in Ezech. (at sibi non convenit tractatu 28 in Matthæum); Chrysostom. orat. *Quod Christus est Deus*. Fusius agit Theodoretus, serm. 9, et alibi : et quis veterum Patrum de hu- D jus rei veritate dissentit? Spencer. Mox pro ἀνατολῆς ἡλίου Boherellus et Guietus scribendum putant ἀνατολὴν ἡλίου, ut sit allusio ad Luc. I, 78.

(42) Sic omnes mss. excepto Joliano qui cum editis habet μόνον.

(43) *Ἐξελέγξωμεν*. Sic omnes codd. mss. Hœschelius vero ἐλέγξωμεν. Spencerus, ἐξελέγξομεν. Ibidem codd. Regius et Basileensis τὸ Ἰουδαίων πρόσωπον.

(44) Pro μισθαρνήσας Hœschelius et Spencerus habent in margine, ἀνεχώρησε. Guieto scribendum videtur, μισθαρνήσων ἀνεχώρησε.

(45) *Αὐτῶν*. Sic recte codex Basileensis; libb editi, αὐτόν.

(46) *Προαγωγῇ*. Sic omnes mss. excepto Joliano qui cum Hœschelio in textu habet, ἀγωγῇ, sed in margine, προαγωγῇ. Paulo post iidem mss., εἰς παίδευσιν τοῦ Υἱοῦ. Jolianus, εἰς παίδευσιν τοῦ Ἰησοῦ et ita Hœschelius in textu.

ad nominis celebritatem; quando vero aliquis, cui A hæc omnia secus contigerunt, potest e tot difficultatibus ad claritatem emergere, commovere sui famа audientium animos, fieri celebris et clarus, famaque sui nominis universum orbem implere insolita de ipso prædicantem, quis indolem hujusmodi sponte et ex seipsa generosam, magnis rebus operam dantem, eximia fiducia præditam non admiretur? Si quis autem altius scrutari velit, annon is quæsiturus est, quonam modo ille parce et in paupertate educatus, nullisque liberalibus disciplinis eruditus, rudis et imperitus artium, quæ sunt ad flectendos, demulcendos, conciliandosque sibi plurium auditorum animos accommodæ, aggressus sit nova dogmata promulgare, doctrinamque in genus humanum B invehere, quæ et Judæorum ritus, intactis tamen eorum prophetis, abolet, et maxime Græcorum de Numinis cultu leges evertit? Quî fieri potuit, ut idem ille sic institutus, nihilque magnum, ut ipsi ejus obtrectatores confitentur, ab homine edoctus, de Dei judicio, de criminum pœnis, de virtutum præmiis talia tamque non contemnenda dissereret, ut non agrestes modo et illitteratos, sed etiam non paucos ex iis ad se alliceret, qui acutiore ingenio erant et poterant arcana perscrutari, quæ rebus specie vilioribus, ut ita dicam, velut involuta latebant? Apud Platonem cum Seriphius quidam exprobrasset Themistocli bellicæ virtutis gloria celeberrimo, quod non propria virtute splendorem esset assecutus, sed quia patria illi contigerat totius C Græciæ clarissima, is gratus in patriam, quam ad suum honorem contulisse noverat, respondit: « Nec ego si Seriphius essem, ita clarus: nec tu, si Atheniensis, fuisses Themistocles. » Noster autem Jesus, cui probro datur quod ex vico ortus sit, eoque non Græcanico nec alius gentis celebratæ, qui male audit quod pauperculæ operariæque matris sit filius, quod inopia coactus patriam reliquerit, suamque in Ægypto mercede **348** locaverit operam; Jesus ille, qui non solum Seriphius, ut eodem exemplo utar, ex minima despicatissimaque insula ortus; sed etiam Seriphiorum, ut ita dicam, ignobilissimus erat, valuit permovere totum orbem, non modo magis quam Atheniensis Themistocles, sed etiam quam Plato, aut Pythagoras, aut quidquid sapientum, D regum, imperatorumque toto orbe fuit.

θρεψαμένων, καὶ δυνηθέντων ἀναλῶσαι εἰς παίδευσιν τοῦ υἱοῦ, καὶ πατρὶς μεγάλη τις οὖσα καὶ ἐπίσημος· ὅταν δὲ πάντα τὰ τούτοις ἐναντία ἔχων τις δυνηθῇ, ὑπερκύψας τὰ ἐμποδίζοντα αὐτὸν, γνωσθῆναι καὶ σεῖσαι τοὺς περὶ αὐτοῦ ἀκούοντας, καὶ γενέσθαι ἐμφανὴς καὶ δῆλος οἰκουμένῃ ὅλῃ, τὰ ἀνόμοια λεγούσῃ περὶ αὐτοῦ· πῶς οὐ θαυμαστέον τὴν τοιαύτην φύσιν αὐτόθεν μὲν ὡς μεγαλοφυῆ, καὶ μεγάλοις ἐπιβάλλουσαν πράγμασι, καὶ ἔχουσαν παῤῥησίαν οὐκ εὐκαταφρόνητον; Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐξετάζοι τις τὰ κατὰ τὸν τοιοῦτον, πῶς οὐκ ἂν ζητήσαι, τίνα τρόπον ἐν εὐτελείᾳ καὶ πενίᾳ ἀνατεθραμμένος, καὶ μηδεμίαν ἐγκύκλιον παιδείαν παιδευθεὶς, μηδὲ μαθὼν λόγους καὶ δόγματα, ἀφ' ὧν κἂν πιθανὸς γενέσθαι ἐδύνατο ὁμιλεῖν ὄχλοις, καὶ δημαγωγεῖν, καὶ ἐπάγεσθαι ἀκροατὰς πλείονας, ἐπιδίδωσιν ἑαυτὸν διδασκαλίᾳ καινῶν δογμάτων, ἐπεισάγων τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων λόγον, τά τε Ἰουδαίων ἔθη καταλύοντα, μετὰ τοῦ σεμνοποιεῖν αὐτῶν τοὺς προφήτας, καὶ τοὺς Ἑλλήνων νόμους μάλιστα περὶ τοῦ Θείου καθαιροῦντα; Πῶς δ' ἂν ὁ τοιοῦτος, καὶ οὕτως ἀνατεθραμμένος, καὶ μηδὲν (ὡς καὶ οἱ κακολογοῦντες αὐτὸν ὁμολογοῦσι) σεμνὸν παρὰ ἀνθρώπου μαθὼν, τοιαῦτα περὶ κρίσεως Θεοῦ, καὶ κολάσεων μὲν τῶν κατὰ τῆς κακίας, τιμῶν δὲ τῶν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ λέγειν ἠδύνατο οὐκ εὐκαταφρονήτως, ὥστ' οὐ μόνον ἀγροίκους καὶ ἰδιώτας ἄγεσθαι ὑπὸ τῶν λεγομένων, ἀλλὰ καὶ οὐκ ὀλίγους τῶν συνετωτέρων, καὶ δυναμένων ἐνορᾷν ἀποκρύψει (47) τῶν εὐτελεστέρων νομιζομένων ἀπαγγέλλεσθαι, περιεχούσῃ τι (ὡς ἔστιν εἰπεῖν) ἔνδον ἀποῤῥητότερον; Ὁ μὲν οὖν παρὰ τῷ Πλάτωνι (48) Σερίφιος, ὀνειδίζων τῷ Θεμιστοκλεῖ, διαβοήτῳ γεγενημένῳ ἐπὶ τῇ στρατηγίᾳ, ὡς οὐκ ἐκ τοῦ ἰδίου ἤθους τὸ ἔνδοξον ἀνειληφότι, ἀλλ' ἐκ τοῦ εὐτυχηκέναι πατρίδος τῆς ἐν ὅλῃ Ἑλλάδι ἐπισημοτάτης, ἀκήκοεν ἀπὸ εὐγνωμονοῦντος Θεμιστοκλέους, καὶ ὁρῶντος, ὅτι συνεβάλετο αὐτῷ πρὸς τὸ ἔνδοξον καὶ ἡ πατρὶς, ὅτι, « Οὔκ ἂν ἐγὼ Σερίφιος ὢν, οὕτως ἔνδοξος ἐγεγόνειν· οὔτε σὺ Ἀθηναῖος εὐτυχήσας γενέσθαι, ἐγένου ἂν Θεμιστοκλῆς. » Ὁ δ' ἡμέτερος Ἰησοῦς καὶ ὀνειδιζόμενος ὡς ἐκ κώμης γεγονὼς, καὶ ταύτης οὐχ Ἑλλαδικῆς, οὐδέ τινος ἔθνους ὄντος παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐν προαγωγῇ· δυσφημούμενος δὲ καὶ ἐπὶ τῷ πενιχρᾶς καὶ χερνήτιδος υἱὸς εἶναι, καὶ διὰ πενίαν καταλιπὼν τὴν πατρίδα, ἐν Αἰγύπτῳ μισθαρνῆσαι· καὶ οἱονεὶ (πρὸς τὸ ληφθὲν παράδειγμα) οὐ μόνον Σερίφιος γεγονὼς, καὶ ἀπὸ ἐλαχίστης καὶ ἀσημοτάτης νήσου, ἀλλὰ καὶ Σεριφίων (ὡς ἔστιν εἰπεῖν) ὁ ἀγεννέστατος, δεδύνηται σεῖσαι τὴν πᾶσαν ἀνθρώπων οἰκουμένην, οὐ μόνον ὑπὲρ Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ Πυθαγόραν, καὶ Πλάτωνα, καί τινας ἄλλους τῶν ὁποιποτοῦν τῆς οἰκουμένης σοφῶν ἢ βασιλέων ἢ στρατηγῶν.

30. Quis igitur, qui naturam rerum haud negligenter consideret, non admiretur eum gloria potuisse vincere et ea omnia, quæ infamiæ esse poterant, et quotquot unquam celebres fuerunt? Nam ex iis qui sibi inter homines nomen fecerunt, paucos

Τίς οὖν μὴ παρέργως ἀνερευνῶν τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν, οὐκ ἂν αὐτὸν καταπλαγείη νικήσαντα (49) καὶ ὑπεραναβῆναι δυνηθέντα τῇ δόξῃ τὰ ποιητικὰ ἀδοξίας πάντα, καὶ πάντας τοὺς πώποτ' ἐνδόξους; Καίτοι γε οἱ ἐν ἀνθρώποις ἔνδοξοι σπάνιον εἰ ἐπὶ

(47) Ἀποκρύψει. Sic omnes mss. excepto Joliano qui cum libb. editis in textu habet, ἀποκρίσει. Guieto scribendum videbatur ὑποκρίσει.

(48) *Παρὰ τῷ Πλάτωνι.* Vide Platonem libro I *De repub.* pag. 329, et Plutarch. in Vita Themistoclis.

(49) *Νικήσαντα.* Sic omnes codd. mss., si exceperis Anglicanum tertium in quo legitur κινήσαντα. Ibidem quinque mss., καὶ ὑπεραναβῆναι. Alii, καὶ ὑπερβῆναι. Infra codd. Reg. et Basileensis, σπάνιον εἰ ἐπὶ πλεῖον. Duo Vaticani, σπάνιον εἰ ἐπὶ πλείονα. Reliqui, σπάνιον εἰ ἐπὶ πλειόνων.

πλειόνων ἅμα τὴν δόξαν ἀναλαβεῖν δεδύνηνται. Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ σοφίᾳ, ἄλλος δ' ἐπὶ στρατηγίᾳ, βαρβάρων δέ τινες ἐπὶ ταῖς παραδόξοις ἐξ ἐπῳδῶν δυνάμεσι, καὶ ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις, οὐ πολλοῖς ἅμα, ἐθαυμάσθησαν καὶ ἔνδοξοι γεγένηνται· οὗτος δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις θαυμάζεται καὶ ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ ἐπὶ δυνάμεσι, καὶ ἐπὶ τῷ ἀρχικῷ. Ἔπεισε γὰρ οὐθ' ὡς τύραννος συναποστῆναι αὐτῷ τινας τῶν νόμων, οὐθ' ὡς λῃστὴς κατ' ἀνθρώπων ἀλείφων (50) τοὺς ἑπομένους, οὐθ' ὡς πλούσιος χορηγῶν τοῖς προσιοῦσιν, οὐθ' ὥς τις τῶν ὁμολογουμένως ψεκτῶν· ἀλλ' ὡς διδάσκαλος τοῦ περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων λόγου, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν θρησκείας, καὶ παντὸς ἠθικοῦ τρόπου, δυναμένου οἰκειῶσαι τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ τὸν κατ' αὐτὸν βιώσαντα. Καὶ Θεμιστοκλεῖ μὲν, ἤ τινι τῶν ἐνδόξων οὐδὲν γέγονε τὸ ἐναντιούμενον τῇ δόξῃ· τούτῳ δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἱκανῶς δυναμένοις καλύψαι ἐν ἀδοξίᾳ ἀνθρώπου ψυχὴν καὶ πάνυ εὐφυοῦς, καὶ ὁ δοκῶν ἄτιμος εἶναι θάνατος σταυρωθέντι ἱκανὸς ἦν καὶ τὴν φθάσασαν δόξαν, καὶ τὴν προκαταλαβοῦσαν ἐξαφανίσαι, καὶ τοὺς (ὡς οἴονται οἱ μὴ συγκατατιθέμενοι αὐτοῦ τῇ διδασκαλίᾳ) προεξαπατηθέντας ποιῆσαι τῆς μὲν ἀπάτης ἀποστῆναι, καταγνῶναι δὲ τοῦ ἀπατήσαντος.

Πρὸς τούτοις δὲ θαυμάσαι ἄν τις, πόθεν ἐπῆλθε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ (51), ὡς λέγουσιν οἱ κακολογοῦντες τὸν Ἰησοῦν, μὴ ἑωρακόσιν αὐτὸν ἀναστάντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν, μηδὲ πεισθεῖσιν ὅτι θειότερόν τι ἦν ἐκεῖνος, πρὸς τῷ μὴ φοβηθῆναι (52) τὰ αὐτὰ τῷ διδασκάλῳ παθεῖν, καὶ ὁμόσε χωρῆσαι τῷ κινδύνῳ, καὶ καταλιπεῖν τὰς πατρίδας ὑπὲρ τοῦ διδάξαι κατὰ τὸ Ἰησοῦ βούλημα, τὸν παραδοθέντα (53) αὐτοῖς ὑπ' αὐτοῦ λόγον· οἶμαι γὰρ, ὅτι ὁ εὐγνωμόνως ἐξετάζων πράγματα οὐκ ἂν λέγοι τούτους ἑαυτοὺς παραδεδωκέναι περιστατικῷ βίῳ, ἕνεκεν τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας, χωρίς τινος μεγάλης πειθοῦς, ἣν ἐνεποίησεν αὐτοῖς, διδάσκων οὐ μόνον διακεῖσθαι κατὰ τὰ μαθήματα αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἄλλους διατιθέναι· καὶ διατιθέναι προὔπτου ὄντος, ὡς πρὸς τὸν ἀνθρώπων βίον, ὀλέθρου τῷ τολμῶντι πανταχοῦ καὶ πρὸς πάντας καινοτομεῖν, καὶ μηδένα ἀνθρώπων, ἐμμένοντα (54) τοῖς προτέροις δόγμασι καὶ ἔθεσι, φίλον ἑαυτῷ τηρεῖν. Ἆρα γὰρ οὐχ ἑώρων οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ, τολμῶντες οὐ μόνον Ἰουδαίοις ἐκ τῶν προφητικῶν λόγων παριστάνειν, ὅτι οὗτος εἴη ὁ προφητευθεὶς, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν, ὅτι ὁ χθὲς καὶ πρώην σταυρωθεὶς ἑκὼν τοῦτον τὸν θάνατον ὑπὲρ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἀνεδέξατο, ἀνάλογον τοῖς ἀποθανοῦσιν ὑπὲρ πατρίδων ἐπὶ τῷ σβέσαι λοιμικὰ κρατήσαντα κατα-

A reperias, qui pluribus simul nominibus gloriam comparaverint. Alius quidem sapientia, alius imperatoriis artibus, quidam ex barbaris portentosa incantationum potestate, alii aliis virtutibus enituere fueruntque admirationi, non multis simul. Ille autem, præter cætera, et sapientia et miraculorum potestate et imperandi scientia fuit admirabilis. Neque enim, ut tyrannus, quibusdam persuasit secum a legibus deficere; nec ut latro qui adversus homines suos armat asseclas; nec ut opulentus qui obvios allicit largitionibus; nec ut quispiam eorum quorum agendi ratio manifeste est vituperanda; sed ut magister qui summi Dei doctrinam, cultum, omnemque morum tradit disciplinam, quæ supremo Deo conciliare potest, quicunque suos ad eam mores B composuerint. Ac Themistoclis quidem aut ullius virorum illustrium nihil erat quod gloriæ adversaretur. Ille autem præter jam dicta, quæ tenebris obruere poterant indolem quamlibet generosam, sublatus in crucem mortem passus est, quæ visa fuit ignominiosa, et quæ erat hujusmodi, ut ea vel jam ante comparata gloria obliterari, abalienari ab ipso quicunque, ut putant qui ejus doctrinam non receperunt, decepti fuerant, et ad damnandum impostorem excitari potuissent.

31. Mirum etiam est unde discipulis, qui, ut obtrectatores Jesu dicunt, nec eum a mortuis suscitatum vidissent, nec eum divinum quidpiam esse persuasum habuissent, in mentem venisset non C reformidare quæ magister passus fuerat, intrepide se periculis committere, patriamque relinquere, ut ex voluntate Jesu doctrinam sibi ab ipso traditam docerent. Nam arbitror neminem fore qui, rebus diligenter perpensis, dicat illos tumultuosam vitam **349** propter Jesu doctrinam electuros fuisse, nisi eos vehementer persuasisset et ex suis præceptis vivere et alios ad ea capessenda adducere: præsertim cum, ut sunt humanæ res, in præsens exitii periculum se conjiciat, quisquis nova ubicunque et omnibus prædicare audet, infensosque sibi reddere, quicunque sunt priscis dogmatis et consuetudinibus addicti. Annon id periculi viderunt Jesu apostoli, cum ausi sunt non solum Judæis ex propheticis sermonibus probare, eum esse, quem prophetæ D prædixerant; sed etiam reliquis gentibus eum, qui heri et nudius tertius cruci affixus fuerat, hanc ultro mortem pro humano genere subiisse; eis hac in re similem, qui mortem oppetierant, ut patriam suam a grassante pestilentia, aut sterilitate, aut tempestatibus liberarent? Ita enim natura compa-

(50) *Ἀλείφων*. Ὁπλίζων Gelenius legisse videtur.

(51) *Αὐτοῦ*. Deest in libris antea editis, sed reperitur in codd. Basileensi, Joliano, et Vaticano primo. Paulo post codex Basileensis non male, ὅτι θειότερον ἦν ἐκεῖνο, nimirum τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν. Reliqui mss. cum editis, ὅτι θειότερόν τι ἦν ἐκεῖνος.

(52) *Πρὸς τῷ μὴ φοβηθῆναι*. Ita optime codd. Basileensis et Jolianus. Reliqui autem, πρὸς τὸ μὴ φοβηθῆναι.

(53) Libb. editi, καὶ τὸν παραδοθέντα, sed in omnibus mss. præterquam in Anglicanis deest *καί*, et recte quidem.

(54) Hœschelius in textu ἐμβαίνοντα, et ad marginem ἐμμένοντα. Posteriorem lectionem sequuntur cum Spencero omnes mss. si excipias Vaticanum recentem, et Jolianum qui etiam supra ἐμβαίνοντα, ascriptum habet, ἐμμένοντα.

ratum videtur ob arcanas multisque difficiles captu rationes, ut unius justi mors sponte suscepta dæmones illos averruncet, qui pestilentia, sterilitate, aut tempestatibus, aliisque id genus calamitatibus terras vexant. Dicant igitur, qui nolunt credere Jesum in cruce hominum causa mortem obiisse, annon multarum Græcarum et barbararum historiarum fide credant quosdam pro salute communi occubuisse morte, ut ab urbibus gentibusque calamitates averterent? An hoc quidem factum est, sed a vero alienum est, eum, qui pro homine habitus est, mortem subiisse, quo magnus dæmon dæmonumque princeps profligaretur, qui omnes, quæ in terris sunt, hominum animas in suam potestatem redegerat? Hæc cum animadvertissent Jesu discipuli aliaque plura quæ verisimile est eos ex arcanis cum illo colloquiis didicisse, simulque quadam virtute repleti (nec enim illis robur et audaciam indiderat nescio quæ poetarum virgo, sed potius Dei prudentia et sapientia) studuerunt

Illustres fieri apud omnes,

non solum apud Argivos, sed etiam apud omnes Græcos et barbaros,

Lateque famam effundere.

32. Sed revertamur ad Judæi prosopopœam, ubi narrat ille Jesu matrem, cum a fabro, qui sibi illam desponderat, temeratæ **350** pudicitiæ rea gravi-

A στήματα, ἢ ἀφορίας, ἢ δυσπλοίας; Εἰκὸς γὰρ εἶναι ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, κατά τινας ἀποῤῥήτους καὶ δυσλήπτους τοῖς πολλοῖς λόγους, φύσιν τοιαύτην, ὡς ἕνα δίκαιον, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ἀποθανόντα ἑκουσίως, ἀποτροπιασμοὺς ἐμποιεῖν φαύλων δαιμονίων, ἐνεργούντων λοιμοὺς ἢ ἀφορίας, ἢ δυσπλοίας, ἤ τι τῶν παραπλησίων. Λεγέτωσαν οὖν οἱ βουλόμενοι ἀπιστεῖν τῷ Ἰησοῦν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀποτεθνηκέναι τρόπῳ σταυροῦ, πότερον οὐδὲ τὰς Ἑλληνικὰς παραδέξονται καὶ βαρβαρικὰς πολλὰς (55) ἱστορίας, περὶ τοῦ τινας ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τεθνηκέναι καθαιρετικῶς τῶν προκαταλαβόντων τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη κακῶν; ἢ ἐκεῖνα μὲν γεγένηται, οὐδὲν δὲ πιθανὸν ἔχει ὁ νομιζόμενος ἄνθρωπος πρὸς τὸ ἀποθανεῖν ἐπὶ καθαιρέσει μεγάλου δαίμονος (56), καὶ δαιμόνων ἄρχοντος, B ὑποτάξαντος ὅλας τὰς ἐπὶ γῆν ἐληλυθυίας ἀνθρώπων ψυχάς; Ὁρῶντες δὲ ταῦτα οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ, καὶ ἄλλα τούτων πλείονα, ἃ εἰκὸς αὐτοὺς ἐν ἀποῤῥήτῳ ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ μεμαθηκέναι· ἔτι δὲ καὶ δυνάμεώς τινος πληρωθέντες (ἐπεὶ ἔδωκεν αὐτοῖς μένος καὶ θάρσος οὐ ποιητική τις παρθένος, ἀλλ' ἡ ἀληθῶς φρόνησις καὶ σοφία τοῦ Θεοῦ) ἔσπευσαν,

ἵν' ἔκδηλοι (57) μετὰ πᾶσιν,

οὐ μόνοις Ἀργείοις γένοιντο, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν Ἕλλησιν ὁμοῦ καὶ βαρβάροις,

καὶ κλέος ἐσθλὸν ἄροιντο.

Ἀλλὰ γὰρ ἐπανέλθωμεν εἰς τὴν τοῦ Ἰουδαίου προσωποποιίαν, ἐν ᾗ ἀναγέγραπται ἡ τοῦ Ἰησοῦ μήτηρ κύουσα (58) ὡς ἐξωσθεῖσα ὑπὸ τοῦ μνηστευσαμένου

(55) *Πολλάς.* Deest in codd. Regio et Basileensi. Paulo post pro καθαιρετικῶς τῶν προκαταλαβόντων, codex Jolianus habet ad marginem, καθαιρετικοὺς τῶν προκαταλαβόντων. Quæ correctio non spernenda.

(56) *Μεγάλου δαίμονος.* Id est, Βεελζεβούβ qui apud gentes vocatur Πλούτων, Σάραπις, Ἑκάτη. Vide Eusebium, lib. IV, cap. 23, *Præp. evang.*; item, lib. V, cap. 7, et lib. III, cap. 16; Theodoretum serm. 3, *De angelis, diis, et dæmonibus*, pag. 47; Lucanum, lib. VI, et Statium, lib. IV *Thebaidos.*

(57) Sic omnes mss. excepto Joliano qui in textu cum Hœschelio habet, ἔκδικοι. Vide Homer. *Iliad.* lib. V, vers. 2.

(58) In omnibus mss., præterquam in Anglicanis et Vaticano recenti, deest κύουσα, quod sine jactura a textu potest abesse. Paulo post, καὶ τίκτουσα ἀπό τινος στρατιώτου Πανθήρα τοὔνομα. Hæc desunt in tribus Anglicanis, et erasa sunt in veteri Vaticano. In codice Joliano pro τίκτουσα legitur κύουσα. In Regio et Basileensi abest καὶ τίκτουσα, et pro Πανθήρα habetur Πάνθηρος. Horret animus, inquit doctissimus Ludovicus Roger, *Dissertationis polemicæ adversus Judæos* pag. 389, referre exsecrandam Judæorum de adulterino Jesu conceptu blasphemiam. Jesum Pandiræ filium et Pantherinum appellant in utroque Talmude, in Midrasch Coheleth, ac in opere nefando Hebraice edito, cui titulus, *Generationes Jesu.* In libro Talmudico Sanhedrin, cap. 7, Pantheram Mariæ maritum fuisse memorant, sed eam adulterium admisisse ibidem asserunt Pombeditanæ scholæ magistri. Ad Pantheræ seu Pantheris nomen quod attinet, Epiphanius, hæres. 78, ait Jacobum Josephi patrem Pantherem esse cognominatum; et Joannes Damascenus lib. IV *De fide orthodoxa*, cap. 15, Mariæ patrem dicit fuisse Joachimum filium Barpantheris, qui patrem habuit Pantherem. Sed unde hæc hau-

C serint, incertum est, et suspicandi locus est e corruptis fontibus derivata. Certe Africanus, qui ducentesimo et vigesimo post Christum anno floruit, et propter doctrinam de Ecclesiis optime meritus est, quique epistolas ad Aristidem scripsit περὶ συμφωνίας τῆς ἐν Εὐαγγελίοις γενεαλογίας (Euseb. lib. I, cap. 6, *Eccles. hist.*), et cum iis collocutus est, qui se Dominicos, id est Christi cognatos, et contribules dicebant, nec Pantheris, nec Barpantheris meminit, licet aliorum de Christi genealogia opiniones quæ a vero aberrare visæ sunt, refellit, et quam a vetustissimis acceperat, exponit, teste Eusebio lib. I, cap. 8, *Hist. Eccl.*, et Niceph. lib. XI, cap. 11. Præterea Hebræorum genealogias in tabulas relatas Herodem combussisse referunt Eusebius et Nicephorus ibidem. Sed esto, fidem ea de re mereantur Epiphanius et Damascenus, et Pantheris cognomen vel a Mariæ, vel potius a Josephi parentibus gestum fuerit; nihilo verius erit D adulterii crimen Mariæ impactum, quod meram esse calumniam, ipsorum fabulæ artificum dissidia probant. 1° Quem enim Judæi Mariæ sponsum Pantherem fuisse volunt, hunc Celsus non sponsum, sed adulterum fuisse dicit, et Mariam in adulterio a marito deprehensam, domo pulsam, Jesum ex adulterino Pantheræ illius concubitu clam peperisse. 2° Quis credat tanta fuisse patientia Josephum ut securam vivere permiserit uxorem in flagranti deprehensam delicto, quod Judæorum leges tam severe puniebant? 3° Quis credat mulierem infamem inter consanguineas et affines, inter legisperitos, magistros, Pharisæos, sacerdotes, filii sui juratos hostes, tutam vixisse? 4° Quis credat Jesum in ecclesiam Domini admissum fuisse, a qua Mamzerim, id est spurio geniti concubitu homines, ex lege Moysis arcebantur? 5° Quomodo ortus illegitimus nunquam fuerit Jesu Nazareno publice objectus a malevolis et invidis hominibus quos passus est quam-

αὐτὴν τέκτονος ἐλεγχθεῖσα ἐπὶ μοιχείᾳ, καὶ τίκτουσα ἀπό τινος στρατιώτου Πανθήρα τοὔνομα· καὶ ἴδωμεν, εἰ μὴ τυφλῶς οἱ μυθοποιήσαντες τὴν μοιχείαν τῆς παρθένου καὶ τοῦ Πανθήρα (59), καὶ τὸν τέκτονα ἐξωσάμενον αὐτήν, ταῦτα πάντα ἀνέπλασαν ἐπὶ καθαιρέσει τῆς παραδόξου ἀπὸ ἁγίου Πνεύματος συλλήψεως· ἐδύναντο γὰρ ἄλλως ψευδοποιῆσαι διὰ τὸ σφόδρα παράδοξον τὴν ἱστορίαν, καὶ μὴ ὡσπερεὶ ἀκουσίως συγκαταθέσθαι, ὅτι οὐκ ἀπὸ συνήθων ἀνθρώποις γάμων ὁ Ἰησοῦς ἐγεννήθη. Καὶ ἀκόλουθόν γε ἦν τοὺς μὴ συγκαταθεμένους τῇ παραδόξῳ γενήσει (60) τοῦ Ἰησοῦ, πλάσαι τι ψεῦδος. Τὸ δὲ μὴ πιθανῶς αὐτοὺς τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλὰ μετὰ τοῦ τηρῆσαι, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ παρθένος συνέλαβε τὸν Ἰησοῦν, τοῖς ἀκούειν καὶ ἐλέγχειν ἀναπλάσματα δυναμένοις ἐναργὲς ἦν ψεῦδος. Ἆρα γὰρ εὔλογον, τὸν τοσαῦτα ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων τολμήσαντα, ἵνα, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ, πάντες Ἕλληνες καὶ βάρβαροι, κρίσιν θείαν προσδοκήσαντες, ἀποστῶσι μὲν τῆς κακίας, πάντα δὲ πράττωσιν ἀρεσκόντως τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ, παράδοξον μὲν μὴ ἐσχηκέναι γένεσιν (61), πασῶν δὲ γενέσεων παρανομωτάτην καὶ αἰσχίστην; Ἐρῶ δὲ ὡς πρὸς Ἕλληνας, καὶ μάλιστα Κέλσον, εἴτε φρονοῦντα, εἴτε μή, πλὴν παρατιθέμενον τὰ Πλάτωνος· Ἆρα ὁ καταπέμπων ψυχὰς εἰς ἀνθρώπων σώματα, τὸν τοσαῦτα τολμήσοντα, καὶ τοσούτους διδάξοντα, καὶ ἀπὸ τῆς χύσεως τῆς κατὰ τὴν κακίαν μεταστήσοντα πολλοὺς ἀνθρώπων, ἐπὶ τὴν πασῶν αἰσχροτέραν γένεσιν ὤθει, μηδὲ διὰ γάμων γνησίων αὐτὸν εἰσαγαγὼν εἰς τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον; ἢ εὐλογώτερον, ἑκάστην ψυχὴν κατά τινας ἀπορρήτους λόγους (λέγω δὲ ταῦτα νῦν κατὰ Πυθαγόραν (62), καὶ Πλάτωνα (63), καὶ

A daque e milite, cui Panthera nomen erat, deprehensa esset, expulsam fuisse; et videamus an, qui et admissum a virgine cum Panthera adulterium et a fabro expulsionem finxerunt, has fabulas non cæco animo commenti sint, ut insolitum e Spiritu sancto conceptum e medio tollerent. Nam ita præter consuetudinem est hæc historia, ut alio modo eam refellere potuissent, nec velut inviti assentiri Jesum non esse vulgari more natum ex conjugio. Sane consentaneum erat, qui insolito Jesu ortui fidem abrogarent, ab eis mendacium confingi. Sed invenire mendacium nullo modo verisimile, et quo admisso nihilominus verum est Jesum a virgine non fuisse e Josepho conceptum, fraus erat iis qui figmenta audire et coarguere norunt, conspicua. Nam B quomodo probabile est, eum qui tanta susceperit pro humano genere, dederitque quantum in se erat operam, ut omnes Græci pariter et barbari metu judicii divini absisterent a vitiis, et in omnibus rerum omnium conditori placere studerent, non mirandam habuisse nativitatem, sed omnium nequissimam ac turpissimam? Interrogo Græcos et in primis Celsum, qui aut cum Platone sentit, aut saltem Platonica adducit: Qui animas hominum immittit in corpora, is turpissimo omnium ortu ac ne per legitimas quidem nuptias in vitam hominum induxerit eum, qui tanta aggressurus, tot erudíturus, tam multos homines a vitiorum proluvie revocaturus erat? Annon multo **351** probabi- C lius est animam occultis quibusdam rationibus (loquor nunc juxta Pythagoram, Platonem, Empedoclem, quos sæpe Celsus nominavit) addictam corpo-

plurimos? 6° Quomodo Jesu Nazareni populares, qui omnium optime ejus parentes noscebant, fabrum hunc Josephi fabri et Mariæ filium dixerunt, fratresque ejus ac sorores apud se manere asseruerunt Joan. vi, 42, et i, 45? 7° Quomodo duo cæci in Evangelio memorati, Chananæa mulier, populus Hierosolymitanus, hominem ex adulterio natum, Davidis filium alta voce appellarunt? 8° Quis sibi persuadeat evangelistas et apostolos, in re manifesta et publice nota, ausos esse impudentissime mentiri, ac viventibus etiamnum pervulgati criminis testibus virgineum Jesu Nazareni conceptum propriæ famæ dispendio comminisci, et ad Davidem spuriæ sobolis genus referre? 9° Adeo non spurius habitus est suo tempore Jesus Nazarenus, eum ut contra virgine prognatum ætas sua crediderit. Hinc Simon Magus, Jesu simius, quippe qui Jesus haberi voluit, ut eum in omnibus referret, de virgine se natum prædicabat. Vide Clementis *Recognitiones*, lib. ii, cap. 7 et 14. Eamdem ob causam Minerva virgine natum se Domitianum asseruisse, conjicit Huetius. Atque hanc fuisse pervulgatam ubique apud Judæos opinionem probat historia quam ex traditione veteri ad sua propagatam tempora memorant Origenes tract. 26 in Matth. et Basilius *De humana Christi generatione*, scilicet Zachariam a Judæis occisum quod intercessisset ne a templi loco qui solis patebat virginibus Maria Jesu mater arceretur. Quæ quidem historia, ut et illa quam Suidas in *Ἰησοῦς*, e vetustis, ut ipse ait, Judæorum commentariis refert (etsi præstare neutram velim) eatenus saltem valet ut ostendat Mariam etsi puerperam, non minus virginem primis habitam esse temporibus.

(59) *Καὶ τοῦ Πανθήρα.* Hæc etiam deleta sunt in veteri Vaticano, et desunt in recenti, necnon in Anglicano primo; imo ad marginem Anglicani secundi et tertii apposita nota monet esse delenda.

(60) Libb. editi ad marginem, γεννήσει.

(61) *Γένεσιν.* Ita recte tres Anglicani, Regius, Basileensis et Jolianus. Alii cum editis, γέννησιν. Paulo post Regius et Basileensis, ὁ καταπέμπων ψυχάς. Alii cum editis, ὁ καταπέμπων ψυχήν.

(62) *Πυθαγόραν.* Vide adnotationes ad lib. v num. **21.**

(63) *Πλάτωνα.* *Plato*, libro *De anima mundi*, pag. **104**: Λέγοιντο δ' ἀναγκαίως καὶ τιμωρίαι ξέναι, ὡς μετενδυομέναν τᾶν ψυχᾶν, τῶν μὲν δειλῶν εἰς γυναικέα σκάνεα, ποθ' ὕβριν ἐκδιδόμενα, τῶν δὲ D μιαιφόνων, ἐς θηρίων σώματα, ποτὶ κόλασιν· λάγνων δὲ ἐς συῶν ἢ κάπρων μορφάς· κούφων δὲ καὶ μετεώρων ἐς πτηνῶν ἀεροπόρων· ἀργῶν δὲ καὶ ἀπράκτων, ἀμαθῶν τε καὶ ἀνοήτων, ἐς τᾶν ἐνύδρων ἰδέαν. « Hac igitur de causa hoc concedatur, quod necessario commemorentur peregrina supplicia, quasi animæ commigrent ultro citroque in varia corpora; ignavorum quidem, in corpora muliebria, corporibus tributis ad ignominiam; homicidarum, in ferarum corpora ad pœnam et supplicium; libidinosorum, in suum vel aprorum formas; levium et temerariorum hominum, in species volantium animantium quæ in aere solent versari; segnium denique, otiosorum, imperitorum, stolidorum, in aquatilium speciem. » Et in *Phædone*, pag. 70: Παλαιὸς μὲν οὖν ἐστί τις ὁ λόγος οὗτος, οὗ μεμνήμεθα, ὥς εἰσιν ἐνθένδε ἀφικόμεναι ἐκεῖ, καὶ πάλιν γε δεῦρο ἀφικνοῦνται, καὶ γίγνονται ἐκ τῶν τεθνεώτων, etc. « Antiquus quidem est hic sermo,

ri, corpori addici pro meritis præteritisque moribus? Verisimile ergo est eam animam, quæ multis hominibus (non dico omnibus, ne nimium præjudicare videar) utilior futura erat humano generi, opus habuisse corpore, quod non solum esset humanis corporibus perfectius, sed etiam præ omnibus excelleret.

33. Nam si hæc vel illa anima occultis quibusdam causis non merita quidem brutæ animantis corpore includi, neque digna tamen, quæ rationalis animantis corpus occupet, induitur portentosum corpus, ita ut ob caput reliquo corpori minus attemperatum nimisque angustum ratio suas functiones exsequi nequeat; alia vero tale corpus accipit, ut paulo plus quam illa sapiat; ac rursum alia magis, prout natura corporis magis minusve rationi refragatur; quid vetat esse aliquam animam, cui novum insolitumque corpus detur, quod quidpiam cum aliis humanis corporibus commune habeat quidem, quocum aliis versari possit; sed quod tamen aliis antecellat, ut anima queat immunis a vitio permanere? Quod si etiam verum est quod affirmant physiognomonici, ut Zopyrus, Loxus, Polemon, aut quilibet eorum qui hac de arte scripserunt magnaque se scire prædicant, corpora omnia esse moribus animarum accommodata; an oportuit illi animæ, quæ singulari modo in hanc vitam ventura erat magnasque res factura, tribui corpus, quod, ut opinatur Celsus, ex Pantheræ et virginis adulterio **352** natum fuisset? Sane ex hoc impudico coitu prodiisset potius insanus quispiam, hominum pernicies, intemperantiæ et injustitiæ reliquorumque vitiorum magister, quam tempe-

A Ἐμπεδοκλέα (64), οὓς πολλάκις ὠνόμασεν ὁ Κελσος) εἰσκρινομένην σώματι, κατ᾽ ἀξίαν εἰσκρίνεσθαι καὶ κατὰ τὰ πρότερα ἤθη; Εἰκὸς οὖν καὶ ταύτην τὴν ψυχὴν, πολλῶν (ἵνα μὴ συναρπάζειν δοκῶ, λέγων πάντων) ἀνθρώπων ὠφελιμωτέραν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπιδημοῦσαν, δεδεῆσθαι σώματος, οὐ μόνον ὡς (65) ἐν ἀνθρωπίνοις σώμασι διαφέροντος, ἀλλὰ καὶ τοῦ πάντων κρείττονος.

Εἰ γὰρ ἥδε μὲν ἡ ψυχὴ, κατά τινας ἀποῤῥήτους λόγους ἀξία γενομένη μὴ πάντη μὲν ἐν ἀλόγου γενέσθαι σώματι, οὐ μὴν καὶ καθαρῶς ἐν λογικοῦ, ἐνδύεται σῶμα τερατῶδες, ὡς μηδὲ τὸν λόγον συμπληρωθῆναι δύνασθαι τῷ οὑτωσὶ γεγενημένῳ, καὶ ἀσύμμετρον ἔχοντι τὴν κεφαλὴν τῷ λοιπῷ σώματι, καὶ πάνυ βραχυτέραν· ἑτέρα δὲ τοιόνδε σῶμα ἀναλαμ- B βάνει, ὡς ὀλίγῳ ἐκείνου γενέσθαι λογικωτέρα· καὶ ἄλλη ἔτι μᾶλλον, τῆς φύσεως τοῦ σώματος ἐπὶ πλεῖον ἢ ἐπ᾽ ἔλαττον ἀντιπραττούσης τῇ τοῦ λόγου ἀντιλήψει· διὰ τί οὐχὶ καὶ ψυχή τις ἔσται πάντη παράδοξον ἀναλαμβάνουσα (66) σῶμα, ἔχον μέν τι κοινὸν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, ἵνα καὶ συνδιατρίψαι αὐτοῖς δυνηθῇ, ἔχον δέ τι καὶ ἐξαίρετον, ἵνα τῆς κακίας ἄγευστος ἡ ψυχὴ διαμεῖναι δυνηθῇ; Ἐὰν δὲ καὶ τὰ τῶν φυσιογνωμονούντων κρατῇ, εἴτε Ζωπύρου (67), εἴτε Λόξου (68), εἴτε Πολέμωνος (69), εἴτε οὑτινός ποτ᾽ οὖν τοιαῦτα γράψαντος, καὶ ἐπαγγειλαμένου εἰδέναι τι θαυμαστὸν, οἰκεῖα τοῖς ἤθεσι τῶν ψυχῶν πάντ᾽ εἶναι τὰ σώματα· τῇ οὖν μελλούσῃ παραδόξως ἐπιδημεῖν τῷ βίῳ, καὶ μεγαλοποιεῖν, ἔδει γενέσθαι C σῶμα, ὡς οἴεται Κέλσος, ἀπὸ Πανθήρα (70) μοιχεύσαντος καὶ παρθένου μοιχευθείσης; Ἐκ γὰρ τοιούτων ἀνάγνων μίξεων ἔδει μᾶλλον ἀνόητόν τινα, καὶ ἐπιβλαβῆ τοῖς ἀνθρώποις, διδάσκαλον ἀκολασίας καὶ ἀδικίας καὶ τῶν λοιπῶν κακῶν γενέσθαι, οὐχὶ

quem modo commemoramus, hinc eo proficisci, et illinc huc redire mortuorum animas, et fieri ex mortuis. » Item pag. 81 : Τὰ ποῖα δὴ ταῦτα λέγεις, ὦ Σώκρατες; Οἷον τοὺς μὲν γαστριμαργίας τε, καὶ ὕβρεις, καὶ φιλοτησίας μεμελετηκότας, καὶ μὴ διευλαβημένους, εἰς τὰ τῶν ὄνων γένη καὶ τῶν τοιούτων θηρίων εἰκὸς ἐνδύεσθαι, etc. « Qualia hæc sunt quæ dicis, Socrates? Quemadmodum eos qui gulositates, contumelias, lascivias cogitarint, nec ab illis rebus caverint, in asinorum genera similiumque ferarum formam indui verisimile est, » etc. Vide eumdem in *Phædro*, pag. 248; in *Timæo*, pag. 42, et *De republ.* lib. x. Vide adnotationes ad lib. v *contra Celsum*, num. 21. SPENCER.

(64) *Ἐμπεδοκλέα*. Laert. in *Empedocl.* : Καὶ τὴν ψυχὴν παντοῖα εἴδη ζώων καὶ φυτῶν ἐνδύεσθαι. Φησὶ γοῦν·

Ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε, κόρη τε,
Θάμνος τ᾽, οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς.

Nam, memini, fueram quondam puer, atque puella,
Plantaque, et ignitus piscis, pernixque volucris.

SPENCER.

(65) Tres Anglicani et Jolianus, οὐ δεδεῆσθαι σώματος μόνον, ὡς.

(66) Regius et Basileensis, ἀντιλαμβάνουσα. Paulo post : ἄγευστος ἡ ψυχὴ διαμεῖναι δυνηθῇ. Ἡ ψυχή videtur Guieto inutiliter repetitum et merum esse glossema.

(67) *Ζωπύρου*. Eusebius, lib. vi, cap. 9, *Præp. evang.* ex Alex. Aphrod. Tull., lib. iv *Tusc. Qu.* et *De fato* : « Quid? Socratem nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte, pernoscere? Stupidum esse Socratem dixit et bardum, quod jugula concava non haberet; obstructas eas partes et obturatas esse dicebat; addidit etiam mulierosum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse; » nec immerito, qualis enim hic fuerit conjicere licet ex Platone, *Alcib.* primo, pag. 122 : Σοὶ δ᾽, ὦ Ἀλκιβιάδη, Περικλῆς ἐπέστησε παιδαγωγὸν τῶν οἰκετῶν τὸν ἀχρειότατον ὑπὸ γήρως, Ζώπυρον τὸν Θρᾷκα· D « Tibi vero, Alcibiades, Pericles eum e servis præfecit pædagogum qui præ senio omnium est inutilissimus, Zopyrum videlicet Thracem. » Et ex Plutarcho in *Lycurgo*. SPENCER.

(68) *Λόξου*. Albert., lib. i *De animalibus* : « Ut autem melius sciantur ea quæ dicenda sunt, ponemus singulorum membrorum per se significationes; sequentes auctores magnos hujusmodi artis, Aristotelem videlicet et Avicennam, Constantinum, et ipsum, quem commendat Aristoteles, Philemonem, Loxum quoque, et Palæmonem declamatorem; qui de physiognomonia perfectius cæteris tradiderunt. » Item lib. i, tract. 2, cap. 2. SPENCER.

(69) *Πολέμωνος*. Atheniensis erat, et librum scripsit *De interpretatione signorum naturæ*. Eumdem Nicolaus Petreius Latinitate donavit, et Gryphius, anno Dom. 1552, Venetiis excudit. Gesn. in *Biblioth.* SPENCER.

(70) Codd. Regius et Basileensis, ἀπὸ Πάνθηρος.

δὲ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν.

Ἀλλ', ὡς καὶ προφῆται προεῖπον, ἀπὸ παρθένου κατ' ἐπαγγελίαν σημείου γεννώσης τὸν ἐπώνυμον τοῦ πράγματος, δηλοῦντος, ὅτι ἐπὶ τῇ γενέσει αὐτοῦ μετ' ἀνθρώπων ἔσται Θεός. Καὶ οἰκεῖόν γε φαίνεταί μοι πρὸς τὴν τοῦ Ἰουδαίου προσωποποιίαν παραθέσθαι τὴν τοῦ Ἡσαΐου προφητείαν, λέγουσαν ἐκ παρθένου τεχθήσεσθαι τὸν Ἐμμανουήλ· ἣν οὐκ ἐξέθετο, εἴτε μὴ ἐπιστάμενος, ὁ πάντ' ἐπαγγελλόμενος εἰδέναι Κέλσος, εἴτ' ἀναγνοὺς μὲν, ἑκὼν δὲ σιωπήσας, ἵνα μὴ δοκοίη κατασκευάζειν ἄκων τὸν λόγον ἐναντιούμενον αὐτοῦ τῇ προαιρέσει. Ἔχει δ' οὕτως ἡ λέξις· « Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχὰζ λέγων· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου Θεοῦ σου εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἀχάζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδ' οὐ μὴ πειράσω τὸν Κύριον. Καὶ εἶπεν (71)· Ἀκούσατε δὴ οἶκος Δαυΐδ· μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις, καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅπερ ἑρμηνεύεται *Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*. » Ὅτι δὲ κακουργῶν ὁ Κέλσος οὐκ ἐξέθετο τὴν προφητείαν, δῆλόν μοι γίνεται ἐκ τοῦ, παραθέμενον αὐτὸν πολλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου, ὥσπερ τὸν ἀνατείλαντα ἀστέρα ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Ἰησοῦ (72), καὶ ἄλλα τῶν παραδόξων, μηδὲ τὴν ἀρχὴν τούτου ἐμνημονευκέναι. Ἐὰν δὲ Ἰουδαῖος εὑρεσιλογῶν, τὸ, « Ἰδοὺ ἡ παρθένος, » μὴ γεγράφθαι λέγῃ, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ, « Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις· » φήσομεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἡ μὲν λέξις ἡ *Ἀαλμὰ*, ἣν οἱ μὲν Ἑβδομήκοντα μετειλήφασι πρὸς τὴν *παρθένον*, ἄλλοι δὲ εἰς τὴν *νεᾶνιν*, κεῖται, ὥς φασι (73), καὶ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ἐπὶ *παρθένου*, οὕτως ἔχουσα· « Ἐὰν δὲ γένηται παῖς παρθένος μεμνηστευμένη ἀνδρὶ, καὶ εὑρὼν αὐτὴν ἄνθρωπος ἐν πόλει κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς, καὶ ἐξάξετε ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως αὐτῶν, καὶ λιθοβοληθήσονται λίθοις καὶ ἀποθανοῦνται· τὴν νεᾶνιν, ἐπὶ λόγου, διό-

A rantiæ, justitiæ cæterarumque virtutum doctor.

34. Verum, ut etiam prophetæ prædixerunt, ex virgine (hoc enim promissum signum fuit) nasci debuit is, cujus nomen cum rebus gestis consentaneum fuit, et ex cujus ortu cognitum est Deum fore cum hominibus. Ac Judæi prosopopœæ opportune objecturum me arbitror Isaiæ vaticinium, quo prænuntiatum est Emmanuel ex virgine nasciturum. Illud non retulit Celsus, sive nescierit, quamvis omnia se scire profitetur, sive sciens volensque dissimulaverit, ut ne sententiam suo proposito adversam invitus astruere videretur. Sic autem habet: « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum,
B sive in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam et non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo, domus David: nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur: *Nobiscum Deus*[89]. » Hoc autem vaticinium a Celso fuisse malo animo prætermissum hinc mihi perspicuum est, quod, quamvis multa ex Matthæi Evangelio, ut exortam in Jesu nativitate stellam aliaque miracula memoraverit, de illo ne verbum quidem faciat. Quod si Judæus de voce rixari volet negabitque scriptum esse: « Ecce virgo: » sed: « Ecce adolescen-
C tula; » dicemus vocem *Aalma*, quam septuaginta Interpretes per *virginem*, alii per *adolescentulam* verterunt, in Deuteronomio, ut aiunt, reperiri, ut *virginem* significet. Sic enim ibi: « Si puellam virginem desponderit vir, et invenerit eam aliquis in civitate et concubuerit cum ea, educetis utrumque ad portam civitatis illius, et
353 lapidibus obruentur et necabuntur: adolescentula, quia non clamavit cum esset in civitate; vir, quia humiliavit uxorem proximi sui[90]. » Et

[89] Isa. vii, 10 seqq. [90] Deut. xxii, 23, 24.

(71) *Καὶ εἶπεν*. Hæc desunt in duobus codicibus Vaticanis, duobus Anglicanis et Joliano. Regius et Basileensis habent, καὶ εἶπεν Ἡσαΐας. Infra quatuor mss., καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Alii, καὶ καλέσουσι, etc.

(72) Codex Basileensis, τοῦ Κυρίου. Paulo post libb. editi ad marginem, τούτου μεμνημονευκέναι. Infra codd. Regius et Basileensis, οἱ μὲν ἑβδομήκοντα δύο μετειλήφασι πρὸς τὴν παρθένον, ἄλλοι δὲ εἰς τὴν νεᾶνιν. Hieronymus in hunc versiculum Isaiæ vii, 14, ait: « In præsenti loco non scribitur *Bethula*, sed *Alma*, quod præter LXX qui posuerunt ἡ παρθένος, omnes *adolescentulam* transtulerunt. Porro *Alma* apud nos verbum ambiguum est. Dicitur enim et *adolescentula* et *abscondita*, id est, ἀπόκρυφος. In Genesi legimus, ubi Rebecca dicitur *Aalma*, Aquilam non *adolescentulam*, nec *puellam*, sed *absconditam*, transtulisse. » Et paulo post: « Ergo *Aalma* non solum *puella*, vel *virgo*, sed cum ἐπιτάσει *virgo abscondita* dicitur et *secreta*, quæ nunquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit. Lingua quoque Punica, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, proprie virgo *Alma* appellatur. » Queruntur multi Patres de hac interpretatione, *ecce adolescentula*, νεᾶνις. Qui prior Aquilam, simulque Theodotionem
D criminatur, est Irenæus lib. iii, cap. 24, ubi ait: « Non vera est interpretatio, *ecce adolescentula*, ut Theodotion Ephesius, et Aquila Ponticus sunt interpretati. Hinc Ebionæi ex Joseph natum aiunt. » An autem ut locum detorqueret Aquila, sic versionem suam concinnaverit, nescire se fatetur clariss. Montefalconius pag. 49, Præliminar. ad *Hexapl.* Origenis. Verisimile tamen ei est Aquilam a voce παρθένος consulto declinasse quia hac maxime prophetia utebantur Christiani pro sua tuenda fide. « Imo, inquit, nec vocem ἀπόκρυφος, *abscondita*, quam alibi pro Hebraica *Alma* exprimenda adhibet, hic usurpare voluit; quia forte hæc interpretatio puellam, quæ virorum aspectui occulta manserat, atque ideo virginem exprimebat. »

(73) *Ὥς φασι*. Deceptus est Origenes. Alia enim est vox apud Isaiam *alma*, alia in Deuteronomio *Bethula*. Hinc colligit Boherellus Origenem Hebraice nescivisse. Quod an verum sit, disquiritur *Origenianorum* lib. ii, cap. 1, n. 3.

deinceps : « Sin autem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est, et apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus, puella nihil patietur, nec est rea mortis [91]. »

A τι οὐχ ἐβόησεν ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἐπὶ λόγου, διότι ἐταπείνωσε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ. » Καὶ ἑξῆς· « Ἐὰν δὲ ἐν πεδίῳ εὕρῃ ἄνθρωπος τὴν παῖδα (74) τὴν μεμνηστευμένην, καὶ βιασάμενος αὐτὴν ὁ ἄνθρωπος κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς, ἀποκτενεῖτε τὸν ἄνθρωπον τὸν κοιμώμενον μετ' αὐτῆς μόνον· καὶ τῇ νεάνιδι οὐ ποιήσετε οὐδέν· οὐκ ἔστι τῇ νεάνιδι ἁμάρτημα θανάτου. »

35. At ne videamur Hebraicam adhibere vocem, ut iis, qui an huic assentiendum sit necne, nesciunt, persuadeamus ex virgine ortum, de cujus generatione dictum est, « Nobiscum Deus : » a prophetis fuisse pronuntiatum ; age ex ipsismet verbis quod dicitur astruamus. Narratur Dominus dixisse Achaz : « Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum sive in excelsum. » Sequitur signum datum, nempe : « Ecce virgo concipiet et pariet filium. » Ecquod autem signum est parere puellam non virginem ? Et utri mulieri magis convenit genuisse Emmanuel aut Nobiscum Deum, ei, quæ virum experta solito feminarum more conceperit ; an illi, quæ pura et intacta virgo concepit ? Certe hanc magis decet generare prolem de qua nata dicatur : « Nobiscum Deus. » Si quis cavilletur dictum esse Achaz : « Pete *tibi* signum a Domino Deo tuo ; » interrogabimus quis temporibus Achaz genuerit prolem de qua nata dictum sit, « Emmanuel, » quod est, « Nobiscum Deus. » Quod si nullus inveniatur, manifestum est id quod dictum fuit Achaz, domui David dictum fuisse ; quia Scripturæ testantur Salvatorem secundum carnem ex Davidis semine natum esse [92]. Signum autem dicitur « in profundum aut in excelsum » esse petendum, propterea quod « qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia [93]. » Atque hæc dico quasi rem habens cum Judæo qui prophetiæ adjungit fidem. Dicat vero Celsus aut aliquis ejus sodalium, qua mente propheta de futuris hæc aliave in prophetiis scripta prædicat, præsagane futurorum annon ? Nam si præscia futurorum, divinum Spiritum habebant prophetæ : sin futurorum ignara, explicet quodnam mentis genus habeat, qui tam audacter de futuris rebus pronuntiat, et qui prophetiis in sui admirationem Judæos rapit.

Ἵνα δὲ μὴ δοκῶμεν ἀπὸ λέξεως Ἑβραϊκῆς τοῖς μὴ (75) καταλαμβάνουσι πότερον συγκαταθετέον αὐτῇ ἢ μή, φέρειν παραμυθίαν περὶ τοῦ, προφήτην εἰρηκέναι ἐκ παρθένου τεχθήσεσθαι τοῦτον, ἐφ' οὗ τῇ γενέσει λέλεκται τὸ, « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· » φέρε, ἐπ' αὐτῆς (76) τῆς λέξεως παραμυθησώμεθα τὸ λεγόμενον. Ὁ μὲν Κύριος ἀναγέγραπται εἰρηκέναι τῷ Ἀχάζ· « Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος. » Ἑξῆς δὲ τὸ διδόμενον
B σημεῖον, τὸ, « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν. » Ποῖον οὖν σημεῖον τὸ νεάνιδα μὴ παρθένον τεκεῖν ; Καὶ τίνι μᾶλλον ἁρμόζει γεννῆσαι Ἐμμανουήλ, τουτέστι, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· ἆρα γυναικὶ συνουσιασθείσῃ, καὶ διὰ πάθους γυναικείου συλλαβούσῃ, ἢ ἔτι καθαρᾷ καὶ ἁγνῇ παρθένῳ (77); ταύτῃ γὰρ πρέπει γεννᾷν γέννημα, ἐφ' ᾧ τεχθέντι λέγεται τὸ, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Ἐὰν δὲ καὶ οὕτως εὑρεσιλογῇ λέγων, ὅτι τῷ Ἀχὰζ εἴρηται, « Αἴτησαι *σεαυτῷ* σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου· » ἀπαιτήσομεν, κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ Ἀχὰζ τίς ἐγέννησεν (78), ἐφ' οὗ τῇ γενέσει λέγεται τὸ « Ἐμμανουήλ, » ὅ ἐστι, « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ; » Εἰ γὰρ οὐδεὶς εὑρεθήσεται, δηλονότι τὸ τῷ Ἀχὰζ εἰρημένον τῷ οἴκῳ εἴρηται Δαυὶδ, διὰ τὸ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἀναγε-
C γράφθαι τὸν Σωτῆρα γεγονέναι τὸ κατὰ σάρκα. Ἀλλὰ καὶ τὸ σημεῖον τοῦτο « εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος » λέγεται εἶναι, ἐπεὶ « ὁ καταβὰς, οὗτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. » Ταῦτα δὲ λέγω, ὡς πρὸς τὸν Ἰουδαῖον συγκατατιθέμενον τῇ προφητείᾳ. Λεγέτω δὲ καὶ Κέλσος ἤ τις τῶν σὺν αὐτῷ, ποίῳ νῷ ὁ προφήτης περὶ μελλόντων ἢ ταῦτα ἢ ἕτερα λέγει, ὁπόσα ἀναγέγραπται ἐν ταῖς προφητείαις ; Ἆρα γὰρ προγνωστικῷ μελλόντων, ἢ οὔ ; εἰ μὲν γὰρ προγνωστικῷ μελλόντων, θεῖον εἶχον Πνεῦμα οἱ προφῆται· εἰ δ' οὐ προγνωστικῷ μελλόντων, παραστησάτω τὸν νοῦν τοῦ ἀποτολμῶντος καὶ λέγοντος περὶ μελλόντων, καὶ θαυμαζομένου παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐπὶ προφητείᾳ.

36. Quoniam vero in prophetarum mentionem incidimus, non Judæis tantum, qui credunt eos divino Spiritu locutos fuisse, utilia **354** erunt quæ addituri sumus, sed etiam iis, qui inter Græcos æqui fuerint. His ergo dicimus admittendum esse necessario, apud Judæos fuisse prophetas : siquidem in datis sibi legibus contineri, credere Conditori quemadmodum acceperant, nec a lege occasionem

D Ἐπεὶ δὲ ἅπαξ εἰς τὸν περὶ τῶν προφητῶν ἤλθομεν λόγον, Ἰουδαίοις μὲν, τοῖς πιστεύουσι θείῳ Πνεύματι αὐτοὺς λελαληκέναι, οὐ μόνον ἔσται χρήσιμα τὰ ἐποισθησόμενα, ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐγνωμονοῦσι δὲ τῶν Ἑλλήνων· πρὸς οὓς ἐροῦμεν, ὅτι ἀναγκαῖον παραδέξασθαι, ὅτι καὶ Ἰουδαῖοι προφήτας εἶχον· εἴπερ ἔμελλον συνέχεσθαι ἐν τῇ δοθείσῃ αὐτοῖς νομοθεσίᾳ καὶ πιστεύειν τῷ Δημιουργῷ, καθάπερ εἰλήφεισαν, καὶ

[91] Deut. xxv, 26. [92] Joan. vii, 42. [93] Ephes. iv, 10.

(74) Hœschelius in textu habet, γυναῖκα, quam lectionem Spencerus rejecit ad marginem. Ibidem, καὶ βιασάμενος αὐτὴν ὁ ἄνθρωπος κοιμηθῇ. In codd. Regio et Basileensi deest, ὁ ἄνθρωπος.

(75) Ἀπὸ λέξεως Ἑβραϊκῆς τοῖς μή, etc. Post vocem Ἑβραϊκῆς Guieto desiderari videtur τῆς προφητείας.

(76) *Φέρε ἐπ' αὐτῆς*. Lego cum Boherello, φέρε ἀπ' αὐτῆς.

(77) Ita codd. Regius et Basileensis. Alias, καὶ ἁγνῇ καὶ παρθένῳ.

(78) *Τίς ἐγέννησεν*. Scribendum forte, τίς ἐγεννήθη. Paulo post Hœschelius, τῷ οἴκῳ εἴρηται Δαυίδ. Male.

(ὅσον ἐπὶ τῷ νόμῳ) μὴ ἔχειν ἀφορμὰς ἀποστῆναι εἰς A τὴν τῶν ἐθνῶν πολυθεότητα. Τὸ δ' ἀναγκαῖον οὕτω παραστήσομεν. « Τὰ ἔθνη, » ὡς γέγραπται καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τῶν Ἰουδαίων νόμῳ, « κληδόνων καὶ μαντειῶν ἀκούσονται· » τῷ δὲ λαῷ ἐκείνῳ εἴρηται· « Σοὶ δὲ οὐχ οὕτως ἔδωκε (79) Κύριος ὁ Θεός σου. » Καὶ ἐπιφέρεται τούτῳ τὸ, « Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου ἀναστήσει σοι Κύριος ὁ Θεός σου. » Εἴπερ οὖν, τῶν ἐθνῶν χρωμένων μαντείαις εἴτε διὰ κληδόνων, εἴτε δι' οἰωνῶν, εἴτε δι' ὀρνίθων, εἴτε δι' ἐγγαστριμύθων, εἴτε καὶ διὰ τῶν τὴν θυτικὴν ἐπαγγελλομένων (80), εἴτε καὶ διὰ Χαλδαίων γενεθλιαλογούντων, ἅπερ πάντα Ἰουδαίοις ἀπείρητο, Ἰουδαῖοι μηδεμίαν εἶχον παραμυθίαν γνώσεως τῶν μελλόντων, ὑπ' αὐτῆς ἂν τῆς ἀνθρωπίνης περὶ τὴν γνῶσιν λιχνείας τῶν ἐσομένων ἀγόμενοι, κατεφρόνησαν μὲν ἂν τῶν ἰδίων, B ὡς οὐδὲν ἐχόντων θεῖον ἐν ἑαυτοῖς· καὶ οὐκ ἂν μετὰ Μωσέα προφήτην προσήκαντο, οὐδ' ἀνέγραψαν (81) αὐτῶν τοὺς λόγους, αὐτόμολοι δὲ ἐπὶ τὰ τῶν ἐθνῶν μαντεῖα καὶ χρηστήρια μετέστησαν, ἢ ἐπεχείρησαν ἂν ἱδρῦσαί τι τοιοῦτον καὶ παρ' ἑαυτοῖς. Ὥστ' οὐδὲν ἄτοπόν ἐστι, καὶ περὶ τῶν τυχόντων τοὺς παρ' αὐτοῖς προφήτας, εἰς παραμυθίαν τῶν τὰ τοιαῦτα ποθούντων προειρηκέναι· ὥστε καὶ περὶ ὄνων ἀπολωλυιῶν προφητεύειν τὸν Σαμουὴλ, καὶ περὶ νόσου παιδὸς βασιλικοῦ τὸν ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν ἀναγεγραμμένον. Πῶς δὲ ἂν τῷ βουλομένῳ ἀπὸ τῶν εἰδώλων μαντείαν λαβεῖν ἐπέπλησσον οἱ τὰ τοῦ νόμου Ἰουδαίων πρεσβεύοντες, ὥσπερ εὑρίσκεται Ἠλίας τῷ Ὀχοζίᾳ ἐπιπλήσσων, καὶ λέγων· « Εἰ παρὰ τὸ μὴ εἶναι Θεὸν C ἐν Ἰσραὴλ, ὑμεῖς πορεύεσθε ἐκζητῆσαι (82) ἐν τῇ Βάαλ μυῖαν θεὸν Ἀκκαρῶν; »

Δοκεῖ μοι οὖν μετρίως κατεσκευάσθαι, οὐ μόνον ὅτι γεννηθήσεται ἐκ παρθένου ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ προφῆται ἦσαν ἐν Ἰουδαίοις, προλέγοντες οὐ μόνον τὰ καθολικὰ περὶ μελλόντων, ὡς τὰ περὶ Χριστοῦ, καὶ τὰ περὶ βασιλειῶν κοσμικῶν, καὶ περὶ τῶν συμβησομένων τῷ Ἰσραὴλ, καὶ περὶ τῶν πιστευόντων (83) τῷ Σωτῆρι ἐθνῶν, καὶ πολλῶν ἄλλων τῶν περὶ αὐτοῦ λεχθέντων· ἀλλὰ καὶ τὰ καθ' ἕνα, ὡς περὶ τῶν ὄνων Κὶς ἀπολομένων, πῶς εὑρεθήσονται, καὶ περὶ τῆς νόσου, ἧς ἐνόσησεν ὁ τοῦ βασιλέως Ἰσραὴλ υἱὸς, ἢ εἴ τι ἄλλο ἀναγέγραπται τοιοῦτον. Ἔτι δὲ πρὸς Ἕλληνας λεκτέον ἀπειθοῦντας τῇ ἐκ παρθένου D γενέσει τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ὁ Δημιουργὸς ἐν τῇ τῶν ποικίλων ζώων γενέσει ἔδειξεν, ὅτι ἦν αὐτῷ βουληθέντι δυνατὸν ποιῆσαι ὅπερ ἐφ' ἑνὸς ζώου, καὶ ἐπ' ἄλλων, καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων. Εὑρίσκεται δέ τινα τῶν ζώων θήλεα, μὴ ἔχοντα ἄῤῥενος κοινωνίαν, ὡς οἱ περὶ ζώων ἀναγράψαντες λέγουσι περὶ γυπῶν (84)·

sumere debuerint ad gentilium deorum multitudinem deficiendi. Hoc autem necessario admittendum esse efficio. Scriptum est in Judæorum lege: « Gentes divinationes et vaticinia audient; » illi autem populo dicitur: « Tibi autem non sic dedit Dominus Deus tuus. » Et mox: « Prophetam ex fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Deus tuus [94]. » Cum igitur futurorum cognitionem gentes quærerent sive ex oraculis, sive ex auguriis, sive ex auspiciis, sive ex ventriloquis, sive ex aruspicibus, sive ex Chaldæis genethliacis, quæ omnia Judæis erant prohibita; hi, si nullum aliunde habuissent res futuras cognoscendi viam, vel solo hominibus insito hujus notitiæ pruritu adducti, sua sprevissent quasi nihil illis divinum inesset, non alium post Moysem prophetam recepissent, eorum sermones litteris non mandassent, transfugissent ad oracula divinationesque gentium, aut simile quidpiam apud se instituere conati fuissent. Itaque nihil mirum apud illorum prophetas etiam de vulgaribus rebus esse vaticinia, ad eorum solamen qui ejusmodi rerum desiderio tenerentur. Hujusmodi vaticinia fuerunt Samuelis de asinis perditis [95], et Abiæ de morbo filii regis, cujus meminit liber tertius Regum [96]. Alioquin quomodo potuissent legis Judaicæ præcones increpare eum qui idolorum oracula consulere voluisset, quemadmodum Elias his verbis Ochoziam increpasse invenitur: « An propterea quod non sit Deus in Israel, vos itis in Baal inquirere muscam Deum Accaron [97]? »

37. His omnibus mihi satis probatum videtur et Salvatorem nostrum ex virgine nasci debuisse, et apud Judæos fuisse prophetas, qui de rebus futuris prædicerent non ea tantum quæ omnes homines æque spectabant, ut quæ de Christo, de terrenis regnis, de iis quæ Israeli adventura erant, de gentibus quæ Salvatori crediture erant, aliisque ad Christum pertinentibus dicta sunt; verum etiam quæ singulorum scire intererat, ut quo loco perditæ Cis asinæ inveniri poterant; quis futurus erat morbi, quo ægrotabat filius regis Israel, exitus; aut si quid aliud ejusdem generis in sacris litteris notatur. Id etiam dicendum Græcis, qui **355** nolunt credere Jesum esse natum ex Virgine, Conditorem in variorum animalium generatione declarasse hanc sibi fuisse potestatem, ut, si libuisset, quod erga unum fecit, id in cætera atque etiam erga hominem faceret. At inter animantes quædam feminæ sunt, quæ, tametsi cum masculis

[94] Deut. XVIII, 14, 15. [95] I Reg. IX, 20. [96] III Reg. XIV, 12. [97] IV Reg. I, 3.

(79) Hœschelius, εἴρηται sed omnes mss., ἔδωκε.

περεὶ πηγή τις καὶ ἀρχὴ τῶν τοιούτων τυγχάνει. Ἡ δὲ τοῦ Παύλου λέξις οὕτως ἔχει· « Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ ὁ Πατήρ. » — « Τινὲς δὲ καὶ ἐλέγξουσιν, ὥς φησιν ὁ παρὰ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, μυρίοι τὸν Ἰησοῦν, φάσκοντες περὶ ἑαυτῶν ταῦτα εἰρῆσθαι ἅπερ περὶ ἐκείνου προεφητεύετο. Οὐκ οἴδαμεν οὖν εἰ ὁ Κέλσος ἐπίστατό (66) τινας ἐπιδημήσαντας τῷ βίῳ, καὶ τὸ παραπλήσιον βουληθέντας ποιεῖν τῷ Ἰησοῦ, καὶ Θεοῦ υἱοὺς αὑτοὺς ἀναγορεύειν, ἢ Θεοῦ δύναμιν. Ἐπεὶ δὲ φιλαληθῶς τὰ κατὰ τοὺς τόπους ἐξετάζομεν, ἐροῦμεν, ὅτι Θευδᾶς πρὸ τῆς γενέσεως Ἰησοῦ γέγονέ τις παρὰ Ἰουδαίοις, μέγαν τινὰ ἑαυτὸν λέγων· οὗ ἀποθανόντος, οἱ ἀπατηθέντες ὑπ' αὐτοῦ διεσκεδάσθησαν. Καὶ μετ' ἐκεῖνον, ἐν ταῖς B τῆς ἀπογραφῆς ἡμέραις, ὅτ' ἔοικε γεγενῆσθαι ὁ Ἰησοῦς, Ἰούδας τις Γαλιλαῖος πολλοὺς ἑαυτῷ συναπέστησεν ἀπὸ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, ὡς σοφὸς καὶ καινοτομῶν τινα. Οὗ καὶ αὐτοῦ δίκας τίσαντος, ἡ διδασκαλία καθῃρέθη, πάνυ ἐν ὀλίγοις καὶ ἐλαχίστοις μείνασα. Καὶ μετὰ τοὺς Ἰησοῦ δὲ χρόνους ἠθέλησε καὶ ὁ Σαμαρεὺς Δοσίθεος (67) πεῖσαι Σαμαρεῖς, ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ προφητευόμενος ὑπὸ Μωϋσέως Χριστός· καὶ ἔδοξέ τινων τῇ ἑαυτοῦ διδασκαλίᾳ κεκρατηκέναι. Ἀλλὰ τὸ εἰρημένον πάνυ σοφῶς ὑπὸ τοῦ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀναγεγραμμένου Γαμαλιήλ, οὐκ ἄλογον παραθέμενον δεῖξαι, πῶς ἐκεῖνοι μὲν ἀλλότριοι τῆς ἐπαγγελίας ἦσαν, οὔτε υἱοὶ Θεοῦ, οὔτε δυνάμεις ὄντες αὐτοῦ· ὁ δὲ Χριστὸς Ἰησοῦς ἀληθῶς ἦν Θεοῦ Υἱός. Εἶπε δ' ἐκεῖ ὁ Γαμαλιήλ, ὅτι, « Ἐὰν ᾖ ἐξ ἀν- C θρώπων ἡ βουλὴ αὕτη καὶ ὁ λόγος οὗτος, καταλυθήσεται· » ὡς καὶ τὰ ἐκείνων κατελύθη, ἀποθανόντων· « ἐὰν δὲ ᾖ ἐκ Θεοῦ, οὐ δυνήσεσθε καταλῦσαι τὴν τούτου διδασκαλίαν, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. » Ἠθέλησε δὲ καὶ Σίμων (68) ὁ Σαμαρεὺς Μάγος τῇ μαγείᾳ ὑφελέσθαι τινάς. Καὶ τότε μὲν ἠπάτησε· νυνὶ δὲ τοὺς πάντας ἐν τῇ οἰκουμένῃ οὐκ ἔστι Σιμωνιανοὺς εὑρεῖν τὸν ἀριθμὸν, οἶμαι τριάκοντα. Καὶ τάχα

A sit veluti fons et principium. Sic Paulus : « Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus : Abba Pater [32]. » Rursus apud Celsum Judæus : « Innumeri, inquit, Jesum coarguunt, dicentes de seipsis accipienda esse quæ de illo prædicta fuerant. » Equidem nescimus an Celsus quospiam cognoverit, qui, dum in hac vita erant, eadem quæ Jesus facere, et filios Dei se Deique potentiam appellare voluerint. Cum autem magno veritatis amore quæ unusquisque locus offert, expendamus, dicemus fuisse, antequam Jesus nasceretur, Theudam quemdam apud Judæos, qui se magnum quempiam jactaret [33]; at vix animam efflaverat, cum dissipati sunt ii qui ab illo decepti B fuerant. Secundum illum, census tempore, quando constat natum esse Jesum, Judas quidem Galilæus a populo Judaico deficiens multos secum traxit [34], tum sapientia quam simulabat, tum novis quas moliebatur rebus. Sed postquam ipse sceleris pœnas dedit, exstincta statim est ejus doctrina, nec nisi apud perpaucos nullius nominis obtinuit. Post Jesu tempora voluit et Dositheus quidam Samarita suis persuadere se esse Christum illum, quem Moyses prædixera', visusque est nonnullos sibi sua doctrina conciliare. Sed Gamalielis, de quo fit in apostolorum Actis mentio, sapiens effatum proprius hic est memorandi locus. Hoc enim probat maxime illos a promissione alienos, non filios Dei, non Dei fuisse virtutes, sed Jesum Christum vere Dei Filium C fuisse. Sic autem illic Gamaliel : « Si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissolvetur [35], » sicut et illorum dissolutum est post eorum obitum ; « si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere hanc illius doctrinam, ne forte et Deo repugnare inveniamini [36]. » Voluit et Simon Magus Samarita suis magicis artibus quosdam decipere, et tunc decepit quidem ; nunc vero non arbitror in toto orbe repe-

[32] Rom. VIII, 15. [33] Act. V, 36. [34] ibid. 37. [35] ibid. 38. [36] ibid. 39.

(66) Spencerus ad marginem, ἠπίστατο, quod Hœschelius habet in textu.

(67) *Δοσίθεος*. Vide Drusum, lib. III *De tribus sectis Judæorum*, cap. 4 et 6. « Fuerunt autem plures hoc nomine, » etc., et quatuor recenset capite quarto. « Dosithei plures fuerunt, ut dictum est : ex iis vixerunt post Jesu tempora duo; unus ex Judæis filius fuit R. Jannii, et discipulus R. Meir ; alter e Samaritis, qui conatus fuit persuadere civibus suis se Christum esse. Hujus meminit Origenes. » De posteriore, qui post Christum vixit, loquitur Origenes, tractat. 27 in Matth. et tom. XIV in Joan. « Nec sane ignorandum est, ut Jesus seipsum esse ex Judæis Messiam dicebat et demonstrabat, sic Dositheum etiam quemdam exstitisse ex Samaritanis, qui seipsum diceret Messiam prophetarum ; ex quo usque nunc Dositheani sunt, libros Dosithei circumferentes, et fabulas quasdam enarrantes de eo, perinde quasi ille non perierit, sed alicubi in hac vita degeret. » Theodoretus, lib. I *De hæret. fab.*, loquens de Simonis hæresi, ait : « Ex hac etiam amarissima radice exorti sunt Dositheani. » SPENCER.

(68) *Σίμων*. Justin., *Dial. cum Tryph.*, pag. 349, *Apol.* 2, p. 69 et 91 ; Iren., lib. I, cap. 23; Tertull., *Apol.*, cap. 13; Euseb., lib. II, cap. 13, 14; Theodor., lib. I *De hæret. fab.*; Damasc., *De hæreticis*; Augustin., *De hæret.* ; Epiphan., hæres. 21. De D morte ejus vide Arnobium, lib. II, pag. 50; Clementem, *Constit. apostol.*, lib. VI, cap. 9; Ambrosium, *Hexaem.*, lib. IV, cap. 8; Cyrillum Hierosolymitanum, cateches. 6; Eusebium, lib. II, cap. 14 ; Sulpicium, lib. II; Theodoretum, lib. I *De hæret. fab.*; Isidorum Pelusiotam, lib. I, epist. 13; Anastasium, quæst. 23; Augustinum, tom. XVIII, serm. 3 *De Petro et Paulo*. Quærunt docti, an illi statua cum hoc titulo erecta fuerit, SIMONI DEO SANCTO. Asserunt Justinus, Irenæus, Tertullianus, Eusebius, Theodoretus, et alii quamplurimi. Cerda in dubio relinquit, in notis ad Tertulliani *Apologeticum*, cap. 13. Ciaconius, in opusc. ante *Expositionem columnæ Trajani*, negat; item Salmasius in notis ad Spartianum. Verum lege, si lubet, illustriss. Baronium ad ann. 44, num. 55, 56, 57, 58, 59, et clariss. Hammondum in dissert. I, cap. 9, *De jure episc. contra Blondellum* : « Multa, inquit, ad Ciaconii (addam ego Salmasii) conjecturam vellicandam dici possunt, si istis vacaremus. » SPENCER.

riri posse triginta Simonianos. Ac forte plures dixi, A quam **373** revera sunt. Perpauci quidem adhuc in Palæstina versantur; sed in reliquo orbe nullibi nomen ejus in ea est gloria quam de se disseminare voluit. Ubi enim cognoscitur, eo nomen ejus apostolorum Acta detulerunt; Christianis debet quæ de ipso dicuntur; atque etiam res ipsa declaravit nihil divinum in Simone fuisse.

58. Postea Judæus apud Celsum, pro magis de quibus agitur in Evangelio, ait « Jesum dixisse Chaldæos ortu ejus permotos venisse ut illum adhuc puerum quasi Deum adorarent; idque illos Herodi tetrarchæ indicasse; hunc vero misisse qui interficerent omnes hoc ipso tempore natos, ratum fore ut ille etiam cum aliis periret, ne regnum, si perveniret ad ætatem idoneam, occuparet. » Hic B observes velim errorem hominis, qui magos non distinguit a Chaldæis, nec utrorumque professiones, quam diversæ sint, animadvertit, ideoque Scripturam evangelicam adulterat. Nescio autem qua causa silentio prætererit id quod magos impulit, nec dixerit stellam fuisse visam ab illis in Oriente, sicut scriptum est [37]. Ad hæc igitur quid respondendum sit, videamus. Stellam quæ ab illis in Oriente conspecta fuit, novam fuisse opinamur, nec ulli earum similem, quæ vel in firmamento sunt vel in orbibus inferioribus; sed fuisse ex earum genere, quæ nonnunquam exoriuntur, quæque vel a comæ, vel a trabis, vel a barbæ, vel a dolii similitudine apud C Græcos qui earum differentias propriis vocabulis designant, nomen habent. Hanc autem opinionem nostram sic astruimus.

59. Observatum est in magnis eventibus et maximis quæ in terris accidunt mutationibus, oriri hu-

[37] Matth. II, 2.

(69) *Καὶ τάχα πλείονας*, κ. τ. λ. Origenes infra libro sexto, num. 11, *contra* eumdem *Celsum* ait nusquam gentium reperiri Simonianos. Verumtamen vetus auctor qui de baptismo contra sanctum Cyprianum scripsit circa annum 256, memorat hæreticos e Simone Mago oriundos qui ut baptismum suum supra catholicorum baptismum extollerent et simplicioribus fucum facerent, nescio qua arte præstabant ut ignis super aquam appareret. Vide locum tom. III Operum Cypriani editionis Oxoniensis pag. 27. Simoniani adhuc erant ætate Eusebii, qui lib. II *Hist. eccl.*, cap. 1, pag. 39, postquam narravit « Simonem obstupefactum miraculis quæ Philippus divina virtute perpetrabat, callide irrepsisse, fidemque in Christum hactenus simulasse ut baptismum susciperet, » subdit: « Quod quidem etiamnum fieri ab his qui teterrimam ejus sectam profitentur, non sine admiratione cernimus; qui more parentis sui in Ecclesiam tanquam pestis aut lepra quædam irrepentes, gravissimum damnum inferunt iis quibus pessimum illud et immedicabile venenum quod mentibus occultant instillare potuerint. Ac plerique jam eorum ab Ecclesia ejecti sunt, cum fraus ipsorum detecta esset; quemadmodum Simon quoque ipse a Petro tandem deprehensus debitas pœnas dedit. » Utut est, esse fere desierant ætate Epiphanii, uti patet ex iis quæ tradit hæres. 22, de Menandro Simonis discipulo. Desierant omnino ætate Theodoreti qui lib. I *Hæret. fab.* loquens de Simonis hæresi et aliis istius radicis ramusculis, ait eos omnes non diu durasse, sed oblivioni omnino traditos esse.

πλείονας εἶπον τῶν ὄντων (69). Εἰσὶ δὲ περὶ τὴν Παλαιστίνην σφόδρα ἐλάχιστοι· τῆς δὲ λοιπῆς οἰκουμένης οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καθ' ἣν ἠθέλησε δόξαν περὶ ἑαυτοῦ διασκεδάσαι. Παρὰ γὰρ οἷς φέρεται, ἐκ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων φέρεται· Χριστιανοὶ δ' εἰσὶν οἱ ταῦτα περὶ αὐτοῦ λέγοντες, καὶ ἡ ἐνάργεια ἐμαρτύρησεν, ὅτι οὐδὲν θεῖον ὁ Σίμων ἦν.

Μετὰ ταῦτα ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος ἀντὶ τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ μάγων Χαλδαίους φησὶν « ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ λελέχθαι κινηθέντας ἐπὶ τῇ γενέσει αὐτοῦ ἐληλυθέναι προσκυνήσοντας αὐτὸν ἔτι νήπιον ὡς Θεόν· καὶ Ἡρώδῃ τῷ τετράρχῃ τοῦτο δεδηλωκέναι· τὸν δὲ πέμψαντα, ἀποκτεῖναι τοὺς ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ γεγενημένους, οἰόμενον καὶ τοῦτον ἀνελεῖν σὺν αὐτοῖς· μήπως, τὸν αὐτάρκη ἐπιβιώσας χρόνον βασιλεύσῃ. » Ὅρα οὖν ἐν τούτῳ τὸ παράκουσμα τοῦ μὴ διακρίνοντος μάγους Χαλδαίων, μηδὲ τὰς ἐπαγγελίας διαφόρους οὔσας αὐτῶν (70) θεωρήσαντος, καὶ διὰ τοῦτο καταψευσαμένου τῆς εὐαγγελικῆς Γραφῆς. Οὐκ οἶδα δ' ὅπως καὶ τὸ κινῆσαν τοὺς μάγους σεσιώπηκε, καὶ οὐκ εἶπεν αὐτὸ εἶναι ἀστέρα ὀφθέντα ὑπ' αὐτῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἴδωμεν οὖν καὶ πρὸς ταῦτα τί λεκτέον. Τὸν ὀφθέντα ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ καινὸν εἶναι νομίζομεν, καὶ μηδενὶ τῶν συνήθων παραπλήσιον, οὔτε τῶν ἐν τῇ ἀπλανεῖ οὔτε τῶν ἐν ταῖς κατωτέρω (71) σφαίραις· ἀλλὰ τῷ γένει τοιοῦτον γεγονέναι, ὁποῖοι κατὰ καιρὸν γινόμενοι κομῆται, ἢ δοκίδες, ἢ πωγωνίαι, ἢ πίθοι, ἢ ὅπως ποτὲ φίλον Ἕλλησιν ὀνομάζειν τὰς διαφορὰς αὐτῶν. Κατασκευάζομεν δὲ τοῦτον τὸν τρόπον τὸ τοιοῦτο.

Ἐπὶ μεγάλοις τετήρηται πράγμασι, καὶ μεγίσταις μεταβολαῖς τῶν ἐπὶ γῆς, ἀνατέλλειν τοὺς τοιούτους

(70) *Μὴ διακρίνοντος μάγους Χαλδαίων, μηδὲ τὰς ἐπαγγελίας διαφόρους οὔσας αὐτῶν.* Diogenes Laertius in procemio ait γεγενῆσθαι παρὰ μὲν Πέρσαις μάγους, παρὰ δὲ Βαβυλωνίοις ἢ Ἀσσυρίοις Χαλδαίους. « Persis magos, Babyloniis aut Assyriis Chaldæos fuisse. » Et pluribus interjectis: Τοὺς Χαλδαίους περὶ ἀστρονομίαν καὶ πρόῤῥησιν ἀσχολεῖσθαι· τοὺς δὲ μάγους περί τε θεραπείας θεῶν διατρίβειν καὶ θυσίας καὶ εὐχάς, ὡς αὐτοὺς μόνους ἀκουομένους· ἀποφαίνεσθαί τε περί τε οὐσίας θεῶν καὶ γενέσεως, οὓς καὶ πῦρ εἶναι καὶ γῆν καὶ ὕδωρ· τῶν δὲ ξοάνων καταγινώσκειν καὶ μάλιστα τῶν λεγόντων D ἄῤῥενας εἶναι θεοὺς καὶ θηλείας· περί τε δικαιοσύνης λόγους ποιεῖσθαι, καὶ ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν, καὶ ὅσιον νομίζειν μητρὶ ἢ θυγατρὶ μίγνυσθαι· ἀσκεῖν τε καὶ μαντικὴν πρόῤῥησιν, καὶ αὐτοῖς θεοὺς ἐμφανίζεσθαι λέγοντας, καὶ τὰ ἑξῆς. « Chaldæos circa astronomiæ rationes prædictionesque occupari, magos deorum vacare cultui, et preces illis ac vota et sacrificia, quasi soli ab iis exaudiantur, offerre; de deorum substantia et generatione disserere, quos item ignem, terram et aquam esse arbitrentur; signa statuasque reprehendere, et eorum inprimis qui mares esse deos ac feminas dicunt, errores improbare; de justitia verba facere, iniquumque arbitrari atque impium igni sepelire; justum matri ac filiæ misceri. Divinationem præterea prædictionemque exercere; sibi deos apparere asserentes. » Et cætera.

(71) Codd. Reg. et Basil., κατωτέραις.

ἀστέρας, σημαίνοντας ἢ μεταστάσεις βασιλειῶν, ἢ A πολέμους, ἢ ὅσα δύναται ἐν ἀνθρωπίνοις συμβῆναι, σεῖσαι τὰ ἐπὶ γῆς δυνάμενα. Ἀνέγνωμεν δ' ἐν τῷ *Περὶ κομητῶν* Χαιρήμονος (72) τοῦ Στωϊκοῦ συγγράμματι, τίνα τρόπον ἔσθ' ὅτε καὶ ἐπὶ χρηστοῖς ἐσομένοις κομῆται ἀνέτειλαν, καὶ ἐκτίθεται τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν. Εἴπερ οὖν ἐπὶ βασιλείαις καιναῖς ἢ ἄλλοις μεγάλοις (73) συμπτώμασιν ἐπὶ γῆς ἀνατέλλει ὁ καλούμενος κομήτης, ἤ τις τῶν παραπλησίων ἀστήρ· τί θαυμαστὸν ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ καινοτομεῖν μέλλοντος ἐν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ διδασκαλίαν ἐπεισάγειν οὐ μόνον Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ Ἕλλησι, πολλοῖς δὲ τοῖς βαρβάρων ἔθνεσιν, ἀστέρα ἀνατεταλκέναι; Ἐγὼ δ' εἴποιμ' ἄν, ὅτι περὶ μὲν τῶν κομητῶν οὐδεμία προφητεία φέρεται, ὡς ὅτι κατὰ τήνδε τὴν βασιλείαν ἢ τούσδε τοὺς χρόνους ἀνατέλλει (74) τοιόσδε B κομήτης· περὶ δὲ τοῦ ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Ἰησοῦ ἀνατείλαντος προεφήτευσε Βαλαὰμ λέγων, ὡς ἀνέγραψε Μωϋσῆς· « Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραήλ. » Εἰ δὲ δεήσει καὶ τὰ περὶ τῶν μάγων ἀναγραφέντα ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τοῦ ὦφθαι τὸν ἀστέρα ἐξετάσαι, τοιαῦτα ἂν εἴποιμεν, τινὰ μὲν πρὸς Ἕλληνας, ἄλλα δὲ πρὸς Ἰουδαίους.

Πρὸς μὲν οὖν Ἕλληνας, ὅτι μάγοι, δαίμοσιν ὁμιλοῦντες, καὶ τούτους ἐφ' ἃ μεμαθήκασι καὶ βούλονται καλοῦντες, ποιοῦσι μὲν τὸ τοιοῦτον, ὅσον (75) οὐδὲν θειότερον καὶ ἰσχυρότερον τῶν δαιμόνων, καὶ τῆς καλούσης αὐτοὺς ἐπῳδῆς, ἐπιφαίνεται ἢ λέγεται· ἐὰν δὲ θειοτέρα τις ἐπιφάνεια γένηται, καθαιροῦνται αἱ τῶν δαιμόνων ἐνέργειαι μὴ δυνάμεναι ἀντιβλέψαι τῷ τῆς Θεότητος φωτί. Εἰκὸς οὖν καὶ κατὰ τὴν τοῦ C Ἰησοῦ γένεσιν, ἐπεὶ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου (ὡς ὁ Λουκᾶς ἀνέγραψε, κἀγὼ πείθομαι) ᾔνεσε τὸν Θεὸν, καὶ ἔλεγε· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· » διὰ τοῦτο οἱ δαίμονες ἠτόνησαν καὶ ἐξησθένησαν, ἐλεγχθείσης αὐτῶν τῆς γοητείας, καὶ καταλυθείσης τῆς ἐνεργείας· οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἐπιδημησάντων (76) τῷ περιγείῳ τόπῳ ἀγγέλων διὰ τὴν Ἰησοῦ γένεσιν καθαιρεθέντες, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῆς ἰσχύος (77) τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ θειότητος. Οἱ τοίνυν μάγοι τὰ συνήθη πράττειν θέλοντες, ἅπερ πρότερον διά τινων ἐπῳδῶν καὶ μαγγανειῶν ἐποίουν, ἐζήτησαν τὴν αἰτίαν, μεγάλην αὐτὴν εἶναι τεκμαιρόμενοι· καὶ ἰδόντες θεοσημίαν ἐν οὐρανῷ, ἐβούλοντο τὸ σημαινόμενον ἀπ' αὐτῆς ἰδεῖν. Δοκεῖ μοι οὖν, ὅτι ἔχοντες τοῦ Βαλαὰμ (78), ἃς καὶ D

jusmodi astra, quæ aut regnorum translationes, aut bella portendunt, aut quidquid inter homines contingere potest et res humanas concutere. Legimus autem in Chæremonis Stoici libello *De cometis* quemadmodum exoriantur aliquando cometæ etiam rerum utilium prænuntii; idque exemplis confirmat. Si ergo ad regnorum novationes aliosve **374** insignes casus cometa aliudve simile sidus excitatur; quid mirum, nascente illo, qui nova inter homines moliturus, suamque doctrinam non apud Judæos tantum, sed etiam apud Græcos multasque barbaras nationes pervulgaturus erat, stellam exortam esse? Ac de cometis quidem dixerim nullum circumferri vaticinium quod erga hoc aut illud regnum hoc vel illo tempore oriturum esse cometam significet; quod vero in ortu Jesu sidus apparuit, illud Balaam prædixerat. Sic enim is apud Moysem: « Orietur stella ex Jacob, et consurget vir de Israel [38]. » Quod si examinari oportet et ea quæ de magis stellaque ab illis nascente Jesu conspecta scripta sunt, alio cum Græcis, alio cum Judæis sermone utar.

60. Græcis quidem dicam, magos qui cum dæmoniis commercium habent, quique illa ad ea quæ volunt juxta eas quas didicerunt artis suæ leges advocant, id ipsum efficere, quandiu nihil divinius, nihilque dæmonibus aut evocante illos incantatione fortius aut apparet aut nominatur; sin autem aliqua sese vis divinior exserit, dæmoniorum virtutes pessumdari, nec Divinitatis posse sustinere splendorem. Verisimile ergo est cum natus est Jesus, quoniam multitudo militiæ cœlestis, ut Lucas narrat et ego credo, laudavit Deum his verbis: « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas [39], » propterea dæmoniorum vires et potentiam defecisse, deprehensis eorum præstigiis, et irrita facta virtute. Atque id effecit non modo angelorum ad loca terræ vicina propter Jesu nativitatem adventus, sed et virtus Jesu, et quæ in illo erat divinitas. Itaque magi, cum facere frustra tentassent quæ prius per incantationes arcanaque magica facere solebant, hujus rei causam, non vulgarem esse conjicientes, quæsierunt; et viso in cœlis prodigio, videre quod illo significabatur voluerunt. Sic ergo mihi videtur: cum Balaami qui et ipse harum artium peritissi-

[38] Num. XXIV, 17. [39] Luc. II, 13.

(72) *Χαιρήμονος*. De Chæremone vide Vossium lib. II, capite primo *De historicis Græcis*.

(73) *Μεγάλοις*. Deest in libris antea editis, sed habetur in mss. Regio et Basileensi.

(74) *Ἀνατέλλει*. Scribendum videtur ἀνατελεῖ.

(75 *Τὸ τοιοῦτον, ὅσον*. Guieto scribendum videtur, τὸ τοιοῦτον, ἐφ' ὅσον.

(76) *Ἐπιδημησάντων*. Sic omnes codd. mss. atque etiam in margine libb. editi qui in textu habent, ἐπιδημούντων.

(77) Cod. Reg. et Bas., ἰσχύος. Lib. vero ed., ψυχῆς.

(78) *Δοκεῖ μοι οὖν ὅτι ἔχοντες τοῦ Βαλαὰμ, ἃς καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψε, προφητείας*. Origenes, homil. 13 in Num.: « Si a Moyse, inquit, Balaami prophetiæ insertæ sunt in sacros libros, quanto magis descriptæ sunt ab iis qui habitabant tunc Mesopotamiam, apud quos magnificus habebatur Balaam, quosque artis ejus constat fuisse discipulos. Ex illo fertur denique magorum genus et institutio in partibus Orientis vigere. » Ad hæc fortasse loca respexit auctor *Operis imperfecti in Matthæum*, homil. 2: « Legi, inquit, apud aliquem magos istos ex libris Balaam divinatoris apparituræ hujus stellæ scientiam accepisse, cujus divinatio posita est et in Veteri Testamento: *Orietur stella ex Jacob, et exsurget homo ex Israel, et dominabitur omnium gentium.* » Cæterum verba, ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, Isaiæ tanquam auctori tribuit Justinus martyr *Apologia* prima pro Christianis, pag. 74, ex memoriæ, ut videtur, lapsu.

mus fuit, haberent vaticinia a Moyse quoque scriptis tradita, et illic de stella legissent istud: « Ostendam ei, et non modo; beatum facio et non propinquabit [40]; » conjecerunt hominem illum, qui cum stella prænuntiatus fuerat, in hanc lucem prodiisse; cumque jam inde animo præcepissent illum esse dæmoniis et spiritibus qui ipsis apparere et ministrare solebant, præstantiorem, adorare **375** statuerunt. In Judæam igitur venerunt, pro certo habentes quempiam regem natum esse, quamvis et quodnam regni genus habiturus, et ubi nasciturus esset, ignorarent; sumptisque secum muneribus, quæ veluti symbola illi qui ex Deo et homine mortali esset, ut ita dicam, compositus, darent; postquam didicerunt ubinam natus fuisset, ut regi aurum, ut morituro myrrham, ut Deo thus obtulerunt. Sed quoniam Deus erat Servator ille generis humani, angelis qui hominibus auxilium præstant longe sublimior; angelus magorum, qui Jesum adoraverant, pietati præmium retulit admonens « ne redirent ad Herodem, sed per aliam viam reverterentur in regionem suam [41]. »

61. Insidias vero ab Herode Jesu nato structas esse, tametsi id non credat apud Celsum Judæus, minime mirandum est. Cæca enim res est malitia, et fatum ipsum, quasi fortior esset, superare vult. Quo ex morbo laborans Herodes, et credidit Judæis natum esse regem, et consilium cepit huic persuasioni nullo modo consentaneum. Nimirum non vidit aut omnino regem esse, et regnaturum; aut non regnaturum, et frustra interfectum iri. Interfici igitur voluit, pugnantes in sententias improbitate raptus agitatusque a cæco improboque diabolo, qui Salvatori jam ab initio insidiatus est, opinatus eum et esse et fore magnum. Quare angelus, qui, licet id Celsus non credat, ordini rerum sese accommodabat, Josephum monuit ut cum puero et matre ejus in Ægyptum fugeret. Herodes autem, quotquot erant in Bethleem oppido ejusque finibus recens nati trucidari jussit, quasi cum eis interfecturus esset natum Judæorum regem: sed non advertit potentiam esse, quæ perpetuo invigilat dignis qui ad hominum salutem serventur, et inter eos principem et dignitate et præstantia locum tenere Jesum; qui quidem rex erat futurus, non tamen ut existimabat Herodes, sed quemadmodum decebat regem esse, cui Deus regnum contulerit; nempe qui subditis bene faceret, non tribuendis mediæ naturæ et, ut ita loquar, indifferentibus beneficiis, sed erudiendo eos regendoque legibus vere divinis. Quod sciens Jesus negansque se eo sensu esse regem quo plerique intelligunt, ac docens quanto sit excellentius regnum ejus, ait: « Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut

A Μωϋσῆς ἀνέγραψε, προφητείας, ὡς καὶ αὐτοῦ περὶ τὰ τοιαῦτα γενομένου δεινοῦ, καὶ εὑρόντες ἐκεῖ περὶ τοῦ ἄστρου καὶ τό· « Δείξω αὐτῷ, καὶ οὐχὶ νῦν· μακαρίζω, καὶ οὐκ ἐγγιεῖ· » ἐστοχάσαντο τὸν μετὰ τοῦ ἄστρου προφητευόμενον ἄνθρωπον ἐπιδεδημηκέναι τῷ βίῳ καὶ ὡς πάντων δαιμόνων καὶ τῶν ἐν ἔθει αὐτοῖς φανταζομένων καὶ ἐνεργούντων κρείττονα προλαβόντες, προσκυνῆσαι ἠθέλησαν. Ἧκον οὖν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν, ὅτι μὲν βασιλεύς τις γεγένηται πειθόμενοι, τίνα δὲ βασιλείαν βασιλεύσων (79), οὐκ ἐπιστάμενοι, ἢ ποῦ γεννηθήσεται, οὐ γιγνώσκοντες· φέροντες μὲν δῶρα, ἃ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) συνθέτῳ τινὶ ἐκ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου θνητοῦ προσήνεγκαν σύμβολα μὲν, ὡς βασιλεῖ τὸν χρυσὸν (80), ὡς δὲ τεθνηξομένῳ τὴν σμύρναν, ὡς δὲ Θεῷ τὸν λιβανωτόν· προσήνεγκαν δὲ, μαθόντες τὸν τόπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ. Ἀλλ' ἐπεὶ Θεὸς B ἦν, ὁ ὑπὲρ τοὺς βοηθοῦντας ἀνθρώποις ἀγγέλους ἐνυπάρχων (81) Σωτὴρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἄγγελος ἠμείψατο τὴν τῶν μάγων ἐπὶ προσκυνῆσαι τὸν Ἰησοῦν εὐσέβειαν, χρηματίσας αὐτοῖς, « μὴ ἥκειν πρὸς τὸν Ἡρώδην, ἀλλ' ἐπανελθεῖν ἄλλῃ ὁδῷ εἰς τὰ οἰκεῖα. »

Εἰ δ' Ἡρώδης ἐπεβούλευσε τῷ γεννηθέντι, κἂν μὴ πιστεύσῃ ἀληθῶς τοῦτο γεγονέναι ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, οὐ θαυμαστόν. Τυφλὸν γάρ τί ἐστιν ἡ πονηρία, καὶ βουλομένη, ὡς ἰσχυροτέρα τοῦ χρεὼν, νικᾷν αὐτό. Ὅπερ καὶ Ἡρώδης παθὼν, καὶ πεπίστευκε βασιλέα γεγεννῆσθαι Ἰουδαίων, καὶ ἀνομολογουμένην εἶχε τῇ πίστει ταύτῃ συγκατάθεσιν· μὴ ἰδὼν, ὅτι ἤτοι πάντως (82) βασιλεύς ἐστι, καὶ βασιλεύσει, ἢ οὐ βασιλεύσει, καὶ μάτην ἀναιρεθήσεται. C Ἐβουλήθη οὖν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, μαχομένας διὰ τὴν κακίαν ἔχων κρίσεις, ὑπὸ τοῦ τυφλοῦ καὶ πονηροῦ διαβόλου κινούμενος, ὃς καὶ ἀρχῆθεν ἐπεβούλευε τῷ Σωτῆρι, φαντασθεὶς αὐτὸν εἶναί τινα μέγαν καὶ ἔσεσθαι. Ἄγγελος μὲν οὖν ἐχρημάτισε τῷ Ἰωσὴφ, τὴν ἀκολουθίαν τῶν πραγμάτων τηρῶν, κἂν μὴ πιστεύῃ Κέλσος, ἀναχωρῆσαι μετὰ τοῦ παιδὸς καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ εἰς Αἴγυπτον· ὁ δ' Ἡρώδης ἀνεῖλε πάντα τὰ ἐν Βηθλεὲμ καὶ τοῖς ὁρίοις αὐτῆς παιδία, ὡς συναναιρήσων τὸν γεννηθέντα Ἰουδαίων βασιλέα. Οὐ γὰρ ἑώρα τὴν ἀκοίμητον φρουρὸν δύναμιν τῶν ἀξίων φρουρεῖσθαι καὶ τηρεῖσθαι τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ὧν πρῶτος πάντων τιμῇ καὶ ὑπεροχῇ πάσῃ μείζων ἦν ὁ Ἰησοῦς, βασιλεὺς, οὐχ ὡς Ἡρώδης D ᾤετο, ἐσόμενος, ἀλλ' ὡς ἔπρεπε τὸν Θεὸν διδόναι βασιλείαν, ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν βασιλευομένων, τῷ οὐ μέσην καὶ ἀδιάφορον (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) εὐεργετήσοντι τοὺς ὑποτεταγμένους, ἀλλὰ νόμοις ἀληθῶς Θεοῦ παιδεύσοντι καὶ ὑπάξοντι αὐτούς· ὅπερ καὶ Ἰησοῦς ἐπιστάμενος, καὶ ἀρνούμενος μὲν τὸ εἶναι, ὡς οἱ πολλοὶ ἐκδέχονται, βασιλεὺς, διδάσκων δὲ τὸ ἐξαίρετον τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας, φησὶ τό· « Εἰ ἦν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται οἱ

[40] Num. XXIV, 17. [41] Matth. II, 12.

(79) Tres Anglicani et Basileensis: βασιλεύων.

(80) *Ὡς βασιλεῖ τὸν χρυσόν*, etc. Eamdem mysticam munerum a magis oblatorum significationem affert Iren. l. III *contra hær.*, c. 9, alias 10.

(81) *Ἐνυπάρχων*. Guietus mavult ὑπάρχων.

(82) *Πάντως*. Sic recte codex uterque Vaticanus. Libri editi, πάντων.

ἐμοὶ ἠγωνίζοντο ἄν, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις· νυνὶ δὲ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἡ βασιλεία ἡ ἐμή. » Ταῦτα δ' εἰ ἑωράκει ὁ Κέλσος, οὐκ ἂν ἔλεγεν· « Εἰ δ' ὅπως μὴ σὺ αὐξηθεὶς ἀντ' ἐκείνου βασιλεύσῃς (83), τί ἐπειδή γε ηὐξήθης, οὐ βασιλεύεις, ἀλλ' ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς οὕτως ἀγεννῶς ἀγείρεις, κυπτάζων (84) ὑπὸ φόβου καὶ περιφθειρόμενος ἄνω κάτω; » Οὐκ ἔστι δ' ἀγεννὲς τὸ, μετ' οἰκονομίας περιιστάμενον τοὺς κινδύνους, μὴ ὁμόσε αὐτοῖς χωρεῖν· οὐ διὰ φόβον θανάτου, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ χρησίμως αὐτὸν τῷ βίῳ ἐπιδημοῦντα ἑτέρους ὠφελεῖν, ἕως ἐπιστῇ ὁ ἐπιτήδειος καιρὸς τοῦ τὸν ἀνειληφότα ἀνθρώπου (85) φύσιν ἀνθρώπου θάνατον ἀποθανεῖν, ἔχοντά τι χρήσιμον τοῖς ἀνθρώποις. Ὅπερ δῆλόν ἐστι τῷ νοήσαντι τὸν Ἰησοῦν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀποθανεῖν· περὶ οὗ κατὰ δύναμιν ἐν τοῖς πρὸ τούτων εἴπομεν.

Μετὰ ταῦτα δ' ἐπεὶ μηδὲ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀποστόλων ἐπιστάμενος « δέκα » εἶπεν « ἢ ἕνδεκά τινας ἐξαρτησάμενον τὸν Ἰησοῦν ἑαυτῷ ἐπιῤῥήτους ἀνθρώπους, τελώνας καὶ ναύτας τοὺς πονηροτάτους, μετὰ τούτων τῇδε κἀκεῖσε αὐτὸν ἀποδεδρακέναι, αἰσχρῶς καὶ γλίσχρως τροφὰς συνάγοντα· » φέρε καὶ περὶ τούτων, κατὰ τὸ δυνατὸν, διαλάβωμεν. Φανερὸν δέ ἐστι τοῖς ἐντυγχάνουσιν εὐαγγελικοῖς λόγοις, οὓς οὐδ' ἀνεγνωκέναι ὁ Κέλσος φαίνεται, ὅτι δώδεκα ἀποστόλους ὁ Ἰησοῦς ἐπελέξατο, τελώνην μὲν τὸν Ματθαῖον· οὓς δ' εἶπε συγκεχυμένως ναύτας, τάχα τὸν Ἰάκωβον (86) καὶ τὸν Ἰωάννην φησὶν, ἐπεὶ, καταλιπόντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν Ζεβεδαῖον, ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ· τὸν γὰρ Πέτρον καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἀνδρέαν, ἀμφιβλήστρῳ χρωμένους διὰ τὰς ἀναγκαίας τροφὰς, οὐκ ἐν ναύταις, ἀλλ' (ὡς ἀνέγραψεν ἡ Γραφὴ,) ἐν ἁλιεῦσιν ἀριθμητέον. Ἔστω δὲ καὶ ὁ Λεβὴς τελώνης ἀκολουθήσας τῷ Ἰησοῦ· ἀλλ' οὔτι γε τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἦν, εἰ μὴ κατά τινα τῶν ἀντιγράφων (87) τοῦ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου. Τῶν δὲ λοιπῶν οὐ μεμαθήκαμεν τὰ ἔργα ὅθεν πρὸ τῆς μαθητείας τοῦ Ἰησοῦ περιεποίουν ἑαυτοῖς τὰς τροφάς. Φημὶ οὖν καὶ πρὸς ταῦτα, ὅτι τοῖς δυνα-

A non traderer Judæis; nunc autem regnum meum non est ex hoc mundo [42]. » Hæc si Celsus intellexisset, non dixisset: « Sin ideo, ne tu loco illius regnares postquam ad adultam ætatem pervenisses; cur, postquam pervenisti, non regnas, sed ille Dei
376 Filius mendicando vagaris præ metu supplex et miseriis oppressus? » At ignavum non est prudenter declinare pericula, non mortis metu, sed aliis in vita prodesse desiderio; donec ei, qui naturam humanam induit, opportuna se det occasio humanam mortem oppetendi quæ quidpiam utilitatis hominibus afferat. Quod quidem manifestum est intelligenti Jesum hominum causa mortem subiisse: de qua re pro viribus superius diximus.

B

62. Posthæc quoniam ne numerum quidem sciens apostolorum ait, « Jesum ascitis decem aut undecim hominibus famosis, publicanis nautisque nequissimis, huc illuc cum illis fugitasse turpiter et ægre cibos colligentem, » age et de his pro virili disseramus. Qui Evangelia versaverunt, quæ Celsus videtur ne legisse quidem, ii norunt duodecim electos a Jesu fuisse apostolos [43]; publicanum quidem fuisse Matthæum nomine: quos vero nautas promiscue vocat, intelligit fortasse Jacobum et Joannem, quia relictis nave et patre suo Zebedæo secuti sunt Jesum [44]. Nam Petrus ejusque frater Andreas, qui retibus necessarium sibi victum quærebant, non
C inter nautas, sed, ut scriptum est, inter piscatores numerandi sunt [45]. Sit et Levi publicanus qui Jesum secutus sit; at non fuit ille ex apostolorum numero, nisi juxta quædam Evangelii secundum Marcum exemplaria [46]. Qua vero arte cæteri, priusquam discipuli Jesu fierent, victum sibi comparaverint, nobis incompertum est. Ergo ad hæc respondeo, qui prudenter et candide res ab apostolis Jesu gestas possunt examinare, iis manifestum fieri hos divina virtute roboratos fuisse oportere ut edoce-

42 Joan. XVIII, 36. 43 Matth. X, 1; Marc. III, 14; Luc. VI, 13. 44 Matth. X, 3; Marc. I, 20. 45 Matth. IV, 18; Marc. II, 14. 46 Marc. III, 18.

(83) *Βασιλεύσῃς*. Tres Anglicani, Regius et Basileensis, βασιλεύῃς.

(84) *Ἀγείρεις κυπτάζων*. Ita codd. Regius et Basileensis, et ita Hœschelius in textu; Spencerus vero ἀγείρεις χρυπτάζων.

(85) *Ἀνθρώπου*. Ita codd. Reg. et Basileensis. Libri autem editi, ἀνθρωπίνην.

(86) *Τάχα τὸν Ἰάκωβον*, etc. Eo loci magis ex mente Celsi sermonem instituit Origenes quam ex sua. Etenim paulo post cum aliis Ecclesiæ doctoribus omnes apostolos dividit in piscatores et publicanos. Certe filios Zebedæi Jacobum et Joannem, perinde atque Petrum et Andream piscatoriam artem exercuisse, patet ex Matth. cap. VI, Marci I, et Lucæ V, et ex plurimis Patrum testimoniis.

(87) *Κατά τινα τῶν ἀντιγράφων*. In quibus Marc. III, 18, pro Θαδδαῖον legitur, Λεββαῖον aut potius Λεβήν, quemadmodum in editione Græca Theodoreti, quæst. 16 in Numeros, habetur, Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεβὶ, ubi in Græco-Latina Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεββαῖος. Græci posteriores Λευαῖον dicunt. Si dicas Matth. X, 3, scriptum etiam esse καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, monet Millius hæc verba, Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς, deesse in Vulg. Copt. Hieron., et in Prolegomen. 586, contendit « insertum Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς, haud aliud esse quam studiosi cujusdam scholion, qui e regione τοῦ, Ματθαῖος, adnotarat in margine ἐπικληθεὶς Λεββαῖος, quo significatum volebat, Matthæum hunc pu-
D blicanum illum ipsum esse qui Marco et Lucæ Λευΐ seu Λεββαῖος dicitur. In hoc incidens scriba, cum partem textus esse crederet, neque vero sciret ad quam præcise partem spectaret, voces hasce transpositas conjecit in corpus libri loco non suo. » Hinc Origenes asserit nullibi in catalogo apostolorum, nisi forte in quibusdam Marci III, 18, exemplaribus, reperiri Levim publicanum, Marc. II, 14, et Luc. V, 27, memoratum, quem a Matthæo proinde distinguebat, licet eumdem prorsus hominem esse videatur sentire in præfatione explanationis in Epistolam ad Romanos. Levin a Matthæo distinguit etiam Heracleon hæreticus Valentinianus apud Clementem Alexandrinum IV *Stromat.*, pag. 502, et inter recentiores Hugo Grotius, cui vide quæ respondet Cotelerius in notis ad *Constitution. apostolic.* VIII, 2, et Dodwellus dissertatione prima in Irenæum, § 34.

rent Christianam religionem et homines verbo Dei subjicerent. Non enim eis secundum artes Græcorum dialecticas aut rhetoricas dicendi facultas et disserendi ratio inerat qua auditores sibi conciliarent. Atque etiam, si Jesus elegisset et doctrinæ suæ ministros adhibuisset eos, qui multorum opinione sapientes
377 habentur, et aut cogitandi subtilitate aut sermonis facundia multitudinis plausus captare possunt; justa meo quidem judicio suspicio fuisset simili eum ratione atque via usum fuisse, qua philosophi sectæ cujuspiam auctores usi sunt, neque quod promissum est de doctrinæ ejus divinitate, videretur adimpletum. Nam sermo et prædicatio fuissent in persuasione illius sapientiæ, quæ verborum lenocinia et aptæ compositionis blanditias affectat: et fides hæc nostra perinde ac ea, quam suis dogmatis habent hujus mundi philosophi, fuisset « in sapientia hominum et non virtute Dei [47]. » Nunc autem ecquis est, qui, cum videt piscatores et publicanos vel primorum elementorum imperitos (id enim de illis Scriptura testatur, et Celsus ipsis inscientiam suam vere describentibus credit), confidenter de fide Jesu adjungenda non modo apud Judæos disputare, sed etiam apud reliquas gentes prospere Jesum annuntiare, non quæsierit unde illis inesset persuadendi facultas? neque enim erat vulgaris. Ecquis non dixerit Jesum in apostolis divina quadam virtute exsecutum fuisse quod his promiserat his verbis: « Venite post me, faciam vos piscatores hominum [48]? » Hanc eamdem virtutem commendans Paulus, ut supra diximus, ait: « Et sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus et virtutis, ut fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei [49]. » Nam, ut prædictum fuerat a prophetis prædicationem Evangelii prænuntiantibus, « Dominus dedit verbum evangelizantibus virtute multa, rex virtutum dilecti [50]; » ut impleretur et istud vaticinium: « Velociter currit sermo ejus [51]. » Et quidem jam videmus « in omnem terram exivisse sonum » apostolorum Jesu, « et in fines orbis terræ verba eorum [52]. » Quocirca qui audiunt verbum cum virtute prædicatum, replentur et ipsi virtute, quæ cum in eorum affectibus actibusque, tum in constantia ad mortem pro veritatis defensione perferendam elucet; quidam autem vacui sunt, etiamsi Deo per Jesum credere profiteantur, qui virtute

A μένοις φρονίμως καὶ εὐγνωμόνως ἐξετάζειν τὰ περὶ τοὺς ἀποστόλους τοῦ Ἰησοῦ, φαίνεται, ὅτι δυνάμει θείᾳ ἐδίδασκον οὗτοι τὸν Χριστιανισμὸν, καὶ ἐπετύγχανον ὑπάγοντες ἀνθρώπους τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἡ εἰς τὸ λέγειν δύναμις, καὶ τάξις ἀπαγγελίας, κατὰ τὰς Ἑλλήνων διαλεκτικὰς ἢ ῥητορικὰς τέχνας, ἦν ἐν αὐτοῖς ὑπαγομένη τοὺς ἀκούοντας. Δοκεῖ δέ μοι, ὅτι σοφοὺς (88) μέν τινας ὡς πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν, καὶ ἱκανοὺς πρὸς τὸ νοεῖν ἀρεσκόντως πλήθεσι καὶ λέγειν, ἐπιλεξάμενος, καὶ χρησάμενος αὐτοῖς διακόνοις τῆς διδασκαλίας ὁ Ἰησοῦς· εὐλογώτατ' ἂν ὑπενοήθη ὁμοίᾳ φιλοσόφοις κεχρῆσθαι (89) ἀγωγῇ, αἱρέσεώς τινος προϊσταμένοις· καὶ οὐκέτι ἂν ἡ περὶ τοῦ θεῖον εἶναι τὸν λόγον ἐπαγγελία ἀνεφαίνετο· ἅτε τοῦ λόγου
B ὄντος καὶ τοῦ κηρύγματος ἐν πειθοῖ (90) τῆς ἐν φράσει καὶ συνθέσει τῶν λέξεων σοφίας· καὶ ἦν ἂν ἡ πίστις, ὁμοίως τῇ τῶν τοῦ κόσμου φιλοσόφων περὶ τῶν δογμάτων πίστει, ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἐν δυνάμει Θεοῦ. Νυνὶ δὲ τίς, βλέπων ἁλιεῖς καὶ τελώνας, μηδὲ τὰ πρῶτα γράμματα μεμαθηκότας (ὡς τὸ Εὐαγγέλιον ἀναγράφει περὶ αὐτῶν, καὶ ὁ Κέλσος κατὰ ταῦτα (91) πεπίστευκεν αὐτοῖς, ἀληθεύουσι περὶ τῆς ἰδιωτείας αὐτῶν) τεθαῤῥηκότως οὐ μόνον Ἰουδαίοις ὁμιλοῦντας περὶ τῆς εἰς τὸν Ἰησοῦν πίστεως, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι κηρύσσοντας αὐτὸν καὶ ἀνύοντας, οὐκ ἂν ζητήσαι, πόθεν ἦν αὐτοῖς δύναμις πειστική (92); οὐ γὰρ ἡ νενομισμένη τοῖς πολλοῖς. Καὶ τίς οὐκ ἂν λέγοι, ὅτι τὸ,
C « Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων, » δυνάμει τινὶ θείᾳ ἐν τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ ἐπλήρωσεν ὁ Ἰησοῦς; Ἥντινα καὶ ὁ Παῦλος παριστὰς (ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν) φησί· « Καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει Πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ πίστις ἡμῶν (93) μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. » Κατὰ γὰρ τὰ εἰρημένα ἐν τοῖς προφήταις, προγνωστικῶς ἀπαγγέλλουσι περὶ τῆς κηρύξεως τοῦ Εὐαγγελίου, « Κύριος ἔδωκε ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ, ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ, » ἵνα καὶ ἡ λέγουσα προφητεία, « Ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ, » πληρωθῇ. Καὶ βλέπομέν γε, ὅτι « εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ τῶν ἀποστό-
D λων Ἰησοῦ φθόγγος, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν (94). » Διὰ τοῦτο δυνάμεως μὲν πληροῦνται οἱ λόγου τοῦ μετὰ δυνάμεως ἀπαγγελλομένου ἀκούοντες, ἣν ἐπιδείκνυνται τῇ τε διαθέ-

[47] I Cor. II, 5. [48] Matth. IV, 19. [49] I Cor. II, 4. [50] Psal. LXVII, 12. [51] Psal. CXLVII, 15. [52] Psal. XVIII, 5.

(88) Codd. Regius et Basileensis, ὅτι εἰ σοφούς. Paulo post Philocalia, πρὸς τὸ νοεῖν καὶ λέγειν ἀρέσκοντας πλήθεσιν.

(89) *Κεχρῆσθαι*. Sic recte Philocalia. Hœschelius autem et Spencerus, κεχηρύχθαι. Paulo post Philocalia, codex Regius et Basileensis, ἐπαγγελία ἀνεφαίνετο. Hœschelius et Spencerus, ἀπαγγελία ἀνεφαίνετο, male.

(90) Codd. Reg. Basileensis, duo Vaticani, et Hœschelius in textu, ἐν πειθοῖς. Philocalia, ἐν πειθοῖ.

(91) *Ταῦτα*. Guieto scribendum videtur, τ' αὐτά.

(92) Philocalia, πιστική.

(93) *Ἡμῶν*. Apud Paulum legitur, ὑμῶν, quod præstat.

(94) *Τὰ ῥήματα αὐτῶν*. Sic omnes codd. mss. et Philocalia. Hœschelius vero et Spencerus, ὁ τοῦ ἀποστόλων λόγος. Ibidem Philocalia male, πληροῦνται οἱ λόγοι τοῦ μετὰ δυνάμεως ἐπαγγελλομένου.

σει καὶ τῷ βίῳ, καὶ τῷ ἕως θανάτου ἀγωνίζεσθαι A περὶ τῆς ἀληθείας· διάκενοι δέ τινές εἰσι, κἂν ἐπαγγέλλωνται (95) πιστεύειν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Ἰησοῦ, οἱ μὴ δύναμιν θείαν ἔχοντες, προσάγεσθαι δοκοῦντες τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ. Εἰ καὶ ἀνωτέρω δ' ἐμνήσθην εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένου, οὐδὲν ἧττον καὶ νῦν αὐτῷ κατὰ καιρὸν χρήσομαι, παριστὰς καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν περὶ τῆς τοῦ εὐαγγελίου κηρύξεως πρόγνωσιν θειότατα δηλουμένην, καὶ τὴν τοῦ λόγου ἰσχὺν, χωρὶς διδασκάλων κρατοῦσαν τῶν πιστευόντων τῇ μετὰ δυνάμεως θείας πειθοῖ. Φησὶ δὴ ὁ Ἰησοῦς· « Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ (96) ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ. »

Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐπιῤῥήτους εἶπεν ἀνθρώπους, τελώνας καὶ ναύτας πονηροτάτους λέγων ὁ Κέλσος τοὺς ἀποστόλους Ἰησοῦ, καὶ περὶ τούτου φήσομεν· ὅτι B ἔοικεν, ἵνα μὲν ἐγκαλέσῃ τῷ λόγῳ, πιστεύειν ὅπου θέλει τοῖς γεγραμμένοις, ἵνα δὲ τὴν ἐμφαινομένην (97) θειότητα ἐν τοῖς αὐτοῖς βιβλίοις ἀπαγγελλομένην μὴ παραδέξηται, ἀπιστεῖν τοῖς Εὐαγγελίοις· δέον, τὸ φιλάληθες ἰδόντα τῶν γραψάντων, ἐκ τῆς περὶ τῶν χειρόνων ἀναγραφῆς πιστεῦσαι καὶ περὶ τῶν θειοτέρων. Γέγραπται δὴ ἐν τῇ Βαρνάβα καθολικῇ ἐπιστολῇ (98), (ὅθεν ὁ Κέλσος λαβὼν τάχα εἶπεν εἶναι ἐπιῤῥήτους καὶ πονηροτάτους τοὺς ἀποστόλους) ὅτι ἐξελέξατο τοὺς ἰδίους ἀποστόλους Ἰησοῦς, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἀνομίαν ἀνομωτέρους. Καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ δὲ τῷ κατὰ Λουκᾶν φησι πρὸς τὸν Ἰησοῦν ὁ Πέτρος· « Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε. » Ἀλλὰ καὶ ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεόν φησι, καὶ αὐτὸς ὕστερον ἀπόστολος Ἰησοῦ γε- C νόμενος· ὅτι « Πιστὸς ὁ λόγος, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἦλθεν (99) εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. » Οὐκ οἶδα δ' ὅπως ἐπελάθετο ἢ οὐκ ἐνόησεν περὶ Παύλου τι εἰπεῖν, τοῦ μετὰ τὸν Ἰησοῦν τὰς ἐν Χριστῷ πήξαντος Ἐκκλησίας. Εἰκὸς γὰρ, ὅτι ἑώρα δεῖσθαι αὐτῷ ἀπολογίας τὸν περὶ Παύλου λόγον, πῶς, διώξας τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ πικρῶς ἀγωνισάμενος κατὰ τῶν πιστευόντων, ὡς καὶ εἰς θάνατον παραδιδόναι ἐθέλειν τοὺς Ἰησοῦ μαθητὰς, ὕστερον ἐπὶ τοσοῦτον μετεβάλετο, ὡς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ

A divina carent, et specie tenus verbo Dei adhærescunt. Etsi vero supra memoravi quod Salvator in Evangelio dixit, nihilominus tamen idem rursus huc et quidem opportune adducam. Hinc enim quivis perspiciet et Evangelii prædicationem a Salvatore nostro divine fuisse prævisam; et quanta sit verbi illius vis, quæ etiam sine magistris subdit **378** sibi eos qui fidem amplectuntur, quam ipsis amplectendam divina virtus persuasit. Ait Jesus: « Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam [53]. »

63. Quoniam autem Celsus etiam infames fuisse homines dixit apostolos, quos publicanos et nautas B nequissimos vocat, ea de re respondebimus ipsum videri, ut obtrectet nostræ doctrinæ, ex iis quæ scripta sunt eligere pro libidine quod credat, et omnino non credere Evangeliis, ne Divinitatem in illis libris evidenter demonstratam confiteri cogatur; cum contra deceret eum, qui, qua sinceritate auctores illi scripserint, videbat, eo magis divinioribus rebus quas narrant fidem adjungere, quod ne abjectiora quidem prætermiserant. Verum est in Barnabæ Epistola, unde fortasse Celsus hauserit apostolos infames fuisse et nequissimos, legi apostolos a Jesu fuisse electos, qui improbi erant ut nulli magis. Et in Evangelio secundum Lucam dicit ad Jesum Petrus: « Discede a me, quia homo peccator sum, Domine [54]. » Sed et Paulus, qui et C ipse postea factus est Jesu apostolus, in Epistola ad Timotheum, sic scribit: « Fidelis sermo, quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum [55]. » At nescio quomodo oblitus fuerit aut ne cogitarit quidem mentionem facere de Paulo, qui post Jesum Ecclesias in Christo constituit. Verisimile est illum vidisse non posse se de Paulo loqui, quin simul rationem redderet cur, qui fuerat Ecclesiam Dei persecutus, fideles acerrime insectatus fuerat, Jesu discipulos morti tradere obstinaverat [56], is usque adeo mutatus fuerit, ut a Jerusalem ad Illyricum Evan-

[53] Matth. IX, 37. [54] Luc. V, 8. [55] I Tim. I, 5. [56] Act. IX, 1.

(95) *Ἐπαγγέλλωνται*. Ita codd. Regius et Basileensis. Editi vero ἐπαγγέλωνται. Ibidem libri editi, οἱ μὴ ὑπὸ δύναμιν θείαν ἔχοντες προσάγεσθαι δοκοῦντες τῷ λόγῳ. Deest in codd. Regio et Basileensi δοκοῦντες, et bene Philocalia omittit ὑπό.

(96) Spencerus in textu, ἐκβάλλῃ, sed Hœschelius et quinque codices mss., ἐκβάλῃ.

(97) Hœschelius in textu, ἐκφαινομένην, sicque duo codd. Vaticani, sed reliqui mss. et Spencerus, ἐμφαινομένην. Ibidem pro ἀπαγγελλομένην, Boherello scribendum videtur, ἐπαγγελλομένην.

(98) *Βαρνάβα καθολικῇ ἐπιστολῇ*. Hieron., *Catal. script. eccles.*, in Barn.: Βαρνάβας Κύπριος, ὁ καὶ Ἰωσὴφ Λευΐτης, μετὰ Παύλου τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος κατασταθεὶς, μίαν πρὸς οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐπιστολὴν συνέταξεν, ἥτις εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ἀναγινώσκεται. In eadem epistola hæc D verba occurrunt, pag. 16: "Ὅτι δὲ τοὺς ἰδίους ἀποστόλους, τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Hieron. lib. III *adversus Pelagian.*: « Ignatius, vir apostolicus et martyr, scribit audacter: *Elegit Dominus apostolos, qui super homines peccatores erant.* Sed, cum in toto Ignatio nihil hujusmodi reperire sit, puto esse lapsum memoriæ; et quod Barnabæ tribuendum erat, Ignatio fuisse tributum. » Menard., in notis ad Barn. Epist. SPENCER.

(99) Hœschelius et Spencerus, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἦλθεν. Sed in mss. Regio, Basileensi et duobus Anglicanis secundo et tertio, nec non in Philocalia deest ὁ Θεός, quod abest etiam a vulgato Pauli textu.

gelium Christi evulgaret[57], tantoque studio fungeretur hoc munere, ut in alieno fundamento ædificare nolens, ea loca peteret quo nunquam Dei in Christo Evangelium pervaserat. Quid ergo absurdi est, si Jesus ostendere volens humano generi quam efficacia sint quæ morbis animarum adhibet remedia, infames et nequissimos elegerit, illosque eo provexerit, ut purissimæ vitæ exemplum essent iis qui eorum ministerio ad Evangelium Christi adducerentur?

64. Sed si qui mutatis vivunt moribus, illis pristina crimina exprobrare liceat, Phædonem, etiam postquam ad philosophiam se contulit, **379** licebit in jus vocare; quippe quem ferunt e prostibulo in scholam philosophicam fuisse traductum a Socrate. Polemonis etiam, qui Xenocrati successit, libidinosam vitam exprobrabimus philosophiæ, cum ei potius laudi tribuendum sit, quod persuadendi quæ utrique inerat facultate potuerint eos a tantis vitiis avocare qui prius iis occupati erant. Ac apud Græcos quidem unus Phædon (an alter fuerit nescio), unus Polemon, exutis turpibus flagitiosisque moribus, philosophiæ se dediderunt; at in Jesu schola non soli duodecim illa ætate, sed et omni postea tempore fuerunt plurimi, qui in sapientum chorum asciti de sua pristina vita dicerent: « Eramus aliquando et nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti quem effudit in nos abunde[58], » tales effecti sumus. « Misit enim Deus, ut propheta in Psalmis docet, Verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de corruptionibus eorum[59]. » Addiderim supradictis Chrysippum in libro *De curandis perturbationibus*,

A εὐαγγέλιον τοῦ Ἰησοῦ (1), καὶ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, ὥστε μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομεῖν, ἀλλ' ὅπου μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐκηρύχθη τὸ ἐν Χριστῷ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. Τί οὖν ἄτοπον, βουλόμενον παραστῆσαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων τὸν Ἰησοῦν, ὁπηλίκην ἔχει ψυχῶν ἰατρικὴν, τοὺς ἐπιῤῥήτους καὶ πονηροτάτους ἐπιλέξασθαι, καὶ τούτους προαγαγεῖν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστ' αὐτοὺς παράδειγμα εἶναι ἤθους καθαρωτάτου τοῖς δι' αὐτῶν (2) προσαγομένοις τῷ Χριστοῦ εὐαγγελίῳ;

Εἰ δ' ἐπὶ τῷ προτέρῳ βίῳ ὀνειδίζειν μέλλοιμεν τοῖς μεταβαλοῦσιν, ὥρα καὶ Φαίδωνος ἡμᾶς κατηγορεῖν καὶ φιλοσοφήσαντος, ἐπεὶ, ὡς ἡ ἱστορία φησὶν, ἀπὸ οἰκήματος αὐτὸν (3) μετήγαγεν εἰς φιλόσοφον διατριβὴν ὁ Σωκράτης. Ἀλλὰ καὶ τὴν B Πολέμωνος (4) ἀσωτείαν, τοῦ διαδεξαμένου Ξενοκράτην, ὀνειδίσομεν φιλοσοφίᾳ· δέον κἀκεῖ τοῦτ' αὐτῆς ἀποδέξασθαι, ὅτι δεδύνηται ὁ ἐν τοῖς πείσασι λόγος ἀπὸ τηλικούτων μεταστῆσαι κακῶν τοὺς προκατειλημμένους ἐν αὐτοῖς. Καὶ παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν εἷς τις Φαίδων, καὶ οὐκ οἶδα εἰ δεύτερος, καὶ εἷς Πολέμων, μεταβαλόντες ἀπὸ ἀσώτου καὶ μοχθηροτάτου βίου, ἐφιλοσόφησαν· παρὰ δὲ τῷ Ἰησοῦ οὐ μόνοι τότε οἱ δώδεκα, ἀλλ' ἀεὶ καὶ πολλαπλασίους, οἵτινες, γενόμενοι σωφρόνων χορὸς, λέγουσι περὶ τῶν προτέρων· « Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοὶ, μισοῦντες ἀλλήλους. Ὅτε δ' ἡ χρηστότης καὶ ἡ φι- C λανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως τοῦ Πνεύματος, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως, » τοιοίδε γεγόναμεν. « Ἐξαπέστειλε γὰρ ὁ Θεὸς τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν· » ὡς ὁ ἐν Ψαλμοῖς προφητεύσας ἐδίδαξε. Καὶ ταῦτα δ' ἂν προσθείην τοῖς λεγομένοις, ὅτι Χρύσιππος (5) ἐν τῷ *Περὶ παθῶν θεραπευτικῷ*

[57] Rom. xv, 19. [58] Tit. iii, 3, 4, 5, 6. [59] Psal. cvii, 20.

(1) Regius et Basileensis, τοῦ Χριστοῦ.

(2) *Δι' αὐτῶν*. Sic recte Philocalia. Hœschelius vero et Spencerus, δι' αὐτόν.

(3) Hœschelius et Spencerus ἀπὸ οἰκήματος ἑτείου, sed Philocalia omittit ἑτείου. Loco ἑτείου, inquit Spencerus, lege, ἑταιρίου. Lib. iii *contra Celsum*, num. 66: Δεσπότῃ ἐπὶ τέγους αὐτὸν ἱστάντι. Justin. *Apolog*. 2, pag. 69: Καὶ Ἑλένην τινὰ, τὴν συμπερινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, πρότερον ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν [ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης] τὴν ὑπ' αὐτοῦ ἔννοιαν πρώτην γενομένην λέγουσι. Suid.: Εἶτα πραθεὶς πορνοβοσκῷ τινι προέστη ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἑταιρίσιν ἐν Ἀθήναις. In Hesych. Miles. A. Gell., lib. ii, cap. 8. Unde subit mirari, quorsum Joannes Tarinus (in notis ad Origenis *Philocaliam*) et sibi, et aliis, vel levissimam emendandi curam denegavit: « Non agnosco, inquit, nec asterisco locum do. » Nam Phædon Eleensis τῶν εὐπατριδῶν συνεάλω τῇ πατρίδι, καὶ ἠναγκάσθη στῆναι ἐπ' οἰκήματος. Ita quidem Laertius scribit, et vel pueris notum est domos eas, in quibus se meretrices prostituebant, sensu Atticis peculiari οἰκήματα appellari. Suidas interpretatus est per χαμαιτυπεῖα· καὶ ταῖς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων ἑστώσαις ἀκωλύτως συνιέναι διεκελεύοντο. Pollux, Hesychius, et Favorinus, πορνεῖν exposuerunt. Athen., lib. iii: Διὸ συμβουλεύω σοι, Θετταλὲ ποικιλόδιφρε, τὰς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων ἀσπάζεσθαι. Idem alibi: Σόλων διὰ τὴν τῶν νέων ἀκμὴν ἔστησεν ἐπὶ οἰκημάτων γύναια πριάμενος. Sequitur statim ex Nicandro, qui eumdem Vulgaris Veneris templum exstruxisse tradit, ἠργυρίσαντο αἱ προστάσαι τῶν οἰκημάτων. At hujusmodi usus istius vocabuli, cum Atticis peculiaris sit, qui nomina rebus sæpe δι' εὐφημισμόν imposuerunt, fortasse Origenem latuit. SPENCER. — Atqui D Origenem hunc usum non latuisse, inde patet quod eodem modo et de eodem Phædone dixerit lib. iii, num. 66, ἐπὶ τέγους. Τέγος autem sive τέγη, et οἴκημα, idem notant.

(4) *Πολέμωνος*. Vide Valerium Maximum lib. vi, cap. 9; Laertium in *Polemone*; Lucianum in *Bis accusato*. Paulo post codd. Regius et Basileensis: ὀνειδίσομεν φιλοσοφίᾳ. Libb. editi, ὀνειδίσωμεν φιλοσοφίᾳ. Philocalia, ὀνειδίσομεν καὶ μετὰ φιλοσοφίαν.

(5) *Χρύσιππος*. Vide lib. viii *contra Celsum*, num. 51. Hujus libri Galenus sæpius meminit in libris, *De Hippocratis et Platonis decretis*; uti lib. iv: Κατὰ δὲ τὰ περὶ τῶν παθῶν ἅπαντα τά τε τρία, δι' ὧν ἐπισκέπτεται τὰ λογικὰ περὶ αὐτῶν ζητήματα, καὶ προσέτι τὸ θεραπευτικὸν, ὃ δὴ καὶ ἠθικὸν ἐπιγράφουσί τινες, οὐχ ἕθ' ὁμοίως εὑρίσκεται γιγνώσκων. « Omnibus vero his in quibus de affectibus tractat, in tribus item quibus rationales de ipsis

πειρᾶται ὑπὲρ τοῦ καταστεῖλαι τὰ ἐν ἀνθρώποις πάθη τῶν ψυχῶν, μὴ προσποιησάμενος (6) ποῖον τὸ τῆς ἀληθείας ἐστὶ δόγμα, θεραπεύειν κατὰ τὰς διαφόρους αἱρέσεις τοὺς ἐν τοῖς πάθεσι προκατειλημμένους, καί φησιν· ὅτι « Κἂν ἡδονὴ τέλος ᾖ, οὑτωσὶ θεραπευτέον τὰ πάθη· κἂν τρία γένη τῶν ἀγαθῶν, οὐδὲν ἧττον καὶ κατὰ τὸν λόγον τοῦτον, τῶν παθῶν (7) οὕτως ἀπαλλακτέον τοὺς ἐνεχομένους αὐτοῖς. » Οἱ δὲ κατήγοροι τοῦ Χριστιανισμοῦ οὐχ ὁρῶσιν, ὅσων πάθη καὶ ὅσων χύσις κακίας καταστέλλεται, καὶ ὅσων ἄγρια ἤθη ἡμεροῦται προφάσει τοῦ λόγου. Ὧ ἔδει αὐχοῦντας αὐτοὺς τὸ κοινωνικὸν (8) χάριτας ὁμολογεῖν, καινῇ μεθόδῳ πολλῶν κακῶν μεταστήσαντι τοὺς ἀνθρώπους· καὶ μαρτυρεῖν γε αὐτῷ, εἰ καὶ μὴ ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὸ λυσιτελὲς τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει.

Ἐπεὶ δὲ μὴ (9) προπετεῖς διδάσκων τοὺς μαθητὰς ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγεν αὐτοῖς τό· « Ἐὰν διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν· κἂν ἐν τῇ ἑτέρᾳ διώκωσι, πάλιν φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην· » καὶ διδάσκων παράδειγμα αὐτοῖς ἐγίνετο εὐσταθοῦς βίου, οἰκονομοῦντος μὴ εἰκῇ, μηδὲ ἀκαίρως καὶ ἀλόγως ὁμόσε χωρεῖν τοῖς κινδύνοις· τοῦτο πάλιν κακουργῶν ὁ Κέλσος διαβάλλει, καί φησι πρὸς τὸν Ἰησοῦν ὁ παρ' αὐτῷ Ἰουδαῖος, ὅτι « Μετὰ τῶν μαθητῶν τῇδε κἀκεῖσε ἀποδιδράσκεις. » Ὅμοιον δὲ ᾗ πεποίηται κατὰ Ἰησοῦ καὶ τῶν μαθητῶν διαβολῇ φήσομεν (10) εἶναι καὶ τὸ περὶ Ἀριστοτέλους ἱστορούμενον· οὗτος γὰρ, ἰδὼν συγκροτεῖσθαι μέλλον καθ' αὐτοῦ δικαστήριον, ὡς κατὰ ἀσεβοῦς, διά τινα δόγματα τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ, ἃ ἐνόμισαν εἶναι ἀσεβῆ Ἀθηναῖοι, ἀναχωρήσας ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν, ἐν Χαλκίδι (11) τὰς διατριβὰς ἐποιήσατο, ἀπολογησάμενος τοῖς γνωρίμοις, καὶ εἰπών· « Ἀπίωμεν ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν, ἵνα μὴ πρόφασιν δῶμεν Ἀθηναίοις τοῦ δεύτερον ἄγος ἀναλαβεῖν παραπλήσιον τῷ κατὰ Σωκράτους, καὶ ἵνα μὴ δεύτερον εἰς φιλοσοφίαν ἀσεβήσωσιν. » Φησὶ δὲ « τὸν Ἰησοῦν μετὰ τῶν μαθητῶν αἰσχρῶς καὶ γλίσχρως τὰς τροφὰς συλλέγοντα περιεληλυθέναι. « Πόθεν λαβὼν, ἀπαγγελλέτω, τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ γλίσχρον τῆς συλλογῆς· ἐν γὰρ τοῖς Εὐαγγελίοις γυναῖκές τινες, τεθεραπευμέναι ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν, ἐν αἷς ἦν καὶ Σωσάννα (12), παρεῖχον τοῖς μαθηταῖς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς τροφάς· Τίς δὲ τῶν φιλοσοφούντων, καὶ ἀνακειμένων ὠφελείᾳ γνωρίμων, οὐκ ἀπ' αὐτῶν ἐλάμβανε τὰ πρὸς τὰς χρείας; Ἢ ἐκεῖνοι μὲν τοῦτο καθηκόντως ἐποίουν

ut in hominibus animarum affectus cohibeat, parum curare qualenam sit veritatis dogma, sed iis qui vitiis occupantur, remedia conari adhibere secundum varia sectarum principia. Dicit autem : « Si voluptas summum bonum sit, hac ratione curari oportet perturbationes; sin tria sint bonorum genera, hac itidem sententia utendum erit ad sanandos illos qui perturbationibus vexantur. » At religionis nostræ calumniatores non vident quot fuerint, quorum perturbationes compescuerit; quot quorum vitia represserit; quot quorum efferatos mores doctrina mansuefecerit. Atqui æquum erat illos, qui suum erga societatem tantopere studium venditant, doctrinæ nova ratione hominum morbis medenti gratias habere, faterique eam, si vera non est, saltem humano generi esse utilissimam.

380 65. Quoniam autem Jesus discipulos docens ne temerarii essent, dixit illis : « Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Si in hac vos persequantur, rursus in aliam fugite[60]; » simulque se illis exemplum constantis tranquillæque vitæ præbuit, dum ipse cavebat ne temere, aut intempestive, aut inconsulto in pericula irrueret; hoc rursum Celsus maligne carpit, et sic apud ipsum Judæus Jesum alloquitur : « Cum discipulis hac illac fugitas. » Quod tamen Jesu et ejus discipulis crimini vertit, idem fecisse legitur Aristoteles. Is enim, cum intelligeret sibi tanquam impio propter quædam suæ philosophiæ dogmata quæ Athenienses impia esse judicabant, conflari judicium, relictis Athenis, in Chalcide scholam habuit : hac suis familiaribus reddita fugæ ratione. « Discedamus Athenis, ne iterum detur Atheniensibus locus committendi sceleris, quale in Socratem commiserunt; neve iterum impie agant in philosophiam. » Dicit præterea « Jesum cum discipulis huc illuc vagabundum cibos collegisse; » sed indicet velim unde didicerit turpem hanc sordidamque mendicationem. Nam Evangelia narrant[61] feminas quasdam, quæ fuerant suis infirmitatibus liberatæ, inter quas et Susanna erat, discipulis victum e suis facultatibus præbuisse. Ecquis vero philosophorum non accepit ab iis quos sibi notos erudiebant, quæ sibi erant necessaria? Scilicet id facere, decorum aliis et honestum fuit : cum autem idem faciunt discipuli, quasi turpiter et sordide corrogent cibos, culpantur.

[60] Matth. x, 23. [61] Luc. viii, 3.

quæstiones considerantur, ad hæc et in quo medendi ratio, quam partem moralem nonnulli inscribunt, non item similiter cognoscere deprehenditur. » Spencer.

(6) *Προσποιησάμενος*. Gelenius interpres videtur legisse, προορισάμενος. Hœschelius in textu habet, προσποιησάμενον· Paulo post Philocalia, τοὺς ἐν τοῖς πάθεσι. Hœschelius et Spencerus, τοὺς καὶ τοῖς πάθεσι.

(7) Sic recte Philoc. Hœschelius vero et Spencerus, οὐδὲν ἧττον κατὰ τὸν λόγον τούτων τῶν παθῶν.

(8) Philocalia, ᾧ ἔδει αὐτοὺς ἐντυχόντας τῷ κοινωνικῷ.

(9) Hœschelius et Spencerus, ἐπεὶ μηδέ, sed Philocalia ut in nostro textu. Paulo post Hœschel. et Spencerus ad marginem, ἐὰν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης.

(10) Ita Spencerus et omnes mss.; Hœschelius vero, διαδιδράσκεις, ὅμοιον δὲ ᾧ πεποίηται κατὰ Ἰησοῦ καὶ τῶν μαθητῶν φήσομεν.

(11) *Ἐν Χαλκίδι*. Ammonius in *Vita Arist.*; Ælian. lib. iii, cap. 36 *Var. hist.* Vide Athenæum, lib. xv, cap. 16, et Laertium in *Arist.* Spencer. Paulo post codd. Regius et Basileensis, καὶ εἰπών. Libri antea editi, καὶ λέγων.

(12) Regius et Basileensis, Σωσάννα. Alias, Σουσάννα.

καὶ καλῶς· ἐπὰν δ' οἱ Ἰησοῦ μαθηταὶ πράττωσιν αὐτὸ, κατηγοροῦνται ὑπὸ Κέλσου, ὡς αἰσχρῶς καὶ γλίσχρως τὰς τροφὰς συλλέγοντες.

66. Pergit apud Celsum Judæus interpellare Jesum: « Quid opus erat te adhuc parvulum in Ægyptum transportari? Ne necareris? at metus mortis in Deum non cadit. Angelus e cœlis delapsus te jussit et tuos fugere, ne comprehensi morte periretis. At non potuit magnus ille Deus, qui jam duos propter te angelos miserat, te proprium suum Filium domi tutum præstare? » Ex his videtur Celsi esse sententia, nihil aut in humano Christi corpore, aut in anima fuisse divinum, nec corpus ejus tale fuisse quale describunt Homericæ fabulæ. Jocans igitur in sanguinem, quem in cruce Jesus profudit, ait sanguinem illum non fuisse

Huic similem, sacro qui manat corpore divum.

Nos vero qui Jesu de ea quæ in ipso erat B
381 divinitate dicenti: « Ego sum via, veritas, et vita [62], » aut aliud simile; humanum autem se habere corpus sic affirmanti: « Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis [63], » fidem habemus; illum quid compositum fuisse profitemur. Oportuit igitur ut, qui humano more vivere inter homines decreverat, non intempestive se in mortis discrimen conjiceret, sed pateretur se duci a nutritiis, quos angelus a Deo missus præmonuerat: primum quidem his verbis: « Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est [64];» secundo autem sic: « Surge et accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi: futurum C est enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum [65]. » Ubi nihil scriptum quidem est quod mihi admodum insolens videatur. In utroque enim Scripturæ loco narratur angelus Josephum allocutus fuisse per somnium: at pluribus aliis contigit, ut per somnium admonerentur quid facto opus esset; sive angelus, sive quædam alia res in anima imagines efformaverit. Quid igitur absurdi est, ei, qui semel naturam humanam susceperat, humano more provideri ut pericula declinet? Non quod aliter id fieri non potuerit, sed quia via et ordine saluti Jesu provideri oportuit. Ac certe satius erat parvulum Jesum Herodis insidias vitare, in Ægyptumque cum nutritiis fugere donec insidiator moreretur, D quam si aut Providentia rebus Jesu consulens prohibuisset ne Herodi parvulum illum interficere libe-

A Ἐπὶ δὲ τούτοις ἑξῆς ὁ Ἰουδαῖος πρὸς τὸν Ἰησοῦν παρὰ τῷ Κέλσῳ λέγει· « Τί δὲ καί σε νήπιον ἔτι ἐχρῆν εἰς Αἴγυπτον ἐκκομίζεσθαι; Μὴ ἀποσφαγῇς; Θεὸν γὰρ οὐκ εἰκὸς ἦν περὶ θανάτου δεδιέναι. Ἀλλ' ἄγγελος (13) μὲν ἧκεν ἐξ οὐρανοῦ, κελεύων σοι καὶ τοῖς σοῖς οἰκείοις φεύγειν, μὴ ἐγκαταληφθέντες ἀποθάνητε. Φυλάσσειν δέ σε αὐτόθι ὁ δύο ἤδη διά σε πεπομφὼς ἀγγέλους, ὁ μέγας Θεὸς τὸν ἴδιον Υἱὸν, οὐκ ἐδύνατο; » Οἴεται δ' ἐν τούτοις (14) ὁ Κέλσος, μὴ θεῖόν τι εἶναι ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι καὶ ψυχῇ κατὰ τὸν Ἰησοῦν· ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ τοιοῦτον γεγονέναι, ὁποῖον Ὁμήρου μῦθοι εἰσάγουσι. Παίζων γοῦν τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ προχυθὲν αἷμα τοῦ Ἰησοῦ, φησὶν ὅτι οὐκ ἦν

Ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Ἡμεῖς δ' αὐτῷ πιστεύοντες Ἰησοῦ, περὶ μὲν τῆς ἐν αὐτῷ θειότητος λέγοντι· « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωὴ, » καὶ εἴ τι τούτοις παραπλήσιον· περὶ δὲ τοῦ, ὅτι ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι ἦν, ταῦτα φάσκοντι· « νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, ὅστις τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν (15) λελάληκα· » σύνθετόν τι χρῆμά φαμεν αὐτὸν γεγονέναι. Καὶ ἐχρῆν τὸν προνοούμενον τῆς ὡς ἀνθρώπου ἑαυτοῦ εἰς τὸν βίον ἐπιδημίας, μὴ ἀκαίρως ὁμόσε χωρεῖν τῷ ἕως θανάτου κινδύνῳ. Οὕτως δὲ ἔδει αὐτὸν καὶ ὑπὸ τῶν ἀνατρεφόντων ἄγεσθαι, ὑπὸ θείου ἀγγέλου οἰκονομουμένων, πρότερον μὲν λέγοντος τοῦ χρηματίζοντος, « Ἰωσὴφ, υἱὸς Δαυὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐστί· » δεύτερον δέ· « Ἐγερθεὶς, παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοι· μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον τοῦ ἀπολέσαι (16) αὐτό. » Ἐν τούτοις δ' οὐδὲ πάνυ παράδοξόν μοι φαίνεται τὸ ἀναγεγραμμένον. Ὄναρ γὰρ τῷ Ἰωσὴφ καθ' ἕτερον τόπον (17) τῆς Γραφῆς λέγεται ἄγγελος ταῦτ' εἰρηκέναι· τὸ δὲ τὸ ὄναρ δηλοῦσθαί τισι τάδε ποιεῖν, καὶ ἄλλοις πλείοσι συμβαίνει· εἴτ' ἀγγέλου, εἴθ' οὑτινοσοῦν φαντασιοῦντος τὴν ψυχήν. Τί οὖν ἄτοπον, τὸν ἅπαξ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ κατ' ἀνθρωπίνην ἀγωγὴν οἰκονομεῖσθαι πρὸς τὸ ἐκκλίνειν κινδύνους; Οὐ τῷ ἄλλως ἀδύνατον εἶναι τοιοῦτον γενέσθαι, ἀλλὰ τῷ δεῖν τὸ ἐγχωροῦν ὁδῷ καὶ τάξει περὶ τῆς σωτηρίας τοῦ Ἰησοῦ οἰκονομεῖσθαι (18). Καὶ βέλτιόν γε ἦν ὑπεκστῆναι τὸ παιδίον Ἰησοῦν τὴν Ἡρώδου ἐπιβουλὴν, καὶ ἀποδημῆσαι μετὰ τῶν τρεφόντων αὐτὸ εἰς Αἴγυπτον, ἕως τῆς τελευτῆς τοῦ ἐπιβουλεύοντος· ἢ τὴν περὶ τοῦ Ἰη-

[62] Joan. XIV, 6. [63] Joan. VIII, 40. [64] Matth. I, 20. [65] Matth. II, 13.

(13) Sic omnes mss. Alias, δεδοικέναι. Καὶ ἄγγελος.

(14) Libb. editi, οἴεται δ' ἡμᾶς ἐν τούτοις, sed ἡμᾶς uncis includunt, utpote quod redundat. Si cui vero retinendum videtur, legendum erit: οἴεται δ' ἡμᾶς νομίζειν ὁ Κέλσος· si autem ἡμᾶς resecatur, legendum est paulo post ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ μὴ τοιοῦτον.

(15) Libb. editi, ἐν ὑμῖν.

(16) Hœschelius in textu habet, ἀποκτεῖναι.

(17) *Καθ' ἕτερον τόπον*. Hinc videtur colligi posse Matthæi exemplaria, quibus utebatur Origenes, in altero loco non habuisse κατ' ὄναρ, sed forte legendum est καθ' ἑκάτερον τόπον.

(18) Sic codd. Regius, Basileensis et Philocalia. Hœschelius vero et Spencerus in textu habent, φυλάσσεσθαι. Paulo post omnes mss. et Philocalia, τὴν Ἡρώδου ἐπιβουλήν. Hœschelius in textu τῇ Ἡρώδου ἐπιβουλῇ. Guietus scribendum suspicabatur, τῆς Ἡρώδου ἐπιβουλῆς.

σοῦ Πρόνοιαν κωλύειν τὸ ἐφ' ἡμῖν Ἡρώδου (19) ἀναιρεῖν τὸ παιδίον θέλοντος, ἢ τὴν λεγομένην παρὰ τοῖς ποιηταῖς Ἄϊδος κυνέην, ἤ τι παραπλήσιον ποιεῖν εἶναι περὶ τὸν Ἰησοῦν, ἢ πατάξαι ὁμοίως τοῖς ἐν Σοδόμοις τοὺς ἥκοντας ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ. Τὸ γὰρ πάνυ παράδοξον τῆς ἐπ' αὐτὸν βοηθείας, καὶ ἐπὶ πλέον ἐμφανὲς, οὐκ ἦν χρήσιμον τῷ βούλεσθαι αὐτὸν διδάξαι ὡς ἄνθρωπον μαρτυρούμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔχειν τι θειότερον ἐν τῷ βλεπομένῳ ἀνθρώπῳ· ὅπερ ἦν ὁ κυρίως Υἱὸς Θεοῦ, Θεὸς λόγος, Θεοῦ δύναμις (20), καὶ Θεοῦ σοφία, ὁ καλούμενος Χριστός. Οὐ καιρὸς δὲ νῦν τὰ περὶ τοῦ συνθέτου, καὶ ἐξ ὧν συνέκειτο ὁ ἐνανθρωπήσας Ἰησοῦς, διηγήσασθαι· οὔσης τινὸς καὶ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) οἰκείας ζητήσεως τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸν τόπον.

Μετὰ ταῦτά φησιν ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, ὡς φιλομαθής τις Ἕλλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων πεπαιδευμένος, ὅτι « Οἱ μὲν παλαιοὶ μῦθοι Περσεῖ, καὶ Ἀμφίονι, καὶ Αἰακῷ, καὶ Μίνωι θείαν σπορὰν νείμαντες, οὐδ' αὐτοῖς ἐπιστεύσαμεν (21)· ὅμως ἐπέδειξαν ἑαυτῶν ἔργα μεγάλα καὶ θαυμαστὰ, ἀληθῶς τε ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἵνα μὴ ἀπίθανοι δοκῶσι· σὺ δὲ δὴ τί καλὸν ἢ θαυμάσιον ἔργῳ ἢ λόγῳ πεποίηκας; Ἡμῖν οὐδὲν ἐπεδείξω· καίτοι προκαλουμένων ἐν τῷ ἱερῷ σε παρασχέσθαι τι ἐναργὲς γνώρισμα, ὡς εἴης ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς. » Πρὸς τοῦτο δὲ λεκτέον, ὅτι δεικνύτωσαν ἡμῖν Ἕλληνες τῶν κατειλεγμένων τινὸς βιωφελὲς, λαμπρὸν καὶ παρατεῖναν ἐπὶ τὰς ὕστερον γενεὰς, καὶ τηλικοῦτον ἔργον, ὡς ἐμποιεῖν πιθανότητα τῷ περὶ αὐτῶν μύθῳ, λέγοντι ἀπὸ θείας αὐτοὺς γεγονέναι σπορᾶς. Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν δείξουσιν οὐδὲ μακρῷ ἔλαττον (22) περὶ οὓς ἀνέγραψεν ἄνδρας, ὧν παρέστησεν ὁ Ἰησοῦς· ἐὰν ἄρα μὴ ἐπὶ μύθους ἀνάγωσιν ἡμᾶς Ἕλληνες, καὶ τὰς παρ' ἑαυτοῖς ἱστορίας, θέλοντες ἡμᾶς μὲν ἐκείνοις ἀλόγως πιστεύειν, τούτοις δὲ καὶ μετὰ πολλὴν ἐνάργειαν ἀπιστεῖν. Φαμὲν οὖν, ὅτι τοῦ Ἰησοῦ τὸ ἔργον ἡ πᾶσα ἔχει ἀνθρώπων οἰκουμένη, ἣ παροικοῦσιν αἱ τοῦ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Ἐκκλησίαι τῶν μεταβαλόντων ἀπὸ μυρίων ὅσων κακῶν. Καὶ ἔτι γε τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ ἐκστάσεις μὲν διανοίας ἀνθρώπων ἀφίστησι, καὶ δαίμονας, ἤδη δὲ καὶ νόσους· ἐμποιεῖ δὲ θαυμασίαν τινὰ πραότητα, καὶ κατὰ στολὴν τοῦ ἤθους, καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ χρηστότητα, καὶ ἡμερότητα, ἐν τοῖς μὴ διὰ τὰ βιωτικὰ (23) ἤ τινας χρείας ἀνθρωπικὰς ὑποκριναμένοις, ἀλλὰ παραδεξαμένοις γνησίως τὸν περὶ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ καὶ τῆς ἐσομένης κρίσεως λόγον.

A rum foret, aut Jesus decantata a poetis Plutonis galea aliove munimento instructus fuisset, aut satellites ad illum occidendum missi, ut Sodomitæ [66], excæcati fuissent. Nec enim insolitum auxilium et supra modum illustre conveniebat ei, qui ut homo testimonio Dei probatus docere volebat in se, homine illo quem omnes videbant, inesse quiddam divinius, nempe proprie dictum Dei Filium, Deum Verbum, Dei potentiam, Dei sapientiam, eum qui vocatur Christus. Sed de illo composito, et de iis ex quibus Jesus homo factus constabat, non est hujus temporis disserere, cum de illa re quædam inter fideles et domestica, ut ita loquar, quæstio habeatur.

B 67. Postea Judæus apud Celsum, quasi Græcus quispiam eruditus litterarumque Græcarum peritus, « Priscæ fabulæ, inquit, quæ Perseum, **382** Amphionem, Æacum, Minoaque narrant e diis esse natos, nobis non faciunt fidem. Tamen, ne omni probabilitate destitui videantur, res ab illis hominibus gestas referunt magnas certe, admirabiles, et quæ vires humanas superant. Tu vero quid insigne, quid admirandum dictis aut factis præstitisti? Nihil hactenus, quamvis in templo te provocaverint Judæi, ut manifesto aliquo signo te Dei Filium esse declarares [67]. » Ad quæ confutanda, a Græcis postulo ut indicent quid tantum, tam splendidum, tam utile, tam nepotibus futuris profuturum illi homines ediderint, ut fabulæ, quæ illis divinum ortum tribuunt, mereantur fidem. C Sed nihil afferent, quod vel longo intervallo accedat ad ea quæ Jesus fecit : nisi forte nos ad fabulas historiasque suas relegabunt, quasi vellent nos illis sine ulla ratione credere, nostris vero rebus quamvis evidenter demonstratis derogare fidem. Affirmamus ergo, quid Jesus fecerit, toto jam orbe innotescere, quippe ubi Dei per Jesum fundatæ sunt Ecclesiæ ex iis qui a malis innumeris fuerunt ad meliorem mentem conversi. Et hodieque Jesu nomen perturbatos animos componit, exigit dæmones, medetur morbis; miram quoque mansuetudinem inserit, mores in officio continet, humanitatem, comitatem, suavitatem inspirat iis qui non propter D vitæ commoda humanasque necessitates se Christianos simulant, sed quo par est animo traditam de Deo, Christo, futuroque judicio doctrinam amplexantur.

[66] Gen. xix, 11. [67] Joan. x, 24.

(19) *Τὸ ἐφ' ἡμῖν Ἡρώδου*. Sic Philocalia, codd. Regius, Basileensis et vetustus Vaticanus, recte. Nec aliter Origenes, libro *De oratione*, τὸ ἐφ' ἡμῖν τοῦ ἡλίου usurpat ad significandum liberum solis arbitrium. Spencerus in textu habet, τὴν ὁρμὴν Ἡρώδου, quæ lectio non spernenda. Hœschelius in textu, τοῦ ἐφ' ἡμῶν Ἡρώδου.

(20) Sic Philocalia. Alias, λόγος καὶ δύναμις.

(21) *Οὐδ' αὐτοῖς ἐπιστεύσαμεν*. Sic omnes mss. Hœschelius in textu habet, οἷς οὐδ' αὐτοῖς ἐπιστεύσαμεν, et ad marginem monet forte legendum αὐτοί pro αὐτοῖς, quod Spencerus arripuit. Ibidem pro ἑαυτῶν ἔργα, lege αὐτῶν ἔργα.

(22) *Μακρῷ ἔλαττον*. Ita Hœschelius et Spencerus in textu, ad marginem vero habent, μικρῷ ἐλάττω, quæ lectio est omnium manuscriptorum nostrorum. Mox Guieto scribendum videtur, περὶ οὓς ἀνέγραψαν ἄνδρας.

(23) Editi, μηδὲ διὰ τὰ βιωτικά. In nostris mss. desideratur διά. Paulo infra libb. editi in textu, ὑπειδόμενος τὰ ἐπιδειχθησόμενα. Sicque habent codd. Regius et Basileensis, sed tres Anglicani et duo Vaticani, ὑπιδόμενος τὰ ἐπιδειχθησόμενα. Paulo inferius libb. editi ad marginem, οἷον τερατευομένους.

68. Deinde Celsus olfaciens adductum iri quæ Jesus fecit miracula, et ex quibus pauca delibavimus, fingit se concedere vera esse quæ scripta sunt de curationibus, de resurrectione, de paucis panibus ex quibus post multos saturatos multa superfuerunt, et quotquot existimat mirum in modum ab apostolis amplificata fuisse, tum, «Age, inquit, demus hæc a te gesta.» Sed confestim eodem illa numero habenda esse ait ac ea quæ præstigiatores faciunt, majora semper ac majora pollicentes; et quæ faciunt qui sunt Ægyptiacis artibus eruditi, qui medio in foro, paucis obolis venerandas suas artes venditant, dæmonia ex hominibus profligant, exsufflant morbos, heroum animas evocant, opipara convivia, mensas, bellaria, opsonia quæ nunquam fuerunt exhibent, agitant animalia quæ vere nulla sunt, sed vanæ duntaxat animantium imagines. Mox ait: «An quia hæc illi faciunt,
383 idcirco credendum nobis erit illos esse Dei filios? An potius dicendum improborum et nebulonum esse hujusmodi artes?» Hinc perspicis Celsum ab admittenda magia non alienum esse admodum. Nescio tamen an ille ipse sit qui multos contra magiam libros conscripserit. Verumtamen quia hoc ejus proposito commodum erat, quæ de Jesu narrantur comparat cum iis quæ magia efficit. Et essent similia si Jesus, ut qui magicas artes profitentur, nihil præter vanam speciem ostendisset. Nunc vero nullus præstigiator per ea quæ facit, spectatores ad morum emendationem excitat, aut Dei timorem docet qui spectaculis stupent, aut studet persuadere ut vivant, quasi Deo rationem reddituri. Nihil horum præstigiatores faciunt quia non possunt, aut non consilium habent, aut nolunt corrigendis hominibus operam dare, quippe qui ipsi turpissimis infamissimisque vitiis referti sunt. Hic vero, qui miraculis suis spectatores eorum quæ bene faciebat ad morum correctionem adducebat, quomodo non erit existimandus se præbuisse non solum illis qui proprie discipuli ejus vocati sunt, sed etiam reliquis omnibus, exemplum optimæ vitæ? Discipulis quidem, ut excitarentur ad homines docendos quæ sit voluntas Dei; reliquis vero hominibus, ut ejus verbis et moribus potius quam miraculis edocti quomodo vivere oporteat, eo spectarent, ut quæcunque facerent, Deo placerent omnia. Si autem Jesu vita fuit ejusmodi, quo jure quis eum cum præstigiatoribus conferat, et non potius crediderit eum, cum Deus esset, ut promissum fuerat, visum fuisse in humano corpore, ut nostro generi prodesset?

69. Permiscet postea sermonem Celsus, et quæ a quapiam secta dicta sunt, omnibus Christianam

A Ἑξῆς δὲ τούτοις ὁ Κέλσος, ὑπιδόμενος τὰ ἐπιδειχθησόμενα ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ γεγενημένα μεγάλα, περὶ ὧν ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν εἰρήκαμεν, προσποιεῖται συγχωρεῖν ἀληθῆ εἶναι, ὅσα περὶ θεραπειῶν, ἢ ἀναστάσεως, ἢ περὶ ἄρτων ὀλίγων θρεψάντων πολλοὺς ἀναγέγραπται, ἀφ' ὧν λείψανα πολλὰ καταλέλειπται, ἢ ὅσα ἄλλα οἴεται τερατευσαμένους τοὺς μαθητὰς ἱστορηκέναι, καὶ ἐπιφέρει αὐτοῖς· «Φέρε πιστεύσωμεν εἶναί σοι ταῦτ' εἰργασμένα·» καὶ εὐθέως κοινοποιεῖ αὐτὰ πρὸς τὰ ἔργα τῶν γοήτων, ὡς ὑπισχνουμένων θαυμασιώτερα, καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ τῶν μαθόντων ἀπὸ Αἰγυπτίων (24) ἐπιτελούμενα, ἐν μέσαις ἀγοραῖς ὀλίγων ὀβολῶν ἀποδομένων τὰ σεμνὰ μαθήματα, καὶ δαίμονας ἀπὸ ἀνθρώπων ἐξελαυνόντων, καὶ νόσους ἀποφυσώντων, καὶ ψυχὰς ἡρώων ἀνακαλούν- B των, δεῖπνά τε πολυτελῆ καὶ τραπέζας καὶ πέμματα καὶ ὄψα τὰ οὐκ ὄντα δεικνύντων, καὶ ὡς ζῶα κινούντων οὐκ ἀληθῶς ὄντα ζῶα, ἀλλὰ μέχρι φαντασίας φαινόμενα (25) τοιαῦτα. Καί φησιν· «Ἆρ' ἐπεὶ ταῦτα ποιοῦσιν ἐκεῖνοι, δεήσει ἡμᾶς αὐτοὺς ἡγεῖσθαι υἱοὺς εἶναι Θεοῦ; Ἢ λεκτέον αὐτὰ ἐπιτηδεύματα εἶναι ἀνθρώπων πονηρῶν καὶ κακοδαιμόνων;» Ὁρᾷς ὡς διὰ τούτων οἱονεὶ παραδέχεται μαγείαν εἶναι· οὐκ οἶδα εἰ ὁ αὐτὸς ὢν τῷ γράψαντι κατὰ μαγείας βιβλία πλείονα. Πλὴν ὡς χρήσιμον αὐτῷ εἰς τὰ προκείμενα, τοῖς ἀπὸ μαγείας ὁμοιοῖ τὰ περὶ Ἰησοῦ ἱστορούμενα. Καὶ ἦν ἂν ὅμοια, εἰ μέχρι ἀποδείξεως ὁμοίως τοῖς μαγγανεύουσιν ἔφθανε δεῖξας· νυνὶ δὲ οὐδεὶς μὲν τῶν γοήτων δι' ὧν ποιεῖ, ἐπὶ τὴν τῶν C ἠθῶν ἐπανόρθωσιν καλεῖ τοὺς θεασαμένους, οὐδὲ φόβῳ Θεοῦ παιδαγωγεῖ τοὺς καταπλαγέντας τὰ θεάματα, οὐδὲ πειρᾶται πείθειν οὕτω ζῆν τοὺς ἰδόντας, ὡς δικαιωθησομένους ὑπὸ Θεοῦ. Καὶ οὐδὲν τούτων ποιοῦσι γόητες, ἐπειδὴ οὐ δύνανται, ἢ μηδὲ βούλονται, μηδὲ θέλουσι πραγματεύεσθαι (26) τὰ περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων διορθώσεως, ἅτε καὶ αὐτοὶ πλήρεις ὄντες αἰσχίστων καὶ ἐπιῤῥητοτάτων ἁμαρτημάτων. Ὁ δὲ δι' ὧν ἐποίει παραδόξων ἐπὶ τὴν τῶν ἠθῶν ἐπανόρθωσιν ἐπαγόμενος (27) τοὺς θεωροῦντας τὰ γιγνόμενα καλῶς, πῶς οὐκ εἰκὸς, ὅτι παρεῖχεν ἑαυτὸν οὐ μόνον τοῖς γνησίοις αὐτοῦ μαθηταῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς παράδειγμα ἀρίστου βίου; ἵνα καὶ οἱ μαθηταὶ προτραπῶσιν ἐπὶ τὸ διδάσκειν κατὰ τὸ τοῦ Θεοῦ βούλημα τοὺς ἀνθρώπους, καὶ οἱ λοιποὶ, πλέον D διδαχθέντες ἀπὸ τοῦ λόγου καὶ ἤθους ἢ καὶ τῶν παραδόξων ὡς χρὴ βιοῦν, πάντα πράττωσι κατ' ἀναφορὰν τοῦ ἀρέσκειν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ. Εἰ δὲ τοιοῦτος ἦν ὁ τοῦ Ἰησοῦ βίος, πῶς εὐλόγως ἄν τις αὐτὸν τῇ προαιρέσει τῶν γοήτων παραβάλοι, καὶ μὴ κατ' ἐπαγγελίαν τοῦ Θεὸν εἶναι πιστεύοι (28) ἐν ἀνθρωπίνῳ φανέντα σώματι ἐπ' εὐεργεσίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν;

Μετὰ ταῦτα φύρων τὸν λόγον καὶ τὰ ὑπὸ αἱρέσεώς τινος λεγόμενα, ὡς κοινὰ Χριστιανῶν ἐγκλήματα

(24) *Ἀπὸ Αἰγυπτίων*. Hæc est interlinearis lectio veteris codicis Vaticani; reliqui mss. cum editis habent, ὑπὸ Αἰγυπτίων, male, ut videtur.

(25) Libb. editi ad marginem, βλεπόμενα.

(26) Codd. Reg., Basileensis et uterque Vaticanus, πραγματεύσασθαι. Reliqui cum editis, πραγματεύεσθαι.

(27) *Ἐπαγόμενος*. Hanc vocem in antea editis omissam restituit codex Jolianus. Mox omnes mss., τὰ γιγνόμενα καλῶς. Libb. editi pro καλῶς habent καλῶν.

(28) Guieto scribendum videtur, καὶ μὴ κατ' ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν εἶναι πιστεύοι.

πᾶσι τοῖς ἀπὸ τοῦ θείου προσάγων λόγου, φησὶν, ὅτι « Θεοῦ οὐκ ἂν εἴη τοιοῦτον σῶμα, οἷον τὸ σόν. » Ἀλλ' ἡμεῖς πρὸς ταῦτα, σῶμα αὐτὸν λέγομεν ἀνειληφέναι, ὡς ἀπὸ θηλείας, τῷ βίῳ ἐπιδημήσαντα, ἀνθρώπινον, καὶ θανάτου ἀνθρωπίνου (29) δεκτικόν. Διὸ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ μέγαν ἀγωνιστὴν αὐτόν φαμεν γεγονέναι, διὰ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα, « πεπειρασμένον » μὲν ὁμοίως πᾶσιν ἀνθρώποις « κατὰ πάντα, » οὐκέτι δ', ὡς ἄνθρωποι μετὰ ἁμαρτίας, ἀλλὰ πάντη « χωρὶς ἁμαρτίας. » Τρανῶς γὰρ ἡμῖν φαίνεται, ὅτι « ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· » καὶ « μὴ γνόντα αὐτὸν ἁμαρτίαν, » ὡς καθαρὸν (30) παρέδωκεν ὑπὲρ πάντων τῶν ἡμαρτηκότων ὁ Θεός. Εἶτα ὁ Κέλσος φησὶν, ὅτι « οὐκ ἂν εἴη Θεοῦ σῶμα τὸ οὕτω σπαρὲν, ὡς σὺ, ὦ Ἰησοῦ, ἐσπάρης. » Πλὴν ὑπείδετο, ὅτι εἰ (ὡς γέγραπται) γεγέννητο, δύναταί πως εἶναι τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ θειότερον παρὰ τοῖς πολλοῖς (31), καὶ κατά τι σημαινόμενον Θεοῦ σῶμα. Ἀλλὰ γὰρ ἀπιστεῖ τοῖς ἀναγραφεῖσι περὶ τῆς ἐξ ἁγίου Πνεύματος συλλήψεως αὐτοῦ, καὶ πιστεύει αὐτὸν ὑπό τινος Πανθήρα φθείραντος τὴν Παρθένον ἐσπάρθαι (32)· διόπερ εἶπεν, ὅτι « Οὐκ ἂν εἴη Θεοῦ σῶμα οὕτω σπαρὲν, ὡς σὺ ἐσπάρης. » Ἀλλὰ γὰρ περὶ τούτων ἐν τοῖς ἀνωτέρω πλείονα εἰρήκαμεν.

Λέγει δ' ὅτι « οὐδὲ τοιαῦτα σιτεῖται σῶμα Θεοῦ· » ὡς ἔχων αὐτὸν παραστῆσαι ἀπὸ τῶν εὐαγγελικῶν γραμμάτων σιτούμενον, καὶ ποῖα σιτούμενον. Ἀλλ' ἔστω, λεγέτω αὐτὸν βεβρωκέναι μετὰ τῶν μαθητῶν τὸ Πάσχα, οὐ μόνον εἰπόντα τό· « ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν, » ἀλλὰ καὶ βεβρωκότα. Λεγέτω δ' αὐτὸν καὶ διψήσαντα παρὰ τῇ πηγῇ τοῦ Ἰακὼβ πεπωκέναι· τί τοῦτο πρὸς τὰ περὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα; Σαφῶς δὲ φαίνεται ἰχθύος μετὰ τὴν ἀνάστασιν βεβρωκώς· κατὰ γὰρ ἡμᾶς σῶμα ἀνείληφεν, ὡς γενόμενος ἐκ γυναικός. « Ἀλλ' οὐδὲ σῶμα, φησὶ, Θεοῦ χρῆται τοιαύτῃ φωνῇ, οὐδὲ τοιᾷδε πειθοῖ. » Καὶ ταῦτα δ' εὐτελῆ καὶ σφόδρα εὐκαταφρόνητα· λελέξεται γὰρ πρὸς αὐτὸν, ὅτι χρῆται ὁ πεπιστευμένος παρ' Ἕλλησιν εἶναι θεὸς, ὁ Πύθιος, καὶ ὁ Διδυμεὺς τοιᾷδε φωνῇ τῇ τῆς Πυθίας, ἢ τῆς ἐν Μιλήτῳ γενομένης προφήτιδος, καὶ οὐ διὰ τοῦτο ἐγκαλεῖται παρ' Ἕλλησιν ὡς οὐ θεὸς ὁ Πύθιος, ἢ ὁ Διδυμεὺς, ἤ τις ἄλλος τοιοῦτος ἑνὶ τόπῳ ἐγκαθιδρυμένος Ἑλληνικὸς θεός. Πολλῷ δὲ τούτου βέλτιον ἦν χρήσασθαι τὸν Θεὸν φωνῇ ἐμποιούσῃ, διὰ τὸ μετὰ δυνάμεως ἀπαγγέλλεσθαι, ἄφατόν (33) τινα πειθὼ τοῖς ἀκούουσιν.

Εἶτά φησι λοιδορούμενος τῷ Ἰησοῦ ὁ διὰ τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰ μοχθηρὰ δόγματα, ἵν' οὕτως εἴπω, θεο-

A doctrinam consectantibus ut communia objiciens, « Dei corpus, inquit, non esset, cujusmodi est corpus tuum. » Nos ad hæc : Jesus in hac vita corpus humanum suscepit, quale a femina suscipere poterat, illudque morti humanæ obnoxium. Quare inter alia dicimus illum fuisse magnum pugilem, propter humanum corpus, « per omnia tentatum [68], » ut cæteri homines; non tamen ut cæteri homines, cum peccato, sed prorsus « sine peccato. » Perspicuum enim nobis videtur, eum « non fecisse peccatum, nec inventum esse dolum in ore ejus [69]; » et quod « peccatum non cognoverit [70], » ideo illum ut purum a Deo traditum esse propter omnes qui peccaverunt. Deinde ait Celsus : « Dei corpus non ita satum fuisset ac tu, o Jesu, satus es. » Suspicabatur tamen **384**, si natus est Jesus quemadmodum B scriptum est, ejus corpus posse aliquomodo cæteris esse divinius, et aliquo sensu Dei corpus. Atque ideo negat verum esse quod scriptum est, illum e Spiritu sancto esse conceptum, creditque ex Pantheræ cum virgine congressu natum esse. Qua causa dicit : « Corpus Dei non ita satum esset ac tu satus es. » Sed de his plura superius.

70. Pergit : « Neque corpus Dei talibus vescitur cibis; » quasi ex Evangeliis probare posset Jesum cibis usum esse, et qualibus cibis usus fuerit. Verum esto, dicat eum manducasse pascha cum discipulis, C et non solum dixisse : « Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum [71], » sed etiam revera manducavisse; addat etiam sitientem ad puteum Jacob bibisse [72], quid hoc contra ea quæ de ejus corpore dicimus? Constat eum post resurrectionem piscem edisse [73]. Nostra enim sententia est, illum induisse corpus, utpote natum e femina. « At tali voce, inquit, non utitur Dei corpus nec talibus persuadendi modis. » Hæc etiam vilia sunt ac valde contemnenda. Nam Celso quis dixerit Pythium qui a Græcis deus habetur, et Didymeum ejusmodi uti voce, nempe Pythiæ aut Miletinæ prophetidis; nec idcirco tamen e numero deorum excludi Pythium aut Didymeum vel quemlibet alium similem Græcanicum Deum in uno loco constitutum. Multo autem D satius fuit Deum uti voce quæ propterea quod cum potestate pronuntiaretur, ineffabili quadam ratione persuaderet auditores.

71. Deinde convicium Jesu faciens ille, qui propter impietatem pravaque opinamenta Deo, ut sic

[68] Hebr. IV, 15. [69] Isa. LIII, 9; I Petr. II, 22. [70] II Cor. V, 21. [71] Luc. XXII, 15. [72] Joan. IV, 6. [73] Joan. XXI, 13.

(29) Libb. editi, ἀνθρώπου, sed quinque mss., ἀνθρωπίνου, rectius. Ibidem tres Anglicani, Regius et Basileensis, αὐτόν φαμεν γεγονέναι. In antea editis deest γεγονέναι. Paulo post Hœschelius et tres mss., πεπειραμένον μὲν ὁμοίως. Spencerus et reliqui mss., πεπειρασμένον μὲν ὁμοίως.

(30) *Ὡς καθαρόν*. Guieto scribendum videtur, ἐν καθαρόν.

(31) *Παρὰ τοῖς πολλοῖς*. Guieto scribendum videtur, παρὰ τοὺς πολλούς.

(32) *Καὶ πιστεύει αὐτὸν ὑπό τινος Πανθήρα φθείραντος τὴν παρθένον ἐσπάρθαι*. Hæc in veteri codice Vaticano erasa sunt et desiderantur in recenti. Vide supra lib. I *contra Celsum*, num. 32.

(33) *Ἄφατον*. Sic recte Hœschelius et codd. mss. Male vero Spencerus in textu ἄφανον, neque assentior Boherello legenti ἄφωνον.

loquar, invisus est, dicit « hæc omnia esse præstigiatoris Deo invisi et scelerati; » quamvis, si proprie res et nomina examinentur, fieri non possit ut Deo homo odio sit. Deus enim amat omnia quæ sunt, et nihil eorum quæ fecit, odio habet. Neque enim odio habens creasset. Si quid vero dictum est a prophetis, quod id significare videatur, id generali hac regula explicandum erit, Scripturam de Deo ita loqui quasi humanis sit obnoxius affectibus. Jam quid me respondere oporteat ad hominem, qui in sermone ubi apta ad persuadendum argumenta pollicitus erat, sibi rem agendam putat maledictis et conviciis quibus Jesum tanquam sceleratum et præstigiatorem proscindit? Hoc certe non est philosophi qui rem demonstrat, sed ejus qui, ut e fæce plebis homines, ira se transversum agi patitur; cum contra decuerit, re exposita, de qua controversia erat, candide eam expendere, et pro viribus afferre quæ ad propositum 385
assequendum in mentem venissent. Sed cum hic desinat sermo, quem Judæus apud Celsum cum Jesu habuit, hic et nos libro primo contra illum scripto finem imponemus. Deo autem dante veritatem illam, quæ falsos sermones disperdit, juxta illud: « In veritate tua disperde illos[74], » aggrediemur in sequentibus alteram prosopopœam, ubi Judæus ab ipso inductus sermonem vertit ad eos qui Jesu crediderunt.

A μισής, ὅτι « ταῦτα θεομισοῦς ἦν τινος καὶ μοχθηροῦ γόητος. » Καίτοιγε, ἐὰν κυρίως ἐξετάζηται τὰ ὀνόματα καὶ τὰ πράγματα, ἀδύνατον ἔσται ἄνθρωπος θεομισής· ἐπεὶ ὁ Θεὸς ἀγαπᾷ τὰ ὄντα πάντα, καὶ οὐδὲν βδελύσσεται ὧν ἐποίησεν· οὐδὲ γὰρ μισῶν (34) τι κατεσκεύασεν. Εἰ δέ τινες λέξεις προφητικαὶ τὸ τοιοῦτον λέγουσι, καθολικῷ λόγῳ διηγήσεως τεύξονται τῷ διότι ὡς περὶ ἀνθρωποπαθοῦς (35) λέξεσι χρῆται ἡ Γραφὴ περὶ τοῦ Θεοῦ. Τί δὲ δεῖ λέγειν ἀπολογούμενον πρὸς τὸν οἰόμενον ἐν οἷς ἐπαγγέλλεται πιστικοῖς λόγοις, δεῖν χρῆσθαι δυσφημίαις καὶ λοιδορίαις, ὡς περὶ μοχθηροῦ καὶ γόητος τοῦ Ἰησοῦ; Τοῦτο γὰρ οὐκ ἀποδεικνύντος, ἀλλ' ἰδιωτικὸν καὶ ἀφιλόσοφον πάθος πεπονθότος ἔργον ἐστί· δέον, ἐκτιθέμενον τὸ πρᾶγμα, εὐγνωμόνως αὐτὸ ἐξετά- B ζειν, καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν λέγειν πρὸς αὐτὸ τὰ ὑποπίπτοντα. Ἀλλὰ γὰρ ἐν τούτοις καταπαύσαντος τὸν λόγον τοῦ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαίου πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ που καταπαύσομεν τὴν περιγραφὴν τοῦ πρώτου πρὸς αὐτὸν βιβλίου. Θεοῦ δὲ διδόντος τὴν ἐξολοθρεύουσαν τοὺς ψευδεῖς λόγους ἀλήθειαν, κατὰ τὴν φάσκουσαν εὐχὴν, « Ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἐξολόθρευσον αὐτοὺς, » ἀρξόμεθα ἐν τοῖς ἑξῆς τῆς δευτέρας προσωποποιίας, ἐν ᾗ ὁ Ἰουδαῖος αὐτῷ πεποίηται λέγων πρὸς τοὺς πεισθέντας τῷ Ἰησοῦ τὰ μετὰ ταῦτα.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΚΕΛΣΟΥ (36)

ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ORIGENIS CONTRA CELSUM LIBER SECUNDUS.

1. Primo nostrarum ad eum quem Celsus inscripsit *sermonem verum* responsionum libro, qui ibi terminatur ubi ficta Judæi persona Jesum alloqui desinit, quique in justam excrevit molem, hunc subjungere statuimus, quo criminationes ab eodem Judæis ad fidem in Jesum conversis objectæ repellantur. Ac primum illud miramur, cur Celsus, cum personas fingere statuisset, non Judæum induxerit potius cum iis e gentibus qui fidem amplexi sunt loquentem, quam cum Judæis. Sic enim verisimilis admodum visus fuisset sermo contra nos compositus. At fortasse nescivit ille, qui se omnia scire prædicat, quid hoc loco personis fictis tribuere

C Τῷ πρώτῳ (37) τόμῳ τῶν ὑπαγορευθέντων ἡμῖν πρὸς τὸν Κέλσου ἐπιγραφέντα *ἀληθῆ Λόγον*, καταλήξαντι εἰς τὴν τοῦ Ἰουδαίου πρὸς τὸν Ἰησοῦν προσωποποιίαν, αὐτάρκη περιγραφὴν εἰληφότι, τοῦτον συντάσσειν προαιρούμεθα, ἀπολογούμενοι πρὸς τὰ φερόμενα ὑπ' αὐτοῦ ἐγκλήματα κατὰ τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων εἰς τὸν Ἰησοῦν πιστευσάντων. Καὶ αὐτό γε τοῦτο πρῶτον ἐφίσταμεν, τί δήποτε, ἅπαξ, κρίνας προσωποποιεῖν ὁ Κέλσος, οὐ προσωποποιεῖ Ἰουδαῖον πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύοντας λέγοντα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀπὸ Ἰουδαίων· πιθανώτατος δ' ἂν καὶ ἔδοξεν ὁ λόγος εἶναι αὐτῷ πρὸς ἡμᾶς γραφόμενος. Ἀλλὰ μή ποτε ὁ πάντ' ἐπαγγελλόμενος εἰ-

[74] Psal. LIV, 5.

(34) *Οὐδὲ γὰρ μισῶν*. Lego, οὐδὲ γὰρ ἂν μισῶν.

(35) Libb. editi ad marginem, διότι ὡσπερεὶ ἀνθρωποπαθῶς. In textu vero, διατί ὡς περὶ ἀνθρωποπαθοῦς.

(36) *Κατὰ Κέλσου*. Codex Basileensis et vetustus Vaticanus alterum habent titulum: Πρὸς τὸν ἐπιγεγραμμένον Κέλσου *ἀληθῆ Λόγον* Ὠριγένους τό- D μος β', sicque libri editi ad marginem.

(37) *Τῷ πρώτῳ*. Codex Jolianus, ἐπὶ τῷ πρώτῳ, sicque Anglicanus primus in margine. Libb. antea editi, ἐν τῷ πρώτῳ, sed Boherellus omnino voculam ἐν delendam censet, natam, ut ipsi videtur, ex initio libri sequentis.

δέναι τὸ ἀκόλουθον οὐκ οἶδε (38) κατὰ τὸν τόπον τῆς προσωποποιίας. Τί οὖν καὶ λέγει πρὸς τοὺς ἀπὸ Ἰουδαίων πιστεύοντας, κατανοητέον. Φησὶν αὐτοὺς, « καταλιπόντας τὸν πάτριον νόμον, τῷ ἐψυχαγωγῆσθαι ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, ἠπατῆσθαι πάνυ γελοίως, καὶ ἀπηυτομοληκέναι εἰς ἄλλο ὄνομα, καὶ εἰς ἄλλον βίον· » μηδὲ τοῦτο κατανοήσας, ὅτι οἱ ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς τὸν Ἰησοῦν πιστεύοντες οὐ καταλελοίπασι τὸν πάτριον νόμον· βιοῦσι γὰρ κατ' αὐτὸν, ἐπώνυμοι τῆς κατὰ τὴν ἐκδοχὴν (39) πτωχείας τοῦ νόμου γεγενημένοι. Ἐβίων τε γὰρ ὁ πτωχὸς (40) παρὰ Ἰουδαίοις καλεῖται· καὶ Ἐβιωναῖοι χρηματίζουσιν (41) οἱ ἀπὸ Ἰουδαίων τὸν Ἰησοῦν, ὡς Χριστὸν παραδεξάμενοι. Καὶ ὁ Πέτρος δὲ μέχρι πολλοῦ φαίνεται τὰ κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον Ἰουδαϊκὰ ἔθη τετηρηκέναι· ὡς μηδέπω ἀπὸ Ἰησοῦ μαθὼν ἀναβαίνειν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ γράμμα νόμου ἐπὶ τὸν κατὰ τὸ πνεῦμα· ὅπερ ἀπὸ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων μεμαθήκαμεν. Τῇ γὰρ ἐπαύριον τοῦ ἑωρᾶσθαι ἄγγελον Θεοῦ τῷ Κορνηλίῳ,

A conveniret. Considerandum igitur quid dicat ad eos e Judæis qui credunt. Ait eos « relicta patria lege, demulsos a Jesu, prorsus ridicule esse deceptos, et in aliud nomen aliamque vitam transfugisse. » Sed non advertit eos qui e Judæis in Jesum credunt non patriam deseruisse legem. Vivunt enim ex illius præscripto nomenque suum ducunt a paupertate suæ legis secundum verborum significationem interpretatæ. Nam Ebion apud Judæos *pauperem* sonat, et Ebionæi illi vocantur, qui e Judæis
386 Jesum pro Christo receperunt. Quin et Petrus ritus Judaicos Mosaica lege præscriptos observasse diu videtur; ut qui a Jesu nondum didicerat a lege secundum litteram sumpta ad legem secundum spiritum intellectam ascendere; quod
B quidem apostolorum Acta nos docent. Postridie enim quam angelus Cornelio visus fuerat monueratque ut in Joppen mitteret ad Simonem qui cognominabatur Petrus, « Ascendit Petrus in superiora

(38) *Οἶδε*. Duo codd. Vaticani et tres Anglicani, εἶδε, sicque libb. antea editi in margine.

(39) *Κατὰ τὴν ἐκδοχήν*. Hæc prætermisit interpres Gelenius, ut quæ non intellexerit. Vertenda erant. « Secundum verborum significationem. » Τὸ κατὰ τὴν ἐκδοχήν, idem ferme est ac τὸ κατὰ τὸ γράμμα, atque ex mente Origenis, opponitur τῷ κατὰ τὴν ἀλληγορίαν, ut alterum illud τὸ κατὰ τὸ γράμμα, opponitur τῷ κατὰ τὸ πνεῦμα. Sic enim paulo post : μαθὼν ἀναβαίνειν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ γράμμα νόμου ἐπὶ τὸν κατὰ τὸ πνεῦμα. Alibi plenius expressit, dicens lib. v *contra Celsum*, num. 60, τὴν κατὰ τὸ ῥητὸν ἐκδοχήν. Et lib. vii, num. 20, τὸ *πρὸς ῥητὸν* opponit τῷ *πρὸς διάνοιαν*. Est hæc vox apud Origenem frequentissima; et innumera sunt loca ex quorum collatione patet, τὸ *ἐκδέχεσθαι* esse *interpretari*, sive, ut Latini eodem sensu dicunt, *accipere*, et τὴν ἐκδοχήν, *interpretationem*, *acceptionem*. Sic παρεκδοχαί lib. iii, num. 11, sunt *pravæ interpretationes*. Synonymum item verbum ἐκλαμβάνειν, eadem significatione usurpatur lib. iv, num. 41 et alibi passim. BOHERELLUS.

(40) *Πτωχός*. Orig., lib. iv *De princip.*; Ignat. ad Philadelph.; Theodoret., lib. ii *De hær. fab.*; Euseb., lib. iii, cap. 27 *Eccles. hist.* SPENCER.

(41) *Χρηματίζουσιν*. Bene in adnotationibus correxit Spencerus Latinam Gelenii versionem interpretantis : « Ebionæi dicuntur a cæteris Judæis, qui Jesum pro Christo receperunt. » De hoc verbo, præter loca ex Act. xi, 26, et Rom. vii, 3, consule Ægidium Menagium Auctario addendorum ad Observationes in Diogenem Laertium, col. 1. BOHERELLUS. — Per Ebionæos hoc in loco intellige Nazaræos : erant enim duplicis generis Ebionæi; quod non semel monuit Origenes, lib. v, num. 61, 65. Ex quibus hi Jesum e Virgine natum esse agnoverunt, suntque Nazaræi, cum latiori sensu illud nomen interpretatur. Vide Grotium, *Adnot. in Matth.*, et Vossium, cap. 2, in dissertat. *De gener. Jesu Christi*. Petavius, in *Animadvers. in Epiph.*, hæres. 30 : « Verum Ebionæorum nomen latius extendisse videri potest Origenes, ut Ebionæos illos appellet qui, cum alioqui de Christi divinitate recte sentirent, cum Christiana religione Judaicas cæremonias amplectendas credebant, quod quidem tomo secundo sub initium significare videtur, » procul dubio hunc locum respexit. Illi communi hominum sorte conceptum et natum arbitrati sunt. Ignatius, ad Philadelph., Orig., homil. 17, in Luc.; Epiph., hær. 30; Euseb., *Eccles. hist.* lib. iii, cap. 27, et lib. v, cap. 8 *Eccl. hist.*; Aug., *De hæresibus*; Theodoret., lib. ii *De hæret. fab.* Atque Ebionæos sic distinguere accuratius me docuit Eusebius, lib. iii, cap. 27 : Ἐβιωναίους τούτους οἰκείους ἐπεφήμιζον οἱ πρῶτοι, πτωχῶς καὶ ταπεινῶς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ δογματίζοντας καὶ δοξάζοντας· λιτὸν μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ κοινὸν ἡγοῦντο, κατὰ προκοπὴν ἤθους αὐτὸν μόνον ἄνθρωπον δεδικαιωμένον, ἐξ ἀνδρός τε κοινωνίας καὶ τῆς Μαρίας γεγενημένον· δεῖν δὲ πάντως αὐτοῖς τῆς νομικῆς θρησκείας, ὡς μὴ ἂν διὰ μόνης τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν βίου σωθησομένοις. Ἄλλοι δὲ παρὰ τούτοις τῆς αὐτῆς ὄντες προσηγορίας τὴν μὲν τῶν εἰρημένων
C ἔκτοπον διεδίδρασκον ἀτοπίαν, ἐκ παρθένου καὶ ἁγίου Πνεύματος μὴ ἀρνούμενοι γεγονέναι τὸν Κύριον. Οὐ μὲν ἔθ' ὁμοίως καὶ οὗτοι προϋπάρχειν αὐτὸν Θεὸν λόγον ὄντα καὶ σοφίαν ὁμολογοῦντες, τῇ τῶν προτέρων περιετρέποντο δυσσεβείᾳ, μάλιστα ὅτε καὶ τὴν σωματικὴν περὶ τὸν νόμον λατρείαν ὁμοίως ἐκείνοις περιέπειν ἐσπούδαζον. « Hi ab antiquis cognominati sunt Ebionæi, quippe qui humiliter admodum atque abjecte de Christo sentirent. Eum enim simpliciter ac vulgarem nec aliud quam hominem esse censebant, qui profectu virtutis justus factus fuisset; cæterum ex viri cum Maria concubitu procreatum. Porro legis observationem sibi omnino necessariam ducebant, quasi per solam in Christum fidem, vitamque ex ea fide traductam, salutem consequi non valerent. Alii ab his, eodem nomine nuncupati, absurdam priorum sententiam refugientes, Christum quidem ex Virgine et ex Spiritu sancto genitum esse non negant; sed iidem nihilominus
D cum Christum utpote Deum Verbum ac sapientiam Patris ante omnia substitisse minime fateantur, in eamdem cum prioribus impietatem delapsi sunt : cum præsertim legis Mosaicæ cæremonias, perinde ac illi, accurate custodiant. » Theodoret., lib. ii *De hæret. fab.*; Damascen., *De hær.* At primi generis Ebionæorum, Grotio si credas, Irenæus non meminit : « Quod Irenæus vero nullam eorum mentionem faciat in recensu hæreseon, in partem meliorem de illis judicandum est. » Cape librum, et lege : « Qui autem dicuntur Ebionæi, consentiunt quidem mundum a Deo factum; ea autem quæ sunt erga Dominum, non similiter ut Cerinthus et Carpocrates opinantur. » Iren., lib. i, cap. 26. Isti enim Dominum Jesum Josephi et Mariæ filium opinati sunt; at Nazaræi, sive primi generis Ebionæi, Christum e Virgine natum esse juxta fidem orthodoxam crediderunt. De his agit Hieronymus, epistola ad Augustinum : « Quid dicam de Ebionitis,

ut oraret circa horam sextam. Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus, et vidit cœlum apertum, et descendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis de cœlo submissum in terram, in quo erant omnia quadrupedia, et serpentia terræ, et volatilia cœli. Et facta est vox ad eum : Surge, Petre, occide et manduca. Ait autem Petrus : Absit, Domine, quia nunquam manducavi omne commune et immundum. Et vox iterum ad eum : Quæ Deus purificavit, tu communia ne dixeris[75]. › In his adverte quomodo Petrus repræsentetur ut Judaicorum de mundis et immundis rituum adhuc observantissimus. Quæ sequuntur [76], manifestum faciunt illum opus habuisse visione, ut Cornelium sanguine non Israelitam, et eos qui cum eo erant, doctrinæ fidei participes faceret : quippe Judæus et ex Judaicis traditionibus vitam exigens, contemnebat quoscunque extra Judaismum vivebant. Et Paulus in sua ad Galatas Epistola testatur Petrum metu Judæorum, cum Jacobus ad eum venisset, cum gentibus edere desiisse, ‹ seque ab illis segregasse, timentem **387** eos qui ex circumcisione erant[77], › idemque reliquos Judæos et Barnabam fecisse. Atque consentaneum erat eos a Judaicis ritibus non discedere, qui ad Judæos tum missi fuerant, ‹ cum ii qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt Paulo et Barnabæ societatis, ipsique in circumcisionem abierunt[78], › ut illi gentibus Evangelium annuntiarent. Et quid dico eos se gentibus subtraxisse, qui Judæos Evangelium docebant? Imo Paulus Judæis Judæus factus est, ut Judæos lucraretur[79]. Qua de causa et ipse, ut in Actis apostolorum narratur[80], oblationem ad altare obtulit, ut Judæis persuaderet se legis non esse desertorem. Hæc omnia si nosset Celsus, non his verbis fideles ex Judæis interpellasset fictus ab illo Judæus : ‹ Quæ vos intemperiæ agebant, o cives, ut patriam legem relinqueretis, et ab illo quem modo alloquebamur, allecti prorsus ridicule

A ὑποτιθέμενον αὐτῷ (42) πέμψαι εἰς Ἰόππην ἐπὶ Σίμωνα τὸν καλούμενον Πέτρον, ‹ Ἀνέβη Πέτρος εἰς τὸ ὑπερῷον προσεύξασθαι περὶ ὥραν ἕκτην. Ἐγένετο δὲ πρόσπεινος, καὶ ἤθελε γεύσασθαι. Παρασκευαζόντων δ' αὐτῶν, ἐγένετο ἔκστασις ἐπ' αὐτὸν, καὶ θεωρεῖ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ καταβαῖνον σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιέμενον (43) ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα καὶ ἑρπετὰ τῆς γῆς καὶ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἐγένετο φωνὴ πρὸς αὐτόν· Ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε, Μηδαμῶς, Κύριε, ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον. Καὶ φωνὴ ἐκ δευτέρου πρὸς αὐτόν· Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε (44), σὺ μὴ κοίνου. › Ὅρα γὰρ ἐν τούτοις, τίνα τρόπον παρίσταται τὰ Ἰουδαϊκὰ ἔθη περὶ καB θαρῶν καὶ ἀκαθάρτων ἔτι τηρῶν ὁ Πέτρος. Καὶ ἐκ τῶν ἑξῆς δηλοῦται, ὅτι ὀπτασίας ἐδεήθη, ἵνα κοινωνήσῃ τῶν λόγων τῆς πίστεως τῷ μὴ κατὰ σάρκα Ἰσραηλίτῃ Κορνηλίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ, ὡς ἔτι Ἰουδαῖος, καὶ κατὰ τὰς Ἰουδαίων παραδόσεις ζῶν, καταφρονῶν τῶν ἔξω τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας δὲ ἐπιστολῇ Παῦλος ἐμφαίνει, ὅτι Πέτρος, ἔτι φοβούμενος τοὺς Ἰουδαίους, παυσάμενος τοῦ μετὰ τῶν ἐθνῶν συνεσθίειν, ἐλθόντος Ἰακώβου πρὸς αὐτὸν, ‹ ἀφώριζεν ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, φοβούμενος τοὺς ἐκ τῆς περιτομῆς· › καὶ τὸ αὐτὸ πεποιήκασιν αὐτῷ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι καὶ Βαρνάβας. Καὶ ἀκόλουθόν γε ἦν μὴ ἀποστῆναι τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐθῶν τοὺς εἰς τὴν περιτομὴν ἀποσταλέντας, ‹ ὅτε οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι δεξιὰς ἔδωκαν Παύλῳ καὶ Βαρ-C νάβᾳ κοινωνίας, αὐτοὶ εἰς τὴν περιτομὴν ἀπιόντες, › ἵν' ἐκεῖνοι τοῖς ἔθνεσι κηρύξωσι. Τί δὲ λέγω, ὅτι οἱ κηρύσσοντες εἰς τὴν περιτομὴν ὑπέστελλον ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν καὶ ἀφώριζον; ὅτε καὶ αὐτὸς ὁ Παῦλος τοῖς Ἰουδαίοις Ἰουδαῖος ἐγίνετο, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσῃ. Διὸ ὡς καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων γέγραπται, καὶ προσφορὰν προσήνεγκεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἵνα πείσῃ Ἰουδαίους περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀποστάτης νόμου. Ταῦτα δὲ πάντα εἰ ἐπίστατο ὁ Κέλσος, οὐκ ἂν ἐπροσωποποιήσατο τὸν

[75] Act. x, 9 seqq. [76] Ibid., 34. [77] Gal. ii, 12. [78] Ibid., 9. [79] I Cor. ix, 20. [80] Act. xxvii, 26.

qui Christianos esse se simulant? Usque hodie per totas Orientis synagogas inter Judæos hæresis est, quæ dicitur Mineorum, et a Pharisæis nunc usque damnatur, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Christum Filium Dei, natum de Virgine Maria, et eum dicunt esse, qui sub Pontio Pilato passus est et resurrexit, in quem et nos credimus; sed, dum volunt et Judæi esse et Christiani, nec Judæi sunt, nec Christiani. › Aug., *De hær.*; Theod., lib. ii *De hær. fab.*; Cypr., *Exposit. symb. apost.*; Orig., in cap. xv Matth. Credo etiam Ebionæos διττούς apud Origenem ideo nuncupari, quod Nazaræi cum Ebionæis consuetudinem aliqualem et familiaritatem contraxerint; audi Epiphan., hær. 30 : Ἔνθεν ἄρχεται τῆς κακῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, ὅθεν δῆθεν καὶ οἱ Ναζαρηνοὶ οἱ ἄνομοι προδεδήλωνται. Συναφθεὶς γὰρ οὗτος ἐκείνοις, καὶ ἐκεῖνοι τούτῳ, ἑκάτερος ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ μοχθηρίας τῷ ἑτέρῳ μετέδωκε. Καὶ διαφέρονται μὲν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον κατά τι, ἐν δὲ τῇ κακονοίᾳ ἀλλήλους ἀπεμάξαντο. ‹ Inde pessimi prædicandi dogmatis initium sumpsit, unde et impios Nazarenos cœpisse docuimus. Ambo enim, collatis inter se capitulis,

suam alter cum altero improbitatem ac nequitiam communicavit. Atque etsi quadamtenus a se multo dissideant, in excogitando tamen pravissimo do-D gmate sese invicem expresserunt. › Et paulo antea : Σαμαρειτῶν μὲν γὰρ ἔχει τὸ βδελυρὸν, Ἰουδαίων δὲ τὸ ὄνομα, Ὀσσαίων δὲ καὶ Ναζωραίων καὶ Νασαραίων τὴν γνώμην, Κηρινθιανῶν τὸ εἶδος, Καρποκρατιανῶν τὴν κακοτροπίαν, καὶ Χριστιανῶν βούλεται ἔχειν τὴν προσηγορίαν. ‹ Nam Samaritanorum impuram superstitionem affectavit. A Judæis porro nomen accepit; ab Ossæis, Nazoræis et Nasaræis dogmata. Cerinthianorum deinde formam, Carpocratianorum nequitiam, Christianorum denique appellationem usurpare contendit. › SPENCER.

(42) Hœschelius in textu habet, αὐτοῦ, Spencerus αὐτῷ, rectius, sicque omnes mss., si exceperis Anglicanum primum et Jolianum, qui utramque lectionem exhibent.

(43) Omnes codd. mss., τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιέμενον. Vulgatus Actorum textus, τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον καὶ καθιέμενον.

(44) Vetus codex Vaticanus, Regius et Basileensis, ἐκαθάρισε. Reliqui, ἐκάθηρε.

Ἰουδαῖον λέγοντα πρὸς τοὺς ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ πιστεύοντας τό· « Τί παθόντες, ὦ πολῖται, κατελίπετε τὸν πάτριον νόμον, καὶ ὑπ' ἐκείνου, πρὸς ὃν ἄρτι διειλέγμεθα, ψυχαγωγηθέντες, πάνυ γελοίως ἐξηπατήθητε, καὶ ἀφ' ἡμῶν ἀπηυτομολήσατε εἰς ἄλλο ὄνομα καὶ εἰς ἄλλον βίον; »

Ἐπεὶ δ' ἅπαξ γεγόναμεν ἐν τῷ περὶ τοῦ Πέτρου λόγῳ καὶ τῶν διδαξάντων τοὺς ἐν τῇ περιτομῇ τὸν Χριστιανισμὸν, οὐκ ἄτοπον ἡγοῦμαι παραθέσθαι τοῦ Ἰησοῦ τινα φωνὴν ἀπὸ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου καὶ τὴν διήγησιν αὐτῆς. Γέγραπται δὴ αὐτὸν εἰρηκέναι· « Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν· οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσει (45), λαλήσει. » Καὶ ζητοῦμεν ἐν τῷ τόπῳ, τίνα ἦν τὰ πολλὰ, ἃ εἶχε μὲν λέγειν ὁ Ἰησοῦς B τοῖς μαθηταῖς ἑαυτοῦ, οὐκ ἠδύναντο δὲ αὐτὰ βαστάζειν τότε. Καί φημι· Μήποθ' ὡς Ἰουδαίοις, καὶ συντραφεῖσι τῷ κατὰ τὸ γράμμα Μωϋσέως νόμῳ τοῖς ἀποστόλοις, εἶχε μὲν λέγειν τίς ὁ ἀληθὴς νόμος, καὶ τίνων ἐπουρανίων ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ ἡ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λατρεία ἐπετελεῖτο, καὶ τίνων μελλόντων ἀγαθῶν σκιὰν περιεῖχεν ὁ περὶ βρώσεως καὶ πόσεως (46) καὶ ἑορτῶν καὶ νουμηνιῶν καὶ Σαββάτων νόμος. Καὶ πολλὰ ἦν ταῦθ', ἃ εἶχεν αὐτοῖς λέγειν· ὁρῶν δ' ὅτι πάνυ χαλεπόν ἐστιν ἀπὸ ψυχῆς ἀνατρέπειν σχεδὸν συγγεννηθέντα καὶ συντραφέντα δόγματα μέχρι τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἡλικίας, καὶ πείσαντα τοὺς ἀνειληφότας αὐτὰ, ὅτι ταῦτα μέν ἐστι θεῖα, τὸ δὲ μετασαλεύειν αὐτὰ, ἐστὶν ἀσεβές· καὶ ἐν τῇ ὑπεροχῇ τῆς κατὰ Χριστὸν, τουτέστι τὴν ἀλήθειαν, C γνώσεως ἐλέγχειν αὐτὰ *σκύβαλα καὶ ζημίαν*, ὥστε πεισθῆναι τοὺς ἀκούοντας· ὑπερετίθετο εἰς ἐπιτηδειότερον καιρὸν τὸν μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ. Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἦν ἀκαίρως προσαγόμενον τὸ βοήθημα τοῖς μηδέπω χωροῦσιν αὐτὸ, ἀνατρεπτικὸν τῆς περὶ τοῦ Ἰησοῦ ὑπολήψεως τυγχάνον, ἣν ἤδη ἀνειλήφεσαν ὡς περὶ Χριστοῦ καὶ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Καὶ πρόσχες εἰ μὴ νοῦν ἔχει οὐκ εὐκαταφρόνητον τὸ οὕτως ἀκοῦσαι τοῦ· « Πολλὰ ἔχω ὑμῖν λέγειν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· » πολλὰ γὰρ τὰ τῆς τοῦ νόμου, κατὰ τὰ πνευματικὰ, διηγήσεως καὶ σαφηνείας· καὶ οὐκ ἠδύναντό πως βαστάζειν αὐτὰ οἱ μαθηταὶ, ἐν Ἰουδαίοις γεγεννημένοι καὶ ἀνατεθραμμένοι τότε. Οἶμαι δ' ὅτι D καὶ ἐπεὶ τύπος μὲν ἦν ἐκεῖνα, ἀλήθεια δὲ ἃ ἔμελλε διδάσκειν αὐτοὺς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, διὰ τοῦτο λέλεκται· « Ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν· » ὡς εἰ ἔλεγεν, εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων, ὧν ἐν τοῖς τύποις γενόμενοι, ᾤεσθε τὴν ἀληθῆ λατρείαν λατρεύειν τῷ Θεῷ. Καὶ κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Ἰησοῦ ἦλθε τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἐπὶ τὸν Πέτρον, λέγον πρὸς αὐτὸν περὶ τῶν τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν τῆς γῆς καὶ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ· « Ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε. » Καὶ ἦλθε

A deciperemini, et a nobis in alium nomen aliamque vitam transfugeretis? »

2. Sed quia sermo incidit de Petro et iis qui Christianam religionem eos qui ex circumcisione erant, docuerunt, non alienum fuerit hic ex Evangelio secundum Joannem quoddam Jesu dictum referre et enarrare. Sic autem habet: « Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur [81]. » Hic quærimus ecquænam fuerint multa illa quæ Jesus discipulis suis dicere habebat, et quæ tum portare non poterant. Et dico: Forte, quia Judæi erant apostoli et Mosaica lege secundum litteram accepta innutriti, hæc fuerunt quæ illis dicere haberet: quænam esset vera lex, quarum rerum cœlestium umbra signisque cultus Judaicus constaret, quæ futura bona præscripti de cibo et potu, de festis, neomeniis et Sabbatis ritus adumbrarent. Hujusmodi multa erant quæ habebat eis dicere; cum autem dogmata quæ pene congenita et ad virilem usque ætatem coalita erant, quæque et divina esse et sine impietate tolli non posse sibi persuaserant ii qui ipsa susceperant, perdifficile esse cerneret ex anima revellere, et præ excellenti quæ secundum Christum, id est secundum veritatem est, cognitione ostendere et auditoribus persuadere illa esse « stercora et detrimenta [82], » tempus opportunius exspectavit, dum videlicet et crucem passus esset et fuisset e mortuis suscitatus. Enimvero auxilium intempestive iis præstitum qui illud nondum capere poterant, evertere potuisset opinionem, quam de Jesu conceptam animo habebant, eum esse Christum et viventis Dei

388 Filium. Et vide annon recta sit sententia hujus loci: « Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo [83]. » Multa sunt enim in lege quæ sensu spiritali edisseri et explicari debeant; nec ea ullo modo tunc intelligere poterant apostoli, nati inter Judæos et educati. Credo equidem quoniam figura erant Judaici illi ritus, veritas autem quæ Spiritus sanctus eos docturus erat, propter hanc rem dictum esse: « Quando venerit ille Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem [84]; » quasi diceret, in omnem veritatem rerum, quarum licet figuræ tantum apud vos fuerint, verum nihilominus Deo cultum a vobis exhiberi putabatis. Atque, ut Jesus promiserat, venit Spiritus veritatis in Petrum, eique de quadrupedibus, serpentibus terræ et volatilibus cœli dixit: « Surge, Petre, occide et manduca [85]. » Et venit ad eum superstitione adhuc laborantem. Ad divinam enim vocem respondet: « Absit, Domine, quia nunquam manducavi omne

[81] Joan. xvi, 12 et 13. [82] Philipp. iii, 8. [83] Joan. xvi, 12. [84] Ibid. 13. [85] Act. x, 13.

(45) Sic omnes mss. Hœschelius vero ad marginem et Spencerus in textu, ὅσα ἂν ἀκούσῃ.

(46) Ita codd. Regius et Parisiensis. Reliqui vero cum editis habent, περὶ βρώσεων καὶ πόσεων. Paulo post omnes mss., συγγεννηθέντα καὶ συντραφέντα.

commune aut immundum. » Tum Spiritus sanctus docens quidnam de cibis ex veritate et spiritaliter esset sentiendum : « Quæ, inquit, Deus purificavit, tu communia ne dixeris. » Post hanc visionem Spiritus veritatis Petrum in omnem veritatem duxit, eique dixit multa, quæ dum adhuc cum illo Jesus secundum carnem versaretur, portare non potuerat. Verum de his alia se dabit disserendi occasio, cum agetur de iis quæ ad litteralem legis Mosaicæ sensum pertinent.

πρὸς αὐτὸν ἔτι δεισιδαιμονοῦντα· φησὶ γὰρ καὶ πρὸς τὴν θείαν φωνήν· « Μηδαμῶς, Κύριε, ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον. » Καὶ ἐδίδαξε τὸν περὶ βρωμάτων ἀληθῶν καὶ πνευματικῶν (47) λόγον ἐν τῷ· « Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. » Καὶ ἑξῆς ἐκείνῃ τῇ ὀπτασίᾳ τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγοῦν εἰς τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν τὸν Πέτρον, τὰ πολλὰ ἔλεγεν αὐτῷ, ἃ οὐκ ἐδύνατο βαστάζειν, ὅτε κατὰ σάρκα αὐτῷ ἔτι ὁ Ἰησοῦς συνῆν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλλος ἔσται καιρὸς πρὸς τὸ διηγήσασθαι περὶ τῶν κατὰ τὴν ἐκδοχὴν (48) τοῦ Μωϋσέως νόμου.

3. Nunc autem propositum est nobis Celsi ignorantiam redarguere, apud quem Judæus his verbis suos populares et Israelitas, qui in Jesum credunt, compellat : « Quæ vos intemperiæ agebant, ut patriam legem relinqueretis ? » et reliqua. At quomodo a lege patria defecerunt, qui ejus parum studiosos objurgant sic : « Dicite mihi, qui legem legitis, legem non auditis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit [86], » et quæ sequuntur, ad hæc verba : « Quæ sunt per allegoriam dicta. » An patriam deseruere legem, qui eam nunquam non in ore habent, dicentes : « An et lex hæc non dicit? scriptum est enim in lege Moysi : Non alligabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? an propter nos utique hæc dicit? Nam propter nos scripta sunt [87], » etc. Sed hæc omnia Judæus apud Celsum confundit; cum longe probabilior ejus fuisset accusatio, si dixisset : « Quidam ex vobis pristinos ritus reliquerunt explicationum et allegoriarum nomine; nonnulli illos interpretati, ut loqui amatis, spiritali sensu, nihilo secius patria observatis instituta; alii quidam litterali sensu contenti in eoque totum contineri spiritalem sensum arbitrantes, vultis simul et Jesum agnosci pro eo quem **389** prænuntiaverunt prophetæ, et Mosaicam legem ex instituto majorum suorum observare. » At unde Celso tanta fuisset in his distinguendis perspicacitas, qui in sequentibus impiarum omninoque a Jesu alienarum hæreseon meminit, imo et quarumdam, quæ supremum prorsus abnegant conditorem; neque novit Israelitas qui, servata patria lege, in Jesum crediderint? Nec enim ei propositum fuit sincero veritatis studio omnia hoc loco investigare, ut si quid utile nancisceretur, id admitteret; sed animo infenso hæc scripsit, totus ad evertendum intentus simul atque audierit.

Νῦν δὲ πρόκειται ἐλέγξαι τὴν τοῦ Κέλσου ἀμαθίαν, παρ' ᾧ ὁ Ἰουδαῖος λέγει τοῖς πολίταις καὶ τοῖς Ἰσραηλίταις πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν τό· « Τί παθόντες κατελίπετε τὸν πάτριον νόμον; » καὶ τὰ ἑξῆς. Πῶς δὲ καταλελοίπασι τὸν πάτριον νόμον οἱ ἐπιτιμῶντες τοῖς μὴ ἀκούουσιν αὐτοῦ, καὶ λέγοντες· « Λέγετέ μοι, οἱ τὸν νόμον ἀναγινώσκοντες, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε; Γέγραπται γὰρ, ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχε· » μέχρι τοῦ, « ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πῶς καταλελοίπασι τὸν πάτριον νόμον οἱ ἀεὶ μεμνημένοι ἐν τοῖς λόγοις ἑαυτῶν τῶν πατρίων; καὶ λέγοντες· « Ἢ καὶ ὁ νόμος ταῦτα οὐ λέγει; ἐν γὰρ τῷ Μωϋσέως νόμῳ γέγραπται· Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ, ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὡς συγκεχυμένως γε ταῦθ' ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος λέγει, δυνάμενος πιθανώτερον εἰπεῖν, ὅτι « Τινὲς μὲν ὑμῶν (49) καταλελοίπασι τὰ ἔθη, προφάσει διηγήσεων καὶ ἀλληγοριῶν· τινὲς δὲ καὶ διηγούμενοι, ὡς ἐπαγγέλλεσθε, πνευματικῶς, οὐδὲν ἧττον τὰ πάτρια τηρεῖτε· τινὲς δὲ οὐδὲ διηγούμενοι, βούλεσθε καὶ τὸν Ἰησοῦν παραδέξασθαι ὡς προφητευθέντα, καὶ τὸν Μωϋσέως νόμον τηρῆσαι κατὰ τὰ πάτρια· ὡς ἐν τῇ λέξει ἔχοντες τὸν πάντα τοῦ πνεύματος νοῦν. » Ἀλλὰ γὰρ πόθεν Κέλσῳ τὰ κατὰ τὸν τόπον τρανῶσαι, ὃς καὶ αἱρέσεων μὲν ἀθέων καὶ τοῦ Ἰησοῦ πάντη ἀλλοτρίων ἐν τοῖς ἑξῆς ἐμνημόνευσε, καὶ ἄλλων καταλειπουσῶν τὸν δημιουργόν· οὐκ οἶδε δὲ καὶ Ἰσραηλίτας εἰς Ἰησοῦν πιστεύοντας, καὶ οὐ καταλιπόντας τὸν πάτριον νόμον; Οὐ γὰρ προέκειτο αὐτῷ φιλαληθῶς ὅλα τὰ κατὰ τὸν τόπον ἐξετάσαι, ἵν' εἴ τι χρήσιμον εὑρίσκοι, παραδέξηται· ἀλλ' ὡς ἐχθρὸς, καὶ ὅλος τοῦ ἀνατρέπειν ἅμα τῷ ἀκοῦσαι γενόμενος, τὰ τοιαῦτα ἀνέγραψεν.

4. Deinde illius Judæus eos qui e populo Jesum secuti sunt, sic alloquitur : « Heri et nudius tertius, cum in eum qui vobis os sublinebat, animad-

Εἶτα λέγει ὁ παρ' αὐτῷ Ἰουδαῖος πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ λαοῦ πιστεύσαντας· ὅτι « Χθὲς καὶ πρώην, ὁπηνίκα τοῦτον ἐκολάζομεν βουκολοῦντα ὑμᾶς, ἀπέστητε

[86] Galat. IV, 21, 22. [87] I Cor. IX, 8; Deut. XXV, 4.

(47) *Ἀληθῶν καὶ πνευματικῶν*. Bene Velserus apud Hœschelium scribendum monet ἀληθινὸν καὶ πνευματικόν. Paulo post duo codd. Vaticani et Basileensis, ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, et ita Anglicanus primus ad marginem. Reliqui cum editis habent, ἃ ὁ Θεὸς ἐκάθηρε.

(48) *Περὶ τῶν κατὰ τὴν ἐκδοχήν*. Boherellus τῶν masculinum esse putat, et τοὺς κατὰ τὴν ἐκδοχὴν τοῦ Μωϋσέως νόμου interpretatur « eos qui litteralem Mosaicæ legis sensum sectantur. »

(49) *Ὑμῶν*. Recte mss., et ita legisse videtur interpres Gelenius. Libb. editi habent, ἡμῶν, male.

τοῦ πατρίου νόμου· » οὐδὲν ἀκριβῶς (50) εἰδὼς ἐν οἷς ἔλεγεν, ὡς ἐδείξαμεν. Μετὰ δὲ ταῦτα δοκεῖ μοι δεινότητος ἔχεσθαι τό· « Ἢ πῶς ἄρχεσθε μὲν ἀπὸ τῶν ἡμετέρων ἱερῶν, προϊόντες δὲ αὐτὰ ἀτιμάζετε; οὐκ ἔχοντες ἄλλην ἀρχὴν εἰπεῖν τοῦ δόγματος, ἢ τὸν ἡμέτερον νόμον· » ἀληθῶς μὲν γὰρ Χριστιανοῖς ἡ εἰσαγωγή ἐστιν ἀπὸ τῶν ἱερῶν Μωϋσέως, καὶ τῶν προφητικῶν γραμμάτων· καὶ μετὰ τὴν εἰσαγωγὴν, ἐν τῇ διηγήσει καὶ σαφηνείᾳ αὐτῶν ἐστι τοῖς εἰσαγομένοις ἡ προκοπὴ ζητοῦσι τὸ « κατὰ ἀποκάλυψιν μυστήριον, χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένον, φανερωθὲν δὲ νῦν ταῖς (51) προφητικαῖς φωναῖς, » καὶ τῇ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείᾳ. Οὐχ, ὡς λέγετε δὲ, οἱ προϊόντες ἀτιμάζουσι τὰ ἐν νόμῳ γεγραμμένα· ἀλλὰ πλείονα τιμὴν αὐτοῖς περιτιθέασιν, ἀποδεικνύντες ὅσον ἔχει βάθος σοφῶν καὶ ἀποῤῥήτων λόγων ἐκεῖνα τὰ γράμματα, τὰ ὑπὸ Ἰουδαίων οὐ τεθεωρημένα, τῶν ἐπιπολαιότερον καὶ μυθικώτερον αὐτοῖς ἐντυγχανόντων. Τί δὲ ἄτοπον τὸ ἀρχὴν τοῦ ἡμετέρου δόγματος, τουτέστι τοῦ Εὐαγγελίου, εἶναι τὸν νόμον; ἅτε καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ Κυρίου ἡμῶν λέγοντος πρὸς τοὺς μὴ πιστεύοντας αὐτῷ (52)· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν· εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε (53); » Ἀλλὰ καὶ εἷς τῶν εὐαγγελιστῶν ὁ Μάρκος φησίν· « Ἀρχὴ (54) τοῦ Εὐαγγελίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου· » δεικνὺς, ὅτι ἡ τοῦ Εὐαγγελίου ἀρχὴ τῶν Ἰουδαϊκῶν γραμμάτων ἤρτηται. Τί οὖν καθ' ἡμῶν λέγεται ὑπὸ τοῦ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαίου (55), ἐν τῷ· « Εἴτε γὰρ προηγόρευσέ τις ὑμῖν, ὅτι ἄρα ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς εἰς ἀνθρώπους ἀφίξεται, οὗτος ἡμέτερος ἦν ὁ προφήτης, καὶ τοῦ ἡμετέρου Θεοῦ; » Ποῖον δὲ ἔγκλημα Χριστιανισμῷ ἐστιν, εἰ ὁ βαπτίσας τὸν Ἰησοῦν Ἰωάννης Ἰουδαῖος ἦν; Οὐ γὰρ ἐπεὶ Ἰουδαῖος ἦν, συνάγεται, ὅτι δεῖ πάντα τὸν πιστεύοντα, εἴτ' ἀπὸ τῶν ἐθνῶν προσέρχεται τῷ λόγῳ, εἴτε ἀπὸ Ἰουδαίων, κατὰ τὸ γράμμα τὸν Μωϋσέως τηρεῖν νόμον.

Μετὰ ταῦτα εἰ καὶ ταυτολογεῖ ὁ Κέλσος περὶ τοῦ Ἰησοῦ (56), δεύτερον ἤδη λέγων πλημμελήσαντα αὐτὸν δεδωκέναι παρὰ Ἰουδαίοις δίκην· ἀλλ' ἡμεῖς οὐκ ἐπαναληψόμεθα τὴν ἀπολογίαν, ἀρκούμενοι τῇ προειρημένῃ. Εἶτ' ἐπεὶ ὡς ἕωλα τὰ περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν, καὶ κρίσεως Θεοῦ, καὶ τιμῆς μὲν ἐπὶ τοὺς δι-

A versum est, a lege patria defecistis. » Ubi nihil quidem accuratum vidit in iis quæ dixit, ut jam probatum est. Quæ sequuntur aliquid ponderis habere videntur: « Quomodo, cum a nostris sacris ducatis initium, paulo progressi eadem illa contemnitis? Neque enim aliud vestræ doctrinæ dicere habetis initium quam nostram legem. » Verum est Mosaicæ legis ritus litterasque propheticas esse religionis Christianæ prima veluti rudimenta, et ab eis progressos tum proficere, cum illa scrutantur eorumque mentem inspiciunt, cum quærunt « secundum revelationem mysterium temporibus æternis tacitum, quod nunc patefactum est per Scripturas prophetarum [87*] » et Domini nostri Jesu Christi adventum. At non verum quod dicitis, qui profi-
B ciunt, ab eis Mosaicam legem despicatui haberi. Imo plus illi honoris deferunt: ostendunt enim quam alta, quam abstrusa sit sapientia eorum quæ sub illis latent litteris, in quas nunquam Judæi introspexerunt, ut qui illis legendis in superficie et fabulis hærent. Quid vero absurdum est legem esse nostræ doctrinæ, seu, quod idem est, Evangelii principium, cum ipse Jesus Dominus noster iis, qui ipsi fidem non habebant, dixerit: « Si crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit; si autem illius litteris non creditis, quomodo verbis meis credetis [88]? » Sed et Marcus unus ex evangelistis ait: « Initium Evangelii nostri Jesu Christi, sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce
C ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te [89]; » quibus docet Evangelii initium a Scripturis Judaicis pendere. Quid ergo nobis adversatur id quod Celsi Judæus
390 ait: « Si quis enim vobis prædixit Filium Dei inter homines esse venturum, fuit is noster et nostri Dei propheta. » Quid contra Christianismum facit, Joannem, qui Jesum baptizavit, fuisse Judæum? Nec enim inde consequens est ut omnis qui credit, sive a gentibus, sive a Judæis ad Christianam doctrinam accedat, Mosaicam legem litterali sensu interpretatam observare debeat.

5. Postea, etsi repetit Celsus quod antea de Jesu dixerat, illum apud Judæos suorum scelerum pœnas luisse, nos non iterabimus defensionem, cum
D prior abunde sufficiat. Deinde quoniam ejus Judæus ut obsoleta et rancida despicit quæ apud nos de mortuorum resurrectione, de Dei judicio, de mer-

[87*] Rom. XVI, 25. [88] Joan. V, 46, 47. [89] Marc. I, 1, 2.

(50) Libb. editi in margine habent, ἀκριβές, sicque codd. Regius et Basileensis.

(51) *Σεσιγημένον, φανερωθὲν δὲ νῦν ταῖς*. Ita recte omnes codd. mss. Libb. vero editi, σεσιγημένον ἐν ταῖς, male.

(52) *Αὐτῷ*. Ita bene codex Basileensis. Libb. editi, αὐτοῦ.

(53) Hœschelius in textu, πιστεύετε.

(54) *Ἀρχή*, etc. Cum bona Origenis et aliorum venia dixerim (verba sunt Boherelli), non esse legitimum quem affert, istorum verborum sensum. Imo, primus Marci versiculus seorsim est explicandus: « Incipit Evangelium Jesu Christi Filii Dei. » Sicut in fine ejusdem Evangelii, apud Syrum interpretem, additur: « Explicit Evangelium sanctum, » etc. Sequentia vero sic sunt invicem connectenda: « Quemadmodum prædictum fuerat a prophetis.... Venit Joannes. » Ibidem vox ἡμῶν quæ legitur post εὐαγγελίου, abest a mss. Regio et Basileensi qui mox habent, ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις· Ἰδοὺ ἐγώ, etc.

(55) Hœschelius in textu, ἐν τῷ παρ' αὐτῷ Κέλσῳ Ἰουδαίου. Codd. Regius et Basileensis, ἐν τῷ παρ' αὐτῷ Κέλσῳ Ἰουδαίου. Sed utraque lectio vitiosa.

(56) *Ἰησοῦ*. Ita Spencerus in textu, sicque certe legendum, reluctantibus licet omnibus mss. et Hœschelio, apud quos legitur, Ἰωάννου· neque enim usquam antea dixit Celsus de Joanne, πλημμελήσαντα αὐτὸν δεδωκέναι παρὰ Ἰουδαίοις δίκην.

cede justis destinata, de igne qui injustos manet, A traduntur, videturque sibi Christianismum subvertisse, cum dicit nihil novum in istis a Christianis doceri; ad hæc respondendum est Jesum nostrum cum videret nihil a Judæis fieri, quod propheticis documentis dignum esset, parabola significasse fore ut ab illis auferretur regnum Dei et gentibus daretur [90]. Quamobrem vere nunc videre est Judæos nihil præter fabulas nugasque consectari, quippe qui lumine careant quod illos in cognitionem Scripturarum deducat; penes autem Christianos esse veritatem, qua hominis anima et mens erigi atque attolli possit, quæque illos persuadet ut civitatem habeant, non qualem terrestres Judæi, terrenam, sed cœlestem [91]. Id manifestum est in iis qui legis propheticarumque sententiarum sublimitatem B perspiciunt, eamque aliis aperire possunt.

6. Esto, Jesus ritus omnes Judaicos observaverit, etiam eos qui ad sacrificia pertinent, quid istud impedit quominus illi ut Filio Dei credatur? Jesus igitur est Filius Dei, qui et legem et prophetas dedit; nec nos, qui in Ecclesia sumus, violamus legem, sed, spretis Judæorum fabulis, investigando legis et prophetarum occulto sensu emendamur atque erudimur. Enimvero prophetæ, ut qui sensum eorum quæ dicunt, simplici historia legisque verbis et littera non circumscribant, aliquando sic loquuntur, nimirum historias narraturi: « Aperiam os meum, loquar propositiones ab initio [92]: » aliquando legis, ut rei obscuræ et quæ nonnisi au- C xiliante Deo capi potest, intelligentiam postulant his verbis: « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua [93]. »

391 7. Ostendant vero ubi vel in speciem arroganter dictum a Jesu aliquid inveniatur. Quomodo arrogans, qui ait: « Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris [94]? » Quomodo arrogans qui post cœnam, veste coram discipulis deposita, accinctus linteo [95], aqua in pelvim injecta, singulorum abluit pedes, et eos porrigere recusantem increpat his verbis: « Nisi lavero te, non habebis partem mecum [96]? » Quomodo arrogans, qui dicit: « Ego in medio vestrum sum, non ut qui recumbit, sed ut qui ministrat [97]? » Arguat eum quispiam, quod falsa protulerit; atque ut probet magna ejus fuisse mendacia, dicat quæ magna, quæ parva mendacia sint. Est et alia illum refellendi via. Nam falsum non est aliud alio magis D minusve falsum; quemadmodum nec verum est aliud alio magis minusve verum. Ecquænam autem

καίους, πυρὸς δ' ἐπὶ τοὺς ἀδίκους ευτελίζει ὁ παρ' αὐτῷ Ἰουδαῖος· μηδὲν δὲ καινὸν ἐν τούτοις διδάσκεσθαι φάσκων Χριστιανοὺς, οἴεται ἀνατρέπειν Χριστιανισμόν· λεκτέον πρὸς αὐτὸν, ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἡμῶν (57), ὁρῶν Ἰουδαίους μηδὲν ἄξιον τῶν ἐν τοῖς προφήταις μαθημάτων πράττοντας, ἐδίδαξε διὰ παραβολῆς, ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἀρθήσεται μὲν ἀπ' ἐκείνων, καὶ δοθήσεται τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. Διὸ καὶ ἔστιν ἀληθῶς ἰδεῖν, πάντα μὲν τὰ Ἰουδαίων τῶν νῦν μύθους καὶ λήρους· οὐ γὰρ ἔχουσι τὸ φῶς τῆς γνώσεως τῶν Γραφῶν· τὰ δὲ Χριστιανῶν ἀλήθειαν, ἐπάραι καὶ μετεωρίσαι ἀνθρώπου ψυχὴν καὶ νοῦν δυνάμενα, καὶ πείθοντα ἔχειν τι πολίτευμα οὐχ ὅμοιον τοῖς κάτω Ἰουδαίοις, κάτω που, ἀλλ' ἐν οὐρανοῖς· ὅπερ φαίνεται παρὰ τοῖς τὸ μέγεθος τῶν ἐν τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις νοημάτων θεωροῦσι, καὶ ἄλλοις παραστῆσαι δυναμένοις.

Ἔστω δὲ καὶ πάντα τὰ κατὰ Ἰουδαίους ἔθη, μέχρι καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς θυσιῶν, πεποιηκέναι τὸν Ἰησοῦν· τί τοῦτο συμβάλλεται πρὸς τὸ μὴ δεῖν πιστεύειν αὐτῷ ὡς Υἱῷ τοῦ Θεοῦ; Ἔστιν οὖν Υἱὸς τοῦ δόντος (58) τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας Θεοῦ, ὁ Ἰησοῦς· καὶ τοῦτον ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας οὐχ ὑπερβαίνομεν, ἀλλὰ καὶ ἀπεδράσαμεν μὲν τὰς Ἰουδαίων μυθολογίας, σωφρονιζόμεθα (59) δὲ καὶ παιδευόμεθα τῇ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν μυστικῇ θεωρίᾳ. Καὶ γὰρ οἱ προφῆται, ὡς μὴ καταπαύοντες τὸν νοῦν τῶν λεγομένων ἐν τῇ προφανεῖ ἱστορίᾳ, μηδ' ἐν τῇ κατὰ τὰς λέξεις καὶ τὸ γράμμα νομοθεσίᾳ, ὅπου μέν φασιν, ἱστορίας δῆθεν ἐκθησόμενοι, τό· « Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς· » ὅπου δὲ εὐχόμενοι περὶ τοῦ νόμου ὡς ἀσαφοῦς, καὶ δεομένου Θεοῦ ἵνα νοηθῇ, λέγουσιν ἐν εὐχῇ· « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαμμάσιά σου (60) ἐκ τοῦ νόμου σου. »

Δεικνύτωσαν δὲ ποῦ κἂν ἔμφασις λέξεως ἀπὸ ἀλαζονείας προφερομένης παρὰ τῷ Ἰησοῦ εὑρίσκεται· πῶς γὰρ ἂν ἀλαζὼν ὁ λέγων· « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν; » Ἢ πῶς ἀλαζὼν ὁ δείπνου γενομένου, ἐκδυσάμενος ἐπὶ τῶν μαθητῶν, ζωσάμενος δὲ λέντιον, καὶ βαλὼν ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ νίπτων ἑκάστου τοὺς πόδας, καὶ ἐπιτιμῶν τῷ μὴ θέλοντι παρέχειν αὐτοὺς, καὶ λέγων, « Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ; » Ἢ πῶς ἀλαζὼν ὁ φάσκων, « Κἀγὼ ἐγενόμην ἐν μέσῳ ὑμῶν, οὐχ ὡς ὁ ἀνακείμενος, ἀλλ' ὡς ὁ διακονῶν; » Ἐλεγχέτω δέ τις τίνα ἐψεύσατο, καὶ παραστησάτω μεγάλα καὶ μικρὰ (61) ψεύδη, ἵνα δείξῃ τὰ μεγάλα ψευσάμενον τὸν Ἰησοῦν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως αὐτὸν ἐλέγξαι· Ὅτι ὡς οὐκ ἔστι ψεῦσμα ψεύσματος μᾶλλον ψεῦσμα, οὕτως οὐδὲ μειζόνως· ὡς οὐδὲ ἀληθὲς ἀληθοῦς μᾶλλον

[90] Matth. XXI, 43. [91] Philipp. III, 20. [92] Psal. LXXVII, 2. [93] Psal. CXVIII, 18. [94] Matth. XI, 29. [95] Joan. XIII, 4. [96] Ibid., 8. [97] Luc. XXII, 27.

(57) Codd. Regius et Basileensis, ὁ Κύριος ἡμῶν.

(58) *Δόντος*. Ita duo Vaticani, Regius et Basileensis. Libri vero editi, διδόντος.

(59) *Σωφρονιζόμεθα*. Hœschelius in textu habet, σαφηνιζόμεθα.

(60) *Θαυμάσιά σου*. Sic uterque Vaticanus et duo Anglicani; in aliis, sicut in editis, deest σου. Ibidem codd. Regius et Basileensis, προφερομένη παρὰ τῷ Ἰησοῦ εὑρίσκεται. Mox Basileensis, πῶς γὰρ ἀλαζὼν ὁ λέγων. Infra idem, ὁ δείπνου γινομένου. Reliqui cum editis, ὁ δείπνου γιγνομένου. Ibidem Regius et Basileensis, ζωσάμενος δὲ λεντίῳ.

(61) Libb. editi in margine, μεγάλα κἂν μικρά.

ἀληθὲς, ἢ μειζόνως ἀληθές. Τίνα δὲ καὶ τὰ ἀνόσια τοῦ Ἰησοῦ ἀπαγγελλέτω, καὶ μάλιστα ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος. Ἢ ἀνόσιον μὲν τὸ ἀφιστάνειν σωματικῆς περιτομῆς, καὶ σωματικοῦ Σαββάτου, καὶ σωματικῶν ἑορτῶν, καὶ σωματικῶν νουμηνιῶν, καὶ καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτων· μετατιθέναι δὲ τὸν νοῦν ἐπὶ νόμον Θεοῦ ἄξιον καὶ ἀληθῆ καὶ πνευματικὸν, μετὰ τοῦ τὸν πρεσβεύοντα ὑπὲρ Χριστοῦ εἰδέναι « τοῖς Ἰουδαίοις Ἰουδαῖον γίγνεσθαι, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσῃ· καὶ τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσῃ; »

Φησὶ δὲ « Πολλοὺς ἂν καὶ ἄλλους φανῆναι τοιούτους τοῖς ἐξαπατᾶσθαι θέλουσιν, ὁποῖος ἦν ὁ Ἰησοῦς. » Μὴ πολλοὺς οὖν, ἀλλὰ μηδ' ὀλίγους, ἀλλὰ καὶ ἕνα δεικνύτω (62) ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος τοιοῦτον, ὁποῖος ἦν ὁ Ἰησοῦς λόγον (63) καὶ δόγματα μετὰ τῆς ἐν αὐτῷ δυνάμεως βιωφελῆ ἐπεισάγοντα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐπιστρέφοντα ἀπὸ χύσεως ἁμαρτημάτων. Φησὶ δὲ τοῦτο ἔγκλημα ἀπὸ τῶν εἰς τὸν Χριστὸν πιστευόντων προσάγεσθαι Ἰουδαίοις, ἐπεὶ μὴ πεπιστεύκασιν ὡς εἰς Θεὸν τὸν Ἰησοῦν· καὶ περὶ τούτου δ' ἐν τοῖς ἀνωτέρω προαπελογησάμεθα, δεικνύντες ἅμα, πῶς μὲν Θεὸν αὐτὸν νοοῦμεν, κατὰ τί δὲ ἄνθρωπον λγομεν. « Πῶς δὲ, φησὶν, ἡμεῖς οἱ πᾶσιν ἀνθρώποις δηλώσαντες ἥξειν ἀπὸ Θεοῦ τὸν κολάσοντα τοὺς ἀδίκους, ἐλθόντα ἠτιμάζομεν; » Πρὸς τοῦτο δὲ ἀπολογήσασθαι πάνυ εὔηθες ὂν, οὐ δοκεῖ μοι εἶναι εὔλογον. Ὡς εἰ καὶ ἄλλος τις ἔλεγε, πῶς ἂν ἡμεῖς, οἱ διδάξαντες (64) σωφρονεῖν, ἀκόλαστον ἄν τι ἐποιήσαμεν; ἢ περὶ δικαιοσύνης πρεσβεύοντες, ἠδικήσαμεν; Ὡς γὰρ ἐκεῖνα ἐν ἀνθρώποις εὑρίσκεται, οὕτω φάσκοντας (65) προφήταις πεπιστευκέναι λέγουσι περὶ ἐπιδημήσοντος Χριστοῦ, ἠπιστηκέναι τῷ ἐληλυθότι κατὰ τὰ προφητευόμενα, ἀνθρώπινον ἦν. Εἰ δὲ δεῖ προσθεῖναι καὶ ἄλλην αἰτίαν, φήσομεν, ὅτι καὶ τοῦτ' αὐτὸ προεῖπον οἱ προφῆται. Σαφῶς γοῦν Ἡσαΐας λέγει· « Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ λεγέτωσαν ἡμῖν, τί ἀκούουσι, καὶ τί βλέπουσι τοῖς Ἰουδαίοις (66) προφητεύεται μὴ συνήσειν τὰ λεγόμενα, καὶ μὴ ὃν δεῖ τρόπον ὄψεσθαι τὸ ὁραθέν. Ἀλλὰ μὴν δῆλον, ὅτι ἰδόντες τὸν Ἰησοῦν, οὐκ εἶδον ὅστις ἦν· καὶ ἀκούοντες αὐτοῦ, οὐ συνῆκαν ἐκ τῶν λεγομένων τὴν ἐν αὐτῷ θειότητα, μεταβιβάζουσαν τὴν ἐπὶ Ἰουδαίους τοῦ Θεοῦ ἐπισκοπὴν, ἐπὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπ' αὐτὸν πιστεύοντας. Ἔστιν οὖν ἰδεῖν μετὰ τὴν Ἰησοῦ ἐπιδημίαν Ἰουδαίους καταλελειμμένους πάντη, καὶ μηδὲν ἔχοντας τῶν πάλαι νομιζομένων αὐτοῖς εἶναι σεμνῶν· ἀλλὰ καὶ μηδὲν σημεῖον τοῦ εἶναί τινα θειό-

A impia commisit Jesus? Hæc indicet Judæus Celsi. An impium fuit, neglectis, quæ corporum erant, cæremoniis, circumcisione, sabbatis, diebus festis, neomeniis, et purorum ab impuris discrimine, evehere mentem ad legem Deo dignam, veram, spiritalem; simulque efficere ut, qui legatione fungitur pro Christo [98], sciat « Judæis Judæus fieri, ut Judæos lucretur; iis qui sub lege sunt quasi sub lege esse, ut eos qui sub lege sunt lucrifaciat [99]? »

8. Addit Judæus apud Celsum, « Multos alios iis, qui decipi voluissent, tales potuisse videri, qualis fuit Jesus. » Ostendat igitur non multos, non paucos, sed unum, qui tanta cum potestate doctrinam B æque humano generi utilem, æque a peccatorum colluvie avocantem tradiderit. Quod ait Judæos ab iis qui in Christum credunt reos agi, quod Jesum ut Deum recipere noluerint; ad id jam supra responsum est, ubi declaravi simul et quomodo Deum illum intelligimus, et secundum quid hominem esse dicimus. « At, inquit, quomodo nos, per quos omnibus hominibus nuntiatum est venturum a Deo, qui de improbis supplicium sumeret, eum ignominia affecimus, postquam venit? » Tam ineptæ interrogationi respondere videtur esse ineptum. Perinde est enim ac si quis diceret, nos qui temperantiam docuimus, quomodo in hanc virtutem peccassemus? Nos qui justitiæ partes tuemur, quomodo injuste egissemus? Ut enim apud homines ista inveniun- C tur, sic humanum erat Christo, postquam juxta prophetias venit, fidem non habere, qui prophetis Christum venturum prænuntiantibus credere se profitebantur. **392** Quod si addenda est etiam alia causa, dicemus hoc ipsum a prophetis fuisse prædictum. Clare enim Isaias dicit: « Auribus audietis et non intelligetis; oculis aspicietis, nec tamen intuebimini. Incrassatum est enim cor populi hujus [1], » etc. Dicant nobis quid istud sit, quod, licet audituri et aspecturi erant Judæi, prædictum tamen fuit fore, ut nec intelligerent, nec aspicerent quomodo aspici oportuit. Perspicuum est ipsos Jesum videntes, nesciisse quis esset; nec illum audientes, ex ejus dictis intellexisse quæ in eo erat divinitatem, quæ peculiarem Dei erga Judæos cu- D ram et vigilantiam, in eos transferebat qui e gentibus in ipsum crederent. Quamobrem videre est Judæos ex quo Jesus advenit, omnino derelictos, nec quidquam jam habere eorum, quæ olim illis digna veneratione videbantur, nullum signum ullam

[98] II Cor. v, 20. [99] I Cor. ix, 20. [1] Isai. vi, 9.

(62) Duo Vaticani, Reg., Basileensis, et Anglicanus primus, ἀλλὰ κἂν δεικνύτω.

(63) Ante vocem λόγον, libb. editi exhibent uncis inclusam particulam negantem μὴ, quæ abest ab omnibus mss. et certe abesse debet. Infra, ἀπὸ χύσεως ἁμαρτημάτων, sic libb. editi in margine et omnes mss., excepto Joliano in quo legitur ἀπὸ χύσεως ἁμαρτιῶν.

(64) Codex Regius, διδάσκοντες.

(65) Hœschelius, φάσκοντες, male.

(66) *Τί ἀκούουσι καὶ τί βλέπουσι τοῖς Ἰουδαίοις*. Ita recte codd. Regius et Basileensis. Reliqui cum editis habent, τί ἀκούουσι τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τί βλέπουσι τοῖς Ἰουδαίοις. Paulo post Spencerus in textu, ἀλλὰ μὴν δῆλον, ὅτι. Hœschelius. ἀλλὰ μὴ δῆλον, ὅτι. Codd. Regius et Basileensis, ἀλλὰ μὴ δηλονότι.

eis adesse divinitatem. Non enim amplius eis sunt prophetæ, non miracula; cum contra apud Christianos etiamnum miraculorum aliquantum supersint vestigia, imo majora, quam apud illos fuere, aliquando fiant; et si hac in re quid ponderis habet nostrum testimonium, nos ipsi vidimus. « Qua causa, pergit Celsi Judæus, ignominiose a nobis ille habitus est quem prænuntiavimus? An ut majores quam alii demus pœnas? » Certe, inquam ego, majores aliis dabunt Judæi, cum propter suam in Christum incredulitatem, tum propter alia opprobria quibus illum affecerunt; neque supplicium in judicii quod credimus tempus differetur; jam dederunt. Ecquæ enim gens, præter solos Judæos, a sua præcipua urbe et a loco expulsa est, ubi patrius cultus fuerat peculiariter constitutus? Id tamen passi sunt ut vilissimi homines, non tam propter alia sua crimina, quæ sane multa perpetrarunt, quam ob ea quæ in Jesum ausi sunt.

τητα παρ' αὐτοῖς. Οὐκ ἔτι γὰρ προφῆται, οὐδὲ τεράστια· ὧν κἂν ἴχνη ἐπὶ ποσὸν παρὰ Χριστιανοῖς εὑρίσκεται (67), καί τινά γε μείζονα· καὶ εἰ πιστοί ἐσμεν λέγοντες (68), ἑωράκαμεν καὶ ἡμεῖς. Λέγει δὲ ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος· « Διὰ τί ἠτιμάζομεν ὃν προεκηρύσσομεν; Ἢ ἵνα πλέον τῶν ἄλλων κολασθῶμεν; » Καὶ πρὸς τοῦτο δ' ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι πλέον τῶν ἄλλων Ἰουδαῖοι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀπιστίαν, καὶ ὅσα ἄλλα αὐτῷ ἐνύβρισαν, οὐ μόνον κατὰ τὴν πεπιστευμένην κρίσιν πείσονται, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἤδη πεπόνθασι. Ποῖον γὰρ ἔθνος πεφυγάδευται ἀπὸ τῆς ἰδίας μητροπόλεως καὶ τοῦ οἰκείου τόπου τῇ πατρίῳ θρησκείᾳ (69) ἢ μόνοι Ἰουδαῖοι; Τοῦτο δὲ πεπόνθασιν ὡς ἀγεννέστατοι, εἰ καὶ πολλὰ ἥμαρτον, δι' οὐδὲν οὕτως ἐκείνων, ὡς διὰ τὰ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ ἡμῶν τετολμημένα.

9. Dicit postea Judæus: « Quomodo Deus a nobis habitus fuisset is, qui, prout vulgo ferebatur, nihil præstitit eorum quæ promiserat; qui postquam a nobis convictus, damnatus, dignusque supplicio judicatus est, quæsivit latebras et turpissime fugiens captus est, proditus ab iis ipsis quos discipulos nominabat? Atqui non conveniebat illi, qui Deus esset, fugere, et vinctum abduci: indignissimum autem eo, qui Servator, Dei maximi Filius, angelus credebatur, relinqui et prodi ab iis quibuscum vixerat, quos sibi in suis omnibus privatis rebus conscios fecerat, quique illo ut magistro utebantur. » Ad quæ respondeo Deum a nobis non existimari corpus illud Jesu quod sub aspectum cadebat et subjectum sensibus erat **393**. Quid dico corpus? Idne de anima quidem a nobis creditur, de qua dictum est: « Tristis est anima mea usque ad mortem [2]? » Sed quemadmodum qui dicit: « Ego Dominus Deus omnis carnis [3]; » et: « Ante me non est formatus Deus, et post me non erit [4], » creditur etiam a Judæis Deus esse qui anima et corpore prophetæ tanquam instrumento utitur, quemadmodum etiam Græci, qui hæc de se prædicat:

Æquoris et spatium et numerus mihi notus arenæ:

Calleo muti animum, et fantis nihil audio vocem[5],

eum judicant Deum esse voce Pythiæ et auribus utentem: sic ex nobis Verbum Deus et Dei universorum Filius dixit in Jesu: « Ego sum via, veritas,

Μετὰ ταῦτά φησιν ὁ Ἰουδαῖος· « Πῶς δ' ἐμέλλομεν τοῦτον νομίζειν Θεὸν, ὃς τά τε ἄλλα, ὥσπερ ἐπηκούετο (70), οὐδὲν ὧν ἐπηγγέλλετο ἐπεδείκνυτο, καὶ ἐπειδὴ ἡμεῖς ἐλέγξαντες αὐτὸν, καὶ καταγνόντες ἠξιοῦμεν κολάζεσθαι, κρυπτόμενος μὲν, καὶ διαδιδράσκων ἐπονειδιστότατα ἑάλω· ὑπ' αὐτῶν δὲ ὧν ὠνόμαζε μαθητῶν προὐδόθη; Καίτοι Θεὸν, φησὶν, ὄντα οὔτε φεύγειν ἐνῆν, οὔτε δεθέντα ἀπάγεσθαι· ἥκιστα δὲ ὑπὸ τῶν συνόντων αὐτῷ, καὶ παντὸς ἰδίᾳ κεκοινωνηκότων, καὶ διδασκάλῳ χρωμένων, καὶ Σωτῆρα νομιζόμενον (71), καὶ Θεοῦ τοῦ μεγίστου παῖδα, καὶ ἄγγελον, ἐγκαταλείπεσθαί τε καὶ ἐκδίδοσθαι. » Πρὸς ταῦτα δὲ φήσομεν, ὅτι οὐδ' ἡμεῖς ὑπολαμβάνομεν τὸ βλεπόμενον τότε καὶ αἰσθητὸν τοῦ Ἰησοῦ σῶμα, εἶναι Θεόν. Καὶ τί λέγω τὸ σῶμα; Ἀλλ' οὐδὲ τὴν ψυχὴν, περὶ ἧς λέλεκται τό· « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. » Ἀλλ' ὥσπερ κατὰ μὲν τὸν τῶν Ἰουδαίων λόγον ὁ λέγων, « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς πάσης σαρκός· » καὶ τὸ « Ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος Θεὸς, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔσται, » ὁ Θεὸς εἶναι (72), πεπίστευται, ὀργάνῳ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι τοῦ προφήτου χρώμενος· κατὰ δὲ Ἕλληνας ὁ λέγων·

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης,

Καὶ κωφοῦ ξυνίημι, καὶ οὐ λαλέοντος (73) *ἀκούω,*

Θεὸς νενόμισται, διὰ τῆς Πυθίας λέγων καὶ ἀκουόμενος· οὕτω καθ' ἡμᾶς ὁ Λόγος Θεὸς καὶ Θεοῦ τῶν ὅλων Υἱὸς, ἔλεγεν ἐν τῷ Ἰησοῦ τό· « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς

[2] Matth. xxvi, 38. [3] Jerem. xxii, 27. [4] Isa. xliii, 10. [5] Herodot., lib. i.

(67) Codd. Reg. et Basileensis, ἃ παρὰ Χριστιανοῖς εὑρίσκεται· λέγει δ' ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, sicque nonnulla omissa sunt.

(68) *Εἰ πιστοί ἐσμεν λέγοντες*. Hœschelius et Spencerus in margine, οἱ πιστοί ἐσμεν λέγοντες. Boherello scribendum videtur, εἰ πιστοί ἐσμεν οἱ λέγοντες, ἑωράκαμεν καὶ ἡμεῖς, subaudi μείζονα. Respicit Origenes Joan. xiv, 12.

(69) *Τῇ πατρίῳ θρησκείᾳ*. Absunt ista a codd. Regio et Basileensi.

(70) *Ὥσπερ ἐπηκούετο*. Id est, inquit Boherellus, « prout vulgo etiam audiebatur, vel ferebatur. » Melius forte ὑπηκούετο. Respicit Celsus Matth. xiii, 58, et xvi, 4; Luc. xxiii, 11; Joan. ii, 18, et vi, 30. Item vii, 4, et similes locos.

(71) *Νομιζόμενον*. Mallem, inquit Boherellus, νομιζομένων, id est νομιζόντων.

(72) *Ὁ Θεὸς εἶναι*. Hœschelius et Spencerus in margine, ὅθεν εἶναι, quam vitiosam lectionem exhibent omnes codd. mss., excepto Joliano ad cujus oram attexta est, apposita in textu altera ὁ Θεὸς εἶναι.

(73) *Λαλέοντος*. Sic omnes mss. et Hœschelius in textu; ad marginem vero rejecit φωνεῦντος, quod Spencerus textui suo inseruit.

καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή· » καὶ τό, « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· » καὶ τό, « Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· » καὶ εἴ τι ἄλλο τούτοις παραπλήσιον. Ἐγκαλοῦμεν οὖν Ἰουδαίοις τοῦτον μὴ νομίσασι Θεὸν, ὑπὸ τῶν προφητῶν πολλαχοῦ μεμαρτυρημένον ὡς μεγάλην ὄντα δύναμιν, καὶ Θεὸν κατὰ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Πατέρα (74). Τούτῳ γάρ φαμεν ἐν τῇ κατὰ Μωϋσέα κοσμοποιίᾳ προστάττοντα τὸν Πατέρα εἰρηκέναι τὸ, « Γενηθήτω φῶς, » καὶ, « Γενηθήτω στερέωμα, » καὶ τὰ λοιπὰ, ὅσα προσέταξεν ὁ Θεὸς γενέσθαι· καὶ τούτῳ εἰρηκέναι τὸ, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· » προσταχθέντα δὲ τὸν Λόγον (75) πεποιηκέναι πάντα ὅσα ὁ Πατὴρ αὐτῷ ἐνετείλατο. Καὶ ταῦτα λέγομεν, οὐκ αὐτοὶ ἐπιβάλλοντες (76), ἀλλὰ ταῖς παρὰ Ἰουδαίοις φερομέναις προφητείαις πιστεύοντες, ἐν αἷς λέγεται περὶ Θεοῦ, καὶ τῶν δημιουργημάτων αὐταῖς λέξεσι τὰ οὕτως ἔχοντα· ὅτι « Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Εἰ γὰρ ἐνετείλατο ὁ Θεὸς, καὶ ἐκτίσθη τὰ δημιουργήματα· τίς ἂν κατὰ τὸ ἀρέσκον τῷ προφητικῷ πνεύματι εἴη ὁ τὴν τηλικαύτην τοῦ Πατρὸς ἐντολὴν ἐκπληρῶσαι δυνηθεὶς, ἢ ὁ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω), ἔμψυχος Λόγος καὶ ἀλήθεια τυγχάνων; Ὅτι δὲ τὸν ἐν τῷ Ἰησοῦ λέγοντα τὸ, « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή, » οὐδὲ τὰ Εὐαγγέλια οἶδε περιγεγραμμένον τινὰ γεγονέναι, ὡς οὐδαμοῦ ἔξω τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ τυγχάνοντα· δῆλον μὲν καὶ ἀπὸ πολλῶν, καὶ ἐξ ὀλίγων δὲ, ὧν παραθησόμεθα, οὕτως ἐχόντων. Ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης προφητεύων ὅσον οὐδέπω ἐνστήσεσθαι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ τυγχάνοντα, ἀλλὰ γὰρ φθάνοντα πανταχοῦ, λέγει περὶ αὐτοῦ· « Μέσος ὑμῶν στήκει (77), ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος· » εἴπερ ἐνόει ἐκεῖ μόνον εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὅπου τὸ βλεπόμενον ἦν σῶμα Ἰησοῦ, πῶς ἔφασκεν ἂν τό· « Μέσος ὑμῶν στήκει, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε; » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἐπαίρων τὸ φρόνημα τῶν μαθητευόντων αὐτῷ εἰς τὸ μείζονα φρονεῖν περὶ Υἱοῦ Θεοῦ, φησίν· « Ὅπου δύο (78) ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. » Τοιαύτη δ' αὐτοῦ ἐστι καὶ ἡ πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐπαγγελία λέγοντος· « Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Ταῦτα δέ φαμεν, οὐ χωρίζοντες τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ. Ἓν γὰρ μάλιστα μετὰ τὴν οἰκονομίαν γεγένηται πρὸς τὸν

A et vita [6]; » et istud: « Ego sum ostium [7] »; et hoc aliud: « Ego sum panis vivus qui de cœlo descendi [8]; » et si quid aliud his simile. Damus igitur Judæis crimini, quod Jesum non existimaverint Deum esse, quamvis prophetæ illum magnam potentiam et secundo post rerum omnium Deum et Patrem loco Deum esse testificati fuerint. Asserimus enim Patrem in creatione a Moyse descripta jubendo illi dixisse: « Fiat lux, » et: « Fiat firmamentum [9], » et quæcunque Deus alia fieri imperavit; eidem illi dixisse: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [10]; » Verbum autem, ut jussum illi fuerat, fecisse omnia quæ illum Pater facere jussit. Atque hæc dicimus non quasi conjectura ducti; sed ipsismet prophetarum B testimoniis etiam apud Judæos receptis nitimur, in quibus de Deo rebusque ab illo conditis hæc dicuntur conceptis verbis: « Ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt [11]. » Si enim Deus jussit, et res creatæ sunt, quem juxta mentem prophetici spiritus putabimus tale Patris imperium exsequi potuisse, præter eum, qui Verbum est, ut ita loquar, animatum et veritas? Jam eum qui in Jesu dicit: « Ego sum via, veritas, et vita [12], » non esse ex Evangeliis circumscriptum quempiam, ita ut extra animam et corpus non sit, ex pluribus locis effici potest; pauca tantum afferam. Joannes Baptista prædicens brevi fore ut Dei Filius adesset, non illo corpore illaque anima circumscriptus, sed ubi- C que præsens, de illo dicit: **394** « Medius vestrum stetit, quem vos nescitis, qui post me venturus est [13]. » Si censuisset Dei Filium ibi tantum esse ubi Jesu corpus videbatur, quomodo dixisset: « Medius vestrum stetit, quem vos nescitis? » Et Jesus ipse mentem discipulorum ad sublimius de Filio Dei sentiendum erigit, cum ait: « Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum [14]. » Nec absimilis est ejus ad discipulos promissio dicentis: « Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [15]. » Hæc autem non eo dicimus ut Filium Dei a Jesu separemus. Verbum enim Dei cum anima et corpore Jesu unum maxime post dispensationem factum est. Nam si quisquis intelligit quid sit adhærere Domino, et illi adhæ- D ret, is cum ipso unus est spiritus, ut Paulus docet his verbis: « Qui adhæret Domino, unus spi-

[6] Joan. XIV, 6. [7] Joan. X, 7. [8] Joan. VI, 50. [9] Gen. I, 3 et 6. [10] Ibid., 26. [11] Psal. CXLVIII, 5. [12] Joan. XIV, 6. [13] Joan. I, 26. [14] Matth. XVIII, 20. [15] Matth. XXVIII, 20.

(74) *Κατὰ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Πατέρα.* Ex mente Origenis, inquit Boherellus, vertendum, « secundo post universi Deum atque parentem loco; » non cum interprete Gelenio, « ipsius rerum universarum Dei atque parentis testimonio. » Nam si hic esset sensus, frustra post ὑπὸ τῶν προφητῶν, adderetur κατὰ τὸν Θεόν. Præterea, hæc epitheta, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Πατέρα, manifestam continent antithesim ad ista, μεγάλην ὄντα δύναμιν καὶ Θεόν, ut Pater supra Filium evehatur, quemadmodum evehitur ab Origene infra libro octavo, num. 15. Τοῦ, κατά, inferiorem ordinem denotantis exempla afferre supersedeo, cum obvia sint. Id unum insuper moneo in codice Anglicano primo deesse istud κατά, ita ut una serie legatur, δύναμιν καὶ Θεὸν, τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Πατέρα. Vide lib. II *Origenian.*, quæst. 2.

(75) *Προσταχθέντα δὲ τὸν Λόγον*, etc. Vide quæ adnotavimus in cap. 1 lib. I *Περὶ ἀρχῶν*, num. 4.

(76) *Ἐπιβάλλοντες.* Sic recte omnes codd. mss., excepto Joliano qui cum libris impressis habet, ἀμφιβάλλοντες.

(77) *Στήκει.* Sic omnes mss. et Hœschelius, quorum neglecta lectione Spencerus vulgatum Joannis textum secutus est.

(78) Libb. editi, ὅπου εἰσὶ δύο, sed a mss. codd. abest εἰσί.

ritus est [16] : « quanto divinius, quanto sublimius unum cum Verbo Dei factum est id quod tum cum illo compositum fuit! Atque etiam ipse apud Judæos manifeste declaravit se revera esse Dei potentiam, editis nempe miraculis, quæ quidem Celsus præstigias fuisse censet; Judæi vero nescio unde id docti tribuebant Beelzebul, dicentes : « In Beelzebul principe dæmoniorum ejicit dæmonia [17]. » Quod ab illis absurdissime dictum esse arguit Salvator noster, hac ratione, malitiæ regnum nondum finem accepisse. Id liquebit prudenter legenti hunc Evangelii locum, quem enarrandi non est hic locus.

A Λόγον τοῦ Θεοῦ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα Ἰησοῦ. Εἰ γὰρ κατὰ τὴν Παύλου διδασκαλίαν λέγοντος· « Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι· » πᾶς ὁ νοήσας, τί τὸ κολλᾶσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ κολληθεὶς αὐτῷ, ἕν ἐστι πνεῦμα πρὸς τὸν Κύριον· πῶς οὐ πολλῷ θειοτέρως καὶ μειζόνως ἕν ἐστι τό ποτε σύνθετον πρὸς τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ; Οὗτος δὴ ἐπεδείξατο ἐν Ἰουδαίοις Θεοῦ δύναμις ὢν τὸ τοιοῦτον, δι' ὧν παραδόξων ἐποίησεν, ὑπονοηθέντων ὑπὸ μὲν Κέλσου γοητείᾳ γεγονέναι, ὑπὸ δὲ τῶν τότε Ἰουδαίων οὐκ οἶδ' ὁπόθεν ἐν Βεελζεβοὺλ, λεγόντων. « Ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια (79)· » οὓς ἤλεγξεν ἀτοπώτατα λέγοντας ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐκεῖ, τῷ μηδέπω τέλος ἔχειν τὴν τῆς κακίας βασιλείαν. Ὅπερ ἔσται δῆλον τοῖς φρονίμως ἐντυγχάνουσι τῇ εὐαγγελικῇ γραφῇ, ἣν οὐ καιρὸς νῦν διηγήσασθαι.

10. Quid vero Jesus promisit quod non præstiterit? Id nobis probet et ostendat Celsus. At nunquam poterit; nam quidquid contra Jesum aut contra nos affert, id vel ex narrationibus male intellectis, vel ex quibusdam Evangelii locis prave detortis, vel ex Judaicis fabulis depromit. Sed quoniam rursus ait : « Nos illum convictum, damnatum, atque supplicio dignum fuisse judicavimus; » ostendant cujus criminis illum convicerint ii, qui contra illum falsa testimonia comparare studuerunt; nisi forte magna causa fuit, quam accusatores protulerunt, illum dixisse : « Possum destruere templum Dei et in triduo reparare [18]. » At quod « dicebat de templo corporis sui [19], » id illi, quæ mens loquentis esset non intelligentes, dictum putaverunt de templo lapideo, quod majore in honore habebant quam verum Dei Verbi, sapientiæ, veritatis templum; quamvis hoc potissimum honorari oporteret. Dicat quis quo pacto « Jesus turpissime **395** latitarit et effugium quæsierit. » Et quid hac in re fecit, quod ipsi verti dedecori possit? Sed, inquit, « captus est. » Si capi nolentis est, non captus est Jesus. Nam opportuno tempore in potestatem hominum venire se passus est ut agnus Dei [20], quo peccatum mundi tolleret : « Jesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit et dixit eis : Quem quæritis? Responderunt ei : Jesum Nazarenum. Dicit eis : Ego sum. Stabat autem et Judas, qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis : Ego sum, abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos : Quem quæritis? Illi autem rursum dixerunt : Jesum Nazarenum. Respondit illis Jesus : Dixi vobis quia ego sum; si ergo me quæritis, sinite hos abire [21]. »

B Τί δὲ καὶ ἐπηγγείλατο ὁ Ἰησοῦς, καὶ οὐκ ἐποίησε; Παραστησάτω ὁ Κέλσος καὶ ἀποδειξάτω. Ἀλλ' οὐ δυνήσεται, μάλιστα ἐπεὶ εἴτ' ἐκ παρακουσμάτων, εἴτε καὶ ἐξ ἀναγνωσμάτων εὐαγγελικῶν, εἴτ' ἐκ διηγημάτων Ἰουδαϊκῶν, οἴεται φέρειν ἃ λέγει κατὰ τοῦ Ἰησοῦ ἢ καθ' ἡμῶν. Ἀλλ' ἐπεὶ πάλιν ὁ Ἰουδαῖός φησιν, ὅτι « Καὶ ἐλέγξαντες αὐτὸν καὶ καταγνόντες ἠξιοῦμεν κολάζεσθαι· » δεικνύτωσαν, πῶς αὐτὸν ἤλεγξαν οἱ ζητοῦντες ψευδομαρτυρίας κατασκευάσαι αὐτῷ, εἰ μὴ ἄρα ὁ μέγας ἔλεγχος κατὰ τοῦ Ἰησοῦ ἦν, ὃν εἶπον οἱ κατήγοροι, ὅτι οὗτος ἔφη· « Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἀναστῆσαι· » ἐπεὶ (80), αὐτὸς μὲν « ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ, » ἐκεῖνοι δ' ᾤοντο, ὡς μὴ εἰδότες ἀκούειν κατὰ τὸ βούλημα τοῦ λέγοντος, ὅτι περὶ τοῦ λιθίνου C αὐτῷ ναοῦ ὁ λόγος ἦν, τοῦ τετιμημένου παρὰ Ἰουδαίοις μᾶλλον, ἢ ὡς ἐχρῆν τιμᾶσθαι τὸν ἀληθῶς ναὸν Θεοῦ τοῦ Λόγου καὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς ἀληθείας. Λεγέτω δέ τις, πῶς, « ἐπονειδιστότατα κρυπτόμενος, διεδίδρασκεν ὁ Ἰησοῦς. » Τὸ γὰρ ὀνείδους ἄξιόν τις παραστησάτω. Ἀλλ' ἐπεί φησι καὶ ὅτι « ἑάλω, » εἴποιμ' ἄν, ὅτι εἴπερ τὸ ἁλῶναι ἀκούσιόν (81) ἐστιν, οὐχ ἑάλω ὁ Ἰησοῦς· ἑαυτὸν γὰρ ἐν ἐπιτηδείῳ καιρῷ εἰς χεῖρας ἀνθρώπων γενέσθαι οὐκ ἐκώλυσεν, ὡς ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ἵν' ἄρῃ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. « Εἰδὼς γοῦν πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν, ἐξῆλθε, καὶ λέγει αὐτοῖς· Τίνα ζητεῖτε; Οἱ δ' ἀπεκρίθησαν· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Λέγει δὲ αὐτοῖς· Ἐγώ εἰμι. Εἱστήκει δὲ καὶ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν μετ' αὐτῶν. Ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι Ἐγώ εἰμι (82), ἀπῆλ- D θον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἔπεσον χαμαί. Πάλιν οὖν αὐτὸς ἐπηρώτησε· Τίνα ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον πάλιν Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι· εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν. » Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν βουλόμενον αὐτῷ

[16] I Cor. VI, 17. [17] Matth. XII, 24. [18] Matth. XXVI, 61. [19] Joan. II, 21. [20] Joan. I, 20. [21] Joan. XVIII, 4 seqq.

(79) *Ἐν Βεελζεβοὺλ, λεγόντων· Ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.* Sic recte omnino codd. Regius et Basileensis. Hœschelius vero, τὰ περὶ Βεελζεβοὺλ μεμαθηκότων, ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλοντα δαιμόνια, sicque Spencerus, nisi quod pro ἐκβάλλοντα δαιμόνια, habet ἐκβάλλων τὰ δαιμόνια. Ubi scribendum illi erat ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια.

(80) *Ἀναστῆσαι· ἐπεί*, etc. Sic Hœschelius in textu et omnes codd. mss., excepto Joliano qui cum Spencero habet, οἰκοδομῆσαι αὐτόν· ἐπεί.

(81) *Ἀκούσιον*. Guieto scribendum videtur ἑκούσιον, sed ego nihil mutari velim.

(82) *Ὅτι ἐγώ εἰμι*. Ita codd. Reg. et Basileensis. Paulo post Spencerus, πάλιν οὖν αὐτοὺς ἐπηρώτησε, sed omnes mss. et Hœschelius in textu, πάλιν οὖν αὐτὸς ἐπηρώτησε, vulgata Joannis exemplaria rectius habent, αὐτούς. Sed a manuscriptis Origenis non recedendum in textu duximus.

βοηθῆσαι, καὶ πατάξαντα τὸν τοῦ ἀρχιερέως δοῦλον, καὶ ἀφελόντα αὐτοῦ τὸ ὠτίον, εἶπεν· « Ἀπόστρεψον τὴν μάχαιράν σου εἰς τὸν τόπον αὐτῆς· πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται. Ἢ δοκεῖ σοι (83) ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν Πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι ὧδε πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων; Πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ Γραφαὶ, ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι; » Εἰ δὲ πλάσματα τῶν γραψάντων τὰ Εὐαγγέλια οἴεταί τις εἶναι ταῦτα, πῶς οὐχὶ μᾶλλον πλάσματα μέν ἐστι τὰ ἀπὸ ἔχθους καὶ μίσους τοῦ πρὸς αὐτὸν καὶ Χριστιανοὺς λεγόμενα, ἀλήθεια δὲ τὰ τῶν τὸ γνήσιον τῆς πρὸς τὸν Ἰησοῦν διαθέσεως ἀποδεξαμένων (84) ἐν τῷ πᾶν ὁτιποτ' οὖν ὑπομεμενηκέναι διὰ τοὺς λόγους αὐτοῦ; Τοσαύτην γὰρ ὑπομονὴν καὶ ἔνστασιν μέχρι θανάτου ἀνειληφέναι τοὺς Ἰησοῦ μαθητὰς, μετὰ διαθέσεως οὐκ ἀναπλασσούσης (85) περὶ τοῦ διδασκάλου τὰ μὴ ὄντα· καὶ πολὺ τοῖς εὐγνωμονοῦσι τὸ ἐναργές ἐστι περὶ τοῦ πεπεῖσθαι αὐτοὺς περὶ ὧν ἀνέγραψαν, ἐκ τοῦ τηλικαῦτα καὶ τοσαῦτα, διὰ τὸν πεπιστευμένον αὐτοῖς εἶναι Υἱὸν Θεοῦ, ὑπομεμενηκέναι.

Εἶτα, ὅτι μὲν ὑφ' ὧν ὠνόμαζε μαθητῶν προὐδόθη, ἔμαθεν ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος ἀπὸ τῶν Εὐαγγελίων, πολλοὺς εἰπὼν μαθητὰς τὸν ἕνα Ἰούδαν, ἵνα δόξῃ αὔξειν τὴν κατηγορίαν· οὐκέτι δὲ πάντα τὰ περὶ τοῦ Ἰούδα ἀναγεγραμμένα περιειργάσατο· ὅτι μαχομέναις καὶ ἐναντίαις κρίσεσι περιπεσὼν ὁ Ἰούδας περὶ τοῦ διδασκάλου, οὐθ' ὅλῃ ψυχῇ γέγονε κατ' αὐτοῦ, οὐδ' ὅλῃ ψυχῇ ἐτήρησε τὴν αἰδῶ πρὸς διδάσκαλον φοιτητοῦ. Ὁ γὰρ παραδιδοὺς αὐτὸν ἔδωκε τῷ ἐληλυθότι ἐπὶ τὸ συλλαβεῖν τὸν Ἰησοῦν σημεῖον ὄχλῳ, λέγων· « Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτόν· » σώζων τι τῆς πρὸς αὐτὸν αἰδοῦς· εἰ γὰρ μὴ ἔσωζεν αὐτὴν, κἂν μετὰ παῤῥησίας, χωρὶς προσποιήσεως φιλήματος, παρέδωκεν αὐτόν. Τοῦτο μὲν οὖν πάντας πείσει περὶ τῆς τοῦ Ἰούδα προαιρέσεως, ὅτι μετὰ τῆς φιλαργυρίας καὶ τῆς μοχθηρᾶς (86) εἰς τὸ προδοῦναι τὸν διδάσκαλον προαιρέσεως εἶχέ τι ἀναμεμιγμένον ἐν τῇ ψυχῇ ἀπὸ τῶν Ἰησοῦ λόγων αὐτῷ ἐγγεγενημένον (87), ἔμφασιν ἔχον λείμματος (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) χρηστότητος. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ἰδὼν ὁ Ἰούδας, ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἔστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ πρεσβυτέροις, λέγων· Ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα δίκαιον (88). Οἱ δὲ εἶπον· Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει. Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια εἰς τὸν ναὸν, ἀνεχώρησε· καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο. » Εἰ δ' ὁ φιλάργυρος Ἰούδας, καὶ κλέ-

A Quin et ad eum qui opem ei ferre volebat, servumque pontificis percusserat atque ejus absciderat auriculam, dixit : « Converte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperunt gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri [22]? » Quod siquis hæc evangelistarum figmenta esse opinatur, cur non potius figmenta fuerint, quæ adversus Jesum et Christianos infensum odium commentum est; veritas autem, quæ litteris mandaverunt ii, qui omni pœnarum genere propter Jesu doctrinam perferendo demonstrarunt quam sincero erga illum animo essent? Tanta enim, tam firma ad mortem usque constantia argumento est, discipulos Jesu non fuisse eos, qui B fingerent de magistro suo quæ neutiquam erant; apostolos autem pro certis habuisse quæ scripserint, æquis rerum æstimatoribus inde perspicuum est, quod tot ac tanta pertulerint propter eum, quem Dei Filium esse credebant.

11. Deinde quod ait Celsi Judæus, Jesum ab iis proditum esse, quos suos discipulos vocaverat, didicit quidem ex Evangeliis, sed plurium discipulorum numero unum Judam ea mente significavit, ut accusationi plus ponderis adderet. At quæ de Juda scripta sunt, non satis consideravit, Judam nempe contrariis de magistro distractum judiciis, nec ex toto animo infensum ei fuisse, nec ex toto animo C servasse debitam magistro reverentiam. Nam illum proditurus, hoc turbæ ad comprehendendum venienti signum dedit : « Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum [23]. » Qua in agendi ratione nonnihil est reverentiæ; quam si totam **396** amisisset, libere profecto, et nulla osculi adhibita simulatione, Jesum tradidisset. Unde perspicient omnes in anima Judæ, præter argenti cupiditatem sceleratumque consilium magistrum prodendi, aliquid admistum fuisse quod Jesu sermones indiderant, et ex quo aliqua saltem residuæ, ut ita dicam, bonitatis species erumperet. Sic enim scriptum est : « Videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus, dicens : Peccavi tradens sanguinem justum. At illi dixerunt : D Quid ad nos? tu videris. Et projectis argenteis in templo, recessit, et abiens laqueo se suspendit [24]. »

[22] Matth. XXVI, 52, 53, 54. [23] Matth. XXVI, 48. [24] Matth. XXVII, 3, 4, 5.

(83) *Δοκεῖ σοι.* Sic omnes codd. mss. Vulgata vero Matthæi exemplaria, δοκεῖς. Paulo post codd. Regius et Basileensis, οὕτω δεῖ γενέσθαι. Hœschelius et Spencerus in textu, οὕτως ἔδει γενέσθαι.

(84) *Ἀποδεξαμένων.* Lego, ἀποδειξαμένων. Paulo post libb. editi, καὶ τοσαύτην ἄρα ὑπομονήν. Sed omnes mss. ut in nostro textu, si excipias Jolianum qui alteram lectionem sequitur.

(85) *Οὐκ ἀναπλασσούσης.* In mss. deest οὐκ, quod abesse potest si cætera interrogative legantur. Ut ut est, post μετὰ διαθέσεως scribendum γέγονεν vel aliquid simile.

(86) Hœschelius μοχθηρίας, male; nisi forte sequens vox προαιρέσεως expungatur.

(87) *Αὐτῷ ἐγγεγενημένον.* Sic mss.; at Guieto hæc superflua et addititia videntur. Hœschelius et Spencerus, αὐτῷ ἐγγεγενημένην. Paulo post in codd. Regio et Basileensi deest ὁ παραδιδοὺς αὐτόν. Ibidem omnes mss., ἔστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια. Spencerus, ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια.

(88) Codex Regius, αἷμα ἀθῷον. Paulo post Hœschelius et omnes mss, τὰ ἀργύρια εἰς τὸν ναόν. Spencerus, τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ.

Quod si avarus ille Judas [25], furari solitus quæ pauperum causa in crumenam mittebantur, pœnitentia ductus triginta argenteos principibus sacerdotum senioribusque restituit; liquet hanc documentorum Jesu vim fuisse, quæ proditorem illum, qui nondum ea prorsus contempserat et proculcaverat, ad aliquam pœnitentiam adduceret. Sed et istud : « Peccavi tradens sanguinem justum [26], » hominis est suum crimen confitentis. Jam vide quam flagrantem illi, quam vehementem dolorem injecerit hæc criminum pœnitentia, ut nec diutius vivere sustineret, et confestim projecta in templum pecunia, recederet, abiret, se suspenderet sui ipsius judex; quo palam fecit, quantum potestatis haberet Jesu doctrina in sceleratum, furem, proditorem Judam, qui non omnino potuerat ex animo delere quæ a Jesu accepisset. An dicent Celsi gregales, quæ probant Judam, quantalibet fuerit in magistrum suum perfidia, non fuisse tamen ab illo prorsus alienum, ea fuisse conficta; id vero unum esse verum, Jesum ab uno e suis discipulis proditum fuisse? An Scripturis addent Judam ex toto animo prodidisse? Atqui in admittendis vel rejiciendis earumdem Scripturarum testimoniis, nihil præter odium sequi perabsurdum est. Sed de Juda, si ita opus est, addemus argumentum, quod adversariis pudorem incutiat. In libro Psalmorum centesimus octavus totus, qui sic incipit : « Deus, laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est [27], » vaticinium de Juda continet. Ibi prædicitur Judam ex apostolorum numero fuisse suapte culpa exclusum; alium autem in ejus locum fuisse subrogatum sic prænuntiatur : « Et episcopatum ejus accipiat alter [28]. » Volo tamen Jesum fuisse proditum ab uno e suis discipulis, qui Juda pejor fuerit, et quasi
397 ex animo projecerit omnia quæ a Jesu didicerat : quid hoc Jesu aut religioni Christianæ nocet? Quomodo inde colligas falsam esse doctrinam? Quod sequitur, jam antea refellimus. Probatum enim a nobis est Jesum non cum fugeret captum esse, sed nostrorum omnium causa volentem se tradidisse : ex quo consequens est ut, si vinctus sit, vinctus sit volens. Quo nos docuit hæc libenter pati pietatis causa.

12. Hæc etiam prorsus puerilia mihi videntur : « Bonus imperator, inquit, et multorum millium dux nunquam proditus est; ne facinorosus quidem latronum princeps, et perditissimis hominibus imperans, suis modo videretur utilis. Jesus vero ab iis proditus, qui ipsi subditi erant, nec bonum imperatorem egit, nec sua calliditate deceptis discipulis vel eam erga se indidit benevolentiam, qualem erga suum, ut ita dicam, principem latrones exhibent; » nam non desunt historica monu-

A πτων τὰ εἰς λόγον τῶν πενήτων εἰς τὸ γλωσσόκομον βαλλόμενα, μεταμεληθεὶς ἔστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ πρεσβυτέροις· δῆλον, ὅτι δεδύνηταί τινα μεταμέλειαν ἐμποιῆσαι αὐτῷ τὰ Ἰησοῦ μαθήματα, οὐ πανταχῇ καταφρονηθέντα ὑπὸ τοῦ προδότου καὶ ἀποπτυσθέντα. Ἀλλὰ καὶ τὸ, « Ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα δίκαιον, » ἐξομολογουμένου ἦν τὸ ἡμαρτημένον. Ὅρα δὲ ὅση διάπυρος καὶ σφοδρὰ γέγονεν αὐτῷ ἀπὸ μεταμελείας τῆς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις λύπη, ὡς μηδὲ τὸ ζῆν αὐτὸν ἔτι ὑπομεῖναι, ἀλλ' εἰς τὸν ναὸν ῥίψαντα τὸ ἀργύριον, ἀναχωρῆσαι, καὶ ἀπελθεῖν, καὶ ἀπάγξασθαι· ἑαυτὸν γὰρ κατεδίκασε, δεικνὺς, ὅσον ἐδύνατο καὶ ἐν τῷ ἁμαρτωλῷ τῷ Ἰούδᾳ, τῷ κλέπτῃ καὶ προδότῃ, ἡ Ἰησοῦ διδασκαλία, οὐ δυνηθέντι πάντη καταφρονῆσαι ὧν ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ μεμάθηκεν.
B Ἢ τὰ μὲν ἐμφαίνοντα τὸ μὴ πάντη ἀποστατικὸν τοῦ Ἰούδα, καὶ μετὰ τὰ τετολμημένα κατὰ τοῦ διδασκάλου, πλάσματα ἐροῦσιν οἱ περὶ τὸν Κέλσον· μόνον δ' ἀληθὲς, ὅτι εἷς τῶν μαθητῶν προέδωκεν αὐτόν· καὶ προσθήσουσι τῷ γεγραμμένῳ ὅτι καὶ ὅλῃ ψυχῇ προέδωκεν αὐτόν; ὅπερ ἐστὶν ἀπίθανον, ἀπὸ τῶν αὐτοῦ γραμμάτων πάντα ὡς ἐχθρὸν ποιεῖν, καὶ τὸ πιστεύειν καὶ τὸ ἀπιστεῖν. Εἰ δὲ δεῖ καὶ περὶ τοῦ Ἰούδα δυσωπητικόν τινα παραθέσθαι λόγον, φήσομεν, ὅτι ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν ὅλος ὁ ἑκατοστὸς ὄγδοος ψαλμὸς τὴν περὶ τοῦ Ἰούδα περιέχει (89) προφητείαν, οὗ ἡ ἀρχή· « Ὁ Θεὸς τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς, ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη. » Προφητεύεται δ' ἐν αὐτῷ, καὶ ὅτι Ἰούδας
C τοῦ μὲν τῶν ἀποστόλων ἀπεχώρισεν ἑαυτὸν διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀριθμοῦ, εἰς δὲ τὸν τόπον (90) αὐτοῦ ἕτερος ἐνεκρίθη· καὶ τοῦτο δηλοῦται ἐν τῷ· « Καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος. » Ἀλλὰ γὰρ φέρε ὑπό τινος τῶν μαθητῶν αὐτὸν προδεδόσθαι χειρόνως Ἰούδα διατεθέντος, καὶ ὡσπερεὶ ἐκχέαντος πάντας οὓς ἤκουσε παρὰ τοῦ Ἰησοῦ λόγους· τί τοῦτο πρὸς κατηγορίαν Ἰησοῦ ἢ Χριστιανισμοῦ συμβάλλεται; Καὶ πῶς τοῦτο ψευδῆ τὸν λόγον ἀποδείκνυσιν; Ἀπελογησάμεθα δὲ περὶ τῶν ἑξῆς καὶ ἐν τοῖς πρὸ τούτων, δεικνύντες, ὅτι οὐ φεύγων ἑάλω ὁ Ἰησοῦς, ἀλλ' ἑκὼν ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν ἑαυτόν· ᾧ ἀκόλουθόν ἐστιν, ὅτι, εἰ καὶ ἐδέθη, ἑκὼν ἐδέθη· διδάσκων μὴ ἀκουσίως ἡμᾶς ὑπὲρ εὐσεβείας ταῦτα ἀναλαμβάνειν.

D Παιδαριώδη δέ μοι δοκεῖ καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅτι « Στρατηγὸς μὲν ἀγαθὸς καὶ πολλῶν μυριάδων ἡγησάμενος οὐδεπώποτε προὐδόθη· ἀλλ' οὐδὲ λήσταρχος πονηρὸς καὶ παμπονήρων ἄρχων, ὠφέλιμος τοῖς συνοῦσιν εἶναι δοκῶν· αὐτὸς δὲ, προδοθεὶς ὑπὸ τῶν ὑπ' αὐτῷ, οὔτε ὡς στρατηγὸς ἦρξεν ἀγαθὸς, οὔτ' ἀπατήσας τοὺς μαθητὰς (91), κἂν τὴν ὡς πρὸς λῄσταρχον (ἵν' οὕτως ὀνομάσω), εὔνοιαν ἐνεποίησε τοῖς ἀπατηθεῖσι· » πολλὰς γὰρ ἂν τις εὕροι ἱστορίας περὶ στρατηγῶν προδοθέντων ὑπὸ τῶν οἰκείων καὶ

[25] Joan. XII, 6. [26] Matth. XXVII, 4. [27] Psal. CVIII, 1. [28] Ibid., 8.

(89) Duo codd. Anglicani, ἔχει, sicque libb. editi in margine.

[35] Joan. x, 18. [36] Joan. xix, 32. [37] Rom. vi, 9.

(18) Libb. editi in margine, δυναμένους. Paulo post idem in margine, κοινοποιεῖν αὐτό. Quas lectiones exhibent mss., excepto Joliano.

(19) *Οἰκονομησαμένη*. Vide adn. ad lib. II, n. 43.

(20) *Ὁ Ἰησοῦς λόγον*. Codex Regius, τὸν Ἰησοῦν λόγον.

(21) *Προλαϐών*. Lege προλαϐοῦσα, nam refertur ad τὴν ψυχήν, nisi velis esse atticismum.

(22) *Ὅτε*. Guieto scribendum videtur, ὅτι. Ad Christum enim, inquit, refertur τό, οὐκέτι τεθνήξεται.

(23) *Αὐτοῦ*. Ita codd. Regius et Basileensis. Libri vero editi, αὐτῷ.

(24) *Τῷ Κρίτωνι*. Vide Platonem in *Apolog.*, pag. 3?. Mox pro ὑπεξελθὼν τὴν φυλακήν, Guieto scribendum videtur, ὑπεξελθὼν τῆς φυλακῆς.

(25) *Λεωνίδας*. Hœschelius, Λεωνίδης. Vide Diodorum Siculum lib. XI *Bibl. histor.*

(26) Codd. Regius et Basileensis, δειπνησόμενοι. Plutarchus, οὕτως ἀριστᾶτε, ὡς ἐν ᾅδου δειπνήσοντες. Vide Valerium Maximum, lib. III, cap. 2.

Παῦλος, ὁ μαθητὴς αὐτοῦ, ἀκούσας τὰ συμβησόμενα αὐτῷ ἀναβάντι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ὁμόσε τοῖς κινδύνοις ἐχώρησεν, ἐπιπλήσσων καὶ τοῖς δεδακρυμένοις περὶ αὐτὸν καὶ κωλύουσιν ἀναβῆναι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπιστάμενοι ὡς ὁμολογήσαντες μὲν Χριστιανισμὸν, ἀποθανοῦνται· ἀρνησάμενοι δὲ ἀπολυθήσονται, καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἀπολήψονται, κατεφρόνησαν μὲν τοῦ βίου, ἑκουσίως δὲ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας θάνατον εἵλοντο.

Ἑξῆς δὲ τούτῳ καὶ ἄλλο εὔηθές φησιν ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, ὅτι πῶς, « Εἴπερ προεῖπε καὶ τὸν προδώσοντα καὶ τὸν ἀρνησόμενον, οὐκ ἂν ὡς Θεὸν ἐφοβήθησαν, ὡς τὸν μὲν μὴ προδοῦναι ἔτι, τὸν δὲ μὴ ἀρνήσασθαι; » Καὶ οὐχ εἶδέ (27) γε ὁ σοφώτατος Κέλσος ἐν τῷ τόπῳ τὴν μάχην, ὅτι εἰ μὲν (28) ὡς Θεὸς προέγνω, καὶ οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτοῦ τὴν πρόγνωσιν ψεύσασθαι· οὐχ οἷόν τε ἦν οὔτε τὸν ἐγνωσμένον ὡς προδώσοντα μὴ προδοῦναι, οὔτε τὸν ἐλεγχθέντα ἀρνησόμενον μὴ ἀρνήσασθαι· εἰ δ' οἷόν τ' ἦν τόνδε μὲν μὴ προδώσειν, τόνδε δὲ μὴ ἀρνήσασθαι, ὡς καὶ γενέσθαι ἂν τὸ μὴ προδοῦναι καὶ τὸ μὴ ἀρνήσασθαι ἐν τοῖς ταῦτα προμεμαθηκόσιν, οὐκέτι ἀληθὴς ἦν ὁ λέγων, ὅτι ὅδε μὲν προδώσει, ὅδε δὲ ἀρνήσεται. Καὶ γὰρ εἰ προέγνω προδώσοντα, τὴν πονηρίαν οἶδεν ἀφ' ἧς προδώσει, ἥτις οὐ πάντως ἐκ τῆς προγνώσεως ἀνετέτραπτο. Πάλιν τε αὖ εἰ κατείληφε τὸν ἀρνησόμενον, τὴν ἀσθένειαν ἰδὼν, ἀφ' ἧς ἀρνήσεται, προεῖπεν, ὅτι ἀρνήσεται· ἡ δ' ἀσθένεια οὐκ ἔμελλεν ἀνατρέπεσθαι οὕτως ἀθρόως ἀπὸ τῆς προγνώσεως. Πόθεν δὲ καὶ τό· « Ἀλλ' αὐτοὶ προέδωκάν τε καὶ ἠρνήσαντο, μηδὲν αὐτοῦ φροντίσαντες; » Ἐδείχθη γὰρ, ὅτι περὶ μὲν τοῦ προδόντος ψεῦδος τὸ μηδαμῶς αὐτὸν πεφροντικότα τοῦ διδασκάλου προδεδωκέναι· οὐδὲν δ' ἧττον καὶ περὶ τοῦ ἀρνησαμένου τοῦτο δείκνυται, ὃς ἐξελθὼν ἔξω, μετὰ τὸ ἀρνήσασθαι, ἔκλαυσε πικρῶς.

Ἐπιπόλαιον δὲ καὶ τό· « Ἤδη γάρ που καὶ ἄνθρωπος ἐπιβουλευόμενός τε καὶ προαισθόμενος, ἐὰν προείπῃ τοῖς ἐπιβουλεύουσιν, ἀποτρέπονται καὶ φυλάσσονται. » Πολλοὶ γὰρ καὶ προαισθομένοις τοῖς ἐπιβουλευομένοις ἐπεβούλευσαν. Ἑξῆς δὲ, ὡσπερεὶ τὸ συμπέρασμα ἐπάγων τῷ λόγῳ, φησίν· « Οὔκουν ἐπειδὴ προείρητο ταῦτα, γέγονεν· ἀδύνατον γάρ. Ἀλλ' ἐπειδὴ γέγονε, ψεῦδος ἐλέγχεται τὸ προειρηκέναι· πάντῃ γὰρ ἀμήχανον τοὺς προακούσαντας ἔτι προδοῦναι καὶ ἀρνήσασθαι. » Ἀνατραπεῖσι δὲ τοῖς προειρημένοις συνανετράπη τὸ συμπέρασμα τὸ, « Καὶ ἐπεὶ (29) προείρητο ταῦτα, γέγονε. » Φαμὲν δ' ὅτι καὶ γέγονεν, ὡς δυνατόν (30)· καὶ ἐπεὶ γέγονεν, ἀληθὲς δείκνυται τὸ προειρηκέναι· τὸ γὰρ περὶ μελλόντων ἀληθὲς ταῖς ἐκβάσεσι κρίνεται. Ψεῦδος οὖν τὸ ὑπ' αὐτοῦ οὕτως εἰρημένον, ὅτι ψεῦδος ἐλέγχεται τὸ

A igitur mirum videri debet si Jesus, licet præscius rerum quæ sibi essent obventuræ, ea tamen discrimina subiit quæ præviderat? Paulus ejus discipulus, cum audiisset quæ sibi patienda imminerent, si Jerusalem peteret [38], periculo se commisit, increpans eos qui ipsius sortem lugerent impedirentque quominus illuc pergeret. Quin et multi e nostris, quamvis probe scirent se, si in confitendo Christianismo perstarent, morituros; contra absolutum iri et suas facultates recuperaturos, si desisterent; tamen, despecta vita, volentes mortem pietatis causa occubuerunt.

18. Sequitur aliud æque stultum: « Si prædixit, inquit apud Celsum Judæus, istum proditurum esse, illum vero negaturum; cur illum ut Deum non ve-B riti sunt, caveruntque iste, ne proderet, ille, ne negaret? » Non vidit Celsus homo ille sapientissimus pugnantia, se loqui. Nam si ut Deus prænovit, nec fieri poterat ut prænotio frustraretur; fieri utique non potuit, ut qui præcognoscebatur proditurus, is non proderet, aut non negaret ille, qui, ut negaturus, reprehensus fuerat. Sin autem alter non prodere, alter non negare potuisset, ita ut præmoniti, ille non prodidisset, hic non negasset; verax non fuisset ille, qui alterum proditurum, alterum negaturum esse dixerat. Si enim prænovit proditurum, novit malitiam unde nascitura erat proditio, quamque evertere prænotio omnino non poterat. Quemadmodum si præscivit negaturum, novit imbecillitatem, quæ datura locum erat C negationi, hacque de causa negaturum esse prænuntiavit. Hæc vero imbecillitas coerceri confestim non potuit a prænotione. Unde autem cepit quod ait: « Illi tamen eum nihili facientes prodiderunt et negaverunt? » Quam enim hoc de Juda sit alienum a veritate, jam ante ostendimus; nec magis arduum est idem de Petro demonstrare, quippe qui, postquam negaverat, egressus foras amare fleverit [39].

19. Futile etiam est istud: « Certe, inquit, cum **405** homo paratas sibi insidias præsentit et insidiatores præmonet, hi deterrentur a proposito et cavent sibi. » Multi enim etiam iis qui præsentiebant, nihilominus insidias moliti sunt. Hæc deinde quasi ejus conclusio est: « Non igitur quoniam D hæc prædicta sunt, acciderunt. Nam impossibile est. Imo quod acciderint, ideo falsum est illa fuisse prædicta. Nam fieri non potuit ut proditurí aut negaturi essent, qui præmoniti fuerant. » Sed subversis quæ ante dixit, corruat necesse est et ista conclusio: « Non igitur quia prædicta erant, acciderunt. » Certe acciderunt et quidem ut possibilia; et quia acciderunt, propterea prædicta fuisse verum est. Nam vera rerum futurarum prædictio ex eventibus judicatur. Cum igitur ait Celsus falsum esse

[38] Act. xxi, 12. [39] Matth. xxvi, 75.

(27) *Εἶδε*. Codd. Regius, Basileensis et Anglicanus primus. Libri autem editi, οἶδε.

(28) *Ὅτι εἰ μέν*. Sic recte mss. restituunt particulam εἰ, quæ ab editis libris incuria typographorum exciderat.

(29) *Καὶ ἐπεί*. Legendum, οὐχ ἐπεί, ex præcedentibus.

(30) *Ὡς δυνατόν*. Guieto scribendum videtur,

hæc a Jesu fuisse prædicta, falsi ipse convincitur; sicut et hoc aliud quod dixit: « Fieri enim non potuit ut proditori aut negaturi essent, qui præmoniti fuerant. »

20. Quid postea dicat, audiamus: « Deus erat, inquit, qui hæc prædixit; proinde omnino necessarium fuit, ut, quæ prædicta fuerant, acciderent. Deus igitur suos ipsius discipulos et prophetas, quibuscum cibum potumque sumebat, eo adegit, ut jus omne fasque proculcarent; qui tamen cum in omnes homines beneficus, tum maxime in suos familiares esse debuerat. Nunquam homo homini factus ejus mensæ particeps paravit insidias; hic autem Deo struit insidias qui eidem cum Deo mensæ accumbit; et, quod absurdius est, Deus ipse suis convictoribus insidiatur, imo eos proditores et impios efficit. » Ad hæc, quia jubes me etiam iis Celsi argumentationibus occurrere, quæ mihi frivolæ videntur, respondeo in hunc modum. Celsus putat, quod prædictum est, ideo fieri quia prædictum est; id vero illi nullo modo assentimur. Nec enim dicimus eum qui prædixit, causam ideo esse cur res futura sit, quia prædixit eam esse futuram; sed cum res futura, etiamsi prædicta non esset, futura sit, illam sui prædicendæ locum præbuisse illi, qui prænoscit. Atque totum hoc animo ejus, qui prædicit, obversatur: cum res hæc accidere possit, et possit non accidere, e duobus hoc unum accidet. Neque dicimus a prænoscente effici, ut res aut evenire aut non evenire possit; ita ut qui prænoscit, dicat, hæc res omnino futura est, et impossibile est aliter fieri. Atque hac **406** ratione intelligi par est omnes prædictiones, quæ vel in divina Scriptura, vel in Græcorum historiis reperiuntur de iis quæ in nostro posita sunt libero arbitrio. Alioquin vanas inter captiones locum ex Celso non haberet illa quam dialectici vocant *inertem et ignavam rationem*, quam tamen sanæ mentis omnes captionem judicant. Ut autem res intelligatur, e Scripturis afferam vaticinia de Juda, aut illud ipsum quod de futura illius proditione Salvator noster edidit;

προειρηκέναι· καὶ μάτην λέλεκται τῷ Κέλσῳ τὸ, « Πάντη γὰρ ἀμήχανον τοὺς προακούσαντας ἔτι προδοῦναι καὶ ἀρνήσασθαι. »

Μετὰ ταῦτα ἴδωμεν (31) πῶς λέγει· « Ταῦτα Θεὸς, φησὶν, ὢν, προεῖπε, καὶ πάντως ἐχρῆν γενέσθαι τὸ προειρημένον. Θεὸς οὖν τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς καὶ προφήτας, μεθ' ὧν συνεδείπνει καὶ συνέπινεν, εἰς τοῦτο περιήγαγεν, ὥστε ἀσεβεῖς καὶ ἀνοσίους γενέσθαι, ὃν ἐχρῆν μάλιστα πάντας ἀνθρώπους εὐεργετεῖν, διαφερόντως δὲ τοὺς ἑαυτοῦ συνεστίους. Ἢ ἀνθρώπῳ μὲν ὁ κοινωνήσας τραπέζης οὐκ ἂν ἔτι ἐπεβούλευσε· Θεῷ δὲ συνευωχηθεὶς, ἐπίβουλος ἐγίνετο· Καὶ ὅπερ ἔτι ἀτοπώτερον, αὐτὸς ὁ Θεὸς τοῖς συντραπέζοις ἐπεβούλευσε, προδότας καὶ δυσσεβεῖς ποιῶν. » Καὶ πρὸς ταῦτα δὲ, ἐπεὶ βούλει καὶ τοῖς ἐμοὶ φαινομένοις εὐτελέσι τοῦ Κέλσου ἐπιχειρήμασιν ἀπαντᾷν, τοιαῦτα φήσομεν. Ὁ μὲν Κέλσος οἴεται διὰ τοῦτο γίνεσθαι τὸ ὑπό τινος προγνώσεως θεσπισθὲν, ἐπεὶ ἐθεσπίσθη· ἡμεῖς δὲ, τοῦτο οὐ διδόντες, φαμὲν οὐχὶ τὸν θεσπίσαντα αἴτιον εἶναι τοῦ ἐσομένου, ἐπεὶ προεῖπεν αὐτὸ γενησόμενον, ἀλλὰ τὸ ἐσόμενον, ἐσόμενον ἂν, καὶ μὴ θεσπισθὲν, τὴν αἰτίαν (32) τῷ προγιγνώσκοντι παρεσχηκέναι τοῦ αὐτὸ προειπεῖν. Καὶ ὅλον γε τοῦτο ἐν τῇ προγνώσει τοῦ θεσπίζοντος αὐτὸ τυγχάνει· δυνατοῦ ὄντος τοῦδέ τινος γενέσθαι, δυνατοῦ δὲ καὶ μὴ γενέσθαι, ἔσται τὸ ἕτερον αὐτῶν τόδε τι. Καὶ οὔ φαμεν, ὅτι ὁ προγινώσκων ὑφελὼν τὸ δυνατὸν εἶναι γενέσθαι καὶ μὴ γενέσθαι οἱονεὶ τοιοῦτόν τι λέγει· τόδε πάντως ἔσται καὶ ἀδύνατον ἑτέρως γενέσθαι. Καὶ τὸ τοιοῦτο φθάνει (33) ἐπὶ πᾶσαν τὴν περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν τινος πρόγνωσιν εἴτε κατὰ τὰς θείας Γραφὰς εἴτε κατὰ τὰς Ἑλλήνων ἱστορίας. Καὶ ὁ καλούμενός γε παρὰ τοῖς διαλεκτικοῖς *ἀργὸς λόγος* (34), σόφισμα τυγχάνων, οὐκ ἔσται μὲν σόφισμα ὅσον ἐπὶ τῷ Κέλσῳ, κατὰ δὲ τὸν ὑγιῆ λόγον σόφισμά ἐστιν. Ἵνα δὲ τὸ τοιοῦτον νοηθῇ (35), ἀπὸ μὲν τῆς Γραφῆς χρήσομαι ταῖς περὶ Ἰούδα προφητείαις, ἢ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν περὶ αὐτοῦ ὡς προδώσοντος προγνώσει· ἀπὸ δὲ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν τῷ πρὸς τὸν Λάϊον χρησμῷ, συγχωρῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος εἶναι αὐτὸν

ὡς δυνατά, ut referatur ad τό, καὶ ἐπεὶ προείρητο ταῦτα.

(31) *Ἴδωμεν*. Sic omnes mss. Libri vero editi, ἴδομεν, mendose. Infra mss., ὥστε ἀσεβεῖς. Libb. editi, ὥςγε ἀσεβεῖς.

(32) *Τὴν αἰτίαν*, etc. Vide lib. *De orat.*, num. 6, et *Explanat.* cap. VII Epist. ad Rom. Justin., *Dialog. cum Tryph.*, pag. 370. Εἰ δὲ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ προμηνύει πάντως τινὰς καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους κολασθήσεσθαι μέλλοντας, διότι προεγίνωσκεν αὐτοὺς ἀμεταβλήτους γενησομένους πονηροὺς, προεῖπε ταῦτα. « Quod si verbum Dei præmonstrat fore omnino ut angeli quidam et homines excrucientur, eo quod præscierit illos immutabiliter malos futuros, idipsum prædixit. » Clem. Alex. *Strom.* VII: Ἑνὸς τοῦ Θεοῦ τῷ βουλήματι, δι' ἑνὸς τοῦ Κυρίου συνάγουσαν τοὺς ἤδη κατατεταγμένους, οὓς προώρισεν ὁ Θεὸς, δικαίους ἐσομένους πρὸ καταβολῆς κόσμου ἐγνωκώς. « Unius Dei voluntate par unum Dominum congregat eos qui sunt jam ordinati, quos prædestinavit Deus, cum eos justos futuros cognovisset ante mundi constitutionem. » Origenes, in *Explanat.* cap. VII ad Rom.: « Nam etsi communi intellectu de præscientia sentiamus, non propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum: sed, quia futurum est, scitur a Deo antequam fiat. Nam etsi, verbi gratia, fingimus Deum non prænoscere aliquid futurum, sine dubio erit; quod ita, ut puta Judas proditor factus est, et hoc ita futurum prophetæ prædixerunt; non ergo, quia prophetæ prædixerunt, idcirco prodidit Judas; sed quia futurus esset proditor, ea, quæ ille ex propositi sui nequitia gesturus erat, prædixerunt prophetæ; cum utique Judas in potestate habuisset ut esset similis Petro et Joanni, si voluisset; sed elegit pecuniæ cupiditatem magis quam apostolici consortii gloriam; et hanc ejus voluntatem futuram prævidentes prophetæ librorum tradiderunt monumentis. » SPENCER.—Paulo post infra in antea editis desiderabuntur hæc verba, δυνατοῦ δὲ καὶ μὴ γενέσθαι, quæ e Philocalia supplenda esse duximus.

(33) *Φθάνει*. Recte Philocalia; male vero Hœschelius et Spencerus, φθάνειν.

(34) Ἀργὸς λόγος. Vide Plutarchum lib. *Περὶ εἱμαρμένης* extremo et Ciceronem libro *De fato*, ubi genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominat.

(35) Philocalia, νοηθείη.

ἀληθῆ, ἐπεὶ μὴ λυπεῖ τὸν λόγον. Περὶ τοῦ Ἰούδα A τοίνυν (36) ἐν ἑκατοστῷ καὶ ὀγδόῳ λέγεται ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ψαλμῷ, οὗ ἡ ἀρχή· « Ὁ Θεὸς, τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς· ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη· » Καὶ τηρήσας γε τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ γεγραμμένα (37), εὑρήσεις, ὅτι ὡς προέγνωσται προδώσων τὸν Σωτῆρα, οὕτω καὶ αἴτιος ὢν τῆς προδοσίας, καὶ ἄξιος τῶν ἐν τῇ προφητείᾳ λεγομένων διὰ τὴν αὐτοῦ κακίαν ἀρῶν. Τάδε γὰρ παθέτω, « ἀνθ' ὧν, φησὶν, οὐκ ἐμνήσθη τοῦ ποιῆσαι ἔλεος, καὶ κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχόν· » οὐκοῦν ἐδύνατο μνησθῆναι τοῦ ποιῆσαι ἔλεον, καὶ μὴ καταδιῶξαι ὃν κατεδίωξε. Δυνάμενος δὲ οὐ πεποίηκεν, ἀλλὰ προέδωκεν· ὥστε ἄξιος εἶναι τῶν ἐν τῇ προφητείᾳ κατ' αὐτοῦ ἀρῶν. Καὶ πρὸς Ἕλληνας δὲ χρησόμεθα τῷ εἰρημένῳ τοῦ- B τον τὸν τρόπον πρὸς τὸν Λάϊον (38), εἴτε αὐταῖς λέξεσιν εἴτε τὸ ἰσοδυναμοῦν αὐταῖς ἀναγράψαντος τοῦ Τραγικοῦ. Λέγεται τοίνυν πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τοῦ προεγνωκότος δὴ τὰ ἐσόμενα·

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα (39) δαιμόνων βίᾳ.
Εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς,
Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος

Καὶ ἐν τούτῳ δηλοῦται τοίνυν, ὅτι δυνατὸν μὲν ἦν τῷ Λαΐῳ μὴ σπείρειν παίδων ἄλοκα· οὐκ ἂν γὰρ τὸ μὴ δυνατὸν προσέταξεν αὐτῷ ὁ χρησμός. Δυνατὸν δὲ ἦν καὶ τὸ σπείρειν, καὶ οὐδέτερον αὐτῶν κατηνάγκαστο. Ἠκολούθησε δὲ τῷ μὴ (40) φυλαξαμένῳ σπεῖραι παίδων ἄλοκα παθεῖν ἐκ τοῦ ἐσπαρκέναι τὰ τῆς C κατὰ Οἰδίποδα καὶ Ἰοκάστην καὶ τοὺς υἱοὺς τραγῳδίας. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἀργὸς καλούμενος *λόγος*, σόφισμα ὤν, τοιοῦτός ἐστι, λεγόμενος ἐπὶ ὑποθέσεως πρὸς τὸν νοσοῦντα, καὶ ὡς σόφισμα ἀποτρέπων (41) αὐτὸν χρῆσθαι τῷ ἰατρῷ πρὸς ὑγίειαν, καὶ ἔχει γε οὕτως ὁ λόγος· Εἰ εἵμαρταί (42) σοι ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, ἐάν τε εἰσαγάγῃς τὸν ἰατρὸν, ἐάν τε μὴ εἰσαγάγῃς,

ex Græcorum autem historiis oraculum Laio redditum, quod in præsenti, quia nihil meæ disputationi officit, vere redditum esse largior. De Juda igitur ex persona Salvatoris dicitur CVIII psalmo, qui sic incipit : « Deus, laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est[40]. » Considera quæ in hoc psalmo scripta sunt, et invenies sicut prædictum est illum fore proditorem, ita prædictum esse in illo fore causam proditionis, et ipsum fore dignum malis omnibus quæ ipsi ob malitiam propheta imprecatus est. Has pœnas luat, « pro eo quod, inquit, non est recordatus facere misericordiam, et persecutus est hominem inopem et mendicum[41]. » Potuit igitur recordari facere misericordiam, et non persequi quem persecutus est. Quamvis ergo posset, non fecit, sed tradidit; proinde dignus fuit malis quæ ei Propheta imprecatus est. Ad Græcos quod attinet, celebri oraculo utemur quod Laio redditum est hoc modo, seu verbis ipsis, seu verbis vim eamdem habentibus illud tragicus retulerit. Ei igitur præscius futurorum sic loquitur :

Ne serito sulcum liberum invitis diis :
Nam si genueris filium, te morti dabit,
Et tua refuso sanguine undabit domus.

Ex quo perspicitur Laium potuisse liberorum sulcum non serere. Nec enim illi præcepisset oraculum quod in ejus potestate non fuisset. Poterat etiam serere, nec ulla eum ad alterutrum necessitas adigebat. Cum autem sibi non temperaverit quominus sereret, consentaneum fuit ut calamitates illas omnes pateretur, quas de Œdipode, Jocasta, communibusque liberis poetæ tragici celebrarunt. Quæ autem dicitur *ignava argumentatio*, ea est qua ad aliquem, qui ægrotus supponitur, ab adhibendo ad sanitatem recuperandam medico dehortandum captiose quis uteretur, sic interrogando : **407** si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere; sive me-

[40] Psal. CVIII, 1. [41] Ibid., 16.

(36) Libb. antea editi, τὸν λόγον, τὸν περὶ τοῦ Ἰούδα νῦν, sed præstat lectio Philocaliæ quam in textu posuimus.

(37) Philocalia, εἰρημένα, et infra, διὰ τὴν αὐτοῦ κακουργίαν ἀρῶν.

(38) *Πρὸς Λάϊον*. Eurip., *Phœniss.* :

Καλοῦσι δ' Ἰοκάστην με (τοῦτο γὰρ πατὴρ
Ἔθετο)· γαμεῖ δὲ Λάϊός μ'. Ἐπεὶ δ' ἄπαις
Ἦν, χρόνια λέκτρα τἄμ' ἔχων ἐν δώμασιν,
Ἐλθὼν ἐρωτᾷ Φοῖβον· ἐξαιτεῖ θ' ἅμα
Παίδων ἐς οἴκους ἀρσένων κοινωνίαν.
Ὁ δ' εἶπεν· Ὦ Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ,
Μὴ σπεῖρε, etc.

Vocant vero me Jocastem (hoc enim nomen pater
Indidit); duxit vero me Laius. Cum autem sine liberis
Esset, diu habens connubium meum in domo,
Veniens interrogat Phœbum; et poscit simul
Liberorum in ædibus masculorum communem prolem.
Ille respondet ei : O rex equestrium Thebarum,
Ne semina, etc. SPENCER.

(39) Hœschelius, παίδων ἄλοκα, et paulo post δι' αἱμάτων, sed præstat lectio Philocaliæ quam sequimur.

(40) *Τὸ μὴ δυνατὸν προσέταξεν αὐτῷ ὁ χρησμός. Δυνατὸν δὲ ἦν καὶ τὸ σπείρειν, καὶ οὐδέτερον αὐτῶν κατηνάγκαστο. Ἠκολούθησε δὲ τῷ μὴ*, etc. Hæc in libb. editis omissa supplentur e mss. codd. et Philocalia.

(41) *Ἀποτρέπων*. Recte Philocalia, male alias, ἀποτρέπον.

D (42) *Εἰ εἵμαρται*, etc. Cicero, libro *De fato* : « Si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, sive medicum adhibueris, sive non, convalesces. Item si fatum tibi est ex hoc morbo non convalescere, sive tu medicum adhibueris, sive non, non convalesces, et alterutrum fatum est : medicum ergo adhibere nihil attinet. » Tum subjungit : « Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tolletur actio. » Et paulo post : « Hæc ratio a Chrysippo reprehenditur. Quædam enim sunt in rebus simplicia, quædam copulata. Simplex est, morietur eo die Socrates. Huic, sive quid fecerit, sive non fecerit, finitus est moriendi dies. At si ita fatum sit, nascetur Œdipus Laio, non poterit dici : sive fuerit Laius cum muliere, sive non fuerit; copulata enim res est, et confatalis. Sic enim appellat; quia ita fatum sit et concubiturum cum uxore Laium, et ex ea Œdipum procreaturum, » etc.

dicum adhibueris, sive non, convalesces. Sed si fatum tibi est ex hoc morbo non convalescere; sive adhibueris medicum, sive non adhibueris, non convalesces. Fatum autem tibi est convalescere ex isto morbo, aut fatum tibi est non convalescere : frustra igitur adhibes medicum. Sed hujusmodi captioni par est jocularis ista : si fatum est ita, tibi nascentur liberi; sive rem habeas cum uxore, sive non, liberi tibi nascentur. Et si fatum ita est, liberi non nascentur tibi; sive cum muliere fueris, sive non, minime tibi liberi nascentur; fatum autem est, habiturum te liberos, aut non habiturum : frustra igitur cum uxore concubueris. Nam quemadmodum ad procreandos liberos, quoniam procreare non potest a muliere abstinens, non frustra cum muliere concumbitur; sic si medicina ad convalescendum ex morbo conducit, medicus adhibeatur necesse est; adeoque falsum est istud : frustra adhibes medicum. Atque hæc adduximus omnia propter illud, quod sapientissimus ille Celsus dixerat : « Qui Deus erat prædixit : proinde evenire omnino oportuit quod prædictum fuerat. » Si enim hanc vocem *omnino* usurpavit pro eo quod est *necessario* non assentior : potuit enim non evenire; sin apud illum vox *omnino* idem significat ac *erit*, quod verum esse nihil prohibet, licet possit etiam non evenire, nihil contra nos facit ejus argumentatio; nec ex eo quod Jesus prædixerit ab altero se proditum iri, vel ab altero negandum esse, sequitur ut illis impietatis et nefarii facinoris causa fuerit. Qui enim juxta nos noverat quid esset in homine, videns pravos illius mores cernensque quo illum impulsura esset pecuniæ cupiditas et parum firma de præceptore opinio, dixit inter cætera et illud : « Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet[42]. »

A ἀναστήσῃ. Ἀλλὰ καὶ εἰ εἵμαρταί σοι μὴ ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, ἐάν τε εἰσαγάγῃς τὸν ἰατρὸν, ἐάν τε μὴ εἰσαγάγῃς, οὐκ ἀναστήσῃ. Ἤτοι δὲ (43) εἵμαρταί σοι ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, ἢ εἵμαρταί σοι μὴ ἀναστῆναι, μάτην ἄρα εἰσάγεις τὸν ἰατρόν. Ἀλλὰ χαριέντως τούτῳ τῷ λόγῳ τοιοῦτόν τι παραβάλλεται· Εἰ εἵμαρταί σοι τεκνοποῆσαι, ἐάν τε συνέλθῃς γυναικὶ, ἐάν τε μὴ συνέλθῃς, τεκνοποιήσεις. Ἀλλὰ καὶ εἰ εἵμαρταί σοι μὴ τεκνοποιῆσαι, ἐάν τε συνέλθῃς γυναικὶ, ἢ μὴ συνέλθῃς, οὐ τεκνοποιήσεις. Ἤτοι δὲ (44) εἵμαρταί σοι τεκνοποιῆσαι, ἢ μὴ τεκνοποιῆσαι, μάτην ἄρα συνέρχῃ γυναικί. Ὡς γὰρ ἐπὶ τούτου, ἐπεὶ ἀμήχανον καὶ ἀδύνατον τεκνοποιῆσαι τὸν μὴ συνελθόντα γυναικὶ, οὐ μάτην παραλαμβάνεται τὸ συνελθεῖν γυναικί· οὕτως εἰ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου ὁδῷ τῇ ἀπὸ ἰα- B τρικῆς γίνεται, ἀναγκαίως παραλαμβάνεται ὁ ἰατρός· καὶ ψεῦδος τὸ, Μάτην εἰσάγεις τὸν ἰατρόν. Ὅλα δὲ ταῦτα παρειλήφαμεν, δι' ἃ παρέθετο ὁ σοφώτατος Κέλσος εἰπών· « Θεὸς ὢν προεῖπε, καὶ πάντως ἐχρῆν γενέσθαι τὸ προειρημένον. » Εἰ γὰρ τὸ *πάντως* ἀκούει ἀντὶ τοῦ *κατηναγκασμένως*, οὐ δώσομεν αὐτῷ· δυνατὸν γὰρ ἦν καὶ μὴ γενέσθαι· εἰ δὲ τὸ *πάντως* λέγει ἀντὶ τοῦ *ἔσται*, ὅπερ οὐ κωλύεται εἶναι ἀληθὲς, κἂν δυνατὸν ᾖ τὸ μὴ γενέσθαι· οὐδὲν λυπεῖ τὸν λόγον· οὐδ' ἠκολούθει τῷ προειρηκέναι τὸν Ἰησοῦν τὰ περὶ τοῦ προδότου, ἢ τὰ περὶ τοῦ ἀρνησαμένου (45), τὸ αὐτὸν αὐτοῖς αἴτιον γενέσθαι ἀσεβείας καὶ ἀνοσίου πράξεως. Ἰδὼν γὰρ αὐτοῦ τὸ μοχθηρὸν ἦθος ὁ καθ' ἡμᾶς γιγνώσκων τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ὁρῶν ἃ τολμήσει ἔκ τε τοῦ φιλάργυρος εἶναι, καὶ ἐκ τοῦ μὴ C βεβαίως περὶ τοῦ διδασκάλου φρονεῖν ἃ ἐχρῆν, εἶπε μετὰ πολλῶν καὶ τό· « Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ τὴν χεῖρα εἰς τὸ τρυβλίον, ἐκεῖνός με παραδώσει. »

21. Jam vide quam vanum, quam manifeste falsum sit istud Celsi : « Nunquam homini homo factus ejus mensæ particeps insidias paraverit. Quod si ita est, quanto minus Deo insidiaretur, qui cum Deo eidem mensæ accumberet? » Quis enim nescit multos fuisse, qui etiam illis quibuscum sale mensaque communibus utebantur, struxerint insidias? Referta est Græcorum barbarorumque historia ejusmodi exemplis. Hoc ipsum crimen est, quod Parius iambicorum carminum scriptor Lycambæ **408** ex-

Ὅρα δὲ καὶ τὸ ἐπιπόλαιον καὶ τὸ ἄντικρυς ψεῦδος τῆς τοιαύτης τοῦ Κέλσου λέξεως ἀποφηναμένου, ὅτι « Ἀνθρώπῳ μὲν ὁ κοινωνήσας τραπέζης οὐκ ἂν αὐτῷ ἐπιβουλεύσειεν· εἰ δὲ ἀνθρώπῳ οὐκ ἂν ἐπιβουλεύσειε, πολλῷ πλέον ὁ Θεῷ συνευωχηθεὶς οὐκ ἂν αὐτῷ ἐπίβουλος ἐγίνετο; » Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι πολλοὶ, κοινωνήσαντες ἁλῶν καὶ τραπέζης, ἐπεβούλευσαν τοῖς συνεστίοις; Καὶ πλήρης ἐστὶν ἡ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἱστορία τοιούτων παραδειγμάτων· καὶ ὀνειδίζων γε D ὁ Πάριος ἰαμβοποιὸς (46) τὸν Λυκάμβην (47) μετὰ

[42] Matth. XXVI, 23.

(43) Libb. antea editi ad oram habent, εἴτε δέ.

(44) Iidem in margine, εἴτε δέ. Paulo infra Philocalia, εἴπερ ἀμήχανον.

(45) Philocalia : Ἰησοῦν ἀληθῶς τὰ περὶ τοῦ προδότου ἢ τὰ περὶ τοῦ ἀρνησαμένου Πέτρου. Mox libb. editi ad oram, τὸ αὐτὸν αὐτῷ αἴτιον.

(46) *Ὁ Πάριος ἰαμβοποιός*. Intelligit Archilochum. Clem. Alex. *Strom* I. Ναὶ μὲν ἴαμβον μὲν ἐπενόησεν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, Pausan. in *Achaicis*. Vide adnotationes ad lib. III *Contra Celsum*, num. 24. SPENCER.

(47) *Τὸν Λυκάμβην*. Hœschelius in textu, Λυκάμβαντα. Codd. Regius et Basileensis, Λυκάμβαν. Cum filiam Neobulam Archilocho despondisset, ejus rei postea pœnituit, et alteri collocavit : unde Quintilianus, *Instit. orat.* lib. X, cap. 1 : « Adeo ut videatur quibusdam, quod quidem veneni est, materiæ esse, non ingenii vitium. » Horat., epod. 6, v. 11, 12, 13 :

Cave, cave : namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua;
Qualis Lycambæ spretus infido gener.

Œnomaus apud Eusebium, lib. V, cap. 33; Tull. lib. III *De natura deorum*; Lucian. in *Pseudolista*, non longe ab initio. SPENCER.

ἅλας καὶ τράπεζαν συνθήκας ἀθετήσαντα, φησὶ πρὸς αὐτόν·

Ὅρκον δὲ ἐνοσφίσθης μέγαν, ἅλας τε καὶ τράπεζαν.

Οἷς δὲ μέλει τῆς ἐν ἱστορίαις φιλομαθίας, ὅλοις γενομένοις αὐτῆς, καὶ καταλιποῦσι τὰ ἀναγκαιότερα περὶ τοῦ ὡς δὴ βιωτέον μαθήματα (48), πλείονα παραθήσονται, δεικνύντες, ὡς οἱ κοινωνήσαντες τραπέζης τισὶν ἐπεβούλευσαν αὐτοῖς.

Εἶτα, ὡς συναγαγὼν ἀραρυίαις ἀποδείξεσι καὶ ἀκολουθίαις τὸν λόγον, εἶπε τό· « Καὶ, ὅπερ ἔτι ἀτοπώτερον, αὐτὸς ὁ Θεὸς τοῖς συντραπέζοις ἐπεβούλευε, προδότας καὶ δυσσεβεῖς ποιῶν. » Πῶς γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἢ ἐπεβούλευσεν, ἢ προδότας ἢ δυσσεβεῖς τοὺς μαθητὰς ἐποίησεν, οὐκ ἂν ἔχοι παραδεικνύειν, εἰ μὴ ἐξ ἧς ἐνόμισεν ἀκολουθίας, ἣν καὶ ὁ τυχὼν εὐχερέστατα διελέγξαι ἄν.

Μετὰ ταῦτα λέγει, ὅτι « Εἰ δέδοκτο αὐτῷ ταῦτα, καὶ τῷ Πατρὶ πειθόμενος ἐκολάζετο, δῆλον, ὅτι Θεῷ γε ὄντι καὶ βουλομένῳ οὔτε ἀλγεινὰ οὔτε ἀνιαρὰ ἦν τὰ κατὰ γνώμην χρώμενα (49). » Καὶ οὐχ ἑώρακέ γε αὐτὸς ἑαυτῷ παραπόδας ἐναντία εἰπών. Εἰ γὰρ ἔδωκεν ὅτι ἐκολάζετο, ἐπεὶ δέδοκτο αὐτῷ ταῦτα, καὶ τῷ Πατρὶ πειθόμενον ἐμπαρεῖχεν ἑαυτόν· δῆλον, ὅτι ἐκολάζετο, καὶ οὐχ οἷόν τε ἦν μὴ εἶναι ἀλγεινὰ τὰ προσαγόμενα ὑπὸ τῶν κολαστῶν (50)· ἀπροαίρετον γὰρ ὁ πόνος. Εἰ δὲ βουλομένῳ οὔτε ἀλγεινὰ οὔτε ἀνιαρὰ ἦν τὰ προσαγόμενα, πῶς ἔδωκε τὸ ἐκολάζετο; Οὐχ ἑώρακε δὲ, ὅτι, ἅπαξ ἀναλαβὼν τὸ διὰ γενέσεως σῶμα, ἀνείληφεν αὐτὸ καὶ πόνων δεκτικὸν τυγχάνον, καὶ τῶν τοῖς ἐν σώμασι (51) συμβαινόντων ἀνιαρῶν, εἰ τοῦ ἀνιαροῦ μὴ ὡς προαιρετικοῦ (52) ἀκούοιμεν. Ὥσπερ οὖν βουληθεὶς ἀνείληφε σῶμα οὐ πάντη ἄλλης φύσεως παρὰ τὴν ἀνθρωπίνην σάρκα, οὕτω συνανείληφε τῷ σώματι καὶ τὰ ἀλγεινὰ αὐτοῦ καὶ τὰ ἀνιαρὰ, ὧν πρὸς τὸ μὴ παθεῖν κύριος οὐκ ἦν, ἐπὶ τοῖς διατιθεῖσιν ὄντος προσάγειν αὐτῷ καὶ τὰ ἀνιαρὰ, καὶ τὰ ἀλγεινά. Προαπελογησάμεθα δὲ ἐν τοῖς ἀνωτέρω, ὅτι βουληθεὶς μὴ ἥκειν εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, οὐκ ἐληλύθει ἄν. Ἦλθε δὲ, ἐπεὶ ἐβούλετο, διὰ τὸ προαποδεδομένον (53) ἐκ τοῦ αὐτὸν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀποθανεῖν τῷ παντὶ χρήσιμον.

Ἑξῆς δὲ τούτοις θέλων παραστῆσαι, ὅτι ἀλγεινὰ καὶ ἀνιαρὰ ἦν τὰ συμβάντα αὐτῷ, καὶ ὅτι οὐχ οἷόν τε ἦν βουληθέντα αὐτὸν ποιῆσαι εἶναι αὐτὰ μὴ τοιαῦτα, λέγει· « Τί οὖν ποτνιᾶται, καὶ ὀδύρεται, καὶ τὸν τοῦ

A probrat, violatum fœdus, quod sal et mensa conciliaverat. Sic enim canit :

Tibi soluta jura mensæque et salis.

Quibus cordi est historiarum scientia, quique in illis toti discere negligunt quod scitu magis necessarium est, nempe quomodo vivere oporteat, ii plura exempla afferent, quibus evidens sit plures fuisse, qui insidias struxerint iis quorum mensæ facti fuerant participes.

22. Hinc, quasi nihil nisi aptum recteque connexum dixisset, concludit : « Et, quod adhuc absurdius est, Deus ipse suis convictoribus insidiatur, eosque proditores et impios efficit. » Qua enim ratione Jesum aut insidias meditatum fuisse aut B discipulos proditores impiosve fecisse approbaret? Dicet fortasse id ex antecedentibus esse consequens. Sed nemo est vel vulgaris ingenii, quin facile refellat.

23. Post hæc dicit : « Si ita visum est ipsi, nec passus est nisi ut Patri morem gereret, manifestum est quæcunque et Deo et volenti et sponte perferenti illata sunt supplicia, nullam illi pœnam attulisse nullamque molestiam. » Neque hic vidit se a seipso dissidere. Nam si concesserit Jesum tulisse supplicium quia ita ipsi visum est, seque ipsum tradidisse ut Patri morigeraretur, manifestum est ipsum tulisse supplicium, nec fieri potuisse ut quod ipsi a carnificibus illatum est, non esset illi molestum et grave. Involuntaria enim res est dolor. C Si autem quæ illi inflictæ sunt pœnæ, quia ita volebat, nullam attulerunt molestiam, nullum dolorem, quomodo concessit illum tulisse supplicium? Nempe ignoravit eum qui nascendo corpus sumpsit, illud hujusmodi assumpsisse, in quod pœnæ et quidquid iis qui corpore induti sunt molestum accidit, cadere posset, siquidem pœnarum ac molestiæ nomine intellexerimus quod nemo sibi vult. Quemadmodum igitur volens suscepit corpus eadem prorsus ac humanum natura, sic etiam suscepit quidquid illi molestiam parit : nec amplius in ejus potestate erat, ut molestiam non sentiret, sed in illorum quibus id propositum erat potestate fuit molestiam ei pœnamque afferre. Probatum autem supra fuit illum in manus hominum non venturum fuisse, si noluisset. Venit quia voluit, idque propterea quod pro hominibus moriendo, omni creaturæ, ut antea demonstravi, esset profuturus.

D 24. In sequentibus ostendere conatur gravia illi et molesta fuisse quæ patiebatur nec facere potuisse etiamsi voluisset, ut illa dolorem ipsi non **409** afferrent. Ejus verba sunt : « Quid ergo qui-

(48) *Καὶ καταλιποῦσι τὰ ἀναγκαιότερα περὶ τοῦ ὡς δὴ βιωτέον μαθήματα.* Guieto hæc adtitia videntur, inepta et recidenda. Eidem displicet hæc phrasis, ὡς δὴ βιωτέον. Fortasse, inquit, scripserat interpolator, ὡς δεῖ βιωτέον pro ὡς δεῖ βιοῦν, inepte.

(49) *Χρώμενα.* Lege γινόμενα, ut monet Velserus apud Hœschelium. Paulo infra, pro εἰ γὰρ ἔδωκεν, dubitat Guietus annon legendum sit εἰ γὰρ ἔθηκεν.

(50) Libb. antea editi in margine habent, κολαζόντων.

(51) *Ἐν σώμασι.* Mallet Boherellus, ἐν σώματι, ut Hebr. XIII, 3.

(52) *Μὴ ὡς προαιρετικοῦ.* Lego, ὡς μὴ προαιρετικοῦ.

(53) *Διὰ τὸ προαποδεδομένον.* Lege cum Boherello διὰ τὸ προαποδεδειγμένον, aut eodem sensu explica.

ritatur et luget obsecratque ut mortis metu liberetur his verbis : Pater mi, si potest calix iste transire [43]. » Et in his adverte Celsi malignitatem. Is, nedum amplectatur ingenuam scriptorum Evangelii sinceritatem, qui, cum possent silentio premere, quæ, ut Celsus putat, accusandi ansam præbent, non ea tamen siluerunt multis de causis quas aliquis in explicando Evangelio opportune reddet; quæ scripserunt in crimen vocat, et, ut declamitandi locum habeat, quæ non scripserunt proponit. Non enim scriptum invenitur luxisse Jesum. Ac affert quidem licet verbis paululum diversis istud : « Pater, si possibile est, transeat calix iste ; » prætermittit autem quod proxime sequitur, et ex quo pietas Jesu erga Patrem magnanimitasque imprimis elucescit : « Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu [44]. » Diceres etiam illum non legisse istum locum, quo probatur quanta Jesus docilitate mala subierit, quæ Pater subeunda illi esse judicaverat : « Si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua [45]. » Qua in re similis illis est, qui malo animo divinas Scripturas audiunt, et « iniquitatem in excelso loquuntur. » Ili enim videntur hoc audiisse : « Ego interficiam [46], » et id nobis dant sæpe crimini ; istud autem, « vivere faciam, » alto silentio obruunt ; quæ tota sententia significat eos, qui publico exitio vivunt seque peccatis inquinant, a Deo interfici ; sed ita, ut meliorem illis vitam conferat, qualem nimirum Deus confert iis qui peccato moriuntur. Item audierunt hoc : « Percutiam ; » istud vero additum non vident : « Et ego sanabo [47] ; » ubi Deus loquitur ut medicus, qui incidendo corpore molestisque inferendis vulneribus, noxia sanitatique contraria evellit, quique in cruciatu vulneribusque non conquiescit, sed iis corpus restituit sanitati ad quam velut ad finem tendit. Nec etiam totum istud legunt : « Ipse vulnerat et medetur [48] ; » sed hoc tantum : « Ipse vulnerat. » Sic itaque Celsi Judæus hoc memorat quidem : « O Pater, utinam possit calix iste transire ! » sed cætera silet, ex quibus cognoscitur quo animo et qua constantia suam Jesus passionem pertulerit. In hæc scrutatus Dei sapientiam disserere multa possem quæ convenirent iis quos Paulus perfectos vocat, cum ait : « Sapientiam loquimur inter perfectos [49] ; » sed iis in aliud tempus dilatis, satis habebo paucis dicere quæ præsenti proposito utilia videbuntur.

25. Jam supra diximus quædam esse dicta ejus, qui in Jesu erat, « primogeniti omnis creaturæ [50], » ut istud : « Ego sum via, veritas et vita [51], » 410 et alia ejusdem generis ; alia autem esse hominis illius, qui in eo intelligitur, cujusmodi hoc est : « Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a

A ὀλέθρου φόβον εὔχεται παραδραμεῖν, λέγων ὧδέ πως· Ὦ Πάτερ, εἰ δύναται τὸ ποτήριον τοῦτο παρελθεῖν (54). » Καὶ ἐν τούτοις δὲ ὅρα τὸ τοῦ Κέλσου κακοῦργον, ὅτι, μὴ ἀποδεξάμενος τὸ φιλάληθες τῶν ἀναγραψάντων τὰ Εὐαγγέλια δυνηθέντων μὲν παρασιωπῆσαι τὰ, ὡς Κέλσος οἴεται, ἔγκλητα, οὐ σιωπησάντων δὲ διὰ πολλοὺς λόγους, οὓς ἐν καιρῷ τις ἀποδώσει τὸ Εὐαγγέλιον διηγούμενος, κατηγορεῖ τῆς εὐαγγελικῆς λέξεως, προσεκτραγῳδῶν καὶ τιθεὶς μὴ τὰ ἀναγεγραμμένα· οὐ γὰρ εὑρίσκεται πῶς ὁ Ἰησοῦς ὀδύρεται. Καὶ παραφράζει μὲν τὸ, « Πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο· » οὐκέτι δὲ καὶ τὸ αὐτόθεν ἐμφαῖνον τὴν πρὸς τὸν Πατέρα εὐσέβειαν αὐτοῦ καὶ μεγαλοψυχίαν, ἑξῆς τούτῳ (55) ἀναγεγραμμένον παρατίθεται, οὕτως ἔχον· « Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. » Ἀλλ' B οὐδὲ τὴν πρὸς τὸ βούλημα τοῦ Πατρὸς περὶ τῶν κεκριμένων αὐτὸν παθεῖν εὐπείθειαν τοῦ Ἰησοῦ δηλουμένην ἐν τῷ· « Εἰ οὐ δύναται τοῦτο παρελθεῖν, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου· » προσποιεῖται ἀνεγνωκέναι, ὅμοιόν τι ποιῶν τοῖς κακουργότερον ἀκούουσι τῶν θείων Γραφῶν ἀσεβέσι, καὶ « ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦσι. » Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τοῦ μὲν, « Ἐγὼ ἀποκτενῶ, » δοκοῦσιν ἀκηκοέναι, καὶ πολλάκις ἡμῖν αὐτὸ ὀνειδίζουσι· τοῦ δὲ, « ζῆν ποιήσω, » οὐδὲ μέμνηνται· τοῦ ὅλου ῥητοῦ δηλοῦντος, τοὺς ἐπὶ κοινῷ κακῷ ζῶντας καὶ ἐνεργοῦντας κατὰ κακίαν ἀποκτείνεσθαι (56) ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ζωὴν δ' αὐτοῖς κρείττονα ἀντεισάγεσθαι, καὶ ἣν δῴη ἂν ὁ Θεὸς τοῖς τῇ ἁμαρτίᾳ ἀποθανοῦσιν. Οὕτω δ' ἐκεῖνοι ἤκουσαν μὲν τοῦ, « Πατάξω, » οὐκέτι δὲ ὁρῶσι τὸ, « κἀγὼ ἰάσομαι· » ὅτι ὅμοιόν ἐστι λεγο- C μένῳ ὑπὸ ἰατροῦ διελόντος σώματα, καὶ τραύματα χαλεπὰ ποιήσαντος, ἐπὶ τῷ ἐξελεῖν αὐτῶν τὰ βλάπτοντα καὶ ἐμποδίζοντα τῇ ὑγιείᾳ, καὶ οὐ καταλήξαντος εἰς τοὺς πόνους καὶ τὴν διαίρεσιν, ἀλλ' ἀποκαθιστῶντος τῇ θεραπείᾳ τὸ σῶμα ἐπὶ τὴν προκειμένην αὐτῷ ὑγίειαν. Ἀλλὰ καὶ οὐχ ἤκουσαν ὅλου τοῦ, « Αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· « ἀλλὰ μόνου τοῦ, « ἀλγεῖν ποιεῖ. » Οὕτω τοίνυν καὶ ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος ἐκτεθειμένος τὸ, « Ὦ Πάτερ, εἴθε δύναιτο τὸ ποτήριον τοῦτο παρελθεῖν! » οὐκέτι δὲ καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ τὰ παριστάντα τὴν Ἰησοῦ πρὸς τὸ πάθος παρασκευὴν καὶ εὐτονίαν. Καὶ ταῦτα δὲ, πολλὴν ἔχοντα διήγησιν ἀπὸ σοφίας Θεοῦ οἷς ὁ Παῦλος ὠνόμασε τελείοις εὐλόγως παραδοθησο- D μένην, λέγων· « Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· » ἐπὶ τοῦ παρόντος ὑπερτιθέμενοι, ἐπ' ὀλίγον ὑπομιμνησκόμεθα τῶν πρὸς τὸ προκείμενον χρησίμων.

Ἐλέγομεν δὴ καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω, ὅτι αἱ μέν τινές εἰσι φωναὶ τοῦ ἐν τῷ Ἰησοῦ « πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, » ὡς ἡ· « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή, » καὶ αἱ τούτοις παραπλήσιαι· αἱ δὲ τοῦ κατ' αὐτὸν νοουμένου ἀνθρώπου, ὡς ἡ τοῦ· « Νῦν δέ με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός (57)· » Καὶ

[43] Matth. XXVI, 39. [44] Ibid. [45] Ibid., 42. [46] Deut. XXXII, 39. [47] Isa. LVII, 17, 18. [48] Job V, 18. [49] I Cor. II, 6. [50] Coloss. I, 15. [51] Joan. XIV, 6.

(54) *Παρελθεῖν*. Scripserat fortasse Celsus : Εἰ δύναται τὸ ποτήριον τοῦτο παρελθεῖν, παρελθέτω.

(55) *Ἑξῆς τούτῳ*. Sic recte codex Jolianus. Libb. antea editi, ἑξῆς δὲ τοῦτο.

(56) Codex Basileensis, ἀποκτίννυσθαι.

(57) Codd. Regius et Basileensis, Πατρός μου. Libb. editi ad oram habent, Θεοῦ.

ἐνθάδε τοίνυν διαγράφει ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ αὐτοῦ καὶ A τὸ τῆς ἀνθρωπίνης σαρκὸς ἀσθενὲς, καὶ τὸ τοῦ πνεύματος πρόθυμον· τὸ μὲν ἀσθενὲς, ἐν τῷ, « Πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· » τὸ δὲ πρόθυμον τοῦ πνεύματος, ἐν τῷ, « Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. » Εἰ δὲ καὶ τὴν τάξιν τῶν λελεγμένων τηρῆσαι δεῖ, πρόσχες, ὅτι πρότερον μὲν εἴρηται τὸ (ὡς ἂν εἴποι τις) κατὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ἓν τυγχάνον (58), ὕστερον δὲ τὰ κατὰ τὴν προθυμίαν τοῦ πνεύματος ὄντα πλείονα. Ἓν μὲν γὰρ τὸ, « Πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· » πλείονα δὲ τό τε, « Οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ· » καὶ τὸ, « Πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο παρελθεῖν, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου. » Τηρητέον δὲ καὶ τὸ μὴ εἰρῆσθαι μὲν, B « ἀπελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· » λελέχθαι δὲ εὐσεβῶς καὶ μεθ' ὑποτιμήσεως ὅλον τοῦτο· « Πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. » Οἶδα δέ τινα καὶ τοιαύτην εἰς τὸν τόπον διήγησιν· ὅτι ὁρῶν ὁ Σωτὴρ οἷα ὁ λαὸς καὶ Ἱερουσαλὴμ πείσεται ἐπὶ τῇ ἐκδικήσει τῶν κατ' αὐτοῦ τετολμημένων ὑπὸ Ἰουδαίων, οὐ δι' ἄλλο τι ἢ διὰ τὸ πρὸς ἐκείνους φιλάνθρωπον, θέλων μὴ παθεῖν τὸν λαὸν ἃ ἔμελλε πάσχειν, φησὶ τὸ, « Πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. » Ὡς εἰ ἔλεγεν· Ἐπεὶ ἐκ τοῦ με πιεῖν (59) τουτὶ τὸ τῆς κολάσεως ποτήριον, ὅλον ἔθνος ὑπὸ σοῦ ἐγκαταλειφθήσεται· εὔχομαι, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· ἵνα μὴ ἡ μερίς σου, τολμήσασα κατ' ἐμοῦ, πάντη ὑπὸ σοῦ ἐγκαταλειφθῇ. Ἀλλὰ καὶ εἰ, ὥς C φησιν ὁ Κέλσος, μήτ' ἀλγεινόν τι μήτ' ἀνιαρὸν τῷ Ἰησοῦ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐγίγνετο, πῶς ἂν οἱ μετὰ ταῦτα παραδείγματι τοῦ ὑπομένειν τὰ δι' εὐσέβειαν ἐπίπονα ἐδύναντο χρήσασθαι Ἰησοῦ, μὴ παθόντι μὲν τὰ ἀνθρώπινα, μόνον δὲ δόξαντι πεπονθέναι;

Ἔτι δὲ λέγει ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος πρὸς τοὺς Ἰησοῦ μαθητὰς ὡς πλασαμένους ταῦτα, ὅτι « οὐδὲ ψευδόμενοι τὰ πλάσματα ὑμῶν πιθανῶς ἐπικαλύψαι ἠδυνήθητε. » Καὶ πρὸς τάδε λελέξεται (60), ὅτι εὐχερὴς μὲν ἦν ὁδὸς πρὸς τὸ ἐπικαλύψαι τὰ τοιαῦτα, τὸ μηδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτὰ ἀναγράψαι. Τίς γὰρ ἂν, τῶν Εὐαγγελίων ταῦτα μὴ περιεχόντων, ὀνειδίσαι ἐδύνατο ἡμῖν ἐπὶ τῷ τὸν Ἰησοῦν τοιαῦτα παρὰ τῇ οἰκονομίᾳ (61) λελαληκέναι; Οὐ συνεῖδε δὲ ὁ Κέλσος, ὅτι οὐκ D ἔστι κατὰ τοὺς αὐτοὺς καὶ ἠπατῆσθαι περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ὡς Θεοῦ καὶ προφητευθέντος, καὶ πλάσασθαι περὶ αὐτοῦ δηλονότι ἐγνωκότας, ὅτι οὐκ ἀληθῆ τὰ πλάσματα. Ἤτοι οὖν οὐκ ἔπλασαν, ἀλλ' οὕτως ἐφρόνουν, καὶ οὐ ψευδόμενοι ἀνέγραψαν· ἢ ψευσάμενοι ἀνέγραψαν, καὶ ταῦτα οὐκ ἐφρόνουν, οὐδὲ ἀπατηθέντες Θεὸν αὐτὸν ἐνόμιζον.

A Patre [52]. » Hic igitur describit Jesus eam, quæ in sua humana natura erat, humanæ carnis infirmitatem et alacritatem spiritus: infirmitatem quidem cum ait: « Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; » alacritatem vero spiritus his verbis: « Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. » Imo si dictorum seriem considerari oportet, adverte præmitti quod, ut sic loquar, ad carnis infirmitatem pertinet, et unum est; postea vero, quæ spiritus alacritatem repræsentant, et plura sunt. Unum enim est hoc: « Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; » plura autem sunt hoc: « Non sicut ego volo, sed sicut tu; » et istud: « Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. » Observandum quoque est non B dictum fuisse: « Transeat a me calix iste; » sed adjuncta pia veluti correctione, sic: « Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. » Scio aliam dari hujusce loci interpretationem, quæ hujusmodi est. Cum Salvator prævideret quas populus Judaicus et Jerusalem luituri essent pœnas ob facinora quæ in ipsum ausi fuerant, præ suo in illos amore volens averti ab illo populo tot mala, quæ ipsi impendebant, dixit: « Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. » Quasi dixisset: Quoniam non possum ebibere hunc supplicii calicem, quin a te tota gens deseratur, oro ut transeat a me calix iste, si fieri possit, ne tua hæc portio propter nefarium in me commissum facinus a te relinquatur. Sin C autem, ut dicit Celsus, neque molestum neque grave Jesu fuisset, quod ipsi tunc temporis illatum est supplicium; quomodo qui secuti sunt, illo velut exemplo tolerandæ propter pietatem molestiæ uti potuissent, cum non passus esset humana, sed tantum pati visus fuisset?

26. Adhuc Jesu discipulos, quos semper finxisse ponit, sic compellat Celsi Judæus: « Quamvis meras fabulas obtruseritis, vestra tamen figmenta ne colore quidem veri illinere potuistis. » Ad quod repono res illas ab eis facili potuisse negotio occultari, si videlicet nullam de illis fecissent mentionem. Nam quis nisi hæc in Evangeliis legisset, potuisset nobis exprobrare talia Jesum tempore D dispensationis suæ dixisse? Non intellexit Celsus hæc duo in eosdem non cadere, decipi credendo Jesum Deum esse eumque a prophetis prænuntiatum, et fingere de illo quæ vera non esse certo noverint. Aut **411** igitur non finxerunt, sed sic sentiebant, et nullo dolo scripserunt; aut mentiti scripserunt, et hæc non sentiebant, neque decepti Deum illum putabant.

[52] Joan. VIII, 40.

(58) Ἓν τυγχάνον. Sic lego, licet antea scriptum sit ἐντυγχάνον, nam manifeste hoc loco unum opponitur pluribus.

(59) Libb. antea editi, ἐκ τοῦ μὲν πιεῖν, sed rectius omnes mss., ἐκ τοῦ με πιεῖν. Paulo post Gelenius interpres videtur legisse, ἵνα μὴ ἡ μερίς μου: nam vertit: « Ne portio mea. »

(60) Ita recte codd. Regius et Basileensis. Editi vero, πρὸς τόδε δὲ λελέξεται.

(61) Guieto scribendum videtur, παρὰ τὴν οἰκονομίαν.

27. Postea ex fidelibus ait esse, « qui similes illis, quos eo impellit ebrietas ut sibi manus inferant, primum Evangelii contextum ter, quater, pluries mutant, pervertuntque, ut habeant quo res sibi objectas inficientur. » Equidem non alios novi, qui Evangelii contextum immutaverint, quam Marcionis, Valentini, fortasse et Lucani sectatores. Id vero criminis nostræ doctrinæ non imputandum est : in culpa sunt qui Evangelia depravare audent. Nam quemadmodum in philosophiam male conferres, quæ a sophistis, Epicureis, Peripateticis aliisve falsæ excogitatæ sunt opiniones : sic, quia nonnulli Evangelia corruperunt, novasque sectas a Jesu doctrina alienas induxerunt, non continuo in crimen vocari oportet verum Christianismum.

28. Quoniam vero postea Christianis exprobrat Celsi Judæus, « quod prophetis utantur qui prædixerint quæ ad Jesum pertinent, » iis, quæ supra jam hac de re nobis disputata sunt, addo debuisse illum, qui se hominibus parcere dicit, vaticinia ipsa in medium adducere, simulque, concesso verisimiles esse quas illis adhibent Christiani interpretationes, afferre nihilominus quæ sibi videbantur prophetiarum usum evertere. Sic saltem non visus fuisset, pauculis allatis verbis, sumere sibi rem tanti momenti. Ac eo magis id necessarium fuit, quod ipse dicat, « sexcentis aliis probabilius quam Jesu accommodari posse prophetarum vaticinia. » Et huic sane validiori et quo maxime confidunt Christiani, argumento diligenter obsistere debuit, et arreptis sigillatim illis vaticiniis, demonstrare quomodo illa sexcentis aliis longe probabilius, quam Jesu, accommodari possint. Verum non animadvertit Celsus id, si diceretur ab homine qui scripturas propheticas non admitteret, nonnihil quidem probabilitatis habiturum; nunquam vero dicturum esse Judæum, quod Judæi personæ ascribit. Nec enim dederit Judæus prophetarum vaticinia sexcentis aliis quadrare magis, quam Jesu ; sed afficta singulis, quæ sibi magis probabitur, sententia, Christianorum interpretationem propulsare conabitur : quod si non dicet quæ faciant fidem, saltem id aget sedulo.

A Μετὰ ταῦτά τινας τῶν πιστευόντων φησὶν « ὡς ἐκ μέθης ἥκοντας εἰς τὸ ἐφεστάναι αὐτοῖς, μεταχαράττειν ἐκ τῆς πρώτης γραφῆς τὸ Εὐαγγέλιον τριχῇ καὶ τετραχῇ καὶ πολλαχῇ, καὶ μεταπλάττειν, ἵν' ἔχοιεν πρὸς τοὺς ἐλέγχους ἀρνεῖσθαι. » Μεταχαράξαντας δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἄλλους οὐκ οἶδα, ἢ τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος (62), καὶ τοὺς ἀπὸ Οὐαλεντίνου, οἶμαι δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Λουκάνου. Τοῦτο δὲ λεγόμενον οὐ τοῦ λόγου ἐστὶν ἔγκλημα, ἀλλὰ τῶν τολμησάντων ῥᾳδιουργῆσαι τὰ Εὐαγγέλια· καὶ ὥσπερ οὐ φιλοσοφίας ἔγκλημά εἰσιν οἱ σοφισταί, ἢ οἱ Ἐπικούρειοι, ἢ οἱ Περιπατητικοὶ (63), ἢ οἵ τινές ποτ' ἂν ὦσιν οἱ ψευδοδοξοῦντες· οὕτως οὐ τοῦ ἀληθινοῦ Χριστιανισμοῦ ἔγκλημα οἱ μεταχαράττοντες τὰ Εὐαγγέλια, καὶ αἱρέσεις ξένας ἐπεισάγοντες τῷ βουλήματι τῆς Ἰη-
B σοῦ διδασκαλίας.

Ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα καὶ « τὸ προφήταις χρῆσθαι » Χριστιανοὺς « προκηρύξασι τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ » ὀνειδίζει ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, φήσομεν πρὸς τοῖς ἀνωτέρω εἰς τοῦτο λελεγμένοις, καὶ ὅτι ἐχρῆν αὐτὸν (ὥς φησι) φειδόμενον (64) ἀνθρώπων αὐτὰς ἐκθέσθαι τὰς προφητείας, καὶ συναγορεύσαντα ταῖς πιθανότησιν αὐτῶν, τὴν φαινομένην αὐτῶν ἀνατροπὴν τῆς χρήσεως τῶν προφητικῶν ἐκθέσθαι. Οὕτω γὰρ ἂν ἔδοξε μὴ συναρπάζειν τηλικοῦτον κεφάλαιον διὰ λεξειδίων ὀλίγων, καὶ μάλιστά, ἐπεί φησι « μυρίοις ἄλλοις ἐφαρμοσθῆναι δύνασθαι πολὺ πιθανώτερον τὰ προφητικὰ ἢ τῷ Ἰησοῦ. » Καὶ ἐχρῆν γε αὐτὸν πρὸς τὴν κρατήσασαν Χριστιανῶν ταύτην ὡς
C ἰσχυροτάτην ἀπόδειξιν στῆναι ἐπιμελῶς, καὶ καθ' ἑκάστην προφητείαν ἐκθέσθαι πῶς ἄλλοις ἐφαρμοσθῆναι δύναται πολὺ πιθανώτερον ἢ τῷ Ἰησοῦ. Ἀλλ' οὐδὲ συνεῖδεν, ὅτι τουτὶ ἄρα πιθανὸν ἦν ὑπό τινος λέγεσθαι κατὰ Χριστιανῶν τῶν ἀλλοτρίων τῶν προφητικῶν γραμμάτων· νυνὶ δὲ ὅπερ Ἰουδαῖος ἂν οὐκ εἶπε, περιέθηκεν ὁ Κέλσος τῷ τοῦ Ἰουδαίου προσώπῳ. Οὐ συγκαταθήσεται γὰρ ὁ Ἰουδαῖος, ὅτι μυρίοις ἐφαρμοσθῆναι δύναται τὰ προφητικὰ πολὺ πιθανώτερον (65) ἢ τῷ Ἰησοῦ· ἀλλὰ περὶ ἑκάστου τὴν φαινομένην αὐτῷ διήγησιν ἀποδιδοὺς, στῆναι πειράσεται πρὸς τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐκδοχήν· οὐ πάντως μὲν πιστικὰ (66) λέγων, πειρώμενος δὲ τὸ τοιοῦτο ποιεῖν.

(62) *Τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος*. Marcionitæ solum Lucæ Evangelium amplectebantur, rejectis Matthæo, Marco et Joanne, sed istius Evangelii auctorem dicebant non esse Lucam, sed Paulum, cujus etiam solius Epistolis, non tamen omnibus, nec integris sub nomine ἀποστολικοῦ utebantur. Eosdem Lucæ, juxta illos, Pauli Evangelium mire truncatum et interpolatum habuisse testatur Irenæus lib. I, cap. 29 ; Tertullianus *contra Marcionem*, et Epiphanius hæresi 42. Ad Valentinianos quod attinet, in eorum commentis quæ Græce exstant ad calcem Clementis Alexandrini, loca e Matthæo et Luca proferuntur, et Tertullianus, cap. 38, *De præscript.*, diserte testatur Valentinum « integro instrumento » usum, et Scripturis pepercisse, nec « machæra usum palam, » licet sensum pervertendo plus abstulerit. Itaque dicendum Origenis ætate quosdam Valentini discipulos fortassis fecisse, quod Valentinum facere Tertullianus vere negavit. Lucianistæ discipuli
D erant Luciani seu Lucani cujusdam hæretici qui et ipse Marcionis sectator fuit. Vide Epiphanium hæres. 43, et Tertullianum *De præscript.*, c. 51.

(63) *Ἢ οἱ Περιπατητικοί*. Nota hic Peripateticos inter ψευδοδοξοῦντας recenseri.

(64) *Φειδόμενον*. Boherellus legit κηδόμενον. Idem paulo post legit τὴν φαινομένην αὐτῷ ἀνατροπήν. Guieto autem hic locus glossematis interpolatus videtur et fortasse sic restituendus : Καὶ συναγορεύσαντα ταῖς πιθανότησιν αὐτῶν τὴν φαινομένην ἀνατροπὴν ἐκθέσθαι. Οὕτω γὰρ ἂν, etc. Hæc itaque αὐτῶν et τῆς χρήσεως τῶν προφητικῶν interpretamenta ei videntur esse quæ e margine in textum transierunt.

(65) Sic mss. Reg. Basil. et vetus Vaticanus ; libri autem editi, ὅτι τουτὶ ἄρα (ἦν) ὑπό τινος λέγεσθαι κατὰ Χριστιανῶν... πιθανὸν τάχα ἦν.

(66) *Πιστικά*. Guieto scribendum videtur πειστικά.

Φθάσαντες δ' ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν περὶ τῶν τὸν Χριστὸν προφητεύεσθαι (67), δύο ἐπιδημίαις χρησόμενον εἰς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· διόπερ οὐκ ἔτι χρεία ἡμᾶς ἀπολογήσασθαι πρὸς τὸ λεγόμενον ὡς ὑπὸ τοῦ Ἰουδαίου, ὅτι « Μέγαν καὶ δυνάστην, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἐθνῶν καὶ στρατοπέδων Κύριόν φασιν οἱ προφῆται εἶναι τὸν ἐπιδημήσοντα (68). » Ἰουδαϊκῶς δ', οἶμαι, εἶπε καὶ κατὰ τὴν ἐκείνων χολὴν μετὰ τοῦ χωρὶς ἀποδείξεως, κἂν πιθανῶς (69), λοιδορεῖν τὸν Ἰησοῦν, ὅτι δὲ « οὐχὶ τοιοῦτον ὄλεθρον κατήγγειλεν (70). » Οὔτε Ἰουδαῖοι, οὔτε Κέλσος, οὔτε ἄλλος τις μετὰ ἀποδείξεως ἔχει παραστῆσαι, ὅτι ὄλεθρος τοσούτους ἀνθρώπους ἐπιστρέφει ἀπὸ τῆς χύσεως τῶν κακῶν ἐπὶ τὸν κατὰ φύσιν μετὰ σωφροσύνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν βίον.

Παρέῤῥιψε δ' ὁ Κέλσος καὶ τό· « Θεὸν δὲ καὶ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν οὐδεὶς ἐκ τοιούτων συμβόλων καὶ παρακουσμάτων, οὐδ' ἐξ οὕτως ἀγεννῶν τεκμηρίων συνίστησιν. » Ἐχρῆν δὲ αὐτὸν, τὰ παρακούσματα ἐκθέμενον, ἐλέγξαι, καὶ τὰ ἀγεννῆ τεκμήρια λόγῳ παραστῆσαι, ἵν' εἴ τι πιθανὸν ἐδόκει λέγειν, ὁ Χριστιανὸς ἀγωνίσασθαι πρὸς αὐτὸ πειραθῇ, καὶ ἀνατρέψαι τὸν λόγον. Ὅπερ δὲ εἶπε περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπήντησε μὲν, ὡς περὶ μεγάλου, οὐκ ἐβουλήθη δὲ ἰδεῖν, ὅτι τοῦτ' ἀπήντησεν, κἂν (71) ἡ ἐνάργεια παρίστησι περὶ τοῦ Ἰησοῦ. « Ὡς γὰρ ὁ ἥλιος, φησὶ, πάντα τὰ ἄλλα φωτίζων πρῶτον αὐτὸν δεικνύει· οὕτως ἐχρῆν πεποιηκέναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. » Εἴποιμεν ἂν οὖν, ὅτι καὶ πεποίηκεν· « Ἀνέτειλε γὰρ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης γέγονεν, » ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς γενέσεως αὐτοῦ, εὐτρεπίζοντος τοῦ Θεοῦ τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ τὰ ἔθνη, ἵν' ὑπὸ ἕνα γένηται τῶν Ῥωμαίων βασιλέα, καὶ μὴ, διὰ τὸ προφάσει τῶν πολλῶν βασιλειῶν (72) ἄμικτον τῶν ἐθνῶν πρὸς ἄλληλα, χαλεπώτερον γένηται τοῖς ἀποστόλοις τοῦ Ἰησοῦ τὸ ποιῆσαι ὅπερ προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, εἰπών· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. » Καὶ σαφές γε, ὅτι κατὰ τὴν Αὐγούστου βασιλείαν ὁ Ἰησοῦς (73) γεγέννηται, τοῦ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) ὁμαλίσαντος διὰ μιᾶς βασιλείας τοὺς πολλοὺς τῶν ἐπὶ γῆς. Ἦν δὲ ἂν ἐμπόδιον τοῦ νεμηθῆναι τὴν Ἰησοῦ διδασκαλίαν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ πολλὰς εἶναι βασιλείας, οὐ μόνον διὰ τὰ προειρημένα, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι στρατεύεσθαι καὶ ὑπὲρ τῶν πατρίδων πολεμεῖν τοὺς πανταχοῦ· ὅ τι ἐγίνετο (74) πρὸ τῶν Αὐγούστου χρόνων, καὶ ἔτι γε ἀνωτέρω, ὅτε γε χρεία ἦν, ὡς Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων εἶναι πόλεμον, οὕτω καὶ ἑτέρων πρὸς ἑτέρους. Πῶς οὖν οἷόν τε ἦν τὴν εἰρηνικὴν ταύτην διδασκαλίαν, καὶ μηδὲ ἐχθροὺς ἐπιτρέπουσαν ἀμύ-

A **412** 29. Jam ante diximus duplicem Christi inter homines adventum a prophetis prædictum fuisse. Quapropter inutile fuerit refellere id quod fictus Judæus addit : « Qui venturus est, eum prophetæ præpotentem quemdam regem, universæ terræ, gentium omnium exercituumque dominum fore pronuntiant. » Quod vero sequitur, « tam perniciosam pestem ab illis non fuisse prænuntiatam, » hic agnosco Judæorum stomachum, quo fit ut nullo argumento nullave probabilitate Jesum vituperent. Nec enim Judæi, nec Celsus, nec alius quilibet probare unquam poterit perniciosam pestem eum esse, qui tot homines a vitiorum proluvie avocatos ad vitam naturæ consentaneam et temperantia cæterisque virtutibus ornatam advocavit.

B

(85) *Στάσεως*. Origenes videtur respicere annum primum et tertium Gordiani imper., sub quibus exortum est bellum Persicum. Etenim Sapor, ut cladem ab Alexandro Severo Persis illatam ulcisceretur, ditiones Romanas invadit, Antiochiam capit, et civibus servitutem imposuit, quos postea Gordianus in libertatem vindicavit, ut ipse testatur in epistola, quam scripsit ad Mesithium, ejus socerum: « Etiam Persas, ut brevi multa connectam, ab Antiochensium cervicibus, quas jam nexas Persico ferro gerebant, et reges Persarum, et leges amovimus. Carras deinde, cæterasque urbes imperio Romano reddidimus. » Jul. Capitol., de Gordiano. Huc accedunt factio Sabiniana, inita, ut ait Capitolinus, in Africa contra Gordianum (Capitol. ibid.) et terræ motus, « eo usque gravis, imperante Gordiano, ut civitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent; ob quæ sacrificia per totam urbem totumque orbem terrarum ingentia celebrata sunt. (idem ibid.). » Item Mesithii interitus, « quantum plerique dicunt, artibus Philippi machinatus (ibid.). » Adde et Gordiani necem; « quem Philippus clamantem ante conspectum duci jussit, ac spoliari, et occidi (ibid.). » Vide Baronium ad ann. 233, 234: « Hæc ipsa namque tempora existimamus ab eodem Origene indicata, cum agens adversus Celsum hæc ait, Denuo calumniatores, » etc. SPENC. — Vide monitum initio librorum *Contra Celsum* præfixum.

(86) *Νομίσωσιν*. Orig. tractat. 28 in Matth.: « Frequenter enim famis causa Christianos culparunt gentiles, et quicunque sapiebant quæ gentium sunt. Sed et pestilentiarum causas ad Christi Ecclesiam retulerunt. Scimus autem et apud nos terræ motum factum in locis quibusdam, et factas fuisse quasdam
D ruinas, ita ut qui erant impii extra fidem causam terræ motus dicerent Christianos. Propter quod et persecutiones passæ sunt Ecclesiæ, et incensæ sunt. Non solum autem illi sed et qui videbantur prudentes, talia in publico dicerent, quia propter Christianos fiunt gravissimi terræ motus. » Tertull., *Apol.*, cap. 40: « Prætexentes sane ad odii defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi, Christianos esse causam. Si Tiberis ascendit ad mœnia, si Nilus non ascendit in arva, si cœlum stetit, si terra movit, si fames, si lues: statim *Christianos ad leonem*. Tantos ad unum? etc. » Vide cap. 2 ibid. et librum *ad Scapulam*, cap. 3; Cyprianum ad Demetrianum; Firmilianum ad Cypr., epist. 75, apud Cypr.; Augustinum, lib. II, cap. 2, *De civit. Dei;* edictum Maximini apud Eusebium, lib. IX, cap. 6, *Ecclesiast. hist.* Locupletius de hac calumnia agit Arnobius lib. I *Contra gentes*, quem vide. SPENCER.

Jesu Christo, diligendo deficere. Atque etiam falso Celsus putat sancta nos nostræ doctrinæ occultare principia. Quin palam illa prædicamus, quandoquidem ad nos primum accedentibus idolorum simulacrorumque omnium contemptum instillamus, et insuper a deferendo rebus creatis cultu, qui Deo debetur, revocatos erigimus ad rerum omnium Conditorem; **457** denique eum qui prædictus est, advenisse demonstramus, cum ex vaticiniis de illo editis, quæ multa sunt, tum ex Evangeliis apostolicisque scriptis, quæ sedulo traduntur iis qui prudenter intelligere illa possunt.

16. « Quænam autem omnis generis corradamus, quænam confingamus terricula, » quæ nobis nullo argumento Celsus objicit, ostendat qui voluerit. Nisi forte quod docemus multisque argumentis et ex Scriptura et ex ratione ductis comprobamus, Deum esse judicem, eumque ab hominibus postulare rationem omnium quæ fecerunt, id Celsus terriculorum loco habeat. Verumtamen (amica enim veritas) hæc Celsus dixit circa finem: « Dii prohibeant ne aut ego, aut illi, aut quilibet hominum tollamus dogma istud, injustos punitum iri, justos mercede esse donandos. » Quibusnam igitur confictis terriculis, si istam de pœnis sententiam dempseris, homines attrahimus? Sed et quia dicit, « nos ex prisca doctrina pravas opiniones commentos, eas primum hominibus occinere, ut qui obstrepunt circum eos, qui Corybantum sacris initiantur; » illum interrogabimus, ex quanam prisca doctrina sint pravæ illæ opiniones. Sive enim ex Græcanica dixerit, quæ et ipsa sub terra tribunalia esse docet; sive ex Judaica, quæ præter alia post hanc vitam prænuntiat aliam futuram esse; nunquam ostenderit nos, qui cum ratione credere conamur, male veritatem assecutos, ad hujusmodi dogmata vitam nostram componere.

17. Postea res nostræ fidei cum Ægyptiorum rebus comparare vult: « Ad quos si accesseris, statim se offerunt splendida fana et luci, magna pulchraque vestibula, admirabilia templa, eximia circumquaque umbracula, cæremoniæ religiosæ admodum et arcanis refertæ; postquam autem ingressus es et ad penetralia pervenisti, cernis adorari aut felem, aut simiam, aut crocodilum, aut hircum, aut canem. » Sed quid simile apud nos est iis rebus, quæ ad Ægyptios accedentibus speciosæ videntur? Quid simile brutis illis animantibus quæ intus ultra egregia illa vestibula adorantur? Dixeritne vaticinia, supremum Deum, simulacrorum despectionem, res quidem veneratione dignas esse; Jesum

A σεμνὸν τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς παριστῶμεν, καὶ οὐχ (ὡς οἴεται Κέλσος,) ἀποκρύπτομεν, ἐπὰν καὶ τοῖς πρώτοις (87) εἰσαγομένοις καταφρόνησιν μὲν τῶν εἰδώλων καὶ πάντων τῶν ἀγαλμάτων ἐμποιήσωμεν, καὶ πρὸς τούτοις, ἐπαίροντες τὰ φρονήματα αὐτῶν ἀπὸ τοῦ δουλεύειν τοῖς κτισθεῖσιν ἀντὶ Θεοῦ, ἐπὶ τὸν κτίσαντα τὰ ὅλα αὐτοὺς ἀναβιβάζωμεν· ἐμφανῶς παριστάντες τὸν προφητευθέντα ἔκ τε τῶν περὶ αὐτοῦ προφητειῶν (πολλαὶ δέ εἰσιν αὗται) καὶ ἐκ τῶν ἐξητασμένως παραδιδομένων τοῖς δυναμένοις ἀκούειν συνετώτερον τῶν Εὐαγγελλίων καὶ τῶν ἀποστολικῶν φωνῶν.

« Ποῖα δὲ παντοδαπὰ ἐπισπώμεθα, ἢ τίνα συμπλάσσομεν δείματα, » ὡς ἀναποδείκτως γράφει ὁ Κέλσος· παραστησάτω ὁ βουλόμενος. Εἰ μὴ ἄρα τὴν B περὶ δικαστοῦ Θεοῦ, καὶ δικαζομένων ἀνθρώπων ἐφ' οἷς ἔπραξαν πᾶσι, διδασκαλίαν μετὰ κατασκευῆς ποικίλης, πὴ μὲν τῆς ἀπὸ τῶν Γραφῶν, πὴ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ εἰκότος λόγου, δείματα βούλεται λέγειν ὁ Κέλσος συμπεπλασμένα. Καίτοιγε (φίλη γὰρ ἡ ἀλήθεια) φησὶ πρὸς τοῖς τελευταίοις ὁ Κέλσος, ὅτι « Μήτε τούτοις εἴη, μήτ' ἐμοὶ, μήτ' ἄλλῳ τινὶ ἀνθρώπων ἀποθέσθαι τὸ περὶ τοῦ κολασθήσεσθαι τοὺς ἀδίκους, καὶ γερῶν ἀξιωθήσεσθαι τοὺς δικαίους, δόγμα! » Ποῖα οὖν δείματα (88), ἐὰν ἀνέλῃς τὸν περὶ κολάσεως λόγον, συμπλάττοντες ἐπισπώμεθα τοὺς ἀνθρώπους; Ἀλλὰ καὶ ἐπὰν λέγῃ, ὅτι « Τὰ τοῦ παλαιοῦ λόγου παρακούσματα συμπλάττοντες, τούτοις προκαταυλοῦμεν καὶ προκατηχοῦμεν τοὺς ἀνθρώπους, ὡς οἱ τοὺς κορυβαντιζομένους περιβομβοῦντες· » φήσομεν πρὸς C αὐτόν· Ποίου παλαιοῦ λόγου παρακούσματα; Εἴτε γὰρ τοῦ Ἑλληνικοῦ, καὶ διδάξαντος περὶ τῶν ὑπὸ γῆν δικαστηρίων, εἴτε τοῦ Ἰουδαϊκοῦ, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ περὶ τῆς ἑξῆς τῷ βίῳ τούτῳ ζωῆς προφητεύσαντος· οὐκ ἂν ἔχοι παραστῆσαι, ὅτι ἡμεῖς μὲν ἐν παρακούσμασι γενόμενοι τῆς ἀληθείας, ὅσοι γε πειρώμεθα μετὰ λόγου πιστεύειν, πρὸς τὰ τοιαῦτα ζῶμεν δόγματα.

Παραβάλλειν δὲ τὰ τῆς πίστεως ἡμῶν τοῖς Αἰγυπτίων θέλει πράγμασι· « Παρ' οἷς προσιόντι μὲν ἔστι λαμπρὰ τεμένη, καὶ ἄλση, καὶ προπυλαίων μεγέθη τε καὶ κάλλη, καὶ νεῴ θαυμάσιοι, καὶ σκηναὶ πέριξ ὑπερήφανοι, καὶ θρησκεῖαι μάλα δυσδαίμονες καὶ μυστηριώτιδες (89)· ἤδη δὲ εἰσιόντι, καὶ ἐνδοτέρω D γενομένῳ, θεωρεῖται προσκυνούμενος αἴλουρος ἢ πίθηκος, ἢ κροκόδειλος, ἢ τράγος, ἢ κύων. » Τί γὰρ τὸ ἀνάλογον τοῖς πρὸς τοὺς προσιόντας σεμνοφανέσιν Αἰγυπτίων ἐστὶ παρ' ἡμῖν; Τί δὲ τὸ ἀνάλογον τοῖς ἔνδον μετὰ τὰ σεμνὰ προπύλαια ἀλόγοις ζώοις προσκυνουμένοις; Ἢ τὰς μὲν προφητείας, καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν (90), καὶ τὰ κατὰ τῶν ἀγαλμάτων, ἐστὶ τὰ καὶ κατ' αὐτὸν σεμνά· Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ἐσταυρωμένος

(87) *Τοῖς πρώτοις*. Scribendum videtur, τοῖς πρῶτον, ut conjecit Boherellus. Infra mss., ἔκ τε τῶν περὶ αὐτοῦ προφητειῶν. Libb. excusi in textu, ἔκ τε τῶν παρ' ἑαυτοῦ προφητειῶν. Paulo post codd. Reg. Basil. et duo Anglicani, ἀποστολικῶν φωνῶν. Alii cum libris excusis, ἀποστολικῶν γραφῶν.

(88) Libb. excusi, δείγματα, male. Infra iidem in textu, οὐκ ἂν ἔχῃ παραστῆσαι, sed omnes mss., οὐκ ἂν ἔχει, etc.

(89) *Δυσδαίμονες καὶ μυστηριώτιδες*. Sic omnes mss., sed malim, δεισιδαίμονες καὶ μυστηριώδεις.

(90) *Τὰς μὲν προφητείας καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν*. Forte scribendum, αἱ μὲν προφητεῖαι, καὶ ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεός.

τὸ ἀνάλογον τῷ προσκυνουμένῳ ἀλόγῳ ζώῳ; Ἀλλ' ἐὰν τοῦτο λέγῃ (οὐ γὰρ ἄλλο τι οἶμαι φήσειν αὐτὸν), ἀπαντήσομεν (91) ὅτι πλείονα ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἡμῖν εἰς κατασκευὴν τῶν κατὰ τὸν Ἰησοῦν εἴρηται, ὅτι καὶ τὰ δοκοῦντα κατ' ἄνθρωπον αὐτῷ συμβεβηκέναι χρησίμως γέγονεν ἐν τῷ παντὶ (92), καὶ σωτηρίως τῷ ὅλῳ κόσμῳ.

Εἶτα τὰ μὲν τῶν Αἰγυπτίων, σεμνολογούντων καὶ τὰ περὶ τῶν ἀλόγων (93) ζώων, καὶ φασκόντων εἶναί τινα αὐτὰ Θεοῦ σύμβολα, ἢ ὅπως φίλον ὀνομάζειν τοῖς χρηματίζουσιν αὐτῶν προφήταις, φησὶ « φαντασίαν ἐξαποστέλλειν τοῖς ταῦτα μεμαθηκόσιν, ὅτι μὴ μάτην μεμύηνται· » τὰ δ' ἐν τοῖς ἡμετέροις λόγοις ἀπὸ τοῦ καλουμένου παρὰ τῷ Παύλῳ χαρίσματος ἐν τῷ διὰ τοῦ Πνεύματος λόγῳ σοφίας, καὶ ἐν τῷ κατὰ τὸ Πνεῦμα λόγῳ γνώσεως παριστάμενα τοῖς ἐν Χριστιανισμῷ πολυμαθέσιν, οὐδὲ πεφαντάσθαι μοι ὁ Κέλσος δοκεῖ· οὐ μόνον ἀπὸ τούτων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ἐν τοῖς ἑξῆς κατηγορῶν τοῦ συστήματος Χριστιανῶν λέγει· ὡς « πάντα μὲν σοφὸν ἀπελαυνόντων τοῦ λόγου (94) τῆς πίστεως αὐτῶν, μόνους δὲ ἀνοήτους καὶ τοὺς ἀνδραποδώδεις καλούντων· » περὶ ὧν κατὰ καιρὸν εἰσόμεθα, γενόμενοι κατὰ τὸν τόπον.

Καὶ φησί γε « ἡμᾶς τῶν μὲν Αἰγυπτίων καταγελᾷν, καίτοι πολλὰ καὶ οὐ φαῦλα παρεχόντων αἰνίγματα, ἐπὰν *ἰδεῶν* ἀϊδίων, καὶ οὐχ (ὡς δοκοῦσιν οἱ πολλοὶ) ζώων ἐφημερίων τιμὰς εἶναι τὰ τοιαῦτα διδάσκουσιν· εὐήθεις δ' εἶναι, μηδὲν σεμνότερον τράγων καὶ κυνῶν, τῶν παρ' Αἰγυπτίοις, εἰσάγοντας ἐν ταῖς περὶ τοῦ Ἰησοῦ διηγήσεσι. » Καὶ πρὸς τοῦτο δὲ φήσομεν· Ἄρ', ὦ γενναῖε, τὸ μὲν Αἰγυπτίους πολλὰ καὶ οὐ φαῦλα παρέχεσθαι αἰνίγματα, καὶ ἀσαφεῖς διηγήσεις περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ζώων, εὐλόγως ἐπαίρεις τῷ λόγῳ· οὐ δεόντως δὲ ποιεῖς ἡμῶν κατηγορῶν, ὡς πειθόμενος μηδὲν ἡμᾶς λέγειν, ἀλλὰ πάντα οὐδενὸς λόγου καὶ φαῦλα· ἐπὰν τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ κατὰ τὴν τοῦ λόγου σοφίαν διεξοδεύωμεν τοῖς ὡς ἐν Χριστιανισμῷ τελείοις· περὶ ὧν, ὡς ἱκανῶν ἀκοῦσαι τῆς ἐν Χριστιανισμῷ σοφίας, διδάσκων ὁ Παῦλός φησι· « Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων· ἀλλὰ λαλοῦμεν Θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκε. »

Καί φαμεν τοῖς ὁμονοοῦσι τῷ Κέλσῳ, ὅτι οὐδεμίαν ἄρα φανταζόμενος σοφίαν ὁ Παῦλος ὑπερέχουσαν, ἐπηγγέλλετο σοφίαν λαλεῖν ἐν τοῖς τελείοις· ἐπειδὰν δὲ κατὰ τὸ ἑαυτοῦ θρασὺ φήσῃ, ὅτι οὐδὲν ἔχων σοφὸν

A Christum autem cruci affixum quidpiam esse quod cum adorata bruta animante merito conferatur? Id si dicat, neque enim aliud dicturum puto, respondebimus multa jam in superioribus a nobis fuisse adducta ad confirmandum quæcunque ad Jesum pertinent, ostendendumque utilia huic universitati salutariaque **458** toti mundo fuisse, quæ illi secundum hominem accidere visa sunt.

18. Quia vero Ægyptii magnifica de brutis animantibus loquuntur, dicuntque illa esse quædam Dei symbola aut quocunque alio nomine ea appellare visum est illorum prophetis, affirmat, « qui rerum illarum sunt periti, eos induci, ut se non frustra illis initiatos esse cogitent. » At vero quæ gratia, ut Paulus vocat [60], in sermone sapientiæ B per Spiritum et in sermone scientiæ secundum Spiritum, in nostra disciplina retegit iis qui in Christianismo sunt eruditi, de iis ne quidem cogitasse Celsum arbitror. Argumento sunt non modo quæ mox dixit, sed etiam quæ ad redarguendam Christianorum societatem profert in sequentibus; nimirum « doctrina fidei illos interdicere sapientibus omnibus, admittere solos stupidos, servili ingenio homines. » De quibus suo tempore videbimus, cum ad hunc locum ventum erit.

19. Addit, « nobis Ægyptios esse ridiculo, proponere tamen multa non spernenda ænigmata; quandoquidem *ideas* æternas, non autem, quod vulgus putat, mox interitura animalia, colendas esse C doceant; nos vero stultos esse, qui in iis, quæ de Jesu a nobis dicuntur, nihil hircis canibusque Ægyptiacis nobilius afferamus. » Ad quæ nos: Esto, vir præclare, meritis laudibus extollas multa et non contemnenda, quæ Ægyptii proponunt, ænigmata involutasque de suis animalibus explicationes: at non recte facis, cum ad nos traducendos tibi in animum inducis, nihil nos dicere, nostraque omnia futilia esse, nullius pretii, quando iis, qui in Christianismo sunt perfecti, de Jesu disserimus quæ nostræ doctrinæ sapientia credi jubet. De his ut ad intelligendam illam Christianismi sapientiam idoneis Paulus ait: « Sapientiam autem loquimur inter perfectos; sapientiam vero non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi qui destruuntur; sed loqui- D mur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo principum hujus sæculi cognovit [61]. »

20. Hic Celsi asseclas interrogo, an Paulus, si nullam animo informatam habuisset excellentis sapientiæ notionem, promisisset se sapientiam locuturum esse inter perfectos? Quoniam vero, quæ sua

[60] I Cor. XII, 8. [61] I Cor. II, 6 seqq.

(91) *Ἀπαντήσομεν.* Recte codex Jolianus, male vero libb. antea excusi, ἀπαντησόμενον.

(92) *Ἐν τῷ παντί.* Delenda videtur vocula, ἐν, nata e præcedenti γέγονεν.

(93) *Ἀλόγων.* Hœschelius in textu habet, ἄλλων, sicque codex Jolianus, sed reliqui mss., ἀλόγων.

(94) *Τοῦ λόγου.* Omnes mss. habent, τοὺς λόγους excepto veteri Vaticano qui quidem habet prima manu, τοὺς λόγους, sed secunda manu τοῦ λόγου, recte. Mox idem codex Vaticanus, μόνους δὲ ἀνοήτους. In antea excusis deest particula δέ.

est confidentia, dicet illum, licet nihil sapientiæ habentem, hæc tamen promisisse, contra repono sic: Tu primum edissere ejus qui hæc dicit Epistolas; et inspecta mente singularum dictionum quæ ibi leguntur, in iis exempli causa quas ad Ephesios, ad Colossenses, ad Thessalonicenses, ad Philippenses, ad Romanos scripsit; hoc utrumque **459** demonstra, et te sermones Pauli intellexisse, et quosdam illorum inventos a te fuisse stultos ac fatuos. Si enim præsenti attentoque animo illas versaverit, mirabitur sat scio ingenium hominis magna verbis vulgaribus exprimentis; aut si non admiratus fuerit, ipse perridiculus videbitur; sive mentem viri assecutus, illam repræsentet; sive velit impugnare et evertere quæ sibi visus fuerit intellexisse.

21. Nequedum loquor de omnibus quæ in Evangeliis scripta digna sunt quæ observentur. Horum unumquodque rationem habet multam animadversuque difficilem non vulgo solum, sed et quibusdam ex intelligentium numero. Accedit expositio parabolarum altissima, quas Jesus extraneis narrabat, servata explicatione iis, qui meliore quam extranei auditu essent, et qui ad ipsum sese domi privatim adjungerent. Admirabitur etiam cogitans qua ratione quidam extranei, quidam domestici vocentur. Eccui vero, modo capere queat, admirationi non erunt Jesu migrationes, modo ascendentis in montem ut quædam dicat faciatve aut se transfiguret; modo infra curantis infirmos nec valentes ascendere quo illum discipuli sequebantur? Sed hic non locus est enarrandi quæ vere augusta sunt et divina in Evangeliis et Christi, hoc est sapientiæ et Verbi in Paulo loquentis, mentem. Satis fuerint quæ dixi ad reprimendam indignam philosopho Celsi irrisionem, ausi reconditiora Ecclesiæ Dei mysteria cum Ægyptiorum felibus, aut simiis, aut crocodilis, aut hircis, aut canibus comparare.

22. Quin et ut nullam speciem obtrectationis irrisionisque reliquam faceret scurra ille, nominat in suo contra nos scripto libro Dioscuros, Herculem, Æsculapium, Bacchum, qui apud Græcos ex hominibus in deorum numerum relati credebantur, et ait « nos non ferre, si pro diis illi habeantur, quia, quantumvis multa fortiter pro hominibus fecerint, homines tamen primum erant; affirmare vero Jesum mortuum a suis sodalibus conspectum fuisse; » additque criminationi, nos, cum dicimus « illum conspectum esse, id de umbra intelligi velle. » Respondemus ad hæc, callide hic Celsum neque plane expressisse se non colere hujusmodi deos, quippe veritum ne qui in ejus librum incide-

A ταῦτα ἐπηγγέλλετο· ἀνταποκρινούμεθα αὐτῷ λέγοντες· Πρῶτον σαφήνισον τοῦ ταῦτα λέγοντος τὰς Ἐπιστολάς· καὶ ἐνατενίσας τῷ βουλήματι ἑκάστης ἐν αὐταῖς λέξεως (φέρ' εἰπεῖν τῇ πρὸς Ἐφεσίους, καὶ πρὸς Κολασσαεῖς, καὶ τῇ πρὸς Θεσσαλονικεῖς, καὶ Φιλιππησίους, καὶ πρὸς Ῥωμαίους), ἀμφότερα δεῖξον, καὶ ὅτι νενόηκας τοὺς Παύλου λόγους, καὶ ὅτι παραστῆσαι (95) εὐήθεις τινὰς ἢ ἠλιθίους. Ἐὰν γὰρ ἐπιδῷ ἑαυτὸν τῇ μετὰ τοῦ προσέχειν ἀναγνώσει, εὖ οἶδ' ὅτι ἢ θαυμάσεται τὸν νοῦν τοῦ ἀνδρὸς, ἐν ἰδιωτικῇ λέξει μεγάλα περινοοῦντος, ἢ μὴ θαυμάσας, αὐτὸς καταγέλαστος φανεῖται· εἴτε διηγούμενος ὡς νενοηκὼς τὸ βούλημα τοῦ ἀνδρὸς, ἢ καὶ ἀντιλέγειν καὶ ἀνατρέπειν πειρώμενος (96) ἃ ἐφαντάσθη αὐτὸν νενοηκέναι.

B Καὶ οὔπω λέγω περὶ τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τηρήσεως πάντων τῶν γεγραμμένων· ὧν ἕκαστον πολὺν καὶ δυσθεώρητον οὐ μόνον τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ καί τισι τῶν συνετῶν περιέχει λόγον, ἔχοντα διήγησιν βαθυτάτην παραβολῶν, ὧν τοῖς ἔξω ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, τηρῶν αὐτῶν τὴν σαφήνειαν τοῖς ὑπερβεβηκόσι τὰς ἐξωτερικὰς ἀκοὰς, καὶ κατ' ἰδίαν αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ προσερχομένοις. Θαυμάσεται δὲ νοήσας τίνα λόγον ἔχει, τὸ ἔξω τινὰς ὀνομάζεσθαι, καὶ ἄλλους ἐν τῇ οἰκίᾳ. Καὶ πάλιν τίς οὐκ ἂν καταπλαγείη τῶν δυναμένων βλέπειν τὰς Ἰησοῦ μεταβάσεις, ἀναβαίνοντος μὲν εἰς ὄρος ἐπὶ τοιοῖσδε λόγοις ἢ πράξεσιν, ἢ τῇ ἑαυτοῦ μεταμορφώσει, κάτω δὲ θεραπεύοντος τοὺς ἀσθενοῦντας, καὶ μὴ δυναμένους ἀναβαίνειν ὅπου ἕπονται αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ; Διηγεῖσθαι δὲ νῦν
C τὰ ἀληθῶς σεμνὰ καὶ θεῖα τῶν Εὐαγγελίων, ἢ τὸν ἐν τῷ Παύλῳ Χριστοῦ, τουτέστι τῆς σοφίας καὶ τοῦ Λόγου νοῦν, οὐχ εὔκαιρον (97). Ἀλλ' αὐτάρκη καὶ ταῦτα πρὸς τὴν ἀφιλόσοφον χλεύην τοῦ Κέλσου, ὁμοιοῦντος τὰ ἔνδον καὶ μυστικὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ τοῖς Αἰγυπτίων αἰλούροις, ἢ πιθήκοις, ἢ κροκοδείλοις, ἢ τράγοις, ἢ κυσίν.

Οὐδὲν δὲ εἶδος τοῦ περὶ ἡμῶν διασυρμοῦ καὶ καταγέλωτος καταλιπὼν ὁ βωμολόχος Κέλσος, ἐν τῷ καθ' ἡμῶν λόγῳ Διοσκούρους, καὶ Ἡρακλέα, καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ Διόνυσον ὀνομάζει, τοὺς ἐξ ἀνθρώπων πεπιστευμένους παρ' Ἕλλησιν γεγονέναι θεοὺς, καί φησιν « οὐκ ἀνέχεσθαι μὲν ἡμᾶς τούτους νομίζειν θεοὺς, ὅτι ἄνθρωποι ἦσαν καὶ πρῶτοι (98), καίτοι
D πολλὰ ἐπιδειξαμένους καὶ γενναῖα ὑπὲρ ἀνθρώπων· τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀποθανόντα ὑπὸ τῶν ἰδίων θιασωτῶν ὦφθαί φαμεν· » προσκατηγορεῖ δ' ἡμῶν καὶ ὡς λεγόντων « αὐτὸν ὦφθαι, καὶ ταῦτα σκιάν. » Καὶ πρὸς ταῦτα δὲ φήσομεν, ὅτι δεινῶς ὁ Κέλσος οὔτε σαφῶς παρέστησε μὴ σέβειν τούτους ὡς θεούς· εὐλαβεῖτο γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἐντευξομένων αὐτοῦ τῇ γραφῇ,

(95) *Παραστῆσαι*. Hanc vocem delet Gelenius et sequentia legit in recto. Ego addere malim cum Boherello δύνασαι, quod facile propter τὸ ὁμοιόπτωτον exciderit.

(96) *Πειρώμενος*. Sic omnes mss. excepto Joliano qui in textu habet, βουλόμενος. Ibidem, ἐφαντάσθη αὐτὸν νενοηκέναι. Loco αὐτόν, legendum forte ἄν, aut αὐτόν omnino delendum, nisi malis legere αὐτός, quod minus placet.

(97) Libb. impressi, ἢ τοῦ ἐν τῷ Παύλῳ Χριστοῦ, τουτέστι τῆς σοφίας καὶ τοῦ Λόγου, νῦν οὐχ εὔκαιρον, sed mss. Regius, Basileensis et duo Anglicani ut in nostro textu, rectius.

(98) *Καὶ πρῶτοι*. Boherello scribendum videtur, καὶ πρῶτον, vel potius, τὸ πρῶτον.

ὑποληψομένων αὐτὸν ἄθεον, εἴ τε τῆς φαινομένης αὐτῷ ἀληθείας ἐπρέσβευσεν· οὐκ ἂν (99) προσεποιήσατο καὶ αὐτὸς αὐτοὺς θεοὺς νομίζειν. Πρὸς ἑκάτερον γὰρ ἂν αὐτῶν ἀπεκρινάμεθα. Φέρε οὖν πρὸς μὲν τοὺς μὴ νομίζοντας αὐτοὺς εἶναι θεοὺς, ταῦτ' εἴπωμεν. Ἆρ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν εἰσιν οὗτοι· ἀλλ', ὥσπερ οἴονταί τινες περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ψυχῆς ὡς παραχρῆμα διαφθειρομένης, διεφθάρη καὶ τούτων ἡ ψυχή· ἢ κατὰ τὴν δόξαν τῶν λεγόντων ἐπιδιαμένειν ἢ ἀθάνατον αὐτὴν εἶναι, ἐπιδιαμένουσιν οὗτοι, ἢ ἀθάνατοί εἰσι· καὶ θεοὶ μὲν οὐκ εἰσιν, ἥρωες δέ· ἢ οὐδὲ ἥρωες, ἀλλ' ἁπαξαπλῶς ψυχαί. Εἰ μὲν οὖν οὐκ εἶναι ὑπολαμβάνετε αὐτοὺς, τὸν προηγούμενον ἡμῖν (1) περὶ ψυχῆς κατασκευαστέον λόγον· εἰ δέ εἰσι, καὶ οὕτω τὸν περὶ ἀθανασίας ἀποδεκτέον (2), οὐ μόνον ἐκ τῶν καλῶς περὶ αὐτῆς εἰπόντων Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ἀρέσκον τοῖς θείοις μαθήμασι. Καὶ δείξομεν, ὅτι οὐχ οἷόν τε τούτους, πολυθέους γενομένους, ἐν χώρᾳ καὶ μερίδι κρείττονι γεγονέναι μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν, φέροντες τὰς περὶ αὐτῶν ἱστορίας, ἐν αἷς ἀναγέγραπται πολλὴ Ἡρακλέους ἀκολασία, καὶ ἡ πρὸς τὴν Ὀμφάλην γυναικείως (3) δουλεία, καὶ τὰ περὶ Ἀσκληπιοῦ, ὡς κεραυνῷ βληθέντος ὑπὸ τοῦ Διὸς αὐτῶν. Λελέξεται δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν Διοσκούρων, ὡς

Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ὑπερήμεροι (4), *ἄλλοτε δ' αὖτε*
Τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσιν,

οἱ πολλάκις ἀποθνήσκοντες. Πῶς οὖν οἴονται κατὰ τὸ εὔλογον τούτων νομισθῆναί τινα θεὸν, ἢ ἥρωα;

Ἡμεῖς δὲ τὰ περὶ τοῦ ἡμετέρου Ἰησοῦ ἀπὸ τῶν C προφητικῶν (5) δεικνύντες, καὶ μετὰ τοῦτο παραβάλλομεν τὴν περὶ αὐτοῦ ἱστορίαν ταῖς περὶ ἐκείνων ἱστορίαις, ὅτι οὐδεμία τούτου φέρεται ἀκολασία. Οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ οἱ ἐπιβουλεύοντες αὐτῷ, καὶ ζητήσαντες κατ' αὐτοῦ ψευδομαρτυρίαν, κἂν πιθανότητα εὗρον εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ ψευδομαρτυρίαν, ἵν' ἀκολασίας ἕνεκεν αὐτοῦ κατηγορήσωσιν· ἀλλὰ καὶ ὁ θάνατος αὐτοῦ ἐξ ἐπιβουλῆς ἀνθρώπων γέγονε, καὶ οὐδὲν ὅμοιον ἔσχε τῷ πρὸς τὸν Ἀσκληπιὸν κεραυνῷ. Τί δὲ σεμνὸν ἔχει ὁ μαινόλας (6) Διόνυσος καὶ γυναικεῖα περιβεβλημένος, ἵν' ὡς θεὸς προσκυνηθῇ; Ἐὰν δὲ καὶ οἱ περὶ τούτων ἀπολογούμενοι ἐπὶ ἀλληγορίας καταφεύγωσιν, ἰδίᾳ μὲν ἐξεταστέον τὰς ἀλληγορίας, εἰ τὸ ὑγιὲς ἔχουσιν· ἰδίᾳ δὲ, εἰ δύνανται ὑπόστασιν ἔχειν, καὶ ἄξιοι εἶναι σεβασμῶν καὶ προσκυνήσεως D σπαραττόμενοι (7) ὑπὸ Τιτάνων, καὶ καταβαλλόμενοι ἀπὸ τοῦ οὐρανίου θρόνου. Ὁ δὲ ἡμέτερος Ἰησοῦς, ὀφθεὶς τοῖς ἰδίοις θιασώταις (χρήσομαι γὰρ τῷ παρὰ τῷ Κέλσῳ ὀνόματι), ὤφθη μὲν κατ' ἀλήθειαν· συκο-

A rent, eum atheon esse arbitrarentur, si quod sibi verum videbatur, aperuisset, neque etiam simulasset se illos deorum **460** loco habere. Utrumvis enim dixisset, parata nobis fuisset responsio. Age igitur, cum iis qui illos non deos esse existimant, sic agamus; ergo non sunt omnino: sed, quemadmodum quidam de anima humana putant eam confestim interire, anima illorum interiit; aut ex eorum sententia qui permanere eam seu immortalem esse volunt, permanent illi, seu sunt immortales: ac dii quidem non sunt, sed heroes; aut ne heroes quidem, sed simpliciter animæ. Si illos non esse censetis, immortalitas animæ, id quod nobis est præcipuum, comprobanda nobis erit; aut si sunt, nihilominus disserendum erit de immortali- B tate, non solum ex iis quæ de illa præclare dixerunt Græci, sed etiam ex iis quæ a Deo didicimus. Ac probabimus quidem, adductis illorum historiis, fieri non potuisse, ut qui plures deos coluerant, ii post hanc vitam ad potiores sedes et ad feliciorem conditionem transmigrarint. Illic enim narratur multa Herculis intemperantia, et muliebris apud Omphalem servitus, necnon res gestæ Æsculapii ab eorum Jove fulmine percussi. Objiciemus etiam hæc de Dioscuris, qui

Alternis vitam accipiunt perduntque diebus,
Dis tamen æqualem cultum sortitus uterque est [62],

quamvis sæpe moriantur. Quanam igitur justa ratione putant horum quempiam deum, aut heroa haberi?

23. Nos vero quæ de nostro Jesu creduntur, ex propheticis scriptis astruimus, factaque illius historiæ cum illorum historiis comparatione demonstramus nullam ejus intemperantiam fuisse. Neque enim, qui illi moliebantur insidias falsaque contra illum testimonia quæsierant, quidquam invenerunt quod vel probabilem causam daret illum intemperantiæ accusandi. Sed et mors ejus ex insidiis hominum accidit, nec quidquam habuit simile fulmini, quod in Æsculapium vibratum est. Et Bacchus furiosus ille vestemque muliebrem indutus quid eximium habet ut pro deo adoretur? Quod si, ut illos excusent, ad allegorias confugerint; hinc quidem examinandum erit, an quid sani habeant istæ allegoriæ; illinc vero an qui dilacerati sunt et de cœlo dejecti a Titanibus, revera exsistant, dignique sint qui colantur et adorentur. At noster Jesus suis conspectus sodalibus, ut cum Celso loquar, revera illis apparuit. Mera enim est Celsi calumnia, umbram duntaxat conspectam esse. Jam conferantur simul

[62] Odyss. cant. II, v. 302.

(99) *Εἴτε τῆς φαινομένης αὐτῷ ἀληθείας ἐπρέσβευσεν, οὐκ ἂν*, etc. Guieto scribendum videtur, εἰ δὲ τὴν φαινομένην αὐτῷ ἀλήθειαν ἐπρέσβευσεν, οὐκ ἄν, etc. Boherello autem, εἰ τῆς φαινομένης αὐτῷ ἀληθείας ἐπρέσβευσεν, οὔτ' ἄν, etc. Ego malim, εἰ τὰ τῆς φαινομένης αὐτῷ ἀληθείας ἐπρέσβευσεν· οὔτε προσεποιήσατο, etc. In codice Basileensi et duobus Vaticanis, pro ἐπρέσβευσεν, legitur ἐπρέσβευεν.

(1) *Ἡμῖν*. Gelenius legebat ὑμῖν.

(2) *Ἀποδεκτέον*. Mavult Boherellus, ἀποδεικτέον.

(3) *Γυναικείως*. Forte scribendum, γυναικεῖος.

(4) *Ὑπερήμεροι*. Omnino scribendum, ἑτερήμεροι.

(5) Codd. Regius et Basileensis, προφητῶν. Mox pro παραβάλλομεν, legendum videtur, παραβαλοῦμεν. Ibidem Hœschelius in textu habet, τὴν περὶ αὐτοὺς ἱστορίαν, male.

(6) *Μαινόλας*. Μαινόλης. Hesych. Παράκοπος ἔνθεος. Clem. Alex. in *Protrept.* pag. 9, Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι βάκχοι.

(7) *Σπαραττόμενοι*. Duo codd. Vaticani et duo Anglicani, παραταττόμενοι, male.

illorum et Jesu historiæ. An **461** volet Celsus il- A lorum veram esse, hujus autem confictam, quam scripserunt ii qui rerum omnium oculati testes erant, qui re ostenderunt sibi explorata esse quæ viderant, qui denique quo animo essent, perferendis alacriter ejus doctrinæ causa suppliciis testificati sunt? Ecquis volens recte facere omnia, temere assentiatur iis quæ de illis tradita sunt, ea vero, quæ de Jesu feruntur, absque ullo examine rejiciat?

24. Rursus cum de Æsculapio dicitur magnam hominum multitudinem Græcorum et barbarorum vidisse et adhuc videre, non spectrum ipsum, sed B ipsummet sanantem, beneficia conferentem, res futuras prædicentem, postulat Celsus ut nos credamus; neque iis qui in Jesum credunt exprobrat quod illis rebus tribuant fidem : quando autem discipulis, qui miracula Jesu viderunt suique animi sinceritatem comprobarunt, assentimur; nos Celsus appellat fatuos, quamvis eorum probitatem ingenuitatemque videamus, quantum ex scriptis animum videre licet; neque tamen ostendere potuerit innumerabilem, ut loquitur, multitudinem hominum Græcorum et barbarorum, qui Æsculapio assentiantur. Nos contra, hoc si magnum quid esse putat, clare ostendimus innumerabilem quamdam multitudinem Græcorum et barbarorum qui confi- C tentur Jesum : quorum quidam in iis quos curant, significant se per hanc fidem mirificum quidpiam accepisse; quippe nihil aliud in eos qui curatione opus habent, invocant, quam supremum Deum Jesuque nomen, adjuncta de isto historia. His et nos vidimus multos gravibus incommodis liberatos, alienatione mentis, insania, aliisque sexcentis, quæ neque homines, neque dæmonia sanaverunt.

25. Sed etsi daretur medicum quemdam dæmonem Æsculapium nomine, mederi corporibus, dicerem ad illos qui istud admirantur, aut Apollinis divinationem : Si curandorum corporum ars neque bonum quid neque malum est, et in bonos æque ac improbos cadat, et futura prænoscendi vis sit etiam D quid indifferens (nec enim statim qui futura prænoscit, etiam vir bonus est), probate malos non esse qui sanant aut prænoscunt; quosdam certo demonstrari bonos, et parum abesse ut dii existimentur. Sed non poterunt bonos probare eos esse, qui sanant aut qui prænoscunt. Multi enim dicuntur sanati, qui vita indigni erant, et quibus sapiens me-

φαντεῖ δὲ τὸν λόγον ὁ Κέλσος, λέγων αὐτὸν ὤφθαι σκιάν. Καὶ συνεξεταζέσθω γε τὰ τῶν περὶ ἐκείνου (8) ἱστοριῶν τῇ περὶ τοῦ Ἰησοῦ. Ἢ ἐκεῖνα μὲν βούλεται ὁ Κέλσος εἶναι ἀληθῆ, ταῦτα δὲ ἀναγραφέντα ὑπὸ τῶν τεθεαμένων, καὶ τῷ ἔργῳ δειξάντων τὴν ἐνάργειαν τῆς καταλήψεως περὶ τοῦ τεθεωρημένου, καὶ παραστησάντων τὴν διάθεσιν ἐν οἷς προθύμως ὑπὲρ τοῦ λόγου αὐτοῦ πεπόνθασιν, εἶναι πλάσματα; Καὶ τίς ἄν, κατὰ τὸ εὔλογον πάντα πράττειν θέλων, ἀποκληρωτικῶς συγκατάθοιτο (9) μὲν περὶ ἐκείνων· εἰς δὲ τὰ περὶ τούτου ἀνεξετάστως ὁρμῶν ἀπιστῆσαι τοῖς περὶ αὐτοῦ;

Καὶ πάλιν ἐπὰν μὲν περὶ τοῦ Ἀσκληπιοῦ λέγηται, ὅτι πολὺ ἀνθρώπων πλῆθος Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ὁμολογεῖ πολλάκις ἰδεῖν, καὶ ἔτι ὁρᾷν, οὐ φάσμα αὐτὸ τοῦτο, ἀλλὰ θεραπεύοντα καὶ εὐεργετοῦντα, καὶ τὰ μέλλοντα προλέγοντα, πιστεύειν ἡμᾶς ὁ Κέλσος ἀξιοῖ, καὶ οὐκ ἐγκαλεῖ τοῖς εἰς τὸν Ἰησοῦν πιστοῖς, ἐπὰν τούτοις πιστεύωμεν (10)· ἐπὰν δὲ τοῖς μαθηταῖς καὶ τεθεαμένοις τὰ τεράστια τοῦ Ἰησοῦ, καὶ παριστᾶσιν ἐναργῶς τὸ εὔγνωμον τῆς ἑαυτῶν συνειδήσεως συγκαταθώμεθα, ὁρῶντες τὸ ἀπάνουργον αὐτῶν, ὅσον ἐστὶν ἰδεῖν συνείδησιν ἀπὸ γραμμάτων· εὐήθεις τινὲς εἶναι (11) παρὰ τῷ Κέλσῳ ὀνομαζόμεθα, οὐκ ἔχοντι παραστῆσαι ἀμύθητον (ὥς φησι) πλῆθος ἀνθρώπων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ὁμολογούντων Ἀσκληπιῷ. Ἡμεῖς γάρ, εἰ τοῦτο σεμνὸν εἶναι νομίζει, ἐναργῶς δείκνυμεν ἀμύθητόν τι πλῆθος Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ὁμολογούντων τῷ Ἰησοῦ· τινὲς δὲ σημεῖα τοῦ εἰληφέναι τι διὰ τὴν πίστιν ταύτην παραδοξότερον ἐπιδείκνυνται ἐν οἷς θεραπεύουσιν· οὐδὲν ἄλλο καλοῦντες ἐπὶ τοὺς δεομένους θεραπείας ἢ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν, καὶ τὸ τοῦ Ἰησοῦ ὄνομα μετὰ τῆς περὶ αὐτοῦ ἱστορίας. Τούτοις γὰρ καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν πολλοὺς ἀπαλλαγέντας χαλεπῶν συμπτωμάτων, καὶ ἐκστάσεων καὶ μανιῶν, καὶ ἄλλων μυρίων, ἅπερ οὔτ' ἄνθρωποι οὔτε δαίμονες ἐθεράπευσαν.

Ἵνα δὲ καὶ δῶ (12), ἰατρόν τινα δαίμονα θεραπεύειν σώματα τὸν καλούμενον Ἀσκληπιόν, εἴποιμ' ἂν πρὸς τοὺς θαυμάζοντας τὸ τοιοῦτο, ἢ τὴν Ἀπόλλωνος μαντείαν, ὅτι Εἴπερ μέσον ἐστὶν ἡ τῶν σωμάτων ἰατρικὴ, καὶ πρᾶγμα πῖπτον οὐκ εἰς ἀστείους μόνον, ἀλλὰ καὶ φαύλους, μέσον δὲ καὶ ἡ περὶ τῶν μελλόντων πρόγνωσις (οὐ γὰρ πάντως ἐμφαίνει τὸ ἀστεῖον ὁ προγινώσκων)· παραστήσατε πῶς οὐδαμῶς μέν εἰσι φαῦλοι οἱ θεραπεύοντες, ἢ οἱ προγιγνώσκοντες, παντὶ δὲ τρόπῳ ἀποδείκνυνται ἀστεῖοί τινες, καὶ οὐ μακρὰν τοῦ ὑποληφθῆναι εἶναι θεοί. Ἀλλ' οὐ δυνήσονται ἀστείους ἀποδεῖξαι τοὺς θεραπεύοντας, ἢ τοὺς προγιγνώσκοντας, πολλῶν καὶ ἀνα-

(8) Mss., τὰ τῶν περὶ ἐκείνου. Libb. excusi, τὰ περὶ τῶν ἐκείνου, sed legendum, τὰ τῶν περὶ ἐκείνων, ut monet Boherellus.

(9) *Συγκατάθοιτο*, etc. Haud scio an legendum sit, συγκατάθοιτο μὲν τοῖς περὶ ἐκείνων. Certe paulo post in altero membro mss. habent, ἀπιστῆσαι τοῖς περὶ αὐτοῦ. In libris antea editis deest τοῖς.

(10) *Καὶ οὐκ ἐγκαλεῖ τοῖς εἰς τὸν Ἰησοῦν πιστοῖς, ἐπὰν τούτοις πιστεύωμεν*. Hæc a Gelenio non agnoscuntur, et Guieto addititia videntur.

(11) *Εἶναι*. Abundare videtur, et abesse posse existimat Guietus. Forte legendum postea, νομιζόμεθα, pro ὀνομαζόμεθα.

(12) Δῶ· Δῶμεν legisse videtur Gelenius. Mox omnes mss., ἰατρόν τινα. Libb. editi, ἰατρικόν τινα.

ξίων τοῦ ζῆν θεραπεύεσθαι λεγομένων· οὓς οὐκ ἂν οὐδ' ὁ σοφὸς ἰατρὸς ὢν θεραπεῦσαι ἠθέλησεν ἀκαθηκόντως ζῶντας. Καὶ ἐν τοῖς χρησμοῖς δὲ τοῦ Πυθίου εὕροις ἂν προστασσόμενά τινα οὐκ εὔλογα. Ὧν δύω (13) ἐπὶ τοῦ παρόντος παραθήσομαι, ὅτι Κλεομήδην (14) μὲν οἶμαι τὸν πύκτην ἰσοθέοις τιμαῖς ἐκέλευε τιμᾶσθαι, οὐκ οἶδ' ὅ τι ποτὲ σεμνὸν ἰδὼν ἐν τῇ πυκτικῇ αὐτοῦ, οὔτε δὲ Πυθαγόραν, οὔτε Σωκράτην ἐτίμησε ταῖς τιμαῖς τοῦ πύκτου. Ἀλλὰ καὶ Μουσῶν θεράποντα εἰπὼν τὸν Ἀρχίλοχον (15), ἄνδρα ἐν κακίστῃ καὶ ἀσελγεστάτῃ ὑποθέσει ἐπιδειξάμενον τὴν ἑαυτοῦ ποιητικὴν, καὶ ἦθος ἀσελγὲς καὶ ἀκάθαρτον παραστήσαντα, ὅσον ἐπὶ τῷ θεράποντα εἶναι Μουσῶν, νομιζομένων εἶναι θεῶν, εὐσεβῆ τινα (16) ἀνηγόρευσεν. Οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ ὁ τυχὼν τὸν εὐσεβῆ φήσει μὴ πάσῃ κεκοσμῆσθαι μετριότητι καὶ ἀρετῇ καὶ κόσμιος τοιαῦτα λέγοι ἂν, ὁποῖα περιέχουσιν οἱ μὴ σεμνοὶ τοῦ Ἀρχιλόχου ἴαμβοι. Εἰ δὲ μηδὲν θεῖον αὐτόθεν ἐμφαίνεται ἀπὸ τῆς Ἀσκληπιοῦ ἰατρικῆς καὶ Ἀπόλλωνος μαντικῆς, πῶς εὐλόγως ἄν τις, ἵνα καὶ δῶ ταῦθ' οὕτως ἔχειν, ὡς θεοὺς αὐτοὺς σέβοι ἂν καθαρούς τινας; καὶ μάλισθ', ὅτε διὰ τοῦ Πυθίου στομίου περικαθεζομένῃ τῇ καλουμένῃ προφήτιδι πνεῦμα διὰ τῶν γυναικείων (17) ὑπεισέρχεται τὸ μαντικὸν ὁ

A dicus opem afferre noluisset; adeo corrupti eorum erant mores. Et in **462** Pythii oraculis invenias imperata quædam rationi minime consentanea. Horum duo exempla in præsentia referam. Cleomedem, ni fallor, pugilem æquis cum diis honoribus coli jussit, nescio quid admiratus in ejus pugilatione; Pythagoram vero et Socratem eodem ac pugilem honore non dignatus est. Deinde cum Archilochum vocat Musarum cultorem, hominem in pessimo impurissimoque argumento sua poetice usum et impuris inquinatisque moribus viventem; prædicavit pium, quatenus erat cultor Musarum, quæ pro deabus habebantur. Haud scio tamen an vel unus e multis pium appellaret, qui non esset omni modestia et virtute ornatus; et an probus quispiam tur-
B pia illa diceret, quibus iambici versus Archilochi referciuntur. Jam si nihil divinum per se indicat aut Æsculapii ars medica aut Apollinis divinatio, quomodo recte quis illos, etiamsi illis artibus præditos esse concederem, ut deos puros veneretur? quando præsertim in eam quam vocant prophetidem ori Pythii specus insidentem divinus ille spiritus Apollinis, spiritus purus et omni terrestri concretione liber, per locos muliebres subrepat.

(13) *Δύω.* Hœschelius in textu, δυεῖν.

(14) *Κλεομήδην.* Vide adnotationes ad hujus libri numerum tertium.

(15) *Ἀρχίλοχον.* Clem. Alex., *Strom.* I: Ἔτι δὲ Ἱππώνακτι καὶ Ἀρχιλόχῳ αἰσχρῶς ἐπιτρεπτέον γράφειν. « Quinetiam Hipponacti et Archilocho tam turpiter scribere concedendum est. » Athen., lib. III, cap. 34: Κηφισίδωρος γοῦν, ὁ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος μαθητὴς, ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἀριστοτέλην, λέγει, ὅτι εὕροι τις ἂν ὑπὸ τῶν ἄλλων ποιητῶν ἢ καὶ σοφιστῶν ἓν ἢ δύω γ' οὖν πονηρῶς εἰρημένα, οἷα παρὰ μὲν Ἀρχιλόχῳ τὸ,

Πάντ' ἄνδρ' ἀποσκολύπτειν.

« Cephisidorus Isocratis oratoris discipulus libro tertio sui operis adversus Aristotelem, inquit reperiri posse unum vel alterum dictum, quæ a summis poetis, atque sophistis, parum recte sint pronuntiata, veluti apud Archilochum,

Omnes homines esse deglubendos. »

« Est enim ἀποσκολύπτειν, inquit Casaubonus, illi Neronis simile, quod refert Suetonius. Ex nonnullis, inquit, comperi persuasissimum habuisse eum, neminem hominem judicum, aut ulla corporis parte purum esse. » Καὶ γὰρ Δίφιλος ὁ κωμῳδιοποιὸς πεποίηκεν ἐν Σαπφοῖ δράματι Σαπφοῦς ἐραστὰς Ἀρχίλοχον καὶ Ἱππώνακτα. « Etenim Diphilus comicus in fabula Sappho amatores ejus inducit Archilochum et Hipponactem. » Athen., lib. XIII, cap. 8. Plutarch., *De audit.*: Μέμψαιτο δ' ἄν τις Ἀρχιλόχου μὲν τὴν ὑπόθεσιν. « Reprehenderit autem quispiam Archilochi argumentum. » Vide Suidam in Ἀρχίλ. et Eusebium, lib. V, cap. 32, 33. Ex Varrone et Plutarcho constat eumdem Lacedæmone expulsum fuisse, non tantum quia virulentus et inverecundus erat, ut visum est Vossio (libro *De poet. Græc.*), sed quod fugere potius, quam fortiter dimicare, in isthoc quod scripsit carmine, militibus persuasit. Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν ἐν Λακεδαίμονι γενόμενον αὐτῆς ὥρας ἐδίωξαν, διότι ἐπέγνωσαν αὐτὸν πεποιηκότα, ὡς κρεῖττόν ἐστιν ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα ἢ ἀποθανεῖν.

Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν περὶ [θάμνῳ
Ἐντὸς ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
. . . . . *Ἀσπὶς ἐκείνη*
Ἐῤῥέτω· ἐξ αὖθις κτήσομαι οὐ κακίω.

« Archilochum poetam, cum is venisset Spartam, eadem hora expulerunt, quod in carmine quodam eum scripsisse
C intellexissent, præstare arma abjicere quam mori:

Nunc aliquis nostra se ex hostibus aspide jactet
Sub vepre quam reliqui invitus integram.
Illa quidem valeat. Nunc ipse a clade superstes
Emam suo non deteriorem tempore.]

« Plutarch. in *Lacon. instit.* » SPENCER.

(16) *Εὐσεβῆ τινα.* Suid. in Ἀρχίλ.: Ὁ Πύθιος ἠλέει τεθνεῶτα· καὶ ταῦτα ἐν τῷ πολέμῳ, ἔνθα δήπου ξυνὸς Ἐνυάλιος. « Pythius mortuum etiam miseratus est; idque in bello, ubi Mars communis est. » Plutarch., libro *De his qui sero a Numine puniuntur*: Ὁ γὰρ ἀποκτείνας ἐν τῇ μάχῃ τὸν Ἀρχίλοχον ἐκαλεῖτο Καλλώνδης (ὡς ἔοικεν)· ἦν δ' αὐτῷ Κόραξ ἐπωνύμιον. Ἐκβληθεὶς δὲ τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς Πυθίας, ὡς ἱερὸν ἄνδρα τῶν Μουσῶν ἀνῃρηκὼς, εἶτα χρησάμενος λιταῖς τισι καὶ προτροπαῖς, μετὰ δικαιολογίας ἐκελεύσθη, πορευθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ τέττιγος οἴκησιν, ἱλάσασθαι τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ψυχήν. « Is enim qui
D Archilochum in pugna interfecit, Callondas nomine fuit, cognomento Corax. Is primum ejectus a Pythia, ut qui Musis sacrum virum necasset, usus deinde supplicibus precibus et obsecrationibus cum excusatione sui, jussus est proficisci ad Tettigis habitationem, ibique animam Archilochi placare. » Plin., lib. VII, cap. 29; Œnomaus apud Eusebium, lib. V, cap. 33, *Evang. præpar.*

Ἀθάνατός σοι παῖς, καὶ ἀοίδιμος, ὦ Τελέσικλες,
Ἔσσετ' ἐν ἀνθρώποις.

Ὁ δὲ παῖς ἦν Ἀρχίλοχος.

Immortalis erit tibi filius, o Telesicles,
Æternumque cani dignus.

« Filius iste Archilochus erat. » SPENCER.

(17) *Διὰ τῶν γυναικείων.* Apud Chrysostomum initio Catenæ Ghislerii in Jeremiam inter varia prophetiarum genera commemoratur, ἡ διὰ τῶν μο-

Nihil autem simile nos de Jesu ejusque virtute sentimus. Quod enim ex Virgine natum est, id corpus erat ex humana materia constans, et quod humanis vulneribus esset mortique obnoxium.

26. Nunc videamus quæ post illa dicat Celsus, ex historiis mirifica proferens, quæ licet in se incredibilia videntur, creduntur nihilominus ab illo, si verbis ejus fides est habenda. Hujusmodi sunt, quæ primum de Aristea Proconnesio refert, de quo sic loquitur: « Deinde Aristeam Proconnesium, qui, cum sic divine ex
463 oculis hominum evanuisset, rursus conspicuum se præbuit, et multis postea temporibus permulta orbis loca invisit mirandaque renuntiavit, licet Apollo Metapontinis præceperit ut illum deorum numero haberent, nemo hactenus fuit qui Aristeam deum esse existimaret. » Quam historiam hausisse ex Pindaro et Herodoto videtur. Nunc satis fuerit Herodoti verba referre ex quarto *Historiarum*, ubi hæc de Aristea leguntur: « Unde fuerit is, qui hæc retulit, jam dixi. Nunc autem quæ de illo audivi in Proconneso et Cyzico, narrabo. Ferunt Aristeam, cum nulli suorum civium nobilitate cederet, ingressum in Proconneso in fullonicam, ibi mortem obiisse; statimque fullonem, occlusa officina, abiisse, ut rem propinquis defuncti nuntiaret. Sparso autem per urbem rumore decessisse Aristeam, dum varie hac de re disputatur, advenisse ex Artace urbe Cyzicenum quemdam, qui diceret se, cum Cyzicum peteret, occurrisse Aristeæ et cum eo colloquium habuisse. Quod cum iste constanter affirmaret, propinquos defuncti ad fullonicam adfuisse iis rebus instructos quibus ad eum efferendum opus esset; aperta autem domo, Aristeam nec vivum comparuisse nec mortuum; septem post annis visum in Proconneso fuisse, ibi versus fecisse qui nunc a Græcis Arimaspei vocantur; postea secundo evanuisse. Atque hæc quidem urbes istæ. Hæc vero Metapontinis qui sunt in Italia contigisse scio trecentis et quadraginta annis postquam Aristeas Proconnesius secundo evanuerat, ut ego quæ in Proconneso et apud Metapontinos audivi comparans inveni; aiunt enim Metapontini Aristeam, cum apud ipsos apparuisset, jussisse aram Apollini exstrui, et juxta eam erigi statuam, quæ Aristeæ Proconnesii co-

A Ἀπόλλων τὸ καθαρὸν ἀπὸ γηΐνου σώματος. Οὐδὲν δὲ τοιοῦτον ἡμεῖς περὶ τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ δοξάζομεν. Τὸ γὰρ γεγεννημένον ἀπὸ τῆς Παρθένου σῶμα ἦν ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης ὕλης συνεστηκὸς, δεκτικὸν τῶν ἀνθρωπίνων τραυμάτων καὶ θανάτου.

Ἴδωμεν δὲ καὶ ἃ μετὰ ταῦτα λέγει ὁ Κέλσος παρατιθέμενος (18) ἀπὸ ἱστοριῶν παράδοξα, καὶ καθ' αὑτὰ μὲν ἀπίστοις ἐοικότα, ὑπ' αὐτοῦ δὲ οὐκ ἀπιστούμενα, ὅσον γε ἐπὶ τῇ λέξει αὐτοῦ. Καὶ πρῶτόν γε τὰ περὶ τὸν Προκοννήσιον Ἀριστέαν, περὶ οὗ ταῦτά φησιν· « Εἶτ' Ἀριστέαν μὲν Προκοννήσιον ἀφανισθέντα τε οὕτω δαιμονίως ἐξ ἀνθρώπων, καὶ αὖθις ἐναργῶς φανέντα, καὶ πολλοῖς ὕστερον χρόνοις πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐπιδημήσαντα, καὶ θαυμαστὰ (19) ἀναγγείλαντα,
B καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐπισκήψαντος Μεταποντίνοις ἐν θεῶν μοίρᾳ νέμειν (20) τὸν Ἀριστέαν, τοῦτον οὐδεὶς ἔτι νομίζει θεόν. » Ἔοικε δ' εἰληφέναι τὴν ἱστορίαν ἀπὸ Πινδάρου καὶ Ἡροδότου (21). Ἀρκεῖ δὲ νῦν τὴν Ἡροδότου παραθέσθαι λέξιν ἀπὸ τῆς τετάρτης τῶν Ἱστοριῶν οὕτω περὶ αὐτοῦ ἔχουσαν· « Καὶ ὅθεν μὲν ἦν Ἀριστέης ὁ ταῦτα εἴπας, εἴρηκα· ὃν δὲ (22) περὶ αὐτοῦ λόγον ἤκουον ἐν Προκοννήσῳ καὶ Κυζίκῳ, λέξω. Ἀριστέην γὰρ λέγουσιν ἐόντα τῶν ἀστῶν οὐδενὸς γένεος (23) ὑποδεέστερον, εἰσελθόντα ἐς κναφήϊον ἐν Προκοννήσῳ, ἀποθανεῖν· καὶ τὸν κναφέα, κατακληΐσαντα τὸ ἐργαστήριον, οἴχεσθαι ἀγγελέοντα τοῖς προσήκουσι τῷ νεκρῷ (24). Ἐσκεδασμένου δὲ ἤδη τοῦ λόγου ἀνὰ τὴν πόλιν, ὡς τεθνεὼς εἴη ὁ
C Ἀριστέης· ἐς ἀμφισβασίας τοῖς λέγουσιν ἀφικέσθαι ἄνδρα Κυζικηνὸν, ἥκοντα ἐξ Ἀρτάκης πόλεως, φάντα συντυχεῖν τέ οἱ ἰόντι ἐπὶ Κυζίκου, καὶ ἐς λόγους ἀφικέσθαι. Καὶ τοῦτον μὲν ἐντεταμένως (25) ἀμφισβατέειν· τοὺς δὲ προσήκοντας τῷ νέκυϊ, ἐπὶ τὸ κναφήϊον παρεῖναι, ἔχοντας τὰ πρόσφορα ὡς ἀναιρησομένους· ἀνοιχθέντος δὲ τοῦ οἰκήματος, οὔτε ζῶντα οὔτε τεθνεῶτα φαίνεσθαι Ἀριστέην. Μετὰ δὲ ἑβδόμῳ ἔτει φανέντα αὐτὸν εἰς Προκόννησον, ποιῆσαι τὰ ἔπεα ταῦτα, ἃ δὴ νῦν ὑπὸ Ἑλλήνων Ἀριμάσπεια καλέεται, ποιήσαντα δὲ ἀφανισθῆναι τὸ δεύτερον. Ταῦτα μὲν οὖν αἱ πόλιες αὗται λέγουσι· τάδε δὲ οἶδα Μεταποντίνοις τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ συγκυρήσαντα μετὰ τὴν ἀφάνισιν τὴν δευτέραν Ἀριστέῳ ἔτεσι τεσσαράκοντα καὶ τριηκοσίοις (26), ὡς ἐγὼ συμβαλ-
D λόμενος ἐν Προκοννήσῳ καὶ Μεταποντίνοις εὕρισκον. Μεταποντῖνοι γάρ φασιν, αὐτὸν Ἀριστέην, φανέντα σφιν ἐς τὴν χώρην, κελεῦσαι βωμὸν Ἀπόλλωνι ἱδρύσασθαι (27) καὶ Ἀριστέω τοῦ Προκοννησίου ἐπωνυ-

ρίων μαντευομένη Πυθία. Paulo infra legendum videtur, τὸ μαντικὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ καθαρόν, etc., nisi velis illud, ὁ Ἀπόλλων, esse per appositionem ad τὸ πνεῦμα. Guieto autem hæc, ὁ Ἀπόλλων, τὸ καθαρόν, additiția videntur.

(18) *Παρατιθέμενος*. Sic omnes mss., excepto Joliano qui secunda manu habet, περιτιθέμενος.

(19) Libb. impressi ad marginem, θαύματα.

(20) *Νέμειν*. Ita recte codex Jolianus secunda manu, sicque infra legitur numero 26. Male vero hoc loco libri excusi, μένειν.

(21) *Ἡροδότου*. Herodot. in Melpomen., pag. 260.

(22) Hœschelius et Spencerus ad marginem, εἰπὼν, εἴρηται· τὸν δέ.

(23) Spencerus in margine, γένει.

(24) Spencerus in margine, γναφέα κατακλείσαντα τὸ ἐργαστήριον, ἰκέσθαι ἀγγελλέοντα τοῖς προσήκουσι τῷ νέκυϊ.

(25) Hœschelius in textu, φάντασμα συντυχεῖν τέ οἱ ἰόντι ἐπὶ Κυζίκου καὶ ἐς ᾅδου ἀφικέσθαι. Καὶ τοῦτον μὲν ἐντεταγμένως.

(26) Idem in textu, διακοσίοις, et paulo post, Μεταποντῖνοι δέ φασιν.

(27) Idem in margine, πόλιν, et mox in textu, βωμὸν Ἀπόλλωνος ἱδρύσασθαι. Item paulo post, ἀνδριάντα παραστῆναι.

μίην ἔχοντα, ἀνδριάντα παρ' αὐτὸν ἱστάναι· φάναι γάρ σφιν τὸν Ἀπόλλωνα, Ἰταλιωτέων μούνοισι δὴ ἀπικέσθαι ἐς τὴν χώρην, καὶ αὐτός οἱ ἕπεσθαι ὁ νῦν ἐὼν Ἀριστέης· τότε δὲ, ὅτε εἵπετο τῷ θεῷ, εἶναι κόραξ. Καὶ τὸν μὲν εἰπόντα ταῦτα, ἀφανισθῆναι· σφέας δὲ Μεταποντῖνοι λέγουσιν ἐς Δελφοὺς πέμψαντας, τὸν θεὸν ἐπερωτᾷν, ὅ τι τὸ φάσμα τοῦ ἀνθρώπου εἴη· τήν τε (28) Πυθίην σφέας κελεῦσαι πείθεσθαι τῷ φάσματι, πειθομένοισί τε ἄμεινον συνοίσεσθαι· καὶ σφέας δεξαμένους ταῦτα ποιῆσαι ἐπιτελέα (29). Καὶ νῦν ἕστηκεν ἀνδριὰς ἐπωνυμίην ἔχων Ἀριστέω παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι τοῦ Ἀπόλλωνος. Περὶ δὲ αὐτὸν δάφναι ἑστᾶσι. Τὸ δὲ ἄγαλμα ἐν τῇ ἀγορῇ ἵδρυται. Ἀριστέω μὲν νῦν πέρι τοσαῦτα εἰρήσθω. »

B Λεκτέον δὴ πρὸς τὴν περὶ τοῦ Ἀριστέου ἱστορίαν, ὅτι, εἰ μὲν ὁ Κέλσος ὡς ἱστορίαν αὐτὴν ἐξετίθετο, μὴ καὶ τὴν ἑαυτοῦ συγκατάθεσιν ἐμφαίνων, παραδεξαμένου αὐτὴν ὡς ἀληθῆ, ἄλλως ἂν πρὸς τὸν λόγον αὐτοῦ ἀπηντήσαμεν· ἐπεὶ δὲ δαιμονίως αὐτὸν ἠφανίσθαι, ἐναργῶς δ' αὖθις φανῆναι, καὶ πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐπιδεδημηκέναι φησὶ, καὶ θαυμαστὰ ἠγγελκέναι· ἔτι δὲ καὶ χρησμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐπισκήψαντος Μεταποντίνοις ἐν θεῶν μοίρᾳ νέμειν τὸν Ἀριστέαν, ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ (30), καὶ συγκατατιθέμενος ἐκτίθεται λόγον τὸν πρὸς αὐτόν· καὶ πῶς, ὅλως τε πλάσματα ὑπολαμβάνων τὰ ὑπὸ τῶν Ἰησοῦ μαθητῶν παράδοξα περὶ αὐτοῦ ἀναγεγραμμένα, καὶ μεμφόμενος τοῖς πιστεύουσιν αὐτοῖς, ταῦτα οὐ τερατείαν οὔτε πλάσματα εἶναι νομίζεις; Πῶς δὲ καὶ ὁ ἄλλοις C ἐγκαλῶν, ὡς ἀλόγως πιστεύουσι τοῖς περὶ τοῦ Ἰησοῦ παραδόξοις, σὺ τοσούτοις ἐμφαίνῃ πεπιστευκέναι, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν περὶ αὐτῶν ἢ κατασκευὴν περὶ τοῦ αὐτὰ γεγονέναι φέρων; Ἢ Ἡρόδοτος μὲν καὶ Πίνδαρος ἀψευδεῖν παρὰ σοὶ νομίζονται· οἱ δ' ἀποθνήσκειν μελετήσαντες ὑπὲρ τῶν Ἰησοῦ μαθημάτων, καὶ τοιαῦτα (31) περὶ ὧν ἐπείσθησαν τοῖς ἑξῆς καταλιπόντες γράμματα, περὶ πλασμάτων (ὡς οἴει,) καὶ μύθων καὶ τερατειῶν τοσοῦτον ἀγωνίζονται, ὡς καὶ ζῆν περιστατικῶς δι' αὐτὰ, καὶ ἀποθνήσκειν βιαίως; Μέσον τοίνυν σαυτὸν στήσας τῶν τε περὶ τοῦ Ἀριστέου γεγραμμένων (32), καὶ τῶν περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἱστορουμένων, ἴδε εἰ μὴ ἐκ τοῦ ἀποβάντος, καὶ τῶν ὠφελουμένων εἰς ἠθῶν ἐπανόρθωσιν καὶ εὐλάβειαν τὴν πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, D ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι πιστευτέον μὲν ὡς οὐκ ἀθεεὶ γενομένοις τοῖς περὶ Ἰησοῦ ἱστορουμένοις, οὐχὶ δὲ τοῖς περὶ τοῦ Προκοννησίου Ἀριστέου.

Τί μὲν γὰρ βουλομένη ἡ Πρόνοια τὰ περὶ τὸν Ἀριστέαν παράδοξα ἐπραγματεύετο; Καὶ τί ὠφελῆσαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος (33) βουλομένη, τὰ τηλικαῦτα (ὡς οἴει), ἐπεδείκνυτο; Οὐκ ἔχεις λέγειν.

A gnomen haberet: dixisse enim sibi, ipsos esse solos ex Italiotis, in quorum terram Apollo venisset; ipsum nunc esse se Aristeam, qui illum secutus fuerat; corvum autem fuisse cum deum illum sequeretur; eumque, his dictis, evanuisse. Addunt Metapontini se ad deum in Delphos misisse qui interrogarent quodnam esset spectrum hujus hominis; Pythiam imperasse ut spectro parerent, sic melius cum ipsis actum iri: his se assensos esse et effecta reddidisse. Et nunc statua exstat cognomine Aristeæ propter aram ipsam **464** Apollinis lauris circumdata. Erecta est autem in foro. Hæc de Aristea hactenus. »

27. Ad hanc de Aristea historiam dicendum futurum fuisse ut, si Celsus illam ut historiam allegans, non significaret illi se assentiri et ut veram accipere, alia ratione quod objicit solveremus: quoniam vero divine illum evanuisse, rursus palam comparuisse, multa orbis loca invisisse et miranda renuntiasse dicit, et præterea refert oraculum Apollinis, qui Metapontinis mandat ut in deorum numero Aristeam habeant, et hæc velut ex seipso et assentiens de Aristea commemorat; quæro: Tu qui omnino figmenta esse putas quæ de Jesu miraculis discipuli litteris consignarunt, et incusas eos qui illis adjungunt fidem; quomodo res hujusmodi prodigiose confictas fabulasque esse non judicas? Quomodo tu qui aliis vitio das, quod Jesu miracula nulla ratione admittant, talia videris admittere, nulla allata probatione nulloque argumento, res illas contigisse? An Herodotum et Pindarum putas mendaciis non fallere; qui vero mori optant pro Jesu documentis et scripta de rebus quas perspectas habebant, ad posteros transmittenda reliquerunt, eos pro figmentis, pro fabulis fictisque prodigiis usque adeo decertasse, ut misere vivere et vi e medio tolli vellent? Te ipse potius arbitrum constituens inter ea quæ de Aristea scripta sunt, et ea quæ de Jesu narrantur, vide ex eventu et ex iis quæ ad morum emendationem pietatemque erga summum Deum inducendam uterque fecit, annon hoc judicium ferri debeat, credendum esse non sine Deo facta fuisse quæ de Jesu historia prodidit; non autem quæ de Aristea Proconnesio.

28. Et vero quo consilio Providentia voluit ut Aristeæ causa prodigia fierent? Quam humano generi utilitatem afferre voluit iis rerum miraculis quæ ut putas effecit? Nihil habes quod respon-

(28) Hœschelius in textu, ὅτι τε φάντασμα τοῦ ἀνθρώπου εἴη; τὴν δέ, etc.

(29) Idem in textu, ἐπιτέλειον, et paulo post, ἔχων Ἀριστέης παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι τοῦ Ἀπόλλωνος. Πέριξ δὲ αὐτὸν δάφναι εἰσί.

(30) Ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ. Videtur deesse, φέρει. Mox Guieto suspecta sunt et addititia videntur sequentia, καὶ συγκατατιθέμενος ἐκτίθεται λόγον τὸν πρὸς αὐτόν. Ibidem loco, καὶ πῶς ὅλως τε πλάσματα, scribendum ei videtur, καὶ πῶς, ὦ λῷστε, πλάσματα.

(31) Libb. editi in margine, καὶ οἱ ταῦτα.

(32) Omnes mss., γεγραμμένων. Alias, γινομένων.

(33) Alias, τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει.

deas. Nos contra, cum Jesu res gestas narramus, cur acciderint solidissima hæc a nobis ratio datur, Deum per Jesum voluisse salutarem hominibus constituere doctrinam, firmatam quidem in apostolis tanquam fundamentis in quibus totum Christianismi ædificium exstrueretur, augendam vero consequentibus temporibus; ubi non paucæ fiunt Jesu nomine sanationes, aliaque miracula minime contemnenda. Et quisnam erat Apollo ille, ut juberet Aristeam a Metapontinis in deorum numero collocari? Qua mente istud facit? Quam
465 utilitatem parat Metapontinis ex cultu illi adhibito tanquam deo, si deum esse censeant qui modo homo fuerat? Verum Apollinis, qui nobis est dæmon nidoris et libaminis dona sortitus, de Aristea testimonia tibi digna videntur, quorum habeatur ratio; summi Dei autem et sanctorum ejus angelorum testimonia, non post Jesu ortum, sed antequam ad genus humanum descenderet, edita te adducere non possunt, ut admireris et prophetas qui divino Spiritu repleti sunt, et eum qui ab illis prænuntiatus est. Hujus tamen adventum multis ante annis ita a multis annuntiatum esse verum est, ut Judæorum gens tota, quæ ex ejus quem sperabat venturum esse, exspectatione pendebat, nato Jesu, duas in opiniones scissa fuerit. Permulti enim Christum confessi sunt, et eum esse crediderunt, quem prophetæ prædixerant; alii vero increduli, spreta illorum mansuetudine qui propter Jesu doctrinam ne minimam quidem seditionem excitare voluerunt, facinora illa in Jesum ausi sunt, quæ ejus discipuli magno veritatis amore et animi candore conscripserunt, ne subtractis quidem ex illius stupenda historia rebus, quæ Christianorum doctrinæ probro verti posse viderentur. Voluit enim Jesus ipse et ejus discipuli, ut qui accedebant, non ita ejus divinitati et miraculis haberent fidem, ac si non consociasset sibi naturam humanam, et carnem, quæ in hominibus concupiscit adversus spiritum, non suscepisset. Noverant enim conferre ad fidelium salutem, si, ut res diviniores, sic etiam crederent virtutem se ad humanam naturam humanasque miserias demisisse, et animam humanumque corpus assumpsisse. Quippe qui hinc discunt ab illo incœpisse divinæ naturæ cum humana conjunctionem; ut humana sua cum re diviniori societate fieret divina non in solo Jesu, sed et in omnibus, qui cum fide vitam amplectuntur quam Jesus edocuit, et quæ ad amicitiam Dei ejusque communionem perducit quicunque suos mores ex Jesu præceptis composuerint.

A Ἡμεῖς δὲ, ἐπὰν τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ διηγώμεθα, οὐ τὴν τυχοῦσαν φέρομεν ἀπολογίαν περὶ τοῦ ταῦτα γεγονέναι, τὸ τὸν Θεὸν βεβουλῆσθαι συστῆσαι τὸν διὰ Ἰησοῦ ὡς σωτήριον τοῖς ἀνθρώποις λόγον, βεβαιούμενον μὲν τοῖς ἀποστόλοις ὡσπερεὶ θεμελίοις τῆς καταβαλλομένης οἰκοδομῆς τοῦ Χριστιανισμοῦ, ἐπιδιδόντα δὲ καὶ κατὰ τοὺς ἑξῆς χρόνους· ἐν οἷς οὐκ ὀλίγαι θεραπεῖαι τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι καὶ ἄλλαι τινὲς ἐπιφάνειαι οὐκ εὐκαταφρόνητοι ἐπιτελοῦνται (34). Ποταπὸς δὲ καὶ Ἀπόλλων, ἐπισκήπτων Μεταποντίνοις ἐν θεῶν μοίρᾳ νέμειν τὸν Ἀριστέαν; Καὶ τί βουλόμενος τοῦτο ποιεῖ; Ποίαν τε ὠφέλειαν ἐκ τῆς ὡς πρὸς Θεὸν (35) τιμῆς οἰκονομῶν τοῖς Μεταποντίνοις γενέσθαι, εἰ τὸν πρὸ ὀλίγου ἄνθρωπον νῦν Θεὸν λογίζοιντο; Ἀλλ' Ἀπόλλωνος μὲν (τοῦ
B καθ' ἡμᾶς δαίμονος, λαχόντος γέρας λοιβῆς τε κνίσσης τε,) αἱ περὶ τοῦ Ἀριστέου συστάσεις ἀξιόλογοί σοι φαίνονται εἶναι· αἱ δὲ τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων αὐτοῦ διὰ προφητῶν, οὐ μετὰ τὸ γεγονέναι τὸν Ἰησοῦν, ἀλλὰ πρὶν ἐπιδημῆσαι τῷ βίῳ (36) τῶν ἀνθρώπων, προαγορευόμεναι οὐ κινοῦσί σε πρὸς τὸ θαυμάσαι καὶ τοὺς χωρήσαντας θεῖον Πνεῦμα προφήτας, καὶ τὸν ὑπ' αὐτῶν προφητευόμενον; οὗ τὴν εἰς τὸν βίον ἐπιδημίαν πολλοῖς πρότερον ἔτεσιν οὕτω διὰ πλειόνων κεκηρύχθαι συμβέβηκεν, ὥστε τὸ Ἰουδαίων ὅλον ἔθνος, ἠρτημένον τῆς περὶ τοῦ ἐλπιζομένου ἐπιδημήσειν προσδοκίας, εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους ζήτησιν ἐληλυθέναι, τοῦ Ἰησοῦ ἐπιδημήσαντος· καὶ πολὺ μὲν πλῆθος αὐτῶν ὡμολογηκέναι Χριστὸν, καὶ πεπιστευκέναι αὐτὸν
C εἶναι τὸν προφητευόμενον· τοὺς δὲ μὴ πιστεύοντας (37), καταφρονήσαντας τῆς πραότητος τῶν διὰ τὰ Ἰησοῦ μαθήματα οὐδὲ μέχρι τοῦ τυχόντος στασιάζειν βουληθέντων, τολμῆσαι κατὰ τοῦ Ἰησοῦ τοιαῦτα, ἅτινα φιλαληθῶς καὶ εὐγνωμόνως ἀνέγραψαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, οὐχ ὑπεκκλέψαντες τῆς περὶ αὐτοῦ παραδόξου ἱστορίας τὸ δοκοῦν τοῖς πολλοῖς αἰσχύνην τῷ λόγῳ Χριστιανῶν φέρειν. Καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἐβούλετο καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, μὴ μόνον τῇ θειότητι καὶ τοῖς παραδόξοις αὐτοῦ πιστεύειν τοὺς προσιόντας, ὡς οὐ κοινωνήσαντος τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, οὐδ' ἀναλαβόντος τὴν ἐν ἀνθρώποις σάρκα ἐπιθυμοῦσαν κατὰ τοῦ πνεύματος· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν καταβᾶσαν εἰς ἀνθρωπίνην φύσιν καὶ εἰς ἀν-
D θρωπίνας περιστάσεις δύναμιν, καὶ ἀναλαβοῦσαν ψυχὴν καὶ σῶμα ἀνθρώπινον, ἑώρων ἐκ τοῦ πιστεύεσθαι μετὰ τῶν θειοτέρων συμβαλλομένην εἰς σωτηρίαν τοῖς πιστεύουσιν· ὁρῶσιν, ὅτι ἀπ' ἐκείνου ἤρξατο θεία καὶ ἀνθρωπίνη συνυφαίνεσθαι (38) φύσις· ἵν' ἡ ἀνθρωπίνη τῇ πρὸς τὸ θειότερον κοινωνίᾳ γένηται θεία οὐκ ἐν μόνῳ τῷ Ἰησοῦ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς μετὰ τοῦ πιστεύειν ἀναλαμβάνουσι βίον, ὃν Ἰησοῦς ἐδίδαξεν, ἀνάγοντα ἐπὶ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν φιλίαν καὶ τὴν πρὸς ἐκεῖνον κοινωνίαν πάντα τὸν κατὰ τὰς Ἰησοῦ ὑποθήκας ζῶντα.

(34) Codd. Regius et Basileensis, τελοῦνται.
(35) Hœschelius in textu, πρὸς ὡς θεόν.
(36) Alias, τῷ γένει.
(37) Alias, πιστεύσαντας. Ibidem pro τῶν διὰ τὰ Ἰησοῦ μαθήματα, Guieto scribendum videtur, τῶν τοῦ Ἰησοῦ μαθητῶν, et ita Gelenius legebat.

(38) *Συνυφαίνεσθαι*. Sic omnes mss. Libri vero excusi in textu, συμβαίνεσθαι. Paulo infra mss., μετὰ τοῦ πιστεύειν, rectius quam impressi in quibus legitur, μετὰ τὸ πιστεύειν. Paulo infra mss., τὴν πρὸς τὸν Θεὸν φιλίαν. Libri excusi, τὴν πρὸς τὸν Θεὸν φιλανθρωπίαν.

Ὁ μὲν οὖν κατὰ τὸν Κέλσον Ἀπόλλων βούλεται A Μεταποντίνους ἐν θεῶν μοίρᾳ νέμειν τὸν Ἀριστέαν. Ἐπεὶ δὲ οἱ Μεταποντῖνοι τὴν περὶ τοῦ Ἀριστέου ἀνθρώπου, καὶ τάχα οὐ σπουδαίου, ἐνάργειαν κρείττονα ἐνόμιζον εἶναι τοῦ περὶ αὐτοῦ χρησμοῦ ὡς θεοῦ ἢ θείων τιμῶν ἀξίου· διὰ τοῦτο οὐκ ἐβούλοντο πείθεσθαι τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ οὕτω τὸν Ἀριστέαν οὐδεὶς ἐνόμιζε (39) θεόν· περὶ δὲ τοῦ Ἰησοῦ εἴποιμεν ἂν, ἐπεὶ συμφέρον ἦν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει παραδέξασθαι αὐτὸν ὡς Υἱὸν Θεοῦ, Θεὸν ἐληλυθότα ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ καὶ σώματι· καὶ οὐκ ἐδόκει τοῦτο τῇ λιχνείᾳ τῶν φιλοσωμάτων δαιμόνων, καὶ τῶν νομιζόντων αὐτοὺς θεοὺς εἶναι, λυσιτελές· διὰ τοῦθ' οἱ μὲν ἐπὶ γῆς δαίμονες, παρὰ τοῖς μὴ παιδευθεῖσι περὶ δαιμόνων νομιζόμενοι εἶναι θεοὶ, ἀλλὰ καὶ οἱ θεραπεύοντες αὐτοὺς, ἐβουλήθησαν κωλῦσαι τὴν νομὴν B τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας. Ἑώρων γὰρ τὰς λοιβὰς καὶ τὰς κνίσσας, ἐφ' αἷς λίχνως ἥδοντο, καθαιρουμένας ἐκ τοῦ κρατεῖν τὰ Ἰησοῦ μαθήματα. Ὁ δὲ πέμψας τὸν Ἰησοῦν Θεὸς, ἐκλύσας πᾶσαν τὴν τῶν δαιμόνων ἐπιβουλὴν, ἐποίησε πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐπιστροφῆς (40) καὶ διορθώσεως κρατῆσαι τὸ Εὐαγγέλιον Ἰησοῦ, καὶ γενέσθαι πανταχοῦ Ἐκκλησίας ἀντιπολιτευομένας ἐκκλησίαις δεισιδαιμόνων καὶ ἀκολάστων καὶ ἀδίκων. Τοιαῦτα γὰρ τὰ πανταχοῦ πολιτευόμενα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῶν πόλεων πλήθη. Αἱ δὲ τοῦ Θεοῦ Χριστῷ μαθητευθεῖσαι Ἐκκλησίαι, συνεξεταζόμεναι ταῖς ὧν παροικοῦσι δήμων ἐκκλησίαις, ὡς φωστῆρές εἰσιν ἐν κόσμῳ. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσαι, καὶ τοὺς χείρους C τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ συγκρίσει βελτιόνων ἐλάττους, πολλῶν κρείττους τυγχάνειν τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἐκκλησιῶν;

Ἐκκλησία μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ, φέρ' εἰπεῖν, ἡ Ἀθήνησι πραεῖά τις καὶ εὐσταθὴς, ἅτε Θεῷ ἀρέσκειν τῷ ἐπὶ πᾶσι βουλομένη· ἡ δ' Ἀθηναίων ἐκκλησία στασιώδης καὶ οὐδαμῶς παραβαλλομένη τῇ ἐκεῖ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. Τὸ δ' αὐτὸ ἐρεῖς περὶ Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Κορίνθῳ καὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ δήμου Κορινθίων· καὶ, φέρ' εἰπεῖν, περὶ Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐκκλησίας τοῦ Ἀλεξανδρέων δήμου. Καὶ ἐὰν εὐγνώμων ᾖ ὁ τούτου ἀκούων καὶ φιλαληθῶς ἐξετάζῃ τὰ πράγματα, θαυμάσεται τὸν καὶ βουλευσάμενον, καὶ ἀνύσαι δυνηθέντα πανταχοῦ συστήσασθαι Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, D παροικούσας ἐκκλησίαις τῶν καθ' ἑκάστην πόλιν δήμων. Οὕτω δὲ καὶ βουλὴν Ἐκκλησίας Θεοῦ βουλῇ τῇ καθ' ἑκάστην πόλιν συνεξετάζων, εὕροις ἂν τίνες μὲν τῆς Ἐκκλησίας βουλευταὶ (41) ἄξιοί εἰσιν, εἴ τις

29. Ac Apollo quidem secundum Celsum jubet Aristeam a Metapontinis haberi deum. Sed quia Metapontini argumenta, quæ Aristeam hominem eumque fortasse non bonum esse probabant, certiora putarunt esse quam oraculum quod illum deum aut divinis honoribus dignum pronuntiabat, ob hanc rem Apollini parere noluerunt, sicque nemo illum Aristeam deum esse existimavit. De Jesu autem dicimus, quia utile erat humano generi

466 illum accipi ut Dei Filium, ut Deum qui in humana anima et corpore venit; id vero non commodum videbatur liguritioni dæmonum qui corporum cupidi sunt, eorumque qui illos deos esse censent: ideo dæmones qui in terra sunt, quique ab illorum ignaris in deos referuntur, et eorum cultores voluisse prohibere, ne doctrina Jesu pervulgaretur. Videbant enim, invalescentibus Jesu documentis, libamina nidoresque tolli, quibus ingurgitare se solebant. At Deus, qui misit Jesum, dissipatis dæmonum insidiis, effecit ut ubique terrarum ad convertendos corrigendosque homines Evangelium Jesu præpolleret, et essent ubique Ecclesiæ longe aliis legibus rectæ ac superstitiosorum, intemperantium injustorumque cœtus. His enim fere sunt moribus qui in cœtibus urbium degunt. Sed Ecclesiæ Dei a Christo edoctæ, si cum populorum conciliis, quibuscum habitant, comparentur, in mundo tanquam lumina sunt. Ecquis enim non fateatur eos, qui in Ecclesia deteriores sunt et in meliorum comparatione pejores, præstantiores esse multis eorum qui in popularibus cœtibus vivunt?

30. Atque ut exempla conferam, Ecclesia Dei quæ est Athenis, mansueta est et constans, ut quæ grata summo Deo et accepta esse studet; contra cœtus Atheniensium turbulentus est nec ulla ex parte ad Ecclesiam ejusdem loci comparandus. Idem dixeris de Ecclesia Dei quæ est Corinthi, et de Corinthiorum cœtu; idem quoque de Ecclesia Dei quæ est Alexandriæ, et de Alexandrinorum concilio. Et si quis hæc candido animo audierit et in rebus considerandis veritatem quæsierit, is eum admirabitur, qui consilium cepit et perficere potuit ut Ecclesiæ Dei ubique essent in singulis urbibus populorum cœtibus immistæ. Sic autem et curiam Ecclesiæ Dei cum curia singularum urbium conferens, invenias quosdam Ecclesiæ senatores, dignos qui Dei moderentur civitatem, si qua hu-

(39) *Ἐνόμιζε*. Ita codd. Reg. et Basileensis. Alii vero, νομίζει.

(40) *Ἐπιστροφῆς*. Recte cod. Reg. et Basileensis, male vero libri excusi, ἐπιστρεφίας.

(41) *Εὕροις ἂν τίνες μὲν τῆς Ἐκκλησίας βουλευταί*. Scribendum videtur, εὕροις ὅτι τινὲς μὲν τῆς Ἐκκλησίας βουλευταί. Particula ὅτι facile excidere potuit, inquit Boherellus, cum ultima ejus syllaba eadem sit ac prima vocis sequentis. Βουλευταί, id est, episcopi, presbyteri et diaconi. Vide Clementem *Constitut.* lib. II, cap. 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57: « Judicia vestra fiant in secunda Sabbatorum, ut, si qua controversia ex sententia vestra oriatur, usque ad Sabbatum libera sit vobis facultas, qua possitis illam controversiam componere, et pacem conciliare inter eos qui litigant. Adsint autem judicio diaconi, et presbyteri, integre judicaturi, veluti Dei homines, cum justitia. Cum utraque persona venerit, prout lex jubet, ambo qui litigant statuantur in medio tribunali, iisque auditis, sancte judicium pronuntiate, studentes ante sententiam episcopi eos reconciliare; ne exeat supra terram judicium in peccatorem, prout in tribunali consortem participemque causæ

jusmodi esset in hac rerum universitate: cum econtrario qui cernuntur passim senatores, eorum mores nihil præ se ferant dignum tributa illis dignitate qua videntur præ civibus eminere. Atque si eodem modo Ecclesiæ antistitem cum singularum urbium præsidibus comparaveris, intelliges, inter senatores et moderatores **467** Ecclesiæ Dei, etiam eos, qui a cæteris superantur et apud officiorum observantiores haberi possunt desidiosi, in progressione ad virtutes præcellere iis, qui in urbibus senatorum et præsidum dignitatibus præfulgent.

31. Quæ cum ita se habeant, annon æquum est in Jesu, qui hæc tanta constituere potuit, non vulgarem agnoscere divinitatem; non autem in Aristea Proconnesio, tametsi illum Apollo inter deos recenseri jusserit, neque in eis quos enumerat Celsus, cum ait: « Abarin Hyperboreum nemo deum esse judicat, cujus tamen ea fuit potestas, ut cursu telum assequeretur? » Quodnam enim divinitatis consilium fuit, cum Abaridi Hyperboreo dedit, ut celeritate telum æquaret? Ex tanto illi collato munere quid utilitatis rediturum erat ad humanum genus? Quid illi profuit hæc par telo velocitas? Ut dem hæc figmenta non esse, sed a quodam numine fuisse profecta. At vero Jesus si dicatur « in gloria assumptus [63], » video hujus rei causam. Sic nempe Deus, quo agente id accidit, spectantibus doctorem assignavit, ut non humanarum disciplinarum, sed doctrinæ divinæ causa certantes pro viribus, summo se Deo devoveant et se in omnibus ad ejus voluntatem accommodent; donandi mercede aut pœnas daturi pro meritis ante Dei tribunal, prout in hac vita bene vel male fecerint.

32. Posthæc de illo Clazomenio loquitur, et adducta ejus historia, sic pergit: « Nonne aiunt illius animam sæpius, relicto corpore, circumvagatam fuisse sine corpore? nec illum tamen homines in deorum numero habuerunt. » Respondeo fortasse malos dæmones ista curasse perscribi (nec enim arbitror curasse fieri), ut quæ de Jesu prædicta fuerunt et ab illo dicta sunt, aut velut figmenta similia illis exploderentur, aut quasi nihilo majora admirationi non essent. At meus Jesus de sua ipsius anima, quæ non humano fato separata est a corpore, sed data illi etiam hac de re miranda potestate: « Nemo, inquit, tollit animam

[63] I Tim. III, 16.

ἐστὶν ἐν τῷ παντὶ πόλις τοῦ Θεοῦ, ἐν ἐκείνῃ πολιτεύεσθαι, οἱ δὲ πανταχοῦ βουλευταὶ οὐδὲν ἄξιον τῆς ἐκ κατατάξεως ὑπεροχῆς, ἣν ὑπερέχειν δοκοῦσι τῶν πολιτῶν, φέρουσιν ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἤθεσιν. Οὕτω δὲ καὶ ἄρχοντα Ἐκκλησίας ἑκάστης πόλεως ἄρχοντι τῶν ἐν τῇ πόλει συγκριτέον, ἵνα κατανοήσῃς, ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν σφόδρα ἀποτυγχανομένων βουλευτῶν καὶ ἀρχόντων Ἐκκλησίας Θεοῦ, καὶ ῥαθυμότερον (42) παρὰ τοὺς εὐτονωτέρως βιοῦντας, οὐδὲν ἧττόν ἐστιν εὑρεῖν ὡς ἐπίπαν ὑπεροχὴν, τὴν ἐν τῇ ἐπὶ τὰς ἀρετὰς προκοπῇ, παρὰ τὰ ἤθη τῶν ἐν ταῖς πόλεσι βουλευτῶν (43) καὶ ἀρχόντων.

Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, πῶς οὐκ εὔλογον μὲν νομίζειν περὶ τοῦ Ἰησοῦ, τοσαῦτα συστῆσαι δεδυνημένου, ὅτι οὐχ ἡ τυχοῦσα θειότης ἦν ἐν αὐτῷ· οὐκέτι δὲ οὔτε ἐν τῷ Προκοννησίῳ Ἀριστέᾳ, κἂν ὁ Ἀπόλλων αὐτὸν βούληται ἐν θεῶν μοίρᾳ νέμειν, οὔτ' ἐν οἷς ἐξαριθμεῖται ὁ Κέλσος, λέγων· ὅτι « Οὐδεὶς νομίζει θεὸν Ἄβαριν τὸν Ὑπερβόρειον, ὃς δύναμιν εἶχε τοσήνδε, ὥστε οἰστῷ βέλει (44) συμφέρεσθαι; » Τί γὰρ βουλομένη ἡ χαρισαμένη θειότης τῷ Ὑπερβορείῳ Ἀβάριδι οἰστῷ συμφέρεσθαι, τὸ τηλικοῦτον αὐτῷ ἐδωρεῖτο, ἵνα τι (45) ὠφεληθῇ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος; ἢ αὐτὸς ἐκεῖνος τί ὤνατο οἰστῷ συμφέρεσθαι; ἵνα καὶ συγχωρηθῇ ταῦτα μηδαμῶς εἶναι πλάσματα, ἀλλὰ κατά τινα δαιμονίου συνεργίαν γεγονέναι. Ἐὰν δὲ ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς « ἀναλαμβάνεσθαι ἐν δόξῃ » λέγηται, ὁρῶ τὴν οἰκονομίαν, ὅτι τοῖς θεωρήσασι συνίστη τὸν διδάσκαλον ὁ τοῦτ' (46) ἐνεργήσας γενέσθαι Θεός· ἵν' ὡς οὐχ ὑπὲρ ἀνθρωπίνων μαθημάτων, ἀλλὰ θείας διδασκαλίας, ἀγωνιζόμενοι, ὅση δύναμις, ἑαυτοὺς ἀναθῶσι τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, καὶ πάντα πράττωσιν ὑπὲρ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀρεσκείας· ὡς ἀποληψόμενοι κατ' ἀξίαν ἐν θείῳ δικαστηρίῳ ἅπερ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ εὖ ἢ κακῶς πεποιήκασιν.

Ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα καὶ περὶ τοῦ Κλαζομενίου (47) ὁ Κέλσος εἶπε, προσθεὶς ἐπὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας· « Μῶν οὐ τοῦτό φασιν, ὡς ἄρα ἡ ψυχὴ αὐτοῦ πολλάκις ἀπολιποῦσα τὸ σῶμα περιεπόλει ἀσώματος; καὶ οὐδὲ τοῦτον ἐνόμισαν θεὸν οἱ ἄνθρωποι. » Καὶ πρὸς τοῦτο φήσομεν, ὅτι τάχα πονηροί τινες δαίμονες τοιαῦτα ᾠκονόμησαν ἀναγραφῆναι (οὐ γὰρ πιστεύω, ὅτι καὶ γενέσθαι ᾠκονόμησαν), ἵνα τὰ προφητευθέντα περὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τὰ λεχθέντα ὑπ' αὐτοῦ, ἤτοι ὡς πλάσματα ὅμοια ἐκείνοις διαβάλληται, ἢ ὡς οὐδὲν πλεῖον ἑτέρων ἔχοντα, μὴ πάνυ θαυμάζηται. Ἔλεγε δὲ ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς περὶ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς (οὐ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον χρεὼν χωριζομένης

habet Christum Dei Filium. » Vide Augustinum, *De operibus monachorum*. SPENCER.

(42) *Ῥαθυμότερον*. Mavult Boherellus, ῥαθυμοτέρων. Mox Hœschelius in textu, παρὰ τοὺς εὐγονωτέρως βιοῦντας.

(43) *Βουλευτῶν*. Ita codd. Regius et Basileensis. Libri antea excusi, βουλευόντων.

(44) *Βέλει*. Delendum puto tanquam glossema, uti patet ex mox sequentibus ubi βέλει non jungitur οἰστῷ. Consulendi Herodot. in Melp., pag. 267; Lil. Gyraldus, lib. III *De poet.*; Suid. in Ἄβαρις, Apollon. Dyscol., cap. 4 *Hist. comment.* SPENCER.

(45) *Ἐδωρεῖτο, ἵνα τι*, etc. Guieto scribendum videtur, ἐδωρεῖτο, ἢ ἵνα τι ὠφεληθῇ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἢ αὐτός, etc.

(46) Libb. excusi, διδάσκαλον, ὅτι ὁ, etc. Sed a manuscriptis abest ὅτι, recte.

(47) *Κλαζομενίου*. Is est Clazomenius Hermotimus de quo Lucianus in *Muscæ encomio* et Plinius lib. VII, cap. 52. Vide supra, hujus libri num. 1.

τοῦ σώματος, ἀλλὰ κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ καὶ περὶ A τούτου παράδοξον ἐξουσίαν·) τὸ, « Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλὰ ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ πάλιν ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. » Ἐπεὶ γὰρ ἐξουσίαν εἶχε θεῖναι αὐτὴν, ἔθηκε μὲν, ἡνίκα εἶπε, « Πάτερ, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; Καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα· » προλαβὼν τοὺς ἐπὶ τῶν ἀνεσκολοπισμένων (48) δημίους, ὑποτέμνοντας τὰ σκέλη τῶν σταυρουμένων, καὶ διὰ τοῦθ' ὑποτέμνοντας, ἵνα μὴ ἐπιπλέον τιμωρίαν τίσωσιν. Ἔλαβε δὲ τὴν ψυχὴν, ὅτε ἑαυτὸν ἐνεφάνισε τοῖς μαθηταῖς, προειπὼν ἐπ' αὐτῶν τοῖς ἀπιστοῦσιν αὐτῷ Ἰουδαίοις· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, κἀγὼ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Καὶ « ἔλεγε τοῦτο περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ, » καὶ τῶν προφητῶν προκηρυξάντων B τὸ τοιοῦτο διὰ πλειόνων· καὶ διὰ τοῦ, « Ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι· ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς τὸν ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. »

meam a me, sed ego pono illam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam [64]. » Et quoniam eam ponendi potestatem habuit, posuit quando dixit : « Pater, utquid dereliquisti me? Et exclamans voce magna emisit spiritum [65]; » occupans carnifices, qui crucifixorum **468** frangebant crura, et ideo frangebant, ut ne diutius cruciarentur. Sumpsit autem animam, quando discipulis apparuit, ut coram ipsis prædixerat iis ex Judæis, qui ipsi credere nolebant : « Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud [66]. » Quod « dicebat de templo corporis sui [67]. » Idem et prophetæ præsignificaverant cum multis in locis, tum præcipue isto : « Caro mea requiescet in spe; quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem [68]. »

Ἔδειξε δ' ὁ Κέλσος, ὅτι πλείονας ἀνέγνω ἱστορίας Ἑλληνικὰς, παραθέμενος καὶ τὰ περὶ τοῦ Ἀστυπαλαιέως Κλεομήδους· « ὃν ἱστρησεν, εἰς κιβωτὸν καταδύντα, καὶ ἔνδοθεν αὐτῆς εἰλημμένον μὴ εὑρῆσθαι ἔνδον· ἀλλ' ἔκτοθι δαιμονίᾳ τινὶ μοίρᾳ διαπτῆναι, ἡνίκα ὑπὲρ τοῦ αὐτὸν συλλαβεῖν διέκοψάν τινες τὴν κιβωτόν. » Καὶ τοῦτο δὲ εἰ μὲν (49) πλάσμα ἐστὶν, ὥσπερ ἔοικεν εἶναι πλάσμα, οὐ παραβάλλεται τοῖς περὶ τοῦ Ἰησοῦ. Ἐπεί περ ἐκείνων μὲν οὐδὲν τῆς ἱστορουμένης θειότητος ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώ- C πων σύμβολον εὑρίσκεται· τοῦ δὲ Ἰησοῦ αἱ τῶν ὠφελουμένων ἐκκλησίαι, καὶ αἱ περὶ αὐτοῦ λελεγμέναι προφητεῖαι, καὶ αἱ ἐν ὀνόματι αὐτοῦ γινόμεναι θεραπεῖαι, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν μετὰ σοφίας γνῶσις, καὶ ὁ λόγος εὑρισκόμενος παρὰ τοῖς φροντίσασιν ἀναβῆναι μὲν ἀπὸ τῆς ψιλῆς πίστεως, ἐρευνῆσαι δὲ τὸν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς νοῦν κατὰ τὰς τοῦ Ἰησοῦ ὑποθήκας, εἰπόντος· « Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς· » καὶ κατὰ τὸ βούλημα τοῦ διδάξαντος Παύλου δεῖν εἰδέναι ἡμᾶς ἑκάστῳ κατὰ τὸ δέον ἀποκρίνασθαι· ἀλλὰ καὶ τοῦ εἰπόντος· « Ἕτοιμοι ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν πίστεως. » Εἰ δὲ βούλεται αὐτὸς συγχωρεῖσθαι μὴ εἶναι πλάσμα, λεγέτω, τί βουλομένη ἡ ὑπὲρ ἄνθρωπον (50) δύναμις πεποίηκεν ἔκτοθι τῆς κιβω- D τοῦ δαιμονίᾳ τινὶ μοίρᾳ διαπτῆναι; Εἰ μὲν γὰρ ἀξιόλογόν τι παραστήσει, καὶ βούλημα Θεοῦ ἄξιον τὸ δωρησάμενον τὸ τοιοῦτον τῷ Κλεομήδει, κρινοῦμεν τί χρὴ λέγειν πρὸς αὐτόν· εἰ δ' ἀπορήσει κἂν πιθανόν τι εἰς τὸν τόπον λέγειν, δηλονότι (51) τὸ ὅσον ἐπὶ τῷ μὴ εὑρίσκεσθαι λόγον, ἤτοι διαβαλοῦμεν τοῖς αὐτὴν μὴ παραδεξαμένοις, καὶ ἐγκαλέσομεν τῇ ἱστορίᾳ ὡς οὐκ ἀληθεῖ, ἢ δαιμόνιόν τι φήσομεν παραπλήσιον

33. Hæc Celsus de Astypalæensi Cleomede addidit, ut sciremus multas sibi lectas fuisse Græcanicas historias. « Is, ut refert, cum in arcam ingressus esset, et intus eam clausam teneret, intus tamen inventus non est; sed evolasse divino quodam fato deprehenderunt, qui illius comprehendendi causa arcam effregere. » Hoc etsi nobis figmentum non esset, ut esse figmentum videtur, tamen cum Jesu rebus comparari non debet. Nam in horum hominum vita nullum illis attributæ divinitatis signum invenitur. Jesum autem Deum esse signa sunt, cœtus hominum quibus profuit, vaticinia de illo edita, sanationes in illius nomine factæ, sapientis ejus doctrinæ cognitio, ratio mysteriorum, quam inveniunt ii, qui simplici fide non contenti Scripturarum sensum scrutari student. Id quod Jesus ipse præcipit : « Scrutamini, inquit, Scripturas [69]; » et Paulus vult, siquidem docet, oportere nos scire quomodo unicuique respondeamus [69*]. Quemadmodum et qui dicit : « Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est fide [70]. » Quod si sibi concedi postulat hoc non esse fabulam, dicat qua mente hæc, quæ supra homines est, potestas voluerit, ut divino quodam fato ex arca foras evolaret. Si quid enim alicujus momenti dignumque Deo in conferendo illo Cleomedi munere consilium attulerit, videbimus quid illi opponendum erit : sin autem nihil habeat vel probabile, quod hoc loco dicat, hoc ipso quod nullam rationem reperire potest, historiam illam coram iis, qui eam nondum receperunt, vituperabimus et ut falsam redarguemus; aut dicetur dæmonium quoddam magicas artes imitatum, oculis fucum fecisse

[64] Joan. x, 18. [65] Matth. xxvii, 46, 50. [66] Joan. ii, 19. [67] Ibid., 21. [68] Psal. xv, 9. [69] Joan. v, 39. [69*] Coloss. iv, 6. [70] I Pet. iii, 15.

(48) *Ἀνεσκολοπισμένων*. Sic codd. Regius et Basileensis, alias vero ἀνασκολοπιζομένων.

(49) Hœschelius in textu et omnes mss., εἰ μέν, Spencerus autem ἡμῖν, male. Lego, εἰ μὴ πλάσμα.

(50) Hœschelius et Spencerus, ἡ ὑπὲρ ἀνθρώπων. Mss., ἡ ὑπὲρ ἄνθρωπον, rectius.

(51) *Δηλονότι*. Ita codex Basileensis; alias vero δῆλον ὅτι, minus bene.

erga illum Astypalæensem : tametsi Celsus videtur sibi tanquam e tripode pronuntiasse, illum divino quodam fato evolasse foras ex arca.

34. Credo equidem solos illos fuisse Celso
469 cognitos, nec dixisse « alios hujusmodi eosque multos adduci posse, » nisi ut volens similia exempla reliquisse videretur. Verum esto, detur illi plures id genus fuisse qui nihil adjuvarint homines, quid horum quidvis ad res Jesu gestas ejusque miracula, de quibus fuse locuti sumus? Deinde quia comprehensum mortuumque colimus, ait : « Simile nos quidpiam facere Getis qui Zamolxin, Cilicibus qui Mopsum, Acarnanis qui Amphilochum, Thebanis qui Amphiaraum, Lebadiensibus qui Trophonium cultu prosequuntur. » His quoque nos absurde a Celso assimilari sic demonstro. Ii enim templa et statuas erigunt illis quos recensuit. Nos autem a nostro erga Divinitatem cultu res illas rejicimus ut magis convenientes dæmoniis nescio quomodo consecratis quodam in loco, quem cæteris prætulerunt, aut in quo fixerunt sedem quibusdam mysteriis allecti et magicis artibus incantati : et Jesum admiramur, qui mentem nostram ab omni re, quæ sub sensus cadit, ut non solum corruptioni obnoxia, sed etiam corrumpenda, avocatam traduxit ad cultum Deo tribuendum puris moribus precibusque, quas illi ferimus per eum, qui ingenitam inter et genitam naturam veluti medius, ad nos defert Patris beneficia, et sacerdotis more nostras ad summum Deum perfert preces.

35. Sed adversus eum, qui nescio qua de causa hæc dicit, lubens hoc modo nugarer : An nihil sunt illi quos enumerasti? Nihilne egregium facit in Lebadia Trophonius, Thebis in suo templo Amphiaraus, in Acarnania Amphilochus, in Cilicia Mopsus? Aut estne illis aliquis vel dæmon, vel heros, vel deus, qui quidquam, quod vires humanas superet, efficiat? Si enim dixerit nihil esse, neque dæmonem, neque ullum numen; aperiat tandem quæ sua sit sententia, Epicureum se fateatur, qui neque cum Græcis eadem sentiat, neque dæmones agnoscat, neque eosdem ac illi deos veneretur : et palam fiat vana esse quæ jam dixit et postea dicturus est quasi vera credidisset. Si dicet autem aut dæmones, aut heroas, aut deos esse eos, quos in medium protulit; caveat ne hinc probetur, quod minime vult, tale quidpiam fuisse Jesum; proinde potuisse multis hominibus persuadere se divinitus

τοῖς ἐπιδεικνυμένοις γόησιν ἀπάτῃ (52) ὀφθαλμῶν πεποιηκέναι καὶ περὶ τὸν Ἀστυπαλαιέα· περὶ οὗ οἴεται ὁ Κέλσος ὅτι θεοπρόπιόν τι ἐθέσπισεν, ὡς ἄρα μοίρᾳ τινὶ δαιμονίᾳ διέπτη ἀπὸ τῆς κιβωτοῦ.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἡγοῦμαι, ὅτι τούτους μόνους ἠπίστατο ὁ Κέλσος· καὶ ἵνα δοκῇ ἑκὼν παραλιπεῖν τὰ παραπλήσια, εἶπε τό· « Καὶ ἄλλους ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν τοιούσδε πλείονας. » Ἔστω δ' οὖν καὶ δεδόσθω, τοιούσδε (53) γεγονέναι πλείονας, μηδὲν ὠφεληκότας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· τί τούτων ἕκαστον εὑρεθείη ἂν πρὸς τὸ τοῦ Ἰησοῦ ἔργον καὶ τὰ περὶ αὐτοῦ παράδοξα, περὶ ὧν ἐπὶ πλεῖον εἰρήκαμεν; Μετὰ ταῦτα « παραπλήσιον ἡμᾶς » οἴεται « πεποιηκέναι, » τὸν (ὥς φησιν ὁ Κέλσος,) ἁλόντα καὶ ἀποθανόντα θρησκεύοντας, « τοῖς Γέταις σέβουσι τὸν Ζάμολξιν, καὶ Κίλιξι τὸν Μόψον, καὶ Ἀκαρνᾶσι τὸν Ἀμφίλοχον, καὶ Θηβαίοις τὸν Ἀμφιάρεων, καὶ Λεβαδίοις τὸν Τροφώνιον. » Καὶ ἐν τούτοις δὲ ἐλέγξομεν αὐτὸν οὐκ εὐλόγως ἡμᾶς ὁμοιώσαντα τοῖς προειρημένοις. Οἱ μὲν γὰρ νεὼς καὶ ἀγάλματα κατεσκεύασαν τοῖς κατειλεγμένοις· ἡμεῖς δὲ, τὴν διὰ τῶν τοιούτων τιμὴν ἀνελόντες ἀπὸ τοῦ θείου, (ὡς ἁρμοζόντων (54) μᾶλλον δαιμονίοις, οὐκ οἶδ' ὅπως ἱδρυμένοις ἔν τινι τόπῳ, ὃν ἤτοι προκαταλαμβάνουσιν, ἢ διά τινων τελετῶν ἀχθέντες καὶ μαγγανειῶν ὥσπερ οἰκοῦσι·) τεθήπαμεν τὸν Ἰησοῦν, τὸν νοῦν ἡμῶν μεταθέντα ἀπὸ παντὸς αἰσθητοῦ, ὡς οὐ μόνον φθαρτοῦ, ἀλλὰ καὶ φθαρησομένου, καὶ ἀνάγοντα ἐπὶ τὴν μετὰ ὀρθοῦ βίου πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν τιμὴν μετ' εὐχῶν, ἃς προσάγομεν αὐτῷ, ὡς διὰ μεταξὺ ὄντος (55) τῆς τοῦ ἀγενήτου καὶ τῆς τῶν γενητῶν πάντων φύσεως, καὶ φέροντος μὲν ἡμῖν τὰς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς εὐεργεσίας, διακομίζοντος δ' ἡμῶν τρόπον ἀρχιερέως τὰς εὐχὰς πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν.

Ἐβουλόμην δὲ πρὸς τὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως τοιαῦτα λέγοντα τοιαῦτά τινα πρεπόντως αὐτῷ ἀδολεσχῆσαι· Ἆρ' οὖν οὐδέν εἰσιν οὗτοι οὓς κατέλεξας, καὶ οὐδεμία δύναμίς ἐστιν ἐν Λεβαδίᾳ κατὰ τὸν Τροφώνιον, οὐδ' ἐν Θήβαις περὶ τὸν τοῦ Ἀμφιάρεω νεὼν, οὐδ' ἐν Ἀκαρνανίᾳ περὶ τὸν Ἀμφίλοχον, οὐδ' ἐν Κιλικίᾳ περὶ τὸν Μόψον; Ἤ ἐστί τις ἐν τοῖς τοιούτοις εἴτε δαίμων, εἴτε ἥρως, εἴτε καὶ θεὸς, ἐνεργῶν τινα μείζονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον; Εἰ μὲν γάρ φησι μηδὲν ἕτερον εἶναι, μήτε δαιμόνιον, μήτε θεῖον περὶ τούτους, κἂν νῦν ὁμολογησάτω τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, Ἐπικούρειος ὢν, καὶ μὴ τὰ αὐτὰ τοῖς Ἕλλησι φρονῶν, καὶ μήτε δαίμονας γιγνώσκων, μήτε κἂν ὡς Ἕλληνες θεοὺς σέβων· καὶ ἐλεγχέσθω, ὅτι μάτην καὶ τὰ προειρημένα, ὡς παραδεξάμενος αὐτὰ εἶναι ἀληθῆ, ἐκόμισε, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιφερόμενα· εἰ δὲ φήσει εἴτε δαίμονας, εἴτε ἥρωας, εἴτε καὶ θεοὺς (56) εἶναι τοὺς κατειλεγμένους, ὁράτω, ὅτι, ὅπερ οὐ βούλεται, κατασκευάσει

(52) Ἀπάτῃ. Ita codd. Jolianus et Basileensis in textu, sicque duo Anglicani in margine recte. Ordo est, δαιμόνιόν τι ἀπάτῃ ὀφθαλμῶν πεποιηκέναι παραπλήσιον τοῖς ἐπιδεικνυμένοις γόησιν.

(53) Mss., τοιούσδε. Impressi in textu, τοιούτους.

(54) Hœschelius in textu, ἁρμοζόντως.

(55) Ὡς διὰ μεταξὺ ὄντος. Hœschelius suspicabatur legendum, ὡς δὴ μεταξὺ ὄντος, male. Nihil mutari necesse est. Agitur quippe de precibus quas offerimus Deo « per eum qui veluti medius est inter increatam naturam et creatam : » ὡς διὰ μεταξὺ ὄντος τῆς τοῦ ἀγενήτου καὶ τῆς τῶν γενητῶν πάντων φύσεως. Pro ἀγενήτου et γενητῶν quod legitur in codd. Regio et Basileensi, libb. editi habent : ἀγεννήτου et γεννητῶν. Ibidem omnes mss., τὰς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς εὐεργεσίας. Ab excusis libris abest ἀπό.

(56) Omnes mss. θεούς, libb. excusi θείους, minus bene.

A δι' ὧν εἴρηκεν, ὡς καὶ ὁ Ἰησοῦς τοιοῦτόν τι ἦν· διὸ καὶ δεδύνηται ἑαυτὸν παραστῆσαι οὐκ ὀλίγοις τῶν ἀνθρώπων (57) θεόθεν ἐπιδεδημηκέναι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων. Ἅπαξ δὲ τοῦτ' ἐὰν παραδέξηται, ὅρα εἰ μὴ ἀναγκασθήσεται ἰσχυρότερον αὐτὸν φῆσαι τούτων, οἷς αὐτὸν συγκατηρίθμησεν· ἐπεὶ ἐκείνων μέν γε οὐδεὶς κωλύει τὰς πρὸς τοὺς ἑτέρους τιμάς· οὗτος δὲ, ἑαυτῷ θαῤῥῶν, ὡς πάντων ἐκείνων δυνατώτερος, ἀπαγορεύει τὰς τούτων ἀποδοχὰς, ὡς μοχθηρῶν δαιμόνων, καὶ τόπους ἐπὶ γῆς προκατειληφότων, ἐπεὶ τῆς καθαρωτέρας οὐ δύνανται ἐφάψασθαι χώρας καὶ θειοτέρας, ἔνθα μὴ φθάνουσιν αἱ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ μυρίων κακῶν παχύτητες.

ad **470** genus humanum advenisse. Quod si semel admittat, vide annon necesse sit ut fateatur majorem Jesu fuisse, quam eorum, quibus illum adnumeravit, potestatem. Nam nullus eorum vetat ne alii colantur; hic vero sibi ipsi fidens, utpote illis omnibus potentior, prohibet quominus illi in deorum numero ponantur; quippe qui mali dæmones sint, qui idcirco in terra sibi loca elegerunt, quia puriores attingere non possunt divinioresque sedes, quo nihil crassum e terra malisque quæ in ea sunt innumeris pertingit.

Ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα καὶ τὰ περὶ τῶν παιδικῶν Ἀδριανοῦ (λέγω δὲ τὰ περὶ Ἀντινόου τοῦ μειρακίου, καὶ τὰς εἰς αὐτὸν τῶν ἐν Ἀντινόου πόλει τῆς Αἰγύ- B πτου (58) τιμάς)· οὐδὲν οἴεται ἀποδεῖν τῆς ἡμετέρας πρὸς τὸν Ἰησοῦν τιμῆς· φέρε καὶ τοῦτο ὡς φιλέχθρως λεγόμενον διελέγξωμεν. Τί γὰρ κοινὸν ἔχει ὁ γενόμενος ἐν τοῖς Ἀδριανοῦ παιδικοῖς βίος, οὐδὲ τὸν ἄῤῥενα ἀπαθῆ γυναικείας νόσου φυλάξαντος (59), πρὸς τὸν σεμνὸν ἡμῶν Ἰησοῦν, οὗ μηδὲ οἱ μυρία κατηγορήσαντες, καὶ ψευδῆ ὅσα περὶ αὐτοῦ λέγοντες, δεδύνηνται κατειπεῖν, ὡς κἂν τὸ τυχὸν ἀκολασίας κἂν ἐπ' ὀλίγον γευσαμένου; Ἀλλὰ καὶ, εἴπερ φιλαληθῶς καὶ ἀδεκάστως τὰ περὶ τὸν Ἀντίνουν ἐξετάζοι τις, μαγγανείας ἂν Αἰγυπτίων καὶ τελετὰς εὕροι τὰς αἰτίας τοῦ δοκεῖν τι αὐτὸν ποιεῖν ἐν Ἀντινόου πόλει, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ· ὅπερ καὶ ἐπ' ἄλλων νεῶν ἱστορεῖται ὑπὸ (60) Αἰγυπτίων καὶ τῶν τὰ τοιαῦτα δεινῶν γεγονέναι, ἔν τισι τόποις ἱδρυόντων δαίμονας μαντι- C κοὺς ἢ ἰατρικοὺς, πολλάκις δὲ καὶ βασανίζοντας τοὺς δοκοῦντάς τι παραβεβηκέναι περὶ τῶν τυχόντων βρωμάτων, ἢ περὶ τοῦ θίγειν νεκροῦ σώματος ἀνθρωπίνου, ἵνα δοκοῖεν δεδίττεσθαι τὸν πολὺν λαὸν (61) καὶ ἀπαίδευτον. Τοιοῦτος δέ ἐστι καὶ ἐν Ἀντινόου πόλει τῆς Αἰγύπτου νομισθεὶς εἶναι θεὸς, οὗ ἀρετὰς οἱ μέν τινες κυβευτικώτερον ζῶντες καταψεύδονται, ἕτεροι δὲ, ὑπὸ τοῦ ἐκεῖ ἱδρυμένου δαίμονος ἀπατώμενοι, καὶ ἄλλοι ἀπὸ ἀσθενοῦς τοῦ συνειδότος ἐλεγχόμενοι, οἴονται τίνειν θεήλατον ἀπὸ τοῦ Ἀντινόου ποινὴν (62). Τοιαῦτα δέ ἐστι καὶ τὰ δρώμενα αὐτῶν μυστήρια καὶ αἱ δοκοῦσαι μαντεῖαι, ὧν πάνυ μακράν ἐστι τὰ τοῦ Ἰησοῦ· οὐ γὰρ συνελθόντες γόητες, χάριν τίνοντες βασιλεῖ τινι κελεύοντι ἢ ἡγεμόνι προστάσσοντι, πεποιηκέναι ἔδοξαν αὐτὸν εἶναι Θεόν· ἀλλ' αὐτὸς ὁ D τῶν ὅλων δημιουργὸς ἀκολούθως τῇ ἐν τῷ λέγειν

36. Posthæc ad amasios Adriani venit (loquor autem de adolescente Antinoo, cultuque qui illi in Ægypti urbe Antinoopoli exhibetur), contenditque cultum illum a nostro in Jesum cultu nihil discrepare. Age et istud a suo in nos odio profectum esse evincamus. Quid enim horum Adriani amasiorum vita ad omnes spurcitias etiam contra naturam projecta commune habet cum vita Jesu quem colimus, quem vel minima intemperantiæ macula aspergere ne quidem ii ausi sunt, qui sexcentas calumnias mendaciaque contra illum evomuerunt? Sed et siquis veritatis amans res Antinoi incorrupte perpenderit, inveniet præstigiosa Ægyptiorum mysteria in causa esse, cur ille Antinoopoli etiam post mortem quid facere videatur: quod fertur et in aliis templis fieri ab Ægyptiis aliisque earumdem artium peritis. Hi enim quibusdam in locis dæmones statuunt divinos aut medicos, qui sæpe etiam animadvertant in eos qui ipsorum leges de vulgaribus cibis aut de non tangendo humano cadavere violant, idque ut vulgus imperitum terrefaciant. Atque hujusmodi est qui Antinoopoli ab Ægyptiis deus existimatur, cujus virtutes quidam comminiscuntur quibus inde quæstus est; dum alii quidem a dæmone ibi collocato decipiuntur, alii vero infirmæ conscientiæ stimulis agitati pœnam sibi a deo Antinoo inflictam pati se putant. Hæc sunt illorum mysteria et quæ videntur edere vaticinia. Ab his immane quantum differunt res Jesu. Neque enim impostorum turba regis cujusdam jubentis aut præsidis captantes gratiam, illum in deorum numerum ascripserunt; sed ipse rerum omnium conditor, mirifica illa qua pollet persuadendi vi et potestate, illum **471** declaravit dignum qui cole-

(57) Boherello delendum videtur τῶν ἀνθρώπων, propter eadem verba quæ paulo post repetuntur.

(58) *Τῶν ἐν Ἀντινόου πόλει τῆς Αἰγύπτου.* Ita recte omnino codex Regius. Alias mendose, τῶν ἐν Ἀντινόου τοῦ τῆς Αἰγύπτου. Cæterum de Antinoo Æl. Spart. in Adriano: « Antinoum suum, dum per Nilum navigat, perdidit; quem muliebriter flevit: de quo varia fama est; aliis eum devotum pro Adriano asserentibus; aliis, quod et forma ejus ostentat et nimia voluptas Adriani; et Græci quidem, volente Adriano, eum consecraverunt, oracula per eum dari asserentes; quæ Adrianus ipse composuisse jactatur. » Innumeri scriptores hujus catamiti meminerunt. Verum, ut tempus compendi facias, lege Scaligerum in *Animadversionibus* in Eusebium, et Salmasium, et Casaubonum, in notis in Æl. Spartianum. SPENC.

(59) *Φυλάξαντος.* Lego cum Boherello φυλάξας. Mox Hœschelius in textu habet, πρὸς τὸν σεμνὸν ἡμῖν Ἰησοῦν.

(60) Major pars manuscriptorum, ἱστορεῖται. Alias, ἱστόρηται.

(61) *Λαόν.* Hanc vocem quæ exciderat, restituunt mss.

(62) *Τίνειν θεήλατον ἀπὸ τοῦ Ἀντινόου ποινήν.* Scaliger, ut observat Boherellus, in *Animadvers. Euseb.*, ann. MMCXLV, legit πνεῖν ποινήν, et Salmasius ad Spartianum, πνεῖν πνοήν, quomodo et apud Scaligerum legendum videtur. Sed placet vulgata lectio, propter illud, ἀσθενοῦς τοῦ συνειδό-

retur non ab iis modo qui vitam emendare suam vellent, sed etiam a dæmonibus aliisque potestatibus quæ sub sensus non cadunt. Quo fit ut illæ adhuc videantur aut formidare Jesu nomen tanquam se potentioris, aut legibus ejus tanquam Domini reverenter obtemperare. Nisi enim sic a Deo constitutus fuisset, dæmones, solo ejus pronuntiato nomine, non exirent e corporibus quæ obsidebant.

37. Cæterum Ægyptii docti Antinoum venerari, ferent illum cum Apolline aut Jove comparari, quippe qui ideo illum colant, quia in eodem ac illos numero habent. Nam certe Celsus mentitur, cum ait « non passuros Ægyptios, siquis illum cum Apolline aut Jove comparaverit. » At Christiani, qui didicerunt æternam se manere vitam in cognoscendo solo rerum omnium vero Deo [71], et eo quem misit, Jesu Christo positam; qui norunt omnes deos gentium avida esse dæmonia circum victimas, sanguinem, aliasque sacrificiorum partes volitantia [72], idque ut eos decipiant qui ad Deum rerum omnium non confugiunt; qui sciunt divinos sanctosque Dei angelos alterius naturæ et voluntatis esse, ac dæmones omnes, qui in terra sunt, hosque perpaucis notos esse, iis nimirum qui prudenter et accurate illis cognoscendis dant operam; Christiani, inquam, non sustinebunt comparari Apollinem et Jovem, aut quemvis eorum, qui adipe, sanguine et victimis placantur. Cujus rei quidam erunt quidem, qui causam afferre præ sua simplicitate non poterunt, contenti studiose servare quæ acceperint: sed alii rationes reddent solidas, profundas, et, ut Græcus diceret, interiores atque ex visceribus rei ductas. Etenim multa dicent de Deo iisque, quibus Deus tantum honoris habuit, ut per unigenitum Deum Verbum illos divinitatis adeoque et nominis participes faceret. Multa etiam dici possunt de divinis angelis; multa de iis qui veritati infensi sunt, quique primum decepti, ex errore haberi volunt aut pro diis, aut pro Dei angelis, aut pro bonis dæmonibus, aut pro heroibus, in quos humana anima bona conversa fuisset. Præterea probabunt illi Christiani, quemadmodum in philosophia multi sibi videntur veritatem tenere, qui tamen aut seipsi similibus veri rationibus fefellerunt, aut inventis ab aliis adductisque temere consensum præbuerunt; sic inter animas e corporibus egressas, inter angelos et dæmones, esse quosdam, qui quibusdam pro-

[71] Joan. XVII, 3. [72] Psal. XCV, 5.

A τεραστίως πιστικῇ δυνάμει (63) συνέστησεν αὐτὸν, ὡς τιμῆς ἄξιον, οὐ τοῖς εὐφρονεῖν ἐθέλουσι μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ δαίμοσι, καὶ ἄλλαις ἀοράτοις δυνάμεσιν· αἵτινες μέχρι τοῦ δεῦρο ἐμφαίνουσιν ἤτοι φοβούμεναι τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ ὡς κρείττονος, ἢ σεβασμίως ἀποδεχόμεναι ὡς κατὰ νόμους αὐτῶν ἄρχοντος. Εἰ γὰρ μὴ θεόθεν ἦν αὐτῷ δοθεῖσα σύστασις, οὐκ ἂν καὶ δαίμονες τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἀπαγγελλομένῳ μόνον εἴκοντες ἀνεχώρουν ἀπὸ τῶν ὑπ' αὐτῶν πολεμουμένων.

Αἰγύπτιοι μὲν οὖν διδαχθέντες τὸν Ἀντίνοον σέβειν, ἐὰν αὐτῷ παραβάλῃς (64) Ἀπόλλωνα ἢ Δία, ἀνέξονται, σεμνύνοντες τὸν Ἀντίνοον διὰ τοῦ ἐκείνοις αὐτὸν συναριθμεῖν. Καὶ ἐν τούτοις γὰρ ὁ Κέλσος σαφῶς ψεύδεται, λέγων· « Κἂν παραβάλῃς αὐτῷ τὸν
B Ἀπόλλωνα ἢ τὸν Δία, οὐχ ἀνέξονται. » Χριστιανοῖς δὲ μεμαθηκόσι τὴν αἰώνιον αὐτοῖς εἶναι ζωὴν ἐν τῷ γιγνώσκειν τὸν μόνον ἐπὶ πᾶσιν ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἐκεῖνος ἀπέστειλεν Ἰησοῦν Χριστόν· μαθοῦσι δὲ καὶ ὅτι πάντες μὲν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἰσι δαιμόνια λιχνὰ, καὶ περὶ τὰς θυσίας (65), καὶ τὰ αἵματα, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀποφορὰς καλινδούμενα ἐπὶ ἀπάτῃ τῶν μὴ προσπεφευγότων τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ· οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ θεῖοι καὶ ἅγιοι ἄγγελοι ἄλλης εἰσὶ φύσεως (66) καὶ προαιρέσεως παρὰ τοὺς ἐπὶ γῆς πάντας δαίμονας· καὶ ὅτι οὗτοι σφόδρα ὀλίγοις γιγνώσκονται τοῖς περὶ τούτων συνετῶς καὶ ἐπιμελῶς ζητήσασιν, ἐὰν παραβάλῃς Ἀπόλλωνα καὶ Δία, ἤ τινα τῶν μετὰ κνίσσης, καὶ αἵματος, καὶ θυσιῶν, προσκυνουμένων,
C οὐκ ἀνέξονται· τινὲς μὲν διὰ τὴν πολλὴν ἁπλότητα, μὴ εἰδότες μὲν δοῦναι λόγον περὶ ὧν ποιοῦσιν, εὐγνωμόνως δὲ τηροῦντες ἃ παρειλήφασιν· ἕτεροι δὲ μετ' οὐκ εὐκαταφρονήτων λόγων, ἀλλὰ καὶ βαθυτέρων, καὶ (ὡς ἂν εἴποι τις Ἕλλην,) ἐσωτερικῶν καὶ ἐποπτικῶν, ἐν οἷς πολύς ἐστι λόγος περὶ Θεοῦ καὶ τῶν τετιμημένων ἀπὸ Θεοῦ διὰ τοῦ μονογενοῦς Θεοῦ Λόγου μετοχῇ θεότητος (67), διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὀνόματι. Πολὺς δὲ ὁ λόγος καὶ ὁ περὶ τῶν θείων ἀγγέλων, καὶ ὁ περὶ τῶν ἐναντίων μὲν τῇ ἀληθείᾳ, ἠπατημένων δὲ, καὶ ἐξ ἀπάτης αὐτοὺς ἀναγορευόντων θεοὺς, ἢ ἀγγέλους Θεοῦ, ἢ δαίμονας ἀγαθοὺς, ἢ ἥρωας ἐκ μεταβολῆς συστάντας ἀγαθῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς. Οἱ δὲ τοιοῦτοι Χριστιανοὶ καὶ κατασκευάσουσιν, ὅτι, ὥσπερ πολλοὶ ἐν φιλοσοφίᾳ δοκοῦσιν εἶναι ἐν ἀληθείᾳ, ἤτοι ἑαυτοὺς
D κατασοφισάμενοι λόγοις πιθανοῖς, ἢ τοῖς ὑφ' ἑτέρων προσαγομένοις καὶ εὑρεθεῖσι συγκαταθέμενοι προπετῶς· οὕτως εἰσὶ καὶ ἐν ταῖς ἔξω σωμάτων (68) ψυχαῖς, καὶ ἀγγέλοις καὶ δαίμοσί τινες, ὑπὸ τῶν πιθανοτήτων ἑλκυσθέντες πρὸς τὸ ἑαυτοὺς ἀναγορεῦσαι θεούς. Καὶ

τος, et θεήλατον.

(63) *Ἀκολούθως τῇ ἐν τῷ λέγειν τεραστίως πιστικῇ δυνάμει.* Guieto scribendum videtur, ἀκολούθως τῇ ἐν τῷ λόγῳ τεραστίως ποιητικῇ δυνάμει, etc., τὸ, ποιητικῇ δυνάμει, requirere ei videtur præcedens illud, πεποιηκέναι ἔδοξαν αὐτὸν εἶναι Θεόν.

(64) Libb. excusi in margine, Αἰγυπτίῳ μὲν οὖν διδαχθέντι τὸν Ἀντίνοον σέβειν, ἐὰν παραβάλλῃς, etc. Sicque omnes mss. excepto Joliano cujus lectionem in textu sequimur ob sequentia ἀνέξονται σεμνύνοντες.

(65) *Καὶ περὶ τὰς θυσίας*, etc. Vide quæ ab Huetio disputata sunt *Origenianorum* lib. II, quæstione 5, num. 58.

(66) *Φύσεως*. Consule quæ observavit Huetius *Origenianorum* lib. II, quæst. 5, num. 7 et 8.

(67) Mss., θεότητος. Libb. excusi in textu, θειότητος. Mox forte scribendum fuerit, διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὀνόματος.

(68) *Οὕτως εἰσὶ καὶ ἐν ταῖς ἔξω σωμάτων.* Ita recte codex Jolianus, male vero alii et libb. impressi, οὕτως εἰσὶ καὶ αἱ ἐν ταῖς ἔξω σωμάτων.

διὰ τοὺς τοιούτους γε λόγους (69) κατὰ τὸ ἀκριβὲς τελείως ἐν ἀνθρώποις μὴ δυναμένους εὑρεθῆναι, ἀσφαλὲς ἐνομίσθη τὸ μηδενὶ ἑαυτὸν ἐμπιστεῦσαι ἄνθρωπον ὄντα ὡς Θεῷ, πλὴν μόνου τοῦ ἐπὶ πᾶσιν ὡς διαιτητοῦ, τὰ βαθύτατα ταῦτα καὶ θεωρήσαντος καὶ ὀλίγοις παραδόντος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Περὶ μὲν οὖν τοῦ Ἀντινόου, ἢ τινος ἄλλου τοιούτου, εἴτε παρ' Αἰγυπτίοις, εἴτε παρ' Ἕλλησι, πίστις ἐστὶν (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) ἀτυχής· περὶ δὲ τοῦ Ἰησοῦ ἤτοι δόξασα ἂν εἶναι εὐτυχής, ἢ καὶ βεβασανισμένως ἐξητασμένη, δοκοῦσα μὲν εὐτυχὴς παρὰ τοῖς πολλοῖς, βεβασανισμένως δὲ ἐξητασμένη παρὰ πάνυ ὀλιγωτάτοις. Κἂν λέγω (70) δέ τινα πίστιν εἶναι, ὡς ἂν οἱ πολλοὶ ὀνομάσαιεν, εὐτυχῆ· καὶ περὶ ταύτης ἀναφέρω τὸν λόγον ἐπὶ τὸν εἰδότα Θεὸν τὰς αἰτίας τῶν ἑκάστῳ μεμερισμένων ἐπιδημοῦντι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ Ἕλληνες δὲ φήσουσι καὶ ἐν τοῖς νομιζομένοις εἶναι σοφωτάτοις, κατὰ πολλὰ τὴν εὐτυχίαν εἶναι αἰτίαν, οἷον περὶ διδασκάλων τοιῶνδε, καὶ τοῦ περιπεσεῖν τοῖς κρείττοσιν (ὄντων καὶ τῶν τὰς ἐναντίας αἱρέσεις διδασκόντων), καὶ περὶ ἀνατροφῆς τῆς ἐν βελτίοσι. Πολλοῖς γὰρ καὶ τὰ τῆς ἀνατροφῆς ἐν τοιούτοις γεγένηται (71), ὡς μηδὲ φαντασίαν ἐπιτραπῆναι τῶν κρειττόνων λαβεῖν· ἀλλ' ἀεὶ καὶ ἐκ πρώτης ἡλικίας ἤτοι ἐν παιδικοῖς εἶναι ἀκολάστων ἀνδρῶν, ἢ δεσποτῶν, ἢ ἐν ἄλλῃ τινὶ κωλυούσῃ τὴν ψυχὴν ἀναβλέπειν κακοδαιμονίᾳ. Τὰς δὲ περὶ τούτων αἰτίας πάντως μὲν εἰκὸς εἶναι ἐν τοῖς τῆς Προνοίας λόγοις· πίπτειν δὲ αὐτὰς εἰς ἀνθρώπους, οὐκ εὐχερές. Ἔδοξε δέ μοι ταῦτα διὰ μέσου ἐν παρεκβάσει εἰρηκέναι, διὰ τό· « Τοσοῦτον ποιεῖ (72) πίστις, ὁποία δὴ προκατασχοῦσα. » Ἐχρῆν γὰρ διὰ τὰς διαφόρους ἀνατροφὰς εἰπεῖν διαφορὰς τῶν ἐν ἀνθρώποις πίστεων, εὐτυχέστερον ἢ ἀτυχέστερον πιστεύουσι· καὶ ἐκ τούτου ἀναβῆναι, ὅτι δόξαι ἂν καὶ ἐν τοῖς ἐντρεχεστέροις εἰς αὐτὸ τὸ δοκεῖν εἶναι λογικωτέροις, καὶ λογικώτερον προστίθεσθαι τὰ πολλὰ δόγμασιν, ἡ ὀνομαζομένη εὐτυχία καὶ ἡ λεγομένη ἀτυχία συνεργεῖν. Ἀλλὰ γὰρ περὶ τούτων ἅλις.

Τὰ δ' ἑξῆς τοῦ Κέλσου κατανοητέον, ἐν οἷς καὶ ἡμῖν φησι « πίστιν ποιεῖν προκαταλαβοῦσαν ἡμῶν (73) τὴν ψυχὴν, τὴν περὶ τοῦ Ἰησοῦ τοιάνδε συγκατάθεσιν. » Ἀληθῶς γὰρ πίστις ἡμῖν ποιεῖ τὴν τοιαύτην συγκατάθεσιν. Ὅρα δὲ εἰ μὴ αὐτόθεν ἡ πίστις αὐτὴ τὸ ἐπαινετὸν παρίστησιν (74), ὅτι πιστεύομεν ἑαυτοὺς τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, χάριν ὁμολογοῦντες τῷ εἰς τοιαύτην πίστιν ὁδηγῷ, καὶ λέγοντες αὐτὸν οὐκ ἀθεεὶ τὸ τοιοῦτον τετολμηκέναι καὶ ἠνυκέναι· πιστεύομεν δὲ καὶ ταῖς προαιρέσεσι τῶν γραψάντων τὰ Εὐαγγέλια, καταστοχαζόμενοι τῆς εὐλαβείας αὐτῶν καὶ τοῦ

A babilitatibus inducti **472** sunt, ut se deos esse prædicarent. Quoniam vero rationes istæ inveniri ab hominibus non possunt accurate, propterea homini tutum esse visum est, nulli ut Deo credere, præterquam soli Jesu Christo, qui omnium moderator arcana illa perspicit et paucis indicat.

38. Igitur de Antinoo, aut quolibet alio sive apud Ægyptios, sive apud Græcos in deorum numerum relato, fides est, ut ita loquar, infortunata; de Jesu autem, aut fortunata est, aut diligenter examinata. Fortunata quidem videtur erga vulgus hominum, perpaucis vero diligenter examinata. Quod dico fidem quamdam esse, ut vocare licet, fortunatam, id non impedit quominus illam acceptam Deo referam; quippe cui exploratæ sunt causæ B rerum, quas quisque in hanc ingrediens vitam sortitus est. Neque Græci negabunt etiam in iis, qui sapientissimi habentur, plerumque bonam fortunam esse causam, cur cum magistri sint qui contrarias opiniones doceant, in meliores inciderint et liberalius fuerint educati. Ea enim contigit multis institutio, ut ne fingere quidem animo meliora potuerint, sed semper a prima ætate amasii fuerunt aut virorum intemperantium, aut dominorum, aut in alia misera fuerint conditione, per quam animæ se attollere non licuit. Non dubium est quin habeat rationes Providentia, cur hæc omnia sic accidant, sed illas perspectas habere, id vero hominibus non proclive est. Atque in hæc obiter digredi visum est, ut repellerem crimi- C nationem hanc: « Tanta vis est fidei, quæ, quodcunque primum occurrit, occupat. » Ostendere enim oportuit aliam esse hominum fidem, felicem aut infelicem, pro diversa educatione; unde confectum est, bonam fortunam, ut vocant, et malam fortunam conducere, ut, qui ingenio præstant, sapientiores esse et sapientius dogmatis plerumque assentiri videantur. Verum de his satis.

39. Nunc ea, quæ sequuntur apud Celsum, consideranda sunt. Ibi ait « fidem, quæ nostram animam præoccupavit, in causa fuisse cur Jesu assentiremur. » Verum quidem est fidem hujus nostræ assensioni effectricem fuisse. At vide annon hoc ipso digna D laude sit ista fides, quod nos ipsi credamus rerum omnium Deo, gratias agentes illi, qui nos ad hanc fidem **473** perduxit, confitentésque illum non potuisse sine Deo rem tantam suscipere et perficere. quod insuper adjungamus fidem iis qui Evangelia scripserunt, ducti scilicet pietate et animi candore,

(69) *Καὶ διὰ τοὺς τοιούτους γε λόγους*, etc. Temere, opinor, hunc locum quem non cepit, sollicitat Guietus, qui sic scribendum censet: Καὶ διὰ τὸ τοὺς τοιούτους (id est, ἀγγέλους) τελείως ἐν ἀνθρώποις μὴ δύνασθαι διακριθῆναι, ἀσφαλὲς ἐνομίσθη, etc. Paulo infra libri excusi ad marginem habent, πλὴν μόνον τοῦ ἐπὶ πᾶσιν ὡς διαιτήτου τὰ βαθύτατα, in textu vero, πλὴν μόνου τοῦ ἐν πᾶσιν ὡς διαιτήτου, τοῦ βαθύτατα. Ibidem in textu habent, καὶ ἐν ὀλίγοις παραδόντος, sed bene abest a manuscriptis codicibus vocula ἐν, quam nos expunximus.

(70) Libri excusi ad marginem, καὶ λέγω.

(71) Iidem ad marginem, τοιούτως γεγένηται.

(72) *Διὰ τό· Τοσοῦτον ποιεῖ*. Sic codex Regius. Hœschelius autem ac Spencerus, Διὰ τὸ τοσούτων· τί ποιεῖ. Philocalia, διὰ τοσοῦτον· τί ποιεῖ.

(73) Hœschelius in textu, ἡμῖν.

(74) *Παρίστησιν*. Ita recte Philocalia. Alias, περιίστησιν. Mox libb. editi ad marginem, ὅτε πιστεύομεν ἑαυτούς. A Philocalia abest, ἑαυτούς.

quæ in eorum scriptis elucent, quæque nihil in eis aut spurium, aut dolosum, aut fictitium, aut vafrum suspicari sinunt. Pro certo enim habemus animas, quæ nunquam attigerant ea, quæ apud Græcos callida multamque veri speciem et subtilitatem adhibens sapientia et versata in judiciis rhetorica docent, idoneas non fuisse ad res comminiscendas, quæ et fidem ingenerare et ad vitam fidei consentaneam adducere potuissent. Equidem crediderim talibus suæ doctrinæ magistris Jesum hac mente uti voluisse, tum ut suspicandi locus non esset, eam niti argumentis ad veri speciem compositis; tum ut intelligentioribus evidens fieret, sinceritatem illam scriptorum junctam cum multa, ut ita loquar, simplicitate, donatam fuisse divina potestate, quæ multo plura perficeret, quam perficere posse videntur verborum ambitus, dictionum compositio, et totus ille Græcanicus divisionum dicendique ornamentorum apparatus.

40. Vide etiam annon fides nostra, ad communem sensum ab initio nobis insitum accommodata, mutet eos qui docilem dictis aurem præbent. Etsi enim perversitas doctrina roborata potuerit persuadere multis, simulacra esse deos, et ea quæ ex auro, aut argento, aut ebore, aut lapide confecta sunt, digna esse cultu et adoratione; communis tamen sensus postulat, ut materiam corruptioni obnoxiam non cogitemus esse Deum, illumve honorari in rebus inanimis, quibus illum homines repræsentant, vel secundum imaginem, vel secundum symbola; illa enim simulacra deos non esse, nec opera hominum esse cum conditore conferenda; nihil illa esse præ summo Deo, qui creavit, continet et gubernat omnia. Quin et anima rationis particeps ad naturam sibi affinem respiciens, rejicit quos hactenus deos esse existimaverat, et naturalem amorem concipit in Creatorem, et hujus amore ad illum etiam adhærescit, qui primus illa omnia gentes edocuit, ad idque usus est discipulis, quos divina virtute et potestate instructos misit, Dei regnique ejus doctrinam annuntiatum.

41. Id postea nobis objectat, quod jam fecit nescio quoties, « nos Deum æstimare, qui **474** constet ex mortali corpore, et in hoc nos nobis pios videri. » Qua de re jam supra pluribus refutata, plura dicere supervacaneum est. Verumtamen sciant criminatores isti, quem ab initio Deum

A συνειδότος, ἐμφαινομένων τοῖς γράμμασιν, οὐδὲν νόθον (75) καὶ κυβευτικὸν καὶ πεπλασμένον καὶ πανοῦργον ἐχόντων. Καὶ γὰρ παρίσταται ἡμῖν, ὅτι οὐκ ἂν ψυχαὶ, μὴ μαθοῦσαι τὰ τοιαῦτα, ὁποῖα διδάσκει ἡ παρ' Ἕλλησι πανοῦργος σοφιστεία (76), πολλὴν ἔχουσα τὴν πιθανότητα, καὶ τὴν ὀξύτητα, καὶ ἡ ἐν τοῖς δικαστηρίοις κυλινδουμένη ῥητορικὴ, οὕτω πλάσαι οἷοί τ' ἦσαν πράγματα, δυνάμενα ἀφ' ἑαυτῶν ἔχειν τὸ πρὸς πίστιν, καὶ τὸν ἀνάλογον τῇ πίστει βίον ἀγωγόν· οἶμαι δὲ καὶ τὸν Ἰησοῦν διὰ τοῦτο βεβουλῆσθαι διδασκάλοις τοῦ δόγματος χρῆσθαι (77) τοιούτοις, ἵνα μηδεμίαν μὲν ἔχῃ χώραν ὑπόνοια πιθανῶν σοφισμάτων· λαμπρῶς δὲ τοῖς συνιέναι δυναμένοις ἐμφαίνηται, ὅτι τὸ ἄδολον τῆς προαιρέσεως τῶν γραψάντων, ἐχούσης πολὺ τὸ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω), B ἀφελὲς, ἠξιώθη θειοτέρας δυνάμεως, πολλῷ μᾶλλον ἀνυούσης, ἥπερ ἀνύειν δύνασθαι δοκεῖ περιβολὴ λόγων, καὶ λέξεων σύνθεσις, καὶ μετὰ διαιρέσεων καὶ τεχνολογίας Ἑλληνικῆς ἀκολουθία.

Ὅρα δὲ εἰ μὴ τὰ τῆς πίστεως ἡμῶν, ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ἀρχῆθεν συναγορεύοντα, μετατίθησι τοὺς εὐγνωμόνως ἀκούοντας τῶν λεγομένων. Εἰ γὰρ καὶ ἡ διαστροφὴ δεδύνηται, πολλῆς αὐτῇ κατηχήσεως συναγορευούσης, τοῖς πολλοῖς ἐμφυτεῦσαι τὸν περὶ ἀγαλμάτων λόγον ὡς θεῶν, καὶ τὸ περὶ τῶν γενομένων (78) ἐκ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ ἐλέφαντος, καὶ λίθου ὡς προσκυνήσεως ἀξίων· ἀλλ' ἡ κοινὴ ἔννοια ἀπαιτεῖ ἐννοεῖν, ὅτι Θεὸς οὐδαμῶς ἐστιν ὕλη φθαρτὴ, οὐδὲ τιμᾶται ἐν ἀψύχοις ὕλαις ὑπὸ ἀνθρώπων μορφούμενος, ὡς κατ' εἰκόνα (79) ἤ τινα σύμβολα ἐκείνου C γιγνομέναις· διόπερ εὐθέως λέγεται τὰ περὶ ἀγαλμάτων, ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ, καὶ τὰ περὶ τῶν τοιούτων δημιουργημάτων, ὅτι οὐκ ἔστι συγκριτὰ πρὸς τὸν δημιουργόν· ὀλίγα τε περὶ τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ δημιουργήσαντος, καὶ συνέχοντος καὶ κυβερνῶντος τὰ ὅλα. Καὶ εὐθέως ὡσπερεὶ τὸ συγγενὲς (80) ἐπιγνοῦσα ἡ λογικὴ ψυχὴ, ἀποῤῥίπτει μὲν ἃ τέως ἐδόξαζεν εἶναι θεοὺς, φίλτρον δ' ἀναλαμβάνει φυσικὸν τὸ πρὸς τὸν κτίσαντα, καὶ διὰ τὸ πρὸς ἐκεῖνον φίλτρον ὑπεραποδέχεται καὶ τὸν ταῦτα πρῶτον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι παραστήσαντα δι' ὧν κατεσκεύασε μαθητῶν, οὓς ἐξέπεμψε μετὰ θείας δυνάμεως καὶ ἐξουσίας κηρῦξαι τὸν περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ λόγον.

D Ἐπεὶ δ' ἐγκαλεῖ ἡμῖν, οὐκ οἶδ' ἤδη ὁποσάκις, περὶ τοῦ Ἰησοῦ, « ὅτι ἐκ θνητοῦ (81) σώματος ὄντα Θεὸν νομίζομεν, καὶ ἐν τούτῳ ὅσια δρᾷν δοκοῦμεν· » περισσὸν μὲν τὸ ἔτι πρὸς τοῦτο λέγειν· πλείονα γὰρ ἐν τοῖς ἀνωτέρω λέλεκται. Ὅμως δὲ ἴστωσαν οἱ ἐγκαλοῦντες, ὅτι ὃν μὲν νομίζομεν καὶ πεπείσμεθα ἀρ-

(75) *Οὐδὲν νόθον*, etc. Ita codd. Regius, Basileensis ac Philocalia, melius quam libri excusi, in quibus legitur, οὐδὲ νόθον. Ibidem a Philocalia abest, καὶ πανοῦργον.

(76) *Πανοῦργος σοφιστεία*. Ita codd. Regius, Basileensis et Philocalia. Male autem Hœschelius et Spencerus, πανούργως σοφιστεία. Paulo post libri impressi ad marginem, οἷαί τ' ἦσαν.

(77) Philocalia, χρήσασθαι. Paulo infra eadem Philocalia habet, ἐχούσης τὸ, ἵν' οὕτως εἴπω, ἀφελές.

(78) *Καὶ τὸ περὶ τῶν γενομένων*, etc. Scribendum videtur, καὶ τὸν περὶ τῶν γενομένων, etc. Philocalia habet, καὶ τῶν περιγενομένων, etc.

(79) Philocalia, ὑπὸ ἀνθρώπου μορφούμενος, ὡσοῦ κατ' εἰκόνα, et paulo post omittit, ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί. Item infra, ὀλίγα τε περὶ τοῦ.

(80) *Ὡσπερεὶ τὸ συγγενές*. Recte omnino Philocalia, male autem libb. excusi, περὶ τὸ συγγενές.

(81) Hœschelius in textu, ἐπεὶ τοῦτον ἐκ θνητοῦ. Paulo post idem, ὅμως δὲ ἰδέτωσαν.

A χῆθεν εἶναι Θεὸν καὶ Υἱὸν Θεοῦ, οὗτος ὁ Αὐτολόγος ἐστὶ καὶ ἡ αὐτοσοφία καὶ ἡ αὐτοαλήθεια· τὸ δὴ θνητὸν αὐτοῦ σῶμα, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν αὐτῷ ψυχὴν τῇ πρὸς ἐκεῖνον (82) οὐ μόνον κοινωνίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἑνώσει καὶ ἀνακράσει τὰ μέγιστά φαμεν προσειληφέναι, καὶ τῆς ἐκείνου θειότητος κεκοινωνηκότα εἰς Θεὸν μεταβεβηκέναι. Ἐὰν δέ τις προσκόπτῃ καὶ περὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ ταῦθ' ἡμῶν λεγόντων, ἐπιστησάτω τοῖς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγομένοις περὶ τῆς τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἀποίου ὕλης, ποιότητας ἀμφισχομένης, ὁποίας ὁ δημιουργὸς βούλεται αὐτῇ περιτιθέναι, καὶ πολλάκις τὰς μὲν προτέρας ἀποτιθεμένης, κρείττονας δὲ καὶ διαφόρους ἀναλαμβανούσης· εἰ γὰρ ὑγιῆ τὰ τοιαῦτα, τί θαυμαστὸν, τὴν ποιότητα τοῦ θνητοῦ κατὰ τὸν Ἰησοῦν σώματος (83) προνοίᾳ Θεοῦ βουληθέντος, μεταβαλεῖν εἰς αἰθέριον καὶ θείαν ποιότητα; B

ψυχῆς λόγον, πεφυκυίας ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν ἀψῖδα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐν τῷ ὑπερουρανίῳ τόπῳ θεωρεῖν τὰ τῶν εὐδαιμόνων θεατῶν θεάματα. Κατὰ σὲ δὲ, ὦ Κέλσε, καὶ οἱ παραδεξάμενοι τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιδιαμονὴν, καὶ βιοῦντες ὥσθ' ἥρωες γενέσθαι, καὶ μετὰ θεῶν ἕξειν τὰς διατριβὰς, κούφαις ἐλπίσιν ὑπάγονται. Τάχα δὲ καὶ οἱ πεισθέντες περὶ τοῦ θύραθεν νοῦ, ὡς θανάτου καινοῦ διεξαγωγὴν ἔχοντος (14), κούφαις ἂν ὑπάγεσθαι λέγοιντο ὑπὸ Κέλσου ἐλπίσιν. Ἀγωνισάσθω οὖν μηκέτι κρύπτων τὴν ἑαυτοῦ αἵρεσιν, ἀλλ' ὁμολογῶν Ἐπικούρειος εἶναι πρὸς τὰ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις οὐκ εὐκαταφρονήτως λεγόμενα περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς, ἢ τῆς ἐπιδιαμονῆς αὐτῆς, ἢ τῆς τοῦ νοῦ ἀθανασίας· καὶ παραδεικνύτω ταῦτα μὲν εἶναι λόγους κούφαις ἐλπίσιν ἀπατῶντας τοὺς συγκατατιθεμένους αὐτοῖς, τοὺς δὲ τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας καθαροὺς εἶναι κούφων ἐλπίδων· καὶ ἤτοι προσάγοντας ἐλπίσιν ἀγαθαῖς, ἢ (ὅπερ μᾶλλον ἀκόλουθόν ἐστιν αὐτῷ,) οὐδεμίαν ἐμποιοῦντας ἐλπίδα διὰ τὴν τῆς ψυχῆς εὐθέως παντελῆ φθοράν. Εἰ μὴ ἄρα Κέλσος καὶ οἱ Ἐπικούρειοι οὐ φήσουσι κούφην εἶναι ἐλπίδα τὴν περὶ τοῦ τέλους αὐτῶν τῆς ἡδονῆς, ἥτις κατ' αὐτούς ἐστι τὸ ἀγαθὸν, τὸ τῆς σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν Ἐπικούρῳ ἔλπισμα (15).

Μὴ ὑπολάβῃς δέ με οὐχ ἁρμοζόντως τῷ Χριστιανῶν λόγῳ παρειληφέναι πρὸς τὸν Κέλσον τοὺς περὶ τῆς ἀθανασίας ἢ τῆς ἐπιδιαμονῆς τῆς ψυχῆς φιλοσοφήσαντας· πρὸς οὓς κοινά τινα ἔχοντες, εὐκαιρότερον παραστήσομεν, ὅτι ἡ μέλλουσα μακαρία ζωὴ μόνοις ἔσται τοῖς τὴν κατὰ τὸν Ἰησοῦν θεοσέβειαν, καὶ τὴν εἰς τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν εὐσέβειαν εἰλικρινῆ καὶ καθαρὰν καὶ ἄμικτον πρὸς ὁτιποτοῦν γενητὸν παραδεξαμένοις. Ποίων δὲ κρειττόνων καταφρονεῖν παραπείθομεν τοὺς ἀνθρώπους παραδεικνύτω ὁ βουλόμενος, καὶ ἀντιπαραθέτω τὸ καθ' ἡμᾶς παρὰ Θεῷ ἐν Χριστῷ, τουτέστι τῷ Λόγῳ καὶ τῇ σοφίᾳ καὶ πάσῃ ἀρετῇ, τέλος μακάριον τοῖς ἀμέμπτως

A summa cœlorum ascendat, ibique in quodam supra cœlos loco iisdem, quibus beati, spectaculis fruatur. Ergo ex te, o Celse, qui animam a corpore solutam permanere existimant et ita vivunt ut heroes fiant, et cum diis vivant, ii vana etiam spe ducuntur. Fortasse et eos vana spe Celsus deludi dixerit, qui pro certo habent mentem extrinsecus venire, et morti etiam mentem subductum iri. Prodeat igitur in certamen, qua secta sit non dissimulans; fateatur se Epicureum esse, et rationes haudquaquam contemnendas oppugnet quibus et Græci et barbari defendunt animam esse immortalem; ostendat his sententiis vanam in spem induci qui illis assentiuntur, sua vero philosophia non vanam spem dari, sed certam et exploratam, aut potius,
B quod ejus rationi consentaneum est, nullam; quippe qui doceat animam, statim ut corpus dissolutum est, prorsus interire. Nisi forte Celsus et Epicurei negent vanam esse spem in voluptate quam ultimum bonum esse putant, in bona corporis valetudine, in fide Epicuri collocatam.

81. Neque vero existimes me non congruenter Christianæ doctrinæ convenienterque facere, cum utor suffragio philosophorum, qui animam immortalem esse, aut post corporis interitum permanere contendunt. Cum iis enim si quæ communia servabimus, multo probabitur facilius vitæ futuræ felicitatem eos manere solos, qui religionem a Jesu præ-
C scriptam, et sinceram, puram, omnique rei creatæ permistione expeditam in conditorem omnium pietatem amplexati fuerint. Jam demonstret qui voluerit quænam meliora illa sint, quæ nihili facienda esse perperam suademus. Conferat felicem illum **501** finem, quo apud Deum in Christo, hoc

ea attente inspicimus, pura in luce puri, et extra omnem impuritatis noxam, soluti ab hoc ergastulo quod modo circumferentes corpus vocamus, in modum ostreæ huic colligati. SPENCER. Infra libri excusi, τὴν τῆς ψυχῆς διαμονὴν, sed mss., τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιδιαμονήν.

(14) *Περὶ τοῦ θύραθεν νοῦ, ὡς θανάτου καινοῦ διεξαγωγὴν ἔχοντος.* Locus certe obscurus, cui lucem afferre conatur Boherellus, legendo divisim ὡς θανάτου καὶ νοῦ διεξαγωγὴν ἔχοντος, ut sensus sit « morti etiam mentem subductum iri. » Nam si θύραθεν ἥκει νοῦς, consequens est ut θανάτου καὶ νοῦς διεξαγωγὴν ἔχῃ. Pro διεξαγωγὴν, alias in textu habetur : διαγωγήν. Aristot. lib. II, cap. 3, *De generat. animalium :* Ἑπομένως δὲ δηλονότι καὶ περὶ τῆς αἰσθητικῆς λεκτέον ψυχῆς, καὶ περὶ τῆς νοητικῆς. Πάσας γὰρ ἀναγκαῖον δυνάμει πρότερον ἔχειν ἢ ἐνεργείᾳ. Ἀναγκαῖον δὲ ἤτοι μὴ οὔσας πρότερον ἐγγίνεσθαι πάσας, ἢ πάσας προϋπαρχούσας, ἢ τὰς μὲν, τὰς δὲ μή· καὶ ἐγγίνεσθαι ἢ ἐν τῇ ὕλῃ μὴ εἰσελθούσας ἐν τῷ τοῦ ἄρρενος σπέρματι· ἢ ἐνταῦθα μὲν ἐκεῖθεν ἐλθούσας, ἐν δὲ τῷ ἄρρενι ἢ θύραθεν ἐγγινομένας ἁπάσας, ἢ μηδεμίαν· ἢ τὰς μὲν, τὰς δὲ μή. Ὅτι μὲν τοίνυν οὐχ οἷόν τε πάσας προϋπάρχειν, φανερόν ἐστιν ἐκ τῶν τοιούτων. Ὅσων γάρ ἐστιν ἀρχῶν ἡ ἐνέργεια σωματικὴ, δῆλον ὅτι ταύτας ἄνευ σώματος ἀδύνατον ὑπάρχειν· οἷον βαδίζειν ἄνευ ποδῶν· ὥστε καὶ θύραθεν εἰσιέναι ἀδύνατον. Οὔτε γὰρ αὐτὰς καθ'
D ἑαυτὰς εἰσιέναι οἷόν τε ἀχωρίστους οὔσας, οὔτ' ἐν σώματι εἰσιέναι· τὸ γὰρ σπέρμα περίττωμα μεταβαλλούσης τῆς τροφῆς ἐστι. Λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. « De anima quoque sensuali pari modo dicendum est, atque etiam de intellectuali. Omnes enim potentia prius haberi quam actu necesse est. Sed aut omnes contingere, cum ante non fuerint, necesse est, aut cum ante fuerint, aut partim cum ante non fuerint, partim cum ante fuerint : et contingere aut in materia non subeuntes semen maris, aut eo quidem inde venientes, sed in mare aut omnes extrinsecus contingere, aut nullam, aut partim extrinsecus, partim non extrinsecus. Cæterum omnes ante esse, impossibile rationibus his esse ostenditur. Quorum enim principiorum actio est corporalis, hæc sine corpore inesse non posse certum est. Verbi gratia, ambulare sine pedibus. Itaque extrinsecus ea venire impossibile est. Nec enim ipsa per se accedere possunt, cum inseparabilia sint, neque cum corpore. Semen enim excrementum alimenti mutati est. Restat igitur ut mens sola extrinsecus accedat, eaque sola divina sit. Nihil enim cum ejus actione communicat actio corporalis. SPENCER.

(15) *Καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν Ἐπικούρῳ ἔλπισμα.* Gelenius hæc non agnoscit.

est Verbo, sapientia et universa virtute, fruituros, A
Deo largiente, docemus eos, qui puram immunemque scelere vitam transegerint et Deum universorum perpetuo et constanti amore dilexerint; conferat, inquam, illum finem cum eo quem singulæ philosophorum apud Græcos barbarosve sectæ, aut quædam mysteriis plena pollicentes exspectandum esse docent; et ostendat illum esse ut verum, sic Dei benignitati consonum bonisque vita functis convenientem, nostrum vero minime; aut hæc non fuisse a divino Spiritu puras prophetarum animas replente tradita. Ostendat item, si placet, documenta, quæ humana esse nemo diffitetur, anteponenda esse iis quæ divina et Deo afflante data esse demonstramus. Denique quænam sunt illa bona, quibus dimissis, præstantiora pollicemur? Etenim, ut ne B
arroganter dicam, nihil præstantius excogitari posse perspicuum est, quam se supremo Deo committere et amplecti doctrinam, quæ nos ab omni re creata abductos, ad summum Deum per animatum et vivens Verbum, sapientiam viventem, Filium Dei perducit. Sed jam satis longus est tertius hic adversus Celsum conscriptus liber. Quare finem dicendi facio, in sequentibus contra, quæ ille scribere perrexit, certamen instauraturus.

καὶ καθαρῶς βιώσασι, καὶ τὴν πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀγάπην ἀδιαίρετον καὶ ἄσχιστον ἀνειληφόσι, συμβησόμενον, καὶ δωρεᾷ Θεοῦ ἀπαντησόμενον, τῷ καθ' ἑκάστην φιλοσόφων (16) αἵρεσιν ἐν Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις, ἢ μυστηριώδη ἐπαγγελίαν, τέλει· καὶ δεικνύτω τὸ κατά τινα τῶν ἄλλων τέλος κρεῖττον τοῦ καθ' ἡμᾶς, καὶ ἀκόλουθον μὲν ὡς ἀληθὲς ἐκεῖνο, τὸ δ' ἡμέτερον οὐχ ἁρμόζον δωρεᾷ Θεοῦ, οὐδὲ τοῖς εὖ βιώσασιν· ἢ οὐχ ὑπὸ θείου Πνεύματος, πληρώσαντος τὰς τῶν καθαρῶν προφητῶν ψυχὰς, ταῦτα λελέχθαι. Δεικνύτω δ' ὁ βουλόμενος κρείττονας τοὺς ὁμολογουμένους παρὰ πᾶσιν ἀνθρωπίνους λόγους τῶν ἀποδεικνυμένων θείων καὶ ἐκ θεοφορίας ἀπηγγελμένων. Τίνων δὲ καὶ κρειττόνων τοὺς ἀποδεχομένους (17) διδάσκομεν ἄμεινον ἀπαλλάξειν; Εἰ γὰρ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, αὐτόθεν φαίνεται, ὅτι οὐδὲν οὐκ ἐπινοηθῆναι (18) ὡς κρεῖττον εἶναι δύναται τοῦ ἐμπιστεῦσαι ἑαυτὸν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, καὶ ἀναθεῖναι διδασκαλίᾳ παντὸς μὲν ἀφιστάσῃ γενητοῦ, προσαγούσῃ δὲ δι' ἐμψύχου καὶ ζῶντος Λόγου, ὅς ἐστι καὶ σοφία ζῶσα, καὶ Υἱὸς Θεοῦ, τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ. Ἀλλὰ γὰρ αὐτάρκη περιγραφὴν ἐν τούτοις καὶ τοῦ τρίτου τόμου τῶν πρὸς τὸ Κέλσου σύγγραμμα ἡμῖν ὑπαγορευθέντων εἰληφότος, αὐτοῦ που καταπαύσομεν (19) τὸν λόγον, ἐν τοῖς ἑξῆς πρὸς τὰ μετὰ τοῦτο γεγραμμένα τῷ Κέλσῳ ἀγωνιούμενοι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΚΕΛΣΟΥ
ΤΟΜΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

ORIGENIS CONTRA CELSUM LIBER QUARTUS

1. Diximus in tribus superioribus libris, sacer C
Ambrosi, quæ nobis contra Celsi scriptum in mentem venere; nunc adversus ea quæ sequuntur, invocato per Christum Deo, quartum aggredimur. Atque utinam mihi dentur verba, de quibus apud Jeremiam Dominus hunc prophetam alloquens ait: « Ecce dedi verba mea in ore tuo ignem; ecce constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et ædifices, et plantes [22]. » Opus enim habemus et nos verbis quæ ex animis omnibus « evellant » mendacia, quibus illos Celsi scriptum aliaque illi similia cogitata læserunt. Opus habemus et sententiis, quæ « destruant » omne falsarum **502** opinionum ædificium, adeoque id quod Celsus in suo D

Ἐν τρισὶ τοῖς πρὸ τούτων διεξελθόντες βιβλίοις τὰ πρὸς τὸ Κέλσου σύγγραμμα νοηθέντα ἡμῖν, ἱερὲ Ἀμβρόσιε, τέταρτον πρὸς τὰ ἑξῆς, εὐξάμενοι διὰ Χριστοῦ τῷ Θεῷ, ὑπαγορεύομεν. Δοθεῖεν δὲ ἡμῖν λόγοι, περὶ ὧν ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ γέγραπται, ὡς τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν προφήτην εἰπόντος, « Ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου πῦρ· ἰδοὺ καθέστακά σε σήμερον ἐπὶ ἔθνη καὶ βασιλείας, ἐκριζοῦν, καὶ κατασκάπτειν, καὶ ἀπολλύειν (20) καὶ κατασπᾷν, καὶ ἀνοικοδομεῖν, καὶ καταφυτεύειν. » Καὶ γὰρ ἡμεῖς χρήζομεν νῦν λόγων « ἐκριζούντων » τὰ κατὰ τῆς ἀληθείας ἀπὸ πάσης ψυχῆς βεβλαμμένης ὑπὸ (21) τοῦ συγγράμματος Κέλσου, ἢ τῶν παραπλησίων αὐτῷ νοημάτων. Δεόμεθα δὲ καὶ νοημάτων « κατασκαπτόντων » πάσης ψευδοδοξίας οἰκοδομὰς, καὶ τῆς Κέλσου (22) ἐν τῷ

[22] Jerem. I, 9.

(16) Codex Jolianus secunda manu, φιλοσόφων. Regius et Basileensis, φιλοσοφίαν. Libri excusi, φιλόσοφον.

(17) Ἀποδεχομένους. Lege cum Boherello, ἀπεχομένους, e numero 77 supra. Paulo post loco, εἰ γὰρ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, idem Boherellus legit, ὡς γὰρ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν.

(18) *Οὐδὲν οὐκ ἐπινοηθῆναι*. Scribendum videtur Boherello, οὐδὲν ἂν ἐπινοηθῆναι.

(19) *Καταπαύσομεν*. Ita codd. Regius et Basileensis. Alias vero, καταπαύσωμεν.

(20) Libb. excusi in margine, ἀπολύειν.

(21) Iidem in textu, ἀπό.

(22) Legit Boherellus, καὶ τὰ τῆς Κέλσου.

A συγγράμματι αὐτοῦ οἰκοδομῆς παραπλήσια τῇ οἰκοδομῇ τῶν εἰπόντων· « Δεῦτε, οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς πόλιν καὶ πύργον, οὗ ἡ κεφαλὴ ἔσται ἕως τοῦ οὐρανοῦ· » ἀλλὰ καὶ χρῄζομεν σοφίας « κατασπώσης πάντα τὰ ἐπαιρόμενα κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ ὑψώματα, » καὶ τὸ Κέλσου ἐπαιρόμενον καθ' ἡμῶν τῆς ἀλαζονείας ὕψωμα. Εἶτ' ἐπεὶ μὴ χρὴ καταλήγειν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ ἐκριζοῦν καὶ κατασκάπτειν τὰ προειρημένα, ἀλλ' εἰς μὲν τὴν χώραν τῶν ἐκριζωθέντων καταφυτεύειν φυτείαν « τοῦ κατὰ Θεὸν γεωργίου, » εἰς δὲ τὸν τόπον τῶν κατασκαφέντων οἰκοδομεῖν Θεοῦ οἰκοδομὴν καὶ ναὸν δόξης Θεοῦ· διὰ τοῦτο, καὶ ἡμῖν εὐκτέον ἐστὶ τῷ δεδωκότι Κυρίῳ τὰ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ γεγραμμένα, ἵνα καὶ ἡμῖν δῷ λόγους καὶ πρὸς τὸ οἰκοδομεῖν τὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ καταφυτεύειν τὸν πνευματικὸν νόμον, καὶ τοὺς ἀνάλογον αὐτῷ προφητικοὺς λόγους. Καὶ μάλιστα B χρεία ἡμῖν πρὸς τὰ νῦν ἑξῆς τοῖς προειρημένοις τῷ Κέλσῳ λεγόμενα κατασκευάσαι, ὅτι καλῶς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ πεπροφήτευται. Ἅμα γὰρ πρὸς ἀμφοτέρους ἱστάμενος ὁ Κέλσος, Ἰουδαίους μὲν ἀρνουμένους γεγονέναι τὴν Χριστοῦ ἐπιδημίαν, ἐλπίζοντας δ' αὐτὴν ἔσεσθαι, Χριστιανοὺς δὲ ὁμολογοῦντας τὸν Ἰησοῦν εἶναι τὸν προφητευθέντα Χριστὸν, φησίν·

« Ὅτι δὲ καὶ Χριστιανῶν τινες καὶ Ἰουδαῖοι, οἱ μὲν καταβεβηκέναι φασὶν (23), οἱ δὲ καταβήσεσθαι εἰς τὴν γῆν τινα Θεὸν ἢ Θεοῦ Υἱὸν τῶν τῇδε δικαιωτὴν, τοῦτ' αἴσχιστον, καὶ οὐδὲ δεῖται μακροῦ λόγου ὁ ἔλεγχος. » Καὶ δοκεῖ (24) γε ἀκριβῶς περὶ μὲν Ἰουδαίων οὐ τινῶν, ἀλλὰ πάντων λέγειν, ὅτι οἴονταί τινα καταβήσεσθαι ἐπὶ τὴν γῆν· περὶ δὲ Χριστιανῶν, ὅτι τινὲς αὐτῶν καταβεβηκέναι λέγουσιν. Ἐμφαίνει γὰρ C τοὺς ἀπὸ Ἰουδαϊκῶν Γραφῶν κατασκευάζοντας τὴν Χριστοῦ (25) ἐπιδημίαν ὡς ἤδη γεγενημένην· καὶ ἔοικεν εἰδέναι, ὅτι εἰσί τινες αἱρέσεις ἀρνούμεναι Χριστὸν Ἰησοῦν εἶναι τὸν προπεφητευμένον. Ἤδη μὲν οὖν καὶ ἐν τοῖς προτέροις περὶ τοῦ προπεφητεῦσθαι τὸν Χριστὸν κατὰ δύναμιν διειλήφαμεν· διὸ τὰ πολλὰ τῶν δυναμένων λέγεσθαι εἰς τὸν τόπον οὐκ ἐπαναλαμβάνομεν, ἵνα μὴ παλιλλογῶμεν. Ὅρα δὴ, ὅτι, εἴπερ μετά τινος κἂν δοκούσης (26) ἀκολουθίας ἐβούλετο ἀνατρέπειν τὴν περὶ τῶν προφητειῶν, ἢ περὶ τοῦ ἐπιδημήσειν ἢ ἐπιδεδημηκέναι τὸν Χριστὸν πίστιν, ἐχρῆν αὐτὸν αὐτὰς ἐκθέσθαι τὰς προφητείας, αἷς ἐν τῷ διαλέγεσθαι πρὸς ἀλλήλους χρώμεθα Χριστιανοὶ καὶ Ἰουδαῖοι. Οὕτω γὰρ ἂν κἂν ἔδοξε τοὺς περισπωμένους D ὑπὸ τῆς, ὡς οἴεται, πιθανότητος δοκεῖν (27) ἀνατρέπειν ἀπὸ τῆς πρὸς τὰ προφητικὰ συγκαταθέσεως, καὶ τῆς διὰ τὰ προφητικὰ εἰς τὸν Ἰησοῦν ὡς ὄντα Χριστὸν πίστεως. Νυνὶ δὲ, ἤτοι μὴ δυνάμενος ἀπαντῆσαι πρὸς τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας, ἢ μηδὲ (28) τὴν ἀρχὴν εἰδὼς τίνα ἐστὶ τὰ περὶ αὐτοῦ προφητευόμενα, οὐδεμίαν μὲν λέξιν τίθησι προφητι-

[33] Gen. XI, 4. [34] II Cor. X, 5. [35] I Cor. III, 9.

opere construxit, haud dissimile ædificio eorum qui dicebant: « Venite, faciamus nobis civitatem et turrim, cujus culmen pertingat ad cœlum [33]. » Opus habemus sapientia, quæ « disperdat » cum « omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei [34], » tum arrogantiæ altitudinem, qua se Celsus contra nos extollit. Sed parum fuerit evellere et destruere; oportet loco eorum, quæ eradicata fuerint, alia serere quæ « Dei agriculturæ » conveniant [35], et destructorum loco Dei ædificium et templum gloriæ Dei construere. Quocirca rogandus est Dominus, eorum quæ in Jeremia memorantur, largitor, ut et nobis det ea loqui, quibus quæ Christi sunt ædificare, spiritalemque legem et referenda ad illam prophetica oracula serere valeamus. Hæc vero oracula nunc maxime ostendere opus est pulchre de Christo edita fuisse, ut quæ deinceps Celsus objicit refutentur. Utrosque enim impugnat, et Judæos, qui Christum advenisse negant adventurumque sperant, et Christianos qui Jesum esse Christum confitentur quem prophetæ prædixerunt. Sic igitur ille:

2. « Quidam e Christianis et Judæi disputant, hi quidem in terram descensurum esse deum quemdam aut Dei Filium hujus terræ incolas justificaturum; illi vero jam descendisse. Turpe dissidium, quod pluribus refellere supervacuum esset. » Accurate id quidem Judæos non quosdam, sed omnes existimare hanc in terram quemdam esse descensurum; quosdam autem e Christianis descendisse dicere. Sic enim indicat et eos, qui e Judaicis Scripturis astruunt Christum jam advenisse, et quasdam sectas, quæ Jesum negant esse Christum a prophetis prænuntiatum. At jam supra pro viribus confirmavi de illo edita esse prophetarum vaticinia. Quare ut ne eadem iterem sæpius, quæ hoc loco dici possent, consulto præteribo. Hoc tantum observes velim, Celsum, si quod prædictum fuisse credunt Judæi, Christum venturum esse, aut quod Christiani, jam venisse, refutare apte videri voluisset, debuisse vaticinia memorare, quibus utrique inter di putandum utuntur. Sic enim quos putat probabilitate deceptos, a fide vaticiniis adjungenda revocare, et a sententia ex vaticiniis nata, Jesum esse Christum, avertere visus fuisset. Contra ille, sive vaticinia de Christo **503** defugere non posset, sive non omnino cognosceret quænam de illo essent prædicta; ne verbum quidem e vaticiniis profert, quanquam innumera de Christo sint; et illa sibi redarguere videtur, ne exposita quidem, quam illis inesse judicet, probabilitate. Neque etiam scivit eam non esse

(23) *Φασίν*. Omittitur in libris antea editis, sed reperitur in codice Joliano.

(24) Libb. impressi, καὶ οὐ δοκεῖ, sed vocula οὐ abest ab omnibus mss.

(25) *Χριστοῦ*. Ita codd. Reg., Basil. et duo Anglicani. Alias, Ἰησοῦ.

(26) Hœschelius in textu, οὐκ ἂν δοκούσης.

(27) *Δοκεῖν*. Merito Boherellus delendum putat. Quid sit enim ἔδοξε δοκεῖν; Ibidem libb. excusi, ἀπὸ τῆς εἰς τὰ προφητικά, sed mss. ut in nostro textu.

(28) *Ἢ μηδέ*. Recte codex Jolianus. Ab antea editis excidit vocula ἤ.

omnium Judæorum sententiam, Christum, qui venturus est, Deum fore aut Dei Filium, ut jam alibi dixi. Tamen satis esse putat retulisse quod dicimus Christum descendisse, et quod Judæi dicunt, descensurum esse qui justificet, ut id quasi turpe vituperet et longa refutatione indignum.

A κὴν, καίτοιγε μυρίαι ὅσαι εἰσὶ περὶ Χριστοῦ· κατηγορεῖν δὲ οἴεται τῶν προφητικῶν, μηδ' ἣν εἴποι ἂν ἐκεῖνος πιθανότητα αὐτῶν ἐκθέμενος. Οὐχ οἶδε μέντοιγε, ὅτι οὐ πάνυ τι Ἰουδαῖοι λέγουσι Θεὸν ὄντα τὸν Χριστὸν καταβήσεσθαι ἢ Θεοῦ Υἱὸν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν. Καὶ εἰπὼν αὐτὸν, ὑφ' ἡμῶν μὲν λέγεσθαι καταβεβηκέναι, ὑπὸ Ἰουδαίων δὲ καταβήσεσθαι δικαιωτήν. Κατηγορεῖν αὐτόθεν οἴεται τοῦ λεγομένου, ὡς αἰσχίστου καὶ οὐδὲ μακροῦ ἐλέγχου δεομένου.

3. Postea, «quo consilio, rogat, Deus huc descendisset?» Nempe ignorat hujus descensus a nobis assignari consilium. Præcipue quidem, ut quæ in Evangelio dicuntur oves domus Israel, converterentur; deinde, ut propter illarum incredulitatem auferretur ab eis quod regnum Dei vocatur, exclusisque priscis Judæis, daretur aliis agricolis, Christianis nimirum, qui fructus regni Dei, opera nimirum suis quæque temporibus Deo reddituri erant. Atque hæc pauca de multis ad hanc Celsi interrogationem, «quo consilio Deus huc descendisset.» Alia sibi quidem reponit, sed quæ nec Judæi, nec nostri dicerent; «num, inquit, ut quæ inter homines fiunt disceret?» Nemo nostrum enim dixerit Christum huc venisse, ut certior de rebus humanis fieret. Tamen quasi quidam dicerent, «ut res humanas disceret,» objicit ipse sibi, «annon sciebat omnia?» Tum veluti responso accepto, «sciebat:» «Sciebat,» rogat ille iterum, «et non correxit, nec corrigere erat in divina ejus potestate?» Horum nihil non ineptissimum. Semper enim Deus et quibusque temporibus Verbo suo in sanctas animas descendente et amicos Deo prophetasque comparante corrigit quicunque se dociles præbent, et ab adventu Christi Christiana doctrina utitur ad corrigendos non qui nolunt, sed qui meliorem gratamque Deo vitam eligunt. Sed Celsus nescio cujusmodi correctionem factam fuisse volens: «Annon in divina ejus potestate, inquit, erat corrigere, nisi quis ad hoc data opera missus fuisset?» An vellet ut, Deo nequitiam subito tollente et virtutem inserente, homines novis rerum imaginibus conceptis emendarentur? Id quæsierit alius an naturæ sit consentaneum, an fieri possit; ego vero, fac posse; **504** sed quid libero arbitrio fiet? Quomodo laude digna erit data veritati consensio? Quomodo mendacium aversari in laude ponetur? Do vero id et potuisse et decuisse fieri; at roget quispiam Celsum imitatus, nunquid non Deus divina sua virtute potuisset homines ab initio creare ita virtuti addictos, ita perfectos, ut nulla esset nequitia, nullaque adeo correctione indigerent? Hæc simplices fortasse ac tardos permovere possint, non item eum qui in rerum natura introspicit. Novit enim virtutem natura esse usque adeo

Καί φησι· «Τίς ὁ νοῦς τῆς τοιᾶσδε καθόδου τῷ Θεῷ;» οὐχ ὁρῶν, ὅτι καὶ καθ' ἡμᾶς ἐστι τῆς καθόδου ὁ νοῦς, προηγουμένως μὲν τὰ λεγόμενα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι· δευτέρως δὲ τὸ διὰ τὴν ἐκείνων ἀπείθειαν ἆραι ἀπ' αὐτῶν τὴν ὀνομασθεῖσαν βασιλείαν B τοῦ Θεοῦ, καὶ δοῦναι ἄλλοις γεωργοῖς παρὰ τοὺς πάλαι Ἰουδαίους Χριστιανοῖς, τοὺς καρποὺς τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀποδώσουσι τῷ Θεῷ, ἐν τοῖς ἑκάστης πράξεως οὔσης καρποὺς τῆς βασιλείας καιροῖς. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἀπὸ πλειόνων ὀλίγα εἴπομεν πρὸς τὴν Κέλσου πεῦσιν εἰπόντος· Τίς γὰρ ὁ νοῦς τῆς τοιᾶσδε καθόδου τῷ Θεῷ; Κέλσος δὲ τὰ μήτε ὑπὸ Ἰουδαίων, μήτε ὑφ' ἡμῶν λεχθέντα ἂν ἑαυτῷ ἀποφαίνεται, λέγων, «Ἦ ἵνα μάθῃ τὰ ἐν ἀνθρώποις;» Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν φησιν, ὅτι, ἵνα μάθῃ τὰ ἐν ἀνθρώποις, Χριστὸς ἐπιδημεῖ τῷ βίῳ. Εἶτα, ὡς εἰπόντων ἄν τινων τ', «ἵνα μάθῃ τὰ ἐν ἀνθρώποις,» ἑαυτῷ ἀνθυποφέρει πρὸς τοῦτο τὸ, «Οὐ γὰρ οἶδε πάντα; Εἶτα, ὡς ἀποκρινουμένων, ὅτι οἶδε,» πάλιν ἐπαπορεῖ, λέγων· ὅτι «Ἄρα οἶδε μὲν, οὐκ ἐπανορθοῖ (29) δὲ, οὐδ' οἷόν C τε αὐτῷ θείᾳ δυνάμει ἐπανορθοῦν;» Καὶ ταῦτα δὲ πάντα εὐήθως λέγει. Ἀεὶ γὰρ ὁ Θεὸς τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ κατὰ γενεὰς εἰς ψυχὰς ὁσίας μεταβαίνοντι, καὶ φίλους Θεοῦ καὶ προφήτας κατασκευάζοντι, ἐπανορθοῖ τοὺς ἀκούοντας τῶν λεγομένων· καὶ ἐν τῇ Χριστοῦ δὲ ἐπιδημίᾳ ἐπανορθοῖ τῷ κατὰ Χριστιανισμὸν λόγῳ, οὐχὶ τοὺς μὴ βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τὸν κρείττονα βίον καὶ ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ ἑλομένους. Οὐκ οἶδα δὲ καὶ ποταπὴν ἐπανόρθωσιν βουλόμενος ὁ Κέλσος γενέσθαι, ἐπηπόρησε λέγων «Ἄρ' οὐχ οἷόν τε αὐτῷ δυνάμει θείᾳ ἐπανορθοῦν, ἐὰν μὴ φύσει (30) τινὰ ἐπὶ τοῦτο πέμψῃ;» Ἄρα γὰρ ἤθελε φαντασιουμένοις τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ Θεοῦ, ἀπειληφότος μὲν ἀθρόως τὴν κακίαν, ἐμφύοντος δὲ τὴν ἀρετὴν, D τὴν ἐπανόρθωσιν γενέσθαι; Ἄλλος μὲν οὖν ζητήσει εἰ ἀκόλουθον, ἢ εἰ δυνατόν ἐστι τῇ φύσει τὸ τοιοῦτον· ἡμεῖς δὲ εἴποιμεν ἂν, ὅτι ἔστω, καὶ δυνατὸν αὐτὸ εἶναι. Ποῦ οὖν τὸ ἐφ' ἡμῖν; καὶ ποῦ ἐπαινετὴ συγκατάθεσις πρὸς τὸ ἀληθές; ἢ ἀποδεκτὴ ἀνάνευσις ἀπὸ τοῦ ψεύδους; Ἀλλὰ καὶ εἰ ἅπαξ δοθείη, καὶ δυνατὸν τοῦτο, καὶ πρεπόντως γινόμενον· διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ζητήσει τις τὴν ἀρχὴν, ἀνάλογόν τι φάσκων τῷ Κέλσῳ, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἦν τῷ Θεῷ θείᾳ δυνάμει μηδ' ἐπανορθώσεως δεομένους ποιῆσαι τοὺς

(29) Ἐπανορθοῖ. Sic mss. Alias vero in textu, ἐπηνώρθου.

(30) Vox, φύσει, videtur Boherello commode posse abesse, quæ cum hac ipsa pagina bis ponatur, facile potuit huc irrepsisse. Ibidem codex Jolianus secunda manu φαντασιουμένοις τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ Θεοῦ ἀπειληφότος, melius sane quam habent libb. impressi, φαντασιουμένους τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ Θεοῦ ἀνειληφότος, pro quibus Boherellus legebat: φαντασιουμένων τῶν ἀνθρώπων, etc. Utut est, verbum ἀνειληφότος, aut ἀπειληφότος, Guietus nullum hic locum habere putat, et legi vult ἀνῃρηκότος.

ἀνθρώπους, ἀλλ' αὐτόθεν σπουδαίους καὶ τελείους, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὑποστάσης τῆς κακίας; Ταῦτα δ' ἰδιώτας μὲν καὶ ἀδυνάτους (31) δύναται συναρπάσαι, οὐ μὴν καὶ τὸν ἐνορῶντα τῇ φύσει τῶν πραγμάτων· ὅτι ἀρετῆς μὲν ἐὰν ἀνέλῃς τὸ ἑκούσιον, ἀνεῖλες αὐτῆς καὶ τὴν οὐσίαν· ὅλης δ' εἰς ταῦτα πραγματείας χρεία· περὶ ἧς οὐκ ὀλίγα ἐν τοῖς περὶ Προνοίας καὶ Ἕλληνες εἰρήκασιν· οἱ μὴ εἰπόντες ἂν, ὅπερ ὁ Κέλσος ἐξέθετο λέγων· « Οἶδε μὲν οὖν, οὐκ ἐπανορθοῖ δὲ, οὐ δ' οἷόν τε αὐτῷ δυνάμει θείᾳ ἐπανορθοῦν. » Καὶ ἡμεῖς δὲ πολλαχοῦ κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν εἰρήκαμεν περὶ τούτων, καὶ οἱ θεῖοι λόγοι τοῖς ἀκούειν δυναμένοις αὐτῶν παρέστησαν.

Λελέξεται οὖν, ὅπερ ἡμῖν καὶ Ἰουδαίοις προσάγει ὁ Κέλσος, καὶ πρὸς αὐτὸν, ὅτι Ἆρα, ὦ οὗτος, οἶδεν ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς τὰ ἐν ἀνθρώποις, ἢ οὐκ οἶδεν; B Ἀλλ' εἴπερ τίθης εἶναι Θεὸν καὶ Πρόνοιαν, ὡς ἐμφαίνει σου τὸ σύγγραμμα, ἀναγκαῖον αὐτὸν εἰδέναι. Εἰ δ' οἶδε, διὰ τί οὐκ ἐπανορθοῖ; Ἢ ἡμῖν μὲν ἀναγκαῖον ἀπολογεῖσθαι διὰ τί εἰδὼς οὐκ ἐπανορθοῖ· σοὶ δὲ, μὴ πάνυ ἐμφαίνοντι διὰ τοῦ συγγράμματος τὸν Ἐπικούρειον, ἀλλὰ προσποιουμένῳ Πρόνοιαν εἰδέναι, οὐκ ἐπίσης λελέξεται, διὰ τί εἰδὼς τὰ ἐν ἀνθρώποις πάντα ὁ Θεὸς οὐκ ἐπανορθοῖ, οὐδὲ θείᾳ δυνάμει ἀπαλλάσσει πάντας τῆς κακίας; Ἀλλ' οὐκ αἰσχυνόμεθα λέγειν (32), ὅτι ἀεὶ μὲν πέμπει τοὺς ἐπανορθωσομένους. Οἱ γὰρ ἐπὶ τὰ βέλτιστα προκαλούμενοι λόγοι, Θεοῦ αὐτοὺς δεδωκότος, εἰσὶν ἐν ἀνθρώποις. Ἤδη δὲ τῶν διακονουμένων τῷ Θεῷ πολλαί εἰσι διαφοραὶ, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ πάντῃ καθαρῶς πρεσβεύοντες τὰ τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν παν- C τελῆ ἐπανόρθωσιν ἐργαζόμενοι· ὁποῖοι ἦσαν Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται. Παρὰ δὲ τούτους πάντας μεγάλη ἡ διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἐπανόρθωσις οὐ τοὺς ἐν μιᾷ γωνίᾳ τῆς οἰκουμένης βουληθέντος μόνους θεραπεύεσθαι, ἀλλὰ, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ, καὶ τοὺς πανταχοῦ· Σωτὴρ γὰρ ἦλθε πάντων ἀνθρώπων.

Μετὰ ταῦθ' ὁ γενναιότατος Κέλσος, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν λαβὼν, ἐπαπορεῖ πρὸς ἡμᾶς ὡς λέγοντας, ὅτι « αὐτὸς κάτεισι πρὸς ἀνθρώπους ὁ Θεός. » Καὶ οἴεται ἀκολουθεῖν τούτῳ τὸ, « τὴν ἑαυτοῦ ἕδραν αὐτὸν καταλιπεῖν. » Οὐ γὰρ οἶδε δύναμιν Θεοῦ, καὶ ὅτι « Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην· καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα γνῶσιν ἔχει φωνῆς. » Οὐδὲ συνιέναι δύναται τὸ « Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; » Οὐδὲ βλέπει, ὅτι κατὰ τὸν Χριστιανῶν λόγον D οἱ πάντες ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν, ὡς καὶ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους δημηγορίᾳ ἐδίδαξε. Κἂν ὁ Θεὸς τοίνυν τῶν ὅλων τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει συγκαταβαίνῃ (33) τῷ Ἰησοῦ εἰς τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, κἂν ὁ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγος, Θεὸς καὶ αὐτὸς ὢν, ἔρχηται πρὸς ἡμᾶς· οὐκ ἔξεδρος γίνεται, οὐδὲ καταλείπει τὴν ἑαυτοῦ ἕδραν· ὥς τινα μὲν τόπον κενὸν αὐτοῦ εἶναι, ἕτερον δὲ πλήρη, οὐ πρότερον αὐτὸν ἔχοντα. Ἐπιδημεῖ δὲ δύναμις καὶ θεότης Θεοῦ δι' οὗ βούλεται, καὶ ἐν ᾧ εὑρίσκει χώραν, οὐκ ἀμείβοντος τόπον, οὐδ' ἐκλείποντος χώραν

A liberam, ut sublata libertate, ipsa e medio tollatur. Verum hac de re toto tractatu opus esset. Hanc Græci in suis de Providentia libris fuse tractaverunt, ubi multum abest ut dicant quod hic Celsus: « Sciebat igitur ille et non correxit, nec in divina ejus potestate erat corrigere. » Quin et ego quantum potui de iis sæpe sermonem feci, et divinæ Scripturæ eadem confirmant, modo intelligantur.

4. Quod igitur nobis Judæisque Celsus objicit, idem contra ipsum adhibebitur. Dic enim, o bone, Deus novitne res humanas, annon? si Deum admiseris et Providentiam, ut ex tuo scripto judicāre licet, notas illi esse fatearis necesse est. Sin novit, cur non corrigit? An nobis necessarium est causas reddere, cur humanas res non corrigat, tametsi cognoscit; tu vero, qui in tuo scripto te Epicureum non aperte prodis, sed Providentiam agnoscere simulas, dicere non teneris, cur Deus humanas res perspectas habens non emendet, nec omnes nequitia liberet divina potestate? At nos dicere non dubitamus, a Deo semper mitti qui corrigant. Sunt enim inter homines documenta ipsis a Deo data, quibus ad optima provocentur; quanquam inter ministros, quibus utitur Deus, multum sit discriminis. Quippe sunt pauci qui pure omnino veritatem doceant et hominibus perfecte corrigendis dent operam. Hujusmodi Moyses et prophetæ fuerunt: sed in hoc corrigendi negotio omnes illos longe superavit Jesus, qui non unius terrarum anguli incolas, sed omnes undique quantum in se fuit, sanatos voluit. Venit enim ut omnium hominum Salvator esset.

5. Deinde egregius ille vir nescio unde occasionem nactus quæstionem adversus nos movet, quasi diceremus « Deum ipsum ad nos descensurum esse. » Unde consequi putat, « ut suum ipsi solium deserendum fuerit. » Nescit enim quæ Dei sit potestas, nescit « Spiritum Domini replere orbem terrarum et hoc quod continet omnia scientiam habere vocis [26]. » Neque capere potest istud: **505** « Nunquid non cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus [27]? » Neque videt ex Christianorum doctrina nos omnes in ipso vivere, moveri et esse, ut Paulus in Atheniensium concione docuit [28]. Etsi igitur universorum Deus sua ipsius potestate descendat cum Jesu in hanc hominum vitam; etsi quod in principio apud Deum erat Verbum, Deus ipse, veniat ad nos, non idcirco e solio egreditur, aut illud relinquit; ita ut, loco vacuo deserto, alium impleat ubi prius non erat. Sed Dei potestas ac divinitas quo vult proficiscitur et quocunque locum invenit, non e loco in locum transmigrans,

[26] Sap. I, 7. [27] Jerem. XXIII, 24. [28] Act. XVII, 28.

(31) Ἀδυνάτους. Lege cum Boherello, ἀσυνέτους. Erroris fons fuit vox sequens δύναται.

(32) Codd. Regius et Basileensis, ἀλλ' αἰσχυνόμεθα λέγειν. Infra iidem codd. πάντῃ καθαρῶς πρεσβεύοντες. Alias, πάντῃ καὶ καθαρῶς πρεσβεύοντες.

(33) Omnes mss., συγκαταβαίνῃ, recte, cum mox sequatur ἔρχηται. Alias, συγκαταβαίνει.

nec unum se vacuum relinquens ut alium occupet. Ut enim dicamus alterum ab illo deseri, alterum repleri, id non de loco intelligimus: sed nostra mens est, improbi et nequitia perditi hominis animam a Deo relinqui; animam autem ejus, qui virtutem in vivendo sectari statuit, vel in ea progressionem facit, vel etiam ad eam suos mores componit, repleri aut Spiritus divini esse participem. Quamvis igitur Christus descendat aut ad homines accedat Deus, non continuo ipsi major deserenda sedes fuit, aut necesse est ut hic mutentur omnia. Quod tamen opinatum fuisse Celsum hæc ejus verba indicant: « Si enim hic unum quid vel levissimum mutaveris, subversa ruent omnia. » Quod si quempiam per præsentiam virtutis Dei et per Verbi inter homines adventum dici mutatum oporteat, dicere non verebimur e bono in malum, ex libidinoso in temperantem, e superstitioso in pium mutari, quicunque Dei Verbum in suam animam veniens recepit.

6. Jam si postules ut etiam iis occurram, quæ maxime ridicula sunt, audi Celsum: « Deus forte hominibus ignotus, et propterea sibi quidpiam deesse arbitratus, cognosci ab illis voluit et explorare qui crederent, qui essent increduli. Haud secus ac ii, qui inter homines amplas recens adepti sunt facultates, ostentare illas solent, sicque adversus Deum testificantur, illum valde delectari mortali gloria. » Equidem fateor Deum improbis hominibus ignotum fuisse et ab illis voluisse cognosci; non quod aliqua re defici sibi videretur; sed ut, qui cognoscerent, ex miseriis eximerentur. Neque etiam cum arcana quadam et divina virtute in quosdam advenit aut suum Christum mittit, id facit ut exploret quinam credant aut qui sint increduli; sed ut omnibus miseriis exsolvat quicunque crediderint et ejus divinitatem acceperint; incredulis vero omnem excusationis locum præcludat, se ideo non credidisse, **506** quia doctrina defuit. Qua igitur ratione ostenderit ex nostra sententia consequi, ut Deus iis sit similis, qui divites recens facti ostentare se soliti sunt? Neque enim, ut se ostentet, Deus suam a nobis excellentiam intelligi vult et cogitatione comprehendi; sed quia nostris animis felicitatem in sui cognitione positam conferre optat, ob hanc rem curavit ut Christus Verbumque perpetuo apud nos versaretur, nosque ad ejus familiaritatem invitaret. Nullam igitur mortalis gloriæ ambitionem Deo tribuit Christianorum fides.

7. Postquam hæc quæ refellimus frustra nugatus est, postea nescio quomodo concludit, « Deum non propter se indigere ut cognoscatur, sed nostræ sa-

A αὐτοῦ κενὴν, καὶ ἄλλην πληροῦντος. Ἵνα γὰρ καὶ ἐκλείπειν (34) αὐτὸν φῶμεν, καὶ ἄλλον τινὰ πληροῦν, οὐ περὶ τόπου τὸ τοιοῦτον ἀποφανούμεθα· ἀλλὰ τὴν μὲν τοῦ φαύλου καὶ κεχυμένου ἐν τῇ κακίᾳ ψυχὴν φήσομεν καταλείπεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὴν δὲ τοῦ βουλομένου ζῆν κατ' ἀρετὴν, ἢ καὶ προκόπτοντος, ἢ καὶ ἤδη ζῶντος κατ' αὐτὴν, ἀποφανούμεθα (35) πληροῦσθαι, ἢ μετέχειν θείου Πνεύματος. Οὐ χρεία οὖν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ κάθοδον, ἢ εἰς τὴν πρὸς ἀνθρώπους ἐπιστροφὴν τοῦ Θεοῦ, καταλείπεσθαι ἕδραν μείζονα, καὶ μεταβάλλεσθαι τὰ τῇδε, ὡς ὁ Κέλσος οἴεται λέγων· « Εἰ γὰρ ἕν τι τῶν τῇδε (36) τοὐλάχιστον μεταβάλοις, ἀνατραπέντα οἰχήσεταί σοι τὰ πάντα. » Εἰ δὲ χρὴ λέγειν μεταβάλλειν παρουσίᾳ δυνάμεως Θεοῦ καὶ ἐπιδημίᾳ τοῦ Λόγου εἰς ἀνθρώπους τινὰ, **B** οὐκ ὀκνήσομεν λέγειν μεταβάλλειν ἐκ φαύλου εἰς ἀστεῖον, καὶ ἐξ ἀκολάστου εἰς σώφρονα, καὶ ἐκ δεισιδαίμονος εἰς εὐσεβῆ, τὸν παραδεξάμενον τὴν τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ ἐπιδημίαν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.

Εἰ δὲ καὶ πρὸς τὰ καταγελαστότατα τοῦ Κέλσου θέλεις ἡμᾶς ἀπαντᾷν, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· « Ἀλλὰ γὰρ ἀγνοούμενος ὁ Θεὸς ἐν ἀνθρώποις, καὶ παρὰ τοῦτ' ἔλαττον ἔχειν δοκῶν, ἐθέλοι ἂν γνωσθῆναι, καὶ τοὺς πιστεύοντάς τε καὶ ἀπιστοῦντας διαπειράσαι· καθάπερ οἱ νεόπλουτοι τῶν ἀνθρώπων ἐπιδεικτιῶντες (37), πολλήν τινα καὶ πάνυ θνητὴν φιλοτιμίαν τοῦ Θεοῦ καταμαρτυροῦσι. » Φαμὲν οὖν, ὅτι, ἀγνοούμενος Θεὸς ὑπὸ φαύλων ἀνθρώπων, οὐ παρὰ τὸ αὐτὸς **C** ἔλαττον ἔχειν δοκεῖν θέλοι ἂν γνωσθῆναι, ἀλλὰ τὸ τὴν γνῶσιν αὐτοῦ κακοδαιμονίας ἀπαλλάσσειν τὸν γιγνώσκοντα· ἀλλ' οὐδὲ διαπειράσαι θέλων τοὺς πιστεύοντας, ἢ τοὺς ἀπιστοῦντας, ἤτοι αὐτὸς ἀῤῥήτῳ καὶ θείᾳ δυνάμει ἔν τισιν ἐπιδημεῖ, ἢ πέμπει τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ πιστεύοντας μὲν καὶ καταλαμβάνοντας αὐτοῦ τὴν θεότητα, ἀπαλλάσσεσθαι πάσης κακοδαιμονίας, ἀπιστοῦντας δὲ μηδ' ἀπολογίας ἔτι χώραν ἔχειν, ὡς παρὰ τὸ μὴ ἀκηκοέναι καὶ δεδιδάχθαι οὐ πιστεύσαντας (38). Τίς οὖν λόγος παρίστησιν ἀκολουθεῖν ἡμῖν τὸ τὸν Θεὸν καθ' ἡμᾶς εἶναι, ὡς τοὺς νεοπλούτους τῶν ἀνθρώπων ἐπιδεικτιῶντας; Οὐ γὰρ ἐπιδεικτιᾷ ὁ Θεὸς πρὸς ἡμᾶς, βουλόμενος ἡμᾶς συνιέναι καὶ νοεῖν αὐτοῦ τὴν ὑπεροχήν (39)· ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τοῦ γιγνώσκεσθαι ἡμῖν αὐ- **D** τὸν ἐγγινομένην ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν μακαριότητα ἐμφύεσθαι ἡμῖν θέλων, πραγματεύεται διὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀεὶ ἐπιδημίας τοῦ Λόγου, ἀναλαμβάνειν ἡμᾶς τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκείωσιν. Οὐδεμίαν οὖν θνητὴν φιλοτιμίαν ὁ Χριστιανῶν λόγος καταμαρτυρεῖ τοῦ Θεοῦ.

Οὐκ οἶδα δ' ὅπως φλυαρήσας μάτην ἐφ' οἷς ἐξεθέμεθα, ὕστερόν ποτε ἐκτίθεται, ὅτι « οὐ δι' αὐτὸν δεόμενος γνωσθῆναι, ἀλλὰ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτη-

(34) Spencerus in textu, ἐὰν γὰρ καὶ ἐκλείπειν. Boherellus legit, ἕνα γὰρ εἰ ἐκλείπειν.

(35) Codex Regius, ἀποφανούμεθα, recte. Alias, ἀποφαινόμεθα.

(36) Codex Jolianus secunda manu, τῶν τῇδε, recte. Alias, τοῦ τῇδε. Paulo post Hœschelius in textu, παῤῥησίᾳ δυνάμεως Θεοῦ, male.

(37) Boherellus post verbum ἐπιδεικτιῶντες, scribit majoris distinctionis notam et post vocem πολλὴν addit γοῦν, vel quid simile.

(38) Codd. Regius et Basileensis, οὐ πιστεύοντας.

(39) Hœschelius in textu, αὐτὴν τὴν ὑπεροχήν

ρίαν γνῶσιν ἡμῖν παρασχεῖν ἑαυτοῦ βούλεται· ἵν' οἱ A
μὲν παραδεξάμενοι αὐτὴν χρηστοὶ γενόμενοι σωθῶσιν: οἱ δὲ μὴ παραδεξάμενοι ἀποδειχθέντες πονηροὶ, κολασθῶσιν. » Καὶ ἐκθέμενός τε τὸ τοιοῦτον ἐπαπορεῖ λέγων, « Νῦν ἄρα μετὰ τοσοῦτον αἰῶνα (40) ὁ Θεὸς ἀνεμνήσθη δικαιῶσαι τὸν ἀνθρώπων βίον, πρότερον δὲ ἠμέλει; » Καὶ πρὸς τοῦτο δὲ φήσομεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ὅτ' οὐκ ἐβουλήθη δικαιῶσαι τὸν ἀνθρώπων βίον ὁ Θεός· ἀλλὰ καὶ ἀεὶ ἐπεμελήθη, διδοὺς ἀρετῆς ἀφορμὰς τοῦ ἐπανορθοῦσθαι τὸ λογικὸν ζῶον. Κατὰ γὰρ ἑκάστην γενεὰν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ εἰς ψυχὰς, ἃς εὑρίσκει ὁσίας, μεταβαίνουσα, φίλους Θεοῦ καὶ προφήτας κατασκευάζει. Καὶ εὑρεθείεν γ' ἂν ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις οἱ καθ' ἑκάστην γενεὰν ὅσιοι καὶ δεκτικοὶ τοῦ θείου Πνεύματος· καὶ ὡς ἐπέστρεφον τοὺς κατ' αὐτοὺς (41), ὅση δύναμις. B

Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν τὸ γενεαῖς τισι προφήτας γεγονέναι, ὑπερέχοντας ἐν τῇ παραδοχῇ τῆς θειότητος, διὰ τὸν ἐπὶ πλεῖον εὔτονον καὶ ἐῤῥωμένον βίον, ἑτέρων προφητῶν τινων μὲν κατ' αὐτοὺς, ἄλλων δὲ προγενεστέρων ἢ μεταγενεστέρων. Οὕτω δὲ οὐ θαυμαστὸν καί τινα καιρὸν γεγονέναι, ὅτ' ἐξαίρετόν τι χρῆμα ἐπιδεδήμηκε τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ διαφέρον παρὰ τοὺς προγενεστέρους αὐτοῦ ἢ καὶ μεταγενεστέρους. Ἔχει δέ τι ὁ περὶ τούτων λόγος μυστικώτερον καὶ βαθύτερον, καὶ μὴ πάνυ τι φθάνειν δυνάμενον ἐπὶ τὴν δημωδεστέραν ἀκοήν. Καὶ δεῖ, ὑπὲρ τοῦ ταῦτα (42) ἀφανισθῆναι, καὶ ἀπαντηθῆναι πρὸς τὰ λεγόμενα περὶ τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας, (ὅτι « Νῦν ἄρα μετὰ τοσοῦτον αἰῶνα ὁ C
Θεὸς ἀνεμνήσθη δικαιῶσαι τὸ ἀνθρώπων γένος, πρότερον δὲ ἠμέλει; ») ἅψασθαι τοῦ περὶ μερίδων λόγου, καὶ σαφηνίσαι, διὰ τί, ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατ' ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ· καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ· » καὶ δεήσει τὴν αἰτίαν εἰπεῖν τῆς εἰς ἕκαστον ὅριον γενέσεως, ὑπὸ τὸν κεχληρωμένον τὸ ὅριον, καὶ πῶς εὐλόγως ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ· καὶ διὰ τί πρότερον μὲν ἦν μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ· περὶ δὲ τῶν ὕστερον λέγεται πρὸς τὸν Σωτῆρα ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Εἰσὶ γάρ τινες εἱρμοὶ καὶ ἀκολουθίαι ἄφατοι καὶ ἀνεκδιήγητοι περὶ τῆς κατὰ τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς διαφόρου οἰκονομίας. D

Ἦλθεν οὖν, κἂν μὴ βούληται Κέλσος, μετὰ πολλοὺς προφήτας ἐπανορθουμένους τὰ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκείνου, ἐπανορθωτὴς ὅλου τοῦ κόσμου ὁ Χριστός· οὐ δεόμενος κατὰ τὴν προτέραν οἰκονομίαν τῆς κατ' ἀνθρώπων χρήσεως μαστίγων, καὶ δεσμῶν, καὶ βασα-

luti consulere, cum sui nobis notitiam præbet; ut qui illam acceperint, boni facti, salutem consequantur; qui vero rejecerint, aperta nequitia, pœnas luant. » Quo posito, sic interrogat: « Quid? post tot sæcula nunc tandem Deo in mentem venit vitam hominum ad justitiam reducere; ante autem curæ non fuit? » Respondeo Deum nunquam non voluisse ut homines justi fierent; id semper cordi habuisse; quippe qui animali rationis compoti et consectandæ virtutis et recte faciendi occasiones præbuerit. Per singulas enim generationes Dei sapientia in animas, quas sanctas invenit, descendens amicos Dei prophetasque facit. Quinetiam in sacris libris invenire est, qui quibusque ætatibus sancti fuerint et divinum in se Spiritum receperint, et pro viribus ad alios convertendos studium contulerint et operam.

8. Cæterum mirum non esse debet, quibusdam sæculis fuisse prophetas, qui propter æqualem semper constantemque vitam in suscipienda divinitate superarent alios suæ ætatis prophetas aut superiores aut posteros. Neque mirum etiam est quoddam fuisse tempus, cum præstans quid et singulare ad humanum genus adveniret, cui nihil aut superioribus temporibus fuerit, aut consecuturis futurum par et simile esset. Sed horum omnium occultior est et altior ratio, quam ut eam vulgi captus assequi possit. Nam ad diluendum solvendumque id quod nobis de Christi adventu objicitur: « Ecquid post tot sæcula nunc tandem Deo in mentem venit vitam hominum adducere ad justitiam, antea autem curæ non fuit? » disserere oporteat de gentium partitione, et exponere cur, « quando dividebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituerit terminos populorum juxta numerum angelorum Dei; et pars Domini fuerit populus ejus Jacob et funiculus hæreditatis ejus Israel [29]. » Opus quoque fuerit
507 afferre causam cur certis quibusdam in finibus quidam nascantur, et in ejus ditione qui fines illos sortitus est: cur merito pars Domini fuerit populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel; cur prius pars Domini esset populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel; postea autem ad Salvatorem a Patre dictum fuerit: « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [30]. » Sunt enim aptæ inter se et connexæ diversæ rationes, quas ad regendas humanas animas Deus adhibet, et quas nemo consequi et enarrare potest.

9. Igitur, quantumvis Celsus reclamet, post multos prophetas qui illum Israel correxere, venit Christus ut mundum omnem corrigeret. Neque opus habuit, ut in prima dispensatione, virgis, vinculis et tormentis ad castigandos homines. Quando enim

[29] Deut. XXII, 8, 9. [30] Psal. II, 8.

(40) Codd. Reg. et Basil. recte omnino, αἰῶνα. Alias, ἀγῶνα, male.

(41) *Κατ' αὐτοὺς* habent codd. Regius et Basileensis, sicque paulo post libri impressi qui tamen hoc loco habent, καθ' ἑαυτούς

(42) Hœschelius in textu, ταύτας, sicque omnes mss. male.

« exiit qui seminat seminare [31], » satis fuit docere, ut ubicunque doctrina sua dissemiuaretur. Quod si mundi duratio, quia initium habuit, necessariis quibusdam limitibus circumscribitur, et mundi finis esse debet; si post finem futurum est de omnibus justum judicium; hæc dogmata quibuscunque argumentis, tum ex divina Scriptura, tum ex rationum conclusionibus confirmare, Christianum quidem decebit altius mysteria scrutantem; sed fidelem e vulgo, simplicem, qui multiplices divinæ sapientiæ rationes intellectu non potest attingere, oportet se Deo Salvatorique nostri generis committentem, id habere instar omnium argumentorum, « ipse dixit, » nec ullo alio magis confidere.

10. Postea Celsus, nulla, ut sui moris est, allata probatione, traducit nos quasi minime sancta minimeque pia de Deo prædicantes. « Perspicuum est, inquit, hæc ab illis nec sancte nec pie de Deo prædicari; » putatque nos ad terrorem simplicibus incutiendum hæc fingere, neque vera tradere de suppliciis quæ delinquentibus necessaria sunt. Quapropter nos confert « cum iis, qui in Bacchicis mysteriis spectris oculos et terriculis percellunt. » Quod spectat ad Bacchica mysteria, sitne eorum ratio probabilis, an secus, ipsi Græci dicant, eosque Celsus ejusque sodales audiant. Nos autem ad nostra defendenda dicimus, nobis hoc esse propositum, emendare homines, et ad hanc rem adhibere aut minas pœnarum, quas huic universitati necessarias esse persuasum nobis est, nec fortasse passuris inutiles futuras; aut promissa beatæ vitæ in regno Dei facta iis qui bene **508** vixerint, quique digni fuerint quorum Deus rex sit.

11. Tum ille, quo nos demonstret nihil eximium nihilque novum de diluvio aut conflagratione dicere, sed et male intellecta Græcorum aut barbarorum his de rebus opinione, nostris Scripturis tribuisse fidem, ait: « Quamvis hæc illorum dogmata non intellexerint, audierunt tamen post elapsa longa tempora, post multos siderum regressus atque concursus, conflagrationes et diluvia fieri; cumque ultimum Deucalionis ætate diluvium contigerit, jam rerum omnium vicissitudinem postulare, ut conflagratio fiat. Hinc erroris causa: hinc est quod dicant Deum descensurum esse tortoris instar armatum igne. » Ad quæ nos: mirum sane est Celsum hominem multæ lectionis multarumque historiarum scientem, præteriisse Moysis antiquitatem, quem tamen e Græcis nonnulli natum referunt circa tem-

A νιστηρίων. Ἤρχει γὰρ ἡ διδασκαλία, ὅτε « ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν, » ἵνα σπείρῃ τὸν λόγον πανταχοῦ. Εἰ δ' ἐπιστήσεταί τις χρόνος, περιγράφων τὸν κόσμον ἀναγκαίαν περιγραφὴν, τῷ αὐτὸν ἀρχὴν ἐσχηκέναι· καὶ ἐπιστήσεταί τι τέλος τῷ κόσμῳ, καὶ μετὰ τὸ τέλος δικαία περὶ πάντων κρίσις, δεήσει μὲν τὸν φιλοσοφοῦντα τὰ τοῦ λόγου κατασκευάζειν μετὰ παντοδαπῶν ἀποδείξεων, τῶν τε ἀπὸ τῶν θείων γραμμάτων καὶ τῶν ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς λόγοις ἀκολουθίας· δεήσει δὲ τὸν πολὺν καὶ ἁπλούστερον, καὶ μὴ δυνάμενον παρακολουθεῖν τοῖς ποικιλωτάτοις τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ θεωρήμασιν, ἐμπιστεύσαντα ἑαυτὸν Θεῷ, καὶ τῷ Σωτῆρι τοῦ γένους ἡμῶν, τούτου μᾶλλον ἀρκεσθῆναι τῷ « αὐτὸς ἔφα (43), » ἢ ἄλλου οὑτινοσοῦν.

Μετὰ ταῦτα πάλιν, ὡς σύνηθές ἐστιν αὐτῷ, μηδὲν B κατασκευάσας, μηδ' ἀποδείξας ὁ Κέλσος, ὡσπερεὶ οὐχ ὁσίως ἡμῶν οὐδ' εὐαγῶς περὶ τοῦ Θεοῦ θρυλλούντων, φησίν· « Ὅτι μὲν οὖν οὐχ ὁσίως οὐδ' εὐαγῶς ταῦτα περὶ τοῦ Θεοῦ θρυλλοῦσιν, εὔδηλον (44)· » καὶ οἴεταί γε ἐπὶ θάμβει τῶν ἰδιωτῶν ταῦθ' ἡμᾶς ποιεῖν, οὐχὶ δὲ τἀληθῆ περὶ κολάσεων λέγοντας ἀναγκαίων τοῖς ἡμαρτηκόσι. Διόπερ ἐξομοιοῖ ἡμᾶς « τοῖς ἐν ταῖς Βακχικαῖς τελεταῖς τὰ φάσματα καὶ δείματα προεισάγουσι. » Περὶ μὲν οὖν τῶν Βακχικῶν τελετῶν εἴτε τίς ἐστι πιθανὸς λόγος, εἴτε μηδεὶς τοιοῦτος, λεγέτωσαν Ἕλληνες, καὶ ἀκουέτω Κέλσος καὶ οἱ συνθιασῶται αὐτοῦ· ἡμεῖς δὲ περὶ τῶν ἡμετέρων ἀπολογούμεθα, λέγοντες, ὅτι τὸ προκείμενον ἡμῖν ἐστιν ἐπανορθοῦν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων εἴτε διὰ τῶν περὶ κολάσεων ἀπειλῶν, ἃς πεπείσμεθα ἀναγκαίας εἶναι C τῷ παντὶ, τάχα δὲ καὶ τοῖς πεισομένοις αὐτὰς οὐκ ἀχρήστους (45)· εἴτε διὰ τῶν ἐπὶ τοὺς καλῶς βεβιωκότας ἐπαγγελιῶν, περιεχουσῶν τὰ περὶ τῆς μακαρίας ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀξίοις ὑπ' αὐτοῦ βασιλεύεσθαι διεξαγωγῆς.

Μετὰ ταῦτα βουλόμενος ἡμᾶς παραδεῖξαι μηδὲν παράδοξον μηδὲ καινὸν λέγειν περὶ κατακλυσμοῦ ἢ ἐκπυρώσεως, ἀλλὰ καὶ παρακούσαντας τῶν παρ' Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις περὶ τούτων λεγομένων ταῖς ἡμετέραις πεπιστευκέναι περὶ αὐτῶν Γραφαῖς, φησὶ ταῦτα· « Ἐπῆλθε δ' αὐτοῖς καὶ ταῦτα ἐκείνων παρακούσασιν, ὅτι δὴ κατὰ χρόνιων μακρῶν κύκλους, καὶ ἄστρων ἐπανόδους τε καὶ συνόδους, ἐκπυρώσεις καὶ ἐπικλύσεις συμβαίνουσιν· καὶ ὅτι μετὰ τὸν τεD λευταῖον ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν ἡ περίοδος κατὰ τὴν τοῦ ὅλων ἀμοιβὴν ἐκπύρωσιν ἀπαιτεῖ· ταῦτ' αὐτοὺς (46) ἐποίησεν ἐσφαλμένῃ δόξῃ λέγειν, ὅτι ὁ Θεὸς καταβήσεται δίκην βασανιστοῦ πῦρ φέρων. » Καὶ πρὸς ταῦτα δὲ φήσομεν, ὅτι οὐκ οἶδ' ὅπως ὁ πολλὰ ἀναγνοὺς καὶ ἱστορίας πολλὰς ἐπιδειξάμενος ἀνεγνωκέναι Κέλσος οὐκ ἐπέστη τῇ Μωϋσέως ἀρχαιότητι,

[31] Luc. VIII, 5.

(43) Libb. editi in margine ἔσται, male. Hujus loci sensus et ordo est, ἀρκεσθῆναι τῷ τούτου, αὐτὸς ἔφα, μᾶλλον, ἢ τῷ ἄλλου οὑτινοσοῦν, quod monuisse non inutile visum est ob Gelenii interpretis et aliorum lapsum.

(44) *Εὔδηλον*. Forte ἔκδηλον.

(45) *Οὐκ ἀχρήστους*, etc. Vide infra num. 13, 14 et 69; lib. V, num. 14, 15, 16 et 17; lib. VI, num. 70; lib. VIII, num. 48, 72. De pœnis et præmiis quid opinatus sit Origenes vide apud Huetium *Origenianorum* lib. II, quæstione 11.

(46) Hœschelius in textu, τοῦτ' αὐτούς. Paulo post idem in margine, ἐπιδεξάμενος ἐγνωκέναι Κέλσος οὐκ ἐπέστησε. Infra idem in textu, ὁ βουλόμενός γε ἀναγνῶναι.

ἱστορουμένου ὑπό τινων Ἑλληνικῶν συγγραφέων κατὰ τοὺς χρόνους γεγονέναι Ἰνάχου τοῦ Φορωνέως· καὶ ὑπὸ Αἰγυπτίων δ' ἀρχαιότατος εἶναι ὁμολογεῖται, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν τὰ Φοινικικὰ πραγματευσαμένων. Καὶ ὁ βουλόμενός γε ἀναγνώτω τὰ τοῦ Φλαβίου Ἰωσήπου *Περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀρχαιότητος* δύο βιβλία· ἵνα γνῷ τίνα τρόπον ἀρχαιότερος ἦν Μωϋσῆς τῶν κατὰ χρόνων μακρὰς περιόδους κατακλυσμοὺς καὶ ἐκπυρώσεις φησάντων γίγνεσθαι ἐν τῷ κόσμῳ· ὧν παρακηκοέναι λέγει ὁ Κέλσος Ἰουδαίους καὶ Χριστιανούς· καὶ μὴ νοήσαντας τὰ περὶ ἐκπυρώσεως εἰρηκέναι, ὅτι « ὁ Θεὸς καταβήσεται δίκην βασανιστοῦ πῦρ φέρων. »

A pora Inachi patris Phoronei, quem Ægyptii antiquissimum esse confitentur, necnon Phœniciarum rerum scriptores. Evolvat quoque, si lubet, duos Flavii Josephi *De Judæorum antiquitate* libros. Hinc discet quanto Moyses vetustior sit iis qui post elapsa longa tempora diluvia in hoc mundo et conflagrationes fieri dixerunt; quosque, si Celso fides, quia male intellexerunt Judæi et Christiani, ut et quæ de conflagratione docerent, dixerunt « Deum descensurum esse tortoris instar armatum igne. »

Πότερον μὲν οὖν εἰσι περίοδοι, καὶ κατὰ περιόδους κατακλυσμοὶ ἢ ἐκπυρώσεις, ἢ μὴ εἰσι, καὶ εἰ ἐπίσταται καὶ ταῦθ' ὁ λόγος, ἐν πολλοῖς μὲν, καὶ ἐν οἷς δὲ Σολομών φησι, « Τί τὸ γεγονός; Αὐτὸ τὸ γενησόμενον· » καὶ « Τί τὸ πεποιημένον; αὐτὸ τὸ ποιηθησόμενον, καὶ τὰ ἑξῆς· » οὐ τοῦ παρόντος ἐστὶ καιροῦ λέγειν. Ἀρκεῖ γὰρ μόνον ἐπισημειώσασθαι, ὅτι ἀρχαιότατοι ἄνδρες γενόμενοι Μωϋσῆς καί τινες τῶν προφητῶν, οὐ παρ' ἑτέρων εἰλήφασι τὰ περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐκπυρώσεως· ἀλλ' (εἰ χρὴ ἐπιστήσαντα τοῖς χρόνοις εἰπεῖν), μᾶλλον τούτων ἕτεροι παρακούσαντες, καὶ μὴ ἀκριβώσαντες τὰ ὑπὸ τούτων λεγόμενα, ἀνέπλασαν κατὰ περιόδους ταυτότητας (47), καὶ ἀπαραλλάκτους τοῖς ἰδίοις ποιοῖς καὶ τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτοῖς. Ἡμεῖς δὲ οὔτε τὸν κατακλυσμὸν οὔτε τὴν ἐκπύρωσιν κύκλοις καὶ ἀστέρων περιόδοις ἀνατίθεμεν· ἀλλὰ τὴν τούτων αἰτίαν φαμὲν εἶναι κακίαν (48) ἐπὶ πλεῖον χεομένην, καὶ καθαιρομένην κατακλυσμῷ, ἢ ἐκπυρώσει. Θεὸν δὲ καταβαίνοντα ἐὰν λέγωσιν αἱ προφητικαὶ φωναὶ τὸν φήσαντα, « Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; » τροπολογοῦμεν. Καταβαίνει γὰρ ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ ἰδίου μεγέθους καὶ ὕψους, ὅτε τὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ μάλιστα τῶν φαύλων οἰκονομεῖ. Καὶ ὥσπερ ἡ συνήθεια συγκαταβαίνειν φησὶ τοῖς νηπίοις τοὺς διδασκάλους, καὶ τοῖς ἄρτι προτραπεῖσιν ἐπὶ φιλοσοφίαν νέοις τοὺς σοφοὺς ἢ τοὺς προκόπτοντας, οὐ τῷ σωματικῶς αὐτοὺς καταβαίνειν· οὕτως, εἴ που λέγεται ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς « καταβαίνειν » ὁ Θεὸς, ἀνάλογον νοεῖται τῇ οὕτωσὶ χρωμένῃ τῷ ὀνόματι συνηθείᾳ, οὕτω δὲ καὶ « ἀναβαίνειν. »

B 12. Sed utrum conversiones temporum sint et in illis conversionibus diluvia aut conflagrationes, anne sint; an harum rerum Scriptura meminerit cum alibi tum hoc Salomonis loco: « Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est [31], etc.; » non est præsentis temporis disputatio. Observare satis fuerit, quod antiquissimi viri Moyses et quidam prophetæ de conflagratione dixerunt, id eos ab aliis non fuisse mutuatos. Imo, si in temporibus insistere oporteat, alii potius illos male intellexerunt, et quæ docerent non accurate perpenderunt. Unde fuit, ut singulis temporum conversionibus eosdem eventus futuros confinxerint, qui eventus, nec propriis, nec adventitiis qualitatibus discreparent. Quod ad nos attinet, C nec diluvium nec confragrationem orbibus et siderum conversionibus illigamus; sed horum causam esse dicimus nequitiam, quæ cum aucta est plurimum, diluvio aut conflagratione purgatur. **509** Quod si Deum sic ita de se loquentem: « Nonne cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus [32]? » prophetæ tamen quasi descendentem repræsentant; hunc descensum figurate accipimus. Descendit enim Deus e propria sua magnitudine et altitudine, cum se ad hominum et præcipue malorum curandas res demittit. Et quemadmodum loquendi consuetudo suscepit ut diceretur magistros ad parvulorum, sapientes aut qui profecerunt, ad adolescentum recens ad philosophiam adductorum captum descendere, nec D tamen hic descensus de corpore accipitur: ita sicubi in divinis Scripturis dicitur Deus « descendere, » hæc vox, ut et « ascendere [33], » ex vulgari sermonis consuetudine intelligenda est.

Ἐπεὶ δὲ χλευάζων ὁ Κέλσος φησὶν ἡμᾶς λέγειν τὸν Θεὸν δίκην βασανιστοῦ πῦρ φέροντα καταβαίνειν, καὶ ἀναγκάζει ἡμᾶς οὐ κατὰ καιρὸν βαθυτέρους ἐξετάζειν λόγους· ὀλίγα εἰπόντες, ὅσον γεῦσαι τοὺς ἀκροατὰς ἀπολογίας καθαιρούσης τὴν καθ' ἡμῶν τοῦ Κέλσου

13. Quoniam vero derisor ille Celsus ait nos dicere, Deum tortoris instar descendere ignem præ se ferentem, et cogit nos intempestive in profundiores quæstiones ingredi; pauca primum dicamus et quantum necesse est ut defensionis, quæ Celsi ri-

[31] Eccli. I, 9. [32] Jerem. XXIII, 24. [33] Genes. XI, 5, et XVII, 22, etc.

(47) *Ταυτότητας*, etc. Legendum videtur, ταυτότητας ἀπαραλλάκτους τοῖς ἰδίοις ποιοῖς καὶ τοῖς αὐτοῖς συμβεβηκόσιν. Apud Hœschelium et Spencerum legitur, τοῖς ἰδίως ποιοῖς, sed in codd. Regio et Basileensi, τοῖς ἰδίοις ποιοῖς.

(48) *Κακίαν*. Vide Orig. homil. 24, in Luc., homil. 6, in Exod., homil. 3, in psal. XXXVI. Vide eumdem in homil. 8, in Exod., homil. 8, in Levit., homil. 25 in Num., homil. 27 ibidem, homil. 12 in Jeremiam et lib. VIII *Explanat. in Epist. ad Romanos*. Vide et lib. IV, num. 64, *Contra Celsum*, et lib. V, num. 14, 15, 16, 17, et libr. VI, num. 25, 70, 71. Vide sis etiam Clement. Alex. *Strom.* IV, pag. 536; *Stromat.* V, pag. 549.

Μετὰ ταῦτα, συνήθως ἑαυτῷ γελῶν τὸ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν γένος, πάντας παραβέβληκε « νυκτερίδων ὁρμαθῷ, ἢ μύρμηξιν ἐκ καλιᾶς προελθοῦσιν, ἢ βατράχοις περὶ τέλμα συνεδρεύουσιν, ἢ σκώληξιν ἐν βορβόρου γωνίᾳ ἐκκλησιάζουσι, καὶ πρὸς ἀλλήλους διαφερομένοις, τίνες αὐτῶν εἶεν ἁμαρτωλότεροι, καὶ φάσκουσιν, ὅτι πάντα ἡμῖν ὁ Θεὸς προδηλοῖ καὶ προκαταγγέλλει, καὶ τὸν πάντα κόσμον καὶ τὴν οὐράνιον φορὰν ἀπολιπὼν, καὶ τὴν τοσαύτην γῆν παριδὼν, ἡμῖν μόνοις ἐμπολιτεύεται (75), καὶ πρὸς ἡμᾶς μόνους ἐπικηρυκεύεται, καὶ πέμπων οὐ διαλείπει, καὶ ζητῶν ὅπως ἀεὶ συνῶμεν αὐτῷ. » Καὶ ἐν τῷ ἀναπλάσματί γε ἑαυτοῦ παραπλησίους ἡμᾶς ποιεῖ σκώληξι φάσκουσιν, ὅτι « Θεός ἐστιν, εἶτα μετ' ἐκεῖνον ἡμεῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγονότες πάντῃ ὅμοιοι τῷ Θεῷ· καὶ ἡμῖν πάντα ὑποβέβληται, γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ, καὶ ἄστρα, καὶ ἡμῶν ἕνεκα πάντα, καὶ ἡμῖν δουλεύειν τέτακται. » Λέγουσι δὲ παρ' αὐτῷ οἱ σκώληκες, ἡμεῖς δηλαδὴ, ὅτι, « Νῦν ἐπειδή τινες ἐν ἡμῖν πλημμελοῦσιν, ἀφίξεται Θεὸς, ἢ πέμψει τὸν Υἱὸν, ἵνα καταφλέξῃ τοὺς ἀδίκους, καὶ οἱ λοιποὶ σὺν αὐτῷ ζωὴν αἰώνιον ἔχωμεν. » Καὶ ἐπιφέρει γε πᾶσιν, ὅτι « Ταῦτα μᾶλλον ἀνεκτὰ, σκωλήκων καὶ βατράχων, ἢ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν (76), πρὸς ἀλλήλους διαφερομένων. »

Πρὸς ταῦτα δὴ πυνθανόμεθα τῶν ἀποδεχομένων τὰ οὕτω καθ' ἡμῶν εἰρημένα, καί φαμεν· Ἆρα πάντας ἀνθρώπους ὁρμαθὸν εἶναι νυκτερίδων, ἢ μύρμηκας, ἢ βατράχους, ἢ σκώληκας, ὑπολαμβάνετε, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ὑπεροχήν; Ἢ τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους εἰς τὴν προκειμένην εἰκόνα μὴ παραλαμβά-

ctarum gentium servitutem, rursusque bella, exercitus, ac triumphos, et superatorum neces, mortemque centenarii peccatoris: cui duobus voluminibus respondet Apollinarius, quem non solum suæ sectæ homines, sed et nostrorum in hac parte duntaxat, plurima sequitur multitudo. Ut præsaga mente jam cernam, quantorum in me rabies concitanda sit. » Eumdem vide in *Comment. ad Ezech.*, cap. XXXVI, et in *Catalogo script. ecclesiast.*, in Papia; Iren. lib. V, c. 22, etc.; Tertull. libro *De resurrectione carnis*, cap. 25, et lib. III *contra Marcionem*, cap. 23. « De restitutione vero Judææ, quam et ipsi Judæi, ita ut describitur, sperant, locorum et regionum nominibus inducti, quomodo allegorica interpretatio in Christum et in Ecclesiam, et habitum et fructum ejus spiritaliter competat, et longum est persequi, et in alio opere digestum, quod inscribimus *De spe fidelium*, et in præsenti vel eo otiosum, quia non de terrena, sed de cœlesti promissione sit quæstio. Nam et confitemur in terra nobis regnum repromissum, sed ante cœlum, sed alio statu, utpote post resurrectionem in mille annos, in civitate divini operis Jerusalem cœlo delata; quam et Apostolus matrem nostram sursum designat, et πολίτευμα nostrum, id est, municipatum, in cœlis esse pronuntians, alicui utique cœlesti civitati eum deputat. Hanc et Ezechiel novit, et apostolus Joannes vidit (Lactant., lib. VII, c. 24). » August., lib. XX, cap. 29, *De civitate Dei*: « Per hunc Eliam, magnum mirabilemque prophetam, exposita sibi lege, ultimo tempore ante judicium Judæos in Christum verum (id est, in Christum nostrum) esse credituros celeberrimum est in sermonibus cordibusque fidelium. » SPENCER.

(75) *Ἐμπολιτεύεται.* Hœschelius in textu, ἐκπολιτεύεσθαι. Codd. Regius, Basileensis et duo Vaticani, πολιτεύεται.

(76) Hœschelius et Spencerus hoc loco habent, ταῦτα ἀνεκτὰ σκωλήκων ἢ βατράχων, ἢ Ἰουδαίων, ἢ Χριστιανῶν, sed lectionem sequimur quæ infra habetur sub finem num. 30.

νετε, ἀλλὰ διὰ τὸ λογικὸν καὶ τοὺς καθεστῶτας νόμους τηρεῖτε αὐτοὺς ἀνθρώπους· Χριστιανοὺς δὲ καὶ Ἰουδαίους, διὰ τὰ μὴ ἀρέσκοντα ὑμῖν αὐτῶν δόγματα ἐξευτελίζοντες, τούτοις τοῖς ζώοις παραβεβλήκατε; Καὶ ὁπότερόν γε ἂν εἴποιτε πρὸς τὴν πεῦσιν ἡμῶν (77), ἀποκρινούμεθα, ἀποδεικνύναι πειρώμενοι, οὐ δεόντως λελέχθαι περὶ τῶν πάντων ἀνθρώπων ἢ περὶ ἡμῶν τοιαῦτα. Ἔστω γὰρ ὑμᾶς πρῶτον λέγειν, ὅτι πάντες ἄνθρωποι ὡς πρὸς Θεὸν τοῖς εὐτελέσι τούτοις παραβάλλονται ζώοις, ἐπεὶ μηδαμῶς ἐστιν αὐτῶν ἡ μικρότης συγκριτὴ τῇ ὑπεροχῇ τοῦ Θεοῦ. Ποία δὲ μικρότης; Ἀποκρίνασθέ μοι, ὦ οὗτοι. Εἰ μὲν γὰρ ἡ τῶν σωμάτων, ἀκούσατε, ὅτι τὸ ὑπερέχον καὶ τὸ ἐνδέον, ὡς πρὸς ἀλήθειαν δικάζουσαν, οὐκ ἐν σώματι κρίνεται. Οὕτω γὰρ γῦπες καὶ ἐλέφαντες ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων ἔσονται κρείττους· καὶ γὰρ μείζους καὶ ἰσχυρότεροι καὶ πολυχρονιώτεροι οὗτοι. Ἀλλ' οὐδεὶς ἂν τῶν εὖ φρονούντων λέγοι (78) κρείττονα εἶναι διὰ τὰ σώματα τάδε τὰ ἄλογα τῶν λογικῶν. Πολὺ γὰρ εἰς ὑπεροχὴν ἀνάγει ὁ λόγος τὸ λογικὸν παρὰ πάντα τὰ ἄλογα. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ σπουδαῖα καὶ μακάρια, εἴτε (ὡς ὑμεῖς φατε) *οἱ ἀγαθοὶ δαίμονες*, εἴτε (ὡς ἡμῖν ἔθος ὀνομάζειν,) οἱ τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι, ἢ αἱ ὁποιαιδηποτοῦν ὑπερέχουσαι τῶν ἀνθρώπων φύσεις· ἐπειδὴ τὸ (79) ἐν αὐτοῖς λογικὸν τετελείωται, καὶ κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν πεποίωται.

Εἰ δὲ τὴν τοῦ ἀνθρώπου μικρότητα οὐ διὰ τὸ σῶμα ἐξευτελίζετε, ἀλλὰ διὰ τὴν ψυχήν, ὡς οὖσαν ὑποδεεστέραν τῶν λοιπῶν λογικῶν, καὶ μάλιστα σπουδαίων, καὶ διὰ τοῦθ' ὑποδεεστέραν, ἐπείπερ ἡ κακία ἐστὶν ἐν αὐτῇ· τί μᾶλλον οἱ ἐν Χριστιανοῖς φαῦλοι, καὶ οἱ ἐν Ἰουδαίοις κακῶς βιοῦντες, ὁρμαθός εἰσι νυκτερίδων, ἢ μύρμηκες, ἢ σκώληκες, ἢ βάτραχοι· ἢ οἱ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι μοχθηροί; ὡς κατὰ τοῦτο πάνθ' ὁντιναοῦν, μάλιστα κεχυμένῃ τῇ κακίᾳ χρώμενον, νυκτερίδα, καὶ σκώληκα, καὶ βάτραχον, καὶ μύρμηκα εἶναι, ὡς πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους. Κἂν Δημοσθένης (80) τις οὖν ὁ ῥήτωρ ἢ μετὰ τῆς παραπλησίας ἐκείνῳ κακίας καὶ τῶν ἀπὸ κακίας αὐτῷ πεπραγμένων· κἂν Ἀντιφῶν (81), ἄλλος ῥήτωρ νο-

A ratione et legibus utantur; Christianos vero et Judæos propter dogmata quæ vobis non arrident, contemnitis et cum illis animantibus comparatis? Utrumvis mihi sciscitanti respondeatis, non deerit quod reponam, et ostendere conabor hæc, sive de omnibus hominibus, sive de nobis, injuria dici. Ponamus primum vos dicere, **518** omnes homines præ Deo similes esse vilibus his animantibus, quia eorum parvitas ad Dei excellentiam comparari nequeat. Quam vero parvitatem intelligitis? Respondete, o boni. Si corporum dicitis, scitote majus et minus, si veram exsequi volumus rationem, ex corpore æstimanda non esse. Alioqui gryphes et elephantes nobis hominibus præstantiores essent, utpote proceriores, valentiores, vivaciores. At nemo B recte sentiens dixerit hæc animalia rationis expertia pluris esse facienda propter corpus, quam quæ ratione prædita sunt. Hac enim longe præstat quod ejus est particeps, omnibus eadem destitutis. Neque etiam id dicent egregiæ illæ et felices naturæ, quas vos *bonos genios*, nos Dei angelos appellare solemus, aut quælibet aliæ hominibus præstantiores: quippe in quibus perfecta et omni virtutum genere ornata ratio est.

25. At vero si parvitatem hominis non propter corpus despicamini, sed propter animam, quæ cæteris naturis ratione præditis et maxime sanctis propterea inferior est, quod eam vitia corrumpant C et occupent; cur qui inter Christianos improbi, aut inter Judæos male vivunt, sunt potius vespertilionum agmen, aut formicæ, aut vermiculi, aut ranæ, quam qui ubivis gentium se vitiis dedunt? Hoc enim posito, quicunque suis habenas cupiditatibus laxaverit hunc necesse erit vespertilionem, et vermiculum, et ranam, et formicam præ cæteris hominibus haberi. Itaque etiamsi quis alter esset dicendi facultate Demosthenes, sed eadem improbitate iisdemque ac ille improbe factis notatus; etiamsi quis

(77) *Ἡμῶν*. Ita Hœschelius et Spencerus in margine, et sane rectius quam in textu, ὑμῶν.

(78) Omnes mss., λέγοι, melius quam libb. excusi, λέγει.

(79) Codd. Regius et Basileensis, ἀλλ' ἐπεὶ τό. Ibidem codex Regius optime, διὰ τὸ σῶμα ἐξευτελίζετε. Alias, διὰ τὸ σῶμα ἐξευτελίζεται.

(80) *Δημοσθένης*. Forsan intelligit fugam turpissimam ad Chæroneam (Plutarch. in *Vitis decem rhet.* et in *Demosth.*); vel reditum ad Athenas præ formidine Alexandri, ad quem legationibus fungebatur (ibid.); vel avaritiam ejus, cum e populo unus exclamavit, « Demosthenem non Synanchen, sed Argyranchen pati (A. Gell., lib. I, cap. 9; Plutarch., ibid.): » Ἔλαβε καὶ παρὰ Ἐφιάλτου χρυσίον ἑνὸς τῶν δημαγωγῶν· ὃς πρεσβεύσας πρὸς βασιλέα χρήματα φέρων ἧκε λάθρα, ὅπως διανείμας τοῖς δημαγωγοῖς τὸν πρὸς Φίλιππον ἐγγράψῃ πόλεμον· καὶ ἰδίᾳ αὐτὸν δωροδοκῆσαι παρὰ βασιλέως φησὶ δαρεικοὺς τρισχιλίους. « Accepit etiam ab Ephialta aurum, uno populariun oratorum, qui legatus ad regem Persarum missus, clam attulerat pecuniam, qua inter oratores Athenienses distributa, horum opera bellum contra Philippum inflammaret. Ac Demosthenem nominatim dono daricorum ter mille corruptum autumant (Plutarch. in *Vitis decem rhetorum*, et in *Demosth.*); » vel luxum et infamem munditiem (A. Gell., lib. I, cap. 5): Φασὶ δέ τινες καὶ ἀσώτως αὐτὸν βιῶναι, γυναικείαις τε ἐσθῆσι χρώμενον καὶ κωμάζοντα ἑκάστοτε. « Quidam eum etiam D impudice victitasse narrant, vestitu usum subinde muliebri, ac comessationibus (Plutarch. in *Vitis decem rhet.*). » Spencer.

(81) *Κἂν Ἀντιφῶν*, etc. Vixit temporibus Socratis, ut constat ex Plutarcho in *Vitis decem rhetorum*, Xenophonte *Memorabilium* lib. I, Platone in *Menex.*, Philostrato, lib. I *De sophistis*, Athenæo lib. XII, cap. 3. Prædictus Antiphon scripsit sexaginta orationes, ὧν κατεψευσμένους φησὶν Καικίλιος εἶναι τοὺς εἰκοσιπέντε, « quarum viginti quinque spurias perhibet esse Cæcilius (Plutarch., *De vitis decem rhet.*). » Earumdem aliquot hodie exstant ab *Aldo* excusæ. Scripsit librum *Περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων* (Laert. in *Pythag.*), et alium *Περὶ Ἡροδότου* (Plutarch. ibid.); item *Πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ τῶν ἰδίων*· item *Περὶ τῆς ἀγγελίας*· item *Καθ' Ἱπποκράτους τοῦ ἰατροῦ στρατηγοῦ*· item *Πρὸς Δημοσθένην*· ibid. Philostratus (lib. I *De vit. soph.*) laudat ejus orationem *Ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας*. Athenæus eum laudat in τῷ

alter esset Antiphon et ipse orator magni nominis qui in libris **519** *De veritate* inscriptis, eodem fere titulo ac Celsi liber, sustulit e medio providentiam : illi nihilominus vermiculi essent, qui se in cœni angulo, cœni, inquam, imperitiæ et ignorantiæ, volutarent. Verumtamen rationis compos natura, qualiscunque tandem illa sit, recte cum vermiculo comparari nunquam poterit : virtutis enim capax est, et impressa in mente virtutis forma non sinit cum vermiculis conferri eos, qui *potestate* virtutem habent, et insita illius semina, quæ nunquam exstirpare possunt. Ex quibus omnibus efficitur non omnes generatim homines vermiculorum loco ducendos esse præ Deo. Etenim ratio suam a Verbo, quod est apud Deum, habens originem, non patitur animal ipsius particeps prorsus alienum a Deo existimari : hinc etiam consequens est malos e Christianis et Judæis, qui, ut vere dicam, nec Christiani sunt nec Judæi, non magis cum vermiculis in cœni angulo se volutantibus comparari posse, quam qui in cæteris gentibus mali sunt. Quod si rationis natura hujusmodi similitudinem admitti vetat, profecto ea non est humanæ naturæ ad virtutem comparatæ inferenda injuria, ut cum talibus animantibus conferatur, etiamsi propter ignorantiam peccet.

A μιζόμενος εἶναι, καὶ τὴν Πρόνοιαν ἀναιρῶν ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις *Περὶ ἀληθείας* παραπλησίως τῇ Κέλσου ἐπιγραφῇ· οὐδὲν ἧττόν εἰσιν οὗτοι σκώληκες ἐν βορβόρου γωνίᾳ τοῦ τῆς ἀμαθίας καὶ ἀγνοίας καλινδούμενοι. Καίτοιγε ὁποῖον δὴ τὸ λογικὸν οὐκ ἂν εὐλόγως σκώληκι παραβάλλοιτο, ἀφορμὰς ἔχον πρὸς ἀρετήν· αὗται γὰρ αἱ πρὸς αὐτὴν (82) ὑποτυπώσεις οὐκ ἐῶσι σκώληκι παραβάλλεσθαι τοὺς *δυνάμει* ἔχοντας τὴν ἀρετὴν, καὶ τὰ σπέρματα αὐτῆς πάντη ἀπολέσαι οὐ δυναμένους. Οὐκοῦν ἀναφαίνεται, ὅτι οὐθ' οἱ ἄνθρωποι καθόλου σκώληκες ἂν εἶεν ὡς πρὸς Θεόν. Ὁ γὰρ λόγος, τὴν ἀρχὴν ἔχων ἀπὸ τοῦ παρὰ Θεοῦ (83) λόγου, οὐκ ἐᾷ τὸ λογικὸν ζῶον πάντη ἀλλότριον νομισθῆναι Θεοῦ· οὔτε μᾶλλον οἱ ἐν Χριστιανοῖς καὶ Ἰουδαίοις φαῦλοι, καὶ ὡς πρὸς τὸ ἀληθὲς οὐ Χριστια-
B νοὶ οὐδὲ Ἰουδαῖοι, τῶν λοιπῶν φαύλων παραβάλλοιντο ἐν γωνίᾳ βορβόρου καλινδουμένοις σκώληξιν. Εἰ δ' ἡ τοῦ λόγου φύσις οὐδὲ τοῦτο παραδέξασθαι ἐπιτρέπει, δηλονότι οὐχ ὑβρίσομεν τὴν πρὸς ἀρετὴν κατεσκευασμένην ἀνθρωπίνην φύσιν, κἂν δι' ἄγνοιαν ἐξαμαρτάνοι, οὐδ' ἐξομοιώσομεν αὐτὴν τοῖς τοιοῖσδε ζώοις.

26. Jam si Christiani et Judæi, propter dogmata quæ Celso non probantur et quæ ne unquam quidem videtur cognovisse, vermiculi sunt et formicæ; cæteri vero non item : age comparemus quæ a Christianis et Judæis norunt omnes teneri dogmata cum reliquorum hominum dogmatis. Hinc illis qui quosdam homines vermiculos esse et formicas admittunt, perspicuum fiet eos pro vermi-

Εἰ δὲ διὰ τὰ μὴ ἀρέσκοντα Κέλσῳ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων δόγματα, ἃ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐπίστασθαι φαίνεται, οὗτοι μὲν σκώληκες καὶ μύρμηκες, οἱ δὲ λοιποὶ οὐ τοιοῦτοι· φέρε, ἐξετάσωμεν καὶ τὰ αὐτόθεν πᾶσι προφαινόμενα δόγματα Χριστιανῶν καὶ Ἰου-
C δαίων τοῖς τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, εἰ μὴ ἀναφανεῖται τοῖς ἅπαξ παραδεχομένοις εἶναί τινας ἀνθρώπους σκώληκας καὶ μύρμηκας, ὅτι σκώληκες μὲν καὶ

πολιτικῷ (lib. x cap. 6), ἐν τῷ *Κατ' Ἀλκιβιάδου* (lib. xii, cap. 5), ἐν τῷ *Περὶ γεωργικῶν* (lib. xiv, cap. 17); item in libro *Περὶ ταῶν* (lib. ix, cap. 12) : « Nisi forte *Georgicorum*, et *De pavonibus* libri alius auctor fuerit, quod facile crediderim; » inquit Gesnerus in *Bibl.* At non ita facile credidisses, si Athenæum legisses lib. ix, cap. 12 : Ἀντιφῶντι δὲ τῷ ῥήτορι λόγος μὲν γέγραπται, ἔχων ἐπίγραμμα, *Περὶ ταῶν.* « Antiphon rhetor orationem conscripsit, cui titulus est, *De pavonibus.* » Rectius forsan alteri *Plexippum* attribuas, cujus tragœdiæ meminit Athenæus lib. xv, cap. 4); loquens de Hephæstione, qui sibi aliorum opera ascripsit : Καὶ περὶ τοῦ παρὰ Ἀντιφῶντι τῷ τραγῳδιοποιῷ *Πληξίππου,* καὶ πλεῖστα ὅσα καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀντιφῶντος εἰπόντος, σφετερισάμενος καὶ ταῦτα, ἐπέγραψέ τι βιβλίον περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν Ἀντιφῶντος. « Et quædam de *Plexippo* Antiphontis tragici, et alia plurima de eodem Antiphonte, illa sibi omnia Hephæstion ascribit. Idem sibi librum de Antiphonte Xenophontis in *Commentariis*, attribuit. » Quasi is, cujus Xenophon meminit, *Memorabilium* libro primo, alius erat ab Antiphonte tragico. Verum Antiphon rhetor scripsit tragœdias : Λέγεται δὲ τραγῳδίας συνθεῖναι, καὶ ἰδίᾳ, καὶ σὺν Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ. Ἔτι δὲ ὢν πρὸς τῇ ποιήσει τέχνην ἀλυπίας συνεστήσατο. « Tragœdias fertur composuisse et seorsim, et cum Dionysio tyranno. Dum adhuc poeticæ esset deditus, artem dolorum abolendorum condidit (Plutarch., *De vitis decem rhetorum*). » Unde nonnunquam poeta appellatur : uti apud Aristotelem (lib. ii, cap. 6, *Rhet.*) : Ὅθεν καὶ Ἀντιφῶν, ὁ ποιητής, μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶπεν, ἰδὼν τοὺς συνα-

ποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομένους ὡς ᾔεσαν διὰ τῶν πυλῶν, Τί ἐγκαλύπτεσθε; ἔφη· ἢ μὴ αὔριόν τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων· « Unde et Antiphon poeta, cum tympano torquendus esset a Dionysio, et videret una morituros se obnubere, ut egressi sunt ex portis, quid, inquit, obnubitis? Anne cras aliquis horum vos videat? » Ejusdem Antiphontis meminerunt Clemens, *Strom.* i; Tullius, in *Bruto*; Suidas, in *Ἀντιφ.*; Quintilianus, Institut. orat. lib. xii, cap. 10; Plato, in *Menexemo*, Stobæus. Eidem Glauci Rhegini *De poetis* liber a quibusdam ascribitur; Plutarch. in *Vitis decem rhet.* At nullibi, quantum scio, occurrit *Περὶ ἀληθείας* liber quo in opere, si credas Origeni, Providentiam elevavit. Certe fragmenta et particulæ,
D quas Stobæus passim allegat, quæque exstant orationes, eum illati criminis non arguunt : prædicti etiam auctores de atheismo tacent; at perfidiæ et crudelitatis insimulant. Plutarch. in *Demost.*: Ἤλεγξεν ὑπεσχημένον Φιλίππῳ τὰ νεώρια ἐμπρήσειν. « Convicit illum Philippo promisisse se navalia incensurum. » Philostrat., lib. i *De vitis sophistarum* : Κακὸς δ' ἂν εἰκότως διὰ τάδε κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ἐδούλωσε τὸν Ἀθηναίων δῆμον. « Hoc vero malus jure censendus, quia Atheniensium democratiam ipse dissolvit, et populum in servitutem redegit. » Spencer.

(82) *Πρὸς αὐτήν*, etc. Sic omnes mss. excepto Joliano qui cum libris impressis habet, πρὸς ἀρετήν, sed quis ferat vocem ἀρετήν intra unius lineæ spatium, ter repetitam?

(83) *Παρὰ Θεοῦ.* Mavult Boherellus παρὰ θεῷ. Infra recte mss., δηλονότι οὐχ ὑβρίσομεν. Alias, δῆλον ὅτι οὐχ ὑβρίσομεν.

μύρμηκες καὶ βάτραχοι οἱ καταπεπτωκότες ἀπὸ τῆς A περὶ Θεοῦ ὑγιοῦς ὑπολήψεως, φαντασίᾳ δ' εὐσεβείας ἤτοι ἄλογα ζῶα ἢ ἀγάλματα σέβοντες, ἢ καὶ τὰ δημιουργήματα· δέον ἐκ τοῦ κάλλους αὐτῶν θαυμάζειν τὸν πεποιηκότα, κἀκεῖνον σέβειν· ἄνθρωποι δὲ, καὶ εἴ τι ἀνθρώπων τιμιώτερον, οἱ δυνηθέντες ἀναβῆναι ἀκολουθοῦντες τῷ λόγῳ ἀπὸ λίθων καὶ ξύλων, ἀλλὰ καὶ τῆς νομιζομένης ὕλης εἶναι τιμιωτάτης ἀργύρου καὶ χρυσοῦ· ἀναβάντες δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἐν κόσμῳ καλῶν ἐπὶ τὸν τὰ ὅλα ποιήσαντα, καὶ ἐκείνῳ ἑαυτοὺς πιστεύσαντες, καὶ ὡς μόνῳ διαρκεῖν δυναμένῳ ἐπὶ πάντα τὰ ὄντα, καὶ ἐφορᾷν τοὺς πάντων λογισμοὺς, καὶ ἀκούειν τῆς πάντων εὐχῆς· τὰς εὐχὰς ἐκείνῳ ἀναπέμποντες, καὶ ὡς ἐπὶ θεατοῦ αὐτοῦ τῶν γινομένων πάντα πράττοντες, καὶ ὡς ἐπὶ ἀκροατοῦ τῶν B λεγομένων φυλαττόμενοι λέγειν τὸ μὴ ἀρεσκόντως ἀπαγγελλόμενον τῷ Θεῷ. Εἰ μὴ ἄρα ἡ τηλικαύτη εὐσέβεια οὔθ' ὑπὸ πόνων, οὔθ' ὑπὸ κινδύνων θανάτου, οὔθ' ὑπὸ λογικῶν πιθανοτήτων νικωμένη, οὐδὲν βοηθεῖ τοῖς ἀνειληφόσιν αὐτὴν πρὸς τὸ μηκέτι αὐτοὺς παραβάλλεσθαι σκώληξιν, εἰ καὶ παρεβάλλοντο πρὸ τῆς τηλικαύτης εὐσεβείας; Ἆρα δὲ οἱ νικῶντες τὴν δριμυτάτην πρὸς ἀφροδίσια ὄρεξιν, πολλῶν ποιησάσαν τοὺς θυμοὺς μαλθακοὺς καὶ κηρίνους, καὶ διὰ τοῦτο νικῶντες, ἐπεί περ ἐπείσθησαν μὴ ἄλλως οἰκειωθῆναι δύνασθαι τῷ Θεῷ, ἐὰν μὴ καὶ διὰ σωφροσύνης ἀναβῶσι πρὸς αὐτὸν, σκωλήκων ὑμῖν δοκοῦσιν εἶναι ἀδελφοὶ, καὶ μυρμήκων συγγενεῖς, καὶ βατράχοις παραπλήσιοι; Τί δὲ, τὸ λαμπρὸν τῆς δικαιοσύνης, τηρούσης τὸ πρὸς τὸν πλησίον καὶ ὁμογενὲς κοινωνικὸν, καὶ δίκαιον, καὶ φιλάνθρωπον, καὶ χρηστὸν, C οὐδὲν ἀνύει πρὸς τὸ μὴ εἶναι νυκτερίδα τὸν τοιονδί; οἱ δὲ περὶ τὰς ἀκολασίας καλινδούμενοι, ὁποῖοί εἰσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ οἱ ταῖς χαμαιτύπαις ἀδιαφόρως (84) προσιόντες, διδάσκοντες δὲ καὶ μὴ πάντως παρὰ τὸ καθῆκον (85) τοῦτο γίνεσθαι, οὐκ εἰσὶν ἐν βορβόρῳ σκώληκες; καὶ μάλιστα συγκρινόμενοι τοῖς διδαχθεῖσι μὴ « *αἴρειν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ*, » καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Λόγου οἰκούμενον σῶμα, καὶ *ποιεῖν αὐτὰ πόρνης μέλη*· μαθοῦσι δὲ ἤδη καὶ ὅτι (86) τὸ τοῦ λογικοῦ καὶ τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἀνακείμενον σῶμα, « *ναὸς* » ἐστι τοῦ προσκυνουμένου ὑπ' αὐτῶν « *Θεοῦ*, » τοιοῦτον ἀπὸ τῆς καθαρᾶς περὶ τοῦ δημιουργοῦ ἐννοίας γινόμενον· οἳ καὶ φυλαττόμενοι διὰ τῆς παρανόμου συνουσίας φθείρειν « *τὸν ναὸν τοῦ* D *Θεοῦ*, » ὡς εἰς Θεὸν εὐσέβειαν ἀσκοῦσι τὴν σωφροσύνην.

Καὶ οὔπω λέγω τὰ λοιπὰ ἐν ἀνθρώποις κακὰ, ὧν οὐ ταχέως οὐδ' οἱ φιλοσοφεῖν δοκοῦντες καθαρεύουσι· πολλοὶ γὰρ καὶ οἱ ἐν φιλοσοφίᾳ νόθοι. Οὐδέ φημί πω, ὅτι πολλὰ μέν ἐστι τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς μήτε Ἰουδαίοις μήτε Χριστιανοῖς. Ἤτοι δὲ οὐδ' ὅλως ὑπάρχει ἐν Χριστιανοῖς· εἰ κυρίως ἐξετάζοις, τίς ὁ Χριστιανός· ἢ εἰ καὶ εὑρεθείη, ἀλλ' οὔτι γε ἐν τοῖς συνε-

culis, pro formicis et pro ranis habendos esse, qui sana de Deo perdita sententia, vana pietatis imagine delusi, aut animalia rationis expertia, aut simulacra, aut alias insignes hujus mundi res venerantur, quarum pulchritudine ad admirandum colendumque opificem adduci tantummodo debuissent; sed illos esse homines, et si quid est hominibus excellentius, qui, rationem ducem secuti, a lapidibus et lignis, ab auro et argento majori in pretio habitis, a rebus hujus mundi quamlibet speciosis, ad omnium conditorem erigere se potuerunt; qui se totos illi commiserunt; qui, quod pro certo habeant illum solum omnibus posse sufficere, cogitationes omnium perspicere, omnium preces audire, preces ad illum dirigunt, omnia quasi ipso inspectante faciunt, et quasi audiente ipso cavent ne quidquam ipsis excidat, quod illi displicere possit. Hæc tanta pietas **520** nec laboribus, nec mortis periculis, nec captiosis rationum conclusionibus debilitata, nihilne illam amplexis proderit, quominus deinceps cum vermiculis conferantur, etiamsi antea comparari potuerint? Quid? qui vehementissimam obscœnæ voluptatis libidinem enervantem atque emollientem animos cohibent ea causa, quod persuasum habent se Dei non posse familiaritatem consequi, nisi ad eum per temperantiam contenderint; ii vobis vermiculorum germani, cognationem cum formicis habere, similes esse ranis videntur? Quid? Justitia, splendida illa virtus quæ erga proximum jura societatis, æquitatem, benignitatem, humanitatem servat, non obstabit quin illa præditus in vespertiliones referatur? Contra qui se in flagitiosas libidines ingurgitant, quod plerique faciunt, qui nullo pudore ad obvias quasque vulgati corporis feminas accedunt, qui docent hæc non esse flagitia, nonne illi sunt vermes in cœno volutati? præsertim si comparentur ad eos qui docti sunt non « tollere membra Christi » et corpus in quo Verbum habitat, ut « faciant membra meretricis [52]; » quique didicerunt corpus in quo natura est rationis particeps, universorum Deo consecratum, « templum » esse « Dei [53] » quem adorant, fierique Dei templum cum recte de conditore sentitur; qui denique horrentes « Dei templum » illicita voluptate polluere, suæ religionis esse ducunt colere temperantiam.

27. Prætereo cætera quæ apud homines vigent crimina, quorum fortasse non sunt immunes vel qui philosophiam præ se ferunt: multi enim sunt quos genuinos discipulos philosophia non agnoscit. Taceo etiam multa ejusmodi crimina apud eos reperiri qui neque Judæi, neque Christiani sunt. Affirmo autem hæc aut apud Christianos non esse, si quid proprie

[52] I Cor. vi, 15. [53] I Cor. iii, 16.

(84) Ἀδιαφόρως. Ita recte omnino habet codex Basileensis, et vetus Vaticanus. Alias, διαφόρως, male. Infra codd. Regius et Basileensis, ὑπὸ τοῦ Λόγου οἰκονομούμενον σῶμα.

(85) *Παρὰ τὸ καθῆκον*. V. Tull. or. *pro M. Cœlio.*

(86) Vox ὅτι, quæ in antea editis desideratur, restituitur e codice Joliano. Paulo post, idem codex recte, οἳ καὶ φυλαττόμενοι.

sit Christianus consideraveris; aut, si inveniuntur, non certe inter eos qui ad cœtum conveniunt, qui precibus publicis intersunt, nec ab illis arcentur: nisi forte quis inter alios furtim irrepsisse deprehendatur. Non igitur vermiculi sumus cœtum facientes, nos qui contra Judæos e scripturis quas credunt sacras pugnamus, et ostendimus, eum qui prædictus est, advenisse, illosque propter sua maxima peccata desertos fuisse; nos autem qui suscepimus Verbum, optimas in Deo spes habere collocatas, nixas nostra in eum fide, et vitæ genere, quod nos ab omni nequitia vitioque puros ad ejus potest perducere familiaritatem. Nemo igitur eorum, qui se Judæos aut Christianos profitentur, simpliciter dixerit: Deus nostri causa maxime mundum omnem cœlorumque apparatum **521** constituit: sed si quis, ut Jesus docuit [54], mundo corde est, mitis, pacificus, periculorum propter pietatem tolerans, is jure Deo confidere potest et dicere, si quidem prophetias intelligit: *Nobis qui credimus, omnia hæc Deus præmonstravit et prædixit.*

28. Quoniam vero Celsus Christianis, quos pro vermiculis habet, verba hæc attribuit: « Nobis solis, relicto toto mundo cœlestique cursu, neglectaque tota hac qua late patet terra, Deus providet et invigilat; ad nos mittit præcones, nec mittere desinit, sollicitus quomodo æternum illi conjungamur; » dicendum hic ab illo nobis assignari quæ nunquam nobis in mentem venerunt. Legimus enim et novimus, « Deum diligere omnia quæ sunt, et nihil odisse eorum quæ fecit; nihil enim constituturum fuisse quod odisset [55]. » Lectum nobis est et istud: « Parcis autem omnibus, quoniam omnia tua sunt, qui amas animas. Incorruptibilis enim tuus est spiritus in omnibus; ideoque eos qui exerrant partibus corripis, et de quibus peccant, admones et corrigis [56]. » Qui etiam diceremus « cœlorum cursum totumque mundum a Deo relinqui, eumque, neglectis iis tantis terræ spatiis, providere nobis solis atque consulere? nos qui in precibus scimus et dicendum et cogitandum esse, « misericordia Domini plenam esse terram [57]; et misericordiam Domini esse super omnem carnem [58]; et bonum esse Deum, « qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos [59]; » qui et nos hortatur, siquidem ejus filii esse volumus, ut ejus exempla sequamur [60], docetque omnes homines, quoad possumus, beneficiis complecti. Ipse enim dictus est « Salvator omnium hominum, maxime fidelium [61]; » et Christus ejus « propitiatio esse pro peccatis nostris, non pro nostris autem solis, sed etiam pro totius mundi [62]. » Atque hæc quidem ad-

A δρεύουσι καὶ ἐπὶ τὰς κοινὰς εὐχὰς ἐρχομένοις, καὶ μὴ ἀποκλειομένοις ἀπ' αὐτῶν· εἰ μὴ ἄρα τις σπανίως λανθάνων ἐν τοῖς πολλοῖς εὑρίσκοιτο τοιοῦτος. Οὐ σκώληκες οὖν ἐκκλησιάζοντές ἐσμεν οἱ πρὸς Ἰουδαίους ἱστάμενοι ἀπὸ τῶν πεπιστευμένων αὐτοῖς εἶναι γραμμάτων ἱερῶν, καὶ δεικνύντες τόν τε προφητευόμενον ἐπιδεδημηκέναι, καὶ διὰ τὰ μέγιστα ἁμαρτήματα ἐκείνους ἐγκαταλελεῖφθαι, καὶ ἡμᾶς, τοὺς παραδεξαμένους τὸν Λόγον, ἐλπίδας ἔχειν παρὰ Θεῷ τὰς ἀρίστας, ἔκ τε τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως καὶ τοῦ δυναμένου ἡμᾶς οἰκειῶσαι αὐτῷ καθαροὺς ἀπὸ πάσης πονηρίας καὶ κακίας βίου. Οὐχ ἁπλῶς οὖν, εἴ τις Ἰουδαῖον ἑαυτὸν ἢ Χριστιανὸν ἀναγορεύει, οὗτος λέγοι (87) ἂν, ὅτι τὸν πάντα κόσμον καὶ τὴν οὐράνιον φορὰν ἡμῖν μάλιστα πεποίηκεν ὁ Θεός· ἀλλ' εἴ τις, ὡς ὁ Ἰη-
B σοῦς (88) ἐδίδαξε, καθαρός ἐστι τῇ καρδίᾳ, καὶ πρᾶος, καὶ εἰρηνοποιὸς, καὶ προθύμως ὑπομένων τοὺς διὰ τὴν εὐσέβειαν κινδύνους· εὐλόγως ἂν ὁ τοιοῦτος θαῤῥοίη τῷ Θεῷ, συνιεὶς δὲ καὶ τὸν ἐν ταῖς προφητείαις λόγον φήσαι ἂν καὶ τό· « Πάντα ταῦτα ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν ὁ Θεὸς προδεδήλωκε καὶ κατήγγειλεν. »

Ἐπεὶ δὲ καὶ πεποίηκεν, οὓς ἡγεῖται σκώληκας, Χριστιανοὺς λέγοντας, ὅτι « τὴν οὐράνιον φορὰν ἀπολιπὼν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν τοσαύτην γῆν (89) παριδὼν, ἡμῖν μόνοις ἐμπολιτεύεται, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐπικηρυκεύεται, καὶ πέμπων οὐ διαλείπει, καὶ ζητῶν ὅπως ἀεὶ συνῶμεν αὐτῷ· » λεκτέον, ὅτι τὰ μὴ λεγόμενα πρὸς ἡμῶν περιτίθησιν ἡμῖν, τοῖς καὶ ἀναγινώσκουσι καὶ γιγνώσκουσιν, « ὅτι ἀγαπᾷ πάντα τὰ
C ὄντα ὁ Θεὸς, καὶ οὐδὲν βδελύσσεται ὧν ἐποίησεν· οὐδὲ γὰρ ἂν μισῶν τι κατεσκεύασεν. » Ἀνέγνωμεν δὲ καὶ τό· « Φείδῃ δὲ πάντων, ὅτι σά ἐστι πάντα, φιλόψυχε. Τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι· διὸ καὶ τοὺς παραπίπτοντας κατ' ὀλίγον ἐλέγχεις, καὶ ἐν οἷς ἁμαρτάνουσιν ὑπομιμνήσκων νουθετεῖς. » Πῶς δὲ δυνάμεθα λέγειν « τὴν οὐράνιον φορὰν καὶ τὸν πάντα κόσμον, ἀπολιπόντα τὸν Θεὸν, καὶ τὴν τοσαύτην γῆν παριδόντα, ἡμῖν μόνοις ἐμπολιτεύεσθαι; » οἵτινες ἐν ταῖς εὐχαῖς εὕρομεν δεῖν τι λέγειν φρονοῦντας, « ὅτι τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ· καὶ, Ἔλεος Κυρίου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· » καὶ, ὅτι ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς, « ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ (90) ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, » καὶ ἡμᾶς, ἵνα γενώμεθα αὐτοῦ υἱοὶ, ἐπὶ τὰ παραπλήσια
D προτρέπων, καὶ διδάσκων εἰς πάντας ἡμᾶς ἀνθρώπους, κατὰ τὸ δυνατὸν, ἐκτείνειν τὰς εὐποιίας. Καὶ γὰρ αὐτὸς εἴρηται « Σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν· » καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῦ « ἱλασμὸς εἶναι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνων, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. » Καὶ ταῦτα μὲν οὖν πρὸς ταῦτα, ὅσα (91) ἀνέγραψεν ὁ Κέλσος· ἄλλα δέ τινα ἰδιωτικὰ εἴποιεν ἂν Ἰουδαίων τινὲς, ἀλλ'

[54] Matth. v, 8. [55] Sap. xi, 25. [56] Sap. xi, 27; xii, 1, 2. [57] Psal. xxxii, 5. [58] Eccli. xviii, 12. [59] Matth. v, 45. [60] Luc. vi, 25. [61] I Tim. iv, 10. [62] I Joan. ii, 2.

(87) Mss., λέγοι. Impressi libri, λέγει.

(88) Alias, ὡς ὁ Θεός, sed mss. ut in nostro textu. Infra iidem mss., διὰ τὴν εὐσέβειαν κινδύνους. Libb. impressi, διὰ τῆς εὐσεβείας κινδύνους.

(89) *Τοσαύτην γῆν.* Sic mss. Alias vero, τοιαύτην γῆν.

(90) Vox αὐτοῦ desideratur in antea editis, sed habetur in manuscriptis.

(91) *Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς ταῦτα ὅσα*, etc. Scribendum videtur, ταῦτα μὲν οὖν πρὸς ὅσα, etc. Libb. impressi in margine habent, τάχα μὲν οὖν ταῦτα ὅσα, etc.

οὔτι γε καὶ Χριστιανοί· οἱ διδαχθέντες, ὅτι « συνίστησι τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅτι, ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. Καίτοιγε μόγις τις ὑπὲρ τοῦ δικαίου ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. » Νυνὶ δὲ ὑπὲρ τῶν πανταχοῦ ἁμαρτωλῶν (ἵνα καταλίπωσι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ πιστεύσωσι τῷ Θεῷ ἑαυτούς) ἐπιδεδημηκέναι (92) κεκήρυκται ὁ Ἰησοῦς, πατρίῳ τινὶ τοῖς λόγοις τούτοις συνηθείᾳ καὶ Χριστὸς εἶναι λεγόμενος τοῦ Θεοῦ.

Τάχα δέ τινων παρήκουσεν ὁ Κέλσος, ὅτι « ὁ Θεός ἐστιν, εἶτα μετ' ἐκεῖνον ἡμεῖς, » οὓς ὠνόμασε σκώληκας. Καὶ ὅμοιον ποιεῖ τοῖς ὅλῃ αἱρέσει φιλοσοφίας ἐγκαλοῦσι διά τινα λεγόμενα ὑπὸ προπετοῦς μειρακίου τριῶν ἡμερῶν φοιτήσαντος εἰς φιλοσόφου, καὶ ἐπαιρομένου κατὰ τῶν λοιπῶν, ὡς ἐλαττόνων καὶ ἀφιλοσόφων. Ἴσμεν γὰρ, ὅτι πολλά ἐστιν ἀνθρώπου τιμιώτερα· καὶ ἀνέγνωμεν, ὅτι « ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· » θεῶν δὲ οὐ τῶν προσκυνουμένων (93) ὑπὸ τῶν λοιπῶν· « πάντες » γὰρ « οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. » Καὶ ἀνέγνωμεν, ὅτι « ὁ Θεὸς, στὰς ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ θεοὺς διακρίνει (94). » Οἴδαμεν δὲ καὶ ὅτι, εἴπερ εἰσὶ θεοὶ λεγόμενοι εἴτ' ἐν οὐρανῷ εἴτε ἐπὶ γῆς, (ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοί·) ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ· » οἴδαμεν δὲ καὶ τοὺς ἀγγέλους οὕτως εἶναι ἀνθρώπων κρείττονας, ὥστε τοὺς ἀνθρώπους, τελειωθέντας, ἰσαγγέλους γίνεσθαι. « Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν οὔτε γαμοῦσιν οὔτ' ἐκγαμίζονται· ἀλλὰ εἰσὶν ὡς οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν οἱ δίκαιοι, καὶ γίνονται ἰσάγγελοι. » Οἴδαμεν δ' ἐν τῇ διατάξει τῶν ὅλων εἶναί τινας τοὺς καλουμένους *θρόνους*, καὶ ἄλλους *κυριότητας*, καὶ ἄλλους *ἐξουσίας*, καὶ ἄλλους *ἀρχάς*· καὶ ὁρῶμεν, ὅτι πολὺ τούτων ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι ἀπολειπόμενοι ἐλπίδας ἔχομεν ἐκ τοῦ καλῶς βιοῦν καὶ πάντα πράττειν κατὰ τὸν λόγον, ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν τούτων πάντων ἐξομοίωσιν. Καὶ τελευταῖον, ἐπεὶ « μήπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα, οἴδαμεν ὅτι, ἐὰν φανερωθῇ, ἐσόμεθα ὅμοιοι τῷ Θεῷ, καὶ ὀψόμεθα αὐτὸν, καθώς ἐστιν· » Εἰ δέ τις τὸ λεγόμενον ὑπό τινων εἴτε τῶν νοούντων εἴτε τῶν μὴ συνιέντων, ἀλλὰ παρακουσάντων λόγου ὑγιοῦς, φάσκοι, ὅτι « ὁ Θεός ἐστιν, εἶτα μετ' ἐκεῖνον ἡμεῖς· » καὶ τοῦτό γ' ἂν ἑρμηνεύοιμι τὸ *ἡμεῖς*, λέγων ἀντὶ τοῦ, οἱ λογικοὶ, καὶ ἔτι μᾶλλον, οἱ σπουδαῖοι λογικοί. Καθ' ἡμᾶς γὰρ ἡ αὐτὴ ἀρετή ἐστι τῶν μακαρίων πάντων, ὥστε καὶ αὐτὴ ἀρετὴ (95) ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ. Διόπερ « γίνε-

A versus ea quæ Celsus conscripsit. Quædam alia sibi propria Judæi nonnulli reponerent, quæ minime Christianis conveniunt : quippe quibus dicta sunt hæc : « Commendat charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est [63]. Quanquam vix pro justo quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori [64]. » Nunc autem Jesus, quem etiam ducto ex nostrarum Scripturarum loquendi consuetudine vocabulo Christum Dei appellamus, advenisse pro omnibus ubicunque sint peccatoribus prædicatur, ut, posito peccato, seipsi Deo credant.

29. Hæc autem : « Deus est, sed proximum illi locum occupamus, » fortasse Celsus audierit ex quibusdam eorum, quos vermes nominat. **522** At B quid idem facit ac illi qui, quod præceps quidam adolescens, trium dierum discipulus philosophi, et propterea in cæteros tanquam inferiores se et imperitos contumeliosus, quædam temere dixisset, continuo totam philosophicam sectam in crimen vocarent. Scimus enim multa esse homine præstantiora. Legimus : « Deus stetit in synagoga deorum [65]; » et non illorum quidem deorum quos vulgus colit gentium : nam « omnes dii gentium dæmonia [66]. » Et legimus Deum stantem « in synagoga deorum, in medio deos dijudicare. » Scimus autem, « etsi sunt qui dicantur dii sive in cœlo sive in terra (siquidem sunt dii multi et domini multi), nobis tamen unum esse Deum Patrem, ex quo omnia, et nos in illum; et unum Dominum Jesum Christum, per quem omnia, et nos per ipsum [67]. » Nec C nescii sumus angelos ita esse supra homines, ut perfecti homines pares angelis fiant. « In resurrectione enim neque nubent neque nubentur, sed justi sunt sicut angeli in cœlo, æquales angelis [68]. » Perspectum quoque nobis est ita esse ordinata omnia, ut alii sint qui vocantur *throni*, alii *dominationes*, alii *potestates*, alii *principatus* [69]; et nos quidem homines post eos longo intervallo relinqui, sed spem esse fore, ut bene vivendo faciendisque omnibus quæ ratio præcipit, pares istis omnibus evadere mereamur. Denique quoniam « nondum apparuit quid erimus, scimus quoniam cum apparuerit, similes Deo erimus, et videbimus eum sicuti est [70]. » D Sin autem quispiam id quod ex quibusdam vel non intelligentibus, vel ex intelligentibus quidem, sed non probe sanam doctrinam assecutis audiit, dixerit : « Deus est omnium primus, nos secundum ab illo occupamus locum; » id equidem facile interpretarer, *nos* accipiens pro iis qui ratione præditi sunt, aut potius, pro iis qui rationi virtutem

[63] Rom. v, 8. [64] Ibid. 7. [65] Psal. LXXXI, 1. [66] Psal. XCV, 5. [67] I Cor. VIII, 5. [68] Matth. XXII, 30; et Luc. XX, 30. [69] Coloss. I, 16. [70] I Joan. III, 2.

(92) Post verbum ἐπιδεδημηκέναι libb. impressi addunt inter uncinulos, καὶ διὰ τὰ μέγιστα ἁμαρτήματα, quæ a mss. absunt, nec agnovit interpres Gelenius.

(93) Hœschelius in textu, προσκυνούντων, male.

(94) Idem in textu, διακρίνων.

(95) Ὥστε καὶ ἡ αὐτὴ ἀρετή, etc. Tull. lib. I *De legibus*. « Jam vero virtus eadem in homine ac Deo est, neque ullo alio in genio præterea. Est autem virtus nihil aliud, quam in se perfecta, et ad summum perducta natura. Est igitur homini cum Deo similitudo. » Clem. *Strom.* VII : Οὐ γὰρ, καθάπερ οἱ Στωϊκοὶ, ἀθέως πάνυ τὴν αὐτὴν ἀρετὴν ἀνθρώπου λέγομεν καὶ Θεοῦ. « Non enim, ut Stoici valde im-

adjunxere. Ex nobis enim eadem est in omnibus naturis beatis virtus; ita ut eadem hominis sit virtus, ac Dei. Unde nobis præceptum: « Estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est [71]. » Male igitur cum verme, qui in luto innatat, bonus et justus comparatur, male pius cum formica, male justus cum rana. Nemo splendida veritatis luce perfusam habens animam cum vespertilione conferri nisi summa injuria potest.

30. Quod postea Celsus vermes inducit sic loquentes: « Nos Deus sibi omnino similes fecit, » ad id inductus mihi fuisse videtur male intellecto hoc Genesis loco: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [72-73]. Sed si novisset quid intersit discriminis inter « fieri hominem ad imaginem Dei, et fieri ad similitudinem; »
523 si advertisset in Scriptura Deum quidem dixisse: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, » sed tamen illum creasse « ad imaginem Dei, » non vero tunc « ad similitudinem; » nobis hæc non ascriberet: « Omnino similes Deo sumus. » Neque etiam dicimus « astra nobis esse subdita. » Nam justorum resurrectio, quæ quid sit sapientes intelligunt, soli et lunæ et astris comparatur ab Apostolo: « Alia, inquit, claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate, sic et resurrectio mortuorum [74]. » De his eodem etiam modo jam olim Daniel vaticinatus fuerat [75]. Addit Celsus nos dicere: « Omnia nobis servire jussa sunt. » Fortasse neminem e nostris sapientibus talia dicere audivit: fortasse etiam nescivit nobis mandatum esse, ut omnium sit servus qui inter nos est major [76]. Deinde cum Græci dicunt:

Sol, nox, uterque serviunt mortalibus [77],

dictum laudant et commentariis illustrant. Idem nos sive non dicamus, sive aliis verbis dicamus, perinde est Celso, ut nobis intendat litem. Apud illum nos, quos vermiculos putat, sic loquebamur: « Quandoquidem sunt inter nos, qui se peccatis contaminant, Deus veniet, aut mittet Filium, ut flammis addicat impios, et nos ranæ reliquæ cum ipso æterna vita fruamur. » Vide ut scurra ille doctrinam de divino judicio, de suppliciis impiorum, de justorum præmiis, cavilletur, irrideat, exsibilet. Gravem philosophum! Tandem concludit

A σθαι τέλειοι, ὡς ὁ Πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι, » διδασκόμεθα. Οὐδεὶς οὖν καλὸς καὶ ἀγαθὸς, σκώληξ ἐστὶν ἐννηχόμενος βορβόρῳ· καὶ οὐδεὶς εὐσεβὴς μύρμηξ· καὶ οὐδεὶς δίκαιος βάτραχος· καὶ οὐδεὶς τῷ λαμπρῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας καταυγαζόμενος τὴν ψυχὴν νυκτερίδι ἂν εὐλόγως παραβάλλοιτο.

Δοκεῖ δέ μοι παρακηκοέναι ὁ Κέλσος καὶ τοῦ, « Ποιήσωμεν (96) ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· » καὶ παρὰ τοῦτο πεποιηκέναι τοὺς σκώληκας λέγοντας, ὅτι « ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονότες, πάντη ἐσμὲν αὐτῷ ὅμοιοι. » Εἰ μέντοι ἐγνώκει διαφορὰν *τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονέναι τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὸν* (97) *καθ' ὁμοίωσιν*· καὶ ὅτι
B ἀναγέγραπται εἰρηκέναι ὁ Θεὸς, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· » ἐποίησε δ' ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον « κατ' εἰκόνα Θεοῦ, » ἀλλ' οὐχὶ καὶ « καθ' ὁμοίωσιν » ἤδη· οὐκ ἂν ἐποίει ἡμᾶς λέγοντας, ὅτι « πάντη ὅμοιοί ἐσμεν τῷ Θεῷ. » Οὐ λέγομεν δ' ὅτι ὑποβέβληται ἡμῖν καὶ τὰ ἄστρα· ἐπεὶ ἡ τῶν δικαίων λεγομένη ἀνάστασις, καὶ ὑπὸ τῶν σοφῶν νοουμένη, παραβάλλεται ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις ὑπὸ τοῦ φάσκοντος· « Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ, οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν· » καὶ τοῦ Δανιὴλ περὶ τούτων πάλαι προφητεύσαντος. Φησὶ δ' ἡμᾶς λέγειν, ὅτι « πάντα ἡμῖν δουλεύειν τέτακται. » Τάχα μὲν οὐκ ἀκούσας
C τῶν ἐν ἡμῖν συνετῶν τοιαῦτα λεγόντων· τάχα δὲ καὶ μὴ ἐπιστάμενος πῶς λέλεκται πάντων εἶναι δοῦλον τὸν ἐν ἡμῖν μείζονα. Καὶ ἐὰν μὲν Ἕλληνες λέγωσιν,

Εἶθ' ἥλιος (98) *μὲν, νύξ τε δουλεύει βροτοῖς*·

ἐπαινέσαντες τὸ λεγόμενον, καὶ διηγοῦνται αὐτό· ἐπὰν δὲ τὸ τοιοῦτον ἢ μὴ λέγηται (99), ἢ ἄλλως λέγηται, συκοφαντεῖ ἡμᾶς ὁ Κέλσος καὶ ἐπὶ τούτοις. Ἐλέγομεν δὲ παρὰ τῷ Κέλσῳ ἡμεῖς, οἱ κατ' αὐτὸν σκώληκες, ὅτι, « Ἐπεί τινες ἐν ἡμῖν πλημμελοῦσιν, ἀφίξεται πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἢ πέμψει τὸν Υἱὸν ἑαυτοῦ, ἵνα καταφλέξῃ τοὺς ἀδίκους, οἱ δὲ λοιποὶ βάτραχοι σὺν αὐτῷ βίον αἰώνιον ἔχωμεν. » Καὶ ὅρα πῶς ὡς βωμολόχος τὴν περὶ κρίσεως θείας ἀπαγγελίαν,
D καὶ περὶ κολάσεως μὲν τῆς κατὰ τῶν ἀδίκων, γέρως δὲ τοῦ εἰς τοὺς δικαίους, εἰς χλεύην καὶ γέλωτα καὶ

[71] Matth. v, 48. [72-73] Gen. I, 26. [74] I Cor. xv, 41. [75] Dan. xii, 3. [76] Matth. xx, 27. [77] Euripid. *Phœniss.*

pie, hominis et Dei eamdem esse dicimus virtutem. » Theodoret., serm. 11, *De fine et judicio*: Ἐκεῖνο δέ γε αὐτῶν κομιδῇ τολμηρόν· ἀνθρώπου γάρ τοι καὶ Θεοῦ τὴν αὐτὴν ἔλεγον ἀρετήν. » Illud vero eorumdem audacius est dictum: Dei namque et hominis eamdem virtutem esse asserebant. SPENCER.

(96) Sic etiam infra manuscripti. Libri autem editi utrobique, ποιήσομεν.

(97) *Πρὸς τόν*, etc. Legit Boherellus, πρὸς τό, etc.

(98) Euripidis libb. editi, εἶθ' ἅλιος. Rectius Euripides in *Phœniss.*:

Νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον, ἡλίου τε φῶς,
Ἴσον βαδίζειν τὸν ἐνιαύσιον κύκλον,
Κ' οὐδέτερον αὐτοῖν φθόνον ἔχει νικώμενον.
Εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς·
Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ δωμάτων ἔχων ἴσον,
Καὶ τῷδ' ἀπονειμεῖς; etc.

Obscuramque palpebram noctis, et lumen solis,
Ut æqualiter circuirent annuum circulum, constituit.
Et neutrum horum duorum victum invidet alteri.
Atque ita sol et nox serviunt hominibus,
Tu autem non sustinebis habere æquam partem regni,
Et huic tribuere suam partem? SPENCER.

(99) Guieto scribendum videbatur, ἐπὰν δέ τι τοιοῦτον ἢ μὲν λέγηται ἢ ἄλλως λέγηται.

διασυρμὸν ἤνεγκεν ὁ σεμνὸς φιλόσοφος. Καὶ ἐπιλέγει πᾶσι τούτοις· « Ἀνεκτὰ εἶναι μᾶλλον ταῦτα ὑπὸ σκωλήκων καὶ βατράχων λεγόμενα ἢ ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν πρὸς ἀλλήλους διαφερομένων ἀπαγγελλόμενα. » Ἀλλ' οὐ μιμησόμεθά γε αὐτὸν ἡμεῖς, οὐδὲ ἐροῦμεν τὰ παραπλήσια περὶ τῶν τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἐπαγγελλομένων εἰδέναι φιλοσόφων, καὶ πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένων περὶ τοῦ, τίνα τρόπον συνέστη τὰ ὅλα, καὶ γέγονεν ὁ οὐρανὸς καὶ γῆ, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα· καὶ ὡς αἱ ψυχαὶ ἤτοι ἀγέννητοι (1) οὖσαι καὶ μὴ ὑπὸ Θεοῦ κτισθεῖσαι, διακοσμοῦνται ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀμείβουσι σώματα· ἢ, συσπαρεῖσαι τοῖς σώμασιν, ἐπιδιαμένουσιν, ἢ οὐκ ἐπιδιαμένουσιν. Ἐδύνατο γάρ τις καὶ ταῦτα, ἀντὶ τοῦ σεμνολογεῖν καὶ ἀποδέχεσθαι τὴν προαίρεσιν τῶν τῷ ἐξετάζειν τὴν ἀλήθειαν ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότων, χλευάζων καὶ κακολογῶν φάσκειν, ὅτι σκώληκές εἰσιν οὗτοι ἐν γωνίᾳ τοῦ ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων βορβόρου ἑαυτοὺς μὴ μετροῦντες, καὶ διὰ τοῦτο ἀποφαινόμενοι περὶ τῶν τηλικούτων, ὡς κατειληφότες· καὶ ὅτι λέγουσι διατεινόμενοι ὡς τεθεωρηκότες περὶ πραγμάτων, τῶν μὴ δυναμένων χωρὶς ἐπιπνοίας κρείττονος καὶ θειοτέρας δυνάμεως θεωρηθῆναι. « Οὐδεὶς γὰρ οἶδεν (2) ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνωκεν εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· » Ἀλλ' οὐ μεμήναμεν, οὐδὲ τὴν τηλικαύτην ἀνθρώπων σύνεσιν (κοινότερον δὲ λέγω σύνεσιν,) ἀσχοληθεῖσαν οὐ περὶ τὰ τῶν πολλῶν, ἀλλὰ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῆς ἀληθείας, κινήμασι σκωλήκων ἢ ἄλλων τινῶν τοιούτων παραβάλλομεν· φιλαληθῶς δὲ περί τινων μαρτυροῦμεν Ἑλλήνων φιλοσόφων, ὅτι ἐπέγνωσαν τὸν Θεὸν, « ἐπεὶ ὁ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσεν· » εἰ καὶ « μὴ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν· ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. Καὶ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν (3) τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. »

A « magis hæc ferenda esse, si vermes inter et ranas, quam cum inter Judæos et Christianos disputantur. » Sed nos illum non imitabimur, nec quidquam simile dicemus de philosophis, qui rerum omnium naturam sibi exploratam esse jactitant, disseruntque inter se quomodo omnia condita fuerint, quomodo cœlum et terra facta sint, et omnia quæ continent, utrum animæ nec factæ a Deo nec creatæ, a Deo regantur et e corpore in corpus transmigrent; an insitæ simul corporibus immortales sint, aut mortales. Posset enim quis, nedum laudet aut probet propositum eorum qui investigandæ veritati vacant, et jocose ludere philosophos illos et maligne dicere eos esse vermes qui, in hujus vitæ cœno, suæ imbecillitatis immemores de rebus tam B sublimibus pronuntiant, quasi eas intelligerent; et contendunt, quasi res assecuti, **524** quas nemo potest sine afflatu divinæ virtutis contemplari. « Nemo enim novit quidquam hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est; ita et quæ Dei sunt nemo cognovit nisi spiritus Dei [78]. » Sed eo insaniæ non progressi sumus, ut præclaram horum virorum intelligentiam (utor hac voce cum vulgo) quæ, spretis rebus vulgaribus, in inquirenda veritate occupavit sese, vermiculorum aut similium animantium motibus conferamus. Quinimo sincere quibusdam Græcis philosophis hoc testimonium damus, notum illis fuisse Deum, « Deus enim illis manifestavit: tametsi non sicut Deum glorificave- C runt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis, et dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium [79]. »

Μετὰ ταῦτα, βουλόμενος κατασκευάζειν, ὅτι μηδὲν τῶν προειρημένων παρ' αὐτῷ ζώων διαφέρουσιν Ἰουδαῖοι καὶ Χριστιανοὶ, φησὶν, « Ἰουδαίους ἀπ' Αἰγύπτου δραπέτας γεγονέναι, μηδὲν πώποτε ἀξιόλογον πράξαντας, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ αὐτούς ποτε γεγενημένους. » Περὶ μὲν οὖν τοῦ μὴ δραπέτας αὐτοὺς γεγονέναι, μηδ' Αἰγυπτίους, ἀλλ' Ἑβραίους ὄντας παρῳκηκέναι ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἡμῖν λέλεκται· εἰ δὲ τὸ μήτ' ἐν λόγῳ μήτ' ἐν ἀριθμῷ αὐτοὺς γεγονέναι κατασκευάζεσθαι νομίζει ἐκ τοῦ μὴ πάνυ τι τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν εὑρίσκεσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησι, φήσομεν, ὅτι, εἴ τις ἐνατενίσαι τῇ ἀρχῆθεν αὐτῶν πολιτείᾳ καὶ τῇ τῶν νόμων διατάξει, εὕροι ἂν, ὅτι γεγόνασιν ἄνθρωποι σκιὰν οὐρανίου βίου παραδεικνύντες ἐπὶ γῆς, παρ' οἷς οὐδὲν ἄλλο Θεὸς νενόμισται ἢ ὁ ἐπὶ πᾶσι, καὶ οὐδεὶς τῶν εἰκόνας ποιούντων ἐπολιτεύετο (4) Οὔτε γὰρ

31. Post hæc, ut confirmet Judæos et Christianos nihil ab animalibus quæ recensuit, discrepare, ait « Judæos fuisse servos fugitivos, ex Ægypto egressos, nullis unquam rebus gestis insignes, nullo in loco, nullo in numero habitos. » At Judæos, neque servos fugitivos, neque Ægyptios fuisse, sed He- D bræos qui in Ægyptum concesserant, jam antea diximus. Si autem illos nullo in loco, nullo in numero habitos fuisse inde probari putat, quod eorum historiæ non crebra admodum facta fuerit a scriptoribus Græcis mentio; refelletur. Nam si quis constitutam ab initio eorum reipublicæ formam, legumque dispositionem inspexerit, inveniet is fuisse homines, qui in terra cœlestem vitam repræsentarent, qui non alium quam summum Deum cognoscerent, qui omnes imaginum artifices a se ablegarent. Nullus enim pictor, sculptor nullus in eo-

[78] I Cor. II, 11. [79] Rom. I, 19, 21, 22, 23.

(1) Libb. editi ad oram, ἀγένητοι. Ibidem mss. recte, διακοσμοῦνται ὑπ' αὐτοῦ. Libb. editi, διακοσμοῦνται ὑπ' αὐτῷ.

(2) *Οὐδεὶς γὰρ οἶδεν*. Sic omnes mss. excepto Juliano qui cum libris editis in textu habet, ὥσπερ γὰρ οὐδεὶς οἶδεν.

(3) Codd. Regius et Basileensis, καὶ ἠλλάξαντο.

(4) *Οὐδεὶς τῶν εἰκόνας ποιούντων ἐπολιτεύετο*, etc. Philo libro *De Gigantibus*: Παρ' ὃ καὶ τὰς δο-

rum civitate erat. Lex enim omnes harum artium professores exterminari jusserat: ut nulla esset fabricandorum simulacrorum occasio: quippe quæ simulacra hebetes et tardos homines in errorem trahunt, et oculos animæ a Deo declinatos in terram deprimunt. Erat igitur inter cæteras lex ista: « Ne peccetis, ne faciatis vobis sculptam similitudinem, ullam imaginem, similitudinem masculi vel feminæ, similitudinem omnis jumenti quæ sunt super terram, similitudinem omnis avis volantis quæ volat sub cœlo, similitudinem omnis reptilis quod repit super terram, similitudinem omnis piscis quæcunque sunt in aquis sub terra [80]. » Nimirum id lex agebat, **525** ut in singularum rerum veritate hærerent, non alia contra veritatem fingerent quæ quod revera masculus aut femina, aut jumentum, aut avis, aut reptile, aut piscis erat, mentirentur. Hoc etiam apud illos illustre, magnificum: « Ne forte elevatis oculis ad cœlum, videas solem et lunam et stellas et omnem cœli ornatum, et errore deceptus adores ea et colas [81]. » Qualis erat totius gentis disciplina [82], apud quam effeminato ne in conspectum quidem prodire licebat [83]! Admirandum et istud, meretrices, juvenilium libidinum irritamenta, illorum civitate fuisse prohibitas. Judiciis præerant omnium justissimi [84], quique integræ vitæ per longum tempus argumenta dederant [85]. Hi quia probitate erant supra humanam, patria et usitata Judæis loquendi consuetudine dii appellabantur [86]. Videre erat totam gentem sapientiæ studio deditam. Audiendis legibus divinis destinati quidam dies erant, quæ vocabantur Sabbata, aliique festi dies. Quid dicam de sacerdotum ordinibus et de ritibus sacrificiorum, quæ symbola innumera continebant harum rerum curiosis perspicua?

32. Quoniam vero nihil habet humana natura stabile nihilque firmum, oportuit ut paulatim corrupta a prima sua constitutione deficeret hæc respublica. Illam ergo, quemadmodum et cætera quæ mutatione opus habent, Providentia mutavit; et pro Judæis ascivit ex omnibus undecunque hominibus fideles, quibus venerandam a Jesu præscriptam religionem traderet. Is Jesus non modo sapientia præditus, sed etiam deitatis particeps, funditus evertit religionem terrestrium dæmonum, qui thuris fumo, cruore et nidore delectati, instar Titanum et Gigantum quos fabulæ celebrant, a Dei cognitione homines distrahebant: et securus insidiarum quas moliuntur maxime bonis, leges posuit

A ζωγράφος οὔτ' ἀγαλματοποιὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ αὐτῶν ἦν, ἐκβάλλοντος πάντας τοὺς τοιούτους ἀπ' αὐτῆς τοῦ νόμου· ἵνα μηδεμία πρόφασις ᾖ τῆς τῶν ἀγαλμάτων κατασκευῆς, τοὺς ἀνοήτους τῶν ἀνθρώπων ἐπισπωμένης, καὶ καθελκούσης ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς γῆν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς. Ἦν οὖν παρ' αὐτοῖς νόμος καὶ τοιοῦτος· « Μὴ ἀνομήσητε καὶ ποιήσητε ὑμῖν ἑαυτοῖς γλυπτὸν ὁμοίωμα πᾶσαν, εἰκόνα, ὁμοίωμα ἀρσενικοῦ ἢ θηλυκοῦ, ὁμοίωμα παντὸς κτήνους τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς γῆς, ὁμοίωμα παντὸς ὀρνέου πτερωτοῦ, ὃ πέταται ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, ὁμοίωμα παντὸς ἑρπετοῦ, ὃ ἕρπει ἐπὶ τῆς γῆς, ὁμοίωμα παντὸς ἰχθύος, ὅσα ἐστὶν ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς. » Καὶ ἐβούλετό γε ὁ νόμος, τῇ περὶ ἑκάστου ἀληθείᾳ ὁμιλοῦντας αὐτοὺς, μὴ ἀναπλάσσειν ἕτερα παρὰ τὴν
B ἀλήθειαν, ψευδόμενα τὸ ἀληθῶς ἀρσενικὸν, ἢ τὸ ὄντως θηλυκὸν, ἢ τὴν κτηνῶν φύσιν, ἢ τὸ ὀρνέων, ἢ τὸ ἑρπετῶν γένος, ἢ τὸ ἰχθύων. Σεμνὸν δὲ καὶ μεγαλοφυὲς παρ' αὐτοῖς καὶ τὸ « Μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς, καὶ λατρεύσῃς αὐτοῖς. » Οἷα δὲ πολιτεία ἦν ὅλου ἔθνους, παρ' ᾧ οὐδὲ φαίνεσθαι θηλυδρίαν οἷόν τ' ἦν. Θαυμαστὸν δὲ καὶ τὸ τὰ τῶν νέων ὑπεκκαύματα, τὰς ἑταίρας, ἀναιρεῖσθαι ἀπὸ τῆς πολιτείας αὐτῶν. Ἦν δὲ καὶ δικαστήρια τῶν δικαιοτάτων, καὶ ἀπόδειξιν ὑγιοῦς βίου πολλῷ δεδωκότων χρόνῳ, πιστευομένων τὰς κρίσεις· οἵτινες διὰ τὸ καθαρὸν ἦθος καὶ τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐλέγοντο εἶναι θεοὶ
C πατρίῳ τινὶ Ἰουδαίων ἔθει. Καὶ ἦν ἰδεῖν ἔθνος ὅλον φιλοσοφοῦν, καὶ διὰ τὴν πρὸς τὸ ἀκούειν τῶν θείων νόμων σχολὴν τὰ καλούμενα Σάββατα, καὶ αἱ λοιπαὶ παρ' αὐτοῖς ἑορταὶ ἐγίνοντο. Τί δὲ δεῖ λέγειν περὶ τῆς τάξεως τῆς τῶν παρ' αὐτοῖς ἱερέων καὶ θυσιῶν, μυρία σύμβολα περιεχουσῶν τοῖς φιλομαθέσι (5) σαφηνιζόμενα;

Ἀλλ' ἐπεὶ οὐδὲν βέβαιον ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει, ἐχρῆν κἀκείνην τὴν πολιτείαν κατὰ βραχὺ καταφθειρομένην ἐκδιαιτηθῆναι (6). Ἡ Πρόνοια δὲ τὸ σεμνὸν τοῦ λόγου αὐτῶν ἁρμοζόντως τοῖς πανταχοῦ κατὰ τὰ δεόμενα μεταποιήσεως μεταποιήσασα, ἀντ' ἐκείνων τοῖς ἀπὸ τῶν πανταχοῦ ἀνθρώπων πιστεύουσι παραδέδωκε τὴν σεμνὴν κατὰ τὸν Ἰησοῦν θεοσέβειαν. Ὅστις οὐ μόνον συνέσει, ἀλλὰ καὶ θείᾳ μοίρᾳ κοσμηθεὶς, καὶ καταβαλὼν (7) τὸν περὶ τῶν ἐπὶ γῆς δαι-
D μόνων λόγον, λιβανωτῷ καὶ αἵματι καὶ ταῖς ἀπὸ τῆς κνίσσης (8) ἀναθυμιάσεσι χαιρόντων, καὶ τοὺς ἀνθρώπους κατασπώντων δίκην τῶν μυθευομένων Τιτάνων ἢ Γιγάντων ἀπὸ τῆς περὶ Θεοῦ ἐννοίας· αὐτὸς οὐ φροντίσας τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν ἐπιβουλευόντων (9)

[80] Deut. IV, 16 et seqq. [81] Ibid. 19. [82] Deut. XXIII, 1. [83] Ibid., 17. [84] Exod. XVIII, 21, etc. [85] Deut. I, 15. [86] Psal. LXXXI, 1.

χίμους καὶ γλαφυρὰς τέχνας, ζωγραφίαν καὶ ἀνδριαντοποιίαν, ἐκ τῆς καθ' αὐτὸν πολιτείας ἐξήλασεν· ὅτι, τὴν τοῦ ἀληθοῦς ψευδόμεναι φύσιν, ἀπάτας καὶ σοφίσματα δι' ὀφθαλμῶν ψυχαῖς εὐπαραγώγοις τεχνιτεύουσιν. « Quare et celebres illas et elegantes artes, picturam et sculpturam, e sua ejecit republica, quia veri naturam dum mentiuntur, dolos et præstigias fabricant animis ductilibus. » Vide Hecatæum apud Josephum lib. I, *in Apionem*, Josephum libro II *contra Apionem*, et Tacitum lib. V *Histor.*

(5) Codd. Regius et Basil. φιλομαθέσι; libb. editi, φιλομαθοῦσι.

(6) *Ἐκδιαιτηθῆναι*. Guieto videtur scribendum ἐκδιατριβῆναι, et paulo post κατὰ τὰ δεόμενα μεταποιήσεσι μεταποιήσασα, etc.

(7) *Καταβαλών*. Sic recte codex Jolianus secunda manu. Libri editi, καταλαβών.

(8) *Κνίσσης*. Vide adnotationes ad lib. III, num. 36.

(9) Hœschelius in textu, ἐπιβουλευομένων.

(56) *Οὐχ οὕτω περὶ ἑνός τινος*, etc. Vide lib. iii, n. 61, 62, 63; lib. vii, n. 28, 29 et 50. Orig. tractat. 9 in Matth.: « Et forsitan quidem secundum hanc nativitatem nemo est mundus a sorde, etsi unius diei sit vita ejus, propter nativitatis nostræ carnalis mysterium; secundum quod ait David ex persona omnium nascentium ex carne et sanguine: *Quoniam in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis concepit me mater mea.* Idem in homil. 14 in Luc.: « Parvuli baptizantur in remissionem peccatorum. Quorum peccatorum? vel, quo tempore peccaverunt? aut, quomodo potest ulla lavacri in parvulis ratio subsistere; nisi juxta illum sensum, de quo paulo ante diximus: *Nullus mundus a sorde, nec si unius diei quidem fuerit vita ejus super terram?* Et quia per baptismi sacramentum nativitatis sordes deponuntur, propterea baptizantur et parvuli. » Et homil. 8 in Levit.: « Sed et ille ipse, qui nascitur, sive virilis, sive feminei sexus sit, pronuntiat de eo Scriptura, quia non sit mundus a sorde, etiamsi unius diei sit vita ejus. Et, ut scias esse in hoc grande nescio quid, et tale, quod nulli sanctorum ex sententia venerit, nemo ex omnibus sanctis invenitur diem festum, vel convivium magnum egisse in die natalis sui; nemo invenitur habuisse lætitiam in die natalis filii, vel filiæ suæ. » Et paulo post: « Quod si placet audire quid etiam alii sancti de ista nativitate senserint, audi Davidem dicentem: *In iniquitatibus*, inquit, *conceptus sum, et in peccatis peperit me mater mea*; ostendens quod quæcunque anima in carne nascitur, iniquitatis et peccati sorde polluitur; et propterea dictum est illud, quod jam superius memoravimus: *Quia nemo mundus a sorde, nec si unius diei sit vita ejus.* » Vide homil. 12 in Levit.; Just., *Expos. fidei*: Ἐπειδήπερ ἁμαρτὼν ὁ Ἀδὰμ θανάτῳ τὸ γένος ὑπέβαλε, καὶ τὴν φύσιν ὅλην ὑπεύθυνον τῷ χρέει πεποίηκε. « Quandoquidem enim peccato suo Adam morti genus humanum subjecit, et naturam cunctam debito obnoxiam subjecit. » Et in *Dialogo cum Tryphone*, pag. 315: Καὶ οὐχ ὡς ἐνδεᾶ αὐτὸν τοῦ βαπτισθῆναι, ἢ τοῦ ἐπελθόντος ἐν εἴδει περιστερᾶς Πνεύματος, οἴδαμεν αὐτὸν ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸν ποταμόν· ὥσπερ οὐδὲ τὸ γεννηθῆναι αὐτὸν καὶ σταυρωθῆναι ὡς ἐνδεὴς τούτων, ὑπέμεινεν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ γένους τοῦ τῶν ἀνθρώπων, ὃ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ὑπὸ θάνατον καὶ πλάνην τὴν τοῦ ὄφεως ἐπεπτώκει, παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν ἑκάστου αὐτῶν πονηρευσαμένου. « Ad amnem eum non ideo venisse, pro comperto habemus, quod vel baptismi lavatione, vel spiritus in specie columbæ adventu opus ei fuerit; sicuti nec nasci et crucifigi, propter functionis hujusmodi indigentiam sustinuit; sed humani generis causa quod per Adam in mortem et fraudem seductionemque serpentis conciderat, ut interim propriam pro se maligne agentis cujusque culpam taceam. » Iren., lib. v, cap. 16: « Per quæ manifeste ipsum ostendit
C Deum: quem in primo quidem Adam offendimus, non facientes ejus præceptum; in secundo autem Adam reconciliati sumus, obedientes usque ad mortem facti. » Vide lib. iii, cap. 20, non longe ab initio; lib. iv, cap. 5, et lib. v, cap. 14, 16, 17, et alibi. Tertull. libro *De cultu feminarum*, cap. 1: « Ut non magis in sordibus ageret et squalorem potius affectaret, ipsam se circumferens Evam lugentem et pœnitentem, quo plenius id quod de Eva trahit (ignominiam dico primi delicti, et invidiam perditionis humanæ), omnis satisfactionis habitu expiaret. In doloribus et anxietatibus paries, mulier, et ad virum tuum conversio tua, et ille dominabitur tui: et Evam te esse nescis? Vivit sententia Dei super sexum istum in hoc sæculo, vivat et reatus necesse est. Tu es diaboli janua, tu es arboris illius resignatrix, etc. « Et libro *De anima*, cap. 40: « Ita omnis anima eo usque in Adam censetur: donec in Christo recenseatur; » vide locum;
D et librum *De testimonio animæ*, cap. 3, et *De pœnitentia*, cap. 2, uti et lib. ii *Adversus Marcionem*, cap. 11. Clem. Alex., *Strom.* iii, pag. 453, 468, 469: *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου*, Ἰὼβ φησιν, *οὐδ' εἰ μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ.* Λεγέτωσαν ἡμῖν, ποῦ ἐπόρνευσεν τὸ γεννηθὲν παιδίον; ἢ πῶς ὑπὸ τὴν τοῦ Ἀδὰμ ὑποπέπτωκεν ἀρὰν τὸ μηθὲν ἐνεργῆσαν; Ἀπολείπεται δὲ αὐτοῖς, ὡς ἔοικεν, ἀκολούθως λέγειν τὴν γένεσιν εἶναι κακήν· οὐ τὴν τοῦ σώματος μόνην, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς, δι' ἣν καὶ τὸ σῶμα. Καὶ ὅταν ὁ Δαυὶδ εἴπῃ· *Ἐν ἁμαρτίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἀνομίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου·* λέγει μὲν προφητικῶς μητέρα τὴν Εὔαν. Ἀλλὰ ζώντων Εὔα μήτηρ ἐγένετο· καὶ εἰ ἐν ἁμαρτίαις συνελήφθη, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς ἐν ἁμαρτίᾳ, οὐδὲ μὴν ἁμαρτία αὐτός. « *Nemo mundus a sorde*, ait, *nec si sit quidem unus dies vita ejus.* Dicant ergo nobis, ubi fornicatus est infans natus? Vel quomodo sub Adæ cecidit exsecrationem, qui nihil est operatus? Restat ergo eis, ut videtur,

535 Adamo inflictam omnium esse communem; sicut quæ mulieri, ad omnem mulierem pertinere. Item quod homo et mulier e paradiso ejecti sunt, induti tunicas pelliceas quas illis propter ipsorum peccatum Deus fecerat, id mysterium quoddam continet multo præstantius, quam quod Plato tradit de anima evulsis alis huc cadente, donec aliquid solidum nanciscatur ubi consistat.

41. Sequuntur apud Celsum hæc : « Deinde nobis obtrudunt diluvium quoddam, et ridiculam arcam ubi omnia inclusa fuerant, columbam et corniculam nuntiorum munere fungentes. Qua in re nihil agunt quam interpolare et depravare Deucalionis historiam. Neque enim putabant, opinor, hæc in lucem esse proditura, sed inepta illa figmenta pueris narrabant. » Et hic vide odium hominis philosopho indignum in antiquissimam Judæorum Scripturam. Nihil tamen habet quod contra diluvii historiam dicat; ne ea quidem affert quibus reprehendere poterat arcam et ejus mensuras : puta fieri non posse ut arca trecentos cubitos, ut vulgus accipit, longa, lata quinquaginta et alta triginta, continuisse dicatur quidquid animalium esset in terra, septem ex mundis paria, ex immundis vero duo; sed satis habet dicere « eam esse absurdam, ubi omnia inclusa erant. » Quid vero absurdi habet, quæ centum annis fabricata perhibetur, et quæ a trecentis longitudinis quinquagintaque latitudinis cubitis adducta sensim fuerat, donec triginta altitudinis cubiti desinerent in fastigium longum latumque unum cubitum? Quomodo non admiranda potius est illa structura maximæ

A λεγομένων ὡς περὶ ἑνὸς ἀκολουθίᾳ ἡ ἀρὰ τοῦ Ἀδὰμ κοινὴ πάντων ἐστί· καὶ τὰ κατὰ τῆς γυναικὸς οὐκ ἔστι καθ' ἧς οὐ λέγεται (57). Καὶ ὁ ἐκβαλλόμενος δὲ ἐκ τοῦ παραδείσου ἄνθρωπος μετὰ τῆς γυναικὸς, τοὺς δερματίνους ἠμφιεσμένος χιτῶνας (οὓς διὰ τὴν παράβασιν τῶν ἀνθρώπων ἐποίησε τοῖς ἁμαρτήσασιν ὁ Θεὸς), ἀπόῤῥητόν τινα καὶ μυστικὸν ἔχει λόγον ὑπὲρ τὸν κατὰ Πλάτωνα, τῆς ψυχῆς πτεροφυούσης (58) καὶ δεῦρο φερομένης, ἕως ἂν στερεοῦ τινος λάβηται.

Ἑξῆς δὲ τοιαῦτά φησιν· « Εἶτα κατακλυσμόν τινα, καὶ κιβωτὸν ἀλλόκοτον, ἅπαντα ἔνδον ἔχουσαν, καὶ περιστεράν τινα καὶ κορώνην ἀγγέλους, παραχαράττοντες καὶ ῥᾳδιουργοῦντες τὸν Δευκαλίωνα· οὐ γὰρ (οἶμαι) προσεδόκησαν, ὅτι ταῦτ' εἰς φῶς πρόεισιν, B ἀλλ' ἀτέχνως παισὶ νηπίοις ἐμυθολόγησαν. » Καὶ ἐν τούτοις δὴ ὅρα τὴν ἀφιλόσοφον ἀπέχθειαν τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὴν ἀρχαιοτάτην Ἰουδαίων Γραφήν. Οὐ γὰρ ἔχων τὴν περὶ κατακλυσμοῦ ἱστορίαν κακολογεῖν· οὐδ' ἐπιστήσας οἷς ἐδύνατο λέγειν κατὰ τῆς κιβωτοῦ καὶ τῶν μέτρων αὐτῆς· καὶ οὐχ ὡς οἷόν τ' ἦν (59), κατὰ τὸν τῶν πολλῶν νοῦν, ἐκλαμβάνοντα τὰ περὶ τῶν τριακοσίων τοῦ μήκους τῆς κιβωτοῦ πηχέων, καὶ πεντήκοντα τοῦ πλάτους, καὶ τριάκοντα τοῦ ὕψους, φάσκειν αὐτὴν κεχωρηκέναι τὰ ἐπὶ γῆς ζῶα, καθαρὰ μὲν ἀνὰ τέσσαρα καὶ δέκα (60), ἀκάθαρτα δὲ ἀνὰ τέσσαρα· ἁπλῶς εἶπεν « ἀλλόκοτον, πάντ' ἔχουσαν ἔνδον (61). » Τί γὰρ τὸ ἀλλόκοτον αὐτῆς, ἑκατὸν ἔτεσιν ἱστορουμένης γεγενῆσθαι, καὶ C συναγομένης ἀπὸ τῶν τριακοσίων τοῦ μήκους πηχέων, καὶ τῶν πεντήκοντα τοῦ πλάτους, ἕως οἱ τοῦ ὕψους πήχεις τριάκοντα καταλήξουσιν εἰς ἕνα πῆχυν μήκους καὶ πλάτους; Πῶς δ' οὐχὶ μᾶλλον θαυμαστὸν ἦν τὸ κατασκεύασμα καὶ μεγίστῃ πόλει ἐοικός· τῷ

consequenter ut dicant malam esse generationem, non solum eam quæ est corporis, sed etiam quæ est animæ, propter quam etiam corpus. Et quando dixit David : *In peccatis conceptus sum, et in iniquitatibus concepit me mater mea :* dicit prophetice quidem matrem Evam, sed Eva mater fuit viventium; et si in peccatis fuit conceptus, sed non ipse in peccato, neque vero ipse peccatum. » Hunc vero et alios, quos jam citavimus, locos quisque, prout sibi visum est, detorquere solet. Similia, ne dicam locupletiora testimonia apud alios Patres, tum Græcos, tum Latinos, occurrunt; quæ brevitatis gratia præterimus. SPENCER. — Consule item clarissimum Huetium *Origenianorum* lib. II, quæst. 7, num. 24, ubi investigat Origenis dogma de peccato originali.

(57) *Οὐκ ἔστι καθ' ἧς οὐ λέγεται.* Boherello legendum videtur, οὐκ ἔστι καθ' ἧς μόνον λέγεται. Ego vero nihil mutari velim. Nam οὐκ ἔστι καθ' ἧς οὐ λέγεται idem est ac si diceretur περὶ πάσης λέγεται.

(58) *Πτεροφυούσης.* Lege πτεροῤῥυούσης. Fateor, non semel occurrit apud Platonem πτεροφυεῖν, ut pag. 251, 255, et φύουσα τὰ πτερά, pag. 251 ; at locus, ad quem *Origenes* respexit, me sic emendare monuit, pag. 246 : Ἡ ψυχὴ πᾶσα παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου· πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτε ἐν ἄλλοις εἴδεσι γιγνομένη. Τελέα μὲν οὖν οὖσα καὶ ἐπτερωμένη μετεωροπολεῖ τε, καὶ ἅπαντα τὸν κόσμον διοικεῖ· ἡ δὲ πτεροῤῥυήσασα φέρεται, ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται· οὗ κατοικισθεῖσα, σῶμα γήϊνον λαβοῦσα, αὐτὸ αὑτὸ δοκοῦν κινεῖν διὰ τὴν ἐκείνης δύναμιν, ζῶον τὸ ξύμπαν ἐκλήθη, ψυχὴ καὶ σῶμα παγὲν, θνητόν τ' ἔσχεν ἐπωνυμίαν. « Omnis animus totius inanimati curam habet, totumque percurrit cœlum, alias videlicet alias sortitus species. Dum igitur perfectus est et alatus, sublimis incedit, et per totum mundum pervadit. Cum vero alæ ei defluxerint, fertur, donec solidum quidpiam comprehenderit : ubi habitaculum nactus, corpus terrenum suscipit, et ipsum illud movere videtur, propter illius potentiam, ac proinde totum illud, animus nimirum et D corpus, animal vocatur, et mortalis etiam appellationem habet. » Et pag. 248 : Ὅταν δὲ ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι μὴ ἴδῃ, καί τινι συντυχίᾳ χρησαμένη, λήθης τε καὶ κακίας πλησθεῖσα βαρυνθῇ, βαρυνθεῖσα δὲ πτεροῤῥυήσῃ τε, καὶ ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, etc. « Sin assequendi impotens, minime inspexerit, et infortunio quodam usus, oblivione et pravitate repletus gravetur; gravatus autem pennas amiserit, et in terram inciderit, etc. » SPENCER. — Spencerus lectionem suam e Platone, πτεροῤῥυούσης, confirmare poterit ex Origene, lib. VI, num. 43 et 44. Cæterum post vocem Πλάτωνα, libri editi habent καθ' ὅν. Boherellus recte delet καθ' ὅν, quod interturbat orationis seriem.

(59) *Καὶ οὐχ ὡς οἷόν τ' ἦν.* Scribendum videtur, καὶ ὡς οὐχ οἷόν τ' ἦν.

(60) Libb. editi in margine, τεσσαρεσκαίδεκα.

(61) *Πάντ' ἔχουσαν ἔνδον.* Vide Origenem homilia secunda in Genesim.

δυνάμει λέγεσθαι τὰ μέτρα· ὡς ἐννέα μὲν εἶναι μυριάδων τὸ μῆκος κατὰ τὴν βάσιν, κατὰ δὲ τὸ πλάτος δισχιλίων πεντακοσίων; Πῶς δ' οὐκ ἦν θαυμάσαι τὴν ἐπίνοιαν τοῦ ἐρηρεισμένην γενέσθαι, καὶ δυναμένην ὑπομεῖναι χειμῶνα κατακλυσμοῦ ποιητικόν; Καὶ γὰρ οὐ πίσσῃ τινὶ, οὐδ' ἄλλῃ τινὶ τοιαύτῃ ὕλῃ, ἀσφάλτῳ δὲ στεῤῥῶς ἐκέχριστο (62). Πῶς δ' οὐ θαυμαστὸν τὸ ζώπυρα παντὸς γένους εἰσάγεσθαι ἔνδον προνοίᾳ Θεοῦ, ἵν' ἔχῃ πάντων σπέρματα ζώων πάλιν ἡ γῆ, τοῦ Θεοῦ δικαιοτάτῳ ἀνδρὶ χρησαμένου, πατρὶ ἐσομένῳ τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμόν;

Ἔῤῥιψε δ' ὁ Κέλσος τὰ περὶ τῆς περιστερᾶς, ἵνα δόξῃ ἀνεγνωκέναι τὸ βιβλίον τὴν Γένεσιν, οὐδὲν δυνηθεὶς εἰπεῖν πρὸς τὸ ἐλέγξαι πλασματῶδες τὸ κατὰ τὴν περιστεράν. Εἶθ', ὡς ἔθος αὐτῷ ἐστιν ἐπὶ τὸ γελοιότερον μεταφράζειν τὰ γεγραμμένα, τὸν κόρακα εἰς κορώνην μετείληφε· καὶ οἴεται ταῦτα Μωϋσέα ἀναγεγραφέναι, ῥᾳδιουργοῦντα τὰ κατὰ τὸν παρ' Ἕλλησι Δευκαλίωνα· εἰ μὴ ἄρα οὐδὲ Μωϋσέως οἴεται εἶναι τὴν γραφὴν, ἀλλά τινων πλειόνων· τοιοῦτον γὰρ δηλοῖ τὸ, « παραχαράττοντες καὶ ῥᾳδιουργοῦντες τὸν Δευκαλίωνα· » καὶ τοῦτο· « Οὐ γὰρ, οἶμαι, προσεδόκησαν, ὅτι ταῦτ' εἰς φῶς πρόεισι. » Πῶς δ' οἱ ὅλῳ ἔθνει διδόντες τὰ γράμματα οὐ προσεδόκησαν αὐτὰ εἰς φῶς προελθεῖν; οἳ καὶ προεφήτευσαν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὴν θεοσέβειαν ταύτην κηρυχθήσεσθαι. Ὁ δὲ Ἰησοῦς τὸ, « Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς, » Ἰουδαίοις λέγων, τί ἄλλο ᾠκονόμει ἢ εἰς φῶς αὐτὸς θείᾳ δυνάμει προαγαγεῖν (63) πᾶσαν τὴν Ἰουδαϊκὴν Γραφὴν περιέχουσαν μυστήρια τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας; Εἶτα, ἐὰν μὲν τὰς Ἑλλήνων θεογονίας καὶ τὰς περὶ θεῶν δώδεκα ἱστορίας ἀναγιγνώσκωσι, σεμνοποιοῦσιν αὐτὰς ταῖς ἀλληγορίαις· ἐὰν δὲ τὰ ἡμέτερα διασύρειν βούλωνται, ἀτέχνως φασὶ παισὶ νηπίοις αὐτὰ μεμυθολογῆσθαι.

« Ἀτοπωτάτην » δὲ λέγει « καὶ ἔξωρον παιδοποιΐαν· » εἰ καὶ μὴ ὠνόμασε, δῆλον ὅτι λέγων τὴν τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῆς Σάῤῥας. Ῥίπτων δὲ καὶ τὰς « τῶν ἀδελφῶν ἐπιβουλὰς, » ἤτοι τὸν Κάϊν ἐπιβουλεύσαντα τῷ Ἄβελ λέγει, ἢ πρὸς τούτῳ καὶ τὸν Ἠσαῦ τῷ Ἰακώβ· « πατρὸς δὲ λύπην, » τάχα μὲν καὶ τὴν Ἰσαὰκ ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰακὼβ ἀποδημίᾳ (64), τάχα δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἰακὼβ διὰ τὸν Ἰωσὴφ πραθέντα εἰς Αἴγυπτον. « Μητέρων » δ' οἶμαι « ἐνέδρας » ἀναγράφοντα αὐτὸν, δηλοῦν τὴν Ῥεβέκκαν, οἰκονομήσασαν τὰς τοῦ Ἰσαὰκ εὐχὰς μὴ ἐπὶ τὸν Ἠσαῦ, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ἰακὼβ φθάσαι. Ἄγχιστα δὲ τούτοις πᾶσι συμπολιτευόμενον εἴ φαμεν τὸν Θεὸν, τί ἄτοπον πράσσομεν, πειθόμενοι μηδέποτε ἀφιστάνειν τὴν ἑαυτοῦ θειότητα

A urbi similis? Hic enim fit sermo de mensuris *quoad potestatem*: ita ut basis longa fuerit nonaginta millia cubitorum, lata autem bis mille et quingentos cubitos. Quam etiam admiratione dignum, illam ita firmiter compactam fuisse, ut tempestatibus diluvium adducentibus nihil læderetur! Neque enim pice aut alia simili materia, sed bitumine firmiter circumlita fuerat. Annon admirandum et istud, introductum fuisse Dei providentia omnium animalium seminarium, ut eorum genus omne terra rursus haberet; Deumque ad id adhibuisse justissimum hominem, qui esset parens omnium qui post diluvium erant nasciturі?

536 42. Carpit postea columbæ historiam, ut librum Geneseos legisse videatur; nec tamen quid- B quam excogitare potuit, quo fictam esse approbaret. Deinde, ut sui moris est ludo vertere nostras Scripturas, corvum in corniculam transformat. Tum putat a Moyse, qui hæc scripsit, adulteratam depravatamque fuisse Græcam Deucalionis historiam: si tamen harum rerum scriptorem fuisse Moysem existimat, et non potius plures alios. Hoc enim indicant hæc ejus verba: « Qua in re nihil agunt, quam depravare et interpolare Deucalionis historiam; » et ista: « Neque enim putabant, opinor, hæc in lucem esse proditura. » Sed quomodo non putabant ea in lucem proditura, qui suas scripturas universæ genti dabant, et qui prædicebant fore ut eadem illa religio gentibus omnibus annuntiaretur? Et istud Jesu ad Judæos: « Aufere- C tur a vobis regnum Dei et dabitur genti facienti fructus ejus [96], » quid aliud significat quam Judaicas Scripturas, quæ regni Dei mysteria continebant, per ipsum divina potestate in lucem prodituras? Nimirum cum a Græcis confictam deorum genealogiam duodecimque deorum legunt historias, iis per allegorias conciliant reverentiam; cum vero res nostras irridere libet, fabulas esse aiunt quæ puerulis nulla arte narrantur.

43. Cum nobis objicit « absurdam et intempestivam liberorum procreationem, » intelligit sine dubio Abraham et Saram [97], quamvis illos non nominet; cum autem « fratrum insidias, » respicit aut ad Cain insidias Abelo molientem [98], aut ad Jacob insidiantem Esavo; cum « patris tristitiam [99], » D indicat fortasse tristitiam Isaaci de Jacob peregrinatione [99*], fortasse etiam tristitiam Jacobi significat, propter Joseph in Ægypto venditum; cum « matrum dolos [1], » Rebeccam opinor notari curantem et Isaaci benedictiones non in Esau, sed in Jacob cadant [1*]. Attamen si dicamus Deum in iis omnibus suam interposuisse operam, quid absurdi facimus cum nobis pro certo sit illius ab iis nunquam dis-

[96] Matth. xxi, 43. [97] Gen. xxi, 22. [98] Gen. iv, 8. [99] Gen. xxvii, 41. [99*] Gen. xxviii, 2; [1] Gen. xxxvii, 34; [1*] Gen. xxvii, 6.

(62) *Ἀσφάλτῳ δὲ στεῤῥῶς ἐκέχριστο.* Ita recte omnino codex Basileensis. Respicit Origenes locum Geneseos xvi, 14, ἀσφαλτώσεις αὐτὴν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν τῇ ἀσφάλτῳ. In antea editis libris legitur, ἀσφαλτωδεστέρως ἐκέχριστο.

(63) Libb. editi, προσαγαγεῖν, sed codex Basil., προαγαγεῖν, rectius.

(64) Hœschelius, τοῦ Ἰακὼβ μᾶλλον ἐπιδημίᾳ, at codd. Regius et Basileensis, τοῦ Ἰακὼβ ἀποδημίᾳ rectius; neque enim video quo pacto hic τὸ, μᾶλλον, locum habere possit.

cedere divinitatem, qui illi honesta vita constanter adhærescunt? Subsannat etiam « divitias a Jacob apud Laban comparatas : » ignarus quo spectet istud : « Erant oves Laban ignobiles, Jacobi autem nobiles [2], » additque « Deum suis dedisse filiis asellos, oves et camelos. » Sed non videbat « hæc omnia in figura contigisse illis; scripta autem esse propter nos, in quos fines sæculorum devenerunt [3]. » Propter nos, inquam, apud quos varii mores, nobiles facti, a Verbo Dei reguntur, et dantur in possessionem ei qui figurate vocatur Jacob. Nam quæ de Laban et Jacob scripta sunt, significabant eos qui sunt e gentibus fidem in Christum amplexi.

537 44. At Celsus a mente Scripturarum longe remotus ait « Deum puteos etiam justis dedisse. » Nec enim observavit justos non comparare sibi foveas, sed fodere puteos et alte in terra quærere poculentarum aquarum scaturiginem [4]; quippe qui figurate accipiunt præceptum hoc : « Bibe aquas ex vasis tuis, et e puteorum tuorum fonte; ne supereffundantur aquæ e fonte tuo, sed aquæ tuæ in tuas plateas deriventur. Habeto eas solus, et nemo alienus sit particeps tui [5]. » Sæpe veris historiis Scriptura utitur, ut res majoris momenti altiorisque consilii significet. Hujusmodi sunt quæ de puteis, de conjugiis, de variis justorum uxoribus memorantur; quæ omnia opportunius explicaverit, qui commentarios in illa componet. Puteos autem a justis fuisse elaboratos, ut in Genesi scriptum est [6], indicio sunt putei illi admirabiles, qui apud Ascalonem ostenduntur, quique ob insolitam diversamque a reliquis puteis formam memoria digni sunt. Quod ad uxores legitimas et ancillas attinet, id quoque sensu tropologico esse accipiendum, non inventum nostrum est, sed id docuere sapientes qui ante nos fuerunt. Horum unus auditorem erigens ad tropologias sic loquitur : « Dicite mihi vos qui legem legitis, legem non intelligitis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera; sed qui de ancilla secundum carnem natus est; qui autem de libera, per repromissionem; quæ sunt per allegoriam dicta : hæc enim sunt duo testamenta. Unum quidem a monte Sina, in servitutem generans; quæ est Agar [7]. » Et paulo post : « Illa autem quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra [8]. » Et quisquis voluerit in manus sumere ad Galatas Epistolam, sciet qua ratione per allegoriam explicanda sint quæ de legitimis uxoribus et ancillis narrant Scripturæ, quæ quod corporeum esse vi-

A τῶν μετὰ τοῦ καλῶς καὶ ἐῤῥωμένως βιοῦν αὐτῷ ἀνακειμένων; Ἐχλεύασε δὲ « τὴν παρὰ τῷ Λάβαν κτῆσιν τοῦ Ἰακὼβ, » (μὴ νοήσας ἐπὶ τί ἀναφέρεται τὸ, « Καὶ ἦν τὰ ἄσημα τοῦ Λάβαν, τὰ δὲ ἐπίσημα τοῦ Ἰακὼβ, ») καί φησι « τὸν Θεὸν τοῖς υἱοῖς ὀνάρια καὶ πρόβατα καὶ καμήλους δεδωρῆσθαι· » καὶ οὐχ ἑώρα, « ὅτι πάντα ταῦτα τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ δι' ἡμᾶς, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε· » παρ' οἷς τὰ ποικίλα ἤθη, ἐπίσημα γινόμενα, τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ πολιτεύεται, δοθέντα κτῆσις τῷ τροπικῶς καλουμένῳ Ἰακώβ. Ἀπὸ γὰρ τῶν ἐθνῶν οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύοντες ἐδηλοῦντο διὰ τῶν ἀναγεγραμμένων περὶ Λάβαν καὶ Ἰακώβ.

Πόῤῥω δὲ τυγχάνων τοῦ βουλήματος τῶν γεγραμ- B μένων, φησὶ « τὸν Θεὸν καὶ φρέατα τοῖς δικαίοις δεδωκέναι. » Οὐ γὰρ ἐτήρησεν, ὅτι οἱ δίκαιοι λάκκους μὲν οὐ κατασκευάζουσι, φρέατα δὲ ὀρύσσουσι, τὴν ἐνυπάρχουσαν γῆν καὶ ἀρχὴν τῶν ποτίμων ἀγαθῶν (65) ἐξευρεῖν ζητοῦντες, ἅτε καὶ τροπικὴν λαμβάνοντες ἐντολὴν, τὴν φάσκουσαν· « Πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, καὶ ἀπὸ σῶν φρεάτων πηγῆς· μὴ ὑπερεκχείσθω σοι ὕδατα ἔξω τῆς σῆς πηγῆς, εἰς δὲ σὰς πλατείας διαπορευέσθω τὰ σὰ ὕδατα. Ἔστω σοι μόνῳ ὑπάρχοντα, καὶ μηδεὶς ἀλλότριος μετασχέτω σοι. » Πολλαχοῦ δὲ ἱστορίαις γενομέναις (66) συγχρησάμενος ὁ λόγος ἀνέγραψεν αὐτὰς εἰς παράστασιν μειζόνων καὶ ἐν ὑπονοίᾳ δηλουμένων· ὁποῖά ἐστι καὶ τὰ περὶ τὰ φρέατα, καὶ τὰ περὶ τοὺς γάμους, καὶ τὰς διαφόρους μίξεις τῶν δικαίων· περὶ ὧν εὐκαιρό- C τερον ἐν τοῖς εἰς αὐτὰ ἐκεῖνα ἐξηγητικοῖς τις σαφηνίζειν πειράσεται. Ὅτι δὲ καὶ φρέατα ἐν γῇ Φιλιστιαίων κατεσκεύασται ὑπὸ τῶν δικαίων, ὡς ἐν τῇ Γενέσει ἀναγέγραπται, δῆλον ἐκ τῶν δεικνυμένων ἐν τῇ Ἀσκάλωνι (67) θαυμαστῶν φρεάτων, καὶ ἱστορίας ἀξίων διὰ τὸ ξένον καὶ παρηλλαγμένον τῆς κατασκευῆς ὡς πρὸς τὰ λοιπὰ φρέατα. Νύμφας τε καὶ θεραπαινίδας ἀνάγεσθαι ἐπὶ τροπολογίαν, οὐχ ἡμεῖς διδάσκομεν, ἀλλ' ἄνωθεν ἀπὸ σοφῶν παρειλήφαμεν· ὧν εἷς τις ἔφασκε, διεγείρων τὸν ἀκροατὴν ἐπὶ τροπολογίας· « Λέγετέ μοι οἱ τὸν νόμον ἀναγινώσκοντες (68), τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε; Γέγραπται γὰρ, ὅτι ὁ Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν· ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παι- D δίσκης κατὰ σάρκα γεγέννηται, ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας διὰ τῆς ἐπαγγελίας· ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. Αὗται γάρ εἰσιν αἱ δύο διαθῆκαι· μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Ἡ δὲ ἄνω, φησὶν, Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστιν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. » Ὁ δὲ βουλόμενος λαβεῖν (69) τὴν πρὸς Γαλάτας ἐπιστολὴν εἴσεται τίνα τρόπον ἠλληγόρηται τὰ κατὰ τοὺς γάμους

[2] Gen. xxx, 43. [3] I Cor. x, 11. [4] Gen. xxvi, 15. [5] Prov. v, 15. [6] Gen. xxvi, 15. [7] Galat. iv, 21 et seqq. [8] ibid. 26.

(65) *Γῆν καὶ ἀρχὴν τῶν ποτίμων ἀγαθῶν*. Boherello scribendum videtur, πηγὴν καὶ ἀρχὴν τῶν ποτίμων ὑδάτων.
(66) Libb. editi in margine, γενόμενος, male.
(67) *Ἐν τῇ Ἀσκάλωνι*. Forsan Origenes istos puteos vidit, cum in Palæstinam peregrinatus est, ubi presbyterii honore dignatus est.
(68) Vulgatus Apostoli textus, ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι.
(69) Codd. Regius et Basileensis, λαβών. Paulo

καὶ τὰς μίξεις τῶν θεραπαινίδων· βουλομένου τοῦ λόγου καὶ ἡμᾶς οὐ τὰς σωματικὰς νομιζομένας πράξεις ζηλοῦν τῶν ταῦτα πεποιηκότων, ἀλλ' (ὡς καλεῖν εἰώθασιν οἱ τοῦ Ἰησοῦ ἀπόστολοι) τὰς πνευματικάς.

Δέον δ' αὐτὸν, τὸ φιλάληθες τῶν ἀναγραψάντων τὰς θείας Γραφὰς ἀποδεξάμενον, μὴ κρυψάντων καὶ τὰ ἀπεμφαίνοντα, προσαχθῆναι καὶ περὶ τῶν λοιπῶν καὶ παραδοξωτέρων ὡς οὐ πεπλασμένων· ὁ δὲ τοὐναντίον πεποίηκε, καὶ τὰ περὶ τὸν Λὼτ, καὶ τὰς θυγατέρας, οὔτε κατὰ τὸ ῥητὸν ἐξετάσας, οὔτε κατὰ τὴν ἀναγωγὴν ἐρευνήσας, «τῶν Θυεστείων» εἶπε «κακῶν ἀνομώτερα.» Τὰ μὲν οὖν τῆς κατὰ τὸν τόπον τροπολογίας οὐκ ἀναγκαῖον νῦν λέγειν· τίνα τε τὰ Σόδομα, καὶ τίς ὁ πρὸς τὸν ἐκεῖθεν διασωζόμενον τῶν ἀγγέλων λόγος, φασκόντων· «Μὴ περιβλέψῃ εἰς τὰ ὀπίσω, μηδὲ στῇς ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ· εἰς τὸ ὄρος σώζου, μήποτε συμπαραληφθῇς·» καὶ τίς ὁ Λὼτ, τίς τε ἡ γυνὴ αὐτοῦ, γενομένη στήλη ἁλὸς διὰ τὸ ἐστράφθαι εἰς τοὐπίσω· καὶ τίνες αἱ θυγατέρες αὐτοῦ, καταμεθύσκουσαι τὸν πατέρα, ἵνα γένωνται ἐξ αὐτοῦ μητέρες. Φέρε δὲ τὰ τῆς κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀπεμφάσεως δι' ὀλίγων παραμυθησόμεθα. Τὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ ἀδιαφόρων ἐζήτησαν καὶ Ἕλληνες φύσιν· καὶ οἱ ἐπιτυγχάνοντές γε αὐτῶν τὰ μὲν ἀγαθὰ καὶ κακὰ κατατίθενται ἐν προαιρέσει μόνῃ, πάντα δὲ ἀδιάφορα τῷ ἰδίῳ λόγῳ φασὶν εἶναι τὰ χωρὶς προαιρέσεως ἐξεταζόμενα· τὴν δὲ προαίρεσιν, τούτοις χρωμένην δεόντως μὲν, ἐπαινετὴν εἶναι, οὐ δεόντως δὲ ψεκτήν. Εἶπον οὖν ἐν τῷ περὶ ἀδιαφόρων τόπῳ, ὅτι τῷ ἰδίῳ λόγῳ θυγατράσι μίγνυσθαι ἀδιάφορόν ἐστιν, εἰ καὶ μὴ χρὴ ἐν ταῖς καθεστώσαις πολιτείαις τὸ τοιοῦτον ποιεῖν. Καὶ ὑποθέσεως χάριν, πρὸς παράστασιν τοῦ ἀδιάφορον εἶναι τὸ τοιοῦτον, παρειλήφασι τὸν σοφὸν μετὰ τῆς θυγατρὸς μόνης καταλελειμμένον, παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους διεφθαρμένου· καὶ ζητοῦσιν, εἰ καθηκόντως ὁ πατὴρ συνελεύσεται τῇ θυγατρὶ, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀπολέσθαι, κατ' αὐτὴν τὴν ὑπόθεσιν, τὸ πᾶν τῶν ἀνθρώπων γένος. Ἆρ' οὖν παρὰ μὲν Ἕλλησιν ὑγιῶς ταῦτα λέγεται, καὶ οὐκ εὐκαταφρόνητος αὐτοῖς αἵρεσις ἡ τῶν Στωϊκῶν (70) συναγορεύει· ἐπὰν δὲ κόρια, περὶ ἐκπυρώσεως τοῦ κόσμου μεμαθηκότα, οὐ τετρανωκότα δὲ, ἰδόντα πῦρ διειληφὸς τὴν πόλιν αὐτῶν καὶ τὴν χώραν, ὑπολαμβάνοντα ζώπυρον τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων καταλελεῖφθαι ἐν τῷ πατρὶ καὶ αὐταῖς, βουληθῇ διὰ τὴν τοιάνδε ὑπόληψιν συστήσασθαι τὸν κόσμον, ἐλάττονα ἔσται τοῦ κατὰ τὴν τῶν Στωϊκῶν ὑπόθεσιν σοφοῦ καθηκόντως ἐν τῇ φθορᾷ τῶν πάντων ἀνθρώπων μιγνυμένου ταῖς θυγατράσιν; Οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι προσκόψαντές τινες τῷ βουλήματι τῶν τοῦ Λὼτ θυγατέρων, καὶ ἀνόσιον τὸ ἔργον εἶναι ὑπειλήφασι· καὶ ὡς ἐξ ἀνοσίων μίξεων εἰρήκασι

A detur in actionibus eorum qui hæc fecerunt, id nolunt nos imitari; sed quod spiritale est, ut loqui amant Jesu apostoli.

45. Jam Celsus, cum illam auctorum divinæ Scripturæ sinceritatem, qua ne inhonesta quidem dissimulant, probare debuisset et eadem induci ad credendum cætera et prodigiosiora non fuisse conficta, contrarium facit, et quod de Lot ejusque filiabus refertur [9], nec litterali nec spiritali sensu investigato, illud «Thyesteis facinoribus immanius esse» pronuntiat. At vero nihil necesse est nunc dicere, quid hæc historia **538** sensu tropologico accepta doceat; ut nec quid Sodoma, aut
B quid sermo angelorum ad eum qui inde servatus est, dicentium: «Noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione; sed in monte salvum te fac, ne et tu simul pereas [10],» nec quid Lot, nec quid uxor ejus in columnam salis conversa eo quod post se respexerat; nec quid ejus filiæ inebriantes patrem, ut ex illo matres fierent. Attamen quæ magis in hac historia videntur offendere paucis emolliamus. Ipsi Græci quæsierunt quæ bonorum, et malorum, et indifferentium natura sit; et qui eorum melius rem assecuti sunt, bona et mala docuerunt sita esse in solo voluntatis proposito; id autem esse proprie indifferens quod electum non est a voluntate, et quo prout voluntas utitur bene aut male, laude aut vituperio digna est. Jam vero
C ubi de indifferentibus agunt, inter ea recensent cum filia concubitum, quamvis id in constitutis civitatibus fieri non oporteat. Atque ut ostendant illud esse indifferens, ponunt sapientem solum, toto humano genere exstincto, cum sola sua filia relictum esse superstitem, et quærunt liceretne sapienti cum filia concumbere, ut ne totum hominum genus periret. An hæc recte disserentur a Græcis et a spectabili apud ipsos Stoicorum secta comprobabuntur; et puellæ, quæ de mundi conflagratione audierant nec tamen plene intellexerant, quæ flammis urbem suam et agros absumptos videbant, quæ in se solis et patre relictum esse putabant generis humani seminarium, si hac opinione
D permotæ mundi sarcire ruinas voluerint, pejores erunt illo sapiente, qui, ut Stoici ponunt, pereunte mundo posset nullo crimine cum sua filia liberis operam dare? Scio nonnullos fuisse quibus offendiculo esset istud filiarum Lot consilium, quique nefarium judicarent quod fecerunt, et ex illo incesto concubitu dicerent exortas fuisse duas exsecratas gentes Moabitarum et Ammonitarum. Et revera istud divina Scriptura nec aperte pro-

[9] Gen. XIX, 33. [10] Gen. XIX, 17.

post codex Basileensis, ἠλληγόρηται. Libb. editi, ἀλληγορεῖται.

(70) *Τῶν Στωϊκῶν*. Clem. Alex., *Strom.* II: Ἔτι κατὰ μὲν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἀδιάφορον ὅ τε γάμος ἥ τε παιδοτροφία. «Adhuc juxta Stoicos indifferens quid sunt nuptiæ et liberorum educatio.» Theodoret., serm. 12, *De virtute activa*: Οἱ δὲ τῆς Ποικίλης μέσην τινὰ ὁδὸν ὥδευσαν· τοῖς γὰρ ἀδιαφόροις τὸν γάμον καὶ τὴν παιδογονίαν ξυνέζευξαν. «At Stoici media quadam via incesserunt. Conjugia enim ac liberorum susceptionem inter indifferentia recensuerunt.» SPENCER.

bat uspiam ut recte factum, nec ut male factum reprehendit et improbat. Sed utcunque se habet, tropologico sensu explicari et aliquo modo excusari potest.

46. Memorat etiam « odium, » Esau, opinor, contra Jacob, Esau illius quem Scriptura ut malum hominem repræsentat [11]. Deinde invehitur in Simeon et Levi, « quod vim sorori suæ a
539 filio regis Sichimorum illatam ulti fuerint, [12] » nec tamen factum clare exponit; hinc transit ad « fratres vendentes, » filios Jacob indicans; « Frater venditus » sequitur, Joseph scilicet; et « pater deceptus » est Jacob, qui, cum filii versicolorem Josephi tunicam ostenderunt, nihil suspicatus mali fidem illis adjunxit et Josephum ut exstinctum lamentatus est, qui tamen in Ægypto serviebat [13]. Atque hic adverte quomodo Celsus odio, non veritatis studio, omnes illas historias colligat. Si qua dat accusationi locum, hanc arripit; de ea vero ne verbum quidem facit quæ argumentum præberet insignis temperantiæ; qualis fuit Josephi, quem sua domina nec precibus nec minis adducere potuit, ut ipsius amori obsequeretur [14]. Sic enim multo majora, quam Bellerophon, fecisse videretur Joseph qui in carcere includi, quam castitatis leges violare maluit. Hinc est, quod cum posset se defendere, et adversus accusatricem causam suam agere, magno animo obmutuerit, Deoque se suaque commiserit.

47. Postea Celsus meminit, sed perfunctorie et obscure admodum, somniorum præfecti pincernis, et præfecti pistoribus [15], et Pharaonis, eorumque somniorum explicationis, cujus occasione Joseph eductus est e carcere, ut secundam a Pharaone sedem apud Ægyptios occuparet [16]. Sed quid absurdi habebat in se hæc historia, ut inter accusationis capita recenseretur ab illo, qui licet suum librum inscripserit *sermonem verum*, nullum tamen in eo dogma exponit, sed id agit unum ut Christianos et Judæos redarguat? Addit « fratrem venditum, fratribus, qui ipsum vendiderant et quos fames in Ægyptum ire cum asinis ad mercaturam compulerat, benigne largitum fuisse [17]; » quæ silentio præterit. Nec obliviscitur « renovatæ inter fratres notitiæ [18]; » sed quo consilio, aut quid absurdi in hac re videat, plane nescio. Nam ne Momus quidem, ut ita loquar, posset invenire quod merito morderet in hac historia, quæ etiam sine tropologiæ auxilio plurimum ad virtutem excitat. Memorat « Josephum e servitute, in quam venditus erat, in

A γεγονέναι ἔθνη ἐπάρατα, τὸ Μωαβιτῶν καὶ τὸ Ἀμμανιτῶν. Καὶ ἀληθῶς γε οὐχ εὑρίσκεται ἡ θεία Γραφὴ σαφῶς παραδεξαμένη ὡς καλῶς γεγενημένον τὸ τοιοῦτον, ἢ αἰτιασαμένη καὶ μεμψαμένη. Πλὴν, ὅπως ποτὲ ἔχει τὸ γενόμενον, ἀνάγεται μὲν ἐπὶ τροπολογίαν, ἔχει δέ τινα καὶ καθ' αὑτὸ ἀπολογίαν.

Παραῤῥίπτει δ' ὁ Κέλσος « τὴν ἀπέχθειαν, » οἶμαι τοῦ Ἡσαῦ πρὸς τὸν Ἰακὼβ, ἀνδρὸς κατὰ τὴν Γραφὴν ὁμολογουμένου φαύλου· καὶ μὴ σαφῶς ἐκτιθέμενος τὰ περὶ τὸν Συμεὼν καὶ τὸν Λευῒ, « ἐπεξελθόντας τῇ ὕβρει τῆς ἀδελφῆς, » βιασθείσης ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως Σικίμων, σφᾶς αἰτιᾶται· « ἀδελφοὺς δὲ πωλοῦντας, » τοὺς υἱοὺς λέγει τοῦ Ἰακὼβ· καὶ « ἀδελφὸν πιπρασκόμενον » τὸν Ἰωσήφ· καὶ « πατέρα ἐξαπατώμενον » τὸν Ἰακὼβ, ἐπεὶ, μηδὲν ὑπο-
B νοήσας περὶ τῶν υἱῶν ἐπιδεικνύντων τὸν ποικίλον χιτῶνα τοῦ Ἰωσήφ, ἀλλὰ πιστεύσας αὐτοῖς ἐπένθει ὡς ἀπωλολότα τὸν Ἰωσήφ, ἐν Αἰγύπτῳ δουλεύοντα. Ὅρα δὲ τίνα τρόπον ἀπεχθῶς καὶ οὐ φιλαληθῶς συνήγαγε τὰ ἀπὸ τῆς ἱστορίας ὁ Κέλσος· ὥστε ὅπου μὲν ἐδόκει αὐτῷ κατηγορίαν περιέχειν ἡ ἱστορία, ἐκτίθεται αὐτήν· ὅπου δὲ σωφροσύνης ἀξιολόγου ἐπίδειξις γεγένηται, τοῦ Ἰωσὴφ οὐκ ἐνδόντος πρὸς τὸν ἔρωτα τῆς νομιζομένης δεσποίνης, πῆ μὲν παρακαλούσης, πῆ δ' ἀπειλούσης, οὐδ' ὑπεμνήσθη τῆς ἱστορίας. Πολλῷ γὰρ κρείττονα τῶν κατὰ τὸν Βελλεροφόντην (71) ἱστορουμένων ἴδωμεν ἂν τὸν Ἰωσὴφ, ἑλόμενον κατακλεισθῆναι ἐν φυλακῇ, ἤπερ ἀπολέσθαι τὸν σώφρονα (72). Δυνάμενος οὖν ἀπο-
C λογήσασθαι καὶ δικαιολογήσασθαι πρὸς τὴν κατηγορήσασαν, μεγαλοψύχως ἀπεσιώπησε, τῷ Θεῷ ἐπιτρέψας τὰ καθ' ἑαυτόν.

Μετὰ ταῦτα ὁ Κέλσος ὁσίας ἕνεκεν μετὰ πάσης ἀσαφείας ὑπομιμνήσκεται τῶν ὀνειράτων τοῦ ἀρχιοινοχόου καὶ τοῦ ἀρχισιτοποιοῦ καὶ τοῦ Φαραὼ, καὶ τῆς λύσεως αὐτῶν, ἐξ ἧς προήχθη (73) ἀπὸ τῆς φυλακῆς ἐπὶ τὸ ἐμπιστευθῆναι ὑπὸ τοῦ Φαραὼ τὸν δεύτερον κατ' Αἰγυπτίων θρόνον ὁ Ἰωσήφ. Τί οὖν ἄτοπον εἶχεν ὁ λόγος τῆς ἱστορίας καὶ καθ' ἑαυτὸν, ὅτι αὐτὰ ἔθηκεν ἐν μέρει κατηγορίας, ὁ *ἀληθῆ λόγον* ἐπιγράψας τὸν οὐ δόγματα ἐκτιθέμενον, ἀλλὰ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων κατηγορήσαντα; Καὶ « τοῖς πωλήσασί γε ἀδελφοῖς λιμώττουσι καὶ σταλεῖσι κατ' ἐμπορίαν μετὰ τῶν ὄνων, φησὶ, χαριζόμενον τὸν
D πραθέντα πεποιηκέναι, » ἃ οὐδὲ παρέστησεν ὁ Κέλσος. Καὶ « τὸν ἀναγνωρισμὸν » δὲ τίθησιν· οὐκ οἶδα τί βουλόμενος, καὶ τί ἐμφαίνων ἄτοπον ἐκ τοῦ ἀναγνωρισμοῦ· οὐδὲ γὰρ, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, καὶ αὐτῷ τῷ Μώμῳ (74) δυνατὸν ἦν τούτων εὐλόγως κατηγορεῖν, καὶ χωρὶς τῆς τροπολογίας ἐχόντων πολὺ τὸ ἀγωγόν. Τίθησι δὲ καὶ « τὸν εἰς δοῦλον πραθέντα Ἰωσὴφ ἐλευθερούμενον, καὶ μετὰ πομπῆς ἐπανιόντα πρὸς τὸν τοῦ πατρὸς τάφον· » καὶ νομίζει κατηγορίαν περι-

[11] Gen. xxvii, 41. [12] Gen. xxxiv, 25. [13] Gen. xxxvii, 28, 31 et seqq. [14] Gen. xxxix, 8. [15] Gen. xl 5. [16] Gen. xli, 1 et seqq. [17] Gen. xlii, 1 et seqq. [18] Gen. xlv, 1.

(71) *Τῶν κατὰ τὸν Βελλεροφόντην.* Vide Homeri *Iliad.* lib. viii, v. 160, et Juvenal. satyr. x.

(72) *Τὸν σώφρονα.* Legendum videtur, νοῦν σώφρονα, vel τὸ σῶφρον.

(73) *Ἐξ ἧς προήχθη*, etc. Sic recte mss. Hœschelius vero et Spencerus, ἐξῆς προήχθη ἀπὸ τῆς φυλακῆς ὑπὲρ τοῦ ἐμπιστευθῆναι.

(74) Libb. editi in margine, κόσμῳ, male.

ἔχειν τὸν λόγον, εἰπὼν τό· « Ὑφ' οὗ (δῆλον δ' ὅτι τοῦ A Ἰωσήφ), τὸ λαμπρὸν καὶ θεσπέσιον Ἰουδαίων γένος, ἐπὶ πλῆθος ἐν Αἰγύπτῳ σπαρὲν, ἔξω που παροικεῖν, καὶ ποιμαίνειν ἐν τοῖς ἀτίμοις ἐκελεύσθη (75). » Καὶ προσέθηκεν ἀπὸ τῆς μισητικῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως « τὸ ἐν ἀτίμοις αὐτοὺς κεκελεῦσθαι ποιμαίνειν· » οὐ παραστήσας πῶς Γεσὲμ ὁ Αἰγυπτίων νομὸς (76) ἄτιμός ἐστι. Τὴν δ' ἀπ' Αἰγύπτου ἔξοδον τοῦ λαοῦ « φυγὴν » ὠνόμασεν· οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὑπομνησθεὶς τῶν ἐν τῇ Ἐξόδῳ γεγραμμένων περὶ τῆς ἐξόδου τῶν Ἑβραίων ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ἐξεθέμεθα δὲ καὶ ταῦτα, παραδεικνύντες, ὅτι καὶ τὰ μηδὲ κατὰ τὸ ῥητὸν τοῦ κατηγορεῖσθαι φανέντα ἄξια ἔθηκεν ἐν μοίρᾳ κατηγορίας καὶ φλυαρίας ὁ Κέλσος, μὴ παραστήσας λόγῳ ὃ οἴεται μοχθηρὸν τῆς Γραφῆς ἡμῶν.

libertatem vindicatum, et cum pompa patris corpus ad sepulcrum reducentem [19]; » hincque sibi dari contumeliæ nobis aspergendæ locum arbitratus ait: « A quo (Josepho scilicet), cum splendidum illud et divinum Judæorum genus in Ægypto propagatum fuisset et plurimum accrevisset, jussum est alicubi seorsum et in despectis locis inquilinorum jure vivere pascendis gregibus. » Sed quod hic ait, « jussum esse in despectis locis greges pascere, » id suum sibi suggessit odium; cum non probet quomodo Gessen Ægypti provincia
540 despecta fuerit [20]. Denique egressum illius populi ex Ægypto « fugam » appellat, silentio prætermittens quæ in libro Exodi narrantur de illo Hebræorum egressu ex Ægypto. Atque hæc in medium adduxi, ut ostenderem quæ nugator ille Celsus ad nos accusandos capita elegit, ea ne litterali quidem sensu videri digna quæ reprehendantur. Ac neque ipse indicat quid in his Scripturarum nostrarum locis malum judicet.

Εἶτα, ὡς εἰς τὸ μισεῖν μόνον καὶ ἀπεχθάνεσθαι τῷ B κατ' Ἰουδαίους καὶ Χριστιανοὺς λόγῳ ἑαυτὸν ἐπιδεδωκὼς, φησὶν, ὅτι « καὶ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν οἱ ἐπιεικέστεροι ταῦτ' ἀλληγοροῦσι· » λέγει δὲ « αἰσχυνομένους ἐπὶ τούτοις, καταφεύγειν (77) ἐπὶ τὴν ἀλληγορίαν. » Εἴπε δ' ἄν τις πρὸς αὐτὸν, ὅτι, εἴπερ αἰσχύνης ἄξια τὰ κατὰ τὴν πρώτην ἐκδοχὴν χρὴ λέγειν μύθων καὶ ἀναπλασμάτων, εἴτε δι' ὑπονοίας γεγραμμένων εἴτε ἄλλως ὁπωσοῦν· ἐπὶ τίνων τοῦτο ἢ ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν χρὴ λέγειν ἱστοριῶν; ἐν αἷς υἱοὶ θεοὶ πατέρας θεοὺς ἐκτέμνουσι (78), καὶ πατέρες θεοὶ υἱοὺς θεοὺς καταπίνουσι· καὶ θεὰ μήτηρ ἀντιδίδωσιν υἱοῦ τῷ πατρὶ ἀνδρῶν τε θεῶν τε λίθον (79)· καὶ πατὴρ θυγατρὶ μίγνυται· καὶ γυνὴ καταδεῖ τὸν ἄνδρα, συνεργοὺς εἰς τοὺς δεσμοὺς παραλαμβάνουσα τὸν ἀδελφὸν τοῦ καταδουμένου καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ. Καὶ τί με δεῖ καταλέγειν τὰς περὶ θεῶν ἀτόπους Ἑλλήνων ἱστορίας, αἰσχύνης αὐτόθεν ἀξίας, καὶ ἀλληγορουμένας; ὅπου γε ὁ Σολεὺς Χρύσιππος, ὁ τὴν Στοὰν τῶν φιλοσόφων πολλοῖς συγγράμμασι συνετοῖς κεκοσμηκέναι νομιζόμενος, C παρερμηνεύει γραφὴν (80) τὴν ἐν Σάμῳ, ἐν ᾗ ἀῤῥητοποιοῦσα ἡ Ἥρα τὸν Δία ἐγέγραπτο. Λέγει γὰρ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασιν ὁ σεμνὸς φιλόσοφος, ὅτι

48. Deinde quasi id agens, ut suum contra Judæorum et Christianorum doctrinam odium testatum faciat, « qui inter Judæos, inquit, et Christianos sunt verecundiores hæc omnia allegoriis explicant; » additque « eos ad allegoriam confugere, quia talium rerum pudet. » At, dixerit aliquis, si fabulæ et figmenta ad occultum quid tegendum aut quovis alio consilio adhibita, propter sensum quem primum offerunt, digna dicenda sunt quorum pudeat, ecquæ sunt historiæ, de quibus hoc magis dictum oporteat, quam Græcorum, ubi dii filii deos patres emasculant, et dii patres deos filios devorant; dea mater pro filio dat patri hominumque deumque lapidem; et pater filiæ vitium offert; uxor marito vincula injicit, conferentibus operam ipsius mariti fratre et filia? Et quid referam absurdas Græcorum de diis historias pudendas per sese, etiam cum allegoriis explicantur? Exemplo sit Chrysippus Solensis ille, qui Porticum multis eisque doctis operibus illustrasse creditur. Is gravis philosophus, tabulam in Samo positam interpretans in qua Juno obscenæ Jovis libidini obsequens depicta fuerat, ait in suis libris materiam in se recipere Dei seminales rationes, easque in se ad D cessas nuptiis capere voluptates, sed ore quoque patrare quæ minime dicere expediat. »

[19] Gen. L, 7. [20] Gen. XLVII, 6.

(75) Iidem in textu, κελευσθέν, sed codd. Regius et Basileensis, ἐκελεύσθη, rectius.

(76) Libb. editi male, pro νομός habent νόμος. Iidem post νομός recte videntur omittere ἡ βοσκὴ καὶ ὁ τόπος, quæ tamen in codice Basileensi reperiuntur.

(77) Libb. editi in textu, λέγοι δὲ αἰσχυνομένους ἐπὶ τούτοις, φεύγειν, sed mss. ut in nostro textu.

(78) Libb. editi male, πατέρας υἱοὺς ἐκτέμνουσι.

(79) Λίθον. Apollodorus, lib. I *De origine deorum*: Ῥέα δὲ, λίθον σπαργανώσασα, δέδωκε Κρόνῳ καταπιεῖν, ὡς τὸν γεγεννημένον παῖδα. « Rhea autem lapidem pannis involutum, ceu puerum recens natum dedit Saturno comedendum. » SPENCER. Infra libb. editi in textu, συγγράμμασι νοητοῖς κεκοσμηκέναι, sed mss., συγγράμμασι συνετοῖς κεκοσμηκέναι.

(80) Παρερμηνεύει Γραφήν. Theophil. Antioch., lib. III *ad Autolycum*, pag. 118. Τήν τε Ἥραν ἰδίαν ἀδελφὴν αὐτῶν μὴ μόνον τὸν διὰ γάμου, ἀλλὰ καὶ διὰ στόματος ἀνάγνου ἀῤῥητοποιεῖν. « Junonem quoque eorum sororem propriam non solum con- Laert. in *Chrysippo*: Εἰσὶ δὲ οἳ κατατρέχουσι τοῦ Χρυσίππου, ὡς πολλὰ αἰσχρῶς καὶ ἀῤῥήτως ἀναγεγραφότος. Ἐν μὲν γὰρ τῷ *Περὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων* συγγράμματι αἰσχρῶς τὰ περὶ τὴν Ἥραν καὶ τὸν Δία ἀναπλάττει, λέγων κατὰ τοὺς ἑξακοσίους στίχους, ἃ μηδεὶς ἠτυχηκὼς μολύνειν τὸ στόμα εἴποι ἄν· αἰσχροτάτην γὰρ (φασὶ,) ταύτην ἀναπλάττει ἱστορίαν, εἰ καὶ ἐπαινεῖ ὡς φυσικὴν, χαμαιτύπαις μᾶλλον πρέπουσαν ἢ θεοῖς. « Sunt autem qui in Chrysippum, tanquam in eum qui multa turpiter ac nefarie scripserit, invehuntur. Nam in commentario *De antiquis physiologis*, quæ de Jove et Junone tradit, turpiter confingit, sexcentis versibus ea scribens, quæ nemo ne ore quidem inquinatissimo scriberet. Turpissimam enim, inquiunt, illam scribit historiam (tametsi laudat ut physicam) scortisque potius quam diis congruentem. » SPENCER. Ibidem mss., ἐν ᾗ ἀῤῥητοποιοῦσα. Libb. editi in textu, ἐν οἷς ἀῤῥητοποιοῦσα.

rerum omnium ornatum continere. Materiam enim in hac Samia tabula Juno significabat, Jupiter vero Deum. Hæc, et aliæ sexcentæ similes fabulæ in causa sunt, cur summum deum Jovis, solem Apollinis, lunam Dianæ nomine appellare nolimus. Sed puram in Conditorem exercentes pietatem, præclaraque ejus opera laudantes, ne nomine quidem res divinas contaminamus. Qua in re Platonem sequimur, qui in *Philebo* voluptatem in deos negat esse referendam: « Mea enim hæc est, **541** inquit, o Protarche, erga nomina deorum reverentia. » Nos igitur adversus Dei præclarorumque ejus operum nomen eam adhibemus reverentiam, ut ne tropologicæ quidem interpretationis prætextu admittamus ullam fabulam, quæ juventutis corrumpere animos possit.

A τοὺς σπερματικοὺς λόγους τοῦ θεοῦ ἡ ὕλη παραδεξαμένη ἔχει ἐν ἑαυτῇ εἰς κατακόσμησιν τῶν ὅλων. Ὕλη γὰρ ἡ ἐν τῇ κατὰ τὴν Σάμον γραφῇ ἡ Ἥρα, καὶ ὁ θεὸς ὁ Ζεύς. Καὶ διὰ ταῦτα δὴ ἡμεῖς, καὶ διὰ τοὺς τοιούτους μύθους καὶ ἄλλους μυρίους, οὐδὲ μέχρις ὀνόματος θέλομεν Δία καλεῖν τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν, οὐδ' Ἀπόλλωνα τὸν ἥλιον, οὐδ' Ἄρτεμιν τὴν σελήνην. Ἀλλὰ καθαρὰν εὐσέβειαν εἰς τὸν δημιουργὸν ἀσκοῦντες, καὶ τὰ καλὰ αὐτοῦ δημιουργήματα εὐφημοῦντες, οὐδὲ μέχρι ὀνόματος χραίνομεν τὰ θεῖα· ἀποδεχόμενοι τοῦ Πλάτωνος τὸν ἐν *Φιλήβῳ* (81) λόγον, μὴ βουληθέντος τὴν ἡδονὴν παραδέξασθαι θεόν· « Τὸ γὰρ ἐμὸν, φησὶ, δέος, ὦ Πρώταρχε, περὶ τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα τοιόνδε ἐστίν. » Ἡμεῖς οὖν ἀληθῶς ἔχομεν δέος περὶ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν καλῶν
B αὐτοῦ δημιουργημάτων, ὡς μηδὲ προφάσει τροπολογίας μῦθόν τινα παραδέξασθαι ἐπὶ βλάβῃ τῶν νέων.

49. Quod si legisset nostras æquo animo Scripturas, non dixisset utique « eas non posse allegoriam pati. » Neque enim ex historia ipsa, sed ex prophetiis in quibus historiæ narrantur, cognoscere est quæ sint historiæ quæ eo fine scriptæ sunt ut allegoriis explicarentur: quod sapientissime provisum est, ut et simplici fidelium vulgo et iis paucis convenirent qui res altius et prudenter scrutari vellent aut possent. Ac fortasse probabile quid Celsus dicere videretur, si Scripturas allegoriis interpretari inventum esset recens ab iis e Judæis et Christianis, quos Celsus modestiores vocat, excogitatum; cum autem id fecerint vel ipsi dogmatum parentes et scriptores; quid aliud cogitandum est, quam illa fuisse scripta sic, ut eorum præcipua mens in allegoriis contineatur? Atque ut palam fiat Celsum nostras calumniari Scripturas, cum eas ait pati non posse allegoriam, pauca e multis exempla seligam. Sic Paulus Jesu apostolus: « In lege scriptum est: Non alligabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat, arare, et qui triturat in spe fructus percipiendi [21]. » Et alio in loco: « Scriptum est enim, propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una. Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia [22]. » Et alibi: « Novimus autem quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari [23]. » Deinde interpretans historias de manna et de aqua, quæ ex petra mirifice profluxisse scribitur: « Et omnes, inquit, eamdem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eumdem potum spiritalem biberunt. Bibebant enim de spiritali consequente eos petra; petra autem

Εἰ δ' ἀδεκάστως ἀνεγνώκει τὴν Γραφὴν ὁ Κέλσος, οὐκ ἂν εἶπεν « οὐχ οἷα ἀλληγορίαν ἐπιδέχεσθαι εἶναι » τὰ γράμματα ἡμῶν. Ἀπὸ γὰρ τῶν προφητειῶν, ἐν αἷς τὰ ἀπὸ τῆς ἱστορίας γέγραπται, οὐκ ἀπὸ τῆς ἱστορίας ἐστὶ προσαχθῆναι (82) καὶ ταῖς ἱστορίαις ὡς σκοπῷ τροπολογίας γεγραμμέναις, καὶ σοφώτατα οἰκονομηθείσαις· (83) ἐστοχασμένως τοῦ τε πλήθους τῶν ἁπλούστερον πιστευόντων, καὶ τῶν ὀλίγων μετὰ συνέσεως ἐξετάζειν τὰ πράγματα βουλομένων ἢ καὶ δυναμένων. Καὶ εἰ μὲν οἱ σήμερον νομιζόμενοι κατὰ Κέλσον ἐπιεικεῖς ἀπὸ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν ἠλ-
C ληγόρουν τὰ γεγραμμένα, τάχα ἂν πιθανόν τι λέγειν ὑπενοεῖτο ὁ Κέλσος· ἐπεὶ δ' αὐτοὶ οἱ πατέρες τῶν δογμάτων καὶ συγγραφεῖς τὰ τοιαῦτα τροπολογοῦσι, τί ἐστιν ἄλλο ὑπονοῆσαι, ἢ ὅτι οὕτως ἐγράφη, ὥστε τροπολογεῖσθαι αὐτὰ κατὰ τὸν προηγούμενον νοῦν; Ὀλίγα δ' ἀπὸ πάνυ πολλῶν παραθησόμεθα πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι μάτην συκοφαντεῖ τοὺς λόγους ὁ Κέλσος, ὡς οὐχ οἵους τε ἐπιδέξασθαι ἀλληγορίαν. Φησὶ δὴ ὁ τοῦ Ἰησοῦ ἀπόστολος Παῦλος· « Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα· Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; Ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; Δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, ὅτι ὀφείλει ἐπ' ἐλπίδι ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾶν· καὶ ὁ ἀλοῶν ἐλπίδι (84) τοῦ μετέχειν. » Καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ αὐτός· « Γέγραπται γὰρ, ὅτι ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, καὶ
D προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. » Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ· « οἴδαμεν δὲ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες εἰς τὸν Μωϋσῆν ἐβαπτίσαντο, ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ. » Εἶθ' ἑρμηνεύων τὴν περὶ τοῦ μάννα ἱστορίαν, καὶ τὴν περὶ τοῦ ὕδατος ἐκ πέτρας ἐξεληλυθέναι ἀναγεγραμμένου παραδόξως, τοιαῦτα λέγει·

[21] I Cor. IX, 9, 10. [22] Ephes. V, 31, 32. [23] I Cor. X, 1.

(81) Ἐν *Φιλήβῳ*. Vide adnotationes ad lib. I, num. 25.

(82) Libb. editi in margine, οὐχ ὡς ἀπὸ τῆς ἱστορίας ἐστὶ πραχθῆναι.

(83) Hoeschelius in textu, οἰκονομηθῆναι.

(84) Vulgatus Apostoli textus, καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν, ἐπ' ἐλπίδι.

« Καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν ἔπιον πόμα. Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ πέτρα δὲ ἦν ὁ Χριστός. » Παριστὰς δὲ ὁ Ἀσὰφ, ὅτι προβλήματα καὶ παραβολαί εἰσιν αἱ κατὰ τὴν Ἔξοδον (85) ἱστορίαι καὶ τοὺς Ἀριθμοὺς, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν γέγραπται, μέλλων τῶν αὐτῶν ὑπομιμνήσκεσθαι (86), τοῦτον προοιμιάζεται τὸν τρόπον· « Προσέχετε, λαός μου, τῷ νόμῳ μου (87), κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου· ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς, ὅσα ἠκούσαμεν καὶ ἔγνωμεν αὐτὰ, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν διηγήσαντο ἡμῖν. »

A erat Christus [24]. » Quin et Asaph memoraturus in libro Psalmorum historias quæ in Exodi et in Numerorum libris narrantur, hac præfatione utitur, qua docet in eis quæstiones contineri quasi parabolis involutas : « Attendite, popule meus, legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei; aperiam in parabolis **542** os meum, loquar propositiones ab initio; quanta audivimus et cognovimus ea et patres nostri annuntiaverunt nobis [25]. »

Ἀλλὰ καὶ, εἴπερ ὁ Μωϋσέως νόμος μηδὲν εἶχεν ἐγγεγραμμένον δι' ὑπονοιῶν δηλούμενον, οὐκ ἂν ὁ προφήτης εὐχόμενος ἔλεγε τῷ Θεῷ· « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσιά σου ἐκ τοῦ νόμου σου. » Νυνὶ δὲ ᾔδει, ὅτι ἔστι τι κάλυμμα ἀγνοίας ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν ἀναγιγνωσκόντων, καὶ μὴ συνιέντων τὰ τροπολογούμενα, ἐπικείμενον· ὅπερ κάλυμμα περιαιρεῖται, τοῦ Θεοῦ δωρουμένου, ἐπὰν ἐπακούσῃ τοῦ (88) παρ' ἑαυτοῦ πάντα ποιήσαντος, καὶ διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γυμνάσαντος πρὸς διάκρισιν καλοῦ καὶ κακοῦ, καὶ ἐν τῇ εὐχῇ συνεχέστατα φήσαντος, « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσιά σου ἐκ τοῦ νόμου σου. » Τίς δ' ἀναγιγνώσκων δράκοντα ἐν τῷ Αἰγυπτίῳ ποταμῷ ζῶντα, καὶ τοὺς ἰχθύας ἐμφωλεύοντας αὐτοῦ ταῖς φολίσιν, ἢ ἀπὸ τῶν προχωρημάτων τοῦ Φαραὼ πληρούμενα τὰ Αἰγύπτου ὄρη, οὐ προάγεται αὐτόθεν πρὸς τὸ ζητῆσαι, τίς ὁ τοσούτων δυσωδῶν προχωρημάτων αὐτοῦ πληρῶν τὰ Αἰγυπτίων ὄρη· καὶ τίνα τὰ τῶν Αἰγυπτίων ὄρη· καὶ τίνες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ποταμοὶ, περὶ ὧν αὐχῶν λέγει ὁ προειρημένος Φαραὼ, « Ἐμοί εἰσιν οἱ ποταμοὶ, καὶ ἐγὼ ἐποίησα αὐτούς· » καὶ τίς ὁ ἀνάλογον τοῖς ἀποδειχθησομένοις ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας ποταμοῖς δράκων· καὶ τίνες οἱ ἐν ταῖς φολίσιν αὐτοῦ ἰχθύες; Καὶ τί με δεῖ ἐπὶ πλείονα κατασκευάζειν τὰ μὴ δεόμενα κατασκευῆς; ἐφ' οἷς λέγεται τὸ, « Τίς σοφὸς, καὶ συνήσει ταῦτα; ἢ συνετὸς, καὶ ἐπιγνώσεται αὐτά; » Ἐπὶ πλεῖον δ' ἐξέτεινα τὸν λόγον, βουλόμενος παραστῆσαι, μὴ ὑγιῶς εἰρῆσθαι τῷ Κέλσῳ, ὅτι « οἱ ἐπιεικέστεροι Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν πειρῶνταί πως ἀλληγορεῖν αὐτὰ, ἔστι δ' οὐχ οἷα ἀλληγορίαν ἐπιδέχεσθαί τινα, ἀλλ' ἄντικρυς εὐηθέστατα (89) μεμυθολόγηται. » Πολλῷ γὰρ μᾶλλον τὰ Ἑλλήνων οὐ μόνον εὐηθέστατα, ἀλλὰ καὶ ἀσεβέστατα μεμυθολόγηται. Τὰ γὰρ ἡμέτερα ἐστόχασται καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἁπλουστέρων· ὅπερ οἱ τὰ Ἑλληνικὰ πλάσματα ποιήσαντες οὐκ ἐφυλάξαντο· διόπερ οὐκ ἀχαρίστως ὁ Πλάτων ἐκβάλλει (90) τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας τοὺς τοιούσδε μύθους καὶ τὰ τοιάδε ποιήματα.

50. Præterea si nihil reconditi haberet lex Moysis, certe propheta non diceret inter orandum : « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua [26]. » Nunc autem sciebat quoddam ignorantiæ velamen prætendi cordibus eorum qui legentes non
B intelligunt quid sub allegoriis lateat. Quod quidem velamen tollitur, gratia Dei, cum exaudit eum qui mente in se collecta omnia fecerit, quique longa exercitatione sensus ad bonum ex malo discernendum assuefecerit, et in precibus constantissime repetierit : « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. » Ecquis autem legens draconem in Ægypti fluvio viventem, et pisces sub squamis ejus latitantes [27], aut Ægypti montes excrementis Pharaonis oppletos [27*], non statim movetur ad inquirendum quis ille sit qui montes Ægyptios male olentibus stercoribus impleat, quinam sint illi montes Ægyptii, quinam Ægyptii fluvii, de quibus Pharao ille jactabundus dicit : « Mei sunt isti fluvii, et
C ego feci eos [28]; » quis etiam ille draco, quem par erit interpretari ita, ut fluviorum interpretationi respondeat; postremo quinam sint illi pisces, qui sub squamis ejus delitescunt ? Sed quid opus est pluribus astruere, quæ nulla egent probatione, et de quibus dictum est : « Quis sapiens et intelliget ista? intelligens et sciet hæc [29]? » Visum est tamen plura hoc loco dicere, quo demonstrarem quam non recte Celsus affirmaverit « eos qui inter Judæos Christianosque modestiores sunt, ea omnia qualicunque modo conari allegoriis explicare ; quædam autem esse quæ nullomodo allegoriam pati possunt, utpote quæ sunt ineptissimæ fabulæ. » Ineptissima potius, imo prorsus impia quæ Græci fabulati sunt. Nostra enim etiam simpliciorum multitudini sunt
D accommodata; sed hujus captui se attemperare non curarunt Græcarum fabularum auctores. Unde non immerito e sua republica Plato fabulas ejusmodi et poemata exterminat.

[24] I Cor. x, 3, 4. [25] Psal. LXXVII, 1, 2, 3. [26] Psal. CXVIII, 18. [27] Ezech. XXIX, 3. [27*] Ezech. XXXII, 6. [28] Ezech. XXIX, 3. [29] Ose. XIV, 10.

(85) *Κατὰ τὴν Ἔξοδον.* Recte mss. Male autem libri editi, μετὰ τὴν Ἔξοδον.

(86) *Μέλλων τῶν αὐτῶν ὑπομιμνήσκεσθαι.* Vitiose in antea editis legitur, μελλόντων αὐτῶν.

(87) Infra vulgatus Psalmorum textus, προσέχετε, λαός μου, τὸν νόμον μου.

(88) *Ἐπακούσῃ τοῦ*, etc. Ita codex Jolianus. Libb. autem editi, ἀκούσῃ, τῷ παρ' ἑαυτοῦ πάντα ποιήσαντι καὶ... ποιήσαντι, καὶ... γυμνάσαντι. Boherellus legendum censet, τοῦ Θεοῦ δωρουμένου, ἐπὰν ἀκούσῃ, τῷ παρ' ἑαυτῷ πάντα ποιήσαντι, etc., ita ut ποιήσαντι, γυμνάσαντι et φήσαντι, quæ sequuntur, pendeant a περιαιρεῖται.

(89) *Εὐηθέστατα.* Recte omnino codex Jolianus secunda manu. Male autem libb. editi, ἀληθέστατα.

(90) *Ὁ Πλάτων ἐκβάλλει.* Vide adnotationes ad lib. IV, num. 36.

543 51. Audivisse quoque mihi videtur, scripta exstare quæ legem allegoriis exponunt. Sed illa non legit. Alioquin non dixisset, « quæ scriptæ sunt allegoriæ, eas esse fabulis ipsis multo turpiores et absurdiores, ut quibus mira et incredibili stultitia res inter se colligantur, quæ nullo prorsus modo connecti possint. » Suspicor illum ad Philonis scripta respexisse, aut etiam ad antiquiora, qualia sunt Aristobuli. Sed hæc volumina, quantum conjectura cognoscere est, minime vidit Celsus. Nam illa mihi videntur mentem Scripturarum ut plurimum ita assequi, ut vel Græcis philosophis admirationi esse possint. Ibi enim non solum in dictione, sed etiam in sententiis et dogmatis videtur delectus et diligentia, et præclarus eorum Scripturæ locorum usus, quæ Celsus pro fabulis habet. Sane ego novi Numenium Pythagoreum, virum in explicando Platone peritissimum et in Pythagoreis placitis versatissimum, in pluribus suorum scriptorum locis exposuisse Moysis et prophetarum dicta, eaque ad allegorias retulisse nequaquam improbabiles, ut in libro qui inscribitur *Epops*, et in libris *De numeris* et *De loco*. Quin in tertio *De bono* quamdam de Jesu, tacito nomine, historiam refert eamque allegoriis edisserit. Recte, an secus, hic non agitur. Meminit et historiæ de Moyse, Jamne, et Mambre. Quod quidem gloriæ non ducimus; sed tamen ille magis quam

Δοκεῖ δέ μοι καὶ ἀκηκοέναι, ὅτι ἐστὶ συγγράμματα περιέχοντα τὰς τοῦ νόμου ἀλληγορίας· ἅπερ εἰ ἀνεγνώκει, οὐκ ἂν ἔλεγεν· « Αἱ γοῦν δοκοῦσαι περὶ αὐτῶν ἀλληγορίαι γεγράφθαι πολὺ τῶν μύθων αἰσχίους εἰσὶ καὶ ἀτοπώτεραι, τὰ μηδαμῆ μηδαμῶς ἁρμοσθῆναι δυνάμενα, θαυμαστῇ τινι καὶ παντάπασιν ἀναισθήτῳ μωρίᾳ συνάπτουσαι. » Ἔοικε δὲ περὶ τῶν Φίλωνος συγγραμμάτων ταῦτα λέγειν, ἢ καὶ τῶν ἔτι ἀρχαιοτέρων, ὁποῖά ἐστι τὰ Ἀριστοβούλου (91). Στοχάζομαι δὲ τὸν Κέλσον μὴ ἀνεγνωκέναι τὰ βιβλία, ἐπεὶ πολλαχοῦ οὕτως ἐπιτετεῦχθαί μοι φαίνεται, ὥστε αἱρεθῆναι ἂν καὶ τοὺς ἐν Ἕλλησι φιλοσοφοῦντας ἀπὸ τῶν λεγομένων· ἐν οἷς οὐ μόνον φράσις ἐξήσκηται, ἀλλὰ καὶ νοήματα, καὶ δόγματα, καὶ ἡ χρῆσις τῶν ὡς οἴεται ἀπὸ τῶν Γραφῶν μύθων ὁ Κέλσος. Ἐγὼ δ' οἶδα καὶ Νουμήνιον (92) τὸν Πυθαγόρειον, ἄνδρα πολλῷ κρεῖττον διηγησάμενον Πλάτωνα, καὶ τῶν Πυθαγορείων δογμάτων πρεσβεύσαντα (93), πολλαχοῦ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ ἐκτιθέμενον τὰ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, καὶ οὐκ ἀπιθάνως αὐτὰ τροπολογοῦντα, ὥσπερ ἐν τῷ καλουμένῳ *Ἔποπι*, καὶ ἐν τοῖς *Περὶ ἀριθμῶν*, καὶ ἐν τοῖς *Περὶ τόπου*. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ *Περὶ τἀγαθοῦ* ἐκτίθεται καὶ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἱστορίαν τινὰ, τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὐ λέγων, καὶ τροπολογεῖ αὐτήν· πότερον δ' ἐπιτετευγμένως ἢ ἀποτετευγμένως, ἄλλου καιροῦ ἐστιν εἰπεῖν. Ἐκτίθεται καὶ τὴν περὶ Μωϋσέως, καὶ Ἰαννοῦ καὶ Ἰαμβροῦ (94)

(91) *Τὰ Ἀριστοβούλου*. Euseb., *Chron.* MDCCCXLI. « Aristobulus, natione Judæus, Peripateticus philosophus cognoscitur, qui ad Philometorem Ptolemæum explanationum in Moysem commentarios scripsit. » Hieron., *Catal. eccles. script.*, in Clem. Alex. : Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ Ἰουδαίους, Ἀριστόβουλόν τινα, καὶ Δημήτριον, καὶ Εὐπόλεμον ἀναφέρει, οἷα κατὰ τῶν ἐθνῶν συγγραψαμένους καθ' ὁμοιότητα Ἰωσήπου, ἀρχαιογονίας Μωϋσέως καὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους. « Necnon et de Judæis Aristobulum quemdam, et Demetrium, et Eupolemum scriptores adversus gentes refert, qui in similitudinem Josephi ἀρχαιογονίαν Moysis et Judaicæ gentis asseverant. » Cyrill., lib. IV *adversus Julian.* Bis eumdem laudat Clem. Alex. *Strom.* I, pag. 305, 342. « Mira vero ἀντιλογία ejusdem scriptoris Stromate quinto; » inquit Scaliger in *Animadvers. Euseb.* ad annum MDCCCXLI. Verba Clementis sic se habent : Ἀριστοβούλῳ δὲ τῷ κατὰ Πτολεμαῖον γεγονότι τὸν Φιλάδελφον, οὗ μέμνηται ὁ συνταξάμενος τὴν *τῶν Μακκαβαϊκῶν Ἐπιτομήν*, βιβλία γεγονέναι ἱκανὰ, δι' ὧν ἀποδείκνυσι τὴν Περιπατητικὴν φιλοσοφίαν ἔκ τε τοῦ κατὰ Μωϋσέα νόμου καὶ τῶν ἄλλων ἠρτῆσθαι προφητῶν. « Ab Aristobulo autem qui fuit tempore Ptolemæi Philadelphi, cujus meminit is qui composuit *Epitomen rerum gestarum a Machabæis*, multos fuisse libros conscriptos, quibus probat philosophiam Peripateticam ex lege Mosaica, et aliis dependisse prophetis. » — « Ubi, inquit, duo errores : prior, quod prò Philometore Philadelphum ponit (recte quidem Scaliger, teste ipso Aristobulo apud Eusebium, lib. XIII, cap. 12 : Ἡ δ' ὅλη ἑρμηνεία τῶν διὰ τοῦ νόμου πάντων, ἐπὶ τοῦ προσαγορευθέντος Φιλαδέλφου βασιλέως, σοῦ δὲ προγόνου. Idem observat clarissimus Grotius in Adnotationibus ad Machab. II); alter quod Aristobulum hunc eumdem facit cum eo cujus mentio posterioris Machabæorum capite primo, commate decimo ; cujus culpæ affinis etiam Eusebius libro octavo in fine capitis octavi. » Verum dubito an Clemens et Eusebius culpæ tam affines sint, quam ipse Scaliger suspicionis. Verba sic se habent (Machab. II, cap. I, com. 10) : Ἔτους ἑκατοστοῦ ὀγδοηκοστοῦ καὶ ὀγδόου οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἡ γερουσία, καὶ Ἰούδας Ἀριστοβούλῳ, διδασκάλῳ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, ὄντι δὲ ἀπὸ τοῦ τῶν Χριστῶν ἱερέων γένους, καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ Ἰουδαίοις χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν. Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως· id est, Lathyri Ptolemæi, Evergetis filii, juxta Junium. Rectius Grotius in Adnotationibus ad Machab. II, cap. I, com. 10. « Physconis dicti, prioris hoc nomine, qui Eusebio etiam Evergetes alterius Evergetæ successor, coævus Antiochis Grypho et Cyziceno. » Neque hactenus quidquam inveni, quod ab isthac interpretatione me dimoveat. Vide ejus allegorias apud Eusebium, lib. VII, cap. 14, lib. VIII, cap. 10, et lib. XIII, cap. 12, *Evang. præp.* SPENCER.

(92) *Νουμήνιον*. Vide quæ ab eodem Spencero adnotata sunt ad lib. I numerum 15.

(93) Ms. πρεσβεύσαντα. Libb. editi, πιστεύσαντα. Ego vero locum integrum sic lego, καὶ τὰ τῶν Πυθαγορείων δόγματα πρεσβεύσαντα.

(94) *Ἰαννοῦ καὶ Ἰαμβροῦ*. Latiore sensu intelligendus est Origenes, quasi per scripturas non tantum libros canonicos, sed scripta apocrypha significari voluerit. Orig. tract. 35 in Matth.: « Si autem hæc dicens aliquid existimat se offendere, videat ne alicubi in secretis Jeremiæ hoc prophetatur : sciens quoniam et Apostolus scripturas quasdam secretorum profert : sicut dicit alicubi, quod oculus non vidit, nec auris audivit : in nullo enim regulari libro hoc positum invenitur, nisi in secretis Eliæ prophetæ. Item quod ait, sicut Jamnes et Mambres restiterunt Moysi, non invenitur in publicis scripturis, sed in libro secreto, qui suprascribitur *Jamnes et Mambres liber* : unde ausi sunt quidam Epistolam ad Timotheum repellere, quasi habentem in se textum alicujus secreti, sed non potuerunt. » Ambros., Comment. in Timoth. Epist. II, cap. III : « Exemplum hoc de apocryphis est. Jamnes enim et Mambres fratres erant magi et venefici Ægyptiorum, qui arte magiæ suæ virtuti

ἱστορίαν. Ἀλλ' οὐκ ἐν ἐκείνῃ σεμνυνόμεθα· ἀποδεχόμεθα δ' αὐτὸν μᾶλλον Κέλσου καὶ ἄλλων Ἑλλήνων, βουληθέντα φιλομαθῶς καὶ τὰ ἡμέτερα ἐξετάσαι, καὶ κινηθέντα ὡς περὶ τροπολογουμένων καὶ οὐ μωρῶν συγγραμμάτων.

Ἑξῆς δὲ τούτοις ἐπιλεξάμενος ἀπὸ πάντων συγγραμμάτων, τῶν περιεχόντων ἀλληγορίας καὶ διηγήσεις μετὰ οὐκ εὐκαταφρονήτου λέξεως καὶ φράσεως (95), τὸ εὐτελέστερον καὶ δυνάμενον μέν τι πρὸς τοὺς πολλοὺς καὶ ἁπλουστέρους πίστεως χάριν συμβαλέσθαι, οὐ μὴν οἷόν τε καὶ συνετωτέρους κινῆσαι, φησίν· « Οἵαν δὴ καὶ Παπίσκου τινὸς καὶ Ἰάσονος (96) ἀντιλογίαν ἔγνων, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλέους καὶ μίσους ἀξίαν. Ἔμοιγ' οὖν οὐ ταῦτ' ἐλέγχειν πρόκειται· ἔστι γὰρ παντί που δῆλα, καὶ μάλιστα εἴ τις ὑπομεῖναι καὶ ἀνάσχοιτο αὐτῶν ἐπακοῦσαι τῶν συγγραμμάτων· ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον ἐθέλω διδάξαι τὴν φύσιν, ὅτι ὁ Θεὸς οὐδὲν θνητὸν ἐποίησεν· ἀλλὰ Θεοῦ μὲν ἔργα, ὅσα ἀθάνατα, θνητὰ δ' ἐκείνων. Καὶ ψυχὴ μὲν, Θεοῦ ἔργον· σώματος δὲ ἄλλη φύσις· καὶ ταύτῃ γε οὐδὲν διοίσει νυκτερίδος, ἢ εὐλῆς, ἢ βατράχου, ἢ

A Celsus aliique Græci laudandus, qui discendi studio Scripturas nostras investigare voluerit et iis
544 motus fuerit, quasi rebus non stultis sed quæ allegoriis tegantur.

52. Sub hæc Celsus e scriptis omnibus quæ hujusmodi explicationes allegoricas continent et eleganter scripta sunt, eligit vilius quoddam, quod, ut nonnihil possit ad vulgi simplicioris fidem promovendam conferre, nihil tamen momenti ad persuadendos intelligentiores habet. Tum ait: « Qualis est illa quam legi, Papisci cujusdam et Jasonis contentio, non risu sed miseratione potius digna et odio. Hæc igitur confutare mihi non est propositum. Quippe quorum absurditas omnibus
B perspicua est, præsertim si quis a se impetrare possit ut libros ipsos audiat. Satius fuerit docere id quod natura docet ipsa, Deum videlicet nihil mortale fecisse, ejus opera quotquot sunt esse immortalia, ab his autem facta esse quæ mortalia sunt; animam Dei esse opus, aliam esse corporis

Dei quæ per Moysem agebatur, æmulatione commentitia resistere se putabant: sed cum Moysi virtus in operibus cresceret, humiles facti confessi sunt cum dolore vulnerum Deum in Moysi operatum. » Locum Numenii, ad quem nos Origenes remittit, apud Eusebium invenies, lib. IX, cap. 8, *Præp. evang.* Καὶ ἐν τῇ τρίτῃ δὲ βίβλῳ Μωϋσέως ὁ αὐτὸς τάδε λέγων μνημονεύει· τὰ δ' ἑξῆς Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς, Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς ἄνδρες οὐδενὸς ἧττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι, ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου. Μουσαίῳ γοῦν, τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ, ἀνδρὶ γενομένῳ Θεῷ εὔξασθαι δυνατωτάτῳ, οἱ παραστῆναι ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ τῶν Αἰγυπτίων, οὗτοι ἦσαν· τῶν τε συμφορῶν, ἃς ὁ Μουσαῖος ἐπῆγε τῇ Αἰγύπτῳ τὰς νεανικωτάτας, αὐτῶν ἐπιλύεσθαι ὤφθησαν δυνατοί. « Et rursus libro tertio Moysis mentionem his verbis facit: deinceps vero, inquit, Jannes et Jambres, scribæ rerum sacrarum Ægyptii, quo tempore Ægypti finibus ejecti Judæi sunt, claruere, viri omnium judicio rerum magicarum scientia nemini concedentes. Quippe ambo quidem communi Ægyptiorum consensu delecti sunt, qui Musæo duci Judæorum, cujus apud Deum potentissimæ preces erant, sese opponerent, adeoque gravissimas quasque calamitates a Musæo in Ægyptum invectas omnium in oculis dissolvere ac dissipare potuerunt. » Eorumdem Artapanus meminit in libro *De Judæis*; nomina vero non expressit; Euseb. lib. IX, cap. 27. An ex his, et similibus libris apocryphis, Apuleius, aut ex sacra pagina, atque isthac quam habuit cum Christianis consuetudine, horum notitiam assecutus est, plane nescio: certe Augustinus de eodem in jus vocato sic loquitur (lib. VIII, cap. 19, *De civitate Dei*): « Postremo ipse Apuleius nunquid apud judices Christianos de magicis artibus accusatus est? » Apuleius in *Apolog.* « Si quamlibet modicum emolumentum probaveritis; ego ille sim Charinondas, vel Damigeron, vel is Moyses, vel Jannes, vel Apollonius, vel ipse Dardanus, vel quicunque alius post Zoroastrem et Hostanem inter magos celebratus est. » Verum hæc levia sunt, nec memoratu digna. Solus Macarius monumentum vidit, quod magi construxerant; hortum ingressus est, multum auri illic depositum invenit, septuaginta dæmones horrore perculsit, puteum vidit, cadum æneum, et ferream catenam: quæ, proh dolor! tempus ita consumpserat, ut nos ex ista narratione, et Macarium e puteo haurire veritatem, ex æquo impossibile videatur. Hinc subit mirari, qui contigisse poterat ut viri doctissimi his et similibus fabulis, quæ partim fictæ sunt aperte, partim effutitæ temere, fidem adhiberent. Sane Judæi, æquiores hac in causa judices, eos aquis obrutos fuisse retulere. At fidem longe aliam doctores isti imperitioribus ingenerarunt, dum frustulatim hanc fabulam tam affabre concinnatam transcripsere. Quod si totam recitavero, isti,
C quos hactenus stupor tenuit et admiratio, riderent restrictis labris, et pulmones agitarent. Vide Pallad. *Hist. Laus*, cap. 20, De Macario Alex. SPENCER. Vide insuper Origenis tract. 26 in Matthæi XXIII, 34, 35, ubi de occiso Zacharia, Barachiæ filio; et Greg. Abulpharajium in *Historia dynastiarum*, pag. 17. Ibidem Boherello legendum videtur, ἀλλ' οὐκ ἐν ἐκείνῳ σεμνυνόμεθα.

(95) *Καὶ φράσεως*. Hæc in editis omissa, supplentur e codd. manuscriptis.

(96) *Παπίσκου τινὸς καὶ Ἰάσονος*. Disputationem hanc Jasonis et Papisci Aristoni Pellæo tribuit S. Maximus in scholiis ad Dionys. *De mystica theologia*, c. 1. Ἀνέγνων δὲ, inquit, τοῦτο ἑπτὰ οὐρανοὺς καὶ ἐν τῇ συγγεγραμμένῃ Ἀρίστωνι τῷ Πελλαίῳ διαλέξει Παπίσκου καὶ Ἰάσονος, ἣν Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν *Ὑποτυπώσεων* τὸν ἅγιον Λουκᾶν φησιν ἀναγράψαι. « Legi etiam septem cœlos in disputatione Papisci ac Jasonis quæ scripta
D est ab Aristone Pellæo, quam Clemens Alexandrinus in sexto libro *Hypotyposeon* ait sanctum Lucam scripsisse. » Meminit hujusce disputationis Hieronymus in *Quæstionibus in Genesim*, et lib. II *Comm. in Epist. ad Galat.*, cap. 3, ita scribit: « Memini me in altercatione Jasonis et Papisci, quæ Græco sermone conscripta est, ita reperisse, λοιδορία Θεοῦ ὁ κρεμάμενος, maledictio Dei qui appensus est. » Celsi cujusdam præfatio in hanc concertationem a se Latine versam, ad Vigilium episcopum, inter Cypriani opera haberi solet; quæ etsi non sit Cypriani, perantiqua tamen est. Quis fuerit hic Celsus, quis fuerit episcopus Vigilius, ignoratur. Id solum liquet ex plurimis præfationis locis Celsum, vigentibus adhuc persecutionum temporibus et ante susceptam ab imperatoribus Christianam fidem, scripsisse, forte etiam antequam Celsus Epicureus vulgasset suam contra Christianos scriptionem, cujus maledicentiam, si notam habuisset, pro viribus in præfatione sua repressisset.

naturam; atque idcirco humanum corpus nihil a vespertilione, a verme, a rana differre. Illius enim et istorum eamdem esse materiam, idem in his et in illo esse corruptionis principium.» Vellem tamen ut quicunque ex Celso arroganter declamitante audit Papisci et Jasonis de Christo contentionem non risu sed odio potius dignam esse, libellum hunc in manus sumeret, et quæ in illo scribuntur legere sustineret; is, cum nihil in illo scripto inveniret odio dignum, Celsum utique damnaret. Neque etiam illi risum movebit, qui libero judicio illum evolverit. Ibi enim Christianus cum Judæo disserens demonstrat ex Judaicis Scripturis vaticinia de Christo ad Jesum pertinere, quanquam strenue adversarius contradicat personamque Judaicam pulchre sustineat.

53. Cæterum nescio quomodo Celsus duo conjungens quæ misturam non faciunt, nec sunt ejusmodi ut in humanam naturam simul convenire queant, libellum istum dicere potuerit odio esse et miseratione dignum. Nemo enim non fatebitur, dum quis miserationi est, eum odio non haberi, nec miserationi esse quemquam, dum odio habetur. Celsus vero ideo negat sibi propositum esse illa confutare, quod eorum absurditatem patere omnibus existimet, nullumque non videre, vel antequam rationibus refellantur, quam miseratione et odio digna sint. Hortamur tamen omnes, qui in hanc nostram adversus Celsi calumnias defensionem inciderint, ut Scripturas nostras **545** audire ne graventur, et ut, quantum poterunt, ex iis quæ scriptores narrant, colligant quod fuerit eorum propositum, quæ conscientia, qui animi status; animadvertent viros fuisse, qui quæ sibi persuaserant fervide defenderent, quosdam autem declarare se res gestas litteris consignare, quas suis oculis hauserant et compertas habebant, res mirificas dignasque quæ monumentis mandarentur ad lectorum futurorum utilitatem. Et sane nemo negare audeat fontem omnis utilitatis et principium esse summo Deo credere, in omnibus actibus eo spectare ut illi placeant, et ne cogitare quidem quidquam quod illi displicere possit, qui non sermonum modo et operum, sed etiam cogitationum futurus est judex. Ecquæ doctrina efficacius inducere homines potest ut vivant bene, quam hæc fides, vel hæc persuasio, supremum Deum omnia nostra intueri, dicta, facta, cogitata? Monstret enim qui voluerit aliam viam, qua ad meliorem frugem revocentur non unus quispiam et alter, sed ingens multitudo: et alterius cum altera comparatione dijudicet, utra doctrina ad virtutem perducat.

54. Quoniam vero in Celsi verbis modo memoratis ubi quædam e *Timæo* transcripta sunt, hæc

A ἀνθρώπου σῶμα. Ὕλη γὰρ ἡ αὐτὴ, καὶ τὸ φθαρτὸν αὐτῶν ὅμοιον.» Οὐδὲν δ' ἧττον ἐβουλόμην πάνθ' ὁντινοῦν, ἀκούσαντα δεινολογοῦντος Κέλσου, καὶ φάσκοντος τὸ ἐπιγεγραμμένον σύγγραμμα, Ἰάσονος καὶ Παπίσκου ἀντιλογίαν περὶ Χριστοῦ, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μίσους ἄξιον εἶναι, λαβεῖν εἰς χεῖρας τὸ συγγραμμάτιον, καὶ ὑπομεῖναι καὶ ἀνασχέσθαι ἀκοῦσαι τῶν ἐν αὐτῷ· ἵν' αὐτόθεν καταγνῷ τοῦ Κέλσου, μηδὲν εὑρίσκων μίσους ἄξιον ἐν τῷ βιβλίῳ. Ἐὰν δ' ἀδεκάστως τις ἐντυγχάνῃ, εὑρήσει, ὅτι οὐδ' ἐπὶ γέλωτα κινεῖ τὸ βιβλίον, ἐν ᾧ ἀναγέγραπται Χριστιανὸς Ἰουδαίῳ διαλεγόμενος ἀπὸ τῶν Ἰουδαϊκῶν Γραφῶν, καὶ δεικνὺς τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείας ἐφαρμόζειν B τῷ Ἰησοῦ· καίτοιγε οὐκ ἀγεννῶς, οὐδ' ἀπρεπῶς τῷ Ἰουδαϊκῷ προσώπῳ τοῦ ἑτέρου ἱσταμένου πρὸς τὸν λόγον.

Οὐκ οἶδα δ' ὅπως τὰ ἄμικτα, καὶ οὐ πεφυκότα ἅμα συμβαίνειν ἀνθρωπίνῃ φύσει, συναγαγὼν, εἶπε τὸ βιβλίον ἐκεῖνο ἐλέους καὶ μίσους ἄξιον εἶναι. Πᾶς γὰρ ὁμολογήσει, τὸν ἐλεούμενον μὴ μισεῖσθαι ὅτ' ἐλεεῖται, καὶ τὸν μισούμενον μὴ ἐλεεῖσθαι ὅτε μισεῖται. Διὰ τοῦτο δὲ μὴ προκεῖσθαι ἐλέγχειν φησὶ ταῦτα ὁ Κέλσος, ἐπεὶ οἴεται αὐτὰ παντί που δῆλα εἶναι καὶ πρὸ τοῦ ἐπαγομένου λογικῶς ἐλέγχου ὡς φαῦλα καὶ ἐλέους καὶ μίσους ἄξια. Παρακαλοῦμεν δὲ τὸν ἐντυγχάνοντα τῇ ἀπολογίᾳ ταύτῃ πρὸς τὴν Κέλσου κατηγορίαν γεγραμμένῃ ἀνασχέσθαι καὶ ἐπακοῦσαι τῶν C συγγραμμάτων ἡμῶν, καὶ ὅση δύναμις, ἐκ τῶν γεγραμμένων στοχάσασθαι τῆς προαιρέσεως τῶν γραψάντων, καὶ τῆς συνειδήσεως, καὶ τῆς διαθέσεως· εὑρήσει γὰρ ἄνδρας διαπύρως περὶ ὧν ὑπειλήφασι διατεινομένους· τινὰς δὲ ἐμφαίνοντας καὶ ἱστορίαν ἑωραμένην καὶ καταλειφθεῖσαν (97) ἀναγράφειν, ὡς παράδοξον καὶ γραφῆς ἀξίαν, ἐπὶ ὠφελείᾳ τῶν ἀκουσομένων. Ἢ τολμάτω τις λέγειν, μὴ πάσης ὠφελείας εἶναι πηγὴν καὶ ἀρχὴν τὸ πιστεῦσαι τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, καὶ πάντα πράττειν κατ' ἀναφορὰν τοῦ ἐκείνῳ ἀρέσκειν περὶ οὑτινοσοῦν, καὶ μηδὲν ἀπάρεστον αὐτῷ μηδ' ἐνθυμεῖσθαι, ὡς οὐ μόνον λόγων καὶ ἔργων, ἀλλὰ καὶ διαλογισμῶν, κριθησομένων. Καὶ τίς ἂν ἄλλος λόγος ἐπιστρεφέστερον προσάγοι (98) τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τῷ εὖ ζῆν, ὡς ἡ D πίστις ἢ ἡ διάληψις περὶ τοῦ πάντ' ἐφορᾷν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα καὶ πραττόμενα, ἀλλὰ καὶ λογιζόμενα; Παραβαλλέτω (99) γὰρ ὁ βουλόμενος ἄλλην ὁδὸν ἐπιστρέφουσαν ἅμα καὶ βελτιοῦσαν οὐ μόνον ἕνα που καὶ δεύτερον, ἀλλ', ὅση δύναμις, καὶ πλείστους ὅσους, ἵνα τις τῇ παραθέσει ἀμφοτέρων τῶν ὁδῶν ἀκριβῶς κατανοήσῃ τὸν διατιθέντα πρὸς τὸ καλὸν λόγον.

Ἐπεὶ δ' ἐν ᾗ ἐξεθέμην τοῦ Κέλσου λέξει παραφραζούσῃ ἀπὸ τοῦ *Τιμαίου* (1) τινὰ γέγραπται, ὡς

(97) *Καταλειφθεῖσαν*. Scribendum videtur, καταληφθεῖσαν. Paulo post mss., μὴ πάσης ὠφελείας εἶναι πηγήν. Libb. editi, μὴ πάσης σοφίας εἶναι πηγήν.

(98) Libb. editi, προσάγει, sed mss., προσάγοι, rectius.

(99) Libb. editi in margine, παραβαλέτω.

(1) *Ἀπὸ τοῦ Τιμαίου*. Plat. in *Timæo*, pag. 41: Ἐπεὶ οὖν πάντες, ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς, καὶ ὅσοι φαίνονται, καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι θεοὶ, γένεσιν ἔσχον· λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας τάδε· Θεοὶ θεῶν, etc. « Quando igitur omnes et qui

ἄρα « Ὁ μὲν Θεὸς οὐδὲν θνητὸν ἐποίησεν, ἀλλὰ μόνα τὰ ἀθάνατα, τὰ δὲ θνητὰ ἄλλων ἐστὶν ἔργα (2)· καὶ ψυχὴ μὲν Θεοῦ ἔργον, σώματος δὲ ἄλλη φύσις· καὶ οὐδὲν διοίσει σῶμα ἀνθρώπου σώματος νυκτερίδος, ἢ εὐλῆς, ἢ βατράχου· ὕλη γὰρ ἡ αὐτὴ, καὶ τὸ φθαρτὸν αὐτῶν ὅμοιον· » φέρε, καὶ περὶ τούτων ἐπ' ὀλίγον διαλάβωμεν, ἐλέγχοντες τὸν ἤτοι μὴ προσποιούμενον τὴν ἑαυτοῦ Ἐπικούρειον γνώμην, ἢ (ὡς ἂν εἴποι ἄν τις) ὕστερον μεταθέμενον ἐπὶ τὰ βελτίω, ἢ καὶ (ὡς ἂν ἕτερος λέγοι) τὸν ὁμώνυμον τῷ Ἐπικουρείῳ. Τοιαῦτα γὰρ ἐχρῆν αὐτὸν ἀποφαινόμενον, καὶ ἐναντία λέγειν οὐ μόνον ἡμῖν προθέμενον, ἀλλὰ καὶ οὐκ ἀγεννεῖ φιλοσόφων αἱρέσει τῶν ἀπὸ τοῦ Κιττιέως Ζήνωνος (3), κατασκευάσαι, ὅτι τὰ τῶν ζώων σώματα οὐκ ἔστιν ἔργα τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι ἡ τοσαύτη περὶ αὐτὰ τέχνη οὐκ ἀπὸ τοῦ πρώτου ἐλήλυθε νοῦ. B Ἔδει δ' αὐτὸν καὶ περὶ τῶν τοσούτων, καὶ ὑπ' ἐνυπαρχούσης (4) ἀφαντάστου φύσεως διοικουμένων παντοδαπῶν φυτῶν, καὶ πρὸς χρείαν γεγονότων οὐκ εὐκαταφρόνητον ἐν τῷ παντὶ ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἀνθρώποις διακονουμένων ζώων, ὅπως ποτὲ ἄλλως ὄντων, μὴ ἀποφήνασθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ διδάξαι, ὅτι μὴ τέλειός τις νοῦς τὰς τοσαύτας ἐνεποίησε ποιότητας τῇ ὕλῃ τῶν φυτῶν (5). Εἰ δ' ἅπαξ θεοὺς ἐποίει δημιουργοὺς πάντων σωμάτων, ὡς μόνης ψυχῆς ἔργον οὔσης Θεοῦ· πῶς οὐχὶ ἑξῆς ἦν τῷ μερίζοντι τὰ τοσαῦτα δημιουργήματα, καὶ πολλοῖς διδόντι, μετά τινος κατασκευάσαι οὐκ εὐκαταφρονήτου λόγου θεῶν διαφορὰς, τῶνδε μὲν ἀνθρώπεια κατασκευαζόντων σώματα, ἑτέρων δὲ (φέρ' εἰπεῖν,) κτήνεια (6), C

A habentur: « Deum nihil mortale fecisse, ejus opera quotquot sunt esse immortalia, ab his autem facta esse quæ mortalia sunt; animam opus esse Dei, corporis vero aliam esse naturam, et corpus hominis nihil a vespertilionis, aut vermis, aut ranæ corpore discrepare, quippe utriusque eamdem esse materiam, idem in utroque corruptionis principium, » age et de his paulisper disseramus, ostendentes eum vel Epicuri asseclam esse se dissimulare; aut, quod aliquis dixerit, saniora dogmata amplexum esse, aut illum, quod alius dixerit, idem, atque alter Celsus Epicureus, nomen habere. Cum enim hæc proferre, et non solum nobis, sed etiam Cittiensis Zenonis sectæ non obscuri inter philosophos nominis contradicere sibi proposuisset, oportebat ut argumentis probaret **546** animantium corpora Dei non esse opera, nec tam præclarum in illis condendis artificium fuisse a prima intelligentia profectum. De illis etiam tot et omnis generis stirpibus quæ ab incomprehensibili quæ ipsis inest natura gubernantur, et ad hominum non modicam utilitatem creatæ sunt, et de animantibus quæ hominibus ministrant, quacunque tandem alia ratione editæ fuerint, non solum pronuntiare debuit, sed præterea docere non inditas a perfecta quadam intelligentia fuisse materiæ tot varias qualitates. Item postquam corpora omnia a diis *inferioribus* fabricari Deumque solius animæ opificem esse fecit; annon consentaneum fuit, ut qui inter multos tanta opera partitus erat, is illud deorum

moventur palamque ostenduntur, et qui eatenus nobis declarantur, quatenus ipsi volunt, creati sunt, tum ad illos Deus is qui omnia genuit, fatur: hæc vos, qui deorum satu orti estis, etc. » Et paulo post: Νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος, μάθετε. Θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρία γενητά. Τούτων οὖν μὴ γενομένων, οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται· τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ζώων οὐχ ἕξει· δεῖ δὲ, εἰ μέλλει τέλειος ἱκανῶς εἶναι. Δι' ἐμοῦ δὲ ταῦτα γενόμενα, καὶ βίου μετασχόντα, θεοῖς ἰσάζοιτ' ἄν. Ἵν' οὖν θνητά τε ᾖ, τό τε πᾶν ὄντως ἅπαν ᾖ, τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζώων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμῶν γένεσιν. « Quid sentiam igitur, cognoscite. Tria nobis genera reliqua sunt, eaque genita atque mortalia: quibus prætermissis, cœli absolutio perfecta non erit. Omnia enim genera animalium complexu non tenebit. Teneat autem oportet, si est mundus omnino perfectus futurus. Hæc vero si a me fiant solo, vitaque donentur, diis adæquentur. Ut igitur mortali generentur conditione, et universum hoc omnibus suis partibus sit absolutum, agedum convertite vos ex naturæ legibus ad animalium procreationem, et vim meam, quam in vestro ortu adhibui, imitamini. » Et pag. 69: Καὶ τῶν μὲν θείων αὐτὸς γίνεται δημιουργὸς, τῶν δὲ θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προσέταξεν· οἱ δὲ μιμούμενοι, παραλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνητὸν σῶμα αὐτοὶ περιετόρνευσαν, ὄχημά τε ἅπαν τὸ σῶμα ἔδοσαν· ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσῳκοδόμουν τὸ θνητὸν, δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν αὐτῷ παθήματα ἔχον. Πρῶτον μὲν ἡδονὴν, μέγιστον κακῶν δέλεαρ, etc. « Divinorum vero ipse est opifex, mortalium rerum generationem diis a se genitis efficiendam demandavit. Illi igitur suum parentem imitantes, accepto immortali animæ principio, deinceps corpus mortale ipsi circumtornarunt, et corpus animæ veluti vehiculum dederunt, atque in eo aliam animæ speciem, nimirum mortalem insuper fabricaverunt, quæ graves et necessarias affectiones in seipsa haberet, primum quidem voluptatem, maximam malorum escam, etc. » SPENCER.

(2) *Ἄλλων ἐστὶν ἔργα.* Forte legendum, αὐτῶν ἐστιν ἔργα, ut supra num. 52: Θεοῦ μὲν ἔργα, ὅσα ἀθάνατα· θνητὰ δ' ἐκείνων.

(3) *Ζήνωνος.* Tull., lib. I *De officiis:* « Sed quoniam (ut præclare scriptum est a Platone) non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici: atque, ut placet Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possint, in hoc naturam debemus ducem sequi. » Vide eumdem. lib II *De natura deorum;* D Senecam, lib. II, cap. 23, *De beneficiis*, et Lactantium, cap. 13 *De ira Dei*. SPENCER.

(4) *Ὑπ' ἐνυπαρχούσης.* Sic habet codex Jolianus secunda manu, rectius quam libb. editi., ὑπὸ ἐν ὑπαρχούσης.

(5) *Τῶν φυτῶν.* Hæc videntur e textu ejicienda, neque hic locum habere posse.

(6) Libb. editi post vocem κτήνεια continua serie legunt, καὶ κατὰ ἄτομον εἶδος αὐτῶν τινας εἶναι δημιουργούς, καὶ ἄλλων θήρεια. Sed re accurate perpensa, sagaciter deprehendit Boherellus hæc verba καὶ κατὰ ἄτομον εἶδος αὐτῶν τινας δημιουργούς, non suo loco legi, nihilque aliud esse quam variam lectionem sequentium καὶ ἄλλους κατ' εἶδος ἑκάστου φυτοῦ, καὶ ἑκάστης βοτάνης. Prior cum excidisset, propter repetitionem vocis δημιουργούς, altera ejus locum occupavit, et postea utraque in textum recepta est, sed turbato ordine. Alterutra igitur expungi debuit. Itaque priorem expunximus.

discrimen solidis rationum momentis astrueret, et cur eorum alii, verbi gratia, hominum, alii jumentorum, alii ferarum corpora construant? Præterea cum videret deos, hos in draconibus, illos in aspidibus, quosdam in basiliscis, alios in singulis stirpibus herbisque condendis occupatos, explanatum oportuit cur suum quisque munus sortitus fuisset. Accurata enim hujus quæstionis investigatione, aut retinuisset unum omnium opificem Deum qui ad certum quemdam finem usumque cuncta fecit; aut si non retinuisset, munivisset utique se adversus eos qui ad rei *corporeæ* naturam nihil interesse contendunt, sitne corruptioni obnoxia; aut absurdum esse negant mundum ex dissimilibus partibus constantem ab uno fuisse factum artifice, qui varias rerum species ad hujus universi commodum constituerit. Postremo si probaturus non fuit ea quæ doce\re pollicitus fuerat, omnino tacere de tanto dogmate debuit, nisi forte ipse qui nobis vitio vertit simplicem fidem, velit ut ipsi tantum affirmanti assentiamur : tametsi se non affirmaturum, sed docturum esse promiserit.

A καὶ ἄλλων θήρεια; Ἐχρῆν δ' αὐτὸν, ὁρῶντα θεοὺς δρακόντων, καὶ ἀσπίδων, καὶ βασιλίσκων δημιουργοὺς, καὶ ἄλλους κατ' εἶδος ἑκάστου φυτοῦ, καὶ ἑκάστης βοτάνης, λέγειν τὰς αἰτίας τῶν μερισμῶν. Ἴσως γὰρ ἂν, ἐπιδοὺς ἑαυτὸν τῇ ἀκριβείᾳ τῆς τῶν κατὰ τὸν τόπον βασάνου, ἤτοι ἐτήρει ἕνα Θεὸν πάντων δημιουργὸν, πρός τι καὶ ἕνεκέν τινος ἕκαστον πεποιηκότα· ἢ μὴ τηρῶν, ἑώρα τί χρὴ αὐτὸν ἀπολογήσασθαι περὶ ἀδιαφόρου τῇ αὐτῇ φύσει (7) πράγματος τοῦ φθαρτοῦ· καὶ ὅτι οὐδὲν ἄτοπον, τὸν ἐξ ἀνομοίων συνεστηκότα κόσμον ὑπὸ ἑνὸς γεγονέναι τεχνίτου, συμφερόντως τῷ ὅλῳ τὰς διαφορὰς τῶν εἰδῶν κατασκευάζοντος· ἢ τὸ ἔσχατόν γε ἔδει αὐτὸν περὶ τηλικούτου δόγματος μηδ' ἀποφαίνεσθαι τὴν ἀρχήν· εἴπερ κατασκευάζειν οὐκ ἔμελλεν, ἅπερ διδάσκειν ἐπηγγέλλετο· εἰ B μὴ ἄρα ὁ ἐγκαλῶν τοῖς ψιλὴν πίστιν ἐπαγγελλομένοις, αὐτὸς ἡμᾶς πιστεύειν ἐβούλετο οἷς ἀπεφήνατο· καίτοιγε οὐ τὸ ἀποφήνασθαι, ἀλλὰ τὸ διδάξαι ἐπαγγειλάμενος.

55. Hoc aio : si sustinuisset, ut loquitur, scripta Moysis et prophetarum legere, advertisset utique quid sit, cur cum cœlum, terra, firmamentum, luminaria, stellæ, cete grandia, et omnis anima reptilium quæ produxerant aquæ in species suas, et omne volatile secundum genus suum, et jumenta, et omne reptile terræ in genere suo, homo denique, creata sunt, erga hæc omnia dictum fuerit, « Fecit Deus; » non idem autem erga cætera dictum fuerit : sed satis habuerit Scriptura in creatione lucis dicere : « Et facta est lux [30], » et cum congregatæ sunt aquæ omnes quæ sub **547** cœlo sunt : « Factum est ita [31] : » similique modo loquatur de iis quæ germinarunt e terra, cum hæc protulit herbas semen suo generi conveniens afferentes, et ligna fructifera quæ habent in semetipsis sementem generis sui super terram. Quæsiisset insuper unine an multis data fuerint præcepta, quibus Deum in condendis singulis hujus mundi partibus usum fuisse Scripturæ commemorant; nec tam facile in libros tanquam insulsos et nihil reconditi sensus habentes invectus fuisset, quos Moyses, imo, ut dicimus nos, divinus Spiritus, qui in Moyse erat, et quo afflante vates factus est, conscripsit. Quippe qui multo magis cognovit

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur [32],

quam divini illi, quibus hæc omnia explorata esse decantant poetæ.

Οὕτω δὲ λέγω (8), ὅτι, εἴπερ ὑπέμεινε καὶ ἠνέσχετο ἐπακοῦσαι τῶν (ὥς φησι,) συγγραμμάτων Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, ἐπέστησεν (9) ἂν, τί δήποτε τὸ μὲν, « ἐποίησεν ὁ Θεὸς, » ἐπ' οὐρανοῦ καὶ γῆς τέτακται, καὶ τοῦ καλουμένου στερεώματος, ἔτι δὲ καὶ φωστήρων καὶ ἀστέρων· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ κητῶν μεγάλων, καὶ πάσης ψυχῆς ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδατα κατὰ γένη αὐτῶν· καὶ παντὸς πετεινοῦ πτερωτοῦ κατὰ γένος· καὶ ἑξῆς τούτοις ἐπὶ C τῶν θηρίων τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ τῶν κτηνῶν κατὰ γένος, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν· καὶ τελευταῖον ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου. Μὴ εἰρημένου δὲ τοῦ, « ἐποίησε, » περὶ ἑτέρων, ἀρκεῖται ὁ λόγος περὶ φωτὸς μὲν τῷ, « Ἐγένετο φῶς· » ἐπὶ δὲ συναγωγῆς μιᾶς παντὸς ὕδατος τοῦ ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ, τῷ, « Ἐγένετο οὕτως. » Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν βλαστησάντων ἀπὸ γῆς, ὅτ' ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτάνην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐξήτησεν ἂν, εἰ αἱ γεγραμμέναι προστάξεις τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ γενέσθαι D ἕκαστον τοῦ κόσμου μέρος τινὶ ἢ τισὶν εἴρηνται· καὶ οὐκ ἂν εὐχερῶς κατηγόρησεν ὡς ἀδιανοήτων (10), καὶ μηδεμίαν σύνεσιν ἀπόῤῥητον ἐχόντων τῶν ἢ ὑπὸ Μωϋσέως ἐν τούτοις γεγραμμένων, ἢ (ὡς ἡμεῖς εἴποιμεν ἂν,) ὑπὸ τοῦ ἐν Μωϋσῇ θείου Πνεύματος, ἀφ' οὗ καὶ ἐπροφήτευσεν. Ἐπεὶ μᾶλλον

... *Ἤδει τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,*

τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς ποιηταῖς μάντεων ταῦτ' ἐγνωκέναι.

56. Ad id quod Celsus addit, « animam Dei esse opus, aliam esse corporis naturam, atque hac homi-

Ἔτι δὲ ἐπεί φησιν ὁ Κέλσος, ὅτι « ψυχὴ μὲν Θεοῦ ἐστιν ἔργον, σώματος δὲ ἄλλη φύσις· καὶ ταύτῃ γε

[30] Gen. I, 3. [31] Gen. I, 9. [32] Virg. *Georg.*, lib. IV, v. 392.

Si cui autem prior præ altera videtur esse retinenda, is pro κατὰ ἄτομον εἶδος, legat κατὰ ἀτόμων εἶδος.

(7) *Τῇ αὐτοῦ φύσει* Habent mss., libri vero editi in textu, τῇ αὐτῇ φύσει.

(8) Hœschelius in textu, Οὔπω δὲ λέγω.

(9) Libb. editi in margine, Ὑπέστησεν.

(10) *Ἀδιανοήτων*. Forte, ἀνοήτων.

οὐδὲν διοίσει νυκτερίδος, ἢ εὐλῆς, ἢ βατράχου, ἢ ἀνθρώπου σῶμα· ὕλη γὰρ ἡ αὐτὴ, καὶ τὸ φθαρτὸν αὐτῶν ὅμοιον· » λεκτέον καὶ πρὸς τοῦτον αὐτοῦ τὸν λόγον, ὅτι εἴπερ, ἐπεὶ ἡ ὕλη ἡ αὐτὴ (11) ὑπόκειται νυκτερίδος, ἢ εὐλῆς, ἢ βατράχου, ἢ ἀνθρώπου σώματι, οὐδὲν διοίσει ἀλλήλων ταῦτα τὰ σώματα· δηλονότι οὐδὲν διοίσει τὰ τούτων σώματα ἡλίου, ἢ σελήνης, ἢ ἀστέρων, ἢ οὐρανοῦ, ἢ οὑτινοσοῦν ἄλλου λεγομένου παρ' Ἕλλησιν αἰσθητοῦ θεοῦ. Ὕλη γὰρ ἡ αὐτὴ πᾶσι τοῖς σώμασιν ὑποκειμένη τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἄποιος καὶ ἀσχημάτιστος, τὰς ποιότητας οὐκ οἶδα κατὰ Κέλσον, τὸν μὴ θέλοντα φθαρτόν τι ἔργον εἶναι τοῦ Θεοῦ, ὑπό τινος λαμβάνουσα (12). Τὸ γὰρ φθαρτὸν ἀνάγκη παντὸς οὑτινοσοῦν ἐκ τῆς αὐτῆς ὑποκειμένης ὕλης γεγενημένου ὅμοιον εἶναι, κατὰ τὸν Κέλσον, τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ. Εἰ μὴ ἄρα ἐνταῦθα ὁ Κέλσος θλιβόμενος ἀποπηδήσεται μὲν ἀπὸ Πλάτωνος, τοῦ ἔκ τινος κρατῆρος τὴν ψυχὴν ποιοῦντος (13), προσφεύξεται δὲ Ἀριστοτέλει καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, ἄϋλον φάσκουσιν εἶναι τὸν αἰθέρα, καὶ πέμπτης παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα αὐτὸν εἶναι φύσεως· πρὸς ὃν λόγον οὐκ ἀγεννῶς καὶ οἱ ἀπὸ Πλάτωνος καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἔστησαν. Καὶ ἡμεῖς δὲ, οἱ ὑπὸ τοῦ Κέλσου καταφρονούμενοι, στησόμεθα, ἀπαιτούμενοι διηγήσασθαι, καὶ κατασκευάσαι τὸ ἐν τῷ προφήτῃ λεγόμενον οὕτως· « Οἱ οὐρανοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ. » Πλὴν ἀρκεῖ πρὸς τὸν Κέλσον καὶ ταῦτα, ἀποφηνάμενον, ὅτι « ψυχὴ μὲν Θεοῦ ἔργον, σώματος δὲ ἄλλη φύσις· » οὗ τῷ λόγῳ ἠκολούθησε, μηδὲν διαφέρειν νυκτερίδος, ἢ εὐλῆς, ἢ βατράχου σῶμα τοῦ αἰθερίου (14) σώματος.

Ὅρα οὖν εἰ δεῖ τῷ μετὰ τοιούτων δογμάτων κατηγοροῦντι Χριστιανῶν προσθέσθαι, καταλείποντα λόγον διαφορὰν διδόντα διὰ τὰς ἐπικειμένας ποιότητας τοῖς σώμασι καὶ περὶ τὰ σώματα. Ἴσμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς, ὅτι ἐστὶ καὶ σώματα ἐπουράνια καὶ σώματα ἐπίγεια· καὶ ἄλλη μὲν ἐπουρανίων σωμάτων δόξα,

[33] Psal. CI, 27, 28.

A nis corpus nihil a vespertilionis, aut a vermis aut a ranæ corpore esse diversum; eamdem enim esse materiam, idem in utroque corruptionis principium, » facile est respondere. Nam si propterea vespertilionis, vermis, ranæ et hominis corpora nihil a se invicem differunt, quia eadem est omnium illorum corporum materia, planum est eadem etiam fore corpora solis, lunæ, stellarum, cœli, et cujus cunque ex illis diis quos sub sensum cadere Græci docent. Eadem enim omnium corporum est materia. Hæc suapte natura qualitatum formarumque expers est, et haud scio a quonam illas accipiat, si verum est quod Celsus pronuntiat, Dei opus non esse id quod corrumpi potest. Posita enim ejus sententia, necesse erit, quidquid ex eadem materia B factum est, id esse sua natura corruptibile. Nisi forte pressus hic Celsus a Platone animam e quodam vase prodire fingente resiliat et ad Aristotelem Peripateticosque confugiat, aientes æthera, materiæ expertem, quintæ cujusdam esse naturæ a quatuor elementis diversæ. Verum huic sententiæ Platonici strenue et Stoici adversantur. Eamdem et nos, quos nihili facit Celsus, repellemus, cum enarrare et confirmare rogabimur istud **548** Prophetæ: « Cœli peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur. Tu autem ipse es [33]. » Atque hæc satis adversus hoc Celsi effatum, « animam Dei esse opus, aliam autem esse corporis C naturam; » ex quo consequens est ut ætherea natura nihil a vespertilione, verme, aut rana discrepet.

57. Jam vide an, ut Christianorum accusatori ejusmodi dogmata statuenti fides habeatur, doctrina relinqui debeat, quæ docet corpora differre a se invicem, quod diversis intus et extra qualitatibus prædita sint. Scimus enim nos corpora cœlestia esse et corpora terrestria, et aliam quidem esse

(11) *Ὅτι εἴπερ, ἐπεὶ ἡ ὕλη ἡ αὐτή*. Libb. editi in textu habent, ὅτι εἴπερ, ἐπεὶ ἡ ὕλη αὐτή, sed in margine lectionem exhibent quam sequimur. Guieto autem legendum videtur, ὅτι, εἴπερ ἡ ὕλη ἡ αὐτή, delendo ἐπεί.

(12) *Λαμβάνουσα*. Videtur scribendum, ἔσται λαμβάνουσα.

(13) *Τοῦ ἔκ τινος κρατῆρος τὴν ψυχὴν ποιοῦντος*. Vide lib. IV, n. 61. Plat. in *Timæo*, pag. 41: Καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον, ἡγεμονοῦν τ' ἐν αὐτοῖς τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω· τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς, ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῶα, καὶ γεννᾶτε, τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε, καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε. Ταῦτ' εἶπε· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων, τρόπον μέν τινα τὸν αὐτὸν, ἀκήρατα δ' οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δεύτερα, καὶ τρίτα. « Atque ejus quidem animalis quod in ipsis tale futurum est, ut cum immortalibus appellatione conveniat divinumque vocetur, principatumque teneat, et justitiam simul ac vos ultro colat, ego vobis semen et initium tradam; vos cætera exsequi par est, ut immortali naturæ mortalem attexentes, faciatis generetisque animalia, subministrantesque alimenta augeatis, et consumpta rursus recipiatis. Hæc fatus, in eodem rursus cratere in quo mundi D totius animam permiscens temperaverat, superioris temperationis reliquias miscendo perfudit, modo quodam eodem, non tamen perfectas similiter, sed secundo et tertio gradu a primis deficientes. » Et paulo post: Δέοι δὲ σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἕκαστα ὄργανα χρόνων φῦναι ζώων τὸ θεοσεβέστατον. Διπλῆς δὲ οὔσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὸ κρεῖττον εἴη γένος τοιοῦτον, ὃ καὶ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ. « Satis autem et quasi sparsis animis per singula singulis convenientia temporum instrumenta fore ut animal nasceretur quod omnium animalium maxime esset cultui divino deditum; esse autem naturam hominis geminam; cujus id genus fore præstantius quod viri nomine sit appellandum. » SPENCER.—Vide notas Renati Vallini ad lib. III Boeth. *Consol. philos.*, pag. 69.

(14) Libb. editi, σῶμα τὸ αἰθέριον, sed mss. ut in nostro textu.

cœlestium gloriam, aliam autem terrestrium; et ne cœlestium quidem eamdem esse; aliam enim esse solis, aliam stellarum, et inter stellas stellam stellæ gloria esse dissimilem. Quocirca in mortuorum resurrectione quam futuram confitemur, dicimus fore ut corporum qualitates immutentur, quandoquidem seminata in corruptione, surgent in incorruptione; et seminata in ignobilitate, surgent in gloria; et seminata in infirmitate, surgent in virtute; et seminata corpora animalia, surgent spiritualia[34]. Materiam autem, quascunque vult opifex, qualitates accipere, nobis qui Providentiam admittimus, nullum dubium est, ita ut, volente Deo, modo alteram, alteram postea eamque præstantiorem materia habeat. Atque cum, ex quo mundus est et quandiu erit, certis quibusdam legibus mutationes corporum fiant, nec nisi post hujus mundi interitum, seu, ut nostræ loquuntur Scripturæ, consummationem nova lex inducenda sit, haud scio annon mirum sit jam nunc anguem ex medulla spinæ hominis gigni, ut multi perhibent, ex bove apes, ex equo
549 vespas, ex asino scarabæos; denique vermes ex plerisque animantibus. Sed Celsus hoc ipsum argumento esse existimat, nihil horum omnium auctorem Deum habere, censetque ex qualitatibus quibusdam, nescio unde acceptis, quasdam alias fieri

A ἄλλη δὲ ἐπιγείων, καὶ οὐδὲ τῶν οὐρανίων (15) ἡ αὐτή· ἄλλη γὰρ δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων, καὶ ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς ἄστροις ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. Διὸ καὶ τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν ἀποδεχόμενοι, μεταβολάς φαμεν γίνεσθαι ποιοτήτων τῶν ἐν σώμασιν· ἐπεὶ σπειρόμενά τινα αὐτῶν ἐν φθορᾷ ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ· καὶ σπειρόμενα ἐν ἀτιμίᾳ ἐγείρεται ἐν δόξῃ· καὶ σπειρόμενα ἐν ἀσθενείᾳ ἐγείρεται ἐν δυνάμει· καὶ σπειρόμενα σώματα ψυχικὰ ἐγείρεται πνευματικά. Περὶ δὲ τοῦ τὴν ὑποκειμένην ὕλην δεκτικὴν εἶναι ποιοτήτων, ὧν ὁ Δημιουργὸς βούλεται, πάντες οἱ Πρόνοιαν παραδεξάμενοι κατασκευάζομεν· καὶ βουλομένου μὲν Θεοῦ, ποιότης τοιάδε (16) νῦν ἐστι περὶ τήνδε τὴν ὕλην, ἑξῆς δὲ τοιάδε (φέρ' εἰπεῖν) βελτίων καὶ διαφέρουσα. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁδοί εἰσι τεταγμέ-
B ναι τῶν ἐν σώμασι μεταβολῶν, ἐξ οὗ κόσμος ἐστὶ, καὶ εἰς ὅσον ἐστίν· οὐκ οἶδα εἰ, καινῆς διαδεξαμένης ὁδοῦ (17) καὶ ἀλλοίας μετὰ τὴν τοῦ κόσμου φθορὰν, καὶ ἣν οἱ ἡμέτεροι λόγοι ὀνομάζουσι συντέλειαν, οὐ θαυμαστὸν, εἰ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐξ ἀνθρώπου νεκροῦ μεταπλασσόμενος ὄφις (18) (ὡς οἱ πολλοί φασι,) γίγνεται ἀπὸ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ, καὶ ἐκ βοὸς μέλισσα (19), καὶ ἐξ ἵππου σφῆξ, καὶ ἐξ ὄνου κανθαρὶς, καὶ ἁπαξαπλῶς ἐκ τῶν πλείστων σκώληκες. Οἴεται δὲ τοῦτο ὁ Κέλσος κατασκευαστικὸν εἶναι τοῦ μηδὲν τούτων ἔργον εἶναι Θεοῦ· ἀλλὰ τὰς ποιότητας, οὐκ

(15) Codd. Regius et Basileensis, ἐπουρανίων.

(16) Mss. hic et paulo post, τοιαδί. Libb. editi, τοιάδε. Infra codd. Regius et Basileensis, τῶν ἐν σώμασι μεταβολῶν. Libb. editi in textu, τῶν ἐν σώματι μεταβολῶν.

(17) *Οὐκ οἶδα εἰ καινῆς διαδεξαμένης ὁδοῦ.* Boherello pro διαδεξαμένης legendum videtur, διαδεξομένης. Scis multa, Origenes: at plura credis. De corpore quid dubitas? Novum mundum futurum speras: etenim Methodius, Tyri episcopus, scripsit librum *De resurrectione* contra Origenem, in quo loquentes introducit seipsum, et Auxentium; Proclum etiam et Aglaophontem, qui pro Origene verba faciunt. Epiph., hæres. 64, num. 40, et num. 38, Theophilum alloquitur: « Quod tamen appellativum puto esse, non proprium, » inquit Petavius in *Animadversionibus* ad Epiphanii hæres. 64, num. 17: « Verum si Procli est ea disputatio, quæ a num. 17 ad hunc usque pertexitur, non video quemadmodum Origenis causam defendat, cum ejus dogma validissime refellat, et resurrectionem corporum affirmet; sed neque Methodii consequens refutatio ad antecedentem Procli sermonem pertinet, et Aglaophontis orationem convincit, quæ nulla hic exstat. Hic igitur hæreo, atque aut transposita, aut omissa pleraque isthic fuisse, verisimile est; quæ, si Methodii liber exstaret, discerni emendarique possent (Petav. ibid.). » Vide ejusdem *Animadversiones* ad num. 12 et 17. Utut est, in isthac Procli disputatione hæc verba occurrunt, quæ mihi visa sunt Origenis sententiæ plurimum favere. Vide hæres. 64, quæ est Origenianorum, pag. 555: Ὄντως γὰρ οὐκ εἰς κενὸν, οὐδὲ εἰς μάτην πρὸς ἀπώλειαν ἔκτισε, κατὰ τοὺς φρονοῦντας μάταια, τὸ πᾶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ εἰς τὸ εἶναί τε, καὶ οἰκεῖσθαι, καὶ διαμένειν. Διὸ ἀνάγκη δὴ καὶ τὴν γῆν αὖθις, καὶ τὸν οὐρανὸν μετὰ τὴν ἐκφλόγωσιν ἔσεσθαι πάντων καὶ τὸν βρασμὸν, etc. « Nam revera non frustra atque inaniter et ad exitium, ex ineptissimorum hominum opinione totum hoc universum condidit Deus; sed ut esset, et habitaretur, atque permaneret. Unde et terram necesse est, et cœlum post illam rerum omnium
C conflagrationem atque æstum exsistere. » Sequitur statim: Ταραχθήσεσθαι μὲν γὰρ τὴν κτίσιν, ὥσπερ τεθνηξομένην κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν, ἵνα ἀνακτισθῇ, οὐ μὴν ἀπολεῖσθαι προσδοκητέον· ὅπως οἱ ἀνακαινοποιηθέντες ἐν ἀνακαινοποιηθέντι κόσμῳ ἄγευστοι λύπης κατοικήσωμεν· ἢ κατὰ τὸ λεχθέν· *Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται* (ἐν ἑκατοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ), *καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς*· τοῦ περιέχοντος τῆς εὐκρασίας ἐπιτροπεύσαντος λοιπὸν τοῦ Θεοῦ. Ἐσομένης γὰρ καὶ μετὰ τοῦτον τὸν αἰῶνα γῆς, ἀνάγκη πᾶσα ἔσεσθαι καὶ τοὺς οἰκήσοντας. « Et vero perturbandam esse creaturam, velut in illa conflagratione perituram, ut iterum creetur, non tamen exstinguendam esse, putandum est, ut in instaurato mundo ipsimet instaurati ac doloris expertes habitemus, quemadmodum in centesimo tertio psalmo proditum est: *Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ.* Quod nimirum ambientem aerem temperatissimum deinceps facturus sit Deus. Cum enim post sæculi
D præsentis exitum adhuc terra perseveratura sit, habitatores in ea quosdam inesse necesse est. » Audi ipsum Origenem, lib. III, cap. 5, *De principiis.* Vide libri secundi caput tertium *De principiis.* SPENCER.

(18) *Ὄφις.* Plin., lib. X, cap. 66: « Anguem ex medulla hominis spinæ gigni accepimus a multis. » Ovid., *Metamorph.* lib. XV, fab. 4:

Sunt, qui, cum clauso putrefacta est spina sepulcro,
Mutari credant humanas angue medullas. SPENCER.

(19) *Μέλισσα*, etc. Plin., lib. XI, cap. 20: « In totum vero amissas reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Virgilius, juvencorum corpore exanimato; sicut equorum, vespas atque crabrones; sicut asinorum, scarabæos; mutante natura ex aliis quædam in alia. » Epigram. lib. III, Suid. in Βούπαις:

Αἰεί τοι βούπαισι περιστάζοιτο μελίσσαις

οὐδ᾽ ὁπόθεν οὕτω τεταγμένας ἐκ τῶνδε τάσδε γίνεσθαι, οὐχὶ θείου τινὸς λόγου ἔργον εἶναι, τὰς ἐν τῇ ὕλῃ ποιότητας ἀμείβοντος.

Ἔτι δὲ καὶ τοῦτό φαμεν τῷ Κέλσῳ, εἰπόντι, ὅτι « ψυχὴ μὲν Θεοῦ ἔργον, σώματος δὲ ἄλλη φύσις· » καὶ οὐ μόνον ἀκατασκευάστως τὸ τηλικοῦτον δόγμα ῥίψαντι, ἀλλὰ καὶ ἀδιορίστως· οὐ γὰρ ἐσαφήνισε, πότερον πᾶσα ψυχὴ Θεοῦ ἔργον, ἢ μόνη ἡ λογική. Φαμὲν τοίνυν πρὸς αὐτὸν, εἰ μὲν πᾶσα ψυχὴ Θεοῦ ἔργον, δηλονότι καὶ τῶν ἀλόγων καὶ εὐτελεστάτων, ἵνα καὶ παντὸς σώματος ἄλλη φύσις ᾖ παρὰ τὴν τῆς ψυχῆς. Ἔοικε μέντοι ἐν τοῖς ἑξῆς, ἐν οἷς « καὶ θεοφιλέστερα τὰ ἄλογα ζῶά φησιν ἡμῶν, καὶ τοῦ Θείου τὴν ἔννοιαν ἔχειν καθαρωτέραν, » παριστάνειν, ὅτι οὐ μόνον ἡ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον καὶ ἡ τῶν ἀλόγων ζώων ψυχὴ ἔργον ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ ἀκολουθεῖ τῷ θεοφιλέστερα λέγεσθαι ἐκεῖνα ἡμῶν. Εἰ δὲ μόνη ἡ λογικὴ ψυχὴ Θεοῦ ἔργον ἐστὶ, πρῶτον μὲν οὐκ ἐσαφήνισε (20) τὸ τοιοῦτον· δεύτερον δὲ ἀκολουθεῖ τῷ ἀδιορίστως εἰρῆσθαι περὶ τῆς ψυχῆς, ὡς οὐ πάσης, ἀλλὰ μόνης τῆς λογικῆς οὔσης Θεοῦ ἔργον, τὸ μηδὲ παντὸς σώματος ἄλλην εἶναι φύσιν (21). Εἰ δὲ μὴ παντὸς σώματος ἄλλη φύσις, ἀλλ᾽ ἑκάστου ἐστὶ τὸ σῶμα ζώου ἀνάλογον τῇ ψυχῇ, δῆλον, ὅτι οὗ ψυχὴ Θεοῦ ἔργον ἐστὶ, διαφέροι ἂν τὸ ταύτης σῶμα σώματος, ἐν ᾧ οἰκεῖ ψυχὴ οὐκ οὖσα ἔργον Θεοῦ. Καὶ οὕτω ψεῦδος ἔσται τὸ μηδὲν διοίσειν νυκτερίδος, ἢ εὐλῆς, ἢ βατράχου σῶμα παρὰ τὸ τοῦ ἀνθρώπου.

Καὶ γὰρ ἄτοπον λίθους μὲν λίθων, καὶ οἰκοδομήματα οἰκοδομημάτων νομίζεσθαι εἶναι καθαρώτερα ἢ μιαρώτερα, παρὰ τὸ εἰς τιμὴν τοῦ Θείου κατεσκευάσθαι, ἢ εἰς ἀτιμοτάτων σωμάτων καὶ ἐναγῶν ὑποδοχήν· σώματα δὲ σωμάτων μὴ διαφέρειν, παρὰ τὸ λογικὰ εἶναι τὰ ἐνοικήσαντα, ἢ ἄλογα, καὶ λογικῶν τὰ σπουδαιότερα, ἢ τοὺς φαυλοτάτους ἀνθρώπους. Τὸ τοιοῦτόν γε πεποίηκε τολμῆσαί τινας ἀποθεῶσαι μὲν τὰ τῶν διαφερόντων σώματα, ὡς δεξάμενα ψυχὴν σπουδαίαν, ἀποῤῥίψαι δὲ ἢ ἀτιμάσαι τὰ τῶν φαυλοτάτων· οὐχ ὅτι πάντως τὸ τοιοῦτον ὑγιῶς γεγένηται, ἀλλ᾽ ὅτι ἀπό τινος ἐννοίας ὑγιοῦς ἔσχε τὴν ἀρχήν. Ἦ ὁμοίως ὁ σοφὸς μετὰ τὴν τελευτὴν Ἀνύτου, καὶ Σωκράτους φροντίσει τῆς ταφῆς τοῦ Σωκράτους σώματος καὶ τῆς Ἀνύτου; Καὶ τὸ παραπλήσιον ἀμφοτέροις κατασκευάσει ἠρίον ἢ τάφον; Καὶ ταῦτα διὰ τὸ, « Ὧν οὐδὲν ἔργον Θεοῦ » (τοῦ ὧν ἀναφερομένου ἐπὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα, ἢ τῶν ἐκ τοῦ σώματος ὄφεων· καὶ ἐπὶ τὸ βοὸς, ἢ τῶν ἐκ τοῦ σώματος βοὸς μελισσῶν·

A sine ulla divina intelligentia, quæ illas mutet materiæ qualitates.

58. Unum quid superest quod dicam adversus istud Celsi : « Animam esse Dei opus, corporis autem aliam naturam esse ; » quod non solum nullo argumento profert, sed etiam ambigue. Neque enim declarat, animane omnis opus Dei sit, an sola rationis particeps. Aio igitur, si omnis anima Dei sit opus, ab ipso conditas esse sine dubio et brutorum vilissimorum animas, ut ita corporum omnium alia natura sit atque animæ. Et vero ipse, cum in sequentibus ait « bruta animalia Deo quam nos acceptiora esse, et iis inesse puriorem Dei notionem, » idipsum confirmare videtur, brutarum animantium B perinde ac hominum, imo magis quam hominum, animam Dei esse opus. Id enim ex eo sequitur quod ait eas esse quam nos Deo acceptiores. Sin autem sola anima rationis particeps Dei sit opus, primum id non clare indicavit; deinde cum sine ulla distinctionis nota dixerit de anima, non omnem Dei esse opus, sed solam rationis participem, hinc sequitur nec omnis corporis naturam aliam esse. At vero si non omnis corporis alia natura est, sed singulæ animantes corpus habent animæ pro portione consentaneum, perspicuum est corpus illud, cujus anima Dei est opus, præstantius fore illo, cujus anima Dei opus non est. Atque sic falsum erit corpus hominis nihil a vespertilione, verme aut rana discrepare.

C 59. Et sane absurdum fuerit saxa saxis, ædificia ædificiis puriora haberi aut impuriora, prout aut ad honorem divinitatis construuntur, aut ad recipienda vilia impuraque corpora; corpora vero corporibus non præstare, quorum alia animæ ratione præditæ incolunt, alia ratione privatæ, alia virtutum studiosæ, alia vitiis inquinatissimæ. Certe hoc discrimen fecit, ut quidam ausi fuerint hominum virtute præcellentium corpora in deorum numerum referre tanquam bonæ animæ domicilia; projicere autem aut contumeliis afficere corpora eorum qui vitiis dediti fuerant : non quod id quidem omnino recte factum sit : sed quod a sana quadam cogitatione originem habuerit. Num enim sapiens, post D mortem Anyti et Socratis, æque sollicitus erit de utriusque corporis sepultura? **550** An utrique par et simile monumentum aut sepulcrum construct? Atque hæc de isto Celsi dicto : « Quorum nihil opus Dei est; » ubi voce « quorum » intelligit corpus

Τύμβος ὑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτι.

Sepulcrum tuum Hymettio melle apum ex bobus genitarum semper stillet.

Idem in Ἵπποι :

Ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν.

Ex equis vespæ, et ex bobus apes generantur.

Idem in κάνθαρος. Κάνθαρος· παρὰ τὸν κάνθωνα, τουτέστι, *τὸν ὄνον*· καὶ παρὰ τὸν ὀρὸν, τουτέστι, *τὸ σπέρμα*. Φασὶ γὰρ, ὅτι ὁ κάνθαρος οὕτω τίκτεται· Ἐπὰν εὕρῃ ὄνου κόπρον στρογγύλην, μένει κυλίων τοῖς ποσὶ, καὶ τῷ κυλίειν ἀποσπερμαίνει· καὶ ἐκ τούτου ὁ κάνθαρος τὸ ζῶον γίνεται. « Scarabæus. Dictus a nomine κάνθων, *asinus*, et ὀρός, *semen*. Aiunt enim scarabæum ita generari. Invento asini stercore rotundo in eo manet, pedibus ruspans; et inter ruspandum semen emittit, ex quo scarabæus nascitur. » Spencer.

(20) *Ἐσαφήνισε*. Ita recte codex Basileensis. Libri autem editi, ἐσαφήνισας.

(21) *Ἄλλην εἶναι φύσιν*. Sic codex Jolianus. In libris editis deest ἄλλην. Codex Basileensis, εἶναι φύσιν τὴν αὐτήν. Non multo post libb. editi in textu, ἀλλ᾽ ἑκάστου δὲ τὸ σῶμα.

hominis, aut serpentium qui ex illo oriuntur; corpus bovis, aut apum quæ ex illo prodeunt; corpus equi, aut vesparum quæ ex eo nascuntur; et corpus asini, aut scarabæorum qui inde exeunt. Quæ quidem in causa fuerunt cur istud: « Anima quidem opus Dei est, alia autem est corporis natura, » retractare necessarium judicaverim.

A καὶ ἐπὶ τὸ ἵππου, ἢ ὄνου, καὶ τῶν ἐξ ἵππου μὲν σφηκῶν, ἐξ ὄνου δὲ κανθάρων·) δι' ἃ ἠναγκάσθημεν ἐπαναλαβεῖν καὶ τὸ, « Ψυχὴ μὲν Θεοῦ ἐστιν ἔργον, σώματος δὲ ἄλλη φύσις. »

60. Ait postea, « naturam illam prædictorum omnium corporum communem et unam abire et redire ratis vicissitudinibus. » Ex iis quæ supra dixi, manifestum est non solum corporum quæ Celsus enumeravit, sed etiam cœlestium naturam esse communem. Quod si ita est, certe ex illo (an ex veritate nescio) natura illa omnium corporum una et eadem abit reditque ratis vicissitudinibus. Verum quidem est hanc eorum esse sententiam qui mundum censent esse corruptibilem. Sed qui contrariam de mundo opinionem tuentur, ostendent ii naturam omnium corporum communem et unam, etiam non admisso quinto corpore, ratis vicissitudinibus abire et redire, atque sic mutatum permanere, quod perire videtur. Materia enim subjecta, pereunte qualitate, ipsa eadem permanet, ut asserunt ii qui ipsam increatam esse volunt. Quod si probari possit ipsam non esse increatam, sed quemdam in usum factam esse, patet eamdem ejus non fore naturam, quod ad permansionem spectat, ac si increata poneretur. Verum hæc physicorum sunt: nobis vero Celsi calumnias refellere propositum est.

Οἴεται γὰρ πρῶτον μὲν « μὴ ἔργα Θεοῦ εἶναι βροντὰς, καὶ ἀστραπὰς, καὶ ὑετούς· » ἤδη σαφέστερον Ἐπικουρίζων· δεύτερον δέ φησιν, ὅτι, « εἰ καὶ διδοίη τις ταῦτα ἔργα εἶναι Θεοῦ, οὐ μᾶλλον ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα γίνεται πρὸς τροφὴν, ἢ τοῖς φυτοῖς, δένδροις τε, καὶ πόαις, καὶ ἀκάνθαις· » συντυχικῶς διδοὺς καὶ οὐ κατὰ Πρόνοιαν, ὡς ἀληθῶς Ἐπικούρειος, ταῦτα συμβαίνειν. Εἰ γὰρ οὐ μᾶλλον ἡμῖν ἢ φυτοῖς, καὶ δένδροις, καὶ πόαις, καὶ ἀκάνθαις, ταῦτ' ἔστι χρήσιμα, δῆλον, ὅτι οὐδ' ἀπὸ Προνοίας C ταῦτ' ἔρχεται· ἢ ἀπὸ Προνοίας οὐ μᾶλλον ἡμῶν προνοουμένης ἢ δένδρων, καὶ πόας, καὶ ἀκάνθης. Ἑκάτερον δ' αὐτόθεν ἀσεβές· καὶ τὸ τοῖς τοιούτοις ἀντιλέγειν, ἱστάμενον πρὸς τὸν ἀσέβειαν ἡμῖν ἐγκαλοῦντα (70), εὔηθες. Παντὶ γὰρ δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, τίς ὁ ἀσεβής. Εἶτά φησιν, ὅτι « Κἂν ταῦτα λέγῃς ἀνθρώποις φύεσθαι (δηλονότι τὰ φυτὰ, καὶ δένδρα, καὶ πόας, καὶ ἀκάνθας), τί μᾶλλον αὐτὰ ἀνθρώποις φήσεις φύεσθαι ἢ τοῖς ἀλόγοις ζώοις τοῖς ἀγριωτάτοις; » Σαφῶς οὖν λεγέτω ὁ Κέλσος, ὅτι ἡ τοσαύτη τῶν ἐπὶ γῆς φυομένων διαφορὰ οὐ Προνοίας ἐστὶν ἔργον· ἀλλὰ συντυχία τις ἀτόμων τὰς τοσαύτας ποιότητας (71) πεποίηκε· καὶ κατὰ συντυχίαν τοσαῦτα εἴδη φυτῶν, καὶ δένδρων, καὶ πόας, παραπλήσιά ἐστιν D ἀλλήλοις· καὶ ὅτι οὐδεὶς λόγος τεχνικὸς ὑπέστησεν αὐτὰ, οὐδ' ἀπὸ νοῦ ἔχει τὴν ἀρχὴν πάντα θαυμασμὸν ὑπερβεβηκότος. Ἀλλ' ἡμεῖς, οἱ τῷ ταῦτα κτίσαντι μόνῳ Θεῷ ἀνακείμενοι Χριστιανοὶ, καὶ ἐπὶ τούτοις χάριν οἴδαμεν τῷ καὶ τούτων δημιουργῷ, ὅτι ἡμῖν τηλικαύτην ἑστίαν ηὐτρέπισε (72), καὶ δι' ἡμᾶς τοῖς δουλεύουσιν ἡμῖν ζώοις· « Ὁ ἐξανατέλλων χόρτον

et propter illam potissimum omnia Providentiam fecisse. Itaque animalia ratione prædita, utpote præcipua, tanquam parvuli sunt; ratione autem privata, membranæ fetum involventis loco ducuntur. Ac mea quidem sic est ratio, quemadmodum in urbibus qui rebus venalibus foroque præfecti sunt, ii propter solos homines laborant, tametsi canes aliaque bruta animantia annonæ copia et ipsi fruantur; sic ratione præditis præcipue consulere Providentiam, sed hinc factum esse, ut etiam brutæ animantes rebus in hominum usum paratis potiantur. Peccaret ille tamen, qui, quod canes rerum venalium copia fruantur, ideo diceret præfectos foro non magis hominibus quam canibus providisse; multo magis igitur Celsus, et qui eadem atque ille sentiunt, in Deum naturis ratione præditis providentem, impii sunt, qui negant alimenta hominibus potius esse, quam stirpibus, arboribus, herbis et spinis comparata.

75. Nam primum putat « tonitrua, fulgura, pluvias non esse Dei opera; » quo jam tum aperte Epicurissat. Deinde: « Etsi daretur, inquit, hæc Dei opera esse, non magis nobis hominibus alendis facta sunt, quam stirpibus, arboribus, herbis et spinis. » Quæ quidem sunt veri Epicurei hæc omnia non Providentia, sed fortuito casu accidere confitentis. Illa enim si non magis in nostrum usum procurata sunt, quam stirpium, arborum, herbarum et spinarum; certe aut non a Providentia, aut a Providentia profecta sunt, quæ non nobis magis quam stirpibus, arboribus, herbis et spinis consulit. Utrumque autem manifeste impium est; et stultus essem, si adversarium nos talibus rationibus impietatis accusantem refellere conarer. Ex dictis enim evidens est, uter sit impietatis reus. Tum ille: « Etiamsi dixeris illa (videlicet arbores, stirpes, herbas et spinas) hominibus nata esse, cur dices **560** ea magis hominibus nasci, quam ferissimis animantibus ratione privatis? » Neget igitur palam Celsus tantam illam rerum quæ e terra nascuntur diversitatem Dei esse opus, et tot qualitates fortuitæ atomorum concursioni tribuat, sicut et tot stirpium, arborum et herbarum species, quæ sint inter se similes; neget ullam in iis quærendam esse artis solertiam, et illa originem acceptam referre intelligentiæ quæ omnem admirationem superat. Sed nos soli Deo rerum illarum conditori addicti Christiani, gratias illi habemus, quod nobis et propter nos animalibus quæ nobis serviunt, tale domicilium adornaverit: « Ipse producit fœnum jumen-

(66) Philocalia, ποιεῖν, et paulo post, προηγούμενα παιδίῳ γεννωμένῳ.

(67) Philocalia, χωρίῳ συγκτιζομένῳ, sed codd. Regius et Basileensis, χωρίου συγκτιζομένου, rectius.

(68) Philocalia, τὰ ἄλογα. Hœschelius et Spencerus, τὰ ἄλλα ἄλογα.

(69) *Μὴ μᾶλλον*. Sic Philocalia, Hœschelius autem et Spencerus, τί μᾶλλον. Paulo post Philocalia, ἤδη σαφῶς ἐπικουρίζων.

(70) Hœschelius et Spencerus, ἡμῶν κατηγοροῦντα, sed Philocalia ut in nostro textu.

(71) *Ποιότητας*. Recte omnino Philocalia, male autem Hœschelius et Spencerus συντυχίας, quæ vox nullum hic locum habet.

(72) Hœschelius et Spencerus, εὐτρέπιζε, sed Philocalia, ηὐτρέπισε.

tis et herbam servituti hominum, ut educat panem de terra et vinum lætificet cor hominis; ut exhilaret faciem in oleo, et panis cor hominis confirmet [48]. » Neque mirum est Deum etiam ferocissimis animalium alimenta præbuisse. Fuerunt enim philosophi qui dicerent illa animalia nata esse ut animali rationis participi materia exercitationis essent. Et unius e nostris sapientibus dictum est : « Ne dixeris : Quid hoc, aut quorsum hoc ? omnia enim ad illorum usum creata sunt. Et ne dixeris : Quid istud, aut quorsum istud? omnia enim in tempore suo quærentur [49]. »

76. Deinde Celsus, volens non magis nobis Providentiam fecisse quæ nascuntur e terra, quam ferocissimis animalium : « Nos certe, inquit, magna molestia, magnis laboribus sudoribusque victum quærimus; animalibus autem, nulla semente, tellus inarata fert omnia. » At non videt Deum voluisse undecunque præberi solertiæ humanæ exercendæ materiem, ut ne illa otiosa et artium imperita remaneret; atque ea causa hominem creasse indigentem, ut penuria ipsa cogeretur artes invenire, alias ad victum, alias ad vestitum necessarias. Etenim iis, qui nec ad divina mysteria, nec ad philosophiam animum adjuncturi erant, satius fuit egere, ut ad extundendas artes solertiam adhiberent, quam omnibus bonis affluere, neglecta solertia. Atque etiam ex hac rerum vitæ utilium inopia natæ sunt agricultura, vinitoria, olitoria, lignaria et æraria, instrumentorum artifices, iis necessariorum artibus, quæ quærendo victui inserviunt. Item tegmentorum inopia texendi, carminandi, nendique artes intulit. Hinc etiam cæmentarii, qui crescente sensim solertia regulas architectonices excogitarunt. Huic eidem commoditatum penuriæ debemus nauticarum rerum scientiam, qua fit, ut quæ in quibusdam regionibus nascuntur, ad alias transportentur quæ eadem non habent. Ex quibus omnibus mirari subit **561** Providentiam quæ præ animantibus rationis expertibus ratione præditum egenum creavit. Nam illis paratus pastus, quia ad artes minime idoneæ sunt. Natura quoque teguntur, aliæ villis vestitæ, aliæ plumis, aliæ coriis, aliæ squamis obductæ sunt. Atque hæc nobis dicta fuerint contra ista Celsi verba : « Nos quidem molestia, labore, sudoribus victum quærimus ; animantibus autem, nulla semente, tellus inarata fert omnia. »

77. Tum ille oblitus propositum sibi esse Judæos et Christianos incusare, sibi ipse carmen Euripidis objicit suæ opinioni adversum, illudque impugnans, ut prave dictum reprehendit. Celsi verba sunt hæc: « Quod si mihi opposueris istud Euripidis :

Sol, nox, uterque serviunt mortalibus:

[48] Psal. CIII, 14, 15, 16. [49] Eccli. XXXIX, 22, 26.

(73) Philocalia hic et paulo post, τί τοῦτο ἢ εἰς τί τοῦτο; apud Hœschelium et Spencerum utrobique desideratur prius τί τοῦτο.

(74) Philoc., φύεται.

A τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς· καὶ ἵν' οἶνος εὐφραίνῃ καρδίαν ἀνθρώπου, καὶ ἱλαρύνηται πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ, καὶ ἄρτος στηρίζῃ καρδίαν ἀνθρώπου. » Εἰ δὲ καὶ τοῖς ἀγριωτάτοις τῶν ζώων τροφὰς κατεσκεύασεν, οὐδὲν θαυμαστόν· καὶ ταῦτα γὰρ τὰ ζῶα καὶ ἄλλοι τῶν φιλοσοφησάντων εἰρήκασι γυμνασίου ἕνεκεν γεγονέναι τῷ λογικῷ ζώῳ. Φησὶ δέ που τῶν καθ' ἡμᾶς τις σοφῶν· « Μὴ εἴπῃς, τί τοῦτο, ἢ εἰς τί τοῦτο (73); πάντα γὰρ εἰς χρείαν αὐτῶν ἔκτισται. Καὶ μὴ εἴπῃς, τί τοῦτο, ἢ εἰς τί τοῦτο; πάντα γὰρ ἐν καιρῷ αὐτῶν ζητηθήσεται. »

Ἑξῆς τούτοις ὁ Κέλσος, θέλων μὴ μᾶλλον ἡμῖν τὴν Πρόνοιαν πεποιηκέναι τὰ φυόμενα ἐπὶ γῆς ἢ τοῖς τῶν ζώων ἀγριωτάτοις, φησίν· « Ἡμεῖς μέν γε
B κάμνοντες καὶ προσταλαιπωροῦντες, μόλις καὶ ἐπιπόνως τρεφόμεθα· τοῖς δ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται (74)· » οὐχ ὁρῶν, ὅτι πανταχοῦ τὴν ἀνθρωπίνην σύνεσιν γυμνάζεσθαι βουλόμενος ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ μένῃ ἀργὴ καὶ ἀνεπινόητος τῶν τεχνῶν, πεποίηκε τὸν ἄνθρωπον ἐπιδεῆ· ἵνα δι' αὐτὸ τὸ ἐπιδεὲς (75) αὐτοῦ ἀναγκασθῇ εὑρεῖν τέχνας, τινὰς μὲν διὰ τὴν τροφὴν, ἄλλας δὲ διὰ τὴν σκέπην. Καὶ γὰρ κρεῖττον ἦν τοῖς μὴ μέλλουσι τὰ θεῖα ζητεῖν, καὶ φιλοσοφεῖν, τὸ ἀπορεῖν, ὑπὲρ τοῦ τῇ συνέσει χρήσασθαι πρὸς εὕρεσιν τεχνῶν, ἤπερ ἐκ τοῦ εὐπορεῖν πάντῃ τῆς συνέσεως ἀμελεῖν. Ἡ τῶν κατὰ τὸν βίον γοῦν χρειῶν ἀπορία συνέστησε τοῦτο μὲν γεωργικὴν, τοῦτο δὲ ἀμπελουργικὴν (76), τοῦτο δὲ τὰς περὶ τοὺς κήπους τέχνας, τοῦτο δὲ τεκτονικὴν καὶ χαλκευτικὴν,
C ποιητικὰς ἐργαλείων ταῖς ὑπηρετουμέναις τέχναις τὰ πρὸς τροφήν. Ἡ δὲ τῆς σκέπης ἀπορία τοῦτο μὲν ὑφαντικὴν, τὴν μετὰ τὴν ξαντικὴν, καὶ τὴν νηστικὴν εἰσήγαγε· τοῦτο δὲ οἰκοδομικήν· καὶ οὕτως ἀναβέβηκεν ἡ σύνεσις καὶ ἐπὶ τὴν ἀρχιτεκτονικήν. Ἡ δὲ τῶν χρειῶν ἔνδεια πεποίηκε καὶ τὰ ἐν ἑτέροις τόποις γεννώμενα (77) φέρεσθαι διὰ ναυτικῆς καὶ κυβερνητικῆς πρὸς τοὺς μὴ ἔχοντας ἐκεῖνα· ὥστε καὶ τούτων ἕνεκεν θαυμάσαι τις ἂν τὴν Πρόνοιαν, συμφερόντως παρὰ τὰ ἄλογα ζῶα ἐνδεὲς ποιήσασαν τὸ λογικόν. Τὰ μὲν γὰρ ἄλογα ἑτοίμην ἔχει τὴν τροφὴν, ἅτε οὐδ' ἀφορμὴν πρὸς τέχνας ἔχοντα. Καὶ φυσικὴν δ' ἔχει τὴν σκέπην. Τετρίχωται γὰρ, ἢ ἐπτέρωται, ἢ πεφολίδωται, ἢ ὠστράκωται. Καὶ ταῦτα δὲ πρὸς ἀπολογίαν ἡμῖν λελέχθω τῆς φασκούσης λέξεως παρὰ
D τῷ Κέλσῳ· « Ἡμεῖς μὲν κάμνοντες καὶ προσταλαιπωροῦντες μόλις τρεφόμεθα· τοῖς δ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται. »

Ἑξῆς δὲ τούτοις ἐπιλαθόμενος, ὅτι τὸ προκείμενον αὐτῷ ἐστιν Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν κατηγορεῖν, ἑαυτῷ ἀνθυποφέρει Εὐριπίδειον (78) λόγον ἰαμβεῖον, ἐναντιούμενον αὐτοῦ τῇ γνώμῃ· καὶ ὁμόσε χωρήσας τῷ λελεγμένῳ, κατηγορεῖ ὡς κακῶς εἰρημένου. Ἔχει δ' οὕτως ἡ τοῦ Κέλσου λέξις· « Εἰ δὲ καὶ τὸ Εὐριπίδειον ἐρεῖς, ὅτι

Ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς·

(75) Philoc., τὸ ἐνδεές.

(76) Omittit Philocalia τοῦτο δὲ ἀμπελουργικήν.

(77) Philoc., γενόμενα.

(78) *Εὐριπίδειον*. Vide hujus libri num. 30.

τί μᾶλλον ἡμῖν ἢ τοῖς μύρμηξι καὶ ταῖς μυίαις; Καὶ γὰρ ἐκείνοις ἡ μὲν νὺξ γίνεται πρὸς ἀνάπαυσιν, ἡ δὲ ἡμέρα πρὸς τὸ ὁρᾷν τε καὶ ἐνεργεῖν.» Σαφὲς δὴ, ὅτι οὐ μόνον Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν τινες εἰρήκασιν ἡμῖν δουλεύειν ἥλιον καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ, ἀλλὰ καὶ ὁ κατά τινας *Σκηνικὸς φιλόσοφος* (79), καὶ φυσιολογίας τῆς Ἀναξαγόρου γενόμενος ἀκροατής· ὅστις ἀπὸ ἑνὸς λογικοῦ τοῦ ἀνθρώπου συνεκδοχικῶς πᾶσι τοῖς λογικοῖς τεταγμένα (80) ἐν τῷ παντί φησι δουλεύειν, δηλούμενα πάλιν συνεκδοχικῶς ἐκ τοῦ·

Ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς.

Ἢ τάχα καὶ ὁ τραγικὸς ἀπὸ τοῦ ποιοῦντος τὴν ἡμέραν ἡλίου ὠνόμασε τὴν ἡμέραν, διδάσκων, ὅτι τὰ μάλιστα χρῄζοντα ἡμέρας καὶ νυκτὸς τὰ ὑπὸ σελήνην ἐστί· καὶ οὐχ οὕτως ἄλλα, ὡς τὰ ἐπὶ γῆς (81). Ἡμέρα οὖν καὶ νὺξ δουλεύει βροτοῖς, γενόμεναι διὰ τὰ λογικά. Εἰ δὲ παραπολαύουσι μύρμηκες καὶ μυῖαι, ἐνεργοῦντες μὲν ἡμέρας, νυκτὸς δὲ διαναπαυόμενοι, τῶν δι' ἀνθρώπους γεγενημένων· οὐχὶ καὶ διὰ μύρμηκας καὶ μυίας λεκτέον ἡμέραν γίνεσθαι καὶ νύκτα· οὐδὲ δι' οὐδὲν, ἀλλὰ κατὰ Πρόνοιαν, ἀνθρώπων ἕνεκεν, ταῦτα χρὴ νομίζειν γεγονέναι.

Ἑξῆς δὲ τούτοις (82) ἑαυτῷ ἀνθυποφέρει τὰ ὡς ὑπὲρ ἀνθρώπων λεγόμενα, ὅτι δι' αὐτοὺς τὰ ἄλογα ζῷα δεδημιούργηται, καί φησιν, ὅτι, «Εἴ τις ἡμᾶς λέγοι ἄρχοντας τῶν ζώων, ἐπεὶ ἡμεῖς τὰ ἄλλα ζῷα θηρῶμέν (83) τε καὶ δαινύμεθα· φήσομεν, ὅτι Τί δ' οὐχὶ μᾶλλον (84) ἡμεῖς δι' ἐκεῖνα γεγόναμεν, ἐπεὶ ἐκεῖνα θηρᾶται ἡμᾶς καὶ ἐσθίει; Ἀλλὰ καὶ ἡμῖν μὲν ἀρκύων καὶ ὅπλων δεῖ, καὶ ἀνθρώπων πλειόνων βοηθῶν, καὶ κυνῶν, κατὰ τῶν θηρευομένων· ἐκείνοις δ' αὐτίκα καὶ καθ' αὐτὰ ἡ φύσις ὅπλα δέδωκεν, εὐχερῶς ἡμᾶς ὑπάγουσα ἐκείνοις.» Καὶ ἐνταῦθα δὲ ὁρᾷς, τίνα τρόπον ἡ σύνεσις μέγα βοήθημα ἡμῖν δέδοται, καὶ παντὸς ὅπλου κρεῖττον, οὗ δοκεῖ ἔχειν τὰ θηρία. Ἡμεῖς γοῦν οἱ πολλῷ τῷ σώματι τῶν ζώων (85) ἀσθενέστεροι, τινῶν δὲ καὶ εἰς ὑπερβολὴν βραχύτεροι, κρατοῦμεν διὰ τὴν σύνεσιν τῶν θηρίων, καὶ τοὺς τηλικούτους ἐλέφαντας θηρεύομεν, τὰ μὲν πεφυκότα τιθασσεύεσθαι ὑποτάσσοντες τῇ ἡμετέρᾳ ἡμερότητι· κατὰ δὲ τῶν μὴ πεφυκότων, ἢ μὴ δοκούντων ἡμῖν χρείαν παρέχειν ἐκ τῆς τιθασσείας, οὕτω μετὰ τῆς ἡμετέρας ἱστάμεθα ἀσφαλείας, ὥστε, ὅτε μὲν βουλόμεθα, ἔχομεν τὰ τηλικαῦτα θηρία κατακεκλεισμένα· ὅτε δὲ χρῄζομεν τροφῆς τῆς ἀπὸ τῶν σωμάτων αὐτῶν, οὕτως αὐτὰ ἀναιροῦμεν, ὡς καὶ τὰ μὴ ἄγρια τῶν ζώων. Δοῦλα οὖν πάντα τοῦ λογικοῦ ζώου καὶ τῆς φυσικῆς αὐτοῦ συνέσεως κατεσκεύασεν ὁ δημιουργός. Καὶ εἰς

A cur nobis magis, quam formicis et muscis? Nam et illis nox quiescendi tempus est, et dies exoritur ad videndum et operandum.» Hinc patet hanc sententiam, solem aliaque corpora nobis servire, non quorumdam duntaxat esse Judæorum et Christianorum, sed etiam illius, quem quidam vocant *Theatri philosophum*, quique physicam ab Anaxagora doctus fuerat. Is autem cum ait homini res hujus universi servire, parte pro toto sumpta, omnes naturas rationis participes intelligit; quemadmodum eodem dictionis ornatu res hujus universi significat cum ait:

Sol, nox, uterque serviunt mortalibus.

Fortasse etiam tragicus ille poeta solis voce diem designavit, quia sol diem efficit; ut indicaret die ac B nocte maxime opus habere quæ sub luna sunt; cætera non æque ac ea quæ sunt in terra. Dies igitur et nox mortalibus serviunt, uterque factus propter naturas ratione præditas. Si autem uterque propter homines creatus prodest formicis et muscis, quæ per diem laborant noctuque conquiescunt: non idcirco dicere oportet formicarum et muscarum causa facta esse diem ac noctem, aut in iis creandis alio spectasse Providentiam, quam ad homines.

78. Deinde sibi objicit quod pro hominibus dicitur, bruta nempe animalia illorum causa esse facta, et ait: «Si quis nos reges animantium esse dicat, quod eis in venando captis epulas instruimus, C respondebo: Cur non potius nos propter illas nati sumus, quandoquidem illæ nos et venantur et devorant? Præsertim cum contra illas nobis retibus, armis, complurium hominum auxilio, canibus opus sit; illis autem sponte natura arma dederit, quibus nos sibi facili **562** negotio subjiciant.» Atque hinc vides industriam nobis esse magnum auxilium, idque præstantius armis quæ feris inesse videntur. Et quidem, etiamsi viribus corporis nos multo superent animantes, et quibusdam magnitudine immensum cedamus, illas tamen in nostram potestatem nostra redigit ratio atque solertia. Elephantes corporis mole tantos venando nanciscimur; quæ cicurari possunt, eas nostra mansuetudine nobis subdimus. Quæ mansuefieri nequeunt, aut mansuefactæ D nulli nobis usui essent, ita nos ab illis securos reddimus, ut illas, quando lubet, inclusas retineamus; cum autem illarum corporibus ad vescendum opus est, æque facile illas occidimus ac domesticas. Animalis igitur ratione præditi naturali solertiæ Conditor omnia animalia subdidit. Atque hinc est quod canibus exempli causa ad gregum, armentorum,

(79) *Σκηνικὸς φιλόσοφος*. Euripides nempe qui ab Athenæo et Clemente Alexandrino, *Stromat.* v, vocatur ὁ ἐπὶ τῆς σκηνῆς φιλόσοφος. Suidas in *Εὐριπίδ.*: Διήκουσε δὲ καὶ Ἀναξαγόρου τοῦ Κλαζομενίου.

(80) *Τεταγμένα*. Scribendum forte τὰ τεταγμένα, uti conjicit Guietus. Infra codex Jolianus, ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς. In antea editis deest, δουλεύει βροτοῖς.

(81) Vitiose in antea editis legitur, καὶ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ ὡς τὰ ἐπὶ γῆς.

(82) *Ἑξῆς δὲ τούτοις*, etc., usque ad ista, δεδημιούργηται, supplentur e Philocalia.

(83) Eadem Philocalia, ἄρχοντας τῶν ἀλόγων, ἐπεὶ ἡμεῖς τὰ ἄλογα θηρῶμεν.

(84) Hœschelius et Spencerus, ὅτι οὐχὶ μᾶλλον.

(85) Philocalia, θηρίων.

domorum custodiam, bobus ad agriculturam, jumentis ad ferenda onera utimur. Sic etiam nati sunt leones, ursi, pardi, apri aliæque id genus animantes, quibus excitarentur virtutis semina quæ nobis insita sunt.

79. Postea homines suam præ animantibus ratione privatis excellentiam agnoscentes his compellat verbis: « Ad id quod dicitis datam vobis esse a Deo feras capiendi et occidendi potestatem; verisimile est, antequam urbes essent et artes atque ejusmodi societates, ante arma et casses, homines a feris captos et devoratos fuisse; feras autem ab hominibus nequaquam. » Hic vide, tametsi homines feras et feræ homines capiant, multum tamen differre eos qui solertia vincunt, ab iis quæ feritate et rabie nonnisi eos superant, qui ad se muniendos sua non utuntur solertia. Cum autem ait: « Antequam urbes essent et ejusmodi societates, antequam artes inventæ erant; » non meminit, opinor, eorum quæ supra dixerat: « Mundum esse increatum et incorruptibilem; ea sola, quæ in terra sunt, diluvia et conflagrationes pati, ac ne omnia quidem simul. » Ut igitur increati mundi defensores ejus non possunt initium indicare, ita nec tempus, cum neque erant urbes, neque artes inventæ. Sed esto hic illum ad nostra se accommodare voluisse placita, et neglexisse quæ superius dixerat: qui hinc probetur, initio homines a feris, non feras ab hominibus captas et comesas fuisse? Nam si Providentia mundum condidit et Deus universis rebus præest, necesse est primos hominum **563** parentes a naturis præstantioribus custoditos fuisse, ita ut ab initio intima esset divinæ naturæ cum illis societas. Id quod Ascræus poeta intelligens ait:

A ἄλλα μὲν κυνῶν χρήζομεν, φέρ' εἰπεῖν, εἰς φυλακὴν ποιμνίων, ἢ βουκολίων, ἢ αἰπολίων, ἢ οἰκιῶν· εἰς ἄλλα δὲ βοῶν, οἷον εἰς γεωργίαν (86)· εἰς ἄλλα δ' ὑποζυγίοις χρώμεθα, ἢ ἀχθοφόροις. Οὕτως εἰς γυμνάσιον τῶν τῆς ἀνδρείας ἐν ἡμῖν σπερμάτων δεδόσθαι ἡμῖν λέγεται τὸ λεόντων, καὶ ἄρκτων, παρδάλεών τε καὶ συῶν, καὶ τὸ τῶν τοιούτων γένος.

Εἶτα λέγει πρὸς τὸ τῶν αἰσθανομένων τῆς ἑαυτῶν ὑπεροχῆς ἀνθρώπων γένος, ἣν ὑπερέχει τῶν ἀλόγων ζώων, ὅτι, « Πρὸς ὃ ὑμεῖς φατε, ὡς ὁ Θεὸς ὑμῖν δέδωκεν αἱρεῖν (87) τὰ θηρία δύνασθαι, καὶ καταχρήσασθαι, ἐροῦμεν, ὅτι (ὡς εἰκὸς) πρὶν πόλεις εἶναι καὶ τέχνας, καὶ τοιαύτας ἐπιμιξίας, καὶ ὅπλα, καὶ δίκτυα, ἄνθρωποι μὲν ὑπὸ θηρίων ἡρπάζοντο καὶ ἠσθίοντο, θηρία δ' ὑπ' ἀνθρώπων ἥκιστα ἡλίσκετο. » B Ὅρα δὲ πρὸς ταῦτα, ὅτι, εἰ καὶ αἱροῦσιν ἄνθρωποι θηρία, καὶ θηρία ἀνθρώπους ἁρπάζει, πολλὴ ἐστι διαφορὰ τῶν συνέσει κρατούντων παρὰ τὰ ἀγριότητι καὶ ὠμότητι περιγινόμενα τῶν οὐ χρωμένων τῇ συνέσει πρὸς τὸ μηδὲν ὑπὸ θηρίων παθεῖν. Τὸ δὲ « πρὶν πόλεις εἶναι καὶ τέχνας καὶ τοιαύτας ἐπιμιξίας, » ἐπιλελησμένου οἶμαι εἶναι ὧν ἀνωτέρω προεῖπεν· « ὡς ἀγενήτου ὄντος τοῦ κόσμου, καὶ ἀφθάρτου, καὶ μόνων τῶν ἐπὶ γῆς κατακλυσμοὺς καὶ ἐκπυρώσεις πασχόντων, καὶ οὐ πάντων ἅμα τούτοις περιπιπτόντων. » Ὡς οὐκ ἔστιν οὖν τοῖς ἀγένητον ὑφιστάνουσι (88) τὸν κόσμον ἀρχὴν αὐτοῦ εἰπεῖν, οὕτως οὐδὲ χρόνον, ὅτ' οὐδαμῶς ἦσαν πόλεις, οὐδὲ τέχναι πω εὕρηντο. Ἀλλ' ἔστω καὶ ταῦτα ἡμῖν μὲν συνᾳδόντως αὐτῷ συγχωρεῖν (89), αὐτῷ δὲ καὶ τοῖς ἀνωτέρω ὑπ' C αὐτοῦ λελεγμένοις οὐκέτι· τί οὖν τοῦτο πρὸς τὸ πάντως καταρχὰς τοὺς μὲν ἀνθρώπους ὑπὸ θηρίων ἁρπάζεσθαι καὶ ἐσθίεσθαι, μηκέτι δὲ καὶ τὰ θηρία ὑπ' ἀνθρώπων ἁλίσκεσθαι; Εἴπερ γὰρ κατὰ Πρόνοιαν ὁ κόσμος γεγένηται, καὶ Θεὸς ἐφέστηκε τοῖς ὅλοις· ἀναγκαῖον ἦν τὰ ζώπυρα τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἀρξάμενα ὑπό τινα γεγονέναι φρουρὰν τὴν ἀπὸ κρειττόνων, ὥστε κατ' ἀρχὰς ἐπιμιξίαν γεγονέναι (90) τῆς θείας φύσεως πρὸς τοὺς ἀνθρώπους· ἅπερ καὶ ὁ Ἀσκραῖος ποιητὴς ἐννοῶν εἶπε·

Nam tunc communes erant epulæ communesque sedes
Immortalium deorum et mortalium hominum.

Ξυναὶ γὰρ τότε δαῖτες ἔσαν, ξυνοὶ δὲ θόωκοι
Ἀθανάτοισι θεοῖσι καταθνητοῖς τ' ἀνθρώποις.

80. Et divina Moysis scripta docent auditam primis parentibus divinam vocem, audita oracula, eisque nonnunquam apparuisse angelos Dei, qui ad se venirent. Atque etiam æquum erat homines initio mundi magis adjuvari, usque eo dum aucta solertia, comparatis virtutibus, artibusque inventis, per se ipsi possent vitam tueri, nec egerent cura et moderatione eorum Dei ministrorum, qui ipsis ejus voluntate conspicabiles se modo quodam incredibili præbebant. Ex his autem sequitur falsum esse, homines a feris initio captos et devoratos fuisse, minime autem feras ab hominibus. Hinc

Καὶ ὁ θεῖος δὲ κατὰ Μωϋσέα λόγος εἰσήγαγε τοὺς πρώτους (91) ἀκούοντας θειοτέρας φωνῆς καὶ χρησμῶν, καὶ ὁρῶντας ἔσθ' ὅτε καὶ ἀγγέλων Θεοῦ ἐπιδημίας γεγενημένας πρὸς αὐτούς. Καὶ γὰρ εἰκὸς ἐν ἀρχῇ τοῦ κόσμου ἐπὶ πλεῖον βεβοηθῆσθαι τὴν ἀνθρώπων φύσιν (92), ἕως, προκοπῆς γενομένης εἰς σύνεσιν, D καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς, καὶ τὴν εὕρεσιν τῶν τεχνῶν, δυνηθῶσι καὶ καθ' ἑαυτοὺς ζῆν, οὐ χρήζοντες ἀεὶ ἐπιτροπευόντων, καὶ οἰκονομούντων αὐτοὺς μετὰ παραδόξου ἐπιφανείας τῶν ὑπηρετουμένων τῷ τοῦ Θεοῦ βουλήματι. Ἀκόλουθον δὲ τούτοις τὸ ψεῦδος εἶναι, ὅτι κατ' ἀρχὰς ἄνθρωποι μὲν ὑπὸ θηρίων ἡρπά-

(86) Hœschelius et Spencerus, εἰς γεωργίας, et paulo post, εἰς γυμνάσια.

(87) Iidem in margine, εὑρεῖν. Mox Philocalia, δύνασθαι καὶ καταχρῆσθαι.

(88) Hœschelius et Spencerus, ὑφισταμένοις. Philocalia, ὑφιστάνουσι.

(89) *Αὐτῷ συγχωρεῖν*. Boherello scribendum videtur, αὐτὸν συγχωρεῖν.

(90) Philocalia, γενέσθαι. Paulo post Hœschelius in textu et Philocalia, θῶκοι pro θόωκοι.

(91) *Τοὺς πρώτους*. Addendum videtur ἀνθρώπους, quod facile fuit ut excideret propter elementorum similitudinem. Ibidem apud Hœschelium et Spencerum corrupte legitur, ἀκούοντας θειοτέρας φωνῆς, καὶ χρησμόσινα ὁρῶντας, ἔσθ' ὅτε. Præstat lectio Philocaliæ quam exhibemus in textu nostro.

(92) Hœschelius in textu, τήνδ' ἀνθρώπων φύσιν.

ζοντο καὶ ἠσθίοντο, θηρία δ' ὑπ' ἀνθρώπων ἥκιστα ἡλίσκετο. Ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι ψεῦδος καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Κέλσου οὕτως λεγόμενον· « Ὥστε ταύτῃ γε ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους μᾶλλον τοῖς θηρίοις ὑπέβαλεν. » Οὐ γὰρ ὑπέβαλε τοὺς ἀνθρώπους τοῖς θηρίοις ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῇ συνέσει τῶν ἀνθρώπων ἁλωτὰ δέδωκεν εἶναι τὰ θηρία, καὶ ταῖς ἀπὸ συνέσεως ὑφισταμέναις κατ' ἐκείνων τέχναις. Οὐ γὰρ ἀθεεὶ ἐμηχανήσαντο σφίσιν αὐτοῖς οἱ ἄνθρωποι σωτηρίαν (93) ἀπὸ τῶν θηρίων, καὶ τὴν κατ' ἐκείνων ἐπικράτειαν.

Οὐχ ὁρῶν δ' ὁ γεννάδας, ὅσων φιλοσόφων τὴν Πρόνοιαν εἰσαγόντων καὶ διὰ τὰ λογικὰ πάντα ποιεῖν αὐτὴν λεγόντων, συναναιρεῖ (τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ,) χρήσιμα δόγματα τῇ Χριστιανῶν κατὰ ταῦτα πρὸς φιλοσοφίαν συμφωνίᾳ (94)· οὐδ' ὅση βλάβη κωλυτικὴ γίνεται εὐσεβείας ἐκ τοῦ παραδέξασθαι ὅτι οὐδὲν μυρμήκων ἢ μελισσῶν διαφέρει ὁ ἄνθρωπος παρὰ τῷ Θεῷ, φησὶν, ὅτι, « Εἰ διὰ τοῦθ' οἱ ἄνθρωποι διαφέρειν δοκοῦσι τῶν ἀλόγων, ἐπεὶ πόλεις ᾤκησαν (95), καὶ χρῶνται πολιτείᾳ, καὶ ἀρχαῖς, καὶ ἡγεμονίαις· τοῦτ' οὐδὲν πρὸς ἔπος ἐστὶ, καὶ γὰρ οἱ μύρμηκες καὶ αἱ μέλισσαι (96). Μελίσσαις γοῦν ἐστιν ἡγεμών· ἐστὶ δ' ἀκολουθία τε καὶ θεραπεία, καὶ πόλεμοι, καὶ νίκαι, καὶ τῶν ἡττημένων αἱρέσεις (97), καὶ πόλεις, καὶ προπόλεις γε, καὶ ἔργων διαδοχὴ, καὶ δίκαι κατὰ τῶν ἀργῶν τε καὶ πονηρῶν· τοὺς γοῦν κηφῆνας ἀπελαύνουσί τε καὶ κολάζουσιν. » Οὐδ' ἐν τούτοις δὲ ἑώρακε, τίνι διαφέρει τὰ ἀπὸ λόγου καὶ λογισμοῦ (98) ἐπιτελούμενα τῶν ἀπ' ἀλόγου φύσεως καὶ κατασκευῆς ψιλῆς γινομένων. Ὧν τὴν αἰτίαν οὐδεὶς μὲν ἐνυπάρχων τοῖς ποιοῦσι λόγος ἀναδέχεται· οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν αὐτόν· ὁ πρεσβύτατος δὲ καὶ Υἱὸς μὲν τοῦ Θεοῦ, πάντων δὲ τῶν ὑποκειμένων βασιλεὺς, φύσιν ἄλογον πεποίηκε, βοηθοῦσαν ὡς ἄλογον τοῖς ἀξιωθεῖσι λόγου (99). Πόλεις οὖν παρ' ἀνθρώποις μετὰ πολλῶν ὑπέστησαν τεχνῶν καὶ διατάξεως νόμων· πολιτεῖαι δὲ, καὶ ἀρχαὶ, καὶ ἡγεμονίαι ἐν ἀνθρώποις ἤτοι αἱ κυρίως εἰσὶν οὕτω καλούμεναι, σπουδαῖαί τινες ἕξεις καὶ ἐνέργειαι, ἢ καὶ αἱ καταχρηστικώτερον οὕτως ὀνομαζόμεναι πρὸς τὴν, κατὰ τὸ δυνατὸν, ἐκείνων μίμησιν· ἐκείναις γὰρ ἐνορῶντες οἱ ἐπιτετευγμένως (1) νομοτεθήσαντες συνεστήσαντο τὰς ἀρίστας πολιτείας, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἡγεμονίας. Ὧν οὐδὲν ἐν τοῖς ἀλόγοις ἐστὶν εὑρεῖν· κἂν ὁ Κέλσος τὰ λογικὰ ὀνόματα (2) καὶ ἐπὶ λογικῶν τεταγμένα, πόλιν, καὶ πολιτείας, καὶ ἀρχὰς, καὶ ἡγεμονίας, ἀναφέρῃ καὶ ἐπὶ μύρμηκας καὶ μελίσσας· ἐφ' οἷς οὐδαμῶς μὲν τοὺς μύρμηκας ἢ τὰς μελίσσας ἀποδεκτέον, οὐ γὰρ σὺν λογισμῷ ποιοῦσι· τὴν θείαν δὲ φύσιν θαυμαστέον, μέχρι τῶν ἀλόγων ἐκτείνασαν τὸ οἱονεὶ πρὸς τὰ λογικὰ μίμημα. Τάχα πρὸς δυσωπίαν τῶν λογικῶν· ἵν' ἐνορῶντες μύρμη-

A etiam constat falsum esse id, quod Celsus ita exprimit: « Ita ut hac parte Deus homines potius feris subjecerit. » Neque enim Deus homines feris subjecit; sed hominibus dedit, ut sua solertia artibusque ab ea contra feras excogitatis domare possent feras. Nam non sine divina ope invenerunt homines quibus modis se a feris præstarent incolumes, et in eas imperium usurparent.

81. Sed non animadvertit vir iste egregius quot philosophis Providentiam asserentibus docentibusque ab ea facta esse omnia propter naturas rationis participes, evertenda, quantum in se est, Christiana doctrina, evertit simul utilia dogmata,
B in quibus tradendis illa cum philosophia consentit; neque vidit quantum pietati noceat hæc opinio, interesse apud Deum nihil hominem inter et formicas aut apes. Sic enim ille: « Si propterea homines a bestiis discrepare videntur, quod illi urbes incolunt, legibus utuntur, sibi magistratus ducesque præficiunt: inanis prorsus est ista ratio. Idem enim faciunt et formicæ et apes. Harum certe rex est, quem comitantur, quem colunt; apud eas bella, victoriæ, victorum interneciones; ibi urbes et suburbia, operumque vices; pœnæ etiam ignavis et malis inflictæ. Certe fucos abigunt et trucidant. » Ex his liquet illum ignorasse quid sit discriminis inter rationis solertiæque opera, et ea, quæ natura
564 rationis experte et simplici *machinamentorum*
C constructione fiunt. Quorum operum causa non est ulla ratio quæ operantibus insit; eam enim non habent: sed antiquissimus, Dei quidem Filius, rerum autem omnium rex naturam condidit, quæ, licet rationis expers, iis tamen inservit, quæ dignata sunt ratione. Itaque apud homines multarum artium inventione et legum constitutione constant urbes; et inter illos hæc nomina, regimen, magistratus, imperium, aut proprie significant bonas animi affectiones actionesque; aut iis abutuntur homines ad exprimendum quidquid ad earum, quoad fieri potuit, imitationem factum est. Illas enim præ oculis habebant optimi legislatores, cum justissimas leges tulerunt, magistratus crearunt, duces præfe-
D cerunt. Quorum nihil apud bestias invenire est; tametsi Celsus formicis et apibus accommodet urbis, regiminis, magistratus et ducis nomina, quæ rationem innuunt et nonnisi naturis ratione præditis conveniunt. De iis nequaquam laudandæ sunt formicæ aut apes, cum hæc sine ratione faciant: sed admirari oportet Divinitatem, quæ etiam brutis ani-

(93) Philocalia, σωτηρίας.

(94) Hœschelius et Spencerus, δόγματα τῇ Χριστιανῶν κατὰ ταῦτα πρὸς φιλοσοφίαν συμφωνίᾳ. Sed Philoc., δόγματα Χριστιανῶν καὶ ταῦτα πρὸς φιλοσοφίαν σύμφωνα.

(95) Hœschelius, ᾤκισαν.

(96) *Καὶ αἱ μέλισσαι.* Forte supplendum ταυτὸν ποιοῦσι, vel subaudiendum, ut vult Guietus, ἀρχαῖς καὶ ἡγεμονίαις χρῶνται, vel quid simile.

(97) Philocalia, ἡττωμένων αἱρέσεις. Nota αἱρέσεις hoc loco sumi pro internecionibus, cædibus. Haud scio an alibi reperiatur pari significatu. Forte etiam scribendum, καθαιρέσεις.

(98) Hœschelius et Spencerus, λογικῆς, sed Philocalia, λογισμοῦ.

(99) Hœschelius et Spencerus, τοῖς οὐκ ἀξιωθεῖσι λόγου, sed a Philocalia recte abest particula negativa οὐκ.

(1) Philocalia, ἐπιτεταγμένως. Mox Hœschelius in textu, νομοτεθήσαντες καὶ συνέστησαν τὰς ἀρίστας.

(2) Hœschelius in textu, νοήματα.

mantibus quamdam quasi imaginem rationis largita est, idque fortasse ad incutiendum hominibus pudorem; ut formicas intuiti et laboriosiores fierent, et rerum sibi utilium parciores; apes vero contemplati inde discerent et potestatibus parere, et in partem operum venire quæ ad civitatum conservationem necessaria sunt.

82. Fortasse etiam hæc imago bellorum quæ gerunt apes, nobis documento est, quomodo juste et ordinate gerenda bella sint, siquando inter homines geri opus est. Neque sunt apud illas urbes et suburbia; sed alvearia, hexangula opera quibus per vices incumbunt: hæc omnia propter homines, quibus mel varias utilitates parit, modo corporibus ægrotis remedia, modo purum alimentum præbens. Neque earum in fucos animadversio comparanda est cum judiciis, quæ in urbibus constituuntur de ignavis ac malis, nec cum pœnis quibus afficiuntur; sed in illis admiranda, ut jam dixi, Divinitas est; sua laus autem homini tribuenda, qui mente tot complecti potuit et moderari, ut Providentiæ minister, neque solius Providentiæ divinæ opera exsequitur, sed et ea quæ ipse providit.

83. Postquam Celsus finem de apibus dicendi fecit, quo, quantum in se est, non Christianorum modo, sed etiam omnium hominum 565 urbes, rerum publicarum formas, magistratus, imperia et bella pro patria gesta deprimat, transit ad laudationem formicarum. Hoc nempe consilio, ut quam de victu curam adhibent homines, cum formicarum agendi ratione conferat, et hiemis futuræ provisionem extenuet ut nihilo præstantiorem illa quam etiam in formicis ratione privatis inesse putat provisione. Ecquem eorum qui præ simplicitate in rerum omnium naturam penetrare non possunt, non avertat Celsus, quantum in se est, a ferendo pressis onere auxilio, et a parte laboris subeunda, cum formicas dicit « sociis succurrere, ubi illas vident fatigatas? » Dicet enim is qui bonis nunquam disciplinis imbutus fuerit, qui eas ne audit quidem; quando nihilo formicis meliores sumus vel cum gravissimo onere sublevamus oppressos, quorsum id frustra facimus? Ac formicis quidem utpote ratione destitutis non periculum est ne magnam de se opinionem injiciat ipsarum cum hominibus operum comparatio; sed homines qui pro sua ratione audiunt quam nihili ducatur eorum in alios amor, non stat per Celsum, quominus ejus verbis lædantur; nec videt se, dum suos

A ξιν ἐργατικώτεροι γίνωνται, καὶ ταμιευτικώτεροι τῶν ἑαυτοῖς χρησίμων, κατανοοῦντές τε μελίσσας πείθωνται μὲν ἡγεμόνι (3), διαιρῶνται δὲ τὰ χρήσιμα τῆς πολιτείας ἔργα πρὸς σωτηρίαν τῶν πόλεων.

Τάχα δὲ καὶ οἱ οἱονεὶ πόλεμοι τῶν μελισσῶν διδασκαλία ἔγκειται πρὸς τὸ δικαίους καὶ τεταγμένους πολέμους, εἴ ποτε δέοι, γίγνεσθαι ἐν ἀνθρώποις. Καὶ οὐ πόλεις μὲν καὶ προπόλεις (4) ἐν μελίσσαις, ἀλλ' οἱ σίμβλοι, καὶ τὰ ἑξάγωνα τῶν μελισσῶν ἔργα, καὶ ἡ παρ' ἐκείναις διαδοχὴ αὐτῶν, διὰ τοὺς ἀνθρώπους εἰς πολλὰ τοῦ μέλιτος χρῄζοντας, θεραπείας τε χάριν (5) σωμάτων πεπονθότων, καὶ τροφὴν καθάριον. Οὐ πα- B ραβλητέον δὲ τὰ κατὰ τῶν κηφήνων ὑπὸ τῶν μελισσῶν ἐπιτελούμενα, ταῖς κατὰ τῶν ἀργῶν ἐν ταῖς πόλεσι καὶ πονηρῶν δίκαις, καὶ ταῖς κατ' αὐτῶν κολάσεσιν· ἀλλ', ὡς προεῖπον, τὴν μὲν θείαν φύσιν (6) ἐν τούτοις θαυμαστέον, τὸν δ' ἄνθρωπον, ἐπιλογίσασθαι τὰ περὶ πάντων δυνάμενον καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντων (ἅτε συνεργοῦντα (7) τῇ προνοίᾳ), ἀποδεκτέον· καὶ οὐ μόνης προνοίας Θεοῦ ἔργα ἐπιτελοῦντα, ἀλλὰ καὶ τῆς ἑαυτοῦ.

Εἰπὼν δ' ὁ Κέλσος περὶ τῶν μελισσῶν, ἵνα (τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ,) ἐξευτελίσῃ ἡμῶν (8) οὐ Χριστιανῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων τὰς πόλεις, καὶ τὰς πολιτείας, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἡγεμονίας, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῶν πατρίδων πολέμους, ἑξῆς ἐπιφέρει, διεξιὼν μυρμήκων ἐγκώμιον· ὅπως τῷ περὶ ἐκεί- C νων ἐγκωμίῳ τὸ τῶν ἀνθρώπων περὶ τὴν τροφὴν οἰκονομικὸν παραβάλῃ (9) τῷ λόγῳ πρὸς τοὺς μύρμηκας· καὶ τὸ τῶν χειμαδίων προνοητικὸν καταρρίψῃ, ὡς οὐδὲν πλέον ἔχον τῆς ἀλόγου τῶν μυρμήκων ἐν οἷς ἐκεῖνος νομίζει προνοίας. Τίνα δ' οὐκ ἂν τῶν ἁπλουστέρων ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἐπισταμένων ἐνορᾷν τῇ φύσει πάντων πραγμάτων ἀποτρέψαιτο (10), τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ὁ Κέλσος ἀπὸ τοῦ τοῖς βαρουμένοις ὑπὸ φορτίων βοηθεῖν, καὶ κοινωνεῖν ἐκείνοις τῶν καμάτων, λέγων περὶ μυρμήκων, ὡς « ἂν ἀλλήλοις τῶν φορτίων, ἐπειδάν τινα κάμνοντα ἴδωσιν, ἐπιλαμβάνωνται; » Ἐρεῖ γὰρ (11) ὁ δεόμενος τῆς διὰ λόγου παιδεύσεως, καὶ μηδαμῶς ἐπαΐων αὐτῆς· Ἐπεὶ τοίνυν μηδὲν διαφέρομεν μυρμήκων καὶ ὅτε τοῖς κάμνουσι διὰ τὸ φέρειν βαρύτατα φορτία βοηθοῦμεν, τί D μάτην τὸ τοιοῦτον ποιοῦμεν; Καὶ οἱ μὲν μύρμηκες, ἅτε ἄλογα ζῶα τυγχάνοντες, οὐκ ἂν ἐπαρθεῖεν πρὸς τὸ μέγα φρονῆσαι, διὰ τὸ παραβάλλεσθαι (12) ἀνθρώποις τὰ ἔργα αὐτῶν· οἱ δ' ἄνθρωποι διὰ τὸν λόγον ἀκοῦσαι δυνηθέντες τίνα τρόπον εὐτελίζεται αὐτῶν τὸ

(3) Philocalia, ἡγεμόνι. Hœschelius et Spencerus, ἡγεμονίαις. Paulo post Philocalia, διδασκαλία ἔκκεινται. Vide adnotationes ad lib. VIII, num. 73, 74, et ad lib. V, num. 33.

(4) Ita Philocalia. Hœschelius autem et Spencerus, οὐ πόλις μὲν καὶ πρόπολις. Et mox in margine, σύμβλοι pro σίμβλοι. Ibidem codd. Regius et Basileensis, καὶ τὰ ἑξάγωνα τῶν μελισσῶν ἔργα. Hœschelius et Spencerus, καὶ τὰ ἑξάγωνα καὶ τῶν μελισσῶν ἔργα. Philocalia, καὶ τὰ ἑξάγωνα καὶ τὰ μελισσῶν ἔργα.

(5) *Χάριν*. Hæc vox quæ apud Hœschelium et Spencerum deest, suppletur e Philocalia. Paulo post eadem Philocalia recte habet, τὰ κατὰ τῶν κηφήνων. In Hœschelii et Spenceri editionibus deest, κατά.

(6) Hœschelius et Spencerus, τὴν μὲν θείαν φύσιν. Philocalia omittit θείαν.

(7) Philocalia, συναιροῦντα.

(8) Spencerus, ἡμᾶς.

(9) Ad oram libb. editorum legitur, καταβάλῃ. Mox quæ sequuntur, τῷ λόγῳ πρὸς τοὺς μύρμηκας, addititia videntur et recidenda.

(10) Hœschelius in textu, ἀποτρέψαι.

(11) Philocalia, ἐπιλαμβάνοιντο; ἐρεῖ μέν.

(12) Philocalia, ἐπὰν παραβάλλωνται. Hœschelius et Spencerus in margine, διὰ τὸ παραβαλέσθαι.

κοινωνικὸν, βλαβεῖεν ἄν, τὸ ὅσον ἐπὶ τῷ Κέλσῳ, καὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ· οὐκ ἰδόντι (13) ὅτι, Χριστιανισμοῦ ἀποτρέψαι θέλων τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐτοῦ τῇ γραφῇ, ἀποτρέπει καὶ τῶν οὐ Χριστιανῶν τὸ πρὸς τοὺς φέροντας τὰ βαρύτατα τῶν φορτίων συμπαθές. Ἐχρῆν δ' ἂν αὐτὸν, εἴπερ ἦν καὶ φιλόσοφος αἰσθανόμενος τοῦ κοινωνικοῦ, πρὸς τῷ μὴ συναναιρεῖν τῷ Χριστιανισμῷ (14), τὰ χρήσιμα τῶν ἐν ἀνθρώποις, καὶ συνεργεῖν (εἰ οἷόν τ' ἦν,) τοῖς κοινοῖς ἐν Χριστιανισμῷ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους καλοῖς. Εἰ δὲ καὶ τῶν ἀποτιθεμένων καρπῶν τὰς ἐκφύσεις ἀπεκτιθέασιν οἱ μύρμηκες, ἵνα μὴ σπαργῷεν, μένοιεν δὲ δι' ἔτους αὐτοῖς εἰς τροφήν· οὐ λογισμὸν εἶναι ἐν μύρμηξι τούτων αἴτιον ὑπονοητέον, ἀλλὰ τὴν παμμήτορα φύσιν τὴν καὶ τὰ ἄλογα κοσμήσασαν, ὡς μηδὲ τοὐλάχιστον καταλιπεῖν, μηδαμῶς φέρον ἴχνος τοῦ ἀπὸ τῆς φύσεως λόγου. Εἰ μὴ ἄρα διὰ τούτων λεληθότως βούλεται ὁ Κέλσος (καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς Πλατωνίζειν θέλει) ὁμοειδῆ (15) εἶναι πᾶσαν ψυχὴν, καὶ μηδὲν διαφέρειν τὴν τοῦ ἀνθρώπου τῆς τῶν μυρμήκων καὶ τῶν μελισσῶν· ὅπερ κατάγοντός ἐστι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν ἀψίδων τοῦ οὐρανοῦ, οὐκ ἐπὶ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ λοιπά. Τούτοις δ' οὐ πείσονται Χριστιανοὶ, προκατειληφότες τὸ κατ' εἰκόνα γεγονέναι Θεοῦ τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν, καὶ ὁρῶντες (16), ὅτι ἀμήχανόν ἐστι τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ δεδημιουργημένην φύσιν πάντη ἀπαλεῖψαι τοὺς χαρακτῆρας αὐτῆς, καὶ ἄλλους ἀναλαβεῖν οὐκ οἶδα κατ' εἰκόνας τίνων γεγενημένους (17) ἐν τοῖς ἀλόγοις.

Ἐπεὶ δὲ καὶ « τοῖς ἀποθνήσκουσι μύρμηξι » φησὶ « τοὺς ζῶντας ἴδιόν τι ἀποκρίνειν χωρίον, κἀκεῖνο αὐτοῖς εἶναι πάτρια μνήματα· » λεκτέον, ὅτι ὅσῳ πλείονα λέγει τῶν ἀλόγων ζώων ἐγκώμια, τοσούτῳ πλεῖον (κἂν μὴ θέλῃ) αὔξει τὸ τοῦ πάντα κοσμήσαντος Λόγου ἔργον· καὶ δείκνυσι τὴν ἐν ἀνθρώποις ἐντρέχειαν δυναμένην κοσμεῖν τῷ λόγῳ καὶ τὰ πλεονεκτήματα τῆς φύσεως τῶν ἀλόγων· τί δὲ λέγω τῶν ἀλόγων (18), ἐπεὶ Κέλσῳ δοκεῖ μηδ' ἄλογα εἶναι τὰ κατὰ τὰς κοινὰς πάντων ἐννοίας ἄλογα καλούμενα; Οὐδὲ τοὺς μύρμηκας γοῦν οἴεται εἶναι ἀλόγους, ὁ περὶ τῆς ὅλης φύσεως ἐπαγγειλάμενος λέγειν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ βιβλίου αὐχήσας. Φησὶ γὰρ περὶ τῶν μυρμήκων ὡς διαλεγομένων ἀλλήλοις τοιαῦτα· « Καὶ μὲν δὴ καὶ ἀπαντῶντες (19)

A lectores a Christianismo vult avocare, etiam eos, qui Christiani non sunt, deterrere, quominus gravissimis oneribus oppressos misereantur; cum debuerit, si quidem philosophus esset et mutua societatis officia calleret, non modo non tollere cum Christianismo ea quæ in hominibus utilia sunt, sed et patrocinari, si fieri posset, iis quæ præclare apud reliquos homines perinde ac apud Christianos observantur. Quod si et reconditorum a se fructuum formicæ seponunt eos qui germinant, ne cæteris quoque germinationem procurent, et ut illis per annum vescantur; hujus rei non existimandum est causam in formicis esse rationem, sed omniparentem naturam, quæ etiam brutas animantes sic exornavit, ut ne minima quidem relicta fuerit, B quæ impressa a natura non ferret rationis vestigia. Sed fortasse Celsus, qui Platonem in plerisque imitari amat, per hæc obscure indicat, similes esse omnes animas, nec humanam inter et formicarum aut apum animam ullum esse discrimen. Quod quidem est deducentis animam a cœli fornice, non solum in

566 humana, sed etiam in reliquorum animalium corpora. Id vero Christiani nullo modo assentientur. Quippe qui didicerunt hominis animam ad imaginem Dei factam esse, et sciunt non posse fieri ut natura ad imaginem Dei condita, deletis omnino ejus lineamentis, alia induat in bestiis ad nescio quorum imagines facta.

84. Ait præterea « mortuis formicis vivas pecu- C liarem quemdam locum secernere, illumque ab eis pro monumentis patriis haberi. » Sed quanto pluribus brutas animantes laudibus effert, tanto magis, velit nolit, Verbi, quod omnia disposuit, extollit opus; et hominum demonstrat industriam, quæ dona brutis animantibus a natura collata exornare potuerit. Quid dico autem brutis animantibus, quandoquidem brutæ non sunt, Celsi judicio, quæ una omnium voce brutæ vocantur? Nam formicas ratione esse privatas non judicat ille, qui de universa natura dicere pollicitus est, quique vel solo libri titulo veritatem jactitabat. Sic enim ille de formicis loquitur, ac si inter se colloquia haberent: « Cum obviis, inquit, colloquuntur: unde nun-

(13) Philoc., οὐκ εἰδότι.

(14) Sic Philocalia; Hœschelius autem et Spencerus, Ἐχρῆν δ' αὐτὸν, εἴπερ ἦν κἂν φιλόσοφος.... πρὸς τῷ μὴ συναιρεῖν τοῖς Χριστιανισμοῦ.

(15) Philocalia, λεληθότως ὁ Κέλσος ἐν πολλοῖς Πλατωνίζειν θέλει καὶ βούλεται ὁμοειδῆ. Nusquam invenio apud Platonem animas aliis alias ortu et origine præstantiores: nec scio, an ullibi dixerit brutorum animas perituras, aut in corpora humana migraturas; licet de humanis passim asseruerit, eas in brutorum corpora detrudendas. Quoniam vero e secretioribus Pythagoræ et Ægyptiorum disciplinis hanc opinionem mutuatus est; facile induci possum, ut credam Platonem idem de brutorum animabus statuisse. Lactant. lib. VII, cap. 3; Pythagoras, apud Ovidium, lib. XV *Metamorph.*, fab. 3.

Omnia mutantur: nihil interit; errat, et illinc
D *Huc venit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus*
Spiritus: eque feris humana in corpora transit,
Inque feras noster, nec tempore deperit ullo.

In eodem etiam cratere omnem animam misceri, temperarique tradit. Vide lib. I *contra Celsum*, num. 32, 33; lib. IV, num. 54, 56, et lib. V, num. 20, 21. Vide etiam Platonem in *Epinom.* pag. 980, 981, et in *Timæo*, pag. 90 et 91. SPENCER.

(16) Hœschelius et Spencerus, καὶ ὅσον ὁρῶντες, at Philocalia recte omittit ὅσον. Infra eadem Philocalia, πάντη ἀπολεῖψαι τοὺς χαρακτῆρας αὐτῆς καὶ ἀλόγους ἀναλαβεῖν.

(17) Hœschelius et Spencerus in margine, γεγενημένων. Mox Philoc., Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς. Hœschelius et Spencerus, ἐπειδὴ καὶ τοῖς.

(18) *Τί δὲ λέγω τῶν ἀλόγων*. Hæc, in antea edit. omissa, supplentur e Phil.

(19) Libb. editi in margine, διαπαντῶντες.

quam a via aberrant. Illis igitur inest ratio suis omnibus absoluta partibus, communes habent quarumdam generalium veritatum notiones, et vocis usum, et de fortuitis sermonem faciunt. » Etenim unius cum altero colloquium fit voce quidpiam verbis notatum declarante, et sæpe quæ fortuita vocantur exprimente. Hæc vero formicis tribuere annon perridiculum fuerit?

85. Nec eum pudet adjicere, quæ quidem suorum dogmatum ineptiam posteris omnibus perspectam factura sunt: « Age, si quis e cœlo in terram despiceret, quidnam illi videretur interesse discriminis inter ea quæ homines et quæ formicæ apesque faciunt? » At qui e cœlo, ut ponit, hominum et formicarum apumque facta despiceret, an is corpora hominum formicarumque intueretur, et non videret illorum quidem intellectum ratione ductum; harum vero principium quoddam rationis expers, impetu, cæca imaginatione, naturali quadam corporis constructione motum? Sed absurdum est eum, qui tanto intervallo in terram oculos conjiceret, velle corpora hominum et formicarum cernere, et non potius naturam principiorum fontemque unde actiones fluunt, sitne ratione præditus, annon. Si omnium actionum fontem videat, certe perspiciet discrimen, et quantum homo non
567 solum formicis, sed etiam elephantibus antecellat. E cœlo enim despiciens, nullum aliud in brutis animantibus, quantalibet sint earum corpora, principium animadvertet, quam, ut ita loquar, rationis privationem; in ratione præditis autem, rationem quæ hominibus communis est cum divinis cœlestibusque naturis, fortasse etiam cum Deo ipso, et qua fit ut ad Dei imaginem creatus esse dicatur. Et sane summi Dei imago, Verbum ejus est.

86. Sub hæc, quasi humanum genus magis ac magis deprimere et ad brutarum animantium conditionem dejicere studeret, velletque nihil eorum prætermittere, quæ de animalibus honorificentius prodita sunt; ait eorum quibusdam arcana magiæ explorata esse, ut ne hinc quidem homines glorientur, illaque infra se ducant. Ac sic ille loquitur: « Quod si de magiæ arcanis sibi plaudant homines, hac re sapientiores illis sunt serpentes et aquilæ. Norunt enim multa contra venena et morbos remedia, quorumdam etiam lapidum virtutes quas curandis pullis adhibent. In quos lapides si quando homines inciderint, magnum quid adeptos esse se judicant. » Ac primum quidem nescio quomodo experientiam quorumdam remediorum aut

A ἀλλήλοις διαλέγονται, ὅθεν οὐδὲ τῶν ὁδῶν ἁμαρτάνουσιν· οὐκοῦν καὶ λόγου συμπλήρωσίς ἐστι παρ' αὐτοῖς, καὶ κοιναὶ ἔννοιαι καθολικῶν τινων, καὶ φωνὴ, καὶ τυγχάνοντα σημαινόμενα. » Τὸ γὰρ διαλέγεσθαί τινα πρὸς ἕτερον, ἐν φωνῇ γίνεται δηλούσῃ τι σημαινόμενον, πολλάκις δὲ καὶ περὶ τῶν καλουμένων τυγχανόντων ἀπαγγέλλουσιν (20)· ἅπερ καὶ ἐν μύρμηξι λέγειν εἶναι, πῶς οὐ πάντων ἂν εἴη καταγελαστότατον;

Καὶ οὐκ αἰδεῖταί γε ἐπιφέρων τούτοις, ἵνα καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ἐσομένοις ἐπιδεικνύηται τὴν τῶν δογμάτων ἑαυτοῦ (21) ἀσχημοσύνην, λέγων· « Φέρ' οὖν, εἴ τις ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπιβλέποι, τί ἂν δόξαι διαφέρειν τὰ ὑφ' ἡμῶν, ἢ τὰ ὑπὸ μυρμήκων καὶ μελισσῶν δρώμενα; » Ὁ ἀπ' οὐρανοῦ δὴ ἐπὶ γῆν,
B κατὰ τὴν ὑπόθεσιν αὐτοῦ, βλέπων τὰ δρώμενα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν μυρμήκων γινόμενα, πότερον ἐνορᾷ μὲν ἀνθρώπων καὶ μυρμήκων σώμασιν, οὐ κατανοεῖ δὲ τὸ λογικὸν ἡγεμονικὸν καὶ λογισμῷ κινούμενον; Πάλιν τε αὖ τὸ ἄλογον ἡγεμονικὸν καὶ ὑπὸ ὁρμῆς καὶ φαντασίας ἀλόγως κινούμενον μετά τινος φυσικῆς ὑποκατασκευῆς; Ἀλλ' ἄτοπον τὸν ἀπ' οὐρανοῦ βλέποντα τὰ ἐπὶ γῆς ἐνορᾷν μὲν θέλειν σώμασιν ἀνθρώπων καὶ μυρμήκων, ἀπὸ τοσούτου διαστήματος· μὴ πολὺ δὲ μᾶλλον βλέπειν ἡγεμονικῶν φύσεις, καὶ πηγὴν ὁρμῶν λογικὴν ἢ ἄλογον. Εἰ δ' ἅπαξ βλέπει τὴν πασῶν ὁρμῶν πηγὴν, δῆλον ὅτι καὶ τὴν διαφορὰν ἴδοι ἂν, καὶ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ ἀνθρώπου, οὐ μόνον παρὰ τοὺς μύρμηκας, ἀλλὰ καὶ παρὰ
C τοὺς ἐλέφαντας. Ὁ γὰρ βλέπων ἀπ' οὐρανοῦ ἐν μὲν τοῖς ἀλόγοις, κἂν μεγάλα ᾖ (22) αὐτῶν τὰ σώματα, οὐκ ἄλλην ὄψεται ἀρχὴν ἢ τὴν (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) ἀλογίαν, ἐν δὲ τοῖς λογικοῖς λόγον τὸν κοινὸν ἀνθρώπων πρὸς τὰ θεῖα καὶ ἐπουράνια, τάχα δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, δι' ὃν κατ' εἰκόνα γεγονέναι ὠνόμασται τοῦ Θεοῦ· εἰκὼν γὰρ τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ ὁ Λόγος ἐστὶν αὐτοῦ.

Ἑξῆς δὲ τούτοις, ὡσπερεὶ ἐπὶ πλεῖον (23) καταβιβάσαι ἀγωνιζόμενος τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ ἐξομοιῶσαι τοῖς ἀλόγοις, καὶ μηδὲν ὅ τι καταλιπεῖν θέλων τῶν ἐν τοῖς ἀλόγοις ἱστορουμένων, ἐμφαινόντων τὸ μεῖζον, καὶ τὰ τῆς γοητείας φησὶν εἶναι καὶ ἔν τισι τῶν ἀλόγων (ὡς μηδ' ἐπὶ τούτῳ τοὺς ἀνθρώπους ἐξαιρέτως (24) σεμνύνεσθαι, μηδὲ θέλειν ἔχειν
D τὴν πρὸς τὰ ἄλογα ὑπεροχὴν,) καί φησι ταῦτα· « Εἰ δέ τι καὶ ἐπὶ γοητείᾳ φρονοῦσιν ἄνθρωποι, ἀλλ' ἤδη καὶ κατὰ τοῦτο σοφώτεροι ὄφεις καὶ ἀετοί· πολλὰ γοῦν ἴσασιν ἀλεξιφάρμακα καὶ ἀλεξίκακα, καὶ δὴ καὶ λίθων τινῶν δυνάμεις, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν νεοσσῶν. Οἷς ἂν ἐπιτύχωσιν ἄνθρωποι, θαυμαστόν τι κτῆμα ἔχειν νομίζουσι. » Καὶ πρῶτόν γε οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν

(20) Ἀπαγγέλλουσι. Malim cum Boherello, ἀπαγγελλούσῃ.

(21) Libb. editi in margine, αὐτοῦ. Paulo post Philocalia, ἀπ' οὐρανοῦ τὰ ἐπὶ γῆς ἐπιβλέποι. Lucianus in *Contempl.* aliquid fere simile habet: unde non immerito colligi potest magnam eum inter et Celsum fuisse necessitudinem.

(22) Libb. editi in textu, κἂν μεγάλα ἦν. Paulo infra Philocalia, ἐν δὲ τοῖς λογικοῖς τὸ κοινὸν ἀνθρώπων .... δι' ὃ κατ' εἰκόνα.

(23) Philoc., ἐπὶ πλεῖον. Hœschelius et Spencerus, ἐπὶ πλειόνων.

(24) Ἐξαιρέτως. Deest apud Hœschelium et Spencerum, sed reperitur in codd. Regio, Basileensi et Philocalia. Infra recte Philocalia, εἰ δέ τι καὶ ἐπὶ γοητείᾳ. Apud Hœschelium et Spencerum deest ἐπί. Ibidem lego μέγα φρονοῦσιν ἄνθρωποι.

τῶν ζώων περὶ τὰ φυσικὰ ἀλεξιφάρμακα εἴτε ἐμπειρίαν, εἴτε φυσικήν τινα κατάληψιν, γοητείαν ὠνόμασεν· ἐπ' ἄλλου γὰρ τέτριπται τὸ τῆς γοητείας τάσσεσθαι (25) ὄνομα. Εἰ μὴ ἄρα λεληθότως διαβάλλειν βούλεται, ὡς Ἐπικούρειος, πᾶσαν τὴν τῶν τοιούτων χρῆσιν, ὡς ἐν ἐπαγγελίᾳ γοήτων κειμένην. Πλὴν ἀλλὰ δεδόσθω αὐτῷ τὸ τοὺς ἀνθρώπους φρονεῖν ἐπὶ τῇ τούτων γνώσει μέγα, εἴτε γόητας ὄντας, εἴτε καὶ μή· πῶς ἔτι σοφώτεροι κατὰ τοῦτο ἀνθρώπων εἰσὶν ὄφεις, τῷ μαράθρῳ (26) εἰς ὀξυωπίαν καὶ ταχύτητα κινήσεως χρώμενοι, μόνον τοῦτο φυσικὸν οὐκ ἐξ ἐπιλογισμοῦ καταλαμβάνοντες, ἀλλ' ἐκ κατασκευῆς; Ἄνθρωποι δὲ οὐκ ἀπὸ ψιλῆς φύσεως ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ὁμοίως ὄφεσιν ἔρχονται· ἀλλὰ πῆ μὲν ἐκ πείρας, πῆ δ' ἐκ λόγου, ἔσθ' ὅτε δ' ἐξ ἐπιλογισμοῦ καὶ κατ' ἐπιστήμην. Ὡς εἰ καὶ ἀετοὶ (27) πρὸς σωτηρίαν τῶν ἐν τῇ καλιᾷ νεοσσῶν, τὸν λεγόμενον ἀετίτην λίθον εὑρόντες, φέρουσιν ἐπ' αὐτήν, πόθεν, ὅτι σοφοὶ ἀετοί, καὶ τῶν ἀνθρώπων σοφώτεροι, τῶν ἐκ πείρας τὸ τοῖς ἀετοῖς δοθὲν φυσικὸν βοήθημα εὑρόντων διὰ τοῦ λογισμοῦ (28) καὶ μετὰ νοῦ χρησαμένων;

Ἔστω δὲ καὶ ἄλλα ὑπὸ τῶν ζώων γιγνώσκεσθαι ἀλεξιφάρμακα· τί οὖν τοῦτο πρὸς τὸ μὴ φύσιν, ἀλλὰ λόγον εἶναι τὸν εὑρίσκοντα ταῦτα ἐν τοῖς ζώοις; Εἰ μὲν γὰρ λόγος ἦν ὁ εὑρίσκων, οὐκ ἂν ἀποτεταγμένως (29) τόδε τι μόνον εὑρίσκετο ἐν ὄφεσιν, ἔστω καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ ἄλλο τι ἐν ἀετῷ, καὶ οὕτως ἐν τοῖς λοιποῖς ζώοις· ἀλλὰ τοσαῦτα ἄν, ὅσα καὶ ἐν ἀνθρώποις. Νυνὶ δὲ φανερὸν ἐκ τοῦ ἀποτεταγμένως πρός τινα ἑκάστου φύσιν ζώου νενευκέναι βοηθήματα, ὅτι οὐ σοφία, οὐδὲ λόγος ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, ἀλλά τις φυσικὴ πρὸς τὰ τοιάδε σωτηρίας ἕνεκεν τῶν ζώων κατασκευή, ὑπὸ τοῦ Λόγου γεγενημένη. Καίτοιγε εἰ ἐβουλόμην ὁμόσε χωρεῖν τῷ Κέλσῳ κατὰ ταῦτα, ἐχρησάμην ἂν Σολομῶντος λέξει ἀπὸ τῶν Παροιμιῶν, οὕτως ἐχούσῃ· « Τέσσαρα δ' ἐστὶν ἐλάχιστα ἐπὶ τῆς γῆς, ταῦτα δέ ἐστι σοφώτερα τῶν σοφῶν· οἱ μύρμηκες, οἷς μὴ ἐστιν ἰσχύς, καὶ ἑτοιμάζονται θέρους τὴν τροφὴν (30)· καὶ οἱ χοιρογρύλλιοι, ἔθνος οὐκ ἰσχυρόν, οἳ ἐποίησαν ἐν πέτραις τοὺς ἑαυτῶν οἴκους· ἀβασίλευτός ἐστιν ἡ ἀκρίς, καὶ στρατεύει ἀπὸ ἑνὸς κελεύσματος εὐτάκτως· καὶ ἀσκαλαβώτης, χερσὶν ἐρειδόμενος, καὶ εὐάλωτος ὤν, κατοικεῖ (31) ἐν ὀχυρώμασι βασιλέως. » Ἀλλ' οὐ συγχρῶμαι ὡς σαφέσι τοῖς ῥητοῖς, ἀκολούθως δὲ τῇ ἐπιγραφῇ (ἐπιγέγραπται γὰρ τὸ βιβλίον *Παροιμίαι*)· ζητῶ ταῦτα, ὡς αἰνίγματα. Ἔθος γὰρ τοῖς ἀνδράσι τούτοις τὰ ἕτερον μέν τι αὐτόθεν δηλοῦντα, ἕτερον δὲ ἐν ὑπονοίᾳ ἀπαγγέλλοντα, διαιρεῖν εἰς εἴδη πολλά, ὧν ἓν εἶναι (32) τὰς Παροιμίας. Διὸ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἡμῶν γέγραπται ὁ Σωτὴρ ἡμῶν εἰρηκέναι·

A naturalem quamdam notitiam, quæ in animalibus esse videtur, magiæ nomine appellaverit. Nam hoc nomen in aliam partem accipi solet. Nisi forte, ut Epicureus, traducere clanculum voluerit arcana magica, quasi propria eorum qui impostores vocantur. Sed do illi homines de illorum arcanorum cognitione magnifice se efferre, sive impostores illi sint, sive non: quomodo hac re serpentes sunt hominibus sapientiores? Cum enim illi feniculo ad acuendam oculorum aciem agilitatemque corporis comparandam utuntur, id solum sibi a natura porrectum arripiunt, non rationis lumine, sed corporis constructione. At vero homines, cum idem atque serpentes faciunt, non eo adducuntur simplici natura, sed partim experientia, partim ratione,
B partim ratiocinatione et scientia. Item cum aquilæ lapidem, qui aetites vocatur, nactæ, illum in nidos inferunt ad tuendam pullorum incolumitatem, cur idcirco sunt sapientiores hominibus, qui experientia, ratione et intelligentia invenerunt adhibueruntque remedium, quod aquilis natura dederat?

87. Sed esto, alia quoque remedia cognoscant bestiæ; an inde consequens est non naturam esse, sed rationem quæ bestias illa docuerit? Nam inventrix eorum si fuisset ratio, non unum aut si vis duo aut tria invenisset in **568** serpentibus, et aliud quid in aquila, sicque in aliis animantibus; sed tot in eis invenisset, quot in hominibus invenit. Cum igitur singulis animantibus pro sua cu-
C jusque natura remedia definite concessa fuerint, evidens est illas nec sapientia, nec ratione donatas fuisse, sed naturali quadam erga eas res quæ saluti cujusque aptæ sunt dispositione, cujus Verbum auctor est. Quanquam, si vellem de iis pedem cum Celso conferre, uterer iis quæ dixit Salomon in Proverbiis: « Quatuor sunt minima terræ, ipsa autem sapientiora sapientibus: formicæ quibus vis non est, et præparant in messe cibum; histrices, plebs invalida, qui faciunt in petris cubilia sua; regem locusta non habet, et uno agmine bellum gerit; stellio manibus nititur, captu facilis, et habitat in regum palatiis [50]. » Sed his verbis non utor tanquam obvio sensu intelligendis. Illa potius
D perscrutor ut ænigmata; quod postulat ipsa libri inscriptio, *Proverbia*. Solent enim hi viri quæcunque aliud prima fronte significant, aliud penitius reconditum habent, ea in plurimas dividere species, quarum una sunt proverbia. Unde Salvator noster in Evangeliis dixisse memoratur: « Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora,

[50] Prov. xxx, 24, 25.

(25) Philoc., τάσσεσθαι, rectius quam alii libb. in quibus legitur, ἔσεσθαι.

(26) *Τῷ μαράθρῳ*. Vide Plinium lib. viii, cap. 17.

(27) *Ὡς εἰ καὶ ἀετοί*, etc. Vide eumdem Plinium lib. x, cap. 3; lib. xxx, cap. 14; lib. xxxvi, cap. 21.

(28) Libb. editi in margine, διὰ τοῦ λογισμοῦ, in textu, διὰ τὸν λογισμόν.

(29) Philoc., οὐκ ἂν ποτε ἀποτεταγμένως. Infra Hœschelius et Spencerus, οὐδὲ λόγος ἦν ἐν αὐτοῖς.

(30) Philoc., ἐν θέρει τὴν τροφήν. Paulo post Hœschelius et Spencerus, οἳ ἑτοιμάζονται ἐν πέτραις. Mox codd. Regius et Basileensis, ἀβασίλευτός ἐστιν ἡ ἀκρὶς καὶ στρατεύει. Philoc., ἀβασίλευτόν ἐστιν ἡ ἀκρὶς καὶ στρατοπεδεύει.

(31) Libb. editi in textu, οἰκεῖ.

(32) *Ὧν ἓν εἶναι*. Sic Philocalia. Ab antea editis abest ἕν.

cum jam non in proverbiis loquar vobis [81]. » Non igitur aspectabiles hæ formicæ sunt sapientibus sapientiores; sed quas illa proverbiorum species designat : quod idem ferendum de cæteris animantibus judicium. Sed Celsus putat simplicissime nullaque sapientia scriptos esse Judæorum et Christianorum libros et vim afferri scriptorum proposito, cum allegorice explicantur. His itaque refutatæ fuerint inanes ejus calumniæ; refutatum fuerit et id quod de serpentibus et aquilis pronuntiavit, utrosque hominibus esse sapientiores.

88. Multis præterea probare nititur non melius homines de Deo cogitare, quam cætera mortalia; et quasdam e brutis animantibus Dei notitiam habere : de quo tamen tam variæ tamque dissidentes sunt sententiæ omnium hominum tam Græcorum quam barbarorum. Hæc sunt ejus verba : « Sin autem homo, quia divinas habet notiones, ea causa se putat cæteris animantibus præstare; sciant, qui hoc dicunt, multas esse quæ id quoque boni sibi vindicent. Nec immerito : quid enim divinius, quam res futuras prænoscere et prænuntiare? Atqui istud ab aliis animantibus et præsertim ab avibus discunt homines; ut ars divinorum
569 tota in observandis earum prædictionibus posita sit. Si vero aves aliaque animalia ad divinationem apta nos quibusdam signis docent ea quæ ipsis Deus retexit; ergo arctiorem cum Deo societatem habent, sapientiora sunt, et Deo acceptiora. Aiunt præterea prudentiores, bestias habere inter se colloquia, eaque nostris esse sanctiora : quæ quidem ipsi intelligunt et ita esse persuadent, cum, postquam nos præmonuerunt aves dixisse se aliquo abituras aut hoc illudve facturas; eas nobis ostendunt illo proficiscentes, aut facientes quæ ante dixerunt. Elephantis autem nihil juramenti tenacius, divinis rebus addictius nihil esse videtur; idque ea causa sine dubio, quod Deum cognoscant.» Hic vide quot congerat et pro confessis sumat, de quibus tamen minime convenit inter philosophos tam Græcorum quam barbarorum, qui vel invenerunt vel a dæmoniis quibusdam docti fuerunt ea, quæ ad aves aliaque animalia pertinent, a quibus homines divinationem didicisse perhibentur. Ac primum quidem disputatur sit ars auguralis et generatim divinatio per animalia, necne. Deinde inter eos, qui divinationem per aves admittunt, non constat unde causa divinationis repetenda sit. Alii dicunt animalia aut a quibusdam dæmonibus, aut a diis rerum futurarum scientibus moveri, aves quidem ad volandum diverse diversosque sonos emittendos, reliqua vero animalia his aut illis cieri

[81] Joan. xvi, 25.

(33) Libb. editi in textu, Θέλων δέ τι.
(34) Philoc., τοσαῦται διαφωνίαι.
(35) Philoc., ἀντιποιήσεται.
(36) Vox ἄλλα, in antea editis desideratur, suppletur e Philocalia.
(37) Lego cum Boherello, τοσούτου ἔοικεν.

A « Ταῦτ' ἐν παροιμίαις λελάκηκα ὑμῖν, ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν. » Οὐχ οἱ αἰσθητοὶ τοίνυν μύρμηκες σοφώτεροι καὶ τῶν σοφῶν εἰσιν, ἀλλ' οἱ δηλούμενοι ὡς ἐν εἴδει παροιμιῶν. Οὕτω δὲ λεκτέον καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ζώων. Ἀλλὰ πάνυ ἁπλούστατα νομίζει εἶναι καὶ ἰδιωτικὰ ὁ Κέλσος τὰ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν βιβλία, καὶ οἴεται τοὺς ἀλληγοροῦντας αὐτὰ, βιαζομένους τὸ βούλημα τῶν γραψάντων, τοῦτο ποιεῖν. Ἐληλέγχθω οὖν καὶ διὰ τούτων ὁ Κέλσος μάτην ἡμᾶς διαβάλλων, ἐληλέγχθω δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ περὶ ὄφεων καὶ ἀετῶν λόγος, ἀποφηνάμενος εἶναι τούτους ἀνθρώπων σοφωτέρους.

Θέλων δ' ἔτι (33) διὰ πλειόνων μηδὲ τὰς περὶ τοῦ Θείου ἐννοίας ἐξαιρέτους εἶναι παρὰ τὰ θνητὰ πάντα ἐν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλόγων B ζώων τινὰ ἀποφῆναι ἐννοοῦντα περὶ τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ τοιαῦται διαφωνίαι (34) γεγόνασι καὶ τοῖς ὀξυτέροις τῶν πανταχοῦ ἀνθρώπων, Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, φησίν· « Εἰ δ', ὅτι καὶ θείας ἐννοίας ἄνθρωπος ἐπείληπται, νομίζεται ὑπερέχειν τῶν λοιπῶν ζώων, ἴστωσαν οἱ τοῦτο φάσκοντες, ὅτι καὶ τούτου πολλὰ τῶν ἄλλων ζώων ἀντιποιηθήσεται (35). Καὶ μάλα εἰκότως· τί γὰρ ἂν φαίη τις θειότερον τοῦ τὰ μέλλοντα προγιγνώσκειν τε καὶ προδηλοῦν; Τοῦτο τοίνυν ἄνθρωποι παρὰ τῶν ἄλλων ζώων, καὶ μάλιστα παρ' ὀρνίθων, μανθάνουσι· καὶ ὅσοι τῆς ἐκείνων ἐνδείξεως ἐπαΐουσιν, οὗτοι μαντικοί. Εἰ δ' ὄρνιθες ἄρα, καὶ ὅσα ἄλλα (36) ζῶα μαντικὰ ἐκ Θεοῦ προγινώσκοντα, διὰ συμβόλων ἡμᾶς διδάσκει, τοσοῦτον C ἔοικεν (37) ἐγγυτέρω τῆς θείας ὁμιλίας ἐκεῖνα πεφυκέναι, καὶ εἶναι σοφώτερα, καὶ θεοφιλέστερα (38). Φασὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων οἱ συνετοὶ καὶ ὁμιλίας ἐκείνοις εἶναι, δηλονότι τῶν ἡμετέρων ἱερωτέρας, καὶ αὐτοί που γνωρίζειν τὰ λεγόμενα, καὶ ἔργῳ δεικνύειν, ὅτι γνωρίζουσιν, ὅταν προειπόντες, ὅτι ἔφασαν οἱ ὄρνιθες ὡς ἀπίασί ποι, καὶ ποιήσουσι τόδε ἢ τόδε, δεικνύωσιν ἀπελθόντας ἐκεῖ, καὶ ποιοῦντας ἃ δὴ προεῖπον. Ἐλεφάντων δὲ οὐδὲν εὐορκότερον, οὐδὲ πρὸς τὰ θεῖα πιστότερον εἶναι δοκεῖ, πάντως δήπου, διότι γνῶσιν αὐτοῦ ἔχουσιν (39). » Ὅρα δὲ ἐν τούτοις ὅσα ζητούμενα παρὰ τοῖς φιλοσοφοῦσιν (οὐ μόνον Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν βαρβάροις, εἴθ' εὑρόντων, εἴτε παρά τινων δαιμόνων μαθόντων τὰ περὶ οἰωνῶν καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἀφ' ὧν μαντεῖαί τινες D ἀνθρώποις γίνεσθαι λέγονται) συναρπάζει, καὶ ὡς ὁμολογούμενα ἐκτίθεται. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐζήτηται, πότερόν ἐστί τις τέχνη οἰωνιστικὴ, καὶ ἁπαξαπλῶς ἡ διὰ ζώων μαντικὴ, ἢ οὐκ ἔστι· δεύτερον δὲ παρὰ τοῖς παραδεξαμένοις εἶναι τὴν δι' ὀρνίθων μαντικὴν, οὐ συμπεφώνηται ἡ αἰτία τοῦ τρόπου τῆς μαντείας· ἐπειδήπερ οἱ μὲν ἀπό τινων δαιμόνων ἢ θεῶν μαντικῶν φασι γίγνεσθαι τὰς κινήσεις τοῖς ζώοις, ὄρνισι μὲν εἰς διαφόρους πτήσεις καὶ εἰς διαφόρους φωνὰς,

(38) Philocalia, θεοφιλέστερα. Hœschelius et Spencerus, θεοφιλέστατα. Paulo post Philocalia, γνωρίζειν τὰ λεγόμενα. Hœschelius et Spencerus, γνωρίζειν τὰ γινόμενα.
(39) Philocalia, αὐτοὶ ἔχουσιν

τοῖς δὲ λοιποῖς εἰς τὰς τοιάσδε κινήσεις ἢ τοιασδί· A ἄλλοι δὲ θειοτέρας αὐτῶν, καὶ πρὸς τοῦτ' ἐπιτηδείους (40) εἶναι τὰς ψυχάς· ὅπερ ἐστὶν ἀπιθανώτατον.

Ἐχρῆν οὖν τὸν Κέλσον, διὰ τῶν προκειμένων βουλόμενον θειότερα καὶ σοφώτερα ἀποδεῖξαι τὰ ἄλογα ζῶα τῶν ἀνθρώπων, κατασκευάσαι διὰ πλειόνων, ὡς ὑπάρχουσαν τὴν τοιάνδε μαντικήν· καὶ τὴν ἀπολογίαν μετὰ τοῦτ' ἐνεργεστέρως (41) ἀποδεῖξαι· καὶ ἀποδεικτικῶς ἀποδοκιμάσαι μὲν τοὺς λόγους τῶν ἀναιρούντων τὰς τοιάσδε μαντείας, ἀποδεικτικῶς δ' ἀνατρέψαι καὶ τοὺς λόγους τῶν εἰπόντων ἀπὸ δαιμόνων ἢ θεῶν γίγνεσθαι τὰς κινήσεις τοῖς ζώοις πρὸς τὸ μαντεύσασθαι· καὶ μετὰ ταῦτα κατασκευάσαι περὶ τῆς τῶν ἀλόγων ζώων ψυχῆς ὡς θειοτέρας. B Οὕτω γὰρ ἂν πρὸς τὰ πιθανὰ αὐτοῦ, ἐπιδειξαμένου φιλόσοφον περὶ τῶν τηλικούτων ἕξιν, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἐνέστημεν· ἀνατρέποντες μὲν τὸ ὅτι σοφώτερα τὰ ἄλογα ζῶα τῶν ἀνθρώπων, ψευδοποιοῦντες δὲ καὶ ὅτι ἐννοίας ἔχει τοῦ Θείου ἱερωτέρας ἡμῶν (42), καὶ ὅτι ὁμιλίας ἔχει πρὸς ἄλληλα ἱεράς τινας. Νυνὶ δ' ὁ ἐγκαλῶν ἡμῖν, ὅτι πιστεύομεν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, ἀξιοῖ ἡμᾶς πιστεύειν, ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν ὀρνίθων θειοτέρας ἔχουσιν ἐννοίας καὶ τρανοτέρας ἀνθρώπων. Ὅπερ εἰ ἀληθές ἐστιν, ὄρνιθες μᾶλλον τρανοτέρας (43) Κέλσου ἔχουσι περὶ Θεοῦ ἐννοίας. Καὶ οὐ θαυμαστὸν εἰ Κέλσου, τοῦ ἐπὶ τοσοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἐξευτελίζοντος. Ἀλλὰ γάρ, ὅσον ἐπὶ Κέλσῳ, οἱ ὄρνιθες μείζονας καὶ θειοτέρας ἔχουσιν ἐννοίας, οὐ λέγω ἡμῶν Χριστιανῶν ἢ τῶν ταῖς αὐταῖς ἡμῖν Γραφαῖς C χρωμένων Ἰουδαίων, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι θεολόγων, ἄνθρωποι γὰρ ἦσαν. Μᾶλλον οὖν, κατὰ Κέλσον, κατείληφε τὴν τοῦ Θείου φύσιν τὸ τῶν δῆθεν μαντικῶν ὀρνίθων γένος, ἢ Φερεκύδης, καὶ Πυθαγόρας, καὶ Σωκράτης, καὶ Πλάτων. Καὶ ἐχρῆν γε ἡμᾶς πρὸς τοὺς ὄρνιθας φοιτᾷν διδασκάλους, ἵν', ὥσπερ κατὰ τὴν τοῦ Κέλσου ὑπόληψιν διδάσκουσιν ἡμᾶς μαντικῶς τὰ ἐσόμενα, οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἀμφιβάλλειν περὶ τοῦ Θείου ἀπαλλάξωσι τοὺς ἀνθρώπους, ἣν κατειλήφασι τρανὴν περὶ αὐτοῦ ἔννοιαν παραδιδόντες. Κέλσῳ μὲν οὖν ἀκολουθεῖ, τῷ διαφέρειν ἡγουμένῳ (44) τῶν ἀνθρώπων τοὺς ὄρνιθας, διδασκάλοις αὐτὸν χρῆσθαι τοῖς ὄρνισι, καὶ μηδενὶ ἄλλῳ τῶν φιλοσοφησάντων παρ' Ἕλλησιν.

Ἡμῖν δ' ὀλίγα πρὸς τὰ προκείμενα ἀπὸ πολλῶν D λεκτέον, διελέγχουσι τὴν ἀχάριστον ψευδοδοξίαν πρὸς τὸν πεποιηκότα αὐτόν· « ἄνθρωπος » γὰρ καὶ Κέλσος ὤν, « ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε· » διὸ οὐδὲ παρασυνεβλήθη τοῖς ὄρνισι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλόγοις (45) ζώοις, ὅλως ἔχει.

A motibus. Alii censent animas eorum esse diviniores et ad id muneris aptas habilesque; quod quidem prorsus est incredibile.

89. Debuit igitur Celsus, quando volebat supra dictis ostendere brutas animantes hominibus esse et diviniores et sapientiores; debuit, inquam, primum fuse probare illam divinationem revera esse; deinde illam solide ab omni noxa vindicare; tum rationes eorum diluere qui ejusmodi divinationes e medio tollunt; postea occurrere iis, qui animalia volunt ad divinandum moveri aut a dæmonibus aut a diis; denique argumentis approbare bestiarum animam esse diviniorem. Quæ si fecisset et hac in re philosophum se præbuisset, ejus rationes B pro viribus refellere conatus essem. Ante omnia convellissem istud, hominibus bestias esse sapientiores : falsi quoque arguissem quod ait, illas de Deo religiosius nobis sentire, et sancta quædam inter se habere colloquia. Nunc autem, qui nobis vitio dat quod summo Deo fidem habeamus, idem ille postulat a nobis ut credamus animabus avium inesse Dei notiones diviniores magisque perspicuas 570 quam hominibus. Quod si verum est, ergo aves clariorem, quam Celsus, Dei habent notionem. Id autem ita esse de Celso, non mirarer admodum; cum hominem tantopere deprimat. Non enim per illum stat, quominus aves habeant sublimiores divinioresque notiones, non dico quam nos Chri- C stiani aut Judæi qui eisdem ac nos Scripturis utuntur, sed quam Græcorum theologi. Erant enim homines. Planius igitur, Celso judice, naturam Divinitatis intellexerunt aves ad divinationem aptæ, quam Pherecydes, quam Pythagoras, quam Socrates, quam Plato. Næ nos par fuit magistras audire aves, ut quemadmodum, si Celso fides, nos docent res futuras divinare; ita nobis claram illam quam animo comprehensam habent Divinitatis notionem impertirent, sicque de illa homines omni dubitatione liberarent. Sed Celso præsertim, qui aves hominibus anteire putat, consentaneum erat ut illis uteretur magistris, easque omnibus Græcorum philosophis anteponeret.

D 90. Pauca e multis addamus, quibus evertatur falsa ejus et ingrata in suum Conditorem opinio. Nam Celsus « cum homo, » atque adeo « in honore esset, non intellexit[52] : » quare non comparatus est avibus aliisque bestiis, quas divinas esse exi-

[52] Psal. XLVIII, 13.

(40) Hœschelius et Spencerus post ἐπιτηδείους addunt vocem αὐτῶν, quam jure respuit Philocalia ut inutilem.

(41) Ἐνεργεστέρως. Forte scribendum ἐναργεστέρως. Cæterum e Philocalia abest vox sequens ἀποδεῖξαι ut et præcedentes τὴν ἀπολογίαν, abesseque possunt, salva sententia. Paulo post Philocalia, τοιάσδε μαντείας. Libb. editi, τοιαύτας δὴ μαντείας.

(42) Post vocem ἡμῶν addit Philocalia, ἢ οὐδὲ ὅλως ἔχει.

(43) *Μᾶλλον τρανοτέρας*. Geminati comparativi exempla habes passim, quæ plurima congessit Taubmannus ad vers. 78 *Culicis*. Vide Marc. VII, 36 et Philipp. I, 23.

(44) Hœschelius in textu, τὸ διαφέρειν ἡγουμένων. Paulo post Philocalia, καὶ μηδενὶ ἄλλῳ τῶν. Hœschelius et Spencerus, καὶ μηδενὶ οὕτω τῶν.

(45) *Ἀλόγοις*. Desideratur apud Hœschelium et Spencerum, sed suppletur e Philocalia.

stimat; sed illis primas detulit præ Ægyptiis, licet hi bestias deorum loco ducant; seque, et, quantum in se fuit, universum genus humanum bestiis subjecit, utpote deterius bestiis indigniusque de Deo sentiens. Sed quæri in primis oportet sitne per aves aliaque animalia pro divinis habita divinandi ars, an non sit. Nam rationes in utramque partem afferuntur minime spernendæ. Hinc enim pudendum fore probatur, si homo, divinis relictis oraculis, aves consuleret; illinc diserte testantur quamplurimi, multos, fide divinationi avium habita, e maximis evasisse periculis. Demus vero in præsentia quid rei esse divinationem per aves; ut, etiam hoc dato, vel iis qui præconceptis opinionibus occupantur, demonstrem magnam esse hominis præ bestiis vel divinis excellentiam, eamque ne cum illis quidem comparandam. Itaque, si divina quædam vis illis inesset prænoscendi futura, et ea quidem ita copiosa, ut quid reliqui sibi esset quod hominibus futura scire volentibus
571 impenderent; certe multo magis cognoscerent quæ ad ipsas spectant; et ea si cognoscerent, profecto caverent illuc volare, ubi illis homines laqueos et retia tetendissent, aut ubi sagittarii illis volantibus tanquam scopo usi tela in ipsas vibrarent. Et aquilæ si prænoscerent insidias, quas pullis earum struunt aut serpentes qui ad illos ascendunt ut interficiant, aut homines quidam, qui eos capiunt ut sibi vel delectamento, vel remedio sint, certe non pullos deponerent, ubi structæ essent insidiæ. Uno verbo nullum ex iis animalibus ab hominibus capi posset, cum istis esset et divinius et sapientius.

A οἷς νομίζει εἶναι μαντικοῖς· ἀλλ' ἐκείνοις παραχωρήσας τὰ πρωτεῖα, ὑπὲρ Αἰγυπτίους, τοὺς τὰ ἄλογα ζῶα ὡς θεοὺς προσκυνοῦντας, ἑαυτὸν ὑπέταξε, τὸ δ' ὅσον ἐπ' αὐτῷ, καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὡς χεῖρον καὶ ἔλαττον νοοῦν περὶ τοῦ Θείου τοῖς ἀλόγοις ζώοις. Προηγουμένως μὲν οὖν ζητείσθω, πότερον ὑπάρχει ἡ δι' ὀρνίθων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων πεπιστευμένων εἶναι μαντικῶν μαντικὴ, ἢ μὴ ὑπάρχει· καὶ γὰρ οὐκ εὐκαταφρόνητός ἐστιν εἰς ἑκάτερα ἐπιχειρούμενος ὁ λόγος· ὅπου μὲν δυσωπῶν μὴ παραδέξασθαι τὸ τοιοῦτον, ἵνα μὴ τὸ λογικὸν ἀντὶ τῶν δαιμονίων (46) χρηστηρίων ὄρνισι χρήσηται, καταλιπὸν ἐκεῖνα· ὅπου δὲ διὰ μαρτυρουμένης ὑπὸ πολλῶν ἐνεργείας παριστὰς, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ μεγίστων διεσώθησαν κινδύνων, πεισθέντες τῇ δι' ὀρνίθων μαντικῇ.
B Ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος δεδόσθω, ὑπαρκτὸν εἶναι τὴν οἰωνιστικήν· ἵνα καὶ οὕτω δείξω τοῖς προκαταληφθεῖσιν (47), ὅτι καὶ τούτου διδομένου πολλή ἐστιν ἡ τοῦ ἀνθρώπου παρὰ τὰ ἄλογα ζῶα καὶ παρ' αὐτὰ τὰ μαντικὰ ὑπεροχὴ, καὶ οὐδαμῶς πρὸς ἐκεῖνα (48) συγκριτή. Λεκτέον οὖν, ὅτι, εἴπερ τις θεία φύσις ἦν ἐν αὐτοῖς τῶν μελλόντων προγνωστικὴ, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον πλουσία, ὡς ἐκ περιουσίας, καὶ τῷ βουλομένῳ τῶν ἀνθρώπων δηλοῦν τὰ ἐσόμενα, δηλονότι πολὺ πρότερον τὰ περὶ ἑαυτῶν ἐγίνωσκον· γινώσκοντα δὲ τὰ περὶ ἑαυτῶν, ἐφυλάξατο ἂν ἀναπτῆναι (49) κατὰ τοῦδε τοῦ τόπου, ἐφ' οὗ παγίδας καὶ δίκτυα ἄνθρωποι ἔστησαν κατ' αὐτῶν, ἢ τοξόται σκοπῷ χρώμενοι τοῖς ἱπταμένοις βέλη ἐπ' αὐτὰ ἀπέλυον. Πάντως δ' ἂν καὶ
C προγιγνώσκοντες ἀετοὶ τὴν κατὰ τῶν νεοσσῶν ἐπιβουλὴν, εἴτε τῶν ἀναβαινόντων πρὸς αὐτοὺς ὄφεων καὶ διαφθειρόντων αὐτοὺς, εἴτε καί τινων ἀνθρώπων, εἴτ' εἰς παιδιὰν εἴτε καὶ εἰς ἄλλην τινὰ χρείαν καὶ θεραπείαν λαμβανόντων αὐτοὺς, οὐκ ἂν ἐνόσσευσαν, ἔνθα ἔμελλον ἐπιβουλεύεσθαι· καὶ ἁπαξαπλῶς οὐκ ἄν ποτε τῶν ζώων τι τούτων ἁλωτὸν ἀνθρώποις ἦν, ὡς ἀνθρώπων θειότερον καὶ σοφώτερον.

91. Præterea cum aves, id quod Celsus ait, cum avibus colloquantur; quæ ex eis divinandi virtute pollent, aliæque bestiæ, si divina natura præditæ essent, si Divinitatis notiones haberent, si futura prævidérent, ea sine dubio secum invicem communicarent; neque avis, de qua Homerus, pullos edidisset ubi ipsa pullique ejus draconi præda futuri erant; neque draco, de quo idem poeta, commisisset ut ab aquila raperetur. Sic enim de priore admirabilis ille Homerus in sua *Iliade :*

..... *Quo tempore visum*

Est ingens nobis monstrum, draco terga cruentis

Ἀλλὰ καὶ, εἴπερ οἰωνοὶ οἰωνοῖς μάχονται (50), ὥς φησιν ὁ Κέλσος, θείαν φύσιν ἔχοντες οἱ μαντικοὶ ὄρνεις, καὶ τὰ ἄλλα ἄλογα ζῶα, καὶ ἐννοίας τοῦ Θείου, καὶ πρόγνωσιν περὶ μελλόντων, καὶ τὰ τοιαῦτα (51) ἑτέροις προεδήλουν, οὔτ' ἂν ἡ καθ' Ὅμηρον στρουθὸς ἐνόσσευσεν ὅπου δράκων ἔμελλεν αὐτὴν καὶ τὰ τέκνα ἀφανίζειν· οὔτ' ἂν ὁ κατὰ τὸν αὐτὸν ποιητὴν δράκων οὐκ ἐφυλάξατο ὑπὸ τοῦ ἀετοῦ ληφθῆναι. Φησὶ γὰρ ὁ ἐν ποιήσει θαυμαστὸς Ὅμηρος περὶ μὲν τοῦ προτέρου τοιαῦτα (52)·

D *Ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα· δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς,*
Σμερδαλέος· τόν δ' αὐτὸς (53) *Ὀλύμπιος ἧκε φόωσδε*

(46) Hœschelius et Spencerus, ἀντὶ τῶν δαιμόνων. Sed Philocalia ut in nostro textu. Paulo post codex Regius recte : καταλιπὸν ἐκεῖνα· ὅπου δὲ διὰ μαρτυρουμένης. Hœschelius et Spencerus, καταλιπὼν ἐκεῖνα· ὅπου δὲ διαμαρτυρουμένης.

(47) Philoc., προκαταληφθεῖσιν. Hœschelius et Spencerus, προκατειληφθεῖσιν.

(48) Recte Philoc., πρὸς ἐκεῖνα. Hœschelius et Spencerus, παρ' ἐκεῖνα.

(49) Hœschelius et Spencerus, δῆλον ὅτι πολὺ πρότερον γινώσκοντά γε τὰ περὶ ἑαυτῶν ἐφυλάξατο ἀναπτῆναι, sed Philocalia ut in nostro textu. Vide quæ refert Josephus ex Hecatæo de *Mosolamo*, lib. I *contra Apionem*; vel, ut Eusebius, lib. IX, cap. 4, *Evang. præp.* habet, *Mosomamo*. SPENCER.

(50) *Μάχονται*. Scribendum videtur διαλέγονται.

(51) *Καὶ τὰ τοιαῦτα*. Ab antea editis exciderat καί, quod suppl. e codd. mss.

(52) *Τοιαῦτα*. Priores quatuordecim versus reperiuntur *Iliad.* B, a v. 308. Latine eos etiam reddidit Cicero lib. II *De divinatione*. Decem autem alii exstant *Iliad.* M, a v. 200.

(53) Alias, τόν ῥ' αὐτός.

Βωμοῦ ὑπαΐξας, πρός ῥα πλατάνιστον ὄρουσεν.
Ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοὶ, νήπια τέκνα,
Ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ, πετάλοις ὑποπεπτηῶτες,
Ὀκτὼ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦν, ἣ τέκε τέκνα.
Ἔνθ' ὅγε τοὺς ἐλεεινὰ κατήσθιε τετριγῶτας·
Μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα·
Τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ τέκν' ἔφαγε στρουθοῖο καὶ αὐτὴν,
Τὸν μὲν ἀρίζηλον θῆκεν θεὸς, ὅσπερ ἔφηνε·
Λᾶαν γάρ μιν θῆκε (54) Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω·
Ἡμεῖς δ' ἑσταότες θαυμάζομεν οἷον ἐτύχθη.
Ὡς οὖν δεινὰ πέλωρα θεῶν εἰσῆλθ' ἑκατόμβας·

Περὶ δὲ τοῦ δευτέρου, ὅτι

Ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε περισσέμεναι (55) μεμαῶσιν,
Αἰετὸς ὑψιπέτης, ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων,
Φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον,
Ζωὸν, ἔτ' ἀσπαίροντα· ὁ δ' οὔπω (56) λήθετο χάρμης.
Κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος παρὰ δειρὴν,
Ἰδνωθεὶς ὀπίσω· ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε,
Ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐγκάββαλ' ὁμίλῳ (57)·
Αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῆς ἀνέμοιο.
Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν,
Κείμενον ἐν μέσσοισι, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.

Ἆρ οὖν ὁ μὲν ἀετὸς ἦν μαντικὸς (58), ὁ δὲ δράκων, ἐπεὶ καὶ τούτῳ χρῶνται τῷ ζώῳ οἱ οἰωνοσκόποι, οὐκ ἦν μαντικός; Τί δὲ, ἐπεὶ τὸ ἀποκληρωτικὸν εὐέλεγκτόν ἐστιν, οὐχὶ καὶ τὸ ἀμφοτέρους εἶναι μαντικοὺς ἐλεγχθείη ἄν; Οὐκ ἂν γὰρ ὁ δράκων, ὢν μαντικὸς, οὐκ ἐφυλάξατο τάδε τινὰ ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ παθεῖν; Καὶ ἄλλα δ' ἂν μυρία τοιαῦτα εὕροι τις παραδείγματα, παριστάντα, ὅτι οὐ τὰ ζῶα μέν ἐστιν ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα μαντικὴν ψυχήν· ἀλλὰ, κατὰ μὲν τὸν ποιητὴν καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων, αὐτὸς Ὀλύμπιος ἧκε φόωσδε· κατὰ δέ τι σημεῖον καὶ Ἀπόλλων ἀγγέλῳ χρῆται ἱέρακι· κίρκος γὰρ (59) Ἀπόλλωνος εἶναι λέγεται ταχὺς ἄγγελος.

Κατὰ δὲ ἡμᾶς, δαίμονές τινες φαῦλοι, καὶ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω), τιτανικοὶ ἢ γιγάντιοι, ἀσεβεῖς πρὸς τὸ ἀληθῶς Θεῖον καὶ τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλους γεγενημένοι, καὶ πεσόντες ἐξ οὐρανοῦ, καὶ περὶ τὰ παχύτερα τῶν σωμάτων καὶ ἀκάθαρτα ἐπὶ γῆς καλινδούμενοι· ἔχοντές τι περὶ τῶν μελλόντων διορατικὸν, ἅτε γυμνοὶ τῶν γηΐνων σωμάτων τυγχάνοντες· καὶ περὶ τὸ τοιοῦτον ἔργον καταγινόμενοι, βουλόμενοι ἀπάγειν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὑποδύονται τῶν ζώων τὰ ἁρπακτικώτερα καὶ ἀγριώτερα, καὶ ἄλλα πανουργότερα, καὶ κινοῦσιν αὐτὰ πρὸς ὃ βούλονται, καὶ ὅτε βούλονται· ἢ τὰς φαντασίας τῶν τοιωνδὶ ζώων τρέπουσιν ἐπὶ πτήσεις καὶ κινήσεις τοιάσδε· ἵν' ἄνθρωποι, διὰ τῆς ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἁλισκόμενοι μαντικῆς, Θεὸν μὲν τὸν περιέχοντα τὰ ὅλα μὴ ζητῶσι, μηδὲ τὴν καθαρὰν θεοσέβειαν ἐξετάζωσι, πέσωσι δὲ τῷ λογισμῷ ἐπὶ τὴν γῆν καὶ τοὺς

Distinctus maculis, aræ sublapsus ab imo
Prosiluit pede; sic Saturnius ipse volebat:
Ipse vago lapsu ramos amplexus, in altum
Evasit platanum, letigitque cacumina, quorum
Nidus in arce fuit, numero bis quattuor inter
Passeris includens pullos qui frontibus altis
Hærentes, exsultabant implumibus alis.
Quos omnes vano matrem stridore vocantes,
Cum draco pestifero depastus dente fuisset,
Ipsam etiam matrem circum sua pignora frustra
Sollicitas querulis quatientem vocibus alas
Corripuit, atroxque avidam demisit in alvum.
Protinus in saxum mutatum Juppiter ipsum
Conspicuum posuit: sed nos horrenda deorum
Constitimus stupido mirantes omnia visu:
Præcipue quanam ratione ad sacra deorum
Tam dirum venisset opus monstrumque nefandum [53].

De altero autem sic:

Hæc inter, super ecce volans Jovis ales acutis
Unguibus, involvens maculosum terga draconem,
Immanemque et seminecem, qua parte sinistra
Trojani hostiles certabant vellere muros,
Circuit; ille ferox converso gutture retro
Imprimit in summo raptricis pectore dentes:
Illa, dolore amens, resolutis unguibus anguem
In medios Troas demisit, et inde volatu
572 *Quam potuit celeri se proripit ales in auras,*
Ingenti clamore sonans. Hæc monstra videntes
Trojani trepidare omnes, et credere lævum
Augurium Jovis esse [54]...

An aquila futuri provida fuit; non autem draco, quem tamen observant augures? Quid autem? Quia in promptu est discrimen istud refellere, annon etiam refelletur, si quis utrique divinandi vim ascripserit? Nam draco, si divinus fuisset, cavisset ne quid incommodi ab aquila pateretur. Hic sexcenta congeri possent exempla, ex quibus constaret animalibus non inesse animam futuri providam; sed ea, ut poeta ipse [55] et multi alii censent, a Jove mitti; interdum etiam ab Apolline nuntii partes dari accipitri, qui ea causa celer Apollinis nuntius appellatur.

92. Nos vero id tribuimus dæmonibus quibusdam pravis et titanum gigantumque, ut ita loquar, similibus, qui pro sua erga verum Deum cœlestesque angelos impietate e cœlo dejecti sunt, et nunc in spurcitiis corporum terræque sordibus volutantur. Hi, cum terrenis corporibus expediti sint, dispicere quid possunt in rebus futuris; atque in hoc opus incumbunt toti, ut homines a vero Deo abducant. Itaque insinuant se in corpora animalium, quæ rapaciora, ferociora, callidiora sunt, eaque, quo et quoties lubet, impellunt; aut eorum facultatem imaginum receptricem ad volatus variosque motus comparant: ut homines hoc divinationis genere capti Deum rerum omnium moderatorem ne quærant, neque verum ejus cultum curent, et eorum ratio in terram dejecta, in avibus, draconibus, vulpibus etiam et lupis occupetur. Etenim a viris

[53] Iliad. B, v. 308 et seqq. [54] Iliad. M, v. 200 seqq. [55] Iliad. B, v. 309; Odyss., O, v. 526.

(54) Alias, ἔθηκε.
(55) Alias, περησέμεναι.
(56) Alias, καὶ οὔπω.
(57) Alias, ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ.
(58) Hœschelius et Spencerus, ἦν μαντικός. Guieto totus hic locus sic videtur scribendus, οὐκ ἂν γὰρ ὁ δράκων, μὴ ὢν μαντικὸς, ἐφυλάξατο τάδε τινά.
(59) Sic Philocalia. Ab aliis editionibus abest γάρ.

harum rerum peritis observatum est, clariora ab A istis animantibus capi præsagia : cum in mansuetiores non tantum potestatis habeant dæmones, quantum ipsis in alias dat affinitas malitiæ, quæ tamen in illis animantibus malitia non est, sed quid simile.

ὄρνεις καὶ τοὺς δράκοντας, ἔτι δ' ἀλώπεκας καὶ λύκους. Καὶ γὰρ παρατετήρηται τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς, ὅτι αἱ ἐνεργέστεραι (60) προγνώσεις διὰ τῶν τοιούτων ζώων γίγνονται· ἅτε μὴ δυναμένων τῶν δαιμόνων ἐν τοῖς ἡμερωτέροις τῶν ζώων τοσοῦτον, ὅσον δύνανται διὰ τὸ παραπλήσιον τῆς κακίας, καὶ οὐ κακίαν μὲν, οἱονεὶ δὲ κακίαν οὖσαν ἐν τοῖς τοιοισδὶ τῶν ζώων, ἐνεργῆσαι τάδε τὰ ζῶα (61).

93. Unde si quid aliud Moysis admiratus sum, hoc in primis admiratione dignum esse affirmo, quod, consideratis animantium diversis naturis, sive quæ ad eas dæmonesque singulis affines atque cognatos pertinent, a Deo acceperit, sive sua sapientia ipse invenerit, in suo de animalibus edicto [56] immunda illa omnia appellet, quæ Ægyptii cæterique homines fatidica esse putant, pura vero reliqua fere B omnia. Sic apud Moysem in immundis sunt lupus, vulpes, draco, aquila, accipiter, et iis similia : et ut plurimum non solum in lege, sed etiam in prophetis
573 invenias hoc genere animalium repræsentari ea quæ omnium pessima sunt, nec unquam in bonam partem accipi lupi aut vulpis nomina. Crediderim igitur singulas dæmonum species cum singulis animalium speciebus quamdam habere affinitatem : et quemadmodum homines quidam, nulla morum habita ratione, sunt aliis hominibus robustiores, ita dæmonum in rebus indifferentibus majorem esse potestatem, quam aliorum dæmonum; et quosdam quidem, pro nutu ejus quem Scripturæ nostræ vocant « principem hujus sæculi [57], » quibus- C dam animalibus ad fallendos homines uti; alios vero per aliam animalium speciem futura prænuntiare. Ac vide quo processerit immunditia dæmonum, quorum quidam etiam mustelas adhibuerint ad rerum futurarum significationem : et tecum ipse reputa, utra sententia sit potior, eane quæ statuit motibus futurorum prænuntiis aves reliquasque animantes agitari a Deo summo ejusque Filio; an ea quæ id acceptum refert dæmonibus, pravis illis et, ut loquuntur Scripturæ [58], impuris spiritibus, qui, licet hominibus præsentibus, non homines tamen, sed quædam animalia movent.

Ὅθεν, εἴπερ ἄλλο τι Μωϋσέως τεθαύμακα, καὶ τὸ τοιοῦτον θαύματος ἀποφανοῦμαι ἄξιον εἶναι, ὅτι φύσεις κατανοήσας ζώων διαφόρους, καὶ εἴτ' ἀπὸ τοῦ Θείου μαθὼν τὰ περὶ αὐτῶν, καὶ τῶν ἑκάστῳ ζώῳ συγγενῶν δαιμόνων, εἴτε καὶ αὐτὸς ἀναβαίνων τῇ σοφίᾳ εὑρὼν (62), ἐν τῇ περὶ ζώων διατάξει, πάντα μὲν ἀκάθαρτα ἔφησεν εἶναι τὰ νομιζόμενα παρ' Αἰγυπτίοις καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν ἀνθρώπων εἶναι μαντικὰ, ὡς ἐπίπαν δὲ εἶναι καθαρὰ τὰ μὴ τοιαῦτα. Καὶ ἐν ἀκαθάρτοις παρὰ Μωϋσῇ ἐστι λύκος, καὶ ἀλώπηξ, καὶ δράκων, ἀετός τε καὶ ἱέραξ, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις· καὶ ὡς ἐπίπαν οὐ μόνον ἐν τῷ νόμῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς προφήταις εὕροις ἂν ταῦτα τὰ ζῶα εἰς παράδειγμα τῶν χειρίστων παραλαμβανόμενα, οὐδέποτε δὲ εἰς χρηστὸν πρᾶγμα ὀνομαζόμενον λύκον ἢ ἀλώπεκα. Ἔοικεν οὖν τις εἶναι ἑκάστῳ δαιμόνων εἴδει κοινωνία πρὸς ἕκαστον εἶδος ζώων· καὶ ὥσπερ ἐν ἀνθρώποις ἀνθρώπων ἄνθρωποι ἰσχυρότεροί τινές εἰσιν, οὐ πάντως διὰ τὸ ἦθος, τὸν αὐτὸν τρόπον δαίμονες δαιμόνων εἶεν ἂν ἐν μέσοις δυνατώτεροι· καὶ οἵδε μὲν τοῖσδε τοῖς ζώοις χρώμενοι εἰς ἀπάτην τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ βούλημα τοῦ καλουμένου ἐν τοῖς λόγοις ἡμῶν « ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου (63), » ἕτεροι δὲ δι' ἄλλου εἴδους προδηλοῦντες. Καὶ ὅρα ἐφ' ὅσον εἰσὶν οἱ δαίμονες μιαροὶ, ὡς καὶ γαλᾶς ὑπό τινων παραλαμβάνεσθαι πρὸς τὸ δηλοῦν τὰ μέλλοντα· καὶ σὺ δὲ παρὰ σαυτῷ κρῖνον ὁπότερόν ἐστι βέλτιον παραδέξασθαι, ὅτι ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς καὶ τούτου ὁ Υἱὸς κινοῦσι τοὺς ὄρνιθας καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα εἰς μαντικὴν, ἢ οἱ κινοῦντες τὰ τοιαδὶ τῶν ζώων, καὶ οὐχ ἀνθρώπους παρόντων ἀνθρώπων, δαίμονές εἰσι φαῦλοι, καὶ ὡς ὀνόμασε τὰ ἱερὰ ἡμῶν γράμματα, ἀκάθαρτοι.

94. Præter hæc, si divina avium ideo est anima, D quia illæ futura prænuntiant; quanto magis, cum ab hominibus omina accipiuntur, divinam dicendum esset eorum esse animam per quos omina audiuntur? Ergo ex illis divina fuerit illa molitrix, quæ apud Homerum de procis dicebat :

Ultimo et postremo nunc hiccœnent [59] ;

illa, inquam, divina fuerit; minime vero Ulysses,

Εἴπερ δὲ θεία ἐστὶν ἡ τῶν ὀρνίθων ψυχὴ διὰ τὸ δι' αὐτῶν προλέγεσθαι τὰ μέλλοντα, πῶς οὐχὶ μᾶλλον ὅπου κληδόνες ὑπ' ἀνθρώπων (64) λαμβάνονται, θείαν εἶναι φήσομεν τὴν ψυχὴν ἐκείνην, δι' ὧν αἱ κληδόνες ἀκούονται; Θεία οὖν τις ἦν κατὰ τοὺς τοιούσδε ἡ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ἀλετρὶς, περὶ τῶν μνηστήρων εἰποῦσα·

Ὕστατα καὶ πύματα (65) *νῦν ἐνθάδε δειπνήσειαν·*

κἀκείνη μὲν θεία ἦν· οὐδὲ τηλικοῦτος Ὀδυσσεὺς, ὁ

[56] Levit. XI. [57] Joan. XII, 13; II Cor. IV, 4. [58] Matth. X, 1. [59] Odyss. Υ, v. 116 et 119.

(60) Mavult Boherellus, αἱ ἐναργέστεραι.

(61) *Τάδε τὰ ζῶα.* Guieto hæc additilia videntur et superflua.

(62) Philocalia, εὗρεν. Hœschelius et Spencerus, εὑρών.

(63) *Αἰῶνος τούτου.* Joan. XII, 31, κόσμου τούτου, sed Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου dicitur I Cor. IV, 4.

(64) *Ὑπ' ἀνθρώπων.* Ita Philocalia. Alias, ἀπ' ἀνθρώπων. Paulo post Guieto videtur scribendum, τὴν ψυχὴν ἐκείνων δι' ὧν. Boherellus autem legit, τὴν ψυχὴν ἐκείνην δι' ἧς.

(65) *Πύματα.* Alias, πήματα, male. Cæterum hic versus qualis ab Origene affertur, non est ex *Odyss.* Υ, sed ex Δ, 685. Ex memoria citat, ut mox, δ' ἔπταρεν εὐχομένοιο, quod non potest Penelopæ convenire. Apud poetam legitur :

Ὣς φάτο· Τηλέμαχος δὲ μέγ' ἔπταρεν· ἀμφὶ δὲ δῶμα

Σμερδαλέον κονάβησε.

τῆς Ὁμηρικῆς Ἀθηνᾶς φίλος, οὐκ ἦν θεῖος, ἀλλὰ A συνεὶς τῶν ἀπὸ τῆς θείας ἀλετρίδος εἰρημένων κληδόνων ἔχαιρεν, ὡς ὁ ποιητής φησι·

..... *Χαῖρεν δὲ κλεηδόνι δῖος Ὀδυσσεύς.*

Ἤδη δὲ ὅρα, εἴπερ οἱ ὄρνιθες θείαν ἔχουσι ψυχὴν, καὶ αἰσθάνονται τοῦ Θεοῦ, ἢ (ὡς ὁ Κέλσος ὀνομάζει,) τῶν θεῶν, δηλονότι καὶ ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι πταρνύμενοι, ἀπό τινος ἐν ἡμῖν οὔσης θειότητος (66) καὶ μαντικῆς περὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν πταρνύμεθα. Καὶ γὰρ τοῦτο μαρτυρεῖται ὑπὸ πολλῶν· διὸ καὶ ὁ ποιητής λέγει τὸ,

..... *Ὁ δ' ἔπταρεν εὐχομένοιο.*

Διὸ καὶ ἡ Πηνελόπη φησίν·

Οὐχ ὁράᾳς, ὅ μοι υἱὸς ἐπέπταρε πᾶσιν ἔπεσσι (67);

B Τὸ δ' ἀληθὲς Θεῖον εἰς τὴν περὶ τῶν μελλόντων γνῶσιν οὔτε τοῖς ἀλόγοις χρῆται ζώοις, οὔτε τοῖς τυχοῦσι (68) τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ψυχαῖς ἀνθρώπων ἱερωτάταις καὶ καθαρωτάταις, ἅστινας θεοφορεῖ τε καὶ προφήτας ποιεῖ. Διόπερ, εἴ τι ἄλλο θαυμασίως εἴρηται ἐν τῷ Μωϋσέως νόμῳ, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τοῖς τοιούτοις καταταχτέον· « Οὐκ οἰωνιεῖσθε, οὐδ' ὀρνιθοσκοπήσεσθε (69). » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Τὰ γὰρ ἔθνη, οὓς Κύριος ὁ Θεός σου ἐξολοθρεύσει ἀπὸ προσώπου σου, οὗτοι κληδόνων καὶ μαντειῶν ἀκούσονται· σοὶ δὲ οὐχ οὕτως ἔδωκε Κύριος ὁ Θεός σου. » Εἶθ' ἑξῆς φησι· « Προφήτην ἀναστήσει σοι Κύριος ὁ Θεός σου ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου. » Βουληθεὶς δέ ποτε ὁ Θεὸς δι' οἰωνοσκόπου ἀποτρέψαι ἀπὸ τῆς οἰωνιστικῆς, πεποίηκε Πνεῦμα ἐν τῷ οἰωνοσκόπῳ εἰπεῖν· « Οὐ γάρ ἐστιν C οἰωνισμὸς ἐν Ἰακὼβ, οὐδὲ μαντεία ἐν Ἰσραήλ. Κατὰ καιρὸν ῥηθήσεται τῷ Ἰακὼβ καὶ τῷ Ἰσραὴλ, τί ἐπιτελέσει ὁ Θεός. » Ταῦτα δὴ γιγνώσκοντες ἡμεῖς καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, τηρεῖν βουλόμεθα μυστικῶς εἰρημένην ἐντολὴν τὴν, « Πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν· » ἵνα μὴ ἐπιβῇ τι τῶν δαιμονίων τῷ ἡγεμονικῷ ἡμῶν, ἢ πνεῦμά τι τῶν ἐναντίων πρὸς ἃ βούλεται τρέψῃ τὸ φανταστικὸν ἡμῶν. Εὐχόμεθα δὲ λάμψαι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν « τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, » ἐπιδημοῦντος ἡμῶν τῷ φανταστικῷ Πνεύματος Θεοῦ, καὶ φαντάζοντος ἡμᾶς τὰ τοῦ Θεοῦ· ἐπεὶ « ὅσοι Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι υἱοί εἰσι Θεοῦ. »

Χρὴ δ' εἰδέναι, ὅτι τὸ τὰ μέλλοντα προγιγνώσκειν οὐ πάντως θεῖόν ἐστι· καθ' αὑτὸ γὰρ μέσον ἐστὶ, καὶ D πίπτον εἰς φαύλους καὶ ἀστείους. Καὶ ἰατροὶ γοῦν ἀπὸ ἰατρικῆς προγιγνώσκουσί τινα, κἂν φαῦλοι τὸ ἦθος τυγχάνωσιν. Οὕτω δὲ καὶ κυβερνῆται, κἂν μοχθηροὶ τυγχάνωσιν ὄντες, προγιγνώσκουσιν ἐπισημασίας, καὶ ἀνέμων σφοδρότητας, καὶ τροπὰς περὶ τὸ περιέχον ἔκ τινος πείρας καὶ τηρήσεως· καὶ οὐ δήπου παρὰ τοῦτο θείους τις ἂν αὐτοὺς εἶναι φήσει, ἂν τύχωσι (70) μοχθηροὶ εἶναι τὸ ἦθος. Ψεῦδος οὖν τὸ παρὰ

tantus ille vir tamen et Homericæ Minervæ amicus; quandoquidem eum poeta dicit intellexisse tantum quod a divina molitrice datum omen fuerat, et gavisum esse :

Lætatus est autem omine divus Ulysses [60].

Hoc etiam observa, si divina natura sunt aves, et Deum, seu deos, ut Celsus loquitur, sensibus percipiunt, necesse esse ut, cum nos homines sternuimus, hujus rei causa sit Divinitas quædam quæ nostræ animæ insit virtutemque divinandi conferat. Nam et sternutamentum in præsagiis esse testantur multi. Unde poeta :

..... *Precanti sternuit omen*

Et Penelope :

Non vides meum verbis omnibus sternutasse filium [61].

95. Sed verus Deus ad significandas res futuras non brutis animantibus utitur, ne hominibus quidem e vulgo. Eligit ad hanc rem sanctissimas purissimasque animas, quas afflat suo numine et fatidicas reddit. Quare si quid aliud in Moysis lege dictum est admirabiliter, profecto **574** ejusmodi sunt hæc : « Nec augur, nec aruspex sit inter vos [62]. » Et alibi : « Nam gentes quas Dominus Deus tuus delebit a facie tua, ipsæ omina et divinationes audient ; tibi autem non sic dedit Dominus tuus [63]. » Et continenter : « Prophetam suscitabit tibi Dominus Deus tuus de fratribus tuis [64]. » Quin et volens Deus ut augur ipse ab augurandi scientia averteret, fecit ut Spiritus in augure diceret : « Non est augurium in Jacob, nec divinatio in Israel. Temporibus suis dicetur Jacob et Israeli, quid operabitur Deus [65]. » Hæc et similia cum cognoscamus, volumus huic mystico præcepto parere. « Omni custodia serva cor tuum [66]; » ut ne ullum dæmonium in nostram mentem invadat, aut spiritus aliquis inimicus flectat quo vellet facultatem nostram imaginum artificem, precamurque ut splendescat in cordibus nostris « illuminatio scientiæ claritatis Dei [67], » ejusque Spiritus eam facultatem occupans, in ea rerum divinarum imagines efformet. Nam « qui Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei [68]. »

96. Cæterum scire oportet rerum futurarum notitiam non esse necessario rem divinam. Est enim per se quid indifferens, quod in malos æque ac in bonos cadit. Sic medici, quamlibet malis moribus, quædam arte sua prænoscunt. Item gubernatores experientia quadam et observationibus docti signa habent, ex quibus ventorum impetus variasque aeris mutationes prævideant. Nec eos propterea quis dixerit divinos esse, si male morati sint. Falsum igitur illud Celsi : « Quis quid dixerit divinius

[60] Odyss. Υ, v. 120. [61] Odyss. Ρ, v. 545. [62] Levit. xix, 26. [63] Deut. xviii, 14. [64] ibid., 15. [65] Num. xxiii, 23. [66] Prov. iv, 23. [67] II Cor. iv, 6. [68] Rom. viii, 14.

(66) Philocalia recte, θειότητος. Hœschelius et Spencerus, ποιότητος.

(67) *Πᾶσιν ἔπεσσι.* Apud poetam nunc legitur, πᾶσιν ἔπεσσι. In Philocalia, σοῖσιν ἔπεσσι. Apud Spencerum et Hœschelius, οἷσιν.

(68) *Τυχοῦσι.* Recte Philocalia. Alias, τυγχάνουσι, male.

(69) Hœschelius et Spencerus, ὀρνιθοσκοπήσετε.

(70) Philoc., θείους τις αὐτοὺς εἶναι φήσειεν, ἐὰν τύχωσι. Hœschelius et Spencerus in textu, θείους τις αὐτούς εἶναί φησιν, ἂν τύχωσι.

quam futura prænoscere et prænuntiare? » Falsum et hoc : « Multa animalia divinas vindicare sibi notiones. » Nulla enim bestia Dei notionem habet. Falsum quoque istud : « Arctiorem esse bestiarum cum Deo societatem ; » quando homines etiam doctrina conspicui longe absunt ab hac societate, si in suis vitiis maneant. Divina illa consuetudine soli illi dignantur, qui vere sapientes sunt, et sincera in Deum pietate. Cujusmodi fuisse credimus prophetas et Moysem, cujus eximiæ puritati mercedem hanc datam esse Scriptura testificatur : « Accedet Moyses solus ad Deum, cæteri vero non accedent[69]. »

97. Jam istud hominis, qui nos impietatis accusat, quam impium est, « bestias hominibus non solum sapientiores, sed etiam Deo chariores esse ! » Ecquis audiens ab homine draconem, vulpem, lupum, aquilam, accipitrem amari a Deo magis quam humanam naturam, non **575** statim exhorrescat? Quod si bestiæ chariores Deo sunt quam homines, consequens est ut dicat eas a Deo magis amari, quam Socratem, Platonem, Pythagoram, Pherecydem, omnes theologos, quos paulo ante ad cœlum efferebat. Atque hic illi apprecandi locus esset : si chariores Deo bestiæ sunt quam homines, utinam cum illis Deo charus esses, et illis similis fieres quæ tu Deo chariora esse existimas ! Neque illud votum in malam partem accipiat. Quis enim non optarit iis fieri simillimus, quæ persuasum habet Deo esse chariora, ut et ipse perinde ac illa charus Deo sit? Quod ad bestiarum colloquia attinet, Celsus qui vult ea esse sanctiora nostris, id fulcit auctoritate non vulgarium hominum, sed prudentiorum ; hoc est, si proprie loquimur, bonorum. Nam nemo prudens, qui malus. Sic igitur ille : « Aiunt præterea prudentiores bestias habere inter se colloquia eaque sanctiora nostris ; intelligere se quæ illæ dicunt, et ea sibi nota esse persuadere, cum, postquam præmonuerunt aves dixisse se aliquo abituras aut hoc illudve facturas, ostendunt eas illo abeuntes aut facientes quæ prædixerant. » Ut dicam quod res est, nemo sapiens id unquam prodidit; nemo sapiens dixit sanctiora esse bestiarum colloquia quam hominum. Sed ad penitius inspicienda Celsi placita si quid ex iis consequatur advertimus, planum est ex illo sanctiora esse bestiarum colloquia, quam graves illos Pherecydis, Pythagoræ, Socratis, Platonis aliorumque philosophorum dialogos. Quod quidem per se non solum improbabile est, sed etiam absurdissimum. Verum ut crederemus esse quosdam qui indistinctam avium vocem intelligant, et

A τῷ Κέλσῳ λεγόμενον τὸ, « Τί ἂν φαίη τις θειότερον τοῦ τὰ μέλλοντα προγιγνώσκειν τε καὶ προδηλοῦν ; » Ψεῦδος δὲ καὶ τὸ, « Πολλὰ τῶν ζώων ἀντιποιεῖσθαι θείας ἐννοίας· » οὐδὲν γὰρ τῶν ἀλόγων ἔννοιαν ἔχει τοῦ Θεοῦ. Ψεῦδος δὲ καὶ τὸ, « Ἐγγυτέρω τῆς θείας ὁμιλίας εἶναι τὰ ἄλογα ζῶα· » ὅπου γε καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἔτι φαῦλοι, κἂν ἐπ' ἄκρον προκόπτωσι, πόῤῥω εἰσὶ τῆς θείας ὁμιλίας. Μόνοι δὴ ἄρα οἱ κατὰ ἀλήθειαν σοφοὶ καὶ ἀψευδῶς εὐσεβεῖς ἐγγυτέρω τῆς θείας ὁμιλίας εἰσίν· ὁποῖοί εἰσιν οἱ καθ' ἡμᾶς προφῆται καὶ Μωϋσῆς, ᾧ μεμαρτύρηκε διὰ τὴν πολλὴν καθαρότητα ὁ λόγος εἰπών· « Ἐγγιεῖ Μωϋσῆς μόνος πρὸς τὸν Θεὸν, οἱ δὲ λοιποὶ οὐκ ἐγγιοῦσι. »

Πῶς δὲ ἀσεβῶς ὑπὸ τοῦ ἀσέβειαν ἡμῖν ἐγκαλοῦντος (71) εἴρηται τὸ, « οὐ μόνον σοφώτερα εἶναι τὰ ἄλογα B τῶν ζώων τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως, ἀλλὰ καὶ θεοφιλέστερα. » Καὶ τίς οὐκ ἂν ἀποτραπείη, προσέχων (72) ἀνθρώπῳ λέγοντι δράκοντα, καὶ ἀλώπεκα, καὶ λύκον, καὶ ἀετὸν, καὶ ἱέρακα τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως εἶναι θεοφιλέστερα ; Ἀκολουθεῖ δ' αὐτῷ τὸ λέγειν, ὅτι, εἴπερ θεοφιλέστερα τάδε τὰ ζῶα τῶν ἀνθρώπων, δῆλον, ὅτι καὶ Σωκράτους, καὶ Πλάτωνος, καὶ Πυθαγόρου, καὶ Φερεκύδου, καὶ ὧν πρὸ βραχέος ὕμνησε θεολόγων (73), θεοφιλέστερά ἐστι ταῦτα τὰ ζῶα. Καὶ ἐπεύξαιτό γε ἄν τις αὐτῷ λέγων· εἴπερ θεοφιλέστερά ἐστι τάδε τὰ ζῶα τῶν ἀνθρώπων, γένοιο μετ' ἐκείνων θεοφιλής, καὶ ἐξομοιωθείης τοῖς κατὰ σὲ ἀνθρώπων θεοφιλεστέροις. Καὶ μὴ ὑπολαμβανέτω γε ἀρὰν εἶναι τὸ τοιοῦτον· τίς γὰρ οὐκ ἂν εὔξαιτο οἷς πείθεται εἶναι θεοφιλεστέροις γενέσθαι πάντη παραπλήσιος, ἵνα καὶ C αὐτὸς ὡς ἐκεῖνοι γένηται θεοφιλής; Θέλων δὲ τὰς ὁμιλίας τῶν ἀλόγων ζώων εἶναι τῶν ἡμετέρων ἱερωτέρας ὁ Κέλσος, οὐ τοῖς τυχοῦσιν ἀνατίθησι τὴν ἱστορίαν ταύτην, ἀλλὰ τοῖς συνετοῖς. Συνετοὶ δὲ κατὰ ἀλήθειάν εἰσιν οἱ σπουδαῖοι· οὐδεὶς γὰρ φαῦλος συνετός. Λέγει τοίνυν τὸν τρόπον τοῦτον, ὅτι « φασὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων οἱ συνετοὶ καὶ ὁμιλίας ἐκείνοις εἶναι, δηλονότι (74) τῶν ἡμετέρων ἱερωτέρας· καὶ αὐτοί που γνωρίζειν τὰ λεγόμενα, καὶ ἔργῳ δεικνύειν ὅτι οὐκ ἀγνοοῦσιν (75), ὅταν, προειπόντες, ὅτι ἔφασαν οἱ ὄρνιθες ὡς ἀπίασί ποι, καὶ ποιήσουσι τόδε ἢ τόδε, δεικνύωσιν ἀπελθόντας ἐκεῖ, καὶ ποιοῦντας ἃ ἤδη προεῖπον. » Κατὰ μὲν οὖν τὸ ἀληθὲς οὐδεὶς συνετὸς τοιαῦτα ἱστόρησε, καὶ οὐδεὶς σοφὸς ἱερωτέρας εἶπεν εἶναι τὰς D τῶν ἀλόγων ζώων ὁμιλίας τῆς τῶν ἀνθρώπων· εἰ δ' ὑπὲρ τοῦ ἐξετάσαι τὰ Κέλσου (76), τἀκόλουθον σκοποῦμεν, δῆλον ὅτι κατ' αὐτὸν ἱερώτεραι τῶν σεμνῶν Φερεκύδου, καὶ Πυθαγόρου, καὶ Σωκράτους, καὶ Πλάτωνος, καὶ τῶν φιλοσόφων ὁμιλιῶν εἰσιν αἱ τῶν ἀλόγων ζώων· ὅπερ ἐστὶ καὶ αὐτόθεν οὐ μόνον ἀπεμφαῖνον, ἀλλὰ καὶ ἀτοπώτατον. Ἵνα δὲ καὶ πιστεύσωμεν τινὰς ἐκ τῆς ἀσήμου φωνῆς τῶν ὀρνίθων μαθόν-

[69] Exod. XXIV, 2.

(71) Hœschelius et Spencerus, ἀσεβὲς ὑπὸ τοῦ ἀσέβειαν ἐγκαλοῦντος, sed Philocalia ut in textu nostro.

(72) Philocalia, προσέχειν. Hœschelius et Spencerus, προσέχων.

(73) Hœschelius et Spencerus in margine, θεολογῶν.

(74) *Δηλονότι*. Hœschelius et Spencerus hoc loco habent, δῆλον ὅτι, tametsi supra, num. 88, legunt, δηλονότι.

(75) *Ὅτι οὐκ ἀγνοοῦσιν*. Supra numero 88 legitur, ὅτι γνωρίζουσιν. Paulo infra Philocalia, ὅτι ἀπίασί που.

(76) Hœschelius in textu, τοῦ Κέλσου.

τας, ὅτι ἀπίασί ποι οἱ ὄρνιθες, καὶ ποιήσουσι τόδε (77) ἢ τόδε, προδηλοῦν· καὶ τοῦτ' ἐροῦμεν ἀπὸ τῶν δαιμόνων συμβολικῶς ἀνθρώποις δεδηλῶσθαι, κατὰ σκοπὸν τὸν περὶ τοῦ ἀπατηθῆναι ὑπὸ τῶν δαιμόνων τὸν ἄνθρωπον, καὶ κατασπασθῆναι αὐτοῦ τὸν νοῦν ἀπ' οὐρανοῦ καὶ Θεοῦ ἐπὶ γῆν καὶ τὰ ἔτι κατωτέρω.

Οὐκ οἶδα δ' ὅπως ὁ Κέλσος καὶ ὅρκου ἐλεφάντων (78) ἤκουσε, καὶ ὅτι εἰσὶν οὗτοι πιστότεροι πρὸς τὸ Θεῖον ἡμῶν, καὶ γνῶσιν ἔχουσι τοῦ Θεοῦ. Ἐγὼ γὰρ πολλὰ μὲν καὶ θαυμαστὰ οἶδα περὶ τῆς φύσεως τοῦ ζῴου καὶ τῆς ἡμερότητος ἱστορούμενα, οὐ μὴν καὶ περὶ ὅρκων ἐλέφαντος σύνοιδα εἰρῆσθαι παρά τινι. Εἰ μὴ ἄρα τὸ ἥμερον, καὶ τὴν ὡσπερεὶ πρὸς ἀνθρώπους αὐτῶν συνθήκην ἅπαξ γενομένων (79) ὑπ' αὐτοῖς, εὐορκίαν τηρουμένην ὠνόμασεν, ὅπερ καὶ αὐτὸ ψεῦδός ἐστιν. Εἰ γὰρ σπανίως, ἀλλ' οὖν γε ἱστόρηται, ὅτι μετὰ τὴν δοκοῦσαν ἡμερότητα ἐξηγριώθησαν ἐλέφαντες κατὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ φόνους ἐποίησαν (80), καὶ διὰ τοῦτο κατεδικάσθησαν ἀναιρεθῆναι, ὡς οὐκέτι χρήσιμοι. Ἐπεὶ δὲ παραλαμβάνει μετὰ ταῦτα, εἰς τὸ κατασκευάσαι (ὡς οἴεται), εὐσεβεστέρους εἶναι τοὺς πελαργοὺς τῶν ἀνθρώπων, τὰ περὶ τοῦ ζῴου ἱστορούμενα ἀντιπελαργοῦντος, καὶ τροφὰς φέροντος τοῖς γεγεννηκόσι· λεκτέον, ὅτι καὶ τοῦτ' οὐκ ἀπὸ θεωρήματος τοῦ περὶ τοῦ καθήκοντος ποιοῦσιν οἱ πελαργοὶ, οὐδ' ἀπὸ λογισμοῦ, ἀλλ' ἀπὸ φύσεως, βουληθείσης τῆς κατασκευαζούσης αὐτοὺς φύσεως παράδειγμα ἐν ἀλόγοις ζῴοις δυσωπῆσαι (81) δυνάμενον ἀνθρώπους ἐκθέσθαι περὶ τοῦ χάριτας ἀποτιννύειν τοῖς γεγεννηκόσιν. Εἰ δὲ ᾔδει Κέλσος ὅσῳ διαφέρει λόγῳ ταῦτα ποιεῖν τοῦ ἀλόγως αὐτὰ καὶ φυσικῶς ἐνεργεῖν, οὐκ ἂν εὐσεβεστέρους εἶπε τοὺς πελαργοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἔτι δὲ, ὡς ὑπὲρ εὐσεβείας τῶν ἀλόγων ζῴων μαχόμενος (82) ὁ Κέλσος, παραλαμβάνει τὸ Ἀράβιον ζῶον, τὸν Φοίνικα (83), διὰ πολλῶν ἐτῶν ἐπιδημοῦν Αἰγύπτῳ, καὶ φέρον ἀποθανόντα τὸν πατέρα, καὶ ταφέντα ἐν σφαίρᾳ σμύρνης, καὶ ἐπιτιθὲν (84) ὅπου τὸ τοῦ ἡλίου τέμενος. Καὶ τοῦτο ἱστόρηται μὲν, δύναται δὲ, ἐάνπερ ᾖ ἀληθὲς, καὶ αὐτὸ φυσικὸν τυγχάνειν· ἐπιδαψιλευσαμένης τῆς θείας Προνοίας καὶ ἐν ταῖς διαφοραῖς τῶν ζῴων παραστῆσαι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ποικίλον τῆς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κατασκευῆς, φθάνον καὶ ἐπὶ τὰ ὄρνεα· καὶ ζῶόν τι μονογενὲς ὑπέστησεν, ἵνα κἂν τούτῳ (85) ποιήσῃ θαυμασθῆναι οὐ τὸ ζῶον, ἀλλὰ τὸν πεποιηκότα αὐτό.

Ἐπεὶ οὖν τούτοις πᾶσιν ἐπιφέρει ὁ Κέλσος τὸ, « Οὔκουν ἀνθρώπῳ πεποίηται τὰ πάντα (86), ὥσπερ οὐδὲ λέοντι, οὐδὲ ἀετῷ, οὐδὲ δελφῖνι· ἀλλ' ὅπως ὅδε ὁ κόσμος ὡς ἂν Θεοῦ ἔργον ὁλόκληρον καὶ τέλειον ἐξ ἁπάντων γένηται· τούτου χάριν μεμέτρηται τὰ πάντα

A eam ob rem significent quo profecturæ et quid facturæ sint: hoc etiam dicemus a dæmonibus per signa indicari hominibus; idque eo consilio, ut homines decipiant, et mentem eorum a cœlo Deoque avulsam in terram et inferius præcipitent.

98. Elephantos jurare, erga Deum fideliores esse nobis, habere Dei notionem, nescio unde Celsus acceperit. Ego enim multa quidem et mirifica novi de natura hujus animantis ejusque mansuetudine fuisse tradita; at de ejus juramentis nullum videre memini, qui mentionem fecerit. Nisi forte mansuetudinem eorum et quasi fœdus ab illis cum hominibus initum, ubi semel eis subditi sunt, juramenti fidem appellet. Sed ne id quidem verum est. Nam etsi B raro, nonnunquam tamen **576** accidisse fertur, ut elephanti, qui mansuefacti visi erant, ad pristinam feritatem redirent, cædes perpetrarent, atque idcirco morte damnarentur ut inutiles. Quoniam vero in sequentibus, ut probet ciconias magis hominibus pias esse, memorat ea quæ de hujus animantis grato animo in parentes eosque nutriendi studio narrata sunt; ad hoc dicendum, id non facere ciconias officii cognitione aut ratione, sed naturæ ductu, quæ ita illas machinata est, ut etiam in bestiis exemplum esset, unde homines admonerentur gratiam referre parentibus. Si sciret Celsus quantum intersit ratione hæc fiant, an cæco naturæ instinctu, nunquam ciconias magis hominibus pias esse di- C xisset. Postea quasi pietatis animalium patrocinium suscepisset, de phœnice Arabiæ alite refert, illum post multos annos in Ægyptum transmigrare, eo ferre defuncti patris corpus globo myrrheo tanquam sepulcro inclusum, illudque ibi collocare ubi Solis templum est. Ita proditum est, fateor. Sed etiamsi verum esset, naturale tamen esse potest; cum divina Providentia, creandis tanta copia tantaque varietate animalibus, explicare hominibus voluerit diversitatem rerum, ex quibus hunc mundum composuit; quæ diversitas etiam in avibus conspicitur. Hanc igitur alitem suæ speciei unicam condidit, ut non illam, sed ejus conditorem admiraremur.

D 99. Hæc tandem ita Celsus concludit: « Non igitur homini facta sunt hæc omnia, ut neque leoni, neque aquilæ, neque delphini; sed ut hic mundus, quod opus Dei est, integer et omni ex parte perfectus esset; quapropter omnes ejus partes non ita

(77) Hœschelius et Spencerus, τάδε ἢ τόδε.

(78) *Καὶ ὅρκου ἐλεφάντων*. Plin., lib. VIII, cap. 1: « Alienæ quoque religionis intellectu creduntur maria transituri non ante naves conscendere, quam invitati rectoris jurejurando de reditu. » SPENCER.

(79) Hœschelius in textu, ταττομένων.

(80) *Καὶ φόνους ἐποίησαν*. Hæc quæ apud Hœschelium et Spencerum desunt, supplentur e Philocalia.

(81) *Δυσωπῆσαι*. Male abest a Philocalia.

(82) *Μαχόμενος*. Philocalia ἱστάμενος. Mox eadem Philocalia, τὸ Ἀράβων ζῶον. De phœnice vide, si vacat, Plinium lib. X, c. 2; Tacit. *Annal.* lib. VI, c. 28; Dion. lib. LVIII; Pompon. Mel. lib. III, cap. 8.

(83) Vide Herodotum lib. II.

(84) *Ἐπιτιθέν*. Recte omnino Philocalia, male autem Hœschelius et Spencerus, ἐπιτιθέντα.

(85) Philocalia, κἂν τούτῳ. Hœschelius et Spencerus, καὶ τοῦτο.

(86) *Τὰ πάντα*. Sic Philocalia, Hœschelius autem et Spencerus, ταῦτα.

comparatæ sunt ut ad se invicem, nisi secundario, sed ad universum referrentur. Hoc universum Deo curæ est; illud nunquam providentia deserit; nunquam fit deterius; illud ad se non revocat Deus elapso quodam tempore; nunquam hominibus irascitur, ut neque simiis, neque muscis; nunquam illis intendit minas, cum unaquæque res eum servet locum in quo collocata fuit. » Quibus occurramus paucis. Supra probatum arbitror omnia propter hominem et propter omnes naturas rationis participes esse facta. Si ergo præcipue propter animal ratione præditum omnia creata sunt, neget Celsus homini magis quam leoni aliisque ab eo enumeratis animantibus creata esse; nos hæc negabimus a Conditore facta esse propter leonem, aut aquilam, aut delphinem; dicemus hæc omnia creata esse propter animal
577 rationis compos, « et ut hic mundus, quod opus Dei est, integer et omni ex parte perfectus esset. » Dicto enim tam pulchro assentiendum est. Curæ autem est Deo non solum universum, ut opinatur Celsus, sed præ universo natura ratione prædita. Nec unquam universitatem deserit Providentia. Nam etsi aliqua ejus pars deterior fiat propter naturæ intelligentis peccatum, curat ut purgetur, Deusque certo post tempore universum secum reducit in gratiam. Neque etiam simiis muscisve irascitur; sed infligit pœnas hominibus qui leges naturæ violant, illisque per prophetas et Salvatorem qui inter homines venit, intentat minas; idque ut qui dociles se præbebunt, redeant in viam; qui vero contemnent illos melioris vitæ stimulos, ii pœnas luant, quibus Deum decet, pro sua universitatis bono consulendi voluntate, illos afficere qui tanta tamque laboriosa curatione et correctione indigent. Sed hujus quarti libri jam justa est moles. Quare finem hic mihi dicendi facio. Faxit Deus per suum Filium, qui est Deus Verbum, sapientia, veritas, justitia [70] et quidquid sacrarum Scripturarum theologia de illo prædicat, ut, ejus Verbo nostram animam illustrante, quintum librum ordiamur et absolvamus feliciter et ad lectorum utilitatem accommodate.

A οὐχ ἀλλήλων, ἀλλ' εἰ μὴ πᾶν ἔργον (87), ἀλλὰ τοῦ ὅλου. Καὶ μέλει τῷ Θεῷ τοῦ ὅλου, καὶ τοῦτ' οὔποτε ἀπολείπει πρόνοια, οὐδὲ κάκιον γίνεται, οὐδὲ διὰ χρόνου πρὸς αὐτὸ (88) ὁ Θεὸς ἐπιστρέφει, οὐδ' ἀνθρώπων ἕνεκα ὀργίζεται, ὥσπερ οὐδὲ πιθήκων, οὐδὲ μυιῶν· οὐδὲ τούτοις ἀπειλεῖ, ὧν ἕκαστον ἐν τῷ μέρει τὴν αὐτοῦ μοῖραν εἴληφε· » φέρε, κἂν διὰ βραχέων πρὸς ταῦτ' ἀπαντήσωμεν (89). Οἶμαι δὴ ἀποδεδειχέναι ἐκ τῶν προειρημένων, πῶς ἀνθρώπῳ καὶ παντὶ λογικῷ τὰ πάντα πεποίηται· προηγουμένως (90) γὰρ διὰ τὸ λογικὸν ζῶον τὰ πάντα δεδημιούργηται. Κέλσος μὲν οὖν λεγέτω, ὅτι οὐχ ἀνθρώπῳ, ὡς οὐδὲ λέοντι (91), οὐδ' οἷς ὀνομάζει· ἡμεῖς δ' ἐροῦμεν, οὐ λέοντι ὁ Δημιουργὸς, οὐδὲ ἀετῷ, οὐδὲ δελφῖνι ταῦτα πεποίηκεν· ἀλλὰ πάντα διὰ τὸ λογι-
B κὸν ζῶον, «καὶ ὅπως ἂν ὅδε ὁ κόσμος ὡς ἂν Θεοῦ ἔργον ὁλόκληρον καὶ τέλειον ἐξ ἁπάντων γένηται.» Τούτῳ γὰρ συγκαταθετέον ὡς (92) καλῶς εἰρημένῳ. Μέλει δὲ τῷ Θεῷ οὐχ, ὡς Κέλσος οἴεται, μόνου τοῦ ὅλου, ἀλλὰ παρὰ τὸ ὅλον ἐξαιρέτως παντὸς λογικοῦ. Καὶ οὐδέποτε ἀπολείψει Πρόνοια τὸ ὅλον· οἰκονομεῖ γὰρ (κἂν κάκιον γίνηται (93), διὰ τὸ λογικὸν ἁμαρτάνον, μέρος τι τοῦ ὅλου) καθάρσιον αὐτοῦ ποιεῖν, καὶ διὰ χρόνου ἐπιστρέφειν τὸ ὅλον πρὸς ἑαυτόν. Ἀλλ' οὐδὲ πιθήκων μὲν ἕνεκα ὀργίζεται οὐδὲ μυιῶν· ἀνθρώποις δὲ ἐπάγει, ἅτε παραβᾶσι τὰς φυσικὰς ἀφορμὰς, δίκην καὶ κόλασιν, καὶ τούτοις διὰ προφητῶν ἀπειλεῖ, καὶ διὰ τοῦ ἐπιδημήσαντος ὅλῳ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων Σωτῆρος· ἵνα διὰ τῆς ἀπειλῆς ἐπιστραφῶσι μὲν οἱ ἀκούσαντες,
C οἱ δὲ ἀμελήσαντες τῶν ἐπιστρεπτικῶν λόγων δίκας κατ' ἀξίαν τίσωσιν, ἃς πρέπον Θεὸν ἐπιτιθέναι κατὰ τὸ ἑαυτοῦ (94) συμφερόντως τῷ παντὶ βούλημα τοῖς τοιαύτης καὶ οὕτως ἐπιπόνου δεομένοις θεραπείας καὶ διορθώσεως. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦ τετάρτου τόμου αὐτάρκη περιγραφὴν εἰληφότος, αὐτοῦ που καταπαύσωμεν (95) τὸν λόγον. Θεὸς δὲ δοίη διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστι Θεὸς Λόγος, καὶ σοφία, καὶ ἀλήθεια, καὶ δικαιοσύνη, καὶ πᾶν ὅ τι ποτὲ θεολογοῦσαι περὶ αὐτοῦ φασιν ἱεραὶ Γραφαὶ (96), ἄρξασθαι ἡμᾶς καὶ τοῦ πέμπτου τόμου, ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἐντευξομένων, καὶ διανῦσαι κἀκεῖνον, μετὰ τῆς τοῦ Λόγου αὐτοῦ εἰς τὴν ἡμετέραν ψυχὴν ἐπιδημίας, καλῶς.

[70] Joan. I, 1; XIV, 6, et I Cor. I, 30.

(87) *Ἀλλ' εἰ μὴ πᾶν ἔργον*. Hæc a Gelenio non agnoscuntur, et Guieto videntur superflua; Boher. autem legit, ἀλλ' εἰ μὴ πάρεργον.

(88) *Πρὸς αὐτό*. Lege cum Boherello πρὸς αὐτόν, vel πρὸς ἑαυτόν, sic enim infra habetur, διὰ χρόνου ἐπιστρέφειν τὸ ὅλον πρὸς ἑαυτόν. Mox Philocalia, ὁ Θεὸς ἐπιστρέψει. Non multo post, οὐδὲ μυιῶν, οὐδὲ τούτοις ἀπειλεῖ. Hœschelius in textu, οὐδὲ μυῶν οὐδὲ τούτων ἀπειλεῖ. Spencerus, οὐδὲ μυῶν οὐδὲ τούτοις ἀπειλεῖ.

(89) Hœschel. in textu, τοῦτ' ἀπαντήσωμεν. Et mox in marg., οἶμαι δέ.

(90) Idem in textu, προειρημένως.

(91) Hœschelius et Spencerus, ὅτι οὕτως οὐχ ἀν-
D θρώπῳ, οὐδὲ λέοντι.

(92) In antea editis deest, ὡς, quod suppletur e Philocalia.

(93) Philocalia, γένηται. Paulo infra Hœschel. et Spencer., οὐδὲ μυῶν.

(94) *Κατὰ τὸ ἑαυτοῦ*, etc. Ita recte Philocalia, male autem Hœschelius et Spencerus, κατὰ τῶν ἑαυτοῦ συμφερόντως τῷ παντὶ βουλήματι.

(95) Hœschelius et Spencerus, καταπαύσομεν.

(96) *Θεολογοῦσαι περὶ αὐτοῦ φασιν ἱεραὶ Γραφαί*. Sic Philocalia, et codd. Regius et Basileensis. Hœschelius autem et Spencerus, περὶ αὐτοῦ θεολογοῦσιν αἱ ἱεραὶ Γραφαί.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΚΕΛΣΟΥ

ΤΟΜΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

ORIGENIS CONTRA CELSUM LIBER QUINTUS.

Οὐ τὴν ἀπηγορευμένην πολυλογίαν μεταδιώκοντες, A ἀφ' ἧς οὐκ ἔστι φυγεῖν τὴν ἁμαρτίαν, ἤδη πέμπτου ἀρχόμεθα βιβλίου πρὸς τὸ Κέλσου σύγγραμμα, ἱερὲ Ἀμβρόσιε· ἀλλ', ὅση δύναμις, πειρώμενοι μηδὲν τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεχθέντων παρελθεῖν ἀβασάνιστον, καὶ μάλιστα ἐν οἷς δόξαι ἄν τισι συνετῶς ἡμῶν καὶ Ἰουδαίων κατηγορηκέναι. Καὶ εἰ μὲν οἷόν τ' ἦν μετὰ τοῦ λόγου εἰσελθόντα (97) εἰς τὴν παντὸς οὑτινοσοῦν συνείδησιν τῶν ἐντυγχανόντων τῷ ἐκείνου συγγράμματι, ἕκαστον ἐξελκύσαι βέλος τιτρῶσκον τὸν οὐ πάντη πεφραγμένον τῇ πανοπλίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπιθεῖναι λογικὸν φάρμακον, θεραπεῦον τὸ ἀπὸ Κέλσου τραῦμα, ποιοῦν μὴ « ὑγιαίνειν τῇ πίστει » τοὺς προσέχοντας αὐτοῦ τοῖς λόγοις· τοῦτ' ἂν πεποιήκειμεν· ἐπεὶ δὲ τοῦτο μὲν Θεοῦ ἔργον ἐστὶν, ἀοράτως B ἐπιδημεῖν κατὰ τὸ ἑαυτοῦ πνεῦμα μετὰ τοῦ πνεύματος Χριστοῦ, οἷς κρίνει δεῖν ἐπιδημεῖν· ἡμῖν δὲ διὰ λόγων καὶ συγγραμμάτων πειρωμένοις ἀνθρώπους πιστοποιεῖν, πρόκειται πάντα ποιεῖν ὑπὲρ τοῦ χρηματίσαι « ἐργάτας ἀνεπαισχύντους (98), ὀρθοτομοῦντας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας· » ἓν δὲ τῶν πάντων εἶναι ἡμῖν φαίνεται καὶ τὰ πιθανὰ τῷ Κέλσῳ (99) κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν λῦσαι πιστῶς ποιοῦσι τὸ προστεταγμένον ὑπὸ σοῦ· φέρ' ἐκθέμενοι τὰ ἑξῆς τοῖς Κέλσου λόγοις, πρὸς οὓς φθάσαντες ἀπηντήσαμεν (κρινεῖ δὲ ὁ ἐντυγχάνων, εἰ καὶ ἀνετρέψαμεν (1)· τὰ πρὸς αὐτὰ ἐπαγάγωμεν. Θεὸς δὲ δῴη μὴ ψιλῷ καὶ γυμνῷ θειότητος τῷ ἡμετέρῳ νῷ καὶ λόγῳ πρὸς τὸ προκείμενον γενέσθαι! ἵν' ἡ πίστις τῶν, οὓς εὐχόμεθα ὠφεληθῆναι, μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων· νοῦν C δὲ Χριστοῦ λαβόντες ἀπὸ τοῦ μόνου διδόντος αὐτὸν Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὴν μετοχὴν τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ βοηθηθέντες, « πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ » καθέλοιμεν, καὶ τὸ οἶημα (2) Κέλσου καθ' ἡμῶν καὶ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ ἡμῶν ἐπαιρομένου, ἔτι δὲ καὶ κατὰ Μωϋσέως, καὶ τῶν προφητῶν· ἵνα « τοῦ διδόντος ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ, » καὶ ἡμῖν τοῦτ' ἐπιχορηγοῦντος, καὶ τὴν πολλὴν δύναμιν δωρουμένου, ἐγγένηται πίστις τοῖς ἐντευξομένοις ἐν λόγῳ καὶ δυνάμει τοῦ Θεοῦ.

1. Quod jam quintum contra Celsi conscriptionem librum aggredior, pie Ambrosi, non eo facio, quod multum loqui velim : id enim vetitum est [71], nec fieri sine peccato potest; sed ut, quoad vires ferre possunt, nihil eorum quæ dixit, et ea maxime quæ quibusdam videtur non absurde nobis Judæisque objectasse, non examinatum prætereat. Atque utinam possem simul cum sermone penetrare in animos omnium qui in ejus scriptum incidunt, indeque telum evellere quo vulneratur quicunque non est armatura Dei munitus [72], idoneumque adhibere remedium vulneri, quo fit ut ejus lectores non sint « sani in fide [73]; » hoc equidem nihil fecerim libentius. Sed quoniam solius Dei est modo quodam **578** invisibili adire secundum suum spiritum una cum Christi spiritu eos, ad quos venire judicat operæ pretium; nobis, qui cum sermone tum scriptis homines ad fidem conamur adducere, id unum propositum est omnia efficere, ut vocemur « operarii inconfusibiles, recte tractantes verbum veritatis [74]. » Unum autem ex iis omnibus videtur esse, si tuis jussis fideliter obtemperans, pro viribus enitar convellere quæ Celso similia veri visa sunt. Quare age, nunc refellamus quæ Celsus addit iis quæ jam ante repulimus. An etiam everterimus, lectoris esto judicium. Faxit Deus ut ne ad hanc disputationem afferamus animum sermonemque nudum ac divinitate vacuum, sine qua fides eorum quibus prodesse cupimus, humana tantum sapientia nitetur : sed ut spiritu Christi accepto ab eo qui solus illum dat Pater, et ad intelligendum Dei verbum adjuti, « omnem altitudinem contra cognitionem Dei se extollentem [75] » destruamus, simulque Celsi fastum, quo in nos, in Jesum nostrum, in Moysem et prophetas insolescit, reprimamus. Faxit ille, inquam, qui « dat verbum evangelizantibus virtute multa [76], » ut, eodem verbo nobis concesso multaque virtute data, fides verbo et potestate Dei firmata in lectoribus innascatur.

[71] Prov. x, 19. [72] Ephes. vi, 11. [73] Tit. ii, 2. [74] II Tim. ii, 15. [75] II Cor. x, 5. [76] Psal. LXVII, 12.

(97) *Εἰσελθόντα.* Melius scriberetur, εἰσελθόντας, vel εἰσελθόντος, ut monet Boherellus.

(98) *Ἀνεπαισχύντους.* Mss., ἀνεπαισχύντως.

(99) *Τῷ Κέλσῳ.* Malim cum Boherello, τοῦ Κέλσου.

(1) *Εἰ καὶ ἀνετρέψαμεν.* Ita recte, ut mihi D quidem videtur, codd. Anglicani habent in margine. Libb. editi, εἰ καὶ καλῶς ἀνεγράψαμεν. Verum ab omnibus mss. abest καλῶς, quo sublato nullum hic locum habere potest, ἀνεγράψαμεν.

(2) *Καὶ τὸ οἴημα.* Forte scribendum, καὶ τὸ νόημα, e II Cor. x, 5.

A Πρόκειται οὖν νῦν τὴν οὕτως ἔχουσαν αὐτοῦ ἀνατρέψαι λέξιν· « Θεὸς μὲν, ὦ Ἰουδαῖοι καὶ Χριστιανοὶ, καὶ Θεοῦ παῖς οὐδεὶς οὔτε κατῆλθεν, οὔτε κατέλθοι. Εἰ δέ τινας ἀγγέλους φατὲ, τίνας τούτους λέγετε, θεοὺς, ἢ ἄλλο τι γένος; Ἄλλο τι (3), ὡς εἰκὸς, τοὺς δαίμονας. » Πρὸς ταῦτα. δὲ παλιλλογοῦντι τῷ Κέλσῳ (ἀνωτέρω γὰρ ἤδη πολλάκις ταῦτ' αὐτῷ λέλεκται) οὐκ ἀναγκαῖον ἐπὶ πλεῖον διαλεχθῆναι· ἀρκέσαι γὰρ τὰ εἰς τοῦθ' ἡμῖν λελεγμένα. Ὀλίγα δ' ἀπὸ πλειόνων, ἃ δοκοῦμεν εἶναι συνᾴδοντα μὲν τοῖς προειρημένοις, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ πάντη ἐκείνοις ἔχοντα νοῦν, ἐκθησόμεθα· ἐν οἷς παραστήσομεν, ὅτι, καθολικῶς ἀποφηνάμενος Θεὸν οὐδένα πρὸς ἀνθρώπους κατεληλυθέναι, ἢ Θεοῦ Παῖδα, ἀναιρεῖ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν πολλῶν περὶ Θεοῦ ἐπιφανείας δοξαζόμενα, B καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐν τοῖς ἀνωτέρω προειρημένα. Εἰ γὰρ καθόλου λελεγμένον τὸ, Θεὸς καὶ Θεοῦ παῖς οὐδεὶς κατῆλθεν, οὐδὲ κατέλθοι, ἀληθῶς τῷ Κέλσῳ εἴρηται· δηλονότι ἀνῄρηται τὸ, εἶναι θεοὺς ἐπὶ γῆς, κατελθόντας ἐξ οὐρανοῦ, ἵνα ἤτοι μαντεύσωνται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ διὰ χρησμῶν θεραπεύσωσι· καὶ οὔτε ὁ Πύθιος, οὔτ' Ἀσκληπιὸς, οὔτ' ἄλλος τις τῶν νενομισμένων τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, Θεὸς ἂν εἴη καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ· ἢ Θεὸς μὲν ἂν εἴη, ἀεὶ δὲ λαχὼν οἰκεῖν τὴν γῆν, καὶ ὡσπερεὶ φυγὰς τοῦ τόπου τῶν θεῶν· ἤ τις τῶν μὴ ἐξουσίαν ἐχόντων κοινωνεῖν τοῖς ἐκεῖ θείοις εἴη ἄν· ἢ οὐ θεοὶ εἶεν ὁ Ἀπόλλων καὶ ὁ Ἀσκληπιὸς, καὶ ὅσοι ἐπὶ γῆς τι ποιεῖν πεπιστευμένοι εἰσὶν, ἀλλά τινες δαίμονες τῶν ἐν ἀνθρώποις C σοφῶν, καὶ ἐπὶ τὴν ἁψῖδα τοῦ οὐρανοῦ διὰ τὴν ἀρετὴν ἀναβαινόντων, πολλῷ χείρους.

2. Ac primum quidem refutanda sunt hæc ejus verba: « Neque Deus, o Judæi et Christiani, neque Dei Filius aut descendit aut descendet. Quod si de angelis istud intelligendum esse dixeritis, quinam illi sint, dicite. Diine sunt, an quod aliud genus? Audio, sunt quid aliud, nempe dæmones. » Celso sæpius eadem iteranti (jam enim hæc in superioribus non semel dixerat) nihil necesse est pluribus respondere. Satis fuerint ea quæ hactenus attulimus. Pauca tamen ex pluribus, consona quidem jam dictis, sed quæ non omnino eumdem habent sensum, referemus. Hinc enim palam fiet Celsum, cum generatim negat ad homines descendisse ullum Deum aut Dei Filium, evertere funditus opinionem apud multos pervulgatam et a se ipso supra propugnatam, Deum inter homines apparuisse. Et certe si verum est quod universim ait, nec ullum Deum, nec Dei Filium descendisse aut descensurum esse; frustra sunt qui putant esse deos qui e cœlo delabuntur in terram, ut vel homines de futuris rebus præmoneant, vel morbis per oracula medeantur. Igitur nec Pythius, nec Æsculapius, nec alius quilibet ex iis, a quibus hæc fieri vulgaris fert opinio, Deus fuerit in terram delapsus; aut si Deus sit, Deus est a sede deorum exsul atque extorris quique terram perpetuo incolendam accepit; aut unus ex illis est, **579** quibus deorum consortio frui non datur: aut omnino non dii sunt Apollo et Æsculapius et quotquot in terra quidpiam facere creduntur; sunt potius quidam dæmones multo iis hominibus inferiores, qui sapientia claruerunt, quosque virtus ad cœlum evexit.

Ὅρα δὴ, ὅτι, βουλόμενος τὰ ἡμέτερα ἀνελεῖν ὁ μὴ ὁμολογήσας δι' ὅλου τοῦ συγγράμματος Ἐπικούρειος εἶναι, πρὸς τὸν Ἐπίκουρον αὐτομολῶν ἐλέγχεται. Ὥρα δή σοι τῷ ἐντυγχάνοντι τοῖς Κέλσου λόγοις, καὶ συγκατατιθεμένῳ τοῖς προκειμένοις, ἤτοι ἀναιρεῖν τὸ Θεὸν ἐπιδημεῖν, προνοούμενον ἀνθρώπων τῶν καθ' ἕνα, ἢ, τιθέντι τὸ τοιοῦτον, ψευδοποιεῖν τὸν Κέλσου λόγον. Εἰ μὲν οὖν πάντη Πρόνοιαν ἀναιρεῖς, ψευδοποιήσεις αὐτοῦ τοὺς λόγους, ἐν οἷς τίθησι θεοὺς καὶ Πρόνοιαν, ἵνα ταῦτα φήσῃς εἶναι ἀληθῆ· εἰ δὲ τίθῃς οὐδὲν ἧττον Πρόνοιαν, ὡς οὐ συγκατατιθέμενος Κέλσῳ D λέγοντι « μήτε Θεὸν μήτε Θεοῦ Παῖδα κατεληλυθέναι, ἢ κατέρχεσθαι πρὸς ἀνθρώπους· » διὰ τί οὐχὶ ἐπιμελῶς ἐξετάσεις ἐκ τῶν περὶ Ἰησοῦ ἡμῖν λελεγμένων καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ προφητευομένων, τίνα μᾶλλον χρὴ νομίζειν Θεὸν καὶ Θεοῦ Παῖδα κατεληλυθέναι πρὸς ἀνθρώπους, τὸν τοσαῦτα οἰκονομήσαντα καὶ ποιήσαντα Ἰησοῦν, ἢ τοὺς προφάσει χρησμῶν καὶ μαντειῶν μὴ ἐπανορθοῦντας μὲν τὰ ἤθη τῶν θεραπευομένων, καὶ προσέτι δ' ἀποστάντας τῆς εἰλικρινοῦς καὶ καθαρᾶς πρὸς τὸν τῶν ὅλων ποιητὴν σε-

3. Ex iis vide Celsum, dum nostra diruere molitur, totum Epicureum esse, quamvis istud nusquam sui scripti fateatur. Quisquis igitur Celsi sermones legis et approbas, aut negandum tibi est Deum huc advenire, qui singulis hominibus prospiciat; aut hoc si admiseris, Celsus mendacii arguendus. Sin autem, ut hæc Celsi vera sint, Providentiam sustuleris; falsum erit quod alio in loco affirmat, « deos esse et Providentiam. » Quod si Celso neganti « Deum aut Dei Filium descendisse ad homines aut descensurum esse » non assenseris, Providentiamque confiteris; cur ex iis quæ de Jesu diximus et quæ de illo prophetæ vaticinati sunt, non diligenter perpendis uter magis habendus sit Deus et Dei Filius ad homines delapsus, Jesusne qui tanta constituit et perfecit; an illi qui suis oraculis et divinationibus tantum abest ut suorum cultorum mores emendent, ut contra illos deducant a sincero illo castoque cultu qui rerum omnium Conditori deferri debet, et animos eorum, qui inter ipsorum cultores nomen profitentur suum, ab uno, solo, manifesto

(3) Ἄλλο τι. Sic libb. editi habent in margine, sicque legitur infra numero 4, ubi eadem phrasis occurrit. Male ergo hic libb. editi in textu habent, ἀλλ' ὅτι. Paulo post codex Basileensis recte omnino ταῦτ' αὐτῷ λέλεκται, cum proxime eodem numero præcedat πρὸς ταῦτα δὲ παλιλλογοῦντι, et quod sequitur εἰς τοῦθ' ἡμῖν. vertendum sit « hactenus. » Libb. editi hoc loco habent, τοῦτ' αὐτῷ λέλεκται.

βασμίου τιμῆς, καὶ σχίζοντας τὴν τῶν προσεχόντων αὐτοῖς ψυχὴν προφάσει τιμῆς πλειόνων θεῶν, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἐναργοῦς καὶ ἀληθινοῦ Θεοῦ;

Ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα, ὡς ἀποκριναμένων ἂν Ἰουδαίων ἢ Χριστιανῶν περὶ τῶν πρὸς ἀνθρώπους καταβαινόντων, ὅτι εἶεν ἄγγελοι, φησίν· « Εἰ δέ τινας ἀγγέλους φατέ· » καὶ προσεπερωτᾷ λέγων, « τίνας τούτους λέγετε; Θεοὺς, ἢ ἄλλο τι γένος; » εἶτα πάλιν οἱονεὶ ἀποκριναμένους ἄγει (4), ὅτι « ἄλλο τι, ὡς εἰκὸς, τοὺς δαίμονας· » φέρε, καὶ ταῦτα κατανοήσωμεν. Ὁμολογουμένως μὲν γὰρ ἀγγέλους φαμὲν « λειτουργικὰ ὄντας πνεύματα, καὶ εἰς διακονίας (5) ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν· » ἀναβαίνειν μὲν προσάγοντας (6) τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐντεύξεις ἐν τοῖς καθαρωτάτοις τοῦ κόσμου χωρίοις ἐπουρανίοις, ἢ καὶ τοῖς τούτων καθαρωτέροις ὑπερουρανίοις· καταβαίνειν δ' αὖ ἐκεῖθεν, φέροντας (7) ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν τῶν ἀπὸ Θεοῦ τι αὐτοῖς διακονεῖν τοῖς εὐεργετουμένοις προστασσομένων. Τούτους δὴ ἀγγέλους ἀπὸ τοῦ ἔργου αὐτῶν μεμαθηκότες καλεῖν, εὑρίσκομεν αὐτοὺς, διὰ τὸ θείους εἶναι, καὶ θεοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς ποτε ὀνομαζομένους Γραφαῖς· ἀλλ' οὐχ ὥστε προστάσσεσθαι ἡμῖν τοὺς διακονοῦντας, καὶ φέροντας ἡμῖν τὰ τοῦ Θεοῦ σέβειν καὶ προσκυνεῖν ἀντὶ τοῦ Θεοῦ. Πᾶσαν μὲν γὰρ δέησιν, καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντευξιν, καὶ εὐχαριστίαν, ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως ἐμψύχου Λόγου καὶ Θεοῦ· δεησόμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Λόγου, καὶ ἐντευξόμεθα αὐτῷ, καὶ εὐχαριστήσομεν, καὶ προσευξόμεθα δὲ, ἐὰν δυνώμεθα κατακούειν τῆς περὶ προσευχῆς κυριολεξίας καὶ καταχρήσεως (8).

Ἀγγέλους (9) γὰρ καλέσαι μὴ ἀναλαβόντας τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπους περὶ αὐτῶν ἐπιστήμην, οὐκ εὔλογον. Ἵνα δὲ καθ' ὑπόθεσιν ἡ περὶ αὐτῶν ἐπιστήμη, θαυμάσιός τις οὖσα καὶ ἀπόῤῥητος, καταληφθῇ, αὕτη ἡ ἐπιστήμη, παραστήσασα τὴν φύσιν αὐτῶν, καὶ ἐφ' οἷς εἰσιν ἕκαστοι τεταγμένοι, οὐκ ἐάσει ἄλλῳ θαῤῥεῖν εὔχεσθαι ἢ τῷ πρὸς πάντα διαρκεῖ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὅς ἐστι Λόγος, καὶ σοφία, καὶ ἀλήθεια, καὶ ὅσα ἄλλα λέγουσι περὶ αὐτοῦ αἱ τῶν προφητῶν τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων τοῦ Ἰησοῦ Γραφαί. Ἀρκεῖ δὲ πρὸς τὸ ἵλεως ἡμῖν τοὺς ἁγίους ἀγγέλους εἶναι τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντα πράττειν αὐτοὺς ὑπὲρ ἡμῶν, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν διάθεσις ἡμῶν, ὅση δύναμις ἀνθρωπίνη φύσει, μιμουμένη τὴν ἐκείνων προαίρεσιν, μιμουμένων αὐτῶν τὸν Θεὸν (10), καὶ ἡ πρὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ Λόγον (11), κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἡμῖν, διάληψις, οὐκ ἐναντιουμένη τῇ τρανοτέρᾳ

veroque Deo avellant hoc nomine, sic pietatem ad plures deos pertinere?

4. Deinde, quasi Judæi et Christiani suam de iis, qui ad homines descenderunt, mentem aperuissent respondissentque esse angelos: « Si angelos dicitis, » rogat, « quinam sint explicate. Diine, an quod aliud genus? » Tum quasi responsum ab eis tulisset: « Vos audio, inquit, sunt quid aliud, nempe dæmones. » Hic tantisper immoremur. Fatemur angelos esse « administratorios spiritus in ministerium missos propter eos qui hæreditatem capiunt salutis [77]; » illos modo ad purissima eaque cœlestia loca, aut etiam supra cœlos ad puriores sedes ascendere ad offerendas hominum preces; modo illinc delabi, ut unicuique afferant quod illi Deus pro meritis conferri jussit. Etsi vero angeli, quos a suo officio sic appellatos didicimus, dii etiam aliquando in sacris Scripturis nominantur, propterea quod divini sunt; nusquam tamen ibi præceptum reperias, **580** ut, qui Deo debetur cultus, eodem prosequamur eos, quorum nobis ministrandi Deique dona afferendi negotium est. Nam omnes postulationes, precationes, orationes, gratiarum actiones ad Deum oportet dirigere per summum sacerdotem omnibus angelis superiorem, Verbum vivum et Deum. Quin et hoc ipsum Verbum orabimus, illi feremus preces, illi gratias agemus, illi vota faciemus; si modo propriam precationis possimus ab impropria secernere notionem.

5. Verum angelos, quorum cognitio quæ supra hominem est, comparata non fuerit, a nobis invocari, recta ratio non patitur. Age porro comparata fuerit admirabilis illa et arcana angelorum cognitio. Tum quidem eorum natura et officia, quibus funguntur, nota erunt; sed hoc ipsum absterrebit, ne preces alii ferantur, quam sufficienti ad omnia Deo per Salvatorem nostrum Dei Filium, qui Verbum est, et sapientia, et veritas, et quidquid de illo prophetarum Dei apostolorumque Jesu scripta prodiderunt. Atque ut angeli nobis propitii sint nostrique gratia omnia faciant, satis est, si, quantum per humanæ naturæ vires licet, erga Deum ita simus affecti, ac illi; eorum propositum imitantes quemadmodum et ipsi Deum imitantur; et præterea nobis ea sit Filii ejus Verbi notio, quæ non solum clariori illi, quam angeli sancti de illo habent, non repu-

[77] Hebr. I, 14.

(4) *Ἀποκριναμένους ἄγει.* Sic mss. Libri vero editi in textu, ἀποκριναμένοις ἄγει, et in margine, ἀποκριναμένοις λέγει.

(5) Sic Hœschelius et mss.; Spencerus, vero, εἰς διακονίαν.

(6) *Προσάγοντας*, etc. Vide *Origenianorum* Huetii lib. II, quæst. 5.

(7) *Φέροντας*, etc. Verborum hæc est constructio: φέροντας ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν τι τῶν αὐτοῖς προστασσομένων ἀπὸ Θεοῦ διακονεῖν τοῖς εὐεργετουμένοις, ut τῶν προστασσομένων sit in neutro. Vide Huetii lib. II *Origenianorum*, quæst. 5, num 36.

(8) *Ἐὰν δυνώμεθα κατακούειν τῆς περὶ προσευχῆς κυριολεξίας καὶ καταχρήσεως.* Vide libr. II *Origenianorum*, quæst. 2, num. 29.

(9) *Ἀγγέλους*, etc. Vide lib. II *Origenianorum*, quæstion. 5, num. 36.

(10) Sic mss. et recte omnino; libb. autem editi in textu habent: ὅση δύναμις ἀνθρωπίνη φύσις μιμουμένη τὴν ἐκείνων αὐτῶν προαίρεσιν μιμουμένων τὸν Θεόν.

(11) *Ἡ πρὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ Λόγον*, etc. Guieto scribendum videtur: ἡ περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Λόγου, etc.

gnet, sed quæ etiam clarior in dies explanatiorque facta ad illam accedere contendat. Unde quod Celsus respondet sibi quasi verbis nostris, « angelos, qui ad præstanda hominibus beneficia descendunt, esse aliquod genus diversum a diis, eosque probabiliter esse dæmones; » id hominis est qui sacras nostras Scripturas non legit. Nec videt dæmonum nomen haudquaquam esse aut indifferens, ut est hominum inter quos boni sunt et mali; aut bonum, quale est deorum quod nec malis dæmonibus, nec simulacris, nec animalibus datur a rerum divinarum peritis, sed naturis vere divinis et beatis; hoc autem dæmonum nomen tribui semper maleficis illis potestatibus crassiori corpore solutis quæ homines in errorem inducunt aguntque transversos et a Deo rebusque cœlestibus avocatas ad hæc ima deprimunt.

6. Postea sic de Judæis loquitur: « Hoc primum de Judæis mihi mirum accidit, quod, quamvis cœlum et qui in illo sunt angelos venerentur, solem tamen, lunam aliasque stellas cum fixas tum errantes, quæ certe sunt augustissimæ et potentissimæ cœli partes, minime colenda esse judicent. Quasi hæc simul cohærere **581** possent, totum esse Deum et partes totius non esse divinas: quasi fas esset summo honore prosequi eos, qui in tenebris alicubi vi improbæ artis magicæ occæcatis, aut per obscura spectra somniantibus apparere dicuntur; illos vero nihili pendere illustrissimos rerum supra nos positarum præcones, illos vere cœlestes angelos, qui tam perspicua omnibus, tam splendida vaticinia edunt, qui pluvias, æstus, nebulas, tonitrua ab ipsis adorata, fulgura, fructus, proventus omnes administrant, quibus denique Dei cognitionem debent. » Hic mihi Celsus videtur in perturbatione versatus scripsisse quæ nesciebat, aut quæ male intellexerat. Liquet enim res Judæorum examinanti et cum Christianorum rebus conferenti, nihil aliud a Judæis adorari præter Deum cœli rerumque omnium conditorem. Quippe qui legem sequuntur a Deo sancitam his verbis: « Non erunt tibi alii dii præter me: non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles[78]. » Inde patet, qui ex præscripto legis vivunt et Creatorem cœli adorant, ab iis eodem in honore cœlum non haberi. Neque etiam angelos, qui in cœlo sunt, adorat, quisquis Mosaicam legem observat. Quemadmodum enim solem et lunam et stellas, mundi ornamenta, non adorant; sic cœlo et angelis qui in illo sunt, hunc honorem habere refugiunt: obsequentes huic legi: « Ne elevatis oculis ad cœlum,

A περὶ αὐτοῦ διαλήψει τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνην ὁσημέραι τῇ τρανότητι καὶ διαρθρώσει σπεύδουσα. Ὡς μὴ ἀναγνοὺς δὲ τὰς ἱερὰς ἡμῶν Γραφὰς ὁ Κέλσος ἑαυτῷ ἀποκρίνεται ὡς ἀφ' ἡμῶν, ὅτι « ἄλλο τι γένος παρὰ Θεοῦ (12) φαμεν τοὺς καταβαίνοντας ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἀγγέλους, » καί φησιν, « ὡς τὸ εἰκὸς, λεχθῆναι ἂν αὐτοὺς ὑφ' ἡμῶν δαίμονας· » οὐχ ὁρῶν, ὅτι τὸ τῶν δαιμόνων ὄνομα οὐδὲ μέσον ἐστὶν, ὡς τὸ τῶν ἀνθρώπων, ἐν οἷς τινες μὲν ἀστεῖοι, τινὲς δὲ φαῦλοί εἰσιν· οὔτ' ἀστεῖον, ὁποῖόν ἐστι τὸ τῶν θεῶν, τασσόμενον οὐκ ἐπὶ φαύλων δαιμονίων, ἢ ἐπὶ ἀγαλμάτων, ἢ ἐπὶ ζώων, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τὰ Θεοῦ ἐγνωκότων ἐπὶ τῶν ἀληθῶς θειοτέρων καὶ μακαρίων· ἀεὶ δ' ἐπὶ τῶν φαύλων ἔξω τοῦ παχυτέρου σώματος δυνάμεων τάσσεται τὸ τῶν δαιμόνων ὄνομα,
B πλανώντων καὶ περισπώντων τοὺς ἀνθρώπους, καὶ καθελκόντων ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ὑπερουρανίων ἐπὶ τὰ τῆδε πράγματα.

Μετὰ ταῦτα δὲ τοιαύτην ἐκτίθεται περὶ Ἰουδαίων λέξιν· « Πρῶτον οὖν τῶν Ἰουδαίων θαυμάζειν ἄξιον, εἰ τὸν μὲν οὐρανὸν καὶ τοὺς ἐν τῷδε ἀγγέλους σέβουσι, τὰ σεμνότατα δὲ αὐτοῦ μέρη καὶ δυνατώτατα, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας, ἀπλανεῖς τε καὶ πλανήτας, ταῦτα παραπέμπουσιν. Ὡς ἐνδεχόμενον (13), τὸ μὲν ὅλον εἶναι Θεὸν, τὰ δὲ μέρη αὐτοῦ μὴ θεῖα· ἢ τοὺς μὲν ἐν σκότῳ που ἐκ γοητείας οὐκ ὀρθῆς τυφλώττουσιν, ἢ δι' ἀμυδρῶν φασμάτων ὀνειρώττουσιν ἐγχρίμπτειν λεγομένους, εὖ μάλα θρησκεύειν· τοὺς δ' ἐναργῶς οὕτω καὶ λαμπρῶς ἅπασι προφητεύοντας, δι' ὧν ὑετούς τε καὶ θάλπη, καὶ νέφη, καὶ βροντὰς (ἃς προσκυνοῦσι,) καὶ ἀστραπὰς, καὶ καρποὺς, καὶ γονὰς ἁπάσας ταμιεύεσθαι (14), δι' ὧν
C αὐτοῖς ἀνακαλύπτεσθαι τὸν Θεὸν, τοὺς φανερωτάτους τῶν ἄνω κήρυκας, τοὺς ὡς ἀληθῶς οὐρανίους ἀγγέλους, τούτους ἡγεῖσθαι τὸ μηδέν. » Ἐν τούτοις δὲ δοκεῖ μοι συγκεχύσθαι ὁ Κέλσος, καὶ ἀπὸ παρακουσμάτων, ἃ μὴ ᾔδει, γεγραφέναι· σαφὲς γὰρ τοῖς τὰ Ἰουδαίων ἐξετάζουσι, καὶ τὰ Χριστιανῶν ἐκείνοις συνάπτουσιν, ὅτι τῷ μὲν νόμῳ ἀκολουθοῦντες Ἰουδαῖοι λέγοντι ἐκ προσώπου Θεοῦ· « Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς, οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς· » οὐδὲν ἄλλο σέβουσιν, ἢ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. Δῆλον δ' ὅτι οἱ κατὰ τὸν νόμον βιοῦντες, σέβοντες τὸν ποιήσαντα τὸν
D οὐρανὸν, οὐ συσσέβουσι τῷ Θεῷ τὸν οὐρανόν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ ἀγγέλους οὐδεὶς τῶν δουλευόντων τῷ Μωϋσέως νόμῳ προσκυνεῖ· ὁμοίως δὲ τῷ μὴ προσκυνεῖν ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, ἀπέχονται τοῦ προσκυνεῖν οὐρανὸν καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ ἀγγέλους, πειθόμενοι τῷ λέγοντι νόμῳ· « Καὶ μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν,

[78] Exod. xx, 3, 4, 5.

(12) *Παρὰ Θεοῦ*. Lege cum Boherello et Guieto, παρὰ θεούς vel παρὰ Θεόν.

(13) *Ὡς ἐνδεχόμενον*. Accusativus casus, absolute positus, quanquam Guieto scribendum videtur, ὡς ἐνδεχομένου.

(14) *Ταμιεύεσθαι*. Addendum, vel subaudiendum δῆλον, aut quid simile.

καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, πλανηθεὶς προσκυνήσεις αὐτοῖς καὶ λατρεύσεις αὐτοῖς· ἃ ἀπένειμε Κύριος ὁ Θεός σου αὐτὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. »

Ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ λαβὼν, ὡς ἄρα Θεὸν νομίζουσι τὸν οὐρανὸν Ἰουδαῖοι, τοῦτο ὡς ἄτοπον ἐπιφέρει, ἐγκαλῶν τοῖς προσκυνοῦσι μὲν τὸν οὐρανὸν, οὐχὶ δὲ καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, ὅτι τοῦτο ποιοῦσιν Ἰουδαῖοι, ὡς ἐνδεχόμενον, τὸ μὲν ὅλον εἶναι Θεὸν, τὰ μέρη δ' αὐτοῦ μὴ θεῖα· καὶ ὅλον μὲν ἔοικε λέγειν τὸν οὐρανὸν, μέρη δ' αὐτοῦ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἀστέρας. Οὐ λέγουσι μὲν οὖν σαφῶς οὔτ' Ἰουδαῖοι οὔτε Χριστιανοὶ τὸν οὐρανὸν Θεόν. Ἀλλὰ δεδόσθω κατ' αὐτὸν λέγεσθαι ὑπὸ Ἰουδαίων Θεὸν εἶναι τὸν οὐρανόν· ἔστω δὲ καὶ μέρη τοῦ οὐρανοῦ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἀστέρες· (ὅπερ οὐ πάντως ἐστὶν ἀληθές· οὐδὲ γὰρ τὰ ἐπὶ γῆς ζῶα καὶ φυτὰ μέρη γῆς·) πόθεν δὴ καὶ καθ' Ἕλληνας ἀληθὲς, ὅτι, ἐὰν ὅλον τι Θεὸς ᾖ, ἤδη καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ ἐστι θεῖα; Σαφῶς δὴ τὸν ὅλον κόσμον λέγουσιν εἶναι Θεόν· Στωϊκοὶ (15) μὲν τὸν πρῶτον, οἱ δ' ἀπὸ Πλάτωνος (16) τὸν δεύτερον, τινὲς δ' αὐτῶν τὸν τρίτον (17). Ἆρ' οὖν κατὰ τοὺς τοιούτους, ἐπεὶ τὸ ὅλον ὁ κόσμος Θεός ἐστιν, ἤδη καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ θεῖα, ὡς εἶναι θεῖα οὐ μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἄλογα ζῶα, μέρη ὄντα τοῦ κόσμου, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὰ φυτά; Εἰ δὲ μέρη τοῦ κόσμου καὶ οἱ ποταμοὶ, καὶ τὰ ὄρη, καὶ αἱ θάλασσαι, ἆρ' ἐπεὶ ὅλος ὁ κόσμος Θεός ἐστιν, ἤδη καὶ οἱ ποταμοὶ καὶ αἱ θάλασσαι θεοί εἰσιν; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο φήσουσιν Ἕλληνες· τοὺς δ' ἐπιστατοῦντας (ἢ ἄρα (18) δαίμονας, ἢ θεοὺς, ὡς ἐκεῖνοι ὀνομάζουσι) ποταμοῖς καὶ θαλάσσαις, τούτους ἂν λέγοιεν θεούς· ὅθεν καὶ τὸ καθολικὸν Κέλσου γίνεται καὶ καθ' Ἕλληνας, τοὺς τὴν Πρόνοιαν εἰσάγοντας, ψεῦδος, ὅτι, ἐάν τι ὅλον ᾖ Θεὸς, πάντως (19) τὰ μέρη τούτου ἐστὶ θεῖα· ἀκολουθεῖ δὲ τῷ Κέλσου λόγῳ, ἐὰν Θεὸς ᾖ ὁ κόσμος, πάντα τὰ ἐν αὐτῷ εἶναι θεῖα, μέρη ὄντα τοῦ κόσμου· καὶ κατὰ τοῦτο θεῖα ἔσται ζῶα

A videas solem et lunam et astra, omne ornamentum cœli, et errore deceptus adores ea et colas, quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus[79]. »

7. Postquam vero sibi sumpsit Celsus cœlum a Judæis pro Deo haberi, hinc ut absurdum colligit vitioque illis ducit, quod, tametsi cœlum adorant, nec solem tamen, nec lunam, nec stellas eodem cultu dignentur; quasi fieri posset ut partes totius, quod Deus est, non essent divinæ. Quod hic totum appellat, id videtur esse cœlum; cœli autem partes, ni fallor, solem et lunam et astra intelligit. At certum est cœlum nec a Judæis nec a Christianis Deum dici. Sed esto Judæi dixerint cœlum esse Deum. Largior id quoque solem, lunam et stellas B esse cœli partes; quod tamen non est undecunque verum: nec enim plantæ et animalia censentur terræ partes, quamvis in terra sint. Sed si totum sit Deus, idcirco partes ejus esse divinas, ecquis vel Græcorum concesserit? Palam quidem illi mundum universum esse Deum profitentur: cum pro primo Deo **582** Stoici, pro secundo Platonici, quidam pro tertio habent. Ergone ex illis, quia mundus totus est Deus, continuo partes ejus divinæ sunt, ita ut non solum homines, sed brutæ etiam animantes omnesque plantæ quæ partes mundi sunt, divinitatis sint participes? Si autem flumina, montes, maria mundi sunt partes, an quia Deus est mundus totus, eam ob rem hæc omnia dii sunt? Certe id nemo Græcorum dixerit: sed potius eos, C qui (sive dæmones sint, sive dii, ut illi vocant) fluminibus et maribus præsunt, pro diis habendos esse. Falsum igitur est, etiam ex Græcis qui Providentiam admittunt, id quod Celsus in universum asserit, si totum quid est Deus, necesse esse ut partes ejus divinæ sint. Sequitur autem ex illius sententia, si mundus est Deus, omnia quæ in illo sunt, utpote partes ejus, diis esse adnumeranda:

[79] Deut. IV, 19.

(15) *Στωϊκοί*. Plut., lib. I, cap. 7, *De placitis philosoph.*: Θεὸν δὲ, καὶ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὴν γῆν, τὸν δὲ ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι. « Ad hæc, Deum esse mundum, stellas, terram; supra autem omnia esse mentem quæ est in æthere. » Vide quæ profert ex Chrysippo in libro *De Stoicorum repugnantiis*. Laert. in *Zen.*; Lactant, lib. VII, cap. 3. SPENCER.

(16) *Πλάτωνος*. Plat., *De anima mundi*, pag. 94: Δηλούμενος ὧν ἄριστον γένναμα ποιεῖν, τοῦτον ἐποίει Θεὸν γεννατὸν, οὔποκα φθαρησόμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένω Θεῶ, εἴποκα δήλετο αὐτὸν διαλύεν. Ἀλλ' οὐ γὰρ τἀγαθῶ ἐστιν ὁρμᾶν ἐπὶ φθορὰν γεννάματος καλλίστω· διαμένει ἄρα, τοιόσδε ὢν, ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος καὶ μακάριος· κράτιστος δ' ἐστὶ γεννατῶν, ἐπεὶ ὑπὸ τῶ κρατίστω αἰτίω ἐγένετο. « Cum igitur Deus vellet pulcherrimum fetum producere, hunc effecit Deum genitum, nunquam corrumpendum ab alia causa, præterquam a Deo qui ipsum composuit, si quando voluerit ipsum dissolvere. At non est boni genitoris, ad sui fetus, et pulcherrimi quidem illius, perniciem impelli. Permanet igitur mundus constanter talis qualis est creatus a Deo, ab omni corruptione liber et interitu, beatus, optimus rerum omnium genitarum; quandoquidem ab optima causa exstitit. » Plat. in *Timæo*, pag. 40, cum multa dixerat de creatione mundi, adjungit: Ἀλλὰ ταῦτά τε ἱκανῶς ἡμῖν ταύτῃ, καὶ τὰ περὶ θεῶν ὁρατῶν καὶ γεννητῶν εἰρημένα φύσεως, ἐχέτω τέλος. « Atque hæc quidem hactenus D de aspectabilium et genitorum deorum natura dicta sunto: istique sermoni hic finis imponatur. ID.

(17) *Τρίτον*. Plotin. lib. V, enneados 3: Ἢ εἰσι καὶ ἐνταῦθα θεοὶ, καὶ ὁ κόσμος Θεὸς, ὥσπερ σύνηθες λέγειν, τρίτος, καὶ εἰ μέχρι σελήνης ἕκαστος Θεός. « Forsan potius hic quoque dii sunt, et mundus (ut dici solet) Deus est tertius: et usque ad lunam unusquisque est Deus. » ID. »

(18) Sic mss. Libri autem editi, εἰ ἄρα. Paulo post, ὅθεν καὶ τὸ καθολικὸν Κέλσου, sic ad oram codicis Joliani legitur. In aliis mss. et libb. editis deest, ὅθεν.

(19) *Πάντως*. Codd. Regius et Basileensis, οὐ πάντως, quæ negandi particula si admittitur, tunc post ψεῦδος quod præcedit, loco virgulæ apponendum erit punctum, ut sequentia non ad τὸ καθολικὸν Κέλσου referantur, sed ab Origene inferri existimentur hoc modo: ὅτι ἐάν τι ὅλον ᾖ Θεὸς, οὐ πάντως τὰ μέρη τούτου ἐστὶ θεῖα.

consequens item est, ut animantes quæque, muscæ, culices, vermes, omne serpentum genus, omnes volucrum pisciumque species, inter deos referri debeant. Quod nec assentientur ii qui mundum Deum esse dictitant. Judæi autem qui ad Mosaicam legem vitam exigunt, etiamsi non possint ea legis quæ obscure scripta sunt et quid reconditum continent interpretari, nunquam tamen dicent cœlum aut angelos in deos esse conferendos.

8. Quoniam vero diximus Celsum ex quibusdam male intellectis in perturbationem incidisse, id nunc pro viribus declarare juvat : quoniamque Celsus animum induxit in more atque instituto Judæorum esse positum ut cœlum et qui in illo sunt angelos adorent, ostendamus illarum rerum sicut et solis, lunæ, stellarum simulacrorumque cultum non modo non esse Judaicis institutis consentaneum, sed etiam ab illis esse quam alienissimum. Et vero Deus apud Jeremiam prophetam cum populo Judaico expostulat, quod res illas adoraret et reginæ cœli totique cœli militiæ sacra faceret [80]. Quid quod inter crimina, quorum Judæos accusant scripta Christianorum, idem illud reperias, et ob eam causam a Deo fuisse repudiatos. Sic enim in Actis apostolorum de Judæis : « Convertit autem Deus et tradidit eos
583 servire militiæ cœli, sicut scriptum est in libro Prophetarum : Nunquid victimas et hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel ? Et suscepistis tabernaculum Moloch et sidus Dei Remphan, et figuras quas fecistis adorare eas [81]. » Et Paulus egregie Judaicis institutis eruditus, et insuper portentosa Christi visione ad Christianam religionem conversus hæc habet in sua ad Colossenses : « Nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum Dei [82]. » Hæc Celsus cum nec legisset nec didicisset, fingit nescio quomodo cœlum et angelos qui ibi sunt, inviolata lege, a Judæis adorari.

9. Pari mentis perturbatione, nec sedulo meditatus quæ huc spectabant, arbitratus est Judæos a magicis quibusdam incantatoribus, spectra quædam hanc in rem magico carmine evocantibus, adductos fuisse ut cœlestes angelos colerent : nescius videlicet et istud esse contra legem, quæ sic fertur : « Ne declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos ; ego Dominus

A μυῖαι, καὶ σκνίφες, καὶ σκώληκες, καὶ πᾶν τὸ τῶν ὄφεων εἶδος· ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ὀρνέων, καὶ τὸ τῶν ἰχθύων. Ἅπερ οὐδ' οἱ λέγοντες Θεὸν εἶναι τὸν κόσμον φήσουσιν. Οἱ δὲ κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον βιοῦντες Ἰουδαῖοι, κἂν μηδὲν εἰδῶσιν (20) ἐκδέχεσθαι κεκρυμμένως εἰρημένον τοῦ νόμου βούλημα, καὶ ἀπόῤῥητόν τι ἐμφαῖνον, οὔτε τὸν οὐρανὸν φήσουσιν εἶναι Θεὸν, οὔτε τοὺς ἀγγέλους.

Ἐπεὶ δὲ φάσκομεν αὐτὸν συγκεχύσθαι ἔκ τινων παρακουσμάτων, φέρε, καὶ ταῦτα ἡμεῖς, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, τρανώσωμεν, καὶ παραστήσωμεν, ὅτι, Κέλσου νομίζοντος Ἰουδαϊκὸν εἶναι τὸ προσκυνεῖν οὐρανῷ καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ἀγγέλοις, οὐκ Ἰουδαϊκὸν μὲν τὸ τοιοῦτον, παραβατικὸν δὲ Ἰουδαϊσμοῦ ἐστιν· ὥσπερ καὶ τὸ προσκυνεῖν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ
B ἄστροις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγάλμασιν. Εὑρήσεις γοῦν μάλιστα ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον διὰ τοῦ προφήτου μεμφόμενον τῷ Ἰουδαίων λαῷ, ὡς προσκυνοῦντι τὰ τοιαῦτα καὶ θύοντι τῇ βασιλίσσῃ τοῦ οὐρανοῦ καὶ πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. Δηλοῦσι δὲ καὶ οἱ Χριστιανῶν λόγοι, κατηγοροῦντες τῶν ἐν Ἰουδαίοις ἁμαρτανομένων, ὅτι Θεοῦ ἐγκαταλείποντος (21) τὸν λαὸν ἐκεῖνον ἐπί τισιν ἁμαρτήμασιν, καὶ ταῦτ' αὐτοῖς ἡμαρτάνετο. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς Πράξεσι γέγραπται τῶν ἀποστόλων περὶ Ἰουδαίων, ὅτι « Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν βίβλῳ τῶν προφητῶν· Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ τέσσαράκοντα ἔτη, οἶκος Ἰσραήλ ; Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ
C ἄστρον τοῦ θεοῦ Ῥεμφὰν, καὶ τύπους οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. » Παρὰ δὲ τῷ Παύλῳ, ἀκριβῶς τὰ Ἰουδαίων παιδευθέντι, καὶ ὕστερον ἐκ παραδόξου ἐπιφανείας Ἰησοῦ χριστιανίσαντι, τοιαῦτ' ἐν τῇ πρὸς Κολασσαεῖς λέλεκται· « Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων (22) ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ· καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα, διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ. » Ταῦτα δὲ μήτ' ἀναγνοὺς, μήτε μαθὼν ὁ Κέλσος, οὐκ οἶδα ὅπως πεποίηκεν ὡς οὐ παρανομοῦντας Ἰουδαίους προσκυνεῖν τῷ οὐρανῷ καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ἀγγέλοις.

D Ἔτι δ' ὑποσυγκεχυμένος (23), καὶ μὴ ἐπιμελῶς ἰδὼν τὰ κατὰ τὸν τόπον, ᾠήθη ἀπὸ τῶν ἐν μαγγανείαις καὶ γοητείαις ἐπῳδῶν προτραπέντας Ἰουδαίους ἔκ τινων κατὰ τὰς ἐπῳδὰς φασμάτων ἐπιφαινομένων τοῖς ἐπᾴδουσι, προσκυνεῖν τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλους· οὐ συνιδὼν, ὅτι καὶ τοῦτο παρὰ τὸν νόμον τοῖς γε ταῦτα ποιοῦσιν ἐγίνετο λέγοντα· « Οὐκ ἐπακολουθήσετε ἐγγαστριμύθοις, καὶ τοῖς ἐπαοιδοῖς οὐ

[80] Jerem. VII, 18, XIX, 13. [81] Act. VII, 42, 43 ; Amos V, 25. [82] Coloss. II, 18, 19.

(20) *Εἰδῶσιν*. Codd. Regius et Basileensis, θαῤῥῶσιν.

(21) Codd. Regius et Basileensis, ἐγκαταλιπόντος. Paulo post Hœschelius in textu, καὶ τοῦτ' αὐτοῖς, et ibidem, ἔτρεψε δὲ ὁ Θεός. Infra, τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ Ῥομφᾶ.

(22) *Θέλων*. Desideratur in antea editis, sed reperitur in mss. Paulo post libb. editi in textu, ἃ ἑώρακεν ἐμβατεύων, at Gelenius legit, ἃ μὴ ἑώρακεν.

(23) Hœschelius in textu, ὑποσυγκεχυμένως.

προσκολληθήσεσθε ἐκμιανθῆναι (24) ἐν αὐτοῖς· ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. Ἐχρῆν οὖν ἢ μηδόλως ταῦτ' εἰς Ἰουδαίους ἀναφέρειν τὸν τηροῦντα Ἰουδαίους ὡς φυλάσσοντας τὸν νόμον, καὶ λέγοντα αὐτοὺς εἶναι τοὺς κατὰ τὸν νόμον βιοῦντας· ἢ ἀναφέροντα παραστῆσαι, ὅτι τὰ τοιαῦτα οἱ παρανομοῦντες Ἰουδαῖοι ἐποίουν. Ἀλλὰ πάλιν (25), ὥσπερ παρανομοῦσιν οἱ τοὺς ἐν σκότῳ που καὶ ἐκ γοητείας θρησκεύοντες, τυφλώττοντες, καὶ δι' ἀμυδρῶν φασμάτων ὀνειρώττοντες, προσκυνοῦντες τοὺς ἐγχρίμπτειν λεγομένους καὶ τοῖς τοιούτοις, οὕτω καὶ οἱ ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις θύοντες, εὖ μάλα παρανομοῦσι. Καὶ οὐκ ἦν κατὰ τὸν αὐτὸν λέγειν, Ἰουδαίους καὶ φυλαττομένους προσκυνεῖν ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, καὶ τὸ τοιοῦτον μὴ φυλαττομένους ἐπὶ οὐρανοῦ καὶ ἀγγέλων.

B Εἰ δὲ χρὴ ἀπολογήσασθαι ἡμᾶς, ἐπίσης μὴ προσκυνοῦντας (26) ἀγγέλους, καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, περὶ τοῦ μηδὲ τοὺς λεγομένους ὑφ' Ἑλλήνων ἐμφανεῖς θεοὺς καὶ αἰσθητοὺς προσκυνεῖν· φήσομεν, ὅτι καὶ ὁ Μωϋσέως νόμος ἐπίσταται τούτους ἀπονεμηθέντας μὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ· οὐκέτι δὲ καὶ τοῖς εἰς ἐξαίρετον μερίδα ληφθεῖσι τῷ Θεῷ παρὰ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς ἔθνη. Γέγραπται γοῦν ἐν *Δευτερονομίῳ*· « Καὶ μήποτε ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, πλανηθεὶς, προσκυνήσεις αὐτοῖς, καὶ λατρεύσεις (27) αὐτοῖς, ἃ ἀπένειμε Κύριος ὁ Θεός σου πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, τοῖς ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ. Ἡμᾶς δ' ἔλαβε Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ τῆς καμίνου τῆς σιδηρᾶς, ἐξ Αἰγύπτου (28), εἶ- C ναι λαὸν αὐτῷ ἔγκληρον, ὡς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ. » « Γένος » τοίνυν « ἐκλεκτὸν, καὶ βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ ἔθνος ἅγιον, καὶ λαὸς εἰς περιποίησιν » κληθέντες ὑπὸ Θεοῦ εἶναι ὁ Ἑβραίων λαὸς, περὶ οὗ τῷ Ἀβραὰμ προείρητο ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτὸν τοῦ Κυρίου φωνῆς· « Ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀρίθμησον τοὺς ἀστέρας, εἰ δυνήσῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτοὺς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου, » οὐκ ἔμελλε τὴν ἐλπίδα ἔχων οὕτω γενέσθαι, ὡς οἱ ἐν οὐρανῷ ἀστέρες, προσκυνεῖν ἐκείνους, οἷς ἐκ τοῦ συνιέναι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ ἐξομοιοῦσθαι ἔμελλε. Καὶ γὰρ λέλεκται πρὸς αὐτούς· « Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπλήθυνεν ὑμᾶς, καὶ ἰδοὺ, ἐστὲ σήμερον ὡσεὶ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει. » Καὶ ἐν τῷ Δανιὴλ δὲ προφητεύεται τοιαῦτα περὶ D τῶν κατὰ τὴν ἀνάστασιν· « Καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σωθήσεται ὁ λαός σου πᾶς ὁ γεγραμμένος (29) ἐν τῇ βίβλῳ, καὶ πολλοὶ τῶν καθευδόντων ἐν γῆς χώ-

A Deus vester [83]. » Itaque si Celsus in mente haberet Judæos, qui legem observant et ad illius præscripta vitam componunt, culpam hanc in illos collatam non oportuit; aut si conferre vellet probare debuit, qui hæc faciebant, eos in legem peccare. Et quidem ii, qui colunt adorantque eos qui in tenebris alicubi vi improbæ artis magicæ obcæcatis, aut per obscura spectra somniantibus apparere dicuntur, perinde legem violant, atque illi qui soli, lunæ stellisque sacra faciunt. Pugnant igitur hæc inter se quæ dicit Celsus, Judæos ab adorandis sole et luna et stellis refugere; et ab eisdem cœlum et angelos adorari.

B 10. Quod si a nobis, qui æque ac Judæi angelos, solem, lunam stellasque non colimus, ratio postulatur, cur nec diis, quos Græci conspicuos et sensibiles vocant, cultum tribuamus; eam nobis lex Mosaica suppeditat, docens eos a Deo datos fuisse gentibus omnibus quæ sub cœlo sunt; non autem iis, quos præ cæteris terræ gentibus, quasi portionem **584** selectam, sibi Deus reservatam voluit. Quam in rem in *Deuteronomio* scriptum est : « Ne forte elevatis oculis ad cœlum, videas solem et lunam et astra, ornamentum cœli, et errore deceptus adores ea, et colas, quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cœlo sunt. Nos autem tulit Dominus, et eduxit de fornace ferrea Ægypti, ut haberet populum hæ- C reditarium, sicut est in præsenti die [84]. » Cum igitur Hebræorum populus a Deo vocatus fuisset, ut « genus electum et regale sacerdotium et gens sancta et populus acquisitionis [85] » esset; cumque de illo Abraham audivisset vocem Domini sibi dicentem : « Suspice cœlum et numera stellas, si potes illas numerare. Et dixit ei : Sic erit semen tuum [86]; » spem habens fore se ut astra cœli, non debuit ea adorare, quibus intelligenda et observanda divina lege similis futurus erat. Etenim illis dictum est : « Dominus Deus noster multiplicavit vos, et ecce estis hodie sicut stellæ cœli multitudine [87]. » Et Daniel sic de iis qui resurgent vaticinatur : « Et in tempore illo salvabitur populus tuus D omnis qui inventus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt; alii in vitam æternam, alii vero in opprobrium et pudorem sempiternum. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et

[83] Levit. XIX, 31. [84] Deut. IV, 19, 20. [85] I Petr. II, 9. [86] Gen. XV, 5. [87] Deut. I, 10.

(24) Idem in textu, ὑποσυγκεχυμένως.

(25) *Ἀλλὰ πάλιν*, etc. Totus hic locus corruptus videtur, neque ei quidquam lucis afferunt mss. codices, sed ex verbis Celsi quæ supra num. 6 habentur, ita legendum esse conjicio : Ἀλλὰ πάλιν, ὥσπερ παρανομοῦσιν οἱ τοὺς τοῖς ἐν σκότῳ που καὶ ἐκ γοητείας τυφλώττουσι, καὶ δι' ἀμυδρῶν φασμάτων ὀνειρώττουσιν ἐγχρίμπτειν λεγομένους εὖ μάλα θρησκεύοντες καὶ τοῖς τοιούτοις προσκυνοῦντες, οὕτω καὶ οἱ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις θύοντες παρανομοῦσι.

(26) *Ἐπίσης μὴ προσκυνοῦντας.* Dubitat Guietus an non scribendum sit ἐπίσης τῷ μὴ προσκυνεῖν.

(27) Codd. Regius et Basileensis, προσκυνήσῃς αὐτοῖς καὶ λατρεύσῃς. Paulo post vulgatus Bibliorum textus habet, ὑμᾶς δ' ἔλαβε Κύριος καὶ ἐξήγαγεν ὑμᾶς.

(28) *Σιδηρᾶς, ἐξ Αἰγύπτου.* An scribendum, σιδηρᾶς καὶ ἐξ Αἰγύπτου. Nota est Ur Chaldæorum, id est fornax, Abrahami patria, qua relicta in Charram Syriæ habitavit. Sed ἐπέχω.

(29) Vulgata Biblia Græca, εὑρεθεὶς γεγραμμένος.

qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in æternitates et ultra [88]. » Inde Paulus acceperat id quod dixit de resurrectione agens : « Et corpora cœlestia et corpora terrestria ; sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate. Sic et resurrectio mortuorum [89]. » Nulla igitur fuit ratio, cur, qui creata omnia generose pedibus proculcare et a Deo præstantissima vitæ bene actæ præmia exspectare didicerant, qui audierant : « Vos estis lux mundi ; » et : « Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [90] ; » qui summo studio ad splendidam illam et incontaminatam sapientiam, ipsum lucis æternæ splendorem contendebant, aut jam erant consecuti ; illi ita sensibili solis et lunæ et stellarum lumine percellerentur, ut, licet intelligibilem haberent lucem, lucem veram, lucem mundi, lucem hominum, se tamen infra sensibilem illam lucem esse arbitrarentur resque illa præditas adorarent : quas quidem si adorari oportuisset, non
585 profecto propter illud lumen sensibile quod multis adorationi est ; sed potius propter intelligibile illud et verum lumen adorari oportuisset : si quidem astra cœli sunt animalia ratione et virtute prædita, atque ab illa sapientia, quæ lucis æternæ splendor est, cognitionis lumine fuerunt illustrata. Nam illud eorum lumen sensibile ejus est opus qui creavit omnia : quod autem intelligibile fortasse habent, id ex eorum libera voluntate proficiscitur.

A ματι ἐξεγερθήσονται, οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς ὀνειδισμὸν καὶ αἰσχύνην αἰώνιον. Καὶ οἱ συνιέντες ἐκλάμψουσιν ὡς ἡ λαμπρότης τοῦ στερεώματος· καὶ ἀπὸ τῶν δικαίων τῶν πολλῶν ὡς οἱ ἀστέρες εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ ἔτι. » Ὅθεν καὶ ὁ Παῦλος λαβὼν ἐν τοῖς περὶ ἀναστάσεώς φησι· « Καὶ σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια· ἀλλ' ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα, ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων. Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. Οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. » Οὐ τοίνυν ἦν εὔλογον (30), τοὺς διδαχθέντας μεγαλοφυῶς ὑπεραναβαίνειν πάντα τὰ δημιουργήματα, καὶ ἐλπίζειν τὰ ἄριστα περὶ αὐτῶν παρὰ τῷ Θεῷ ἐπὶ τῷ καλλίστῳ βίῳ, καὶ ἀκούσαντας τὸ, « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ
B κόσμου· » καὶ τὸ, « Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· » ἀσκοῦντας ἔχειν τὴν λαμπρὰν καὶ ἀμάραντον σοφίαν, ἢ καὶ (31) ἀνειληφότας αὐτὴν οὖσαν ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου, καταπλαγῆναι τὸ αἰσθητὸν ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἄστρων φῶς ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε διὰ τὸ αἰσθητὸν φῶς ἐκείνων νομίσαι ἑαυτοὺς κάτω που εἶναι, ἔχοντας τηλικοῦτον νοητὸν γνώσεως φῶς, καὶ φῶς ἀληθινὸν, καὶ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ φῶς τῶν ἀνθρώπων, κἀκείνοις προσκυνῆσαι· οὓς εἰ ἄρα προσκυνεῖσθαι ἐχρῆν, οὐ διὰ τὸ θαυμαζόμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν αἰσθητὸν φῶς ἐχρῆν προσκυνεῖσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ νοητὸν (32) καὶ ἀληθινόν· εἴπερ καὶ οἱ ἐν οὐρανῷ ἀστέρες ζῶά εἰσι λογικὰ καὶ σπουδαῖα,
C καὶ ἐφωτίσθησαν τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως ὑπὸ τῆς σοφίας, ἥτις ἐστὶν ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου. Καὶ γὰρ τὸ μὲν αἰσθητὸν φῶς αὐτῶν ἔργον ἐστὶ τοῦ τῶν ὅλων δημιουργοῦ, τὸ δὲ νοητὸν τάχα καὶ αὐτῶν καὶ ἐκ τοῦ ἐν αὐτοῖς αὐτεξουσίου ἐληλυθός.

11. At neque hoc ipsum colere debent, qui lumen verum, unde illud derivatur, aut Deum vident veri luminis patrem, de quo pulchre dictum est : « Deus lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ [91]. » Sicut enim qui propter sensibile hoc et cœleste lumen solem, lunam et stellas adorant, non adorarent scintillam nostri hujus ignis aut lucernam, quod viderent scintillam aut lucernæ lumen ne comparanda quidem esse cum excellentibus illis astris

Οὐ χρὴ δ' οὐδ' αὐτὸ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ τοῦ βλέποντος καὶ συνιέντος τὸ ἀληθινὸν φῶς, οὗ μετοχῇ καὶ ταυτὶ ἄρα πεφώτισται (33), οὐδ' ὑπὸ τοῦ βλέποντος τὸν Πατέρα τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς Θεὸν, περὶ οὗ καλῶς λέλεκται τὸ, « Ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. » Καὶ ὥσπερ οἱ, διὰ τὸ φῶς αἰσθητὸν καὶ οὐράνιον εἶναι, προσκυνοῦντες ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα οὐκ ἂν προσκυνήσαιεν σπινθῆρα πυρὸς ἢ λύχνον ἐπὶ γῆς, ὁρῶντες τὴν ἀσύγκριτον

[88] Dan. XII, 1, 2, 3. [89] I Cor. XV, 40, 41, 42. [90] Matth. V, 14, 16. [91] I Joan. I, 5.

(30) Sic recte omnes codd. mss. Libri autem editi, Οὐ τοίνυν οὖν εὔλογον.

(31) Ἢ καὶ, etc. Ita codex Regius. Alii vero, εἰ καί, etc.

(32) *Διὰ τὸ νοητόν*. Orig., lib. I, cap. 7, *De principiis* : « Stellæ vero cum tanto ordine ac tanta ratione moveantur, ut in nulla prorsus cursus earum aliquando visus sit impeditus, quomodo non est ultra omnem stoliditatem tantum ordinem tantamque disciplinæ rationis observantiam dicere ab irrationabilibus exigi vel expleri ? » etc. Verum in procemio libri primi *De principiis* videtur aliter sentire. « De sole autem, et luna, et stellis, utrum animantia sint, an exanima, manifeste non traditur. » Vide etiam Pamphili martyris *Apologet. pro Origene*. Huic dogmati favent cum multis aliis Bodinus, in *Theatro naturæ*; Ricius, *De anima cœli*; Pythagoras, Laert. in *Pythag.*, Tullius, in *Timæo*,
D lib II *De natura deorum ;* Stoici apud Tullium, lib. IV *Acad. quæst.*, Plato, in *Epinom.*, pag. 982 ; Lucilius Stoicus apud Ciceronem, lib. II *De nat. deorum ;* Plato, lib. X *De legibus ;* in *Timæo*, pag. 36. Vide Aristotelem, lib. II, cap. 2, *De cœlo*. Eamdem opinionem ei Plutarchus ascribit, lib. II, cap. 3, *De placitis philosophorum*. Contrarium statuunt, Cyrillus Alex. lib. II *contra Julianum;* Lactantius, lib. II, cap. 5 ; Hieronymus ad Avitum, *quid cavendum sit in libris Περὶ ἀρχῶν : Solem quoque, et lunam, et astra cætera esse animantia*. SPENCER. Vide insuper Huetii quæstionem octavam lib. II *Origenianorum*.

(33) Hœschelius in textu, [οὐ] οὗ μετοχὴ καὶ ταῦτ' εἰ ἄρα πεφώτισται. Ad marginem vero conjicit legendum, vel οὗ μετοχῇ καὶ ταυτὶ ἄρα πεφώτισται, vel οὗ μετέχει καὶ ταῦτ' εἰ ἄρα πεφώτισται.

ὑπεροχὴν τῶν νομιζομένων ἀξίων προσκυνεῖσθαι παρὰ τὸ τῶν σπινθήρων καὶ τῶν λύχνων φῶς· οὕτως οἱ νοήσαντες, πῶς ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, καταλαβόντες δὲ, πῶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ « φῶς ἀληθινόν ἐστιν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, » συνιέντες δὲ καὶ, πῶς οὗτός φησι τὸ, « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· » οὐκ ἂν εὐλόγως προσκυνήσαιεν τὸν οἱονεὶ βραχὺν σπινθῆρα, ὡς πρὸς φῶς τὸν Θεὸν ἀληθινοῦ φωτὸς, ἐν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις. Καὶ οὐκ ἀτιμάζοντές γε τὰ τηλικαῦτα τοῦ Θεοῦ δημιουργήματα, οὐδ' Ἀναξαγορίως (34) « μύδρον διάπυρον » λέγοντες εἶναι τὸν ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας, τοιαῦτά φαμεν περὶ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων· ἀλλ' αἰσθανόμενοί γε τῆς ἀφάτῳ ὑπεροχῇ ὑπερεχούσης θειότητος τοῦ Θεοῦ, ἔτι δὲ καὶ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ ὑπερέχοντος τὰ λοιπά. Πειθόμενοι δὲ καὶ αὐτὸν ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας εὔχεσθαι (35) τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ διὰ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ, κρίνομεν μὴ δεῖν εὔχεσθαι τοῖς εὐχομένοις· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἀναπέμπειν ἡμᾶς βούλονται μᾶλλον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ᾧ εὔχονται, ἢ κατάγειν πρὸς ἑαυτοὺς (36) ἢ μερίζειν ἡμῶν τὴν εὐκτικὴν δύναμιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πρὸς ἑαυτούς. Χρήσομαι δὲ καὶ τούτῳ περὶ αὐτῶν κατὰ τὸν τόπον παραδείγματι· Ὁ σωτὴρ ἡμῶν (37) καὶ Κύριος, ἀκούσας ποτὲ « διδάσκαλε ἀγαθὲ, » ἀναπέμπων τὸν λέγοντα τοῦτο ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, φησί· « Τί με λέγεις ἀγαθόν; Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεὸς ὁ Πατήρ. » Εἴπερ δὲ τοῦτ' εὐλόγως, ὡς εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ τυγχάνων, εἴρηκεν ὁ Υἱὸς τῆς ἀγάπης τοῦ Πατρός· πῶς οὐχὶ εὐλογώτερον ἂν τοῖς προσκυνοῦσιν εἶπεν ἥλιος· Τί με προσκυνεῖς; « Κύριον γὰρ τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· » ᾧ κἀγὼ καὶ πάντες οἱ σὺν ἐμοὶ προσκυνοῦμεν καὶ λατρεύομεν. Κἂν μὴ τηλικοῦτος δέ τις ᾖ, οὐδὲν ἧττον καὶ ὁ τοιοῦτος εὐχέσθω τῷ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ, δυναμένῳ αὐτὸν ἰάσασθαι· καὶ πολλῷ πλέον τῷ Πατρὶ αὐτοῦ, ὃς καὶ τοῖς πρότερον δικαίοις « ἐξαπέστειλε τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν (38) αὐτῶν. »

Θεὸς οὖν κατὰ τὴν χρηστότητα αὐτοῦ οὐ τοπικῶς, ἀλλὰ προνοητικῶς, συγκαταβαίνει τοῖς ἀνθρώποις· καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ Παῖς οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ μετὰ τῶν ἰδίων μαθητῶν ἐστι, πληρῶν τὸ, « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Καὶ εἴπερ κλῆμα καρπὸν οὐ δύναται φέρειν, ἐὰν μὴ ἐμμείνῃ (39) τῇ ἀμπέλῳ, δῆλον, ὅτι καὶ οἱ τοῦ Λόγου μαθηταὶ, τὰ νοητὰ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου τοῦ Λόγου κλήματα, οὐ δύνανται φέρειν τοὺς καρποὺς τῆς ἀρετῆς, ἐὰν μὴ μένωσιν ἐν τῇ ἀληθινῇ ἀμπέλῳ, τῷ Χριστῷ τοῦ Θεοῦ (40), καὶ μεθ' ἡμῶν τοπικῶς κάτω ἐπὶ γῆς τυγχάνοντι, ὃς μετὰ τῶν πανταχοῦ προσπεφυκότων αὐτῷ ὢν, ἤδη

A quæ adoratione digna existimant: simillime quibus perspectum est quomodo Deus sit lux, et Filius Dei « lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [92], » et quo sensu hic dixerit de seipso: « Ego sum lux mundi [93]; » ii solis et lunæ et stellarum lumen tanquam pro parvula scintilla habent præ Deo qui lux ipsa est, nec illud ullo modo adorare possunt. Neque hæc de sole, luna et stellis dico, quod tanta illa Dei opera deprimere velim, aut Anaxagoræ sentienti illa esse « massas inflammatas » assentiar; sed quia compertum habeo Dei ejusque Unigeniti divinitatem ineffabili præstantia cæteris omnibus esse superiorem. Deinde cum nobis persuasum sit solem ipsum et lunam et stellas Deo universorum preces per ejus Unigenitum B adhibere, non committendum putamus, ut illa precemur quæ et ipsa precantur; præsertim cum illæ ipsæ res malint nos ad Deum, cui preces ferunt, remittere, quam ad se applicare et vota precesque nostras cum Deo partiri. Quam in rem perapposito hoc exemplo utar. Cum Salvator noster et Dominus aliquando se audiisset « magistrum bonum [94] » appellari, eum, qui sic vocabat, ad Patrem 586 suum remisit his verbis: « Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus Pater [95]. » Id si merito dixit Filius charitatis Patris ut imago bonitatis Dei, quanto convenientius eos, qui ipsum colerent, compellaret sol in hunc modum: Quid est quod adores me? « Dominum Deum tuum adorabis et illi C soli servies [96], » quem ego et qui mecum sunt omnes adorant cuique serviunt. Etiamsi tanta non sis dignitate, quisquis es tamen, precare Verbum quod sanare te potest; et multo potius precare ejus Patrem, qui et ad antiquos justos « misit Verbum suum, et sanavit eos et eripuit eos de corruptionibus eorum [97]. »

12. Sic igitur Deus pro sua bonitate non ratione loci, sed per providentiam, ad homines descendit; et Filius Dei non aliquando tantum, sed et semper cum suis discipulis est, istud promissi perficiens: « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [98]. » Et sane cum palmes D fructum non possit ferre nisi manserit in vite [99]; evidens est discipulos Verbi, spirituales vitis quod Verbum est palmites, ferre non posse fructus virtutis, nisi manserint in vera vite, videlicet in Christo Dei, qui Christus nobiscum, qui in terra sumus, versatur, et cum iis ubique qui ipsi adhærent, necnon ubique cum iis qui ipsum nesciunt. Hujus

[92] Joan. I, 9. [93] Joan. VIII, 12. [94] Matth. XIX, 16; Marc. X, 17; Luc. XVIII, 18. [95] Marc. X, 18. [96] Deut. VI, 13; Matth. IV, 10. [97] Psal. CVI, 20. [98] Matth. XXVIII, 20. [99] Joan. XV, 5, 6.

(34) Ἀναξαγορίως, etc. Forte scribendum: Ἀναξαγορείως μύδρον διάπυρον. Vide Philon. *Περὶ ἀφθ. κόσμου*, Laertium in *Anaxagoræ vita*; Plutarchum *De superst.*, et Suidam in Ἀναξ.

(35) *Εὔχεσθαι*. Vide lib. II *Origenian.*, quæst. 8, n. 1.

(36) *Ἢ κατάγειν πρὸς ἑαυτούς*. Libb. editi in margine, ἢ κατὰ τὸν πρὸς ἑαυτούς.

(37) *Ὁ σωτὴρ ἡμῶν*, etc. Vide *Origenianorum* lib. II, quæst. 2, num. 15.

(38) Hœschelius in textu, διαφορῶν.

(39) Idem in textu, ἐὰν, εἰ μὴ ἐμμείνῃ.

(40) Idem in textu, τῷ Χριστῷ τῷ Θεοῦ. An scribendum, ut innuit Guietus, τῷ Χριστῷ τῷ μετὰ τοῦ Θεοῦ καὶ μεθ' ἡμῶν τοπικῶς κάτω ἐπὶ γῆς τυγχάνοντι.

rei argumento est id quod in Joannis Evangelio ait Joannes Baptista : « Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est [1]. » Jam vero absurdum est, dum illum, qui cœlum et terram implet, ut ipse dicit : « Nunquid cœlum et terram ego impleo ? dicit Dominus [2], » nobiscum habemus et prope nos (ejus enim verbis credo : « Deus e vicino ego sum et non Deus de longe, dicit Dominus [3] »), absurdum est, inquam, velle precibus vocare solem qui ad omnia non pervadit, aut lunam, aut aliud ex astris. Do vero « a sole, luna et stellis (ipsa sunt Celsi verba) pluvias, æstus, nebulas, tonitrua prænuntiari ; » ut res ita sit, nonne tamen satius est adorare et venerari Deum, cujus jussu prædicunt, quam vaticinatores ipsos ? Volo etiam ab ipsis præsignificari fulgura, fructus, proventus omnes ; et omnia illa ab iis administrari, at non idcirco adorabimus res, quæ ipsæ adorant ; nec enim adoramus Moysem et ejus in vaticinandi munere successores, quamvis isti, Deo afflante, longe meliora pluviis, æstibus, nebulis, tonitruis, fulguribus, fructibus, proventibusque his nostris omnibus **587** prædixerint. Id quoque damus solem, lunam et stellas posse res pluviis potiores prænuntiare : non ideo tamen astra illa adorabimus, sed auctorem prædictionum, et Dei Verbum, quod earum est minister. Sane sint Dei præcones et vere cœlestes angeli ; at cur non potius colendus ille solus est qui prædicatur et annuntiatur, quam angeli et præcones ?

A δὲ καὶ μετὰ τῶν οὐκ εἰδότων αὐτὸν πανταχοῦ ἐστι. Καὶ τοῦτό γε ὁ τὸ Εὐαγγέλιον γράψας Ἰωάννης ἐκ προσώπου τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου δηλοῖ, λέγοντος· « Μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε· αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος. » Ἄτοπον δ' ἐστὶ, τοῦ πληρώσαντος τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ εἰπόντος, « Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; λέγει Κύριος, » ὄντος μεθ' ἡμῶν, καὶ πλησίον ἡμῶν τυγχάνοντος, (πιστεύω γὰρ αὐτῷ λέγοντι· « Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐ Θεὸς πόῤῥωθεν, λέγει Κύριος »), ζητεῖν εὔχεσθαι τῷ μὴ φθάνοντι ἐπὶ τὰ σύμπαντα ἡλίῳ, ἢ σελήνῃ, ἤ τινι τῶν ἀστέρων. Ἔστω δὲ, ἵνα αὐταῖς ταῖς λέξεσι Κέλσου χρήσωμαι, « προφητεύοντας εἶναι ὑετοὺς, καὶ θάλπη, καὶ νέφη, καὶ βροντὰς, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἀστέρας· » ἆρ' οὖν, εἰ προ-
B φητεύουσιν οὗτοι τὰ τηλικαῦτα, οὐχὶ μᾶλλον τῷ Θεῷ, ᾧ ὑπουργοῦντες προφητεύουσι, προσκυνητέον, κἀκεῖνον σεπτέον (41), ἤπερ τοῖς προφήταις αὐτοῦ; Προφητευέτωσαν οὖν καὶ ἀστραπὰς, καὶ καρποὺς, καὶ γονὰς ἁπάσας, καὶ πάντα ταμιευέσθωσαν τὰ τοιαῦτα· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο προσκυνήσομεν τοὺς προσκυνοῦντας, ὡς οὐδὲ Μωϋσέα καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἐκ Θεοῦ προφητεύσαντας τὰ κρείττονα ὑετῶν τε καὶ θάλπους, καὶ νεφῶν, καὶ βροντῶν, καὶ ἀστραπῶν, καὶ καρπῶν, καὶ πασῶν γονῶν αἰσθητῶν. Ἀλλὰ κἂν ἔχωσιν ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ἀστέρες προφητεύειν προφητείας κρείττονας ὑετῶν, οὐδ' οὕτως αὐτοὺς, ἀλλὰ τὸν Πατέρα τῶν ἐν αὐτοῖς προφητειῶν, καὶ τὸν διάκονον (42) αὐτῶν Λόγον τοῦ Θεοῦ προσ-
C κυνήσομεν. Ἀλλ' ἔστω καὶ κήρυκας αὐτοῦ εἶναι καὶ ἀληθῶς οὐρανίους ἀγγέλους· πῶς οὖν οὐχὶ καὶ οὕτω τὸν κηρυσσόμενον ὑπ' αὐτῶν Θεὸν καὶ τὸν ἀγγελλόμενον μόνον μᾶλλον προσκυνητέον ἢ τοὺς κήρυκας καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ;

13. Arripit hoc etiam sibi Celsus, solem, lunam stellasque a nobis pro nihilo haberi. Nam et illa filiorum Dei revelationem exspectare confitemur [4], utpote quæ hactenus rerum corporearum vanitati subjecta sunt propter illum qui subjecit in spe. Si unquam legisset ille sexcenta alia, quæ de sole et luna et stellis apud nostros auctores passim occurrunt, istud inter cætera : « Laudate eum, omnes stellæ et lumen ; » et hoc aliud : « Laudate eum, cœli cœlorum [5], » nobis non exprobrasset quod illa, quæ magnifice laudant Deum, nihili faciamus. Neque hæc Celsus noverat : « Nam exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat. Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum, qui subjecit eam in spe ; quia et ipsa

Ἑαυτῷ δὲ λαμβάνει Κέλσος, ὅτι ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας ἡγούμεθα εἶναι τὸ μηδέν. Περὶ ὧν (43) ὁμολογοῦμεν, ὅτι καὶ αὐτοὶ τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχονται, τῇ τῶν ὑλικῶν σωμάτων ματαιότητι ἐπὶ τοῦ παρόντος ὑποτεταγμένοι διὰ τὸν ἐπ' ἐλπίδι ὑποτάξαντα. Εἰ δ' ἀνεγνώκει ὁ Κέλσος καὶ ἄλλα μὲν μυρία, ὅσα περὶ ἡλίου, καὶ σελήνης καὶ ἄστρων φαμὲν, καὶ τὸ, « Αἰνεῖτε αὐτὸν πάντα (44) τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς, » καὶ τὸ, « Αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν· » οὐκ ἂν περὶ ἡμῶν ἀπεφήνατο, ὅτι λέγομεν τὰ τηλικαῦτα, αἰνοῦντα μεγάλως τὸν Θεὸν, εἶναι τὸ μηδέν. Οὐκ οἶδε δὲ ὁ Κέλσος οὐδὲ τό, « Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται· τῇ
D γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ

[1] Joan. I, 26, 27. [2] Jer. XXIII, 24. [3] Ibid., 23. [4] Rom. VIII, 19, 20, 21. [5] Psal. CXLVIII, 3, 4.

(41) *Σεπτέον*. In omnibus mss. et libris editis legitur, σκεπτέον, sed in codice Joliano punctis notatur littera K, tanquam delenda, nec dubito quin scribendum sit σεπτέον a σέβομαι. Vide Henrici Stephani *Thesaurum linguæ Græcæ* in σεπτός. Codex Regius, loco σεπτέον, habet ὑμνητέον.

(42) *Διάκονον*, etc. An scribendum, καὶ τὸν διάκονον αὐτοῦ Λόγον προσκυνήσομεν ; Guieto locus interpolatus fuisse videtur a posterioribus Origene Christianis, qui τὸ, αὐτοῦ, in αὐτῶν mutarunt, et post Λόγον, addiderunt τοῦ Θεοῦ. Quidquid est, voce διάκονον offensum fuisse posteriorum Christianorum vulgus indicat scholion quod in margine libb. editorum et codicis Anglicani primi legitur : Μὴ λέγε διάκονον· ὁ γὰρ τοῦ Πατρὸς Λόγος αὐθέντης τῶν ἑαυτοῦ ἔργων, ἀλλ' οὐ διάκονος· ἡ γὰρ σημασία αὕτη τάξις δουλικὴ, ἀλλ' οὐκ αὐθεντική. Vide quæstionem secundam lib. II *Origenianorum*, num. 13.

(43) *Περὶ ὧν*, etc. Vide insuper clarissimi Huetii quæstionem octavam lib. II *Origenianorum*.

(44) *Αἰνεῖτε αὐτὸν πάντα*. Supplendum quod ante hæc verba deest, αἰνεῖτε αὐτὸν ἥλιος καὶ σελήνη.

διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι· ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ.» Καὶ ἐν τούτοις δὴ τέλος ἐχέτω ἡ περὶ τοῦ μὴ σέβειν ἡμᾶς ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας ἀπολογία. Ἐκθώμεθα δὲ καὶ τὴν ἑξῆς λέξιν, ἵνα μετὰ τοῦτο πρὸς αὐτὸν, Θεοῦ διδόντος, εἴπωμεν τὰ ἀπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς δοθησόμενα ἡμῖν.

Λέγει οὖν ταῦτα· «Ἠλίθιον δ' αὐτῶν καὶ τὸ νομίζειν, ἐπειδὰν ὁ Θεὸς ὥσπερ μάγειρος ἐπενέγκῃ τὸ πῦρ, τὸ μὲν ἄλλο πᾶν ἐξοπτηθήσεσθαι γένος, αὐτοὺς δὲ μόνους διαμενεῖν, οὐ μόνον τοὺς ζῶντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς πάλαι ποτὲ ἀποθανόντας αὐταῖς σαρξὶν ἐκείναις ἀπὸ τῆς γῆς ἀναδύντας, ἀτεχνῶς σκωλήκων ἡ ἐλπίς. Ποία γὰρ ἀνθρώπου ψυχὴ ποθήσειεν ἔτι σῶμα σεσηπός; ὁπότε μηδ' ὑμῶν (45) τοῦτο τὸ δόγμα
B καὶ τῶν Χριστιανῶν ἐνίοις κοινόν ἐστι· καὶ τὸ σφόδρα μιαρὸν αὐτοῦ καὶ ἀπόπτυστον ἅμα καὶ ἀδύνατον ἀποφαίνουσι (46)· ποῖον γὰρ σῶμα πάντη διαφθαρὲν οἷόν τε ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν, καὶ αὐτὴν ἐκείνην ἐξ ἧς ἐλύθη τὴν πρώτην σύστασιν; Οὐδὲν ἔχοντες ἀποκρίνασθαι, καταφεύγουσιν εἰς ἀτοπωτάτην ἀναχώρησιν, ὅτι πᾶν δυνατὸν τῷ Θεῷ. Ἀλλ' οὔτι γε τὰ αἰσχρὰ ὁ Θεὸς δύναται, οὐδὲ τὰ παρὰ φύσιν βούλεται· οὐδ', ἂν σύ τι ἐπιθυμήσῃς κατὰ τὴν σαυτοῦ μοχθηρίαν βδελυρὸν, ὁ Θεὸς τοῦτο δυνήσεται, καὶ χρὴ πιστεύειν εὐθὺς, ὅτι ἔσται. Οὐ γὰρ τῆς πλημμελοῦς ὀρέξεως, οὐδὲ τῆς πεπλανημένης ἀκοσμίας, ἀλλὰ τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας φύσεως Θεός ἐστιν ἀρχηγέτης. Καὶ ψυχῆς (47) μὲν αἰώνιον βιοτὴν δύναιτ'
C ἂν παρασχεῖν, νέκυες δὲ, φησὶν Ἡράκλειτος (48), κοπρίων ἐκβλητότεροι. Σάρκα δὴ, μεστὴν ὧν οὐδὲ εἰπεῖν καλὸν, αἰώνιον ἀποφῆναι παρὰ λόγον, οὔτε βουλήσεται ὁ Θεὸς, οὔτε δυνήσεται. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πάντων τῶν ὄντων λόγος, οὐδὲν οὖν οἷός τε παρὰ λόγον (49), οὐδὲ παρ' ἑαυτὸν ἐργάσασθαι.»

Ὅρα δὴ ἐντεῦθεν ἀπ' ἀρχῆς πῶς, τὴν καὶ παρ' Ἑλλήνων τισὶν οὐκ εὐκαταφρονήτως φιλοσοφήσασιν εἰσαγομένην τοῦ κόσμου ἐκπύρωσιν μετὰ χλεύης διαβάλλων, θέλει ἡμᾶς, ὡσπερεὶ μάγειρον ποιοῦντας τὸν Θεὸν, εἰσάγειν τὰ περὶ τῆς ἐκπυρώσεως· οὐ συνιδὼν, ὅτι, ὥσπερ Ἑλλήνων τισὶν ἔδοξε (τάχα παρὰ τοῦ ἀρχαιοτάτου ἔθνους Ἑβραίων λαβοῦσι) τὸ πῦρ καθάρσιον (50) ἐπάγεται τῷ κόσμῳ· εἰκὸς δ' ὅτι καὶ
D ἑκάστῳ τῶν δεομένων τῆς διὰ τοῦ πυρὸς δίκης ἅμα καὶ ἰατρείας καίοντος μὲν καὶ οὐ κατακαίοντος τοὺς μὴ ἔχοντας ὕλην δεομένην ἀναλοῦσθαι ὑπ' ἐκείνου τοῦ πυρός· καίοντος δὲ καὶ κατακαίοντος τοὺς ἐν τῇ διὰ τῶν πράξεων, καὶ λόγων, καὶ νοημάτων τροπικῶς λεγομένῃ οἰκοδομῇ ξύλα, χόρτον, ἢ καλάμην οἰκοδο-

A creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei [6].» Hactenus cur nec solem, nec lunam, nec stellas veneremur; nunc sequentia ejus verba referamus, adversus illa, Deo dante, dicturi quæ nos lumen veritatis docebit.

14. «Stulta et hæc eorum opinio, inquit, postquam Deus tanquam coquus ignem immiserit, cætera quidem tostum iri; sed se solos evasuros incolumes; nec eos modo qui tum in vivis erunt, sed et qui jampridem obierint mortem et eadem carne induti e terra emerserint. Quæ spes, plane dicam, digna vermibus est. Ecquæ enim humana anima in cor-
B pus putrefactum remeare concupiscat? Atque etiam inter vos Christianos non desunt, qui turpe, abominandum, impossibile istud judicent, nedum approbent. Et vero corpusne est, quod omnino corruptum in priorem naturam restitui et semel amissam constitutionem recuperare possit? Ad hæc cum nihil sit quod respondeant, in hoc absurdissimum præsidium confugiunt, Deo nihil non **588** esse possibile. Quasi vero turpia Deus posset, aut quidpiam contra naturam vellet. Non, si quid improbum pro tua malitia expetiveris, id continuo Deus poterit, aut fore credendum est. Nec enim Deus orbi præest, ut vitiosa desideria expleat, aut inordinatis libidinibus obsequatur; sed ut rectæ justæ-
C que naturæ prospiciat. Equidem haud illum negaverim animæ vitam largiri posse sempiternam: cadavera autem, inquit Heraclitus, vel stercoribus viliora sunt. Unde carni iis sordibus refertæ quas appellare pudet, vitam æternam contra rationem tribuere, Deus nec volet, nec poterit. Etenim est ipse omnium quæ sunt, ratio; nihil igitur contra rationem, nihil contra seipsum efficere potest.»

15. Hinc primum vide quomodo mundi conflagrationem, etiam a philosophis inter Græcos minime contemnendis creditam, sibi pro ridiculo putet et calumnietur. Ex illo, cum inducimus conflagrationem, Deum coquo similem facimus. Ignorat, quod etiam quibusdam Græcorum visum est et quod fortasse ab antiquissima Hebræorum gente accepe-
D rant, ignem mundo inferri lustralem, aut fortasse pœnæ simul et remedii loco futurum, prout cuique opus erit; ignem, qui uret quidem, non vero consumet eos in quibus non erit materia quæ confici debeat; uret autem et consumet eos qui in construendo actionum, sermonum cogitationumque, ut ita dicam, ædificio ligna, fenum et stipulam adhi-

[6] Rom. VIII, 19, 20, 21.

(45) Hœschelius in textu habet, ἡμῶν, sicque codd. Regius et Basileensis. Paulo post, loco καὶ τὸ σφόδρα μιαρόν, Boherellus legit, οἳ τὸ σφόδρα μιαρόν. Quamobrem supra pro ὁπότε μηδ' ὑμῶν legunt ὁπότε μηδ' ἡμῶν.

(46) Ἀποφαίνουσι. Codd. Regius et Basileensis, ἀποφαίνει. Hœschelius in textu, ἀποφαίνεις. Sunt qui hoc loco sequi malint lectionem codd. Regii et Basileensis, ita ut hæc non putent esse Celso tribuenda, sed ab ipso Origene Celsi verbis interjecta.

(47) Ψυχῆς. Mavult Boherellus, ψυχῇ.

(48) Ἡράκλειτος. Vide Suidam in voce Ἡράκλειτος, ὄνομα κύριον.

(49) Παρὰ λόγον. Libb. editi una voce, παράλογον.

(50) Πῦρ καθάρσιον. Vide adnotationes ad lib. IV, num. 12 et 13.

buerint [7]. Docent etiam divinæ Scripturæ Dominum « ut ignem conflatorii et herbam fullonum [8] » ad eos accessurum esse, qui propter commistam quamdam ex malitia materiam igne indigent, quo illa æris, stanni plumbique permistio quasi confletur. Hoc idem videre est apud Ezechielem, si quis discere voluerit [9]. Testis quoque erit propheta Isaias nostram non esse sententiam, Deum ut coquum inferre ignem, sed ut in eos beneficum, qui labore et igne opus habent. Sic enim apud illum gens quædam peccatrix admonita dicitur : « Habes carbones ignis, sede super eos; hi tibi erunt auxilio [10]. » Ita Scriptura vulgo lectorum convenientia tribuens, tristia obscuritate sapienter involvit, quo terrorem iis incutiat qui a profusa peccandi licentia nequeunt aliter avocari. Quæ tamen obscuritas ea non est, quin, qui sedulo perpenderit, facile is intelligat, quo fine molestiis et laboribus homines mali cruciandi sint. Quare in præsentia satis fuerit huc adducere illud Isaiæ : « Propter nomen meum ostendam tibi furorem meum, et gloriosa mea inducam in te, ne perdam **589** te [11]. » Atque hæc minus accommodata simplicius credentibus adeoque simpliciori ratione erudiendis subindicare coacti sumus, ut ne incastigata abiret hæc Celsi criminatio : « Postquam Deus ignem injecerit ut coquus. »

16. Ex dictis patet intelligentioribus, quomodo refellendum sit et istud : « Tum cætera quidem tostum iri, sed se solos evasuros incolumes. » Nec mirum in hac opinione versari eos e nostris, quos appellant Scripturæ « stulta mundi, ignobilia, contemptibilia, et ea quæ non sunt [12]. » Quippe « per stultitiam prædicationis placuit Deo salvos facere credentes ipsi, quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum [13]. » Illi enim non possunt singula loca perscrutari, nec investigandis Scripturis incumbere volunt, quamvis Jesus « scrutari Scripturas [14] » jusserit. Hinc est, quod sic senserint de igne quem Deus infert, et de iis quæ peccatoribus eventura sunt. Fieri tamen potest, ut quemadmodum pueriles animos ad meliora provehere volenti convenit, ut ad eorum se mensuram submittat; ita iis, quos nominant Scripturæ [15] stultos mundi, ignobiles contemptibilesque, conveniens fuerit obvia hæc pœnas intelligendi ratio; utpote qui non aliter quam terrore et suppliciorum cogitatione converti et a vitiis revocari possunt. Hoc igitur Scriptura significat, qui doctrinam incorruptam, integros mores, mentem omnino puram

A μήσαντας. Φασὶ δ' οἱ θεῖοι λόγοι τὸν Κύριον, « ὡς πῦρ χωνευτηρίου καὶ ὡς πόαν πλυνόντων, » ἑκάστῳ τῶν δεομένων ἐπιδημήσειν, διὰ τὸ ἀναμεμίχθαι οἱονεὶ φαύλην χυτὴν ὕλην τὴν ἀπὸ τῆς κακίας, δεομένων δὲ λέγω (51) πυρὸς, οἱονεὶ χωνεύοντος τοὺς ἀναμεμιγμένους χαλκῷ, καὶ κασσιτέρῳ, καὶ μολίβδῳ. Καὶ ταῦτα τὸν βουλόμενόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ προφήτου Ἰεζεκιὴλ μαθεῖν. Ὅτι δὲ (52), οὐχ ὡς μάγειρον, φαμὲν τὸ πῦρ ἐπιφέρειν τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὡς Θεὸν εὐεργέτην τῶν χρῃζόντων πόνου καὶ πυρὸς, μαρτυρήσει καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ἐν ᾧ γέγραπται λελέχθαι πρός τι ἔθνος ἁμαρτωλὸν, ὅτι « Ἔχεις ἄνθρακας πυρὸς, καθίσαι ἐπ' αὐτοῖς· οὗτοι ἔσονταί σοι βοήθεια. » Οἰκονομούμενος δ' ὁ λόγος ἁρμοζόντως (53) πλήθεσιν ἐντευξομένοις τῇ Γραφῇ, ἐπικεχρυμμένως μετὰ σοφίας B λέγει τὰ σκυθρωπὰ εἰς φόβον τῶν μὴ δυναμένων ἄλλως ἐπιστρέψειν ἀπὸ τῆς χύσεως (54) τῶν ἁμαρτημάτων· πλὴν καὶ οὕτως ὁ τηρῶν εὑρήσει ἐμφαινόμενον τὸ ἀπὸ τῶν σκυθρωπῶν καὶ ἐπιπόνων ἐπαγόμενον τοῖς ἀλγοῦσι τέλος. Ἀρκεῖ δ' ἐπὶ τοῦ παρόντος παραθέσθαι ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου τὸ, « Ἕνεκεν τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος δείξω σοι θυμόν μου, καὶ τὰ ἔνδοξά μου ἐπάξω ἐπὶ σὲ, ἵνα μὴ ἐξολοθρεύσω σε. » Ἠναγκάσθημεν δὴ τὰ μὴ ἁρμόζοντα τοῖς ἁπλούστερον πιστεύουσι καὶ δεομένοις τῆς ἁπλουστέρας ἐν λόγοις οἰκονομίας αἰνίξασθαι (55), ἵνα μὴ δοκῶμεν ἀνεξέλεγκτον ἐᾷν τὴν τοῦ Κέλσου κατηγορίαν, λέγοντος· « Ἐπειδὰν ὁ Θεὸς ὥσπερ μάγειρος ἐπενέγκῃ τὸ πῦρ. »

Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων τοῖς συνετώτερον ἀκούουσι C δῆλον, πῶς ἀπαντητέον καὶ πρὸς τὸ, « Τὸ μὲν ἄλλο πᾶν ἐξοπτηθήσεσθαι γένος, αὐτοὺς δὲ μόνους διαμενεῖν. » Οὐ θαυμαστὸν δ', εἰ ταῦτα (56) νενόηκε τὰ ἐν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ λόγου « μωρὰ τοῦ κόσμου ὀνομαζόμενα, καὶ ἀγεννῆ, καὶ ἐξουδενημένα, καὶ μὴ ὄντα· » ἅτε διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος εὐδόκησεν ὁ Θεὸς σῶσαι τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ, ἐπεὶ μὴ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεόν· οὐ δυνάμενα διαρθρῶσαι τὰ κατὰ τοὺς τόπους, οὐδὲ βουληθέντα σχολάσαι τῇ ἐρεύνῃ τῆς Γραφῆς, καίτοιγε τοῦ Ἰησοῦ λέγοντος, « Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς. » Καὶ τοιαῦτα ὑπείληφε περὶ τοῦ ἐπαγομένου πυρὸς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ περὶ τῶν συμβησομένων τοῖς ἁμαρτήσασι (57). Καὶ τάχα ὥσπερ τοῖς παισὶν ἁρμόζει τινὰ λέγεσθαι κατάλληλα τῇ νηπιότητι αὐτῶν πρὸς τὸ, D ὡς παῖδας κομιδῇ νηπίους, ἐπιστρέφειν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ βέλτιον· οὕτως οἷς ὠνόμασεν ὁ λόγος μωροῖς τοῦ κόσμου καὶ ἀγεννέσι καὶ ἐξουδενωμένοις, ἡ πρόχειρος ἁρμόζει περὶ τῶν κολάσεων ἐκδοχὴ, οὐ χωροῦσιν ἄλλην ἢ τὴν διὰ φόβου καὶ φαντασίας τῶν κολάσεων ἐπιστροφὴν, καὶ τῶν πολλῶν κακῶν ἀποχήν. Ὁ λόγος οὖν μόνους μὲν ἀγεύστους τοῦ πυρὸς καὶ τῶν

[7] I Cor. III, 12. [8] Mal. III, 2. [9] Ezec. XXII, 18, 19, 20. [10] Isai. XLVII, 14, 15. [11] Isa. XLVIII, 9. [12] I Cor. I, 27, 28. [13] Ibid. 21. [14] Joan. V, 39. [15] I Cor. I, 27, 28.

(51) *Δεομένων δὲ λέγω*. Ita habent codd. Regius et Basileensis. Hœschelius autem, δεομένῳ δὲ λόγῳ. Spencerus, δεομένην δὲ λόγῳ.

(52) Libb. editi ad oram, οὕτω δέ.

(53) Ita codd. Regius et Basileensis, at Spencerus, ὁ λόγος ἁρμόζοντα, non male; pessime vero Hœschelius in textu, ὅλως ἁρμόζοντα.

(54) Libb. editi ad oram, συγχύσεως.

(55) Codd. Regius, Basileensis et duo Anglicani, αἰνίξασθαι. Libb. impressi in textu habent, ἐνδείξασθαι.

(56) Libb. impressi ad oram, τοιαῦτα. Paulo post Hœschelius in textu, ἐξουδενώμενα, et mox, ἅτινα διὰ τῆς μωρίας, sicque magna pars manuscriptorum. Quid si legatur, οἷς διὰ τῆς μωρίας.

(57) Libb. editi in margine, ἁμαρτήμασι.

κολάσεών φησι διαμενεῖν, τοὺς τὰ δόγματα καὶ τὰ A ἤθη καὶ τὸ ἡγεμονικὸν ἄκρως κεκαθαρμένους· τοὺς δὲ μὴ τοιούτους κατὰ τὴν ἀξίαν χρῄζοντας τῆς διὰ πυρὸς κολάσεως οἰκονομίας ἐν τούτοις ἐπί τινι τέλει (58) φησὶν ἔσεσθαι, ὃ τῷ Θεῷ ἁρμόζει ἐπάγειν τοῖς κατ' εἰκόνα αὐτοῦ πεποιημένοις, καὶ παρὰ τὸ βούλημα τῆς κατ' εἰκόνα φύσεως βεβιωκόσι. Καὶ ταῦτα δὲ πρὸς τὸ, « Τὸ μὲν ἄλλο πᾶν ἐξοπτηθήσεσθαι γένος, αὐτοὺς δὲ μόνους διαμενεῖν. »

Εἶτα τούτοις ἑξῆς, παρακούσας ἤτοι τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἢ τῶν μὴ νενοηκότων τὰ ἱερὰ γράμματα, φησὶν, « ὑφ' ἡμῶν λέγεσθαι μόνους διαμενειν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἐπαχθησομένου τῷ κόσμῳ διὰ πυρὸς καθαρσίου, οὐ μόνον τοὺς ζῶντας τότε, ἀλλὰ καὶ τοὺς πάλαι ποτὲ ἀποθανόντας. » οὐχ ὑπολαβὼν B μετά τινος ἀποῤῥήτου (59) σοφίας λελέχθαι παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ τοῦ Ἰησοῦ τό, « Οὐ πάντες κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι σαλπίσει γάρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. » Ἐχρῆν δ' αὐτὸν ἐπιστῆσαι, τί νοήσας ὁ λέγων ταῦτα, ὡς οὐδαμῶς νεκρὸς ὢν (60), χωρίσας ἑαυτὸν ἀπ' ἐκείνων, καὶ τοὺς παραπλησίους ἑαυτῷ, ἔλεγε μετὰ τὸ, « Καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. » Εἰς δὲ βεβαίωσιν τοῦ τοιαῦτά τινα νενοηκότα τὸν Ἀπόστολον γεγραφέναι ἃ παρεθέμην ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους προτέρας, παραθήσομαι καὶ τὰ ἐκ τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς προτέρας, ἐν ᾗ φησιν ὁ Παῦλος, ὡς ζῶν, καὶ ἐγρηγορὼς, καὶ ἕτερος ὢν τῶν κοιμηθέντων, C τοιαῦτα· « Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς, οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας· ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ. » Εἶτα πάλιν ἑξῆς τούτοις, ἄλλους ἐπιστάμενος τοὺς ἐν Χριστῷ νεκροὺς παρ' ἑαυτὸν καὶ τοὺς παραπλησίους αὐτῷ, ἐπιφέρει λέγων· « Οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον· ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα. »

Ἐπεὶ δ' ἐπὶ πλέον κεκωμῴδηκε τὴν κεκηρυγμένην μὲν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις, ὑπὸ δὲ τῶν συνετωτέρων τρανότερον νενοημένην, καὶ οὐ χρὴ αὖθις ἐκτίθεσθαι τὴν λέξιν αὐτοῦ ἅπαξ προειρημένην· φέρε, καὶ περὶ τοῦ προβλήματος τούτου, D ὡς ἐν τῇ πρὸς ἀλλότριον τῆς πίστεως ἀπολογίᾳ γραφομένῃ, διὰ τοὺς ἔτι « νηπίους, καὶ κλυδωνιζομένους, καὶ περιφερομένους παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ (61) πρὸς τὴν μεθοδίαν τῆς πλάνης, » ὀλίγα ἐστοχασμένως τῶν ἐντευξομένων, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, ἐκθώμεθα καὶ παραστήσωμεν. Οὔτε μὲν οὖν ἡμεῖς, οὔτε τὰ θεῖα γράμματα « αὐταῖς φησι σαρξὶ, » μηδεμίαν μετα-

conservaverint, eos ab igne pœnisque immunes fore; horum vero dissimiles, et in quos ignis castigatione pro meritis dispensanda animadverti opus erit, eos pœnis certo quodam consilio affectum iri quas Deum decet iis infligere, qui ad ipsius imaginem facti vitam traduxerunt naturæ ad imaginem creatæ minime consentaneam. Atque hæc adversus illud Celsi : « Cætera quidem tostum iri, se vero solos evasuros incolumes. »

17. Quod postea nobis hanc sententiam tribuit, quo tempore mundus igne purgabitur, « nos solos incolumes permansuros, nec solum eos qui in vivis erunt, sed etiam qui jampridem defuncti fuerint; » oportet aut male sacras litteras intellexerit, aut istud a non intelligentibus audierit. Non enim animadvertit arcana quadam sapientia dictum ab apostolo Jesu fuisse : « Non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur, in momento, in ictu oculi, in novissima tuba; canet enim tuba et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur [16]. » Scire tamen illum oportuit quid in animo haberet is qui sic loquitur út ipse non mortuus; qui se suique similes a mortuis segregat; qui, **590** postquam dixit, « et mortui resurgent incorrupti, » addit, « et nos immutabimur. » Atque hunc intellectum eorum esse, quæ ex priore ad Corinthios Epistola protulimus, confirmant ea quæ in priore ad Thessalonicenses habentur. In hac enim Paulus ut vivus et vigilans et omnino a mortuis diversus ait : « Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cœlo [17]. » Deinde cum sciret, præter se suique similes, alios fore mortuos in Christo, subjungit : « Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi; deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera. »

18. Cum autem plura fuerint ab eo dicta scurriliter adversus carnis resurrectionem, quæ in Ecclesiis prædicata, distinctius a prudentioribus percipitur; nec necesse sit adducta superius ejus verba rursus hic exscribere; age, pro viribus et habita cujusque lectoris ratione; disseramus de isto problemate, quantum opus est in apologia contra hominem a fide alienum scripta propter eos qui adhuc « parvuli et fluctuantes, circumferuntur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris [18]. » Ergo neque nos, neque divinæ litteræ aiunt « eos qui jamdudum obierint mortem, e terra egressos eisdem car-

[16] I Cor. xv, 51, 52. [17] I Thess. iv, 14, 15, 16, 17. [18] Ephes. iv, 14.

(58) *Ἐπί τινι τέλει.* Vide adnotationes ad lib. iv, num. 10.

(59) Libb. editi, μετά τινος ἀπορίας, sed lectio quam sequimur reperitur in codd. Reg. et Basil. et agnoscitur ab interprete Gelenio.

(60) Vocula ὤν, quæ exstat in codd. Reg. et Basil., desideratur in impr.

(61) *Ἐν πανουργίᾳ.* Id desideratur in omnibus mss., et uncinulis includitur in libb. editis.

nibus, » nulla in melius facta mutatione, « victuros esse. » Hæc mera est Celsi calumnia. Legimus enim in Scripturis multa de resurrectione, sed Deo digna. Satis nunc fuerit illud Pauli ex priore ad Corinthios : « Sed dicet aliquis, quomodo resurgunt mortui? qualive corpore venient? Insipiens, tu quod seminas non vivificatur, nisi moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta, tritici aut alicujus cæterorum. Deus autem dat illi corpus quod vult, et unicuique seminum proprium corpus [19]. » Vide quomodo hic dicat id, quod seminatur, non esse corpus rei nascituræ; sed seminato et jacto in terram nudo semine, Deo unicuique seminum corpus proprium largiente, fieri quamdam quasi resurrectionem; ita ut ex quibusdam spica efflorescat, ut ex sinapi; ex aliis vero celsa arbor, ut ex olivæ nucleo similibusque fructibus.

19. Ut igitur Deus dat unicuique seminum **591** corpus quod ipsi placuit, ita faciet erga mortuos qui veluti seminantur in terra; quique, cum tempus advenerit, recepturi sunt ex corporibus seminatis illud corpus quod illis Deus pro meritis induere voluerit. Ac fuse Scriptura docet quid intersit inter corpus quod tanquam seminatur, et illud quod ex eo quasi renascitur. Ait enim : « Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale [20]. » Qui potuerit autem, capiat quid sibi voluerit, qui dixit : « Qualis terrenus, tales et terreni; qualis cœlestis, tales et cœlestes. Et sicut portavimus imaginem terreni, ita portemus imaginem cœlestis [21]. » Quamvis autem Apostolus occultare voluerit reconditiora hujus mysterii, ut quæ simplicioribus, et vulgo, quod simplici fide ad melius vivendum excitatur, minus essent accommodata, tamen coactus est paulo post, ne male ejus verba acciperemus, iis verbis : « Portemus imaginem cœlestis, » addere : « Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit [22]. » Deinde cum sciret, utpote scripta posteris relicturus documentorum plena, quid arcani et occulti haberet ista quæstio, adjicit id quod dici solet, cum de rebus agitur altioribus occultioribusque et quas vulgo celari convenit : « Ecce mysterium vobis dico [23]. » Quemadmodum et apud Tobiam legitur : « Sacramentum regis bonum est abscondere : sed opera Dei *sincere* revelare, » cum

A βολὴν ἀνειληφυίαις τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον, « ζήσεσθαι τοὺς πάλαι ἀποθανόντας, ἀπὸ τῆς γῆς ἀναδύντας· » ὁ δὲ Κέλσος συκοφαντεῖ ἡμᾶς, ταῦτα λέγων. Ἀκούομεν γὰρ καὶ πολλῶν Γραφῶν περὶ ἀναστάσεως ἀξίως Θεοῦ λεγουσῶν· ἀρκεῖ δ' ἐπὶ τοῦ παρόντος τὴν Παύλου παραθέσθαι ἀπὸ τῆς πρὸς Κορινθίους προτέρας λέξιν, φάσκοντος· « Ἀλλὰ ἐρεῖ τις· Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου ἤ τινος τῶν λοιπῶν. Ὁ δὲ Θεὸς δίδωσιν αὐτῷ σῶμα, καθὼς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα. » Ὅρα γὰρ τίνα τρόπον ἐν τούτοις οὐ τὸ γενησόμενον σῶμά φησι σπείρεσθαι· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σπειρομένου καὶ γυμνοῦ B βαλλομένου ἐπὶ τὴν γῆν λέγει, διδόντος τοῦ Θεοῦ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων ἴδιον σῶμα, οἱονεὶ ἀνάστασιν γίγνεσθαι· ἀπὸ τοῦ καταβεβλημένου σπέρματος ἐγειρομένου στάχυος ἐν τοῖς τοιοῖσδε· οἱονεὶ ἐν νάπυϊ, ἢ ἐπὶ μείζονος δένδρου ἐν ἐλαίας πυρῆνι (62) ἤ τινι τῶν ἀκροδρύων.

Ὁ Θεὸς οὖν δίδωσιν ἑκάστῳ σῶμα, καθὼς ἠθέλησεν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν σπειρομένων, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν οἱονεὶ σπειρομένων ἐν τῷ ἀποθνήσκειν, καὶ καιρῷ ἐπιτηδείῳ ἀναλαμβανόντων ἐκ τῶν σπειρομένων τὸ περιτιθέμενον ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἀξίαν σῶμα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἀκούομεν δὲ καὶ τοῦ διὰ πλειόνων διδάσκοντος λόγου τὴν διαφορὰν τοῦ οἱονεὶ σπειρομένου πρὸς τὸ ὡσπερεὶ ἐγειρόμενον ἀπ' αὐτοῦ, καὶ λέγοντος· « Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ· σπείρεται C ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ· σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει· σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. » Ὁ δὲ δυνάμενος ἔτι καταλαμβανέτω, τί νενόηται τῷ λέγοντι· « Οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, οὕτω φορέσωμεν (63) καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. » Καίτοι δὲ βουλόμενος κρύπτειν ὁ Ἀπόστολος τὰ κατὰ τὸν τόπον ἀπόῤῥητα, καὶ μὴ ἁρμόζοντα τοῖς ἁπλουστέροις καὶ τῇ πανδήμῳ ἀκοῇ τῶν διὰ τοῦ πιστεύειν ἀγομένων ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὅμως ἠναγκάσθη ὕστερον, ὑπὲρ τοῦ μὴ παρακοῦσαι ἡμᾶς τῶν λόγων αὐτοῦ, εἰπεῖν μετὰ τὸ, « φορέσωμεν τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, » τὸ « τοῦτο δέ φημι, D ἀδελφοὶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται (64), οὐδ' ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ· » εἶτ' ἐπιστάμενος ἀπόῤῥητόν τι καὶ μυστικὸν κατὰ τὸν τόπον, ὡς ἔπρεπε διὰ γραμμάτων καταλιπόντι τοῖς μετ' αὐτὸν τὰ νενοημένα ῥήματα (65), ἐπιφέρει καὶ λέγει· « Ἰδοὺ, μυστήριον ὑμῖν λέγω. » ὅτιπερ ἔθος ἐστὶν ἐπιφέρεσθαι τοῖς βαθυτέροις καὶ μυστικωτέροις, καὶ καθηκόντως ἀπὸ τῶν πολλῶν κρυπτομένοις· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ Τωβὴτ γέγραπται. « Μυστήριον βασιλέως καλόν ἐστι κρύπτειν· πρὸς δὲ

[19] I Cor. xv, 35, 36, 37, 38. [20] I Cor. xv, 42, 43, 44. [21] Ibid. 48, 49. [22] Ibid. 50. [23] Ibid. 51.

(62) Libb. editi in margine, πυρίνῃ.
(63) *Φορέσωμεν*. Sic omnes codd. mss., qui etiam paulo infra habent, φορέσωμεν τὴν εἰκόνα. Libb. impressi utrobique, φορέσομεν.
(64) Libb. editi in margine, δύναται.
(65) Loco ῥήματα Hœschelius in textu habet εἰρημένα. In codd. Regio et Basilensi neque ῥήματα, neque εἰρημένα reperias. Paulo post optime codex Vaticanus, ὅτι περ ἔθος. Male libb. editi, ὅτι παρ' ἔθος. Mox iidem impressi in textu habent, ὡς γὰρ καί, in margine vero, ὥσπερ καί, quod sequimur.

τὸ ἔνδοξον καὶ ἁρμόζον τοῖς πολλοῖς μετὰ τοῦ οἰκονομικῶς ἀληθῶς τὰ ἔγρα τοῦ Θεοῦ ἀνακαλύπτειν (66) ἐνδόξως, καλόν. » Οὐ σκωλήκων οὖν ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, οὐδὲ ποθεῖ ἡμῶν ἡ ψυχὴ τὸ σεσηπὸς σῶμα· ἀλλὰ, κἂν δέηται σώματος διὰ τὰς τοπικὰς μεταβάσεις, νοεῖ ἡ μεμελετηκυῖα τὴν σοφίαν κατὰ τὸ, « Στόμα δικαίου μελετήσει σοφίαν, » διαφορὰν « ἐπιγείου οἰκίας, » ἐν ᾗ ἐστι τὸ σκῆνος καταλυομένης, καὶ σκήνους, ἐν ᾧ οἱ ὄντες δίκαιοι « στενάζουσι βαρούμενοι, μὴ θέλοντες τὸ σκῆνος ἀπεκδύσασθαι, ἀλλὰ τῷ σκήνει ἐπενδύσασθαι ἵν' » ἐκ τοῦ ἐπενδύσασθαι « καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. » Δεῖ γὰρ τῷ πᾶσαν φύσιν σώματος εἶναι φθαρτὴν, τὸ φθαρτὸν τοῦτο σκῆνος ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· καὶ τὸ ἕτερον αὐτοῦ, τυγχάνον θνητὸν, καὶ δεκτικὸν τοῦ ἐπακολουθοῦντος τῷ ἁμαρτάνειν θανάτου, ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν· ἵν', ὅτε τὸ φθαρτὸν ἐνδύσεται (67) τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τὴν ἀθανασίαν, τότε γενήσηται τὸ πάλαι ὑπὸ τῶν προφητῶν προειρημένον, ἀναίρεσις « τῆς νίκης » τοῦ θανάτου, καθὸ νικήσας ἡμᾶς ἑαυτῷ ὑπέταξε, καὶ τοῦ ἀπ' αὐτοῦ « κέντρου, » ᾧ κεντῶν τὴν οὐ πάντη πεφραγμένην ψυχὴν, ἐμποιεῖ αὐτῇ τὰ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας τραύματα.

Ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὲν ἡμέτερα περὶ ἀναστάσεως, ὡς ἐνεχώρει, ἀπὸ τοῦ μέρους ἐπὶ τοῦ παρόντος λέλεκται· (συντέτακται γὰρ ἡμῖν περὶ ἀναστάσεως ἐν ἄλλοις, ἐπὶ πλεῖον ἐξετάσασι τὰ κατὰ τὸν τόπον·) τὰ δὲ τοῦ Κέλσου νῦν χρὴ κατὰ τὸ εὔλογον διαβαλεῖν (68) μήτε νοήσαντος τὸ παρ' ἡμῖν γεγραμμένον, μήτε κρῖναι δυναμένου, ὅτι οὐ δεῖ τὸ βούλημα τῶν σοφῶν ἐκείνων ἀνδρῶν νομίζειν πρεσβεύεσθαι ὑπὸ τῶν πλεῖον πίστεως μηδὲν ἐπαγγελλομένων τῆς πρὸς τὸν Χριστιανῶν λόγον· φέρε, παραστήσωμεν, ὅτι ἀνδράσιν, οὐκ εὐκαταφρονήτοις τῆς λογικῆς ἕνεκεν θεωρίας καὶ τῶν διαλεκτικῶν σκεμμάτων, σφόδρ' ἀπεμφαίνοντα λέλεκται· καὶ εἰ χρὴ μυχθίζειν ὡς ταπεινοὺς καὶ γραώδεις λόγους, ἐκείνους μᾶλλον χρὴ ἢ τοὺς ἡμετέρους. Φασὶ δὴ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς (69), κατὰ περίοδον

A id honorificum Deo est, cum utilitas multorum postulat, cum prudenter fit, « pulchrum est[24]. » Non igitur spes nostra, « spes vermium est, neque nostra anima putrefactum corpus concupiscit. » Sed etsi corpore opus habeat ut e loco ad locum transmigret; scit nihilominus, si quidem est meditata sapientiam, secundum istud: « Os justi meditabitur sapientiam[25]; » scit, inquam, quo differant « domus terrestris » peritura, in qua est tabernaculum; et tabernaculum, in quo justi « ingemiscunt gravati, nolentes » tabernaculo « exspoliari, sed superindui, ut, » postquam superinduti fuerint, « absorbeatur quod mortale est, a vita[26]. » Cum enim corporis natura sit corruptibilis, necesse est hoc corruptibile tabernaculum induat incorruptionem[27]; et quod

B aliunde mortale est, atque adeo morti, quæ peccatum comitatur, obnoxium, induat immortalitatem; ut, quando corruptibile incorruptionem et mortale induerit immortalitatem, tunc fiat quod jam **592**

olim a prophetis prædictum fuit, nimirum amittat mors « victoriam » qua sibi nos victrix illa subdiderat, et frangatur ejus « stimulus[28], » quo anima non undecunque munita peccati vulneribus confoditur.

20. Atque hæc sunt quæ de resurrectione profitemur, ex parte quidem explicata, sed tamen quantum in præsentia satis. Nam quæ ad hoc mysterium pertinent, fusius alibi pertractavi. Nunc æquum fuerit Celsi argutias refellere, qui cum Scripturas

C nostras non intellexit, tum nec potuit animum inducere, mentem nostrorum sapientum non debere judicari ex illis quæ dicunt ii qui ad Christianam doctrinam afferunt nihil præter fidem. Ostendamus igitur viros disserendi scientia dialecticarumque rerumque peritia celeberrimos, in sententias valde ineptas incidisse; et si quæ sunt, quæ ut humiles et aniles derideri mereantur, eorum esse potius quam nostras. Ac Stoici quidem aiunt post certas

[24] Tob. XII, 6, 7. [25] Psal. XXXVI, 30. [26] II Cor. V, 1, 2, 4. [27] I Cor. XV, 53, 54. [28] Ose. XIII, 14.

(66) Codd. Regius et Basileensis, ἀνακηρύττειν.

(67) Libb. editi in textu, ἐνδύσηται, et paulo post, γενήσεται pro ἐνδύσεται et γενήσηται.

(68) *Διαβαλεῖν*. Forte scribendum, διαλαβεῖν.

(69) *Φασὶ δὴ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς*. Lactant., lib. VII, cap. 23. « Melius Chrysippus, quem Cicero ait fulcire porticum Stoicorum, qui in libris, quos De providentia scripsit, cum de innovatione mundi loqueretur, hæc intulit: Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, δῆλον ὡς οὐδὲν ἀδύνατον· καὶ ἡμᾶς, μετὰ τὸ τελευτῆσαι, πάλιν, περιόδων τινῶν εἰλημμένων χρόνου, εἰς ὃ νῦν ἐσμεν ἀποκαταστήσεσθαι σχῆμα. Tull., lib. II *De natura deorum*: « Sunt autem stellæ natura flammeæ, quocirca terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur iis, qui a sole ex agris tepefactis, et ex aquis excitantur, quibus altæ renovatæque stellæ, atque omnis æther, refundunt eadem, et rursum trahunt in idem; nihil ut fere intereat, aut admodum paululum, quod astrorum ignis et ætheris flamma consumat. Ex quo eventurum nostri putant id, de quo Panætium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret, cum, humore consumpto, neque terra ali posset, neque remearet aer; cujus ortus, aqua omni exhausta, esse non posset, ita relinqui nihil præter ignem: a quo rursum animante, ac Deo, renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur. » Et lib. III *De natura deorum*. Clem. *Strom.* V, pag. 549, loquens de Heraclito Ephesio: Οἶδε γὰρ καὶ οὗτος, ἐκ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας μαθὼν, τὴν διὰ πυρὸς κάθαρσιν τῶν κακῶς βεβιωκότων, ἣν ὕστερον ἐκπύρωσιν ἐκάλεσαν οἱ Στωϊκοί· καθ' ὃν καὶ τὸν ἰδίως ποιὸν ἀναστήσεσθαι δογματίζουσι, τοῦτ' ἐκεῖνο, τὴν ἀνάστασιν, περιέποντες.

D « Nam hic quoque novit, ut qui ex barbara didicerit philosophia, eam quæ fit per ignem expurgationem eorum qui male vixerunt, quam ἐκπύρωσιν, hoc est, exustionem seu inflammationem postea vocarunt Stoici: qua ratione eum etiam, qui est proprie certa præditus qualitate, statuunt futurum ut resurgat, eo ipso tuentes resurrectionem. » Vide quæ refert de eodem, pag. 599, Plutarch., lib. I, cap. 3, *De placitis philos.*; Tatian. *contra Græcos*, pag. 143 et 145; Justin. *Apolog.* 1, pag. 45: *Apolog.* 2, pag. 66; Minutius in *Octavio*, pag. 39, 40, Euseb., lib. XV, cap. 19, *Præp. evang.* ex Numenio, *De iterato universi ortu ex sententia Stoicorum*: Ἐπὶ τοσοῦτο δὲ προελθὼν ὁ κοινὸς λόγος, καὶ κοινὴ φύσις μείζων καὶ πλείων γενομένη, τέλος ἀναξηράνασα πάντα, καὶ εἰς ἑαυτὴν ἀναλαβοῦσα ἐν τῇ πάσῃ οὐσίᾳ γίνεται, ἐπανελθοῦσα εἰς τὸν πρῶτον ῥηθέντα λόγον καὶ εἰς τὴν ἀνάστασιν ἐκείνην τὴν ποιοῦσαν ἐνιαυτὸν τὸν μέγιστον, καθ' ὃν ἀπ' αὐτῆς μόνης εἰς αὐτὴν πά-

temporis vices exuri rerum universitatem et postea denuo exornari rebus omnino similibus earum, quæ in prima exornatione fuerant. Qui autem ex eis verecundiores fuerunt, ii dixerunt in altera conversione tenuem et perexiguam fieri mutationem rerum, quæ in altera erant; hujusmodi vero esse futura in posteriori conversione, futurum Socratem Atheniensem Sophronisci filium, futurumque ut Phænarete nupta Sophronisco rursus illum progeneret. Tametsi ergo voce resurrectionis non utuntur, rem tamen declarant; nempe Socratem ex Sophronisci semine renasciturum; alteram fore in sequente conversione Phænaretem; Socratem Athenis educatum, ibidem esse philosophaturum, priore philosophia quasi resuscitata, et in statu omnino simili futura; Anytum et Melitum resurrecturos esse; futuros iterum Socratis accusatores; **593** Socratem morte ab Areopagitico senatu damnatum iri; et, quod magis ridiculum, similibus illum vestibus, atque in priori conversione, indutum iri, in simili paupertate versaturum esse, in Athenis omnino similibus victurum; Phalarin rursus usurum esse tyrannide; taurum ejus æneum mugiturum esse voce hominum, qui hominibus prioris conversionis plane similes intus inclusi fuerint; denique Alexandrum Pheræum rursus tyrannum fore, simili omnino crudelitate, similesque prioribus homines condemnaturum esse. Sed quid me opus est sigillatim persequi hujusmodi nugas Stoici dogmatis, quod quidem Celsus, nedum irrideat, magno fortasse in pretio habet; quandoquidem illi Zenon Jesu sapientior esse videatur?

21. Pythagorici vero et Platonici, quanquam

A ἐκπύρωσιν τοῦ παντὸς γίνεσθαι, καὶ ἑξῆς αὐτῇ διακόσμησιν πάντ' ἀπαράλλακτα ἔχουσαν ὡς πρὸς τὴν προτέραν διακόσμησιν. Ὅσοι δ' αὐτῶν ᾐδέσθησαν τὸ δόγμα, ὀλίγην εἰρήκασι παραλλαγὴν καὶ σφόδρα βραχεῖαν γίνεσθαι, κατὰ περίοδον τοῖς ἐπὶ τῆς πρὸ αὐτῆς (70) περιόδου. Οὗτοι δ' οἱ ἄνδρες φασὶ τῇ ἑξῆς περιόδῳ τοιαῦτα ἔσεσθαι, καὶ Σωκράτην (71) μὲν πάλιν Σωφρονίσκου υἱὸν καὶ Ἀθηναῖον ἔσεσθαι, καὶ τὴν Φαιναρέτην, γημαμένην Σωφρονίσκῳ, πάλιν αὐτὸν γεννήσειν. Κἂν μὴ ὀνομάζωσιν οὖν τὸ τῆς ἀναστάσεως ὄνομα, τῷ πράγματί γε δηλοῦσιν (72), ὅτι Σωκράτης ἀπὸ σπερμάτων ἀρξάμενος ἀναστήσεται τῶν Σωφρονίσκου, καὶ ἐν τῇ ὑστέρᾳ Φαιναρέτης διαπλασθήσεται, καὶ ἀνατραφεὶς Ἀθήνησι φιλοσοφήσει· οἱονεὶ καὶ τῆς πρότερον φιλοσοφίας ἀνισταμένης, καὶ ὁμοίως ἀπαραλ- B λάκτου τῆς προτέρας (73) ἐσομένης. Καὶ Ἄνυτος δὲ καὶ Μέλιτος ἀναστήσονται, πάλιν Σωκράτους κατήγοροι, καὶ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καταδικάσεται τὸν Σωκράτην. Τὸ δὲ τούτων γελοιότερον, τὰ ἀπαράλλακτα ἱμάτια τοῖς ὡς πρὸς τὴν προτέραν περίοδον Σωκράτης ἐνδύσεται, ἐν ἀπαραλλάκτῳ πενίᾳ, καὶ ἀπαραλλάκτῳ πόλει ταῖς Ἀθήναις τῇ πρὸς τὴν προτέραν περίοδον ἐσόμενος. Καὶ Φάλαρις μὲν τυραννήσει πάλιν· ὁ δὲ χάλκεος αὐτοῦ ταῦρος τῶν ἀπαραλλάκτων τῇ προτέρᾳ ἀνθρώπων περιόδῳ κατακριθέντων μυκήσεται ἀπὸ τῆς τῶν ἔνδον φωνῆς. Ἀλέξανδρός τε ὁ Φεραῖος (74) πάλιν τυραννήσει, τὴν ἀπαράλλακτον ἔχων ὠμότητα τῇ προτέρᾳ, καὶ τοὺς ἀπαραλλάκτους καταδικάζων ὡς καὶ τοὺς προτέρους. Καὶ τί με δεῖ καταλέγειν τὸ περὶ τῶν τοιούτων δόγμα τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς πεφιλοσο- C φημένον, καὶ μὴ γελώμενον ὑπὸ Κέλσου, ἀλλὰ τάχα καὶ σεμνυνόμενον· ἐπεὶ δοκεῖ αὐτῷ ὁ Ζήνων τοῦ Ἰησοῦ εἶναι σοφώτερος;

Καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου (75) δὲ καὶ Πλάτωνος

λιν γίνεται ἡ ἀποκατάστασις. Ἐπανελθοῦσα δὲ διὰ τάξιν, ἀφ' οἵας διακοσμεῖν ὡσαύτως ἤρξατο, κατὰ λόγον πάλιν τὴν αὐτὴν διεξαγωγὴν ποιεῖται, τῶν τοιούτων περιόδων ἐξ ἀϊδίου γινομένων ἀκαταπαύστως· « Posteaquam, inquit, eo usque progressa est ratio communis, communisque natura nova magnitudine, ac novis incrementis aucta, res demum exsiccavit, atque in sese recepit universas; in plena constituitur integraque substantia; quippe quæ ad principem illam, ut appellatur, rationem, atque ad resurrectionem illam magni effectricem anni redierit : quo quidem anno, ex ea sola in eamdem rursus instauratio fieri consuevit. Ad eum porro statum revocata, eodem prorsus ordine, quo jam ante mundum similiter ornare cœperat, eamdem iterum, quo modo ratio postulat, rerum dispositionem atque administrationem instituit, ejusmodi conversionibus ex omni æternitate ac sine ulla cessione redeuntibus. » Vide quæ Eusebius habet lib. xv, cap. 15, ex Arii Didymi Epitome. SPENCER.

(70) Libb. editi in margine, γενέσθαι κατὰ περίοδον τοῖς ἐπὶ τοῖς πρὸ αὐτῆς.

(71) *Σωκράτην*. Vide adnotationes ad lib. IV, num. 67, 68.

(72) Codd. Regius et Basileensis, τῷ πράγματί γε δηλοῦσιν. Libb. editi, τὸ πρᾶγμά γε δηλοῦσιν. Paulo post recte habet codex Jolianus, διαπλασθήσεται καὶ ἀνατραφείς. Libb. editi, διπλασιασθήσεται καὶ ἀνατραφείς.

(73) Τῆς προτέρας. Lege cum Guieto et Boherello, τῇ προτέρᾳ.

(74) Hœschelius in textu, Φεῤῥαῖος, et infra περὶ τῶν τοιούτων δογμάτων.

(75) *Τοῦ Πυθαγόρου*. Lactant., lib. VII, cap. 23, *De resurrectione animæ, ejusque rei testimonia* : « Qua de anastasi philosophi quoque dicere aliquid conati sunt, tam corrupte, quam poetæ. Nam Pythagoras transire animas in nova corpora disputavit; sed inepte, quod ex hominibus in pecudes et ex pecudibus in homines, et seipsum ex Euphorbo esse reparatum. » Minutius in *Octavio*, pag. 40 : « Sic etiam conditionem renascendi sapientium clariores, Pythagoras primus, et præcipuus Plato, corrupta et dimidiata fide tradiderunt : nam corporibus dissolutis solas animas volunt et perpetuo ma- D nere, et in alia nova corpora sæpius commeare. Addunt istis et illa ad detorquendam veritatem, in pecudes, aves, belluas, hominum animas redire. » Hieronym. in *Apolog., adversus Rufinum* : « Audi quid apud Græcos Pythagoras primus invenerit, immortales esse animas, et de aliis corporibus transire in alia. Quod quidem et Virgilius, sexto *Æneidos* volumine, v. 748-751, sequens loquitur :

Has omnes, ubi mille rotam volvere per annos,
Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno :
Scilicet immemores supera ut convexa revisant,
Rursus et incipiant in corpora velle reverti.

Se primum fuisse Euphorbum, secundo Callidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, ad extremum Pythagoram; et post temporum certos circulos ea, quæ fuerant, rursum fieri, nihilque in mundo videri novum. « Ovid., *Metamorph.* lib. v, fab. 3 et 4; Tertull., *Apologet.* cap. 48, et *De anima*, cap. 24; Theodoret. serm. 11, *De fine et judicio*; Tatian.

νος (76), εἰ καὶ δοκοῦσιν ἄφθαρτον τηρεῖν τὸν κόσμον, ἀλλὰ τοῖς παραπλησίοις γε περιπίπτουσι (77). Τῶν γὰρ ἀστέρων κατά τινας περιόδους τεταγμένας τοὺς αὐτοὺς σχηματισμοὺς καὶ σχέσεις πρὸς ἀλλήλους λαμβανόντων, πάντα τὰ ἐπὶ γῆς ὁμοίως ἔχειν φασὶ τοῖς ὅτε τὸ αὐτὸ σχῆμα τῆς σχέσεως τῶν ἀστέρων περιεῖχεν ὁ κόσμος. Ἀνάγκη τοίνυν κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, τῶν ἀστέρων ἐκ μακρᾶς περιόδου ἐλθόντων ἐπὶ τὴν αὐτὴν σχέσιν πρὸς ἀλλήλους, ὁποίαν εἶχον ἐπὶ Σωκράτους (78), πάλιν Σωκράτη γενέσθαι ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ τὰ αὐτὰ παθεῖν, κατηγορούμενον ὑπὸ Ἀνύτου καὶ Μελίτου, καὶ καταδικαζόμενον ὑπὸ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. Καὶ Αἰγυπτίων (79) δὲ οἱ λόγιοι τοιαῦτα παραδιδόντες σεμνοί εἰσι, καὶ οὐ γελῶνται ὑπὸ Κέλσου καὶ τῶν παραπλησίων· ἡμεῖς δὲ, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς συνέσεως τῶν ἐφ' ἡμῖν

A videntur mundum incorruptibilem defendere, ad similia tamen revolvuntur. Hæc enim eorum sententia est, stellis post ratas quasdam conversiones eamdem formam eumdemque situm obtinentibus, in terra omnia se simili modo habere, atque cum eodem situ eademque forma stellæ in mundo erant. Ex 594 quo necesse est ut cum post magnam conversionem ad idem erga se invicem astra redierint, ubi erant Socratis tempore, Socrates rursus ex eisdem nascatur, in easdem calamitates incidat, ab Anyto et Melito accusetur, damnetur ab Areopagitico senatu. Ægyptiorum quoque sapientes, cum iis fere similia tradunt, magni faciunt Celsus et ejus asseclæ, nedum derideant; nos autem cum omnia sic a Deo gubernari dicimus, ut ad nostrum B sese liberum arbitrium accommodet, sic ad melius

contra Græcos; Just. *Quæst. ad Græcos;* Lactant., lib. III, cap. 18; Arnob., lib. II; Diodor., lib. V *Bibl. hist.;* A. Gellius, lib. IV, cap. 11; Tull., *Tusculan. quæst.* lib. I; Philostrat., lib. III, cap. 6; idem in *Heroicis*, de Euphorbo; Laertius in *Pythag.* SPENCER.

(76) *Καὶ Πλάτωνος.* Clem. *Strom.* V, pag. 549: Ὁ δὲ Πλάτων τὴν γῆν χρόνοις τισὶ διὰ πυρὸς καθαίρεσθαι καὶ ὕδατος. « Plato autem terram quibusdam temporibus dicit per ignem et aquam expurgari. » Huc etiam detorquet illud Platonis in *Timæo*, pag. 22: Πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων, καὶ ἔσονται πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισται, μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι. Τὸ γὰρ οὖν καὶ παρ' ὑμῖν λεγόμενον, ὥς ποτε Φαέθων Ἡλίου παῖς, τὸ τοῦ πατρὸς ἅρμα ζεύξας, διὰ τὸ μὴ δυνατὸς εἶναι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ὁδὸν ἐλαύνειν, τά τ' ἐπὶ γῆς ξυνέκαυσε, καὶ αὐτὸς κεραυνωθεὶς διεφθάρη· τοῦτο μύθου μὲν σχῆμα ἔχον λέγεται· τὸ δ' ἀληθές ἐστι τῶν περὶ γῆν καὶ κατ' οὐρανὸν ἰόντων παράλλαξις, καὶ διὰ μακρῶν χρόνων γινομένη τῶν ἐπὶ γῆς πυρὶ πολλῷ φθορά. « Multa multis de causis hominum exitia et fuerunt et erunt: igne quidem et aqua maxima, infinitis vero partibus alia aliis breviora. Illud enimvero quod apud vos de Phaethonte circumfertur, ipsum Solis videlicet filium, cum patris currum junxisset, nec posset per patris viam ducere, et terram combussisse, et fulmine tactum periisse; illud, inquam, fabulæ involucro obtectum est: ita autem revera habet. Eorum quæ circa terram et in cœlo volvuntur, exsistit longorum temporum curriculo commutatio quædam atque variatio: unde in res terrenas, cœlo nimirum subjectas, copiosi ignis impetu magna imminet vastitas. » Et Minutius in *Octavio*, pag. 39. Forsan rectius ad præsens institutum retulisse poterat, quæ sequuntur, pag. 42, in *Timæo:* Χιλιοστῷ δὲ ἔτει ἀμφότεραι, ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσιν καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου, αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ βίον ἑκάστη· ἔνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται, μὴ παυόμενος δὲ ἐν τούτοις ἔτι κακίας τρόπον, ὃν κακύνοιτο κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς τοῦ τρόπου γενέσεως, εἴς τινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβαλεῖ θηρίου φύσιν· ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξει, πρὶν τῇ ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ ξυνεπισπώμενος τὸν πολὺν ὄχλον, καὶ ὕστερον προσφύντα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος, καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα λόγῳ κρατήσας, εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως. « Uterque autem millenario anno ad sortitionem accedit, et vitæ secundæ electionem. Tum unusquisque quam voluerit vitam eligit: atque ita in feræ animantis vitam humanus animus aliquando venit; et si ne tum quidem vitiorum finem faciet, gravius etiam jactabitur, et in simillimas suis moribus figuras pecudum et ferarum transferetur; neque malorum finem prius aspiciet, quam ejusdem atque unius sibi innatæ atque insitæ conversionis ductu et auspiciis, cui se regendum tradat, contractam inoletamque labem ex igne, aqua, aere et terra turbulentam et rationis expertem, rationis imperio depulerit, ac proinde ad primum optimumque animi statum pervenerit. » Et quæ narrat in fine libri decimi *De republica*, inque libro *De anima mundi:* Ἅπαντα δὲ ταῦτα ἐν δευτέρᾳ περιόδῳ ἡ Νέμεσις συνδιέκρινε. « Omnia autem hæc in secundo circuitu Nemesis certo judicio rata fixaque esse voluit. » Et in *Phædro*, pag. 248: Θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε, ἥτις ἂν ψυχὴ, Θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη, κατίδῃ τι τῶν ἀληθῶν μέχρι τε τῆς ἑτέρας περιόδου εἶναι ἀπήμονα. « Adrasteæ vero hoc est decretum, quicunque animus deam comitatus, verorum quidpiam conspexerit, is ad alterum usque circuitum indemnis C perduret. « Et paulo post: Ἐν δὲ τούτοις ἅπασιν ὃς μὲν ἂν δικαίως διάγῃ, ἀμείνονος μοίρας μεταλαμβάνει· ὃς δ' ἂν ἀδίκως, χείρονος. Εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη, οὐ καθικνεῖται ἐτῶν μυρίων (οὐ γὰρ πτεροῦται πρὸ τοσούτου χρόνου), πλὴν ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως, ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας· αὗται δὲ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ, ἐὰν ἕλωνται τρὶς ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον, οὕτω πτερωθεῖσαι τρισχιλιοστῷ ἔτει ἀπέρχονται. « In his autem omnibus quicunque juste vitam egerit, sortem postea nanciscitur meliorem; qui vero injuste, deteriorem; in idem enim unde profectus est uniuscujusque animus, annis decem millibus non revertitur (alas enim ante hoc tempus minime capit), excepto animo illius unius qui sine ullo dolo philosophatus est, vel qui cum sapientiæ studio pueros amavit. Hi quidem tertio mille annorum ambitu, si ter hanc vitam deinceps elegerint, sic recuperatis alis, post tria annorum millia abeuntes evolant. « Et infra: D Τῷ δὲ χιλιοστῷ ἀμφότεραι, ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσίν τε καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου, αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ ἑκάστη. « Millenario autem anno redeuntes ambo ad sortitionem electionemque secundæ vitæ, deligunt unusquisque eam vitam quam velit. » SPENCER.

(77) Mss. περιπίπτουσι. Hœschelius et Spencerus in textu, προσπίπτουσι.

(78) *Σωκράτους.* Vide adnotationes ad lib. IV, num. 67, 68.

(79) *Αἰγυπτίων.* Diodor., lib. I *Bibl. hist.*, pag. 88: Πυθαγόραν τε τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον, καὶ τὰ κατὰ γεωμετρίαν θεωρήματα, καὶ τὰ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῶον τῆς ψυχῆς μεταβολὴν μαθεῖν παρ' Αἰγυπτίων. « Et quod Pythagoras sacrum (quem vocant) sermonem, et geometriæ præcepta, artemque numerandi, et animarum in quodvis animal transmigrationem, ab Ægyptiis acceperit. » SPENCER.

omnia dirigi, ut non tollatur tamen rerum *contingentia*; item cum naturam explicamus nostræ libertatis, in quam, quoniam immutabilitatis divinæ capax non est, contingentia rerum cadit; non videmur digna dicere quæ expendantur et investigentur.

22. Neque vero quisquam suspicetur nos, cum hæc disputamus, ex eorum esse numero, qui, licet Christiani vocentur, rejiciunt nihilominus comprobatum a Scripturis de resurrectione dogma. Hi enim e suis principiis nullo modo astruere possunt, ex grano tritici aut alius cujuspiam stirpis veluti resurgere spicam aut arborem. Nos autem credimus id quod seminatur non vivificari, nisi prius moriatur, nec seminari corpus quod futurum est; quandoquidem « Deus dat illi corpus sicut vult; ita ut quod seminatum est in corruptione, surgat in incorruptione; quod in ignobilitate, surgat in gloria; quod in infirmitate, surgat in virtute; quod animale corpus fuit seminatum, surgat spiritale[29]. » Quocirca doctrinam Ecclesiæ Christi retinemus, totamque suam pollicitationi divinæ asserimus magnitudinem, impleri posse illam probantes non verbis tantum, sed etiam argumentis. Neque enim clam nobis est, etsi cœlum et terra transitura sint, ut et omnia quæ in eis sunt, verba tamen quæ de singulis protulit is, qui in principio Verbum erat apud Deum Deus Verbum[30]; non præteritura esse; quippe quæ erga illum sunt, ut partes erga totum, ut species erga genus; neque cunctamur fidem habere dicenti: « Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt[31]. »

23. Nos igitur non dicimus corruptum corpus redire ad pristinam naturam; ut neque corruptum tritici granum denuo fieri granum tritici; sed quemadmodum e grano tritici spica exoritur, sic insitam esse corpori vim quamdam, quæ non corrumpitur, et qua fit ut corpus in incorruptione surgat. Stoicorum vero hæc opinio est, corpus omnino corruptum ad pristinam redire naturam; eoque illos deduxit sua ratio, res post conversionem plane similes reversuras, eamdemque illam priorem, quæ dissoluta est, rursus compagem fore:
Filio Dei adversarius, qui Filius est justitia, veritas et sapientia. Sed magis proprie adversarius ille est qui primus fruentium pace beateque viventium, amissis alis excidit felicitate; qui « ambulavit inculpabilis, ut loquitur Ezechiel, in omnibus viis suis, donec inventa est iniquitas in eo [79]; » quique, cum esset « signaculum similitudinis **667** et corona pulchritudinis in paradiso Dei [80], » atque bonis veluti satiatur, amisit omnia; quod quidem illi mystice dictum fuerat: « Perditio factus es, et non eris in perpetuum [81]. » Atque hæc pauca nec fortasse quidquam profutura huic opusculo committere ausi sumus. Si quis autem sacrarum Scripturarum considerationi vacans in unum colligeret corpus quidquid ubique de malo dictum est, quomodo ortum sit, et quomodo diluatur, videbit ille Moysis et prophetarum de Satana mentem ne per somnium quidem a Celso deprehensam fuisse, nec a quolibet eorum quorum animam malus ille dæmon a Deo, a recta de illo notione, et ab ejus Verbo distraxit avulsitque.

A κώτερον ὑπό τινων ὀνομασθεὶς Σατανᾶς, μεταλαμβανόμενος εἰς Ἑλλάδα φωνήν ἐστιν ἀντικείμενος. Πᾶς δὲ ὁ τὴν κακίαν ἑλόμενος καὶ τὸν κατ' αὐτὴν βίον, ὡς τὰ ἐναντία πράττων τῇ ἀρετῇ, Σατανᾶς ἐστι, τουτέστιν ἀντικείμενος τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, ὄντι δικαιοσύνῃ, καὶ ἀλήθεια, καὶ σοφία. Κυριώτερον δὲ ἀντικείμενός ἐστιν ὁ πρῶτος πάντων εἰρηνευόντων καὶ μακαρίως διαγόντων πτερορρυήσας (3), καὶ ἐκπεσὼν τῆς μακαριότητος· ὃς, κατὰ τὸν Ἰεζεκιήλ, « περιεπάτησεν ἄμωμος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, ἕως εὑρεθῇ ἀνομία ἐν αὐτῷ (4)· » καὶ ὢν « ἀποσφράγισμα ὁμοιώσεως, καὶ στέφανος κάλλους, ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ, » οἱονεὶ κορεσθεὶς τῶν ἀγαθῶν, ἐν ἀπωλείᾳ ἐγένετο, κατὰ τὸν εἰπόντα μυστικῶς πρὸς αὐτὸν λόγον (5)· « Ἀπώλεια ἐγένου, καὶ οὐχ ὑπάρξεις εἰς τὸν B αἰῶνα. » Ταῦτα μὲν οὖν ὀλίγα ἀποτετολμημένως καὶ παρακεκινδυνευμένως τῇδε τῇ γραφῇ πιστεύσαντες ἐξεθέμεθα τάχα οὐδέν· εἰ δέ τις, σχολάσας τῇ βασάνῳ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, πανταχόθεν σωματοποιήσαι (6) τὸν περὶ τῆς κακίας λόγον, καὶ ὡς ὑπέστη πρῶτον, καὶ τίνα τρόπον καταλύεται· ἴδοι ἄν, ὅτι περὶ τοῦ Σατανᾶ βούλημα οὔτε Κέλσος οὔτε τις οὐδ' ὄναρ ἐφαντάσθη τὸ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν τῶν ὑπὸ τούτου τοῦ πονηροῦ δαίμονος καθελκομένων καὶ κατασπωμένων ἀπὸ Θεοῦ καὶ τῆς περὶ αὐτοῦ ὀρθῆς ἐννοίας, καὶ ἀπὸ τοῦ Λόγου αὐτοῦ, τὴν ψυχήν.

45. Quoniam vero et de eo, qui Antichristus vocatur, mentionem Celsus facit; tametsi nec ea quæ apud Danielem, nec quæ apud Paulum dicta sunt, nec quæ de illo Salvator in Evangeliis prædixit, legerit; pauca etiam de illo dicere convenit. Quemadmodum vultus non sunt similes vultibus, sic nec similia cordibus corda sunt: unde patet cordibus inter se differre homines, tam eos qui ad bonum propensi sunt, siquidem similes inter se ad illud non sunt formati; quam eos, qui honesti negligentes in contraria præcipites ruunt. Sunt enim ex istis qui vehementer malitia perfunduntur, sunt et qui in eam ferantur moderatius. Quid igitur absurdum duas in hominibus esse, ut ita loquar, extremitates, alteram boni, mali alteram, ita ut altera in eum qui secundum Jesum intelligitur, hominem cadat, a quo genus hominum tam præclare conversum, curatum et in melius provectum est; altera autem mali in eum conveniat in quo Antichristus ille agnoscitur? Jam vero Deus, cujus præscientia comprehendit omnia, cum videret ea quæ ad utrumque pertinent, voluit utrumque hominibus per prophetas notum fieri, ut qui eorum sermones intelligerent, adhærerent bono, et sibi a malo caverent. Oportuit autem ut alter illorum extremorum isque optimus appellaretur Dei Filius propter suam excellentiam; alter vero ipsi ex diametro oppositus, mali dæmonis, Satanæ, diabolique filius diceretur.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ περὶ τοῦ καλουμένου Ἀντιχρίστου παραρρίπτει ὁ Κέλσος, οὔτε τὰ ἐν τῷ Δανιήλ, οὔτε τὰ παρὰ τῷ Παύλῳ ἀναγνοὺς περὶ αὐτοῦ εἰρημένα, οὔτε τὰ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος προφητευθέντα περὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ· ὀλίγα C καὶ περὶ τούτου λεκτέον· ὅτι, ὥσπερ οὐχ ὅμοια πρόσωπα προσώποις, οὕτως οὐδ' αἱ καρδίαι ὅμοιαι ταῖς καρδίαις τῶν ἀνθρώπων· δῆλον οὖν ὅτι, εἶεν ἂν ἐν ταῖς καρδίαις τῶν ἀνθρώπων διαφοραί, τῶν πρὸς τὸ καλὸν νενευκότων, οὐκ ἐπίσης καὶ παραπλησίως ἀλλήλοις πάντων τυπωθέντων καὶ μορφωθέντων πρὸς αὐτό, καὶ τῶν δι' ἀμέλειαν τοῦ καλοῦ ἐπὶ τὰ ἐναντία ἀττόντων. Καὶ ἐν τούτοις γὰρ, ἐν οἷς μέν (7) ἐστι σφόδρα κεχυμένη ἡ κακία, ἐν οἷς δ' ἐπ' ἔλαττον. Τί οὖν ἄτοπον, δύο, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, ἀκρότητας, τὴν μὲν τοῦ καλοῦ, τὴν δὲ τοῦ ἐναντίου, ἐν ἀνθρώποις γίγνεσθαι, ὥστε τὴν μὲν τοῦ καλοῦ ἀκρότητα εἶναι ἐν τῷ κατὰ τὸν Ἰησοῦν νοουμένῳ ἀνθρώπῳ, ἀφ' οὗ ἡ τοσαύτη ἔῤῥευσε τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐπιστροφή, καὶ θεραπεία, καὶ βελτίωσις· τὴν δὲ τοῦ ἐναντίου ἐν D τῷ κατὰ τὸν ὀνομαζόμενον Ἀντίχριστον; Πάντα δὲ τῇ ἑαυτοῦ προγνώσει ἐκπεριλαβὼν ὁ Θεὸς, καὶ ἰδὼν τὰ περὶ ἀμφοτέρων τούτων, ἐβουλήθη περὶ τούτων γνωρίσαι διὰ τῶν προφητῶν τοῖς ἀνθρώποις, ἵνα οἱ συνιέντες τῶν λόγων αὐτῶν οἰκειωθῶσι μὲν τῷ κρείττονι, φυλάξωνται δὲ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου. Ἐχρῆν δὲ τὸν μὲν ἕτερον τῶν ἄκρων καὶ βέλτιστον Υἱὸν ἀναγορεύεσθαι τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν ὑπεροχήν, τὸν δὲ τούτῳ κατὰ

[79] Ezech. xxviii, 15. [80] ibid. [81] ibid. 19.

(3) *Πτερορῤῥυήσας*. Vide adnotationes ad lib. iv, num. 40.

(4) Vulgati Ezech. libb., εὑρέθη τὰ ἀδικήματα ἐν σοί.

(5) Codex Regius, εἰπόντα πρὸς αὐτὸν μυστικὸν λόγον.

(6) Spencerus in textu, σωματοποιήσῃ, contra fidem manuscriptorum.

(7) *Ἐν οἷς μέν*. Scribendum videtur, ἐνίοις μέν ἐστι σφόδρα κεχυμένη ἡ κακία, ἐνίοις δ' ἐπ' ἔλαττον.

διάμετρον ἐναντίον υἱὸν τοῦ πονηροῦ δαίμονος, καὶ Σατανᾶ, καὶ διαβόλου. Εἶτ' ἐπεὶ τότε μάλιστα τὸ φαῦλον ἐν τῇ χύσει τῆς κακίας καὶ τῇ ἀκρότητι αὐτῆς εἶναι χαρακτηρίζεται, ὅτε ὑποκρίνεται τὸ κρεῖττον, διὰ τοῦτο περὶ τὸν χείρονα γίνεται ἐκ συνεργίας τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ διαβόλου σημεῖα, καὶ τέρατα, καὶ δυνάμεις ψεύδους. Ὑπὲρ γὰρ τὰς εἰς τοὺς γόητας γινομένας ἀπὸ δαιμόνων συνεργίας πρὸς τὰ φαυλότατα τῶν ἀνθρώπους ἀπατώντων, γίνεται συνεργία ἀπ' αὐτοῦ τοῦ διαβόλου ἐπὶ ἀπάτῃ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. Λέγει δὲ ὁ Παῦλος, περὶ τούτου τοῦ καλουμένου Ἀντιχρίστου διδάσκων, καὶ παριστὰς μετά τινος ἐπικρύψεως τίνα τρόπον ἐπιδημήσει, καὶ πότε, τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ τί. Καὶ ὅρα, εἰ μὴ σεμνότατα περὶ τούτων ὁ Παῦλος ἐκτίθεται, καὶ οὐκ ἀξίως χλεύης τινὸς κἂν ἐλαχίστης.

Λέγει δὲ οὕτως· « Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν, εἰς τὸ μὴ (8) σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μηδὲ θροεῖσθαι, μήτε διὰ λόγου, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου. Μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον· ὅτι, ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα· ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν καθίσαι τοῦ Θεοῦ, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν, ὅτι ἐστὶ Θεός. Οὐ μνημονεύετε (9), ὅτι, ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, ταῦτ' ἔλεγον ὑμῖν; καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ αὐτοῦ καιρῷ. Τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας· μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται· καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει (10) τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ· οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους, καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ ἀδικίας τοῖς ἀπολλυμένοις, ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς. Καὶ διὰ τοῦτο πέμψει (11) αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει, ἵνα κριθῶσιν ἅπαντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. » Ἕκαστον δὲ τούτων σαφηνίσαι, οὐ τῇ παρούσῃ ἁρμόζει πραγματείᾳ. Ἡ περὶ αὐτοῦ δὲ προφητεία ἐν τῷ Δανιὴλ λέλεκται, δυναμένη τὸν φρονίμως καὶ εὐγνωμόνως ἀναγινώσκοντα ἐπιστρέψαι ἐπὶ τὸ θαυμάσαι τοὺς λόγους ὡς ἀληθῶς ἐνθέους καὶ προφητικοὺς, ἐν οἷς λέλεκται τὰ περὶ τῶν μελλουσῶν βασιλειῶν, ἀρξάμενα ἀπὸ τῶν χρόνων Δανιὴλ μέχρι τῆς φθορᾶς τοῦ κόσμου. Ἐνέσται δὲ τῷ βουλομένῳ ἐντυχεῖν αὐτῇ. Πλὴν τὰ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, ὅρα εἰ μὴ τοιαῦτά ἐστι· « Καὶ ἐπ' ἐσχάτων ...

A Deinde quoniam tum maxime malum cumulari et ad fastigium pervenisse cognoscitur, cum boni speciem præfert, idcirco malus ille, collaborante patre ejus diabolo, signa, prodigia et virtutes mendaces exerit. Nam supra auxilia quæ dæmones **668** hominum deceptores præstigiatoribus ad pessima facinora ministrant, aliud præstatur a diabolo ipso ad fallendum genus hominum. Jam Paulus de eo qui vocatur Antichristus loquitur docetque, licet cum aliqua obscuritate, quomodo in genus hominum ille et quando venturus sit, et qua de causa. At vide an quæ dicat non gravissima sint, nec vel minima irrisione d gna.

B 46. Hæc autem dicit: « Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi et nostræ congregationis in ipsum, ne cito dimoveamini a mente, neque turbemini, neque per sermonem, neque per spiritum, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Ne quis vos seducat ullo modo. Quoniam nisi venerit apostasia primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se quasi sit Deus. Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore. Nam mysterium jam operatur iniquitatis, tantum ut qui tenet nunc, C teneat, donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui: cujus est adventus secundum operationem Satanæ in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus, et in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt: eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati [82]. » Singula hæc enarrare præsentis non est instituti. Est et de eodem Danielis prophetia, quæ ejusmodi est, ut prudentem candidumque lectorem traducat ad admirationem; adeo divinam et D propheticam inspirationem sapit. Ibi dicta sunt ea quæ ad regna futura spectant, a Daniele ad usque mundi interitum. Cuilibet volenti licet eam legere. Sed quæ ad Antichristum pertinent, vide annon sint ejusmodi: « Et sub finem regni eorum, cum creverint iniquitates, consurget rex impudens facie et intelligens propositiones, et roborabitur fortitudo ejus, et admirabilia destruet, et prosperabitur,

[82] II Thess. II, 1-6.

(8) Post εἰς τὸ μή, libb. editi addunt, et uncis includunt ταχέως, quod abest ab omnibus mss.

(9) *Οὐ μνημονεύετε*. Sic recte codd. Reg., Vaticanus et duo Anglicani. Hœsch. autem et Spencer., οὐ μνημονεύεται. Paulo post, bene codex Regius, τὸ κατέχον οἴδατε. Hœsch. et Spencer., κατέχον οἶδα.

(10) Codex Regius, ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει. Hœschelius et Spencer., ὃν ὁ Κύριος [Ἰησοῦς] ἀνελεῖ.

(11) Codex Regius, πέμψει. Hœsch. et Spencer., πέμπει.

669 et faciet, et interficiet robustos et populum A sanctum, et jugum vinculorum ejus prosperabitur. Dolus in manu ejus et in corde ejus magnificabitur. Dolo pessumdabit multos et stabit in multorum perniciem, et ut ova manu conteret [83]. » Quod vero a Paulo dictum est his ejus quæ citavimus verbis, « ut sedeat in templo Dei ostendens se quasi sit Deus [84], » idipsum a Daniele expressum est in hunc modum : « Et in templo abominatio desolationis, et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur ad desolationem [85]. » Atque hæc ex multis colligere judicavi operæ pretium, ut, quæ divinarum Scripturarum de diabolo et Antichristo sit mens, lector aliquatenus intelligeret. His igitur in hanc rem contenti, jam alium Celsi locum videamus et contra pro viribus decertemus.

A τῳ τῆς βασιλείας αὐτῶν (12), πληρουμένων τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, ἀναστήσεται βασιλεὺς ἀναιδὴς προσώπῳ, καὶ συνιὼν προβλήματα, καὶ κραταιὰ ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ θαυμαστὰ διαφθερεῖ, καὶ κατευθυνεῖ, καὶ ποιήσει, καὶ διαφθερεῖ ἰσχυροὺς, καὶ λαὸν ἅγιον· καὶ ὁ ζυγὸς τοῦ κλοιοῦ αὐτοῦ κατευθυνεῖ. Δόλος ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ μεγαλυνθήσεται. Καὶ δόλῳ (13) διαφθερεῖ πολλοὺς, καὶ ἐπὶ ἀπωλείας πολλῶν στήσεται, καὶ ὡς ᾠὰ χειρὶ συντρίψει. » Ὅπερ δὲ παρὰ τῷ Παύλῳ λέλεκται ἐν ᾗ ἐξεθέμην αὐτοῦ λέξει φασκούσῃ, « ὥστε αὐτὸ εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός· » τοῦτο καὶ ἐν τῷ Δανιὴλ τοῦτον εἴρηται τὸν τρόπον· « Καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων, καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρή-B μωσιν. » Τοσαῦτα δὴ ἀπὸ πλειόνων ἔδοξεν εὔλογον εἶναί μοι παραθέσθαι, εἰς τὸ κἂν ἐπ' ὀλίγον συνιέναι τὸν ἀκροατὴν περὶ τοῦ βουλήματος τῶν θείων λόγων, διδασκόντων τὰ περὶ τοῦ διαβόλου καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου· οἷς εἰς ταῦτα ἀρκεσθέντες, ἴδωμεν καὶ ἄλλην τοῦ Κέλσου λέξιν, καὶ πρὸς αὐτὴν κατὰ τὸ δυνατὸν ἀγωνισώμεθα.

47. Sic ille pergit : « Unde hoc ipsum illis in mentem venerit, Dei Filium vocare, jam notum facio. Scilicet veteres hunc mundum, quasi ex Deo genitus esset, Dei filium et adolescentem appellarunt. Magnam certe hunc inter et illum Dei Filium similitudinem ! » Quod ergo Dei Filium dicimus, id nos perperam mutuatos esse putavit ex iis quæ de mundo tradita sunt, illum videlicet ex Deo genitum, Dei filium et Deum esse. Neque enim Moysis prophetarumque ætatem considerare potuit, ut intelligeret Judæorum prophetas de quodam Dei Filio longe ante locutos esse, quam Græci et ii, quos ve- C teres vocat, prodirent. Nec etiam proferre voluit testimonium quod supra ex Platonis epistolis adduximus, ubi hic de hujus universitatis opifice loquitur tanquam de Dei Filio : veritus ne a Platone illo, quem sæpe laudibus extulit, cogeretur assentiri, hujus universitatis auctorem esse Dei Filium, primum autem et supremum Deum ejus esse Patrem. Quod autem dicimus animam illius Jesu tanto Dei filio intima participatione *unitam*, nec unquam ab illo separandam, id minime mirum est. Nam in sacris Scripturis reperire licet et alia, quæ, quamvis duo natura sua sint, reputantur tamen et revera sunt unum : cujusmodi est istud de marito et uxore : « Non amplius duo sunt, sed una caro [86] ; » et de viro perfecto et adhærescente vero D Domino qui verbum est et sapientia et veritas : « Qui adhæret Domino, unus spiritus est [87]. » Jam vero si qui adhæret Domino, unus spiritus est, ecquis magis, imo ecquis æque ac anima Jesu, adhæret Domino, qui est verbum ipsum, sapientia ipsa, veritas ipsa, ipsamet justitia ? Si autem res ita ha-

Ἔλεγε δὴ μετὰ τὰ ἐκκείμενα τοιαῦτα· « Ὁπόθεν δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπῆλθεν αὐτοῖς, Θεοῦ Υἱὸν καλεῖν, σημαίνω. Ἄνδρες παλαιοὶ τόνδε τὸν κόσμον, ὡς ἐκ Θεοῦ γενόμενον, παῖδά τε αὐτοῦ καὶ ἠΐθεον (14) προσεῖπον. Πάνυ γοῦν ὅμοιος οὗτός τε κἀκεῖνος Παῖς Θεοῦ! » Ὠήθη Υἱὸν Θεοῦ ἡμᾶς λέγειν, παραποιήσαντας τὰ περὶ τοῦ κόσμου, ὡς ἐκ Θεοῦ γενομένου, καὶ υἱοῦ ὄντος αὐτοῦ, καὶ θεοῦ. Οὐ γὰρ ἐδυνήθη ἐπιστήσας τοῖς χρόνοις Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν ἰδεῖν, ὅτι καθόλου τὸ εἶναί τινα υἱὸν Θεοῦ πρὸ Ἑλλήνων, καὶ ὧν φησιν ὁ Κέλσος παλαιῶν ἀνδρῶν, οἱ παρ' Ἰου-C δαίοις προφῆται προεφήτευσαν. Ἀλλ' οὐδ' ἐβουλήθη τὸ παρὰ Πλάτωνι ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς λελεγμένον, οὗ ἐν τοῖς ἀνωτέρω (15) ἐμνήσθημεν, περὶ τοῦ διακοσμήσαντος τόδε τὸ πᾶν, ὡς ὄντος Υἱοῦ Θεοῦ, παραθέσθαι· ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος, ὃν πολλάκις ἐσέμνυνεν, ἀναγκασθῇ παραδέξασθαι, ὅτι ὁ μὲν δημιουργὸς τοῦδε τοῦ παντὸς Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, ὁ δὲ πρῶτος καὶ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς Πατήρ ἐστιν αὐτοῦ. Εἰ δὲ τῷ τηλικούτῳ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ *ἡνῶσθαι* φάσκοντες (16) τῇ ἄκρᾳ μετοχῇ ἐκείνου τὴν τοῦ Ἰησοῦ ψυχὴν, οὐκ ἔτι χωριζομένην ἀπ' ἐκείνου αὐτὴν, οὐδὲν θαυμαστόν. Οἴδασι γὰρ οἱ ἱεροὶ τῶν θείων γραμμάτων λόγοι καὶ ἄλλα, δύο τῇ ἑαυτῶν φύσει τυγχάνοντα, εἰς ἓν ἀλλήλοις εἶναι λελογισμένα καὶ ὄντα· οἷον περὶ μὲν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς λέλεκται· « Οὐκ ἔτι εἰσὶ D δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία· » περὶ δὲ τοῦ τελείου, καὶ κολλωμένου τῷ ἀληθινῷ Κυρίῳ, λόγῳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ ἀληθείᾳ, ὅτι « Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν. » Εἰ δ' ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι, τίς μᾶλλον τῆς Ἰησοῦ ψυχῆς ἢ κἂν παραπλησίως κεκόλληται τῷ Κυρίῳ, τῷ αὐτολόγῳ, καὶ αὐτοσοφίᾳ, καὶ αὐτοαληθείᾳ, καὶ αὐτοδικαιοσύνῃ; ὅπερ

[83] Dan. VIII, 23, 24, 25. [84] II Thess. II, 4. [85] Dan. IX, 27. [86] Gen. II, 24. [87] I Cor. VI, 17.

(12) Vulgatus Dan. textus, ἐσχάτων τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

(13) Mss. et Vulg., καὶ δόλῳ. Hœsch. et Spencer., ἐν δόλῳ.

(14) *Ἠΐθεον*. Alii mallent ἀντίθεον, alii ἡμίθεον.

(15) *Οὗ ἐν τοῖς ἀνωτέρω*. Vide supra numeros 8 et 9.

(16) *Φάσκοντες*. Boherellus legendum putat, φάσκομεν. Ibidem Hœsch. in textu habet, τὴν τοῦ Υἱοῦ ψυχὴν, sicque duo codd. Anglicani.

εἰ οὕτως ἔχει, οὐκ εἰσὶ δύο ἡ ψυχὴ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς « τὸν πάσης κτίσεως πρωτότοκον » Θεὸν Λόγον.

Εἶτα ἐὰν μὲν τὴν αὐτὴν ἀρετὴν λέγοντες ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς (17) φιλόσοφοι, μὴ εὐδαιμονέστερον λέγωσιν εἶναι τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν τοῦ ἐν ἀνθρώποις κατ' αὐτοὺς σοφοῦ, ἀλλ' ἴσην εἶναι τὴν ἀμφοτέρων εὐδαιμονίαν· Κέλσος οὐ καταγελᾷ, οὐδὲ χλευάζει τὸ δόγμα· ἐὰν δ' ὁ θεῖος λόγος φάσκῃ κολλᾶσθαι ὑπὸ τῆς ἀρετῆς, καὶ *ἑνοῦσθαι* τῷ Αὐτολόγῳ τὸν τέλειον, ὡς κατὰ τοῦτον ἀναβεβηκότας (18), μὴ χωρίζειν ἡμᾶς τὴν Ἰησοῦ ψυχὴν τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, γελᾷ τὸ λέγεσθαι Υἱὸν Θεοῦ Ἰησοῦν, οὐχ ὁρῶν, τίνα ἐστὶ τὰ περὶ αὐτοῦ ἐν ἀπορρήτῳ μυστικῶς ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς λεγόμενα. Ἵνα δὲ προσαγάγωμεν τῇ παραδοχῇ τοῦ λεγομένου τὸν βουλόμενον ἀκολουθίαις δογμάτων ἕπεσθαι, καὶ ὠφελεῖσθαι· λέγομεν, ὅτι σῶμα Χριστοῦ φασιν εἶναι οἱ θεῖοι λόγοι, ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ψυχούμενον, τὴν πᾶσαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν· μέλη δὲ τούτου τοῦ σώματος εἶναι ὡς ὅλου τούσδε τινὰς τοὺς πιστεύοντας· ἐπείπερ, ὥσπερ ψυχὴ ζωοποιεῖ καὶ κινεῖ τὸ σῶμα, οὐ πεφυκὸς ἀφ' ἑαυτοῦ κινεῖσθαι ζωτικῶς, οὕτως ὁ Λόγος, κινῶν ἐπὶ τὰ δέοντα, καὶ ἐνεργῶν τὸ ὅλον σῶμα τὴν Ἐκκλησίαν, κινεῖ καὶ ἕκαστον μέλος τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, οὐδὲν χωρὶς Λόγου πράττοντα. Εἴπερ οὖν τοῦτο οὐκ εὐκαταφρόνητον, ὡς οἶμαι, ἔχει ἀκολουθίαν, τί χαλεπὸν, τῇ ἄκρᾳ καὶ ἀνυπερβλήτῳ κοινωνίᾳ πρὸς τὸν Αὐτολόγον τὴν Ἰησοῦ ψυχὴν, καὶ ἀπαξαπλῶς τὸν Ἰησοῦν μὴ κεχωρίσθαι τοῦ Μονογενοῦς καὶ Πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, μηδ' ἕτερον ἔτι τυγχάνειν αὐτοῦ; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ.

Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν οἷς μιᾷ λέξει ἀποφηνάμενος, καὶ μηδὲ κατὰ τὸ πιθανόν τι λέγων, κατηγορεῖ τῆς κατὰ Μωϋσέα κοσμοποιίας, εἰπών· « Ἔτι γε μὴν καὶ ἡ κοσμογένεια μάλα εὐηθική. » Εἰ μὲν οὖν τὸν φαινόμενον αὐτῷ τρόπον τοῦ εὐηθικὴν εἶναι αὐτὴν, καί τινας πιθανότητας προηνέγκατο, κἂν ἠγωνισάμεθα πρὸς αὐτάς· οὐκ εὔλογον δέ μοι φαίνεται πρὸς τὴν ἀπόφασιν αὐτοῦ κατασκευάσαι,

A bet, anima Jesu et Verbum « Primogenitusque omnis creaturæ[88], » duo non sunt.

670 48. Deinde cum aiunt Stoici eamdem esse hominis et Dei virtutem, negantque summum Deum suo esse sapiente beatiorem, sed parem esse utriusque felicitatem; non irridet Celsus, non subsannat hanc sententiam. Sin audit ex divino sermone virum perfectum agglutinari virtute et *uniri* Verbo ipsi, nosque a minori ad majus inferentes docere, Jesu animam non separari a primogenito omnis creaturæ, ridet scilicet Jesum Dei Filium appellari, non videns quænam sint quæ de illo in divinis Scripturis arcane dicta sunt. Nos autem, ut qui dogmata sibi apprime consentanea sequi et ex illis proficere voluerit, illum ad recipiendum quod di- B ctum est adducamus; dicimus ex divinis Scripturis totam Dei Ecclesiam esse Christi corpus a Dei Filio animatum, membra autem illius corporis, ut totius, eos esse omnes qui credunt; quoniam, sicut anima vitam et motum impertit corpori, quod a seipso natura moveri vitaliter non potest; ita Verbum totum corpus seu Ecclesiam ad ea quæ opus sunt, movens et agens, etiam singula membra eorum qui ad Ecclesiam pertinent, movet, ita ut nihil sine Verbo faciant. Hoc igitur si, ut opinor, minime spernendum est et optime cohæret; quid vetat quominus summa et excellenti communione cum Verbo conjuncta anima Jesu, imo totus Jesus non separetur ab Unigenito et Primogenito creaturæ, nec aliud sit ab illo? atque hæc hactenus.

C

49. Nunc ad sequentia transeundum, in quibus uno verbo, nulloque allato argumento, mundi creationem a Moyse descriptam reprehendens: « Quin et illa mundi origo, inquit, stolida prorsus est. » Qui si aperuisset quomodo illi stulta videatur, et argumenta quædam attulisset, contra illa pugnassemus; at mihi non videtur convenire, ut illo simpliciter affirmante, probem ego quomodo

[88] Coloss. I, 15.

(17) *Οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς*. Seneca, epist. 74: « Quanti æstimamus hoc otium, quod inter deos agitur, quod deos facit? ita dico, Lucili: et te in cœlum compendiario voco. Solebat Sextius dicere, Jovem plus non posse quam bonum virum. Plura Jupiter habet, quæ præstet hominibus: sed inter duos bonos non est melior, qui locupletior; non magis quam inter duos, quibus par scientia regendi gubernaculum est, meliorem dixeris, cui majus speciosiusque navigium est. Jupiter quo antecedit virum bonum? diutius bonus est. Sapiens nihilo se minoris æstimat, quod virtutes ejus spatio breviore clauduntur. Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit, non est beatior eo, cujus intra pauciores annos terminata virtus est; sic Deus non vincit sapientem felicitate, etiamsi vincit ætate. Non est virtus major, quæ longior. Jupiter omnia habet: sed nempe aliis tradidit habenda. Ad ipsum hic unus usus pertinet, quod utendi etiam omnibus causa est. Sapiens tam æquo animo omnia apud alios videt contemnitque, quam Jupiter; et hoc se magis suspicit, quod Jupiter uti illis non potest, sapiens non vult. Credamus itaque Sextio monstranti pulcherrimum iter, et clamanti:

.... *Hac itur ad astra.* »

(Virg., *Æneid.* IX, v. 640.)

D Idem epistola 54: « Omnes mortales multo antecedes, non multo te dii antecedent. Quid inter te et illos interim futurum sit, quæris? Diutius erunt. At mehercule magni artificis est clausisse totum in exiguo. Tantum sapienti sua, quantum Deo omnis ætas patet. Est aliquid, quo sapiens antecedat Deum; ille naturæ beneficio non timet; suo sapiens. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei. » SPENCER.

(18) *Ἀναβεβηκότας*. Sic codex Jolianus secunda manu, ut referatur ad sequens, ἡμᾶς. Hœschelius et Spencerus, ἀναβεβηκότος. Guieto scribendum videtur, κατὰ τοῦτο ἀναβεβηκότος, id est, eo sublati. Totus autem locus ei sic reddendus videtur: « Si vero doctrina divina tradat perfectum a virtute agglutinari et uniri ipsi verbo, ita ut anima Jesu eo sublati a nobis non separetur a Primogenito omnis creaturæ, » etc.

stolida non sit. Quod si quis videre desiderat quæ nobis proditam a Moyse mundi creationem persuadeant, et quibus argumentis illa confirmetur, sumat in manus quæ in Genesim ab initio usque ad hæc : « Hic est liber generationis hominum, » commentati sumus. Illic ex ipsis divinis litteris
671 explicare conati sumus quid sit cœlum in principio creatum, quid terra, quid terræ invisibile et incompositum, quid abyssus, quid tenebræ quæ erant super eam, quid aqua, quid Dei spiritus qui super eas ferebatur, quid facta lux, quid firmamentum a cœlo primum creato distinctum, et sic de sequentibus. Stolidam quoque esse affirmat scriptam de hominum creatione historiam, non memoratis nostris argumentis, non impugnatis. Opinor, non habuit quo evertere posset istud, hominem fuisse secundum imaginem Dei creatum. Neque etiam intelligit quid sit paradisus a Deo plantatus, quid prima in illo hominis vita, sed misere mutata, postquam e paradiso deliciarum ejectus propter peccatum, ex adverso habitavit. Verum ille, qui hæc omnia stulte dicta esse pronuntiat, singula quæque scrutetur, et inprimis istud : « Collocavit cherubim et flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ [89]. » Nisi forte Moyses hæc scripserit nullo consilio, sed simile quid fecerit illis veteris comœdiæ poetis, joco scribentibus Bellerophontem interfectum a Prœto fuisse, Pegasum esse ex Arcadia; quæ omnia scripserunt illi, ut risum moverent; at probabile non est, qui scripturas toti genti relinqueret quas volebat iis qui leges accipiebant, persuadere a Deo esse profectas, eum absurda mandasse litteris, et sine ullo sensu dixisse istud : « Collocavit cherubim et flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ [90], » aut aliud quidpiam eorum quæ de hominum creatione dicta sunt, et quibus in investigandis suam Hebræorum sapientes collocant operam.

50. Sub hæc collectis diversis quorumdam veterum de mundi hominumque origine sententiis, iisque simpliciter propositis, ait « Moysem et prophetas, qui nostras Scripturas reliquerunt, quia nescirent quæ mundi sit et hominum natura, propterea dixisse magnas nugas. » Si dixisset quid causæ esset cur litteræ divinæ videantur ipsi magnæ nugæ, rationes quibus inductus Scripturas pro magnis nugis habuit, refutare tentassem. Nunc autem, illum imitans jocansque, affirmo eum, quia nescivit quænam esset mentis sermonisque prophetici natura, idcirco magnas effutiisse ineptias, cum arroganter suum librum inscripsit, *verum sermonem*. Quoniam vero clara sibi et accurate intellecta vi-

A τίνα τρόπον οὐκ ἔστιν εὐηθική. Εἰ δέ τις βούλεται τὰ κινήσαντα (19) ἡμᾶς καὶ μετὰ τῆς φανείσης ἀποδείξεως κατασκευασθέντα περὶ τῆς κατὰ Μωϋσέα κοσμοποιίας θεωρῆσαι· λαβέτω τὰ πραγματευθέντα ἡμῖν εἰς τὴν Γένεσιν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ βιβλίου μέχρι τοῦ, « Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων· » ἐν οἷς πεπειράμεθα ἀπ' αὐτῶν τῶν θείων γραμμάτων κατασκευάσαι, τίς ὁ ἐν ἀρχῇ γενόμενος οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ τὸ τῆς γῆς ἀόρατον καὶ ἀκατασκεύαστον, καὶ τίς ἡ ἄβυσσος, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῆς σκότος, τί τε τὸ ὕδωρ καὶ τὸ ἐπιφερόμενον αὐτῷ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ τί τὸ γενητὸν φῶς, τί τε τὸ στερέωμα παρὰ τὸν ἐν ἀρχῇ γενόμενον οὐρανὸν, καὶ οὕτω τὰ ἑξῆς. Ἀπεφήνατο δὲ μάλα εὐηθικὴν εἶναι καὶ τὴν περὶ ἀνθρώπων γενέσεως γραφὴν, μήτε τιθεὶς τὰς δείξεις, μήτ' B ἀγωνιζόμενος πρὸς αὐτάς· οὐ γὰρ εἶχεν, οἶμαι, λόγους ἀνατρέψαι δυναμένους τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεποιῆσθαι τὸν ἄνθρωπον. Ἀλλ' οὐδὲ συνίει τὸν ὑπὸ Θεοῦ φυτευθέντα παράδεισον, καὶ τὴν προηγουμένην ἐν αὐτῷ τοῦ ἀνθρώπου ζωὴν, καὶ τὴν ἐκ περιστάσεως γενομένην, ἐκβληθέντος διὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ κατοικισθέντος ἐναντίον τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς. Ὁ δὲ λέγων μάλα εὐηθικῶς ταῦτ' εἰρῆσθαι, πρῶτον ἐπιστησάτω καὶ ἑκάστῳ μὲν, καὶ τῷδε· « Ἔταξε τὰ χερουβεὶμ, καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν, τὴν στρεφομένην, φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς· » εἰ δ' ἄρα (20) μηδὲν νοήσας Μωϋσῆς ἀνέγραφε ταῦτα, ἀλλὰ παραπλήσιόν τι ποιῶν οἷς παίζοντες οἱ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταὶ ἀνεγράψαντο· Προῖτος ἔκτεινε (21) Βελλεροφόντην, ὁ δὲ Πήγασος ἦν ἐξ Ἀρ- C καδίας. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, γελωτοποιεῖν θέλοντες, τοιαῦτα συνέταττον· οὐ πιθανὸν δὲ, τὸν ὅλῳ ἔθνει γραφὰς καταλιπόντα, περὶ ὧν ἐβούλετο πεῖσαι τοὺς νομοθετουμένους, ὅτι εἶεν ἐκ Θεοῦ, ἀπρόσλογα γεγραφέναι, καὶ χωρίς τινος νοῦ εἰρηκέναι τὸ, Ἔταξε τὰ χερουβεὶμ (22), καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν, τὴν στρεφομένην, φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, » ἢ ἄλλο τι τῶν περὶ τῆς ἀνθρώπων γενέσεως εἰρημένων, καὶ ὑπὸ τῶν παρ' Ἑβραίοις σοφῶν πεφιλοσοφημένων.

Ἑξῆς δὲ τούτοις, συμφορήσας ἐν ψιλαῖς ἀποφάσεσι τὰς διαφορὰς τῶν περὶ κόσμου καὶ ἀνθρώπων γενέσεώς τισι τῶν ἀρχαίων εἰρημένας, φησί· Τοὺς τὰ ἡμέτερα συγγράμματα λιπόντας Μωϋσέα καὶ τοὺς D προφήτας, οὐκ εἰδότας ἥτις ποτέ ἐστιν ἡ τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἀνθρώπων φύσις, συνθεῖναι λῆρον βαθύν. » Εἰ μὲν οὖν εἰρήκει τὸν δοκοῦντα αὐτῷ τρόπον περὶ τοῦ λῆρον εἶναι βαθὺν τὰ θεῖα γράμματα, κἂν ἐπειράθημεν ἀνασκευάσαι τὰς φανείσας ἐκείνῳ πιθανότητας περὶ τοῦ λῆρον αὐτὰ εἶναι βαθύν· νυνὶ δὲ τὸ ὅμοιον ἐκείνῳ πράττοντες, καὶ παίζοντες, καὶ ἡμεῖς ἀποφανούμεθα, ὅτι τίς ποτέ ἐστιν ἡ φύσις τοῦ νοῦ καὶ τοῦ ἐν τοῖς προφήταις λόγου, οὐδαμῶς ὁ Κέλσος εἰδὼς, λῆρον συνέθηκε βαθὺν, ἀλαζονικῶς αὐτὸν

[89] Gen. III, 23. [90] ibid.

(19) Hœschelius et Spencerus in margine, νικήσαντα.

(20) *Εἰ δ' ἄρα*. Bohcrellus legit, εἰ μὴ ἄρα.

(21) Hœschelius in textu, ἔγημε.

(22) Codex Regius, ἔταξεν ὁ Θεὸς τὰ χερουβὶμ.

ἐπιγράψας *ἀληθῆ λόγον*. Ἐπεὶ δὲ ὡς σαφῆ καὶ ἀκριβῶς αὐτῷ νενοημένα προφέρει εἰς κατηγορίαν τὰ περὶ τῶν τῆς κοσμοποιίας ἡμερῶν, ὧν τινες μὲν πρὶν φῶς καὶ οὐρανὸν γενέσθαι, ἥλιόν τε, καὶ σελήνην, καὶ ἀστέρας, παρεληλύθασι, τινὲς δὲ μετὰ τὴν τούτων γένεσιν· τοῦτο μόνον ἐπισημειωσόμεθα πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἄρ' ἔλαθε Μωϋσέα τὸ προειρηκέναι, « Ἐν ἓξ ἡμέραις συντετελέσθαι τὸν κόσμον δημιουργούμενον· » καὶ ἑαυτοῦ ἐπιλαθόμενος τούτοις ἐπιφέρει τὸ, « Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων (23), ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· » Ἀλλ' οὐδεμία πιθανότης ἐστὶ, μηδὲν νενοηκότα Μωϋσέα εἰρηκέναι μετὰ τὰ περὶ τῶν ἓξ ἡμερῶν τὸ, « ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Ἐὰν δέ τις νομίζῃ δύνασθαι ταῦτ' ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἐπιστησάτω, ὅτι πρὸ τοῦ, « Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς, » καὶ τοῦ, « Ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς φῶς ἡμέραν, » λέλεκται τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. »

A dentur quæ objicit de creationis mundi diebus, quorum alii cœli, solis, lunæ, stellarum creationem præcesserunt, alii subsecuti sunt; hoc unum ex illo quæsierim, **672** num fugerit Moysem ante ab ipso dictum fuisse : « In sex diebus perfectus est mundus [91]; » num sui oblitus addiderit : « Hic est liber generationis hominum, in die quo fecit Dominus cœlum et terram [92]. » At nullomodo probabile est Moysem, post factam de sex diebus mentionem, nullo consilio dixisse : « Qua die creavit Deus cœlum et terram. » Quod si quis hæc existimet referri posse ad istud : « In principio creavit Deus cœlum et terram [93], » sciat is ante hoc : « Fiat lux, et facta est lux [94] ; » et ante istud : « Vocavit Deus lucem diem [95], » dictum esse : « In principio creavit Deus cœlum et terram [96].

Νῦν δὲ διηγήσασθαι τὸν περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν λόγον, καὶ τίνα τρόπον διανενέμηνται αἱ φύσεις τῶν ἡμερῶν εἰς ἀμφότερα τὰ εἴδη, οὐ πρόκειται, οὐδὲ τὰ κατὰ τοὺς τόπους ἐξετάσαι· ὅλων γὰρ ἡμῖν συντάξεων χρεία εἰς τὴν διήγησιν τῆς κατὰ Μωϋσέα κοσμοποιίας ὅπερ κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν πρὸ πλείονος χρόνου τῆς ἐνεστηκυίας πρὸς τὸν Κέλσον συντάξεως πεποιήκαμεν, ἀπὸ τῆς πρὸ πλειόνων ἐτῶν ἕξεως, ἧς ἐχωροῦμεν τότε, διαλαβόντες περὶ τῶν κατὰ Μωϋσέα τῶν (24) ἓξ τῆς κοσμοποιίας ἡμερῶν. Εἰδέναι μέντοι γε χρὴ, ὅτι τοῖς δικαίοις διὰ τοῦ Ἡσαΐου ὁ λόγος ἐπαγγέλλεται, ἐν καταστάσει ἔσεσθαι ἡμέρας, ἐν ᾗ « μὴ ἥλιος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος φῶς ἔσται αὐτοῖς αἰώνιον, καὶ ὁ Θεὸς δόξα αὐτῶν. » Παρακούσας δ', οἶμαι, μοχθηρᾶς αἱρέσεώς τινος, καὶ κακῶς διηγησαμένης τὸ « γενηθήτω φῶς, » ὡς εὐκτικῶς (25) ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ εἰρημένον, εἶπεν· « Οὐ γὰρ δὴ, καθάπερ οἱ τοὺς λύχνους ἐκ γειτόνων ἐναυόμενοι, φῶς Δημιουργὸς ἄνωθεν ἐχρήσατο. » Καὶ ἄλλης δ' ἀσεβοῦς αἱρέσεως παρακούσας, εἶπε καὶ τό· « Εἰ μὲν ἐναντίος τις ἦν (26) τῷ μεγάλῳ Θεῷ θεὸς κατηραμένος, ὁ ταῦτα ποιῶν παρὰ γνώμην τὴν ἐκείνου, τί αὐτῷ τὸ φῶς ἐκίχρα; » Πρὸς ἃ τοσοῦτον ἀποδέομεν ἀπολογεῖσθαι, ὥστε τρανότερον ἡμᾶς ἐθέλειν τῆς ἐκείνων δόξης ὡς ἐσφαλμένων κατηγορεῖν, καὶ ἵστασθαι οὐ πρὸς ἃ μὴ οἴδαμεν αὐτῶν, ὡς ὁ Κέλσος, ἀλλὰ πρὸς ἃ ἀκριβῶς γινώσκομεν, πὴ μὲν ἀπ' αὐτῶν ἀκολουθήσαντες (27), πὴ δὲ τοῖς συγγράμμασιν αὐτῶν ἐπιμελῶς ἐντυχόντες.

B 51. Jam vero de intelligentibus sensibilibusque naturis disserere, ostendere quomodo utrique illarum speciei destinati sint dies, hæc sigillatim inquirere nostri propositi non est. Nam ad edisserendam narratam a Moyse mundi creationem opus esset integris commentariis. Id autem a nobis est præstitum pro viribus longe ante, quam hunc librum contra Celsum scriberemus; tum videlicet, cum prout nostra ante multos annos facultas ferebat, disseruimus de sex diebus, quibus Moyses mundi creationem perfectam fuisse narrat. Verum scire oportet Verbum per Isaiam justis polliceri futuros esse dies, cum « illis non sol, sed ipse Dominus sempiterna lux erit, et eorum gloria, Deus [97]. » Ex aliqua, opinor, improba hæresi et male interpre- C tante hæc verba, « fiat lux, » quasi a Conditore hanc fieri optante dicta fuissent, accepit hæc : « Non profecto Conditor lumen a superis commodato accepit, ut nos ex vicini lucerna nostram accendimus. » Ex alia impia hæresi leviter perspecta addit : « Si quis maledictus deus magno Deo contrarius erat, et contra illius voluntatem hæc fecit, cur hic illi lumen commodabat? » Quæ tantum abest ut defendamus, ut hanc opinionem tanquam ex errantibus profectam damnare parati simus, et refellere ea quæ non ignota nobis, ut Celso, sed accurate perspecta sunt, quæque tum ex illis, tum ex eorum libris diligenter lectis, didicimus.

Μετὰ δὲ ταῦτα Κέλσος φησίν· « Ἐγὼ δὲ περὶ μὲν γενέσεως κόσμου καὶ φθορᾶς, ἢ ὡς ἀγένητος καὶ ἄφθαρτος, ἢ ὡς γενητὸς μὲν, ἄφθαρτος δὲ, ἢ ὡς τὸ ἔμπαλιν, οὐδὲν περὶ τούτου νυνὶ λέγω. » Διόπερ οὐδ' ἡμεῖς περὶ τῶνδε νυνὶ λέγομεν· οὐ γὰρ ἡ προ-

52. Sic postea Celsus : « De origine et interitu D mundi, increatusne sit et incorruptibilis, creatusne quidem, sed incorruptibilis, an contra, nihil hac de re nunc dico. » Nec nos quidquam de iis dicemus. Neque enim id postulat instituti ratio. Nec etiam in

[91] Gen. I, 31. [92] Gen. II, 4. [93] Gen. I, 1. [94] ibid. 3. [95] ibid. 5. [96] ibid. 1. [97] Isa. LX, 19.

(23) *Ἀνθρώπων*. Vulgo nunc legitur, οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο, et sic ipse Origenes infra, num. 60 hujus libri.

(24) Delendum videtur istud posterius, τῶν.

(25) Hœschelius in textu, εὐεκτικῶς, male. Cæterum de hac ipsa re Clemens Alexandrinus loquitur in *Eclogis Theodotianis*. Vide supra notas ad libr. *De oratione*, pag. 237.

(26) Idem in textu, ἐναντίωσις ἦν.

(27) *Ἀκολουθήσαντες*. Boherello et Guieto scrib. videtur, ἀκούσαντες.

hæc verba : « Spiritus Domini ferebatur super aquas [98], » dicimus spiritum summi Dei fuisse illic, tanquam in rebus ad se **673** non pertinentibus ; nec ab alio præter magnum Deum conditore quædam dicimus contra illum spiritum, idque superiore Deo patiente, improbe fuisse suscepta quæ everti oportuerit. Valeant igitur et qui hæc dicunt, et qui indiligenter eos refutat Celsus ; debuit enim aut illorum errorum non meminisse, aut pro illa quam præ se fert humanitate illos diligenter exponere, et impugnare quæ ab illorum auctoribus impie dicta sunt. Datum autem fuisse conditori a magno Deo spiritum, quem postea repetit, id audivimus nunquam. In hos tamen impios sermones stulte insurgens : « Ecquis Deus, inquit, quidpiam dat quod postea repetiturus est? Indigentis enim est repetere, nullius autem rei Deus indiget. » Quibus addit quasi quid admodum sapiens contra quosdam : « Cur nescivit, cum commodaret, se malo commodare? » Et istud : « Cur parum curat malum conditorem, qui sibi adversatur? »

53. Deinde miscens, meo quidem judicio, hæresibus hæreses, nec indicans alia esse alterius, alterius alia, profert quæ nos objicimus Marcioni. Forte etiam hæc quia male ex vilibus quibusdam et imperitis audierat, propterea reprehendit reprehensionem ipsam, qua in re non magnum præ se fert judicium. Exponens igitur quæ contra Marcionem dicuntur, sed tacito illius, quem tamen aggreditur, nomine : « Cur clam, inquit, mittit et destruit hujus opera? Cur clam irrumpit, subornat, fallit? Cur iis quos hic ex vobis damnavit et exsecratus est, blanditur? Cur plagiarii more surripit? Cur illos docet a Domino discedere? Patrem fugere? Cur ipse eos adoptat sine consensu Patris? Quid se dicit patrem illorum, qui sunt alterius? » Ac mox admirantis modo : « Egregium sane Deum qui peccatorum ab alio damnatorum, miserorum, stercorum, ut ipsi loquuntur, pater esse desiderat! qui quem misit, rebellantem capere atque punire non potest! » Postea quasi contra nos ageret, qui mundum hunc alieni cujusdam et peregrini Dei non esse confitemur : « Hæc, inquit, si sunt ejus opera, quomodo Deus mala faciebat? Quomodo persuadere et hortari non potest? Cur eum pœnituit ingratos creasse et improbos? Cur de sua ipsius arte quiritatur eamque odio habet? Cur minas intendit propriosque filios pessumdat? Aut quo tandem ablegat ex hoc mundo, quem ipse fecit? » Neque hic mihi videtur declarare quænam sint mala, quanquam apud Græcos variæ fuerunt de bonis et malis opiniones. Tantum arripit quasi

[98] Gen. I, 2.

A κειμένη σύνταξις τοῦτ' ἀπαιτεῖ. Ἀλλ' οὐδὲ πνεῦμα τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ φαμεν ὡς ἐν ἀλλοτρίοις τοῖς τῇδε γεγονέναι, κατὰ τὸ, « Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος· » οὐδὲ κακῶς μηχανώμενά τινα, ὡς ὑπὸ ἑτέρου τοῦ δημιουργοῦ παρὰ τὸν μέγαν Θεὸν, κατὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ φαμεν, ἀνεχομένου τοῦ ἀνωτέρω (28) Θεοῦ, δεδεῆσθαι καθαιρέσεως. Διόπερ μακρὰν χαιρέτωσαν οἱ ταῦτα λέγοντες, καὶ ὁ μὴ πραγματικῶς αὐτῶν κατηγορῶν Κέλσος· ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ἢ μὴ μνημονεῦσαι τῶν τοιούτων, ἢ, κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ φιλάνθρωπον, ἐκθέσθαι αὐτὰ ἐπιμελῶς, καὶ ἀγωνίσασθαι πρὸς τὰ ἀσεβῶς ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα. Οὐδ', ὅτι δεδωκὼς ὁ μέγας Θεὸς τῷ δημιουργῷ τὸ πνεῦμα ἀπαιτεῖ αὐτὸ, ἀκηκόαμεν πώποτε. Εἶθ' ἑξῆς ἀσεβέσι λόγοις μωρῶς (29) ἐγκαλῶν φησι· B « Τίς Θεὸς δίδωσί τι, ὡς ἀπαιτήσων; Δεομένου γὰρ τὸ ἀπαιτεῖν, δεῖται δὲ οὐδενὸς ὁ Θεός. » Καὶ τούτοις προστίθησιν, ὡς σοφὸν δή τι κατά τινων λέγων· « Διὰ τί, ὁπηνίκα ἐκίχρα, κακῷ κιχρῶν ἠγνόει; » Λέγει δὲ καὶ τὸ, « Τί περιορᾷ πονηρὸν δημιουργὸν ἀντιπράττοντα ἑαυτῷ; »

Εἶτ', οἶμαι, φύρων αἱρέσεις αἱρέσεσι, καὶ μὴ ἐπισημειούμενος, ὅτι τάδε μὲν ἄλλης αἱρέσεώς ἐστι, τάδε δὲ ἄλλης, τὰ πρὸς Μαρκίωνα (30) ὑφ' ἡμῶν ἀπορούμενα προφέρει. Τάχα δὲ καὶ τούτων παρακούσας ἀπό τινων εὐτελῶς καὶ ἰδιωτικῶς ἐγκαλεῖ τῶν ἐγκαλούντων λόγων, οὐ μὴν πάνυ συνετῶς. Ἐκτιθέμενος μὲν οὖν τὰ κατὰ Μαρκίωνος λεγόμενα, καὶ μὴ ἐπισημειωσάμενος, ὅτι πρὸς αὐτὸν λέγει, φησί· « Τί C δὲ λάθρα πέμπει, καὶ διαφθείρει τὰ τούτου δημιουργήματα; Τί δὲ εἰσβιάζεται κρύφα, καὶ παραπείθει, καὶ πλανᾷ; Τί δὲ τοὺς ὑπὸ τούτου κατεγνωσμένους ἢ κατηραμένους, ὥς φατε, ψυχαγωγεῖ, καὶ δίκην ἀνδραποδιστοῦ τινος ὑπεξάγει; Τί δὲ ἀποδιδράσκειν ἀπὸ τοῦ Κυρίου διδάσκει; Τί δὲ φεύγειν τὸν Πατέρα; Τί δ' αὐτὸς εἰσποιεῖται μὴ συγχωροῦντος τοῦ Πατρός; Τί δ' ἐπαγγέλλεται τῶν ἀλλοτρίων εἶναι Πατήρ; » Καὶ ἐπιφέρει γε αὐτοῖς οἱονεὶ θαυμαστικῶς τὸ, « Σεμνός γε ὁ Θεὸς τῶν παρ' ἄλλῳ καταδίκων ἁμαρτωλῶν καὶ ἀκλήρων καὶ, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, σκυβάλων ἐπιθυμῶν εἶναι πατήρ! καὶ ὃν γε ἐξέπεμψεν, αὐτοῦ ὑπεξάγοντα (31), τοῦτον ἁλόντα ἐκδικῆσαι μὴ δυνάμενος! » Ἑξῆς δὲ τούτοις ὡσπερεὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ὁμολογοῦντας οὐχ ἀλλοτρίου τινὸς εἶναι καὶ ξένου Θεοῦ τόνδε D τὸν κόσμον, τοιαῦτά φησιν· « Εἰ δὲ αὐτοῦ ταῦτ' ἐστὶν ἔργα, πῶς μὲν κακὰ ὁ Θεὸς ἐποίει; Πῶς δὲ πείθειν καὶ νουθετεῖν ἀδυνατεῖ; Πῶς δὲ ἐπ' αὐτοῖς ἀχαρίστοις καὶ πονηροῖς γενομένοις μεταμέλει; καὶ τὴν ἑαυτοῦ τέχνην μέμφεται, καὶ μισεῖ, καὶ ἀπειλεῖ, καὶ φθείρει τὰ ἴδια ἔκγονα; Ἢ ποῖ ποτε ὑπεξάγει τοῦ κόσμου τοῦδε, ὃν ἐποίησεν αὐτός; Δοκεῖ δέ μοι καὶ ἐν τούτοις

(28) Hœschelius in textu, ἀνωτέρου.

(29) *Μωρῶς*. Omissum in antea editis restituunt omnes codd. mss.

(30) *Πρὸς Μαρκίωνα*. Vide adnotationes ad lib. V, num. 54. Paulo post Guieto videtur forte scribendum : Ἀπό τινων εὐτελῶν καὶ ἰδιωτικῶν ἐγκαλεῖ τῶν ἐγκαλούντων λόγῳ, οὐ μὴν πάνυ συνετῷ vel ἐγκαλεῖ τοὺς ἐγκαλοῦντας λόγῳ, οὐ μὴν πάνυ συνετῷ. Ego sic lego : Ἀπό τινων εὐτελῶν καὶ ἰδιωτικῶν ἐγκαλεῖ τῶν ἐγκαλούντων λόγων, οὐ μὴν πάνυ συνετῶς.

(31) *Ὑπεξάγοντα*. Guietus dubitat, annon scribendum ὑπέξαρχον, vel ὑπεξάρχοντα. Ego nihil mutari velim.

μὴ σαφηνίζων τίνα ἐστὶ τὰ κακά· καίτοιγε καὶ ἐν Ἕλλησι πολλῶν αἱρέσεων γενομένων περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, συναρπάζων ὡς ἀκόλουθον ἡμῖν, τοῖς φάσκουσιν ἔργα τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ εἶναι καὶ τόνδε τὸν κόσμον, τὸ καθ' ἡμᾶς κακῶν εἶναι ποιητὴν τὸν Θεόν. Ἐχέτω μὲν οὖν ὅπως ποτὲ ἔχει τὰ περὶ τῶν κακῶν, πότερον ὁ Θεὸς αὐτὰ πεποίηκεν ἢ μὴ, ἀλλ' ἐκ παρακολουθήσεως (32) γεγένηται τῆς πρὸς τὰ προηγούμενα· θαυμάζω δὲ εἰ μὴ ὅπερ ἡμῖν, τοῖς φάσκουσιν ἔργα εἶναι τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ καὶ τόνδε τὸν κόσμον, οἴεται ἀκολουθεῖν περὶ τοῦ τὸν Θεὸν τὰ κακὰ πεποιηκέναι, ἀκολουθεῖ ὅσον ἐφ' οἷς λέγει καὶ αὐτός. Εἴποι γὰρ ἄν τις πρὸς τὸν Κέλσον· « Εἰ αὐτοῦ ταῦτ' ἐστὶν ἔργα, πῶς μὲν κακὰ ὁ Θεὸς ἐποίει; πῶς δὲ πείθειν καὶ νουθετεῖν ἀδυνατεῖ; » Κακία δὲ ἡ μεγίστη ἐν λόγοις ἐστὶν, ὅτε ἐγκαλεῖ τις τοῖς ἑτεροδόξοις περὶ τινων δογμάτων ὡς οὐχ ὑγιῶν, πολλῷ πρότερον αὐτὸς ἔχων τὰ ἐγκλήματα ἐν τοῖς ἰδίοις δόγμασιν.

A sententiæ, qua mundum hunc **674** Dei opus esse statuimus, consentaneum, Deum esse malorum etiam auctorem. Verum quomodocunque se habeant mala, eorum auctor sit Deus, vel non, sed ex majoribus præcipuisque rebus consecuta sint, multum fallor, si quod ex iis quæ dicimus, mundum istum a Deo factum esse, consequens esse putat, Deum esse malorum etiam auctorem; idem quoque non sequatur ex iis quæ dicit. Quæret enim aliquis a Celso: « Si hæc ejus opera sunt, quomodo mala faciebat? Quomodo persuadere et hortari non potest? » Est autem vitium disputationis maximum, cum qui adversariorum dogmata quædam reprehendit ut non sana, ipse dogmata tenet, quæ multo magis obnoxia reprehensioni sunt.

Ἴδωμεν οὖν ἡμεῖς διὰ βραχέων τὰ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, τῶν κατὰ τὰς θείας Γραφάς· καὶ τίνα ἡμῖν λεκτέον πρὸς τὸ, « Πῶς μὲν κακὰ ὁ Θεὸς ἐποίει; πῶς δὲ πείθειν καὶ νουθετεῖν ἀδυνατεῖ; » Κυρίως δὴ, κατὰ τὰς θείας Γραφὰς, ἀγαθά εἰσιν αἱ ἀρεταὶ καὶ αἱ κατὰ ταύτας πράξεις· ὥσπερ κυρίως κακὰ τὰ ἐναντία τούτοις. Ἀρκεσθησόμεθα δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος λέξεσι ταῖς ἀπὸ τοῦ τριακοστοῦ τρίτου ψαλμοῦ, τοῦτο παριστάσαις οὕτως· « Οἱ δὲ ἐκζητοῦντες τὸν Κύριον οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ. Δεῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου· φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. » Τὸ γὰρ, « Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθὸν, » οὔτε περὶ τῶν σωματικῶν λέγεται ἀγαθῶν ἢ κακῶν, οὕτως ὀνομαζομένων παρά τισιν, οὔτε περὶ τῶν ἐκτός· ἀλλὰ περὶ τῶν κατὰ ψυχὴν ἀγαθῶν ἢ κακῶν, ἐπείπερ ὁ ἐκκλίνας μὲν ἀπὸ τῶν οὕτω κακῶν (33), ποιήσας δὲ τὰ τοιάδε ἀγαθὰ, ὡς θέλων τὴν ἀληθινὴν ζωὴν, γένοιτ' ἂν ἐν αὐτῇ « ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθὰς, » ὧν ὁ Λόγος τῆς δικαιοσύνης ἐστὶν ἥλιος, φθάσαι ἂν (34) ἐπ' ἐκείνας, ἐξαιρουμένου αὐτὸν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, καὶ ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἡμερῶν, περὶ ὧν εἶπεν ὁ Παῦλος τὸ, « Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσιν. »

B 54. Videamus igitur nos breviter quid Scripturæ divinæ de bonis et malis doceant, et quid nobis respondendum sit ad istud: « Quomodo Deus mala faciebat? quomodo persuadere et hortari non potest? » Ac proprie quidem in Scripturis divinis bona sunt virtutes et actiones ex illis profectæ; mala autem, quidquid illis rebus contrarium est. Satis hoc loco fuerit adducere testimonium psalmi XXXIII, quod rem sic probat: « Inquirentes Dominum non minuentur omni bono. Venite, filii, audite me: timorem Domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos. Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo et fac bonum [99]. » Istud enim, « declina a malo et fac bonum, » nec C de bonis malisve corporeis, ut quidam vocant, dicitur, neque de iis quæ extrinsecus accidunt; sed de bonis et malis animæ: quandoquidem is qui declinaverit ab istis malis feceritque ista bona, idque veræ vitæ desiderio, « dilecturus sit in illa dies videre bonos, » ubi Verbum justitiæ solis loco erit. Ad illos perveniet, Deo illum liberante a præsenti sæculo nequam [1], et a diebus malis, de quibus Paulus loquitur, cum ait: « Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt [2]. »

55. Εὑρεθείη δ' ἂν καταχρηστικώτερον καὶ τὰ σωματικὰ καὶ τὰ ἐκτὸς, τὰ μὲν συμβαλλόμενα εἰς τὸν

55. Videre est tamen ex rebus corporeis et quæ extrinsecus accidunt, alias quæ ad naturalis vitæ

[99] Psal. XXXIII, 10 et seqq. [1] Gal. I, 4. [2] Ephes. V, 16.

(32) *Ἀλλ' ἐκ παρακολουθήσεως*. Sic recte mss. Male autem libb. editi, ἀλλ' οὐκ ἐκ παρακολουθήσεως. Abesse enim debet οὐκ. Vide infra num. 55 hujus libri et num. 68 lib. VII. « Chrysippus (apud A. Gellium, lib. VI, cap. 1) existimat non fuisse hoc principale naturæ consilium, ut faceret homines morbis obnoxios; nunquam enim hoc convenisse naturæ auctori, parentique rerum omnium bonarum. Sed cum multa, inquit, atque magna gigneret, pareretque aptissima et utilissima, alia quoque simul agnata sunt incommoda iis ipsis, quæ faciebat, cohærentia; eaque non per naturam, sed per sequelas quasdam necessarias facta dicit, quod ipse appellat κατὰ παρακολούθησιν. Sicut, inquit, cum corpora hominum natura fingeret, ratio sub- D tilior et utilitas ipsa operis postulavit, ut tenuissimis minutisque ossiculis caput compingeret; sed hanc utilitatem rei majoris alia quædam incommoditas extrinsecus consecuta est: ut fieret caput tenuiter munitum, et ictibus offensionibusque parvis fragile; proinde morbi quoque et ægritudines partæ sunt, dum salus paritur. Sic Hercle, inquit, dum virtus hominibus per consilium naturæ gignitur, vitia ibidem per affinitatem contrariam nata sunt. » SPENCER.

(33) *Ἐπείπερ ὁ ἐκκλίνας μὲν ἀπὸ τῶν οὕτω κακῶν*. Hæc quæ in antea editis omissa erant, restituunt omnes codd. mss.

(34) *Φθάσαι ἄν*. Scribendum videtur, καὶ φθάσαι ἄν, et ita reddidit Gelenius interpres.

conservationem conducunt, bonas; alias, quæ vitæ nocent, malas per abusionem **675** vocari. Hoc enim sensu Job ad uxorem dicit: « Si bona suscepimus de manu Dei, mala non sustinebimus [3]? » Quoniam igitur in divinis Scripturis alicubi invenitur ex persona Dei dictum: « Ego faciens pacem et creans mala [4]; » et alio in loco de eodem: « Descendit malum a Domino in portas Jerusalem, strepitus curruum et equitum [5]; » quæ loca multos Scripturarum turbavere lectores, qui perspicere non poterant earum de bonis et malis sententiam; hinc verisimile est ortam esse Celso hæsitandi causam et interrogandi: « Quomodo Deus mala faciebat? » Forte etiam hæc dixit, quia audivit quempiam, qui memorata hanc in quæstionem verba indoctius fuerit interpretatus. Nos vero dicimus Deum non esse malorum seu vitii vitiosarumque actionum auctorem. Quod si revera esset eorum auctor, quomodo consisteret id, quod de judicio prædicatur, malos pro peccatorum ratione pœnas daturos, eos vero qui virtutem consectati sunt et virtuti consonas actiones fecerunt, beatos fore et a Deo præmia consecuturos? Qui mala fieri a Deo dicere audent, quia non possunt demonstrare consonam sibi esse Scripturam, quæ, licet peccantes damnet et bene agentes approbet, nihilominus pauca quædam dicit quibus imperiti divinarum Litterarum lectores conturbari videntur, sat scio quædam Scripturæ loca ad suam sententiam trahent. Hæc tamen explicare loca, quia multa sunt et eorum interpretatio multum operæ meditationisque postulat, non visum est huic tractationi conveniens. Mala igitur, si quis illa hoc proprio sensu intelligat, Deus non fecit. Sed tamen pauca, si ad hujus universitatis compositionem spectes, ex præcipuis ejus operibus consecuta sunt. Quemadmodum ex præcipuis fabri operibus tortilia segmina scobesque consequuntur; sicut etiam architectis tribui posse videntur sordidi illi fragminum pulverisque acervi, qui prope ædificia sunt.

56. Sin autem de malis corporeis et exterioribus, quæ per abusionem vocantur mala, sermo fiat, concedemus aliquando contigisse ut Deus quædam eorum faceret, idque ut aliquos per illa converteret. Et quid absurdi hæc doctrina habere potest? Sicut enim, quamvis per abusionem mala appellemus pœnas illas, quas patres, magistri, pædagogi infligunt iis quos erudiunt, et medici iis quos sanandi causa urunt vel secant, et dicamus patrem filiis, **676** aut magistros, aut pædagogos, aut medicos mala facere; non tamen accusamus eos qui

[3] Job. II, 10. [4] Isa. XLV, 7. [5] Mich. I, 12.

κατὰ φύσιν βίον νομιζόμενα ἀγαθά, τὰ δ' ἐναντιούμενα τούτῳ, κακά. Οὕτω γὰρ ὁ Ἰὼβ λέγει πρὸς τὴν γυναῖκα τό· « Εἰ γὰρ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; » Ἐπεὶ οὖν εὑρίσκεται ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ὅπου μὲν ἐκ προσώπου Θεοῦ τό, « Ἐγὼ ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά· » ὅπου δὲ πάλιν περὶ αὐτοῦ, ὅτι, « Κατέβη κακὰ παρὰ Κυρίου ἐπὶ πύλας Ἱερουσαλὴμ, ψόφος ἁρμάτων καὶ ἱππευόντων· » ἅπερ ἐτάραξε πολλοὺς τῶν ἐντυγχανόντων τῇ Γραφῇ, μὴ δυναμένους καθορᾷν τὰ κατ' αὐτὴν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν σημαινόμενα· εἰκὸς ἐντεῦθεν ἤτοι τὸν Κέλσον ἐπαποροῦντα εἰρηκέναι· « Πῶς μὲν κακὰ ὁ Θεὸς ἐποίει; » ἢ ἀκούσαντά τινος ἰδιωτικώτερον πρεσβεύοντος περὶ τῶν κατὰ τὸν τόπον τὴν ἐκκειμένην λέξιν ἐκτιθέναι (35). Ἡμεῖς δὲ φαμεν, ὅτι κακὰ μὲν, ἢ τὴν κακίαν καὶ τὰς ἀπ' αὐτῆς πράξεις, ὁ Θεὸς οὐκ ἐποίησε. Πῶς γὰρ οἷόν τ' ἦν τὸ περὶ κρίσεως κήρυγμα παῤῥησίαν ἔχειν, διδάσκον κολάζεσθαι μὲν ἐπὶ ταῖς κατὰ κακίαν πράξεσι κατ' ἀναλογίαν τῶν ἡμαρτημένων τοὺς φαύλους· μακαρίους δ' εἶναι, καὶ τεύξεσθαι τῶν ἀπὸ Θεοῦ γερῶν, τοὺς κατ' ἀρετὴν βιώσαντας, ἢ τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις ποιήσαντας· εἰ τὰ ὄντως κακὰ πεποίηκεν (36) ὁ Θεός; Εὖ οἶδα, ὅτι ῥητά τινα παραλήψονται τῆς Γραφῆς οἱ καὶ ταῦτα βουλόμενοι τολμᾷν φάσκειν ἀπὸ Θεοῦ γεγονέναι· μὴ δυνάμενοι ἓν ὕφος ἀποδεῖξαι τῆς Γραφῆς αἰτιωμένης μὲν τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀποδεχομένης δὲ τοὺς εὖ πράττοντας, καὶ οὐδὲν ἧττον κἀκεῖνα λεγούσης, ἅτινα περισπᾷν δοκεῖ ὀλίγα ὄντα τοὺς ἀμαθῶς τὰ θεῖα γράμματα ἀναγιγνώσκοντας. Ἐκτίθεσθαι δὲ νῦν τὰς περισπώσας λέξεις, πολλὰς τυγχανούσας, καὶ τὰς ἑρμηνείας αὐτῶν πολλῆς κατασκευῆς δεομένας, οὐχ ἡγησάμην εἶναι ἁρμόζον τῇ προκειμένῃ συντάξει. Κακὰ τοίνυν, εἰ μὲν τὰ κυρίως οὕτως ὀνομαζόμενα ἐξακούοι τις, ὁ Θεὸς οὐ πεποίηκεν· ἀλλὰ τοῖς προηγουμένοις αὐτοῦ ἔργοις ὀλίγα, ὡς πρὸς τὴν τῶν ὅλων διάταξιν τυγχάνοντα, ἐπηκολούθησεν· ὥσπερ ἐπακολουθεῖ τοῖς προηγουμένοις τοῦ τέκτονος ἔργοις τὰ ἑλικοειδῆ ξέσματα καὶ πρίσματα, καὶ τοῖς οἰκοδόμοις ποιεῖν δοκεῖν τὰ παρακείμενα ταῖς οἰκοδομαῖς ὡσπερεὶ κόπρια ἀποπίπτοντα τῶν λίθων καὶ τῆς κονίας.

Εἰ δὲ τὰ καταχρηστικῶς οὕτως ὀνομαζόμενα, λεγόμενα σωματικὰ κακὰ καὶ ἐκτὸς, τίς φησι· δεδόσθω (37) ἔσθ' ὅτε τούτων τινὰ πεποιηκέναι τὸν Θεὸν, ἵνα διὰ τούτων ἐπιστρέψῃ τινάς. Καὶ τί ἄτοπον ὁ λόγος ἔχειν δύναται; ὥσπερ γὰρ, εἰ καταχρηστικῶς ἀκουόντων ἡμῶν κακὰ τοὺς προσαγομένους πόνους τοῖς παιδευομένοις ὑπὸ πατέρων, καὶ διδασκάλων, καὶ παιδαγωγῶν, ἢ ὑπὸ ἰατρῶν τοῖς θεραπείας ἕνεκεν τεμνομένοις ἢ καυτηριαζομένοις λέγομεν τὸν πατέρα κακοποιεῖν τοῖς υἱοῖς, ἢ τοὺς παιδαγωγοὺς, ἢ τοὺς διδασκάλους, ἢ τοὺς ἰατρούς· οὐδὲν ἂν κατηγοροῖντο οἱ τύπτοντες ἢ

(35) *Ἐκτιθέναι*. Libb. editi in margine, τεθεικέναι, sicque Anglicanus codex secundus. Mox mss., κακὰ μὲν, ἢ τὴν κακίαν. In antea editis omittitur ἢ.

(36) Spencerus in textu, τὰ ὄντως κακὰ πεποιήκει, sed mss., τὰ οὕτω κακὰ πεποιήκει.

(37) Hœschelius in textu, διδόσθω, sicque codex Anglicanus 1.

A οἱ τέμνοντες· οὕτως εἰ ὁ Θεὸς λέγεται τὰ τοιάδε ἐπάγειν ἐπιστροφῆς καὶ θεραπείας ἕνεκεν τῶν δεομένων τοιούτων πόνων, οὐδὲν ἂν ἄτοπον ὁ λόγος ἔχοι· οὔτ' ἂν « καταβαίνῃ κακὰ παρὰ Κυρίου ἐπὶ πύλας Ἱερουσαλὴμ, » τὴν ὑπόστασιν ἔχοντα ἐν τοῖς ἀπὸ τῶν πολεμίων πόνοις, προσαγομένοις αὐτοῖς εἰς ἐπιστροφήν· οὔτ' ἂν « ἐπισκέπτηται ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας » τῶν ἐγκαταλιπόντων τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, « καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· » οὔτ' ἂν λέγῃ τὸ, « Ἔχεις ἄνθρακας πυρὸς, κάθισαι ἐπ' αὐτούς· οὗτοι ἔσονταί σοι βοήθεια. » Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ τὸ, « Ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακὰ, διηγούμεθα· » κτίζει γὰρ τὰ σωματικὰ ἢ τὰ ἐκτὸς κακὰ, καθαίρων καὶ παιδεύων τοὺς μὴ βουληθέντας παιδευθῆναι λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ ὑγιεῖ. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τὸ, « Πῶς μὲν ὁ Θεὸς κακὰ ἐποίει; »

B Εἰς δὲ τὸ, « Πῶς πείθειν καὶ νουθετεῖν ἀδυνατεῖ; » προείρηται μὲν, ὅτι πᾶσιν ἂν, εἴπερ ἔγκλημά ἐστι τὸ τοιοῦτον, προσάγοιτο ἡ τοῦ Κέλσου λέξις τοῖς ἀποδεχομένοις Πρόνοιαν· ἀπολογήσαιτο δ' ἄν τις, ὅτι *νουθετεῖν* μὲν οὐκ ἀδυνατεῖ ὁ Θεός· νουθετεῖ γὰρ διὰ πάσης γραφῆς, καὶ διὰ τῶν χάριτι διδασκόντων Θεοῦ τοὺς ἀκούοντας. Εἰ μὴ ἄρα ἴδιόν τι σημαινόμενον ἐξακούοιτο εἰς τὸ *νουθετεῖν* (38), τὸ καὶ ἐπιτυγχάνειν ἐν τῷ νουθετουμένῳ, καὶ ἀκούειν τὸν τοῦ διδάσκοντος λόγον· ὅπερ ἐστὶ παρὰ τὴν ἔννοιαν τοῦ τετριμμένου ἐν τῇ συνηθείᾳ σημαινομένου. Εἰς δὲ τὸ, « Πῶς πείθειν ἀδυνατεῖ; » καὶ αὐτὸ προαχθὲν ἂν πᾶσι τοῖς Πρόνοιαν παραδεχομένοις, ταῦτα λεκτέον. Ἐπειδὴ τὸ *πείθεσθαι* (39) ὡσπερεὶ τῶν καλουμένων ἀντιπεπονθότων ἐστὶν, ἀνάλογον τῷ *κείρεσθαι* ἄνθρωπον, ἐνεργοῦντα τὸ παρέχειν ἑαυτὸν τῷ κείροντι· διὰ τοῦτο οὐ
C μόνης δεῖται τῆς τοῦ πείθοντος ἐνεργείας, ἀλλὰ καὶ τῆς, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, ὑποπτώσεως πρὸς τὸν πείθοντα, ἢ παραδοχῆς τῶν λεγομένων ὑπὸ τοῦ πείθοντος. Διὰ τοῦτο οὐ παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν πείθειν λεκτέον τοὺς μὴ πειθομένους μὴ πείθεσθαι, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἐκείνους μὴ δέχεσθαι τοὺς πιστικοὺς (40) λόγους τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων λέγων τις, ὀνομαζομένων πειθοῦς δημιουργῶν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι (41)· δυνατὸν γὰρ καὶ τὸν ἄκρως κατειληφότα τὰ τῆς ῥητορικῆς θεωρήματα, καὶ δεόντως αὐτοῖς χρώμενον, πάντα μὲν ποιεῖν πρὸς τὸ πείθειν, μὴ τυγχάνοντα δὲ τῆς προαιρέσεως τοῦ ὀφείλοντος πείθεσθαι δοκεῖν μὴ πείθειν. Ὅτι δὲ, κἂν
D τὸ πιστικοὺς (42) λέγεσθαι λόγους ἀπὸ Θεοῦ ἔρχηται, τό γε πείθεσθαι οὐκ ἔστιν ἀπὸ Θεοῦ· σαφῶς ὁ Παῦλος διδάσκει, λέγων· « Ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς (43). » Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, « Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φά-

A verberant vel secant : sic nihil absurdi est dicere mala quædam a Deo induci ad convertendos et sanandos qui hujusmodi molestiis opus habent. Non absurdum etiam « mala a Domino descendere in portas Jerusalem [6], » quæ mala posita erant in molestiis quas hostes pariebant, et quæ conversionis causa infligebantur; « visitari in virga iniquitates » legem Dei relinquentium, « et in verberibus peccata eorum [7]; » et istud dici : « Habes carbones ignis, sede super eos, ipsi tibi erunt auxilio [8]. » In eamdem sententiam istud exponimus : « Ego faciens pacem et creans mala [9]; » creat enim corporea et exteriora mala, iisque purgat et erudit, qui verbo et doctrina sana erudiri nolunt. Atque hæc in istud « Quomodo Deus mala faciebat? »

B 57. Nunc ad illud : « Quomodo persuadere et hortari non potest? » Jam dixi, id quod Celsus hic objicit, si propterea in jus vocari possumus, objiciendum esse omnibus Providentiam admittentibus. Responderit etiam aliquis Deum *hortari* posse, quandoquidem per totam Scripturam hortatur, et per eos qui Dei gratia docent audientes. Nisi forte propria quædam isti verbo *hortari* significatio tribuatur, quasi idem exprimeret ac penetrare in animum ejus ad quem hortatio fit, et efficere ut sermonem docentis intelligat; id quod ab usitata significatione recedit. In istud vero : « Quomodo persuadere non potest? » quod et ipsum Providentiam admittentibus objici potest, dicendum, quia
C hoc verbum *persuaderi* ex verborum numero est quæ duplicem actionem indicant; cujusmodi est *tonderi*, quod significat et actionem tondentis, et actionem ejus qui se præbet tondendum : propterea non solum opus esse persuadentis actione, sed etiam ut qui persuadetur, se, ut ita loquar, persuadenti submittat, aut recipiat quæ a persuadente dicuntur. Quamobrem si qui non persuadentur, non idcirco dicendum id inde oriri, quod Deus persuadere non possit, sed quod illi Dei sermones ad faciendam fidem aptos non admittant. Idem qui diceret de illis hominibus quos persuadendi artifices vocamus, non falleretur. Fieri enim potest ut aliquis apprime rhetoricæ præcepta callens iisque ut par est utens omnia ad persuadendum faciat, nec tamen
D videatur persuadere, propterea quod vincere non potest ejus voluntatem qui persuaderi debet. Et sane quod res dicantur ad persuadendum idoneæ, id a Deo proficiscitur, persuasionis autem non Deus est auctor : idque perspicue docet Pau-

[6] Mich. I, 12. [7] Psal. LXXXVIII, 32. [8] Isa. XLVII, 14, 15. [9] Isa. XLV, 7.

(38) Libb. antea editi in margine habent, ἴδιόν τις σημαινόμενον ἐξακούεί τὸ νουθετεῖν.

(39) Ἐπειδὴ τὸ πείθεσθαι, etc. Locus hic integer esse non videtur Guieto qui dubitat an ita sit corrigendus : Ἐπειδὴ τὸ πείθεσθαι, ὡσπερεὶ τῶν καλουμένων ἀντιπεπονθότων ὂν, ἀνάλογον τῷ κείρεσθαι, ἤγουν τῷ παρέχειν ἑαυτὸν τῷ κείροντι. Itaque τὰ, ἄνθρωπον, et ἐνεργοῦντα, mera suspicatur esse glossemata. Qua vero de causa sic opinetur, ignorare me fateor, nec videre cur ejusmodi correctione indigeat præsens locus, in quo nihil etiam vitii agnovit Boherellus.

(40) *Πιστικούς*. Guietus scribit, πειστικούς.

(41) Mss., ἁμάρτοι. Hœsch. et Spencerus, ἁμάρτει.

(42) *Πιστικους*. Legit Guietus, πειστικούς.

(43) Mss., ὑμᾶς. Hœschelius et Spencerus, ἡμᾶς.

lus, cum ait : « Persuasio non est ex eo qui A 677 vocat vos.[10] » Ejusmodi est etiam istud : « Si volueritis et audieritis me, bona terræ comedetis; quod si nolueritis, neque audieritis me, gladius devorabit vos[11]. » Ut enim aliquis velit quæ dicit hortator, et illis obsecutus dignum se præbeat qui Dei promissa consequatur, opus est ut voluntas audientis acquiescat et dictis assentiatur. Quapropter in Deuteronomio luculente mihi dictum esse videtur : « Et nunc, Israel, quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules in omnibus viis ejus, et diligas eum, et custodias mandata ejus[12]? »

γεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. » Ἵνα γάρ τις θέλῃ ἅπερ λέγει ὁ νουθετῶν, καὶ εἰσακούσας αὐτῶν ἄξιος γένηται τῶν τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελιῶν, τῆς προαιρέσεως τοῦ ἀκούοντος δεῖ, καὶ τῆς πρὸς τὰ λεγόμενα ἐπινεύσεως. Διόπερ ἐν Δευτερονομίῳ ἐμφαντικῶς εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ τὸ, « Καὶ νῦν, Ἰσραὴλ, τί Κύριος ὁ Θεός σου αἰτεῖ (44) παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ φοβεῖσθαι Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ ἀγαπᾷν αὐτὸν, καὶ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ; »

58. Deinde refellendum venit istud : « Cur eum pœnitet ingratos creasse et improbos, de sua arte conqueritur, et odio habet, intendit minas, et pro- B prios filios pessumdat? » Sic lacessit calumniis et prave detorquet quæ in Genesi narrantur in hunc modum : « Videns autem Deus completas esse iniquitates hominum in terra, et omnes in corde cogitare de malis totos dies, recogitavit Deus quid hominem fecisset in terra, et versavit in corde suo et dixit Deus : Delebo hominem quem feci a facie terræ, ab homine ad animantia, a reptili usque ad volucres cœli, recogitavi enim quod eos fecerim[13]. » Quæ scripta non sunt profert, quasi iis quæ scripta sunt indicentur; nulla enim in istis de pœnitentia Dei mentio est, nec de sua arte queri, nec eam odio habere legitur. Quod autem Deus minitari diluvium et illo proprios filios videtur exstinguere, dicen- C dum, cum immortalis hominum anima sit, minas illas eo consilio intendi, ut qui audiunt convertantur; internecionem autem hominum per diluvium esse terræ purgationem; id quod doctissimi Græcorum philosophi docent his verbis : « Quando dii terram purgaverint. » Cæterum de locis, ubi Deo tribuuntur humani affectus, non pauca nobis jam dicta sunt in superioribus.

Εἶθ' ἑξῆς ἐστιν ἀπαντῆσαι πρὸς τὸ, « Πῶς δ' ἐπ' αὐτοῖς ἀχαρίστοις καὶ πονηροῖς γενομένοις μεταμέλει, καὶ τὴν ἑαυτοῦ τέχνην μέμφεται, καὶ μισεῖ, καὶ ἀπειλεῖ, καὶ φθείρει τὰ ἴδια ἔκγονα; » Συκοφαντεῖ δ' ἐν τούτοις καὶ καταψεύδεται τῶν ἐν τῇ Γενέσει γεγραμμένων τὸν τρόπον τοῦτον· Ἰδὼν δὲ Κύριος ὁ Θεὸς, ὅτι ἐπληθύνθησαν αἱ κακίαι τῶν ἐπὶ τῆς (45) γῆς, καὶ πᾶς τις διανοεῖται ἐν τῇ καρδίᾳ ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ πάσας τὰς ἡμέρας, ἐνεθυμήθη ὁ Θεὸς, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ διενοήθη ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐποίησα, ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, καὶ ἀπὸ ἑρπετῶν ἕως τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ· ὅτι ἐνεθυμήθην (46), ὅτι ἐποίησα αὐτούς· » τὰ μὴ γεγραμμένα ἐκτιθέμενος, ὡς δηλούμενα ἀπὸ τῶν γεγραμμένων. Μεταμέλεια γὰρ ἐν τούτοις οὐκ ὠνομάσθη Θεοῦ, οὐδ' ὅτι τὴν ἑαυτοῦ τέχνην μέμφεται καὶ μισεῖ. Εἰ δὲ δοκεῖ ὁ Θεὸς ἀπειλεῖν τὰ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ φθείρειν ἐν αὐτῷ τὰ ἴδια ἔκγονα· λεκτέον, ὅτι, ἀθανάτου τῆς ψυχῆς τῶν ἀνθρώπων τυγχανούσης, ἡ μὲν νομιζομένη ἀπειλὴ ἐπιστρέφειν βούλεται τοὺς ἀκούοντας· ἡ δ' ἐν τῷ κατακλυσμῷ διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων καθάρσιόν ἐστι τῆς γῆς, ὡς καὶ Ἑλλήνων οἱ μὴ εὐκαταφρονήτως φιλοσοφήσαντες εἰρήκασιν ἐν τῷ· « Ὅταν δ' οἱ θεοὶ τὴν γῆν καθαίρωσι (47). » Περὶ δὲ τῶν ὡσπερεὶ ἀνθρωποπαθῶν λέξεων, ἀναφερομένων ἐπὶ τὸν Θεὸν, οὐκ ὀλίγα ἡμῖν καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω λέλεκται.

59. Postea Celsus aut suspicans aut intelligens quid illi responderi possit de iis qui diluvio exstincti sunt, ait : « Aut si non proprios filios pessumdat, quo tandem ablegat ex hoc mundo quem ipse fecit? » Ad quod nos dicimus eos qui diluvio perie- D runt, non removeri omnino a toto hoc mundo qui e cœlo et terra constat, sed ab illa vita quæ in carne vivitur; et solutis corporibus eos tolli e terra, quam Scriptura multis in locis mundum 678 vocare solet. Sed maxime in Evangelio secundum Joannem invenire est locum hunc terrenum mundum appellari; sicut cum dicitur : « Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc

Ὑπειδόμενος δ' ἑξῆς ὁ Κέλσος, τάχα δὲ καὶ αὐτὸς συνιδὼν, ὅτι δύναται λεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀπολογουμένων περὶ τῶν ἐν τῷ κατακλυσμῷ διαφθαρέντων, φησίν· « Εἰ δὲ μὴ διαφθείρει τὰ ἴδια ἔκγονα, ποῖ ποτε αὐτὰ ὑπεξάγει τοῦ κόσμου τοῦδε, ὃν ἐποίησεν αὐτός; » Καὶ πρὸς τοῦτο δὲ λέγομεν, ὅτι τοῦ μὲν παντὸς κόσμου, συνεστῶτος ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, οὐ πάντως ὑπεξάγει τοὺς τὸν κατακλυσμὸν πεπονθότας· ἀπαλλάττει δ' αὐτοὺς τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς, καὶ ἀπολύσας τῶν σωμάτων ἀπολύει ἅμα καὶ τοῦ ἐπὶ γῆς τυγχάνειν, ἣν πολλαχοῦ τῶν Γραφῶν ἔθος ὀνομάζεσθαι κόσμον. Μάλιστα δ' ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην (48) Εὐαγγελίῳ πολλάκις ἐστὶν εὑρεῖν κόσμον τὸν περίγειον

[10] Gal. v, 8. [11] Isa. i, 19, 20. [12] Deut. x, 12, 13. [13] Gen. vi, 5, 6, 7.

(44) Vulgati Deuteron. libb., αἰτεῖται.

(45) Articulus τῆς deest in antea editis, sed reperitur in mss.

(46) Ἐνεθυμήθην. Hœschelius in textu habet, ἐθυμώθην. Cæterum ἐνεθυμήθην, contra Origenem, μετεμελήθην exponit Chrysostomus.

(47) Ὅταν δ' οἱ θεοὶ τὴν γῆν καθαίρωσι. Plato in *Timæo*, pag. 22.

(48) Codd. Regius et Basileensis κατὰ Ἰωάννην. Hœschelius et Spencerus, κατὰ Ἰωάννου, male.

ὀνομαζόμενον τόπον· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ· « Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· » καὶ « Ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἕξετε (49), ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. » Εἰ μὲν οὖν ἀκούει τις τοῦ, ὑπεξάγει τοῦ κόσμου τοῦδε τοῦ περιγείου τόπου, οὐδὲν ἄτοπον ἀπαντᾷ τῷ λόγῳ· εἰ δὲ κόσμον τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς σύστημα ὀνομάζει τις, οὐ πάντως οἱ τὸν κατακλυσμὸν παθόντες ὑπεξάγονται ἀπὸ τοῦ οὕτως (50) ὀνομαζομένου κόσμου. Καίτοιγε εἴποι ἄν τις, νοήσας τὸ, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· » καὶ τὸ, « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· » ὅτι πρὸς τοῖς (51) ἀοράτοις, καὶ ἁπαξαπλῶς ὀνομαζομένοις μὴ βλεπομένοις τυγχάνων, ὑπεξῆλθε τὸν κόσμον, τοῦ Λόγου αὐτὸν ὑπεξάγοντος ἐντεῦθεν, καὶ ἐπὶ τὸν ὑπερουράνιον (52) ἐπὶ τῇ θέᾳ τῶν καλῶν μετατιθέντος τόπον.

Μετὰ δὲ τὴν ἐξετασθεῖσαν λέξιν, ὡσπερεὶ σκοπὸν ἔχων τὸ ὅπως ποτὲ πολλῶν λόγων πληρῶσαι τὸ βιβλίον, ἄλλαις λέξεσι τὰ παραπλήσιά φησι τοῖς ὀλίγῳ ἀνωτέρω ἐξετασθεῖσιν, ἐν οἷς ἔλεγε· « Μακρῷ δ' εὐηθέστερον τὸ, καὶ ἡμέρας τινὰς ἐπιδιανεῖμαι τῇ κοσμογονίᾳ, πρὶν εἶναι ἡμέρας· οὐρανοῦ γὰρ οὔπω γεγονότος, οὐδὲ γῆς πω ἐρηρεισμένης, οὐδ' ἡλίου που τῇδε (53) φερομένου, πῶς ἡμέραι ἦσαν; » Τί γὰρ διαφέρει ταῦτα τοῦ, « Ἔτι δ' ἄνωθεν λαβόντες ἐπισκεψώμεθα, πῶς οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη Θεὸς ὁ πρῶτος καὶ ὁ μέγιστος, κελεύων, γενέσθω τόδε, καὶ ἕτερον τόδε, ἢ τόδε· καὶ μιᾷ μὲν ἡμέρᾳ τοσόνδε τεκταινόμενος, τῇ δευτέρᾳ δ' αὖθις τοσῷδε πλέον, καὶ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ, καὶ πέμπτῃ καὶ ἕκτῃ. » Δυνάμει δ' εἴπομεν (54) καὶ εἰς τὸ, « Κελεύων, γενέσθω τόδε, καὶ ἕτερόν τόδε, ἢ τόδε· » ὅτε παρετιθέμεθα τὸ, « Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν » λέγοντες τὸν μὲν προσεχῶς δημιουργὸν (55) εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ ὡσπερεὶ αὐτουργὸν τοῦ κόσμου· τὸν δὲ Πατέρα τοῦ Λόγου, τῷ προστεταχέναι τῷ Υἱῷ ἑαυτοῦ Λόγῳ ποιῆσαι τὸν κόσμον, εἶναι πρώτως δημιουργόν. Περὶ δὲ τοῦ μιᾷ μὲν ἡμέρᾳ γεγονέναι τὸ φῶς, δευτέρᾳ δὲ τὸ στερέωμα, τρίτῃ δὲ συνῆχθαι τὰ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ ὕδατα εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ οὕτω βεβλαστηκέναι τὴν γῆν τὰ ὑπὸ μόνης φύσεως διοικούμενα, καὶ τετάρτῃ τοὺς φωστῆρας καὶ ἀστέρας, καὶ πέμπτῃ τὰ νηκτὰ, καὶ ἕκτῃ τὰ χερσαῖα, καὶ τὸν ἄνθρωπον· κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἐν τοῖς *Πραγματευθεῖσιν εἰς τὴν Γένεσιν* εἰρήκαμεν· καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω δὲ, ἐγκαλοῦντες τοῖς κατὰ τὴν προχειροτέραν ἐκδοχὴν φήσασι χρόνους (56) ἓξ ἡμερῶν διεληλυθέναι εἰς τὴν κοσμοποιίαν, παρετιθέμεθα τὸ, « Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο· ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

[14] Joan. I, 9. [15] Joan. XVI, 33. [16] II Cor. IV, 18.

A mundum [14]; » et : « In mundo pressuram habebitis; sed confidite, ego vici mundum [15]. » Si igitur mundi nomine regio hæc terrena intelligatur, absurdum non est illos ex hoc mundo eductos fuisse; si autem mundi voce significatam velis cœli terræque compagem, non omnino ablegantur ex hoc mundo illi qui diluvium passi sunt. Quanquam si consideretur istud : « Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur [16]; » et hoc : « Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur [17]; » dici potest eum, qui ad invisibilia, et ad ea quæ non videntur, ut Scriptura generatim vocat, adjungit animum, ex hoc mundo egressum esse, Verbo hinc illum educente et transferente in illum supra cœlos locum, ubi rerum B pulcherrimarum contemplatione fruatur.

60. Post examinatum hunc locum, quasi id sibi propositum esset qualibuscunque rebus volumen implere, aliis verbis fere eadem dicit ac ea quæ paulo superius expendimus. Sic enim : « Istud vero longe magis ridiculum, distribui mundi creationem in plurimos dies, antequam dies essent. Namque cœlo nondum creato, terra nondum firmata, sole nondum circumacto, qui dies erant? » Hæc enim quid discrepant ab istis? « Re altius repetita, consideremus annon absurdus ille sit primus et maximus Deus, qui imperando dicit : Fiat hoc et illud et aliud, et tamen prima die unam rem aliquam fecit, C secunda aliquid amplius, et sic tertia, quarta, quinta, sexta in fabricando procedit. » Jam pro viribus refellimus istud : « Imperando dicit : Fiat hoc et illud et aliud; » cum videlicet exposuimus ista : « Ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt [18]. » Diximus scilicet proximum conditorem esse Verbum Dei Filium, illum fuisse mundi quasi ipsummet opificem; Verbi vero Patrem esse primarium conditorem, eo quod Verbo suo Filio mandavit ut mundum faceret. Quod autem prima die lucem, secunda firmamentum creaverit, tertia aquæ quæ sub cœlo erant in suis fuerint collectæ receptaculis, atque ita terra solius naturæ administratione suos fructus protulerit; quod quarta creata fuerint luminaria et stellæ, quinta vero natatilia, sexta D demum terrestria et homo, hæc omnia, prout facultas tulit, in nostris *in Genesim commentariis* explicavimus. Quin et supra contra eos qui obvio sensu Scripturam interpretantes asserunt sex dies ad creationem mundi insumptos **679** fuisse, adduximus hunc locum : « Iste est liber generationis cœli et terræ quando creata sunt, in die quo fecit Deus cœlum et terram [19]. »

[17] Rom. I, 20. [18] Psal. XXXII, 9. [19] Gen. II, 4.

(49) Iidem mss., ἕξετε. Hœsch. et Spencer., ἔχετε.

(50) *Οὕτως*. Guieto scribendum videtur, ὄντως.

(51) *Ὅτι πρὸς τοῖς*. Boherellus legit, ὅτι ὁ πρὸς τοῖς.

(52) Hœschelius in textu, ἐπὶ τὸν ὑπὲρ τὸν οὐρανίον.

(53) Libb. editi in margine, πω τῇδε.

(54) *Δυνάμει δ' εἴπομεν*. Locus ad quem remittit, habetur lib. III *contra Celsum*, num. 9

(55) *Τὸν μὲν προσεχῶς δημιουργόν*, etc. Vide *Origenianorum* lib. II, quæst. 2, num. 15.

(56) *Χρόνους*. Mallet Guietus, χρόνον.

61. Deinde cum hæc non intellexisset : « Et complevit Deus in die sexto opera sua quæ fecit, et cessavit in die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecit, et benedixit Deus diei septimo, et sanctificavit illum, quia in ipso cessaverat ab omnibus operibus suis, quæ cœperat Deus facere [20] ; » cumque idem esse existimaret, « cessavit die septimo, » et, « requievit die septimo, » ait : « His factis factus est similis inerti improboque opifici et defesso atque feriis opus habenti ut quiescat. » Ignoravit enim quis creationi operaturæ quandiu mundus constiterit, successurus sit Sabbati et cessationis Dei dies, quem cum Deo festum agent quicunque, postquam sua opera sex diebus perfecerint nihilque munerum suorum prætermiserint, sublati erunt ad contemplationem cœtumque justorum ac beatorum. Postea quasi Scripturæ dicerent aut nos ipsi diceremus Deum defessum requievisse : « Fas non est, inquit, primum Deum fatigari, manibus laborem exercere, aut imperare. » Ait ergo Celsus fas non esse primum Deum fatigari ; nos autem dicimus ne Deum quidem Verbum fatigari, neque ullum eorum, qui ad meliorem nunc et diviniorem ordinem pertinent. Nam fatigatio in eos cadit qui in corpore sunt. Ipse vero quæsieris an in eos qui qualecunque corpus habent, an in eos qui terrenum quod paulo sit isto præstantius. Neque fas etiam primum Deum manibus laborem exercere. Imo si has voces proprie acceperis, neque secundum Deum, neque aliud quidpiam ex divinioribus fas est manibus operari. Sed fac eas voces per abusionem aut figurate usurpari, ut explicemus istud : « Opera manuum ejus annuntiat firmamentum [21] ; » et hoc : « Manus ejus constituerunt cœlum [22] ; » et siquid his dictum est simile, ubi allegorice manus et membra Dei interpretamur, quid absurdum est Deum hoc sensu manibus operari ? Jam vero sicut non absurdum est Deum operari manibus, ita neque jubere. Hoc ipso enim præclara et laude digna sunt quæ facit is qui facere jussus est, quia Deus est qui fieri jussit.

62. Rursum Celsus fortasse male istud acceperat : « Os Domini locutum est hæc [23] ; » forte etiam loca ejusmodi fuerant illi ab imperitis perperam explicata, et non intelligens Dei virtutes exprimi nominibus membrorum corporis, dixit : « Neque os ei est, neque vox. » Certe Deo vox non est, si **680** vox est aer percussus, aut succussus aeris, aut aeris species, aut quidquid eam esse definiunt harum rerum periti ; sed quæ Dei vox dicitur, ea hujusmodi est, ut eam a populo videri testificetur hic locus : « Omnis populus vidit vocem Dei [24] ; » voce

A Εἶτα πάλιν μὴ κατακούσας τοῦ· « Καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἃ ἐποίησε, καὶ κατέπαυσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε, καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτὴν, ὅτι ἐν αὐτῇ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι· » καὶ οἰηθεὶς ταὐτὸν εἶναι τὸ, *κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ*, καὶ τὸ, *ἀνεπαύσατο τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ*, φησί· « Μετὰ τοῦτο μὴν ὥσπερ τις ἀτεχνῶς πονηρὸς χειροτέχνης ἐκκαμὼν, καὶ πρὸς ἀνάπαυσιν ἀργίας (57) δεηθείς. « Οὐδὲ γὰρ οἶδε, τίς ἧ, μετὰ τὴν ὅσον ὁ κόσμος συνέστηκεν (58) ἐνεργουμένην κοσμοποιίαν, ἡ τοῦ Σαββάτου καὶ τῆς καταπαύσεως τοῦ Θεοῦ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἑορτάσουσιν ἅμα τῷ Θεῷ οἱ πάντα τὰ ἔργα ἑαυτῶν ταῖς B ἓξ ἡμέραις πεποιηκότες, καὶ διὰ τὸ μηδὲν παραλελοιπέναι τῶν ἐπιβαλλόντων, ἀναβαίνοντες ἐπὶ τὴν θεωρίαν καὶ τὴν ἐν αὐτῇ τῶν δικαίων καὶ μακαρίων πανήγυριν. Εἶτα, ὡς ἤτοι τῶν Γραφῶν οὕτω λεγουσῶν, ἢ καὶ ἡμῶν αὐτῶν οὕτω διηγουμένων περὶ Θεοῦ, ὅτι καμὼν ἀνεπαύσατο, φησὶν, ὅτι, « Οὐ θέμις τὸν πρῶτον Θεὸν κάμνειν, οὔτε χειρουργεῖν, οὔτε κελεύειν. » Ὁ μὲν οὖν Κέλσος φησὶν, ὅτι οὐ θέμις (59) τὸν πρῶτον Θεὸν κάμνειν· ἡμεῖς δὲ εἴποιμεν ἂν, ὅτι οὐδ' ὁ Θεὸς Λόγος κάμνει, οὐδ' ὅσοι τῆς κρείττονος ἤδη καὶ θειοτέρας τάξεως ἔχονται· τὸ γὰρ κάμνειν ἐστὶ τῶν ἐν σώματι. Ζητήσεις δὲ, πότερον ἢ τῶν ἐν οἱῳποτοῦν σώματι, ἢ τῶν ἐν τῷ γηΐνῳ, καὶ ὀλίγον τούτου βελτίονι. Ἀλλ' οὐδὲ θέμις τὸν πρῶτον C Θεὸν χειρουργεῖν· ἐὰν δὲ κυρίως ἀκούσῃς τοῦ χειρουργεῖν, οὐδὲ τὸν δεύτερον, οὐδ' ἄλλο τι τῶν θειοτέρων. Ἀλλ' ἔστω καταχρηστικῶς λέγεσθαι τὸ χειρουργεῖν, ἢ τροπικῶς, ἵνα διηγησώμεθα καὶ τὸ, « Ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· » καὶ, « Αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔστησαν τὸν οὐρανόν· καὶ εἴ τι τούτοις εἴρηται παραπλησίως, τροπολογούντων ἡμῶν χεῖρας καὶ μέλη τοῦ Θεοῦ· τί οὖν ἄτοπον οὕτω χειρουργεῖν Θεόν; Ὡς οὐκ ἄτοπον δὲ οὕτω χειρουργεῖν Θεὸν, οὕτως οὐδὲ τὸ κελεύειν αὐτὸν, ἵνα καλὰ καὶ ἐπαινετὰ ᾖ τὰ ὑπὸ τοῦ κελευομένου ἐπιτελούμενα, τῷ Θεὸν εἶναι τὸν κεκελευκότα περὶ αὐτῶν.

Πάλιν τε αὖ ὁ Κέλσος τάχα μὲν παρακούσας τοῦ, « Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα, » τάχα δὲ D καὶ τῶν ἰδιωτῶν προπετευσαμένων περὶ τῆς τῶν τοιούτων διηγήσεως, μὴ νοήσας δὲ ἐπὶ τίνων τάσσεται τὰ ὀνόμασι (60) σωματικῶν μελῶν ἐπὶ τῶν δυνάμεων τοῦ Θεοῦ λεγόμενα, φησίν· « Οὐδὲ στόμα αὐτῷ ἐστιν, οὐδὲ φωνή. » Ἀληθῶς γὰρ οὐκ ἔσται τῷ Θεῷ φωνὴ, εἴπερ ἐστὶν ἡ φωνὴ ἀὴρ πεπληγμένος, ἢ πληγὴ ἀέρος, ἢ εἶδος ἀέρος, ἢ ὅ τι δήποτε ὁρίζονται εἶναι τὴν φωνὴν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί· ἀλλ' ἡ λεγομένη φωνὴ Θεοῦ, ὡς Θεοῦ φωνὴ ὁρᾶσθαι λέγεται

[20] Gen. II, 2, 3. [21] Psal. XVIII, 1. [22] Psal. CI, 26. [23] Isa. I, 20. [24] Exod. XX, 18.

(57) Ἀργίας. Hœschelius in textu, ἀργοῦ.

(58) *Μετὰ τὴν ὅσον ὁ κόσμος συνέστηκεν.* Sunt qui putent scribendum μετὰ τὴν δι' ἧς ὁ κόσμος συνέστηκεν. Ego nihil muto.

(59) Mss. Reg., Basileens., Vatican. et Anglican. secundus, ὅτι οὐ θέμις. Hœschelius et Spencerus, ὅτι οὐ δεῖ.

(60) Guieto scribendum videtur, τὰ ὀνόματα, sed vulgata lectio ferri potest.

ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἐν τῷ, « Πᾶς ὁ λαὸς ἑώρα τὴν φωνὴν τοῦ Θεοῦ· » τοῦ *ὁρᾶσθαι* λαμβανομένου, ἵνα κατὰ τὴν συνήθειαν ὀνομάσω τῆς Γραφῆς, *πνευματικῶς*. Ἀλλ' « οὐδ' ἄλλο φησὶν εἶναι τῷ Θεῷ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν· » Τίνων δ' ἡμεῖς ἴσμεν, οὐ σαφηνίζει. Εἰ μὲν γὰρ μελῶν, σύμφαμεν αὐτῷ, προσυπακούοντες « ὧν ἴσμεν » σωματικῶς καὶ κοινότερον ὀνομαζομένων· εἰ δὲ καθόλου ἀκούοιμεν τοῦ « ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, » πολλῶν ἡμεῖς ἴσμεν ἐξακουομένου· ἔστι γὰρ αὐτῷ ἀρετὴ, καὶ μακαριότης, καὶ θειότης. Εἰ δέ τις ἀκούοι ὑψηλότερον τοῦ « ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, » ἐπεὶ πάντα ἃ ἴσμεν ἐλάττονά ἐστι τοῦ Θεοῦ· οὐδὲν ἄτοπον, καὶ ἡμᾶς παραδέξασθαι, ὅτι οὐδέν ἐστι τῷ Θεῷ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν· κρείττονα γάρ ἐστι πάντων, ὧν οἶδεν οὐ μόνη ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπερανα6εβηκότων αὐτὴν, τὰ προσόντα Θεῷ. Εἰ δ' ἀνεγνώκει (61) τὰς τῶν προφητῶν λέξεις, τοῦ μὲν Δαυῒδ λέγοντος· « Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ· » τοῦ δὲ Μαλαχίου· « Ἐγώ εἰμι (62), καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι· » ἑώρα ἂν, ὅτι οὐδεὶς ἡμῶν φησιν εἶναι μεταβολὴν ἐν τῷ Θεῷ οὔτ' ἔργῳ οὔτ' ἐπινοίᾳ. Μένων γὰρ ὁ αὐτὸς διοικεῖ τὰ μεταβλητὰ, ὡς πέφυκε, καὶ λόγος αὐτοῦ αἱρεῖ (63) διοικεῖσθαι αὐτά.

Εἶτά φησιν ὁ Κέλσος, μὴ ἐνιδὼν τῇ διαφορᾷ τοῦ « κατ' εἰκόνα Θεοῦ, » καὶ « τῆς εἰκόνος αὐτοῦ, » ὅτι εἰκὼν μὲν τοῦ Θεοῦ ὁ « Πρωτότοκος πάσης κτίσεως » ἐστιν, ὁ Αὐτολόγος, καὶ ἡ αὐτοαλήθεια, ἔτι δὲ καὶ ἡ αὐτοσοφία, « εἰκὼν οὖσα τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, » κατ' εἰκόνα δὲ τοῦ Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος πεποίηται· ἔτι δὲ καὶ ὅτι πᾶς ἀνὴρ, οὗ Χριστός ἐστι κεφαλὴ, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχει· ἀλλ' οὐδὲ ἐπιστήσας ἐν τίνι τῶν τοῦ ἀνθρώπου τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ χαρακτηρίζεται· καὶ ὅτι ἐν τῇ μὴ ἐσχηκυίᾳ, ἢ μηκέτι ἐχούσῃ « τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, » ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν ταῦτα χρηματιζούσῃ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος φησὶ (64) τὸ, « οὐδ' ἄνθρωπον ἐποίησεν εἰκόνα αὐτοῦ· οὐ γὰρ τοιόσδε ὁ Θεὸς, οὔτ' ἄλλῳ εἴδει οὐδενὶ ὅμοιος· » οἷον δ' ἔστι (65) τοῦ συνθέτου ἀνθρώπου τῷ χείρονι μέρει, λέγω δὲ τῷ σώματι, νομίζειν ἐνυπάρχειν τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, ὡς δ' ὁ Κέλσος (66) ἐξείληφεν, αὐτὸ εἶναι τὸ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ; Εἰ γὰρ τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ σώματί ἐστι μόνῳ, ἐστέρηται τὸ κρεῖττον ἡ ψυχὴ τοῦ κατ' εἰκόνα, καὶ ἔστιν ἐν τῷ φθαρτῷ σώματι, ὅπερ οὐδεὶς ἡμῶν λέγει· εἰ δ' ἔστιν ἐν τῷ συναμφοτέρῳ τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, ἀνάγκη σύνθετον εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ οἱονεὶ συνεστῶτα καὶ αὐτὸν (67) ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἵνα τὸ μὲν κατ' εἰκόνα τὸ κρεῖττον ᾖ ἐν τῇ ψυχῇ, τὸ δ' ἔλαττον, καὶ κατὰ τὸ σῶμα, ἐν τῷ σώ-

A *videri* sumpto, ut ex consuetudine Scripturæ loquar, *spiritualiter*. Addit, « nihil quidquam eorum quæ cognoscimus, inesse Deo. » Verum quænam sint illa quæ cognoscimus, non declarat. Nam si de membris loquitur, idem ac ille sentimus; intelligentes « ea quæ cognoscimus » de iis rebus quas per corpus cognoscimus, ut fert vulgatior loquendi ratio. Hæc autem, « quæ nos cognoscimus, » si accipiantur universim, multa cognoscimus quæ in illo sunt. Sunt enim in illo virtus, beatitudo, divinitas. Quod si quis « ea quæ nos cognoscimus » sublimiori sensu intelligat, quoniam inferiora Deo sunt quæcunque cognoscimus, nihil absurdum erit id a nobis admitti, in Deo nihil eorum esse quæ cognoscimus. Quæ enim in eo sunt, ea superant B non solum humanæ naturæ cognitionem, sed etiam earum naturarum, quæ humanam antecellunt. Si legisset inter prophetarum testimonia istud Davidis: « Tu autem ipse es[25], » et illud Malachiæ: « Ego sum et non mutor[26]; » vidisset nullum e nostris tribuere Deo mutationem aut facti aut cogitationis. Nam idem ipse manens mutabilia pro eorum natura administrat, et ratio postulat illa administrari.

63. Deinde Celsus, cum non dispiceret hoc interesse discrimen inter « esse secundum imaginem Dei » et « esse ejus imaginem, » quod imago Dei sit « Primogenitus omnis creaturæ[27], » Verbum ipsum, veritas ipsa, sapientia etiam ipsa quæ est C « imago bonitatis ejus[28]; » homo autem secundum imaginem Dei sit factus; cum præterea nesciret omnem virum, cujus caput sit Christus, imaginem et gloriam Dei esse[29]; neque animadverteret quid in homine sit ubi imprimitur character rei secundum imaginem Dei factæ, eumque inesse in natura quæ non habuit aut jam non habet « veterem hominem cum actibus suis[30], » eumque ob statum dicitur secundum Dei imaginem facta; sic loquitur: « Non fecit hominem ut ejus imago esset: Deus enim nec homini, nec ulli alii speciei similis est. » Cujusmodi est hæc Celsi sententia, in homine ex duplici parte composito, deteriorem esse rem, corpus dico, quæ secundum imaginem Dei facta sit? Nam si solum corpus secundum Dei imaginem D factum sit, hoc titulo privata fuit anima, pars præstantior; illo ornatum fuit obnoxium corruptioni corpus. Atqui nemo nostrum id dixerit. Sin autem in utraque parte est id quod secundum Dei imaginem factum est, necesse erit Deum etiam esse compositum et ex anima et corpore quasi **681**

[25] Psal. CI, 28. [26] Malach. III, 6. [27] Coloss. I, 15. [28] Sap. VII, 26. [29] I Cor. XI, 3, 7. [30] Coloss. III, 9.

(61) Hœschelius in textu, οὐδ' ἀνεγνώκει, male.
(62) *Μαλαχίου· Ἐγώ εἰμι*, etc. Ita recte codd. Regius et Basileensis; Hœschelius autem et Spencerus, Μαλαχίου, οἶμαι, καί, etc.
(63) Hœschelius in textu, ἐρεῖ. Legendum puto, καὶ λόγος αὐτὸς αἱρεῖ, ut lib. VII, num. 7.
(64) *Φησί*. Lego cum Boherello φύσει.
(65) *Οἷον δ' ἔστι*, etc. Hæc verba sunt Origenis, non Celsi, ut male putavit Gelenius. Nota igitur interrogationis rejicienda fuit inferius post αὐτοῦ.
(66) *Ὡς δ' ὁ Κέλσος*. Particula, δ', delenda.
(67) *Καὶ αὐτόν*. Sic mss. Libri autem antea editi, τὸν Θεόν. Mox loco, ἵνα τὸ μὲν κατ' εἰκόνα τὸ κρεῖττον, lego cum Boherello, ἵνα τοῦ μὲν κατ' εἰκόνα τὸ κρεῖττον. Paulo post mss., καὶ κατὰ τὸ σῶμα. Libb. editi, καὶ μετὰ τὸ σῶμα.

constantem, ut rei secundum imaginem factæ pars A præstantior sit in anima, vilior autem et quæ secundum corpus est, in corpore sit : id quod nullus e nostris dicit. Reliquum est igitur ut quod secundum imaginem Dei factum est, id intelligatur esse in « homine interiori, » ut vocamus, « qui renovatur [31], » et idoneus est fieri secundum imaginem Conditoris. Quod tum accidit, cum aliquis perfectus sit, « ut Pater cœlestis perfectus est [32]; » cum præcepto isti obtemperat : « Sancti eritis, quoniam ego sanctus Dominus Deus vester [33]; » cum edoctus istud : « Estote imitatores Dei [34], » suscipit in sua anima virtutibus ornata Dei characteres. Imo templum Dei est corpus ejus qui, habens ejusmodi animam et factus secundum imaginem Dei, Deum ipsum in anima suscepit.

ματι, ὅπερ οὐδεὶς ἡμῶν φησι. Λείπεται δὴ τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς λεγομένῳ « ἔσω ἀνθρώπῳ, καὶ ἀνακαινουμένῳ, » καὶ πεφυκότι γίγνεσθαι κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, νοεῖσθαι τὸ κατ' εἰκόνα (68), ὅτε γίνεταί τις τέλειος, « ὡς ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι » καὶ ἀκούει, ὅτι « Ἅγιοι (69) ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν· » καὶ μανθάνων τό, « Μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ γίνεσθε, » ἀναλαμβάνει εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐνάρετον ψυχὴν τοὺς χαρακτῆρας τοῦ Θεοῦ· ὅτι καὶ ναός ἐστι τοῦ (70) ἐν τῷ κατ' εἰκόνα ἀνειληφότος τοῦ Θεοῦ τὰ τοῦ Θεοῦ τὸ σῶμα τοῦ τοιαύτην ἔχοντος ψυχήν, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ διὰ τὸ κατ' εἰκόνα τὸν Θεόν.

64. Rursum Celsus plurima quasi a nobis concessa sibi sumit, quæ tamen nemo sana mente Christianus concedit. Neque enim ullus e nostris dicit « figuram aut colorem in Deum convenire; » nec *motus* competit illi, qui propter constantem suam et stabilem naturam justum hortatur ut hac in re similis ipsi sit : « Tu vero, » inquit, « hic sta mecum [35]. » Quod si quædam verba motum illi ascribunt, ut istud : « Audierunt vocem Domini Dei deambulantis in paradiso sub vesperam [36]; » hæc sic accipienda sunt, quasi, qui peccaverant, Deum moveri existimassent : aut in eamdem sententiam intelligenda, atque somnus allegorice dictus, ira, aut aliud simile. Neque etiam substantiæ particeps est Deus : participes enim facit potius, quam ipse est particeps; et participes sunt qui Dei Spiritum habent. Neque Salvator noster particeps est justitiæ, sed cum justitia sit, justi ejus participes fiunt. Cæterum illa de substantia quæstio longa est et scrutatu difficilis : maxime an substantia permanens et expers corporis, substantia sit proprie dicta : ut inveniatur Deusne superior substantia officio et potestate substantiam iis communicet, quibus secundum suum Verbum et ipsi Verbo communicat; an ipse sit substantia, quamvis natura dicatur invisibilis in hoc Scripturæ de Salvatore loco : « Qui est imago Dei invisibilis [37]; » qua *invisibilis* voce significatur expers corporis. Quærendum esset præterea utrum Unigenitus et Primogenitus omnis creaturæ dicendus sit substantia substantiarum, idea idearum et principium, et Deus ejus Pater his omnibus sit superior.

B Πάλιν δ' αὖ ἑαυτῷ συνείρει πλείονα λέγων, ὡς ὑφ' ἡμῶν διδόμενα, ἅπερ οὐδεὶς τῶν ἐν Χριστιανοῖς νοῦν ἐχόντων δίδωσιν· οὐ γάρ φησί τις ἡμῶν, ὅτι « μετέχει σχήματος ὁ Θεὸς ἢ χρώματος· » ἀλλ' οὐδὲ *κινήσεως* μετέχει ὁ, διὰ τὸ ἑστηκέναι καὶ βεβαίαν εἶναι τὴν φύσιν αὐτοῦ, προκαλούμενος καὶ τὸν δίκαιον ἐπὶ τὰ παραπλήσια, καὶ λέγων « Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι μετ' ἐμοῦ (71). » Εἰ δέ τινες λέξεις οἱονεὶ κίνησίν τινα παριστᾶσιν αὐτοῦ, ὡς καὶ ἡ λέγουσα « Ἤκουσαν (72) Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν· » οὕτως ἀκουστέον τῶν τοιούτων, ὡς κινουμένου νοουμένου τοῦ Θεοῦ τοῖς ἡμαρτηκόσιν· ἢ οὕτως ἀκουστέον τῶν τοιούτων, ὡς καὶ ὕπνου Θεοῦ τροπικῶς λεγομένου, ἢ ὀργῆς, ἢ τινος τῶν παραπλησίων (73). Ἀλλ' οὐδ' οὐσίας μετέχει ὁ Θεός· μετέχεται C γὰρ μᾶλλον ἢ μετέχει· καὶ μετέχεται ὑπὸ τῶν ἐχόντων Πνεῦμα Θεοῦ. Καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν οὐ μετέχει μὲν δικαιοσύνης· δικαιοσύνη δὲ ὤν, μετέχεται ὑπὸ (74) τῶν δικαίων. Πολὺς δ' ὁ περὶ τῆς οὐσίας λόγος καὶ δυσθεώρητος· καὶ μάλιστα, ἐὰν ἡ κυρίως οὐσία, ἡ ἑστῶσα (75) καὶ ἀσώματος ᾖ· ἵν' εὑρεθῇ, πότερον ἐπέκεινα οὐσίας ἐστὶ πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὁ Θεὸς μεταδιδοὺς οὐσίας, οἷς μεταδίδωσι κατὰ τὸν ἑαυτοῦ Λόγον καὶ αὐτῷ Λόγῳ· ἢ καὶ αὐτός ἐστιν οὐσία, πλὴν τῇ φύσει ἀόρατος λέγεται ἐν τῷ περὶ τοῦ Σωτῆρος λόγῳ φάσκοντι, « ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου· » σημαίνεται δὲ ἐκ τῆς *ἀοράτου* φωνῆς ὁ ἀσώματος. Ζητητέον δὲ καὶ εἰ οὐσίαν μὲν οὐσιῶν λεκτέον, καὶ ἰδέαν ἰδεῶν, καὶ ἀρχήν, τὸν Μονογενῆ καὶ Πρωτότοκον D πάσης κτίσεως· ἐπέκεινα δὲ πάντων τούτων τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ Θεόν.

[31] Coloss. III, 10. [32] Matth. v, 48. [33] Levit. XIX, 2. [34] Ephes. v, 1. [35] Deut. v, 31. [36] Gen. III, 8. [37] Coloss. I, 15.

(68) *Νοεῖσθαι τὸ κατ' εἰκόνα.* Dele hæc, τὸ κατ' εἰκόνα, jam enim præcesserunt.

(69) *Ὅτι ἅγιοι.* Legit Boherellus, τοῦ ἅγιοι.

(70) *Ὅτι καὶ ναός ἐστι τοῦ,* etc. Hæc turbata sunt, quæ sic videntur Boherello restituenda : ὅτι καὶ ναός ἐστι τοῦ Θεοῦ τὸ τοῦ ἐν τῷ κατ' εἰκόνα ἀνειληφότος τὰ τοῦ Θεοῦ σῶμα τοῦ τοιαύτην ἔχοντος ψυχήν. Guietus autem sic scribendum existimat, ἔτι καὶ ναός ἐστι τοῦ Θεοῦ τὸ σῶμα τοῦ τοιαύτην ἔχοντος ψυχήν, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ διὰ τὸ κατ' εἰκόνα τὸν Θεόν. Cætera ei aliena et adititia videntur.

(71) Hœschelius in textu, μετ' ἐμοῦ.

(72) Hœschelius et Spencerus, post ἤκουσαν, intra uncinulos addunt τῆς φωνῆς, quod abest a mss. codd.

(73) Libb. editi in margine, παραπλησίαν.

(74) Libb. antea editi, ἀπό, at supra legitur, μετέχεται ὑπὸ τῶν ἐχόντων. Ergo et hic scribendum fuit ὑπὸ τῶν δικαίων.

(75) *Ἐὰν ᾖ κυρίως οὐσία, ἢ ἑστῶσα,* etc. Lego cum Boherello, ἐὰν ἡ κυρίως οὐσία, ἡ ἑστῶσα, etc.

Ὁ μὲν οὖν Κέλσος περὶ Θεοῦ φησιν, ὅτι « Ἐξ αὐτοῦ τὰ πάντα, » ἀπολύσας, οὐκ οἶδ' ὅπως, τὰ πάντα αὐτοῦ (76)· ὁ δ' ἡμέτερος Παῦλος, « Ἐξ αὐτοῦ, λέγει, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, » παριστὰς τὴν ἀρχὴν τῆς τῶν πάντων ὑποστάσεως ἐν τῷ *ἐξ αὐτοῦ*, καὶ τὴν συνοχὴν ἐν τῷ *δι' αὐτοῦ*, καὶ τὸ τέλος ἐν τῷ *εἰς αὐτόν*. Ἀληθῶς δὲ ἐξ οὐδενὸς ὁ Θεός. Ἐπεὶ δέ φησιν, ὅτι, « οὐδὲ λόγῳ ἐφικτός· » διαστέλλομαι τὸ σημαινόμενον, καί φημι, εἰ μὲν λόγῳ τῷ ἐν ἡμῖν, εἴτε ἐνδιαθέτῳ, εἴτε καὶ προφορικῷ· καὶ ἡμεῖς φήσομεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐφικτὸς τῷ λόγῳ ὁ Θεός· εἰ δὲ, νοήσαντες τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· » ἀποφαινόμεθα, ὅτι τούτῳ τῷ Λόγῳ ἐφικτός ἐστιν ὁ Θεὸς, οὐ μόνῳ αὐτῷ καταλαμβανόμενος, ἀλλὰ καὶ ᾧ ἂν αὐτὸς ἀποκαλύψῃ τὸν Πατέρα, ψευδοποιήσομεν (77) B τὴν Κέλσου λέξιν, φάσκοντος· Οὐδὲ Λόγῳ ἐφικτός ἐστιν ὁ Θεός. Καὶ τὸ « οὐκ ὀνομαστὸς δὲ, » διαστολῆς δεῖται. Εἰ μὲν γὰρ, ὅτι οὐδὲν τῶν ἐν λέξεσι καὶ σημαινομένοις δύναται παραστῆσαι τὰς ἰδιότητας τοῦ Θεοῦ, ἀληθές ἐστι τὸ λεγόμενον· εἴ γε καὶ πολλαὶ ποιότητες οὐκ εἰσὶν ὀνομασταί. Τίς γὰρ δύναται ὀνόμασι διαφορὰν δοῦναι ποιότητος γλυκύτητος φοίνικος, καὶ γλυκύτητος ἰσχάδος; Τίς δὲ ὀνόματι δύναται διαστείλασθαι καὶ παραστῆσαι τὴν ἑκάστου ἰδίαν ποιότητα; Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ οὐκ ἔστιν οὕτως ὀνομαστὸς ὁ Θεός. Εἰ δὲ τὸ ὀνομαστὸν λαμβάνεις καθὸ οἷόν τέ ἐστιν ὀνόμασι παραστῆσαί τι τῶν περὶ αὐτοῦ εἰς τὸ χειραγωγῆσαι τὸν ἀκροατὴν, καὶ ποιῆσαι νοῆσαι περὶ Θεοῦ κατὰ τὸ ἐφικτὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, C τινὰ τῶν περὶ αὐτοῦ· οὐδὲν ἄτοπον λέγειν αὐτὸν ὀνομαστόν. Οὕτω δὲ διαστελούμεθα καὶ τὸ, « Οὐδὲν γὰρ πέπονθεν ὀνόματι καταληπτόν. » Ἀληθὲς δὲ καὶ τὸ ἔξω παντὸς πάθους εἶναι τὸν Θεόν. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ.

Ἴδωμεν δὲ καὶ τὴν ἑξῆς αὐτοῦ λέξιν, δι' ἧς οἱονεὶ προσωποποιεῖταί τινα, μετὰ τὸ ἀκοῦσαι τούτων, τοιαῦτα λέγοντα· « Πῶς οὖν γνῶ τὸν Θεόν; Καὶ πῶς τὴν ἐκεῖσε ὁδὸν μάθω; Καὶ πῶς αὐτόν μοι δεικνύεις; Ὡς νῦν γε σκότον μου τῶν ὀφθαλμῶν προβάλλεις, καὶ οὐδὲν ἐναργὲς βλέπω. » Εἶτα πρὸς τὸν οὕτως ἐπαπορήσαντα οἱονεὶ ἀποκρίνεται, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ σκότον τῶν ὀφθαλμῶν (78) κατακεχύσθαι τοῦ εἰπόντος D τὰ προειρημένα ἀποδιδόναι νομίζει, φάσκων· « Οὓς ἄν τις εἰς λαμπρὸν φῶς ἐκ σκότους προαγάγῃ (79), τούτους, μὴ δυναμένους ἀντέχειν ταῖς μαρμαρυγαῖς, κολάζεσθαι τὴν ὄψιν, καὶ βλάπτεσθαι, καὶ νομίζειν πηροῦσθαι. » Καὶ πρὸς ταῦτα δὲ φήσομεν, καθῆσθαι μὲν ἐν σκότῳ, καὶ ἱδρύσθαι ἐν αὐτῷ πάντας, τοὺς εἰς

A 65. Cum de Deo Celsus dicit : « Ex illo omnia, » evertit nescio quomodo sua ipse principia. Noster vero Paulus : « Ex ipso, inquit, **682** et per ipsum, et in ipsum sunt omnia [38]; » ubi hæ voces *ex ipso* significant ipsi acceptum referri quod sint res omnes: *per ipsum*, eas ab illo conservari; *in ipsum*, eum esse finem. Vere autem Deus a nullo est. Quod autem addit, « Deum ne verbo quidem esse comprehensibilem, » id distinguendum esse censeo. Nam si de verbo quod in nobis est, sive interiori, sive de eo quod profertur, sermo fiat, fatebimur et nos Deum comprehensibilem non esse verbo. Sin autem considerantes istud : « In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [39], » affirmaverimus huic Verbo comprehensibilem esse Deum, nec ab illo solum comprehendi, sed etiam ab iis, quibus Patrem revelaverit : falsi convincemus quod ait Celsus, Deum ne Verbo quidem comprehensibilem esse. Distingui etiam oportet istud, « Deum nominari non posse. » Nam si intelligit verba aut res verbis significatas non esse, quæ Dei proprietates repræsentent, verum dicit; siquidem multæ quoque sunt qualitates quæ verbis exprimi non possunt. Quis enim verbis exprimat discrimen quod interest dulcedinem palmulæ inter et dulcedinem caricæ? Quo nomine distinguas et significes propriam rei cujusque qualitatem? Nihil ergo mirum Deum nominari non posse. Si autem velis *nominare* nihil esse aliud, quam aliquas virtutes ejus verbis indicare, ut auditor ad quidpiam de illis cognoscendum quantum humanæ naturæ licet, adjuvetur, non absurdum fuerit dicere illum nominari posse. Distinguimus et istud : « In eum enim nullus affectus cadit qui verbis exprimi possit. » Verum enim est nullos in Deum affectus convenire. Sed de his dicta sufficiant.

66. Jam videamus quæ sequuntur, ubi quempiam, his auditis, sic interrogantem inducit : « Quomodo igitur Deum cognoscam? Quomodo viam ad illum discam? Quomodo eum mihi monstrabis? Tenebras oculis meis offundis, et nihil distinctum cerno. » Deinde respondet, et causam attulisse sibi videtur cur tenebris circumfundantur oculi ejus, qui modo interrogabat : « Quos e tenebris, inquit, in splendidam lucem transtuleris, ii, cum splendorem sustinere non possint, lædi visum et labefactari atque cæcari se existimant. » Ad hæc nos reponimus, sedere et hærere in tenebris quicunque, pictorum, fictorum, sculptorumque malis operibus intenti, nolunt sursum oculos tollere et a

[38] Rom. xi, 36. [39] Joan. i, 1.

(76) *Ἀπολύσας, οὐκ οἶδ' ὅπως, τὰ πάντα αὐτοῦ.* Pro αὐτοῦ, legit Boherellus αὑτοῦ, et explicat, « propria ipse principia (quæ sunt Epicuri) subruens. » Et forte pro ἀπολύσας, legendum putat, ἀναλύσας.

(77) Ante ψευδοποιήσομεν, Guieto restit. vid. καί. Ego nihil addi velim.

(78) Libb. antea editi, καὶ [φησὶ] τὴν αἰτίαν τοῦ. Spencer. σκότου, Hœschel., σκότον εἶναι τῶν ὀφθαλμῶν, etc. Sed φησί recte abest a codd. Anglicano primo et Vaticano, nec ullus est qui non videat verbum εἶναι fuisse pariter expungendum.

(79) Codex Anglicanus secundus, παραγάγῃ.

rebus omnibus quæ sub sensum cadunt animo ad A hujus universitatis Conditorem, qui lux est, ascendere; in luce autem esse omnes, qui Verbi radios sequuntur, a quo didicerunt quanta ignorantia, quanta impietas, quantaque **683** stupiditas fuerit, neglecto Deo, res hujusmodi adorare; et a quo mens volentis salutem consequi, ad increatum et summum Deum perducitur. « Populus enim gentium qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, et sedentibus in loco et umbra mortis lux orta est [40], » Deus Jesus. Nemo igitur Christianus responderit Celso aut ulli ex doctrinæ Christianæ calumniatoribus : « Quomodo Deum cognoscam? » singuli enim eorum, quantum licet, Deum cognoscunt. Neque ullus dixerit : « Quomodo viam ad B illum discam? » quippe qui audivit : « Ego sum via, veritas et vita [41], » eundoque expertus est quænam hinc percipiatur utilitas. Nec quisquam e Christianis a Celso quæsierit : « Quomodo mihi monstrabis Deum? »

67. Hoc autem vere supra dixit Celsus, aliquem, postquam ipsum sic loquentem audiit viditque ipsius dicta meras esse tenebras, respondere : « Tenebras oculis meis offundis. » Celsus igitur ejusque similes quærunt nostris oculis tenebras offundere; sed nos impiorum dogmatum tenebras Verbi lumine dissipamus. Christianus enim Celso nihil perspicuum, nihil verum dicenti reponet : « Nihil in tuis sermonibus distinctum video. » Non ergo nos « e C tenebris in splendidam lucem » producit Celsus; sed e luce in tenebras nos transferre vult; quandoquidem ponit tenebras esse lucem, et lucem tenebras, sicque damnatur hac præclara Isaiæ sententia : « Væ qui ponitis tenebras lucem et lucem tenebras [42]. » Nos vero, Verbo oculos animæ nostræ aperiente, lucis a tenebris discrimen videntes, in lumine stare omni studio contendimus nullamque volumus cum tenebris societatem habere. Cuinam autem splendor, cuinam lux ostendenda sit, novit vera illa atque animata lux. Est enim cui propter infirmos adhuc oculos splendorem suum non detegat. Quod si « alicujus visus læsus atque labefactatus » dicendus est, cujusnam oculos hæc incommoda pati aiemus, præterquam ejus qui ignorantia de Deo D laborat, cuique per affectus non licet intueri veritatem? Christiani certe nequaquam se putant ab impiis Celsi aut alterius cujuspiam profani sermonibus obcæcari. Qui vero se sentiunt cæcatos, propterea quod plebem errantem gentesque festis diebus dæmonia colentes sequuntur, illi ad Verbum quod oculos largitur accedant : ut, quemadmodum pauperes et cæci in via prostrati, quia cla-

[40] Matth. iv, 16. [41] Joan. xiv, 6. [42] Isa. v, 20.

τὰς τῶν ζωγράφων, καὶ πλαστῶν, καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἐνορῶντας κακοτεχνίας, μὴ βουλομένους δ' ἀναβλέψαι καὶ ἀναβῆναι τῷ νῷ ἀπὸ ὁρατῶν καὶ πάντων αἰσθητῶν ἐπὶ τὸν ὅλων Δημιουργὸν, ὅς ἐστι φῶς· ἐν φωτὶ δὲ τυγχάνειν πάντα, τὸν ταῖς τοῦ Λόγου αὐγαῖς ἀκολουθήσαντα, δείξαντος ἀφ' ὅσης ἀγνοίας καὶ ἀσεβείας καὶ τῆς περὶ τὸ Θεῖον ἀμαθίας ταῦτα ἀντὶ τοῦ Θεοῦ προσεκυνεῖτο· καὶ χειραγωγήσαντος τὸν τοῦ βουλομένου σώζεσθαι νοῦν πρὸς τὸν ἀγέννητον (80) καὶ ἐπὶ πᾶσι Θεόν. « Λαὸς γὰρ ὁ καθήμενος ἐν σκοτίᾳ, » ὁ τῶν ἐθνῶν, « φῶς εἶδε μέγα· καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου φῶς ἀνέτειλεν, » ὁ Θεὸς Ἰησοῦς. Οὐδεὶς οὖν Χριστιανὸς ἀποκρίνεται τῷ Κέλσῳ, ἤ τινι τῶν κατηγορούντων τοῦ θείου λόγου, φάσκων· « Πῶς γνῶ τὸν Θεόν; » ἕκαστος γὰρ αὐτῶν, ὡς ἐγχωρεῖ, ἔγνω τὸν Θεόν. Καὶ οὐδείς φησι· « Πῶς τὴν ἐκεῖσε ὁδὸν μάθω; » ἅτε ἀκούσας τοῦ εἰπόντος· « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή· » καὶ γευσάμενος ἐν τῷ ὁδεύειν τῆς ἀπὸ τοῦ ὁδεύειν ὠφελείας. Καὶ οὐδεὶς ἂν Χριστιανῶν λέγοι (81) Κέλσῳ· « Πῶς μοι δεικνύεις τὸν Θεόν; »

Τοῦτο δὲ ἐν τοῖς προκειμένοις ὁ Κέλσος εἶπεν ἀληθὲς, ὅτι ἀκούσας τις αὐτοῦ τῶν λόγων ἀποκρίνεται, ἰδὼν δ' ὅτι (82) λόγοι σκότους εἰσὶν οἱ λόγοι αὐτοῦ, ὅτι « Σκότος μου τῶν ὀφθαλμῶν προβάλλεις. » Κέλσος μὲν οὖν καὶ οἱ παραπλήσιοι αὐτῷ προβάλλειν σκότον τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν θέλουσιν· ἡμεῖς δὲ τῷ φωτὶ τοῦ Λόγου ἐξαφανίζομεν τὸ σκότος τῶν ἀσεβῶν δογμάτων. Εἴποι δ' ἂν ὁ Χριστιανὸς πρὸς Κέλσον, οὐδὲν ἐναργὲς ἢ ἀληθὲς (83) λέγοντα, τὸ, « Οὐδὲν ἐναργὲς βλέπω ἐν τοῖς σοῖς λόγοις. » Οὐκ « ἐκ σκότου τοίνυν εἰς λαμπρὸν φῶς, » προάγει ἡμᾶς ὁ Κέλσος· ἀλλὰ βούλεται ἐκ φωτὸς μεταστῆσαι εἰς σκότον, τιθεὶς τὸ σκότος εἶναι φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος, καὶ ὑποκείμενος τῷ καλῶς εἰρημένῳ ὑπὸ Ἡσαΐου τὸν τρόπον τοῦτον· « Οὐαὶ οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος. » Ἀλλ' ἡμεῖς, ἀνοίξαντος τοῦ Λόγου τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς ἡμῶν, ὁρῶντες διαφορὰν φωτὸς καὶ σκότους, ἐν φωτὶ μὲν παντὶ τρόπῳ ἵστασθαι προαιρούμεθα, τῷ δὲ σκότῳ οὐδαμῶς προσεῖναι βουλόμεθα. Ἔμψυχον δὲ τυγχάνον τὸ ἀληθινὸν φῶς ἐπίσταται, τίνι μὲν δεικτέον ἔσται τὰς μαρμαρυγὰς, τίνι δὲ φῶς· οὐ παριστάντος αὐτοῦ τὴν (84) λαμπρότητα ἑαυτοῦ, διὰ τὴν ἔτι ἐνυπάρχουσαν ἀσθένειαν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκείνου. Εἰ δ' ὅλως χρὴ λέγειν « κολάζεσθαι καὶ βλάπτεσθαι ὄψιν, » τίνος ἂν ἄλλου φήσομεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ταῦτα πάσχειν, ἢ τοῦ ὑπὸ τῆς περὶ Θεοῦ ἀγνοίας συνεχομένου, καὶ τοῦ ὑπὸ τῶν παθῶν ἐμποδιζομένου βλέπειν ἀλήθειαν; Χριστιανοὶ μὲν οὖν οὐδαμῶς νομίζουσι πηροῦσθαι ὑπὸ τῶν Κέλσου ἤ τινος ἀλλοτρίου θεοσεβείας λόγων· οἱ δ' αἰσθανόμενοι ἑαυτῶν πηρουμένων ὑπὸ τοῦ κατακολουθεῖν ὄχλοις πλανωμένων, καὶ ἔθνεσιν (85) ἑορταζόντων δαιμο-

(80) Duo codd. Anglican., ἀγέννητον. Hœschel. et Spencer., ἀγένητον.

(81) Mss., λέγοι. Hœschel. et Spencer., λέγει.

(82) Ἰδὼν δ' ὅτι. Boherellus expungit, δ'.

(83) Codd. Reg. et Basil., ἢ ἀληθές. Hœschel. et Spencer., καὶ πληκτικόν.

(84) Articulus τὴν qui habetur in mss. desideratur in libb. antea editis.

(85) Codd. Reg. et Basileensis, ἔθνεσιν. Libb. editi, ἔθεσιν.

νίοις, προσίτωσαν τῷ χαριζομένῳ ὀφθαλμοὺς Λόγῳ· ἵν', ὁμοίως τοῖς παρὰ τῇ ὁδῷ ἐῤῥιμμένοις πτωχοῖς καὶ τυφλοῖς ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ θεραπευθεῖσι, διὰ τὸ εἰρηκέναι αὐτῷ, « Υἱὲ Δαυῒδ, ἐλέησόν με, » ἐλεηθέντες ἀπολάβωσι τοὺς ὀφθαλμοὺς καινοὺς καὶ καλοὺς, ὁποίους Λόγος Θεοῦ δημιουργῆσαι ἄν.

Διόπερ ἐὰν ἔρηται ἡμᾶς Κέλσος, πῶς οἰόμεθα γνωρίζειν (86) τὸν Θεὸν, καὶ πῶς πρὸς αὐτοῦ σωθήσεσθαι· ἀποκρινούμεθα, ὅτι ἱκανός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, γενόμενος ἐν τοῖς ζητοῦσιν αὐτὸν, ἢ τοῖς ἐπιφαινόμενον αὐτὸν παραδεχομένοις, γνωρίσαι καὶ ἀποκαλύψαι τὸν Πατέρα, πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ οὐχ ὁρώμενον. Τίς δ' ἄλλος σῶσαι καὶ προσαγαγεῖν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ δύναται τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν ἢ ὁ Θεὸς Λόγος; ὅστις ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν ὢν, διὰ τοὺς κολληθέντας τῇ σαρκὶ καὶ γενομένους (87) ὅπερ σὰρξ, ἐγένετο σάρξ, ἵνα χωρηθῇ ὑπὸ τῶν μὴ δυναμένων αὐτὸν βλέπειν καθὸ Λόγος ἦν, καὶ πρὸς Θεὸν ἦν καὶ Θεὸς ἦν· καὶ σωματικῶς γε λαλούμενος, καὶ ὡς σὰρξ ἀπαγγελλόμενος (88), ἐφ' ἑαυτὸν καλεῖ τοὺς ὄντας σάρκα, ἵν' αὐτοὺς ποιήσῃ πρῶτον μορφωθῆναι κατὰ τὸν Λόγον, τὸν γενόμενον σάρκα, καὶ μετὰ τοῦτο αὐτοὺς ἀναβιβάσῃ ἐπὶ τὸ ἰδεῖν αὐτὸν, ὅπερ ἦν πρὶν γένηται σάρξ· ὥστε αὐτοὺς, ὠφεληθέντας, καὶ ἀναβάντας ἀπὸ τῆς κατὰ σάρκα εἰσαγωγῆς, εἰπεῖν τὸ, « Εἰ καὶ Χριστόν ποτε κατὰ σάρκα ἐγνώκαμεν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. » Σὰρξ οὖν ἐγένετο· καὶ γενόμενος σὰρξ « ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » οὐκ ἔξω γινόμενος ἡμῶν. Σκηνώσας δὲ καὶ γενόμενος ἐν ἡμῖν, οὐκ ἔμεινεν ἐπὶ τῆς πρώτης μορφῆς, ἀλλ' ἀναβιβάσας ἡμᾶς ἐπὶ τὸ λογικὸν ὑψηλὸν ὄρος, ἔδειξεν ἡμῖν τὴν ἔνδοξον μορφὴν ἑαυτοῦ, καὶ τὴν λαμπρότητα τῶν ἐνδυμάτων αὐτοῦ· καὶ οὐχ ἑαυτοῦ γε μόνου, ἀλλὰ καὶ τοῦ πνευματικοῦ νόμου, ὅς ἐστιν ἐν δόξῃ ὀφθεὶς μετὰ Ἰησοῦ Μωϋσῆς· ἔδειξε δ' ἡμῖν καὶ πᾶσαν προφητείαν οὐδὲ μετὰ τὸ ἐνανθρωπῆσαι ἀποθνήσκουσαν, ἀλλ' ἀναλαμβανομένην εἰς οὐρανὸν, ἧς σύμβολον Ἠλίας ἦν. Ὁ δὲ ταῦτα θεωρήσας εἴποι ἂν τὸ, « Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρός· πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Κέλσος μὲν οὖν ἰδιωτικώτερον ἀνέπλασεν ἃ οἴεται ἡμᾶς λέξειν πρὸς τὸ πύσμα αὐτοῦ· « Πῶς οἰόμεθα γνωρίσειν τὸν Θεόν; καὶ πῶς σωθήσεσθαι πρὸς αὐτοῦ (89); ἡμεῖς δὲ εἴποιμεν ἂν τὰ προεκκείμενα.

Πλὴν φησιν ὁ Κέλσος ἡμᾶς ἀποκρίνεσθαι εἰκότι στοχασμῷ, ὁμολογῶν ἀναγράφειν ἡμῶν τὴν ἀπόκρισιν οὕτως ἔχουσαν· « Ἐπειδὴ μέγας ἐστὶ καὶ δυσθεώρητος ὁ Θεὸς, πνεῦμα ἴδιον ἐμβαλὼν εἰς σῶμα ἡμῖν ὅμοιον δεῦρο κατέπεμψεν, ὡς ἂν δυνηθείημεν ἀκοῦσαι παρ' αὐτοῦ καὶ μαθεῖν. » Οὐ μόνος δὲ μέγας καθ' ἡμᾶς ἐστιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ Πατήρ· μετέδωκε γὰρ ἑαυτοῦ καὶ τῆς μεγαλειότητος τῷ Μονογενεῖ καὶ Πρωτοτόκῳ πάσης κτίσεως· ἵν', εἰκὼν αὐτὸς

A maverant: « Fili David, miserere mei[43], » a Jesu sanati sunt; ita et ipsi misericordiam consecuti oculos recipiant **684** novos, bonos, quales a Dei Verbo formari par est.

68. Quapropter si Celsus a nobis quæsierit, quomodo Deum cognoscere putamus et ab illo salutem accipere, respondebimus Verbum, quod est in iis qui ipsum quærunt, aut ipsum, cum se manifestum facit, accipiunt, sufficere notificando et revelando Patri, qui, antequam Verbum adveniret, non videbatur. Et quis alius salvam facere et ad summum Deum perducere humanam animam potest, quam Deus Verbum? qui cum esset in principio apud
B Deum, propter eos qui carni agglutinati, imo caro sunt, factus est caro, ut capiatur ab eis qui videre ipsum non poterant, quatenus Verbum erat, et apud Deum erat, et Deus erat; qui voce corporea usus et ut caro prædicans, eos ad se vocat qui caro sunt, ut eos, primum Verbo, quod caro factum est, conformes reddat, deinde attollat ad videndum ipsum, cujusmodi erat antequam caro fieret; ita ut meliores facti et supra hanc secundum carnem introductionem evecti, dicant: « Etsi aliquando Christum secundum carnem cognovimus, sed nunc jam non novimus[44]. » Caro igitur factus est, et factus caro « habitavit in nobis[45], » non extra nos factus. Habitans autem et factus in nobis, in prima sua forma non permansit, sed nobis in
C montem excelsum eumque spiritalem perductis gloriosam suam formam vestimentorumque suorum splendorem ostendit[46]: neque sui solius splendorem ostendit, sed etiam spiritalis legis, quam Moyses in gloria cum Jesu visus repræsentabat; monstravit prælerea omnem prophetiam, quæ non mortua est postquam factus homo est, sed in cœlum sublata est, cujusque Elias figura erat. His conspectis, dicere quis possit: « Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis[47]? » Inepte igitur Celsus confinxit quæ nos responsuros existimat ad suam interrogationem, « quomodo cognoscere Deum putemus et ab illo salutem accipere? » Nos autem quæ modo exposita sunt respondemus.

69. Verumtamen affirmat Celsus nos verisimili
D conjectura respondere, et ipsi visum est nostram responsionem referre his verbis: « Quoniam magnus est et contemplatu difficilis Deus, proprium spiritum in corpus nostro simile infundens huc misit, ut illum audire et ab illo doceri possemus. » At nostra sententia non est solum rerum omnium Deum ac Patrem esse magnum: suæ enim magnitudinis participem fecit Unigenitum et Primogenitum

[43] Luc. XVIII, 38. [44] II Cor. V, 16. [45] Joan. I, 14. [46] Matth. XVII, 1 et seqq. [47] Joan. I, 14.

(86) *Γνωρίζειν*. Boherellus legit γνωρίσειν. Ibidem codd. Regius et Basileensis, πρὸς αὐτοῦ σωθήσεσθαι. Libb. editi, πρὸς αὐτὸν σωθήσεσθαι.

(87) Codd. Reg. et Basil., γενομένους. Libb. editi, γενομένοις.

(88) Iidem codd. mss., ἀπαγγελλόμενος. Libb. editi, ἐπαγγελλόμενος.

(89) Mss., αὐτοῦ. Libb. antea editi, αὐτόν.

omnis creaturæ ; ut, qui imago est invisibilis Dei, is etiam magnitudine Patris imaginem referret. Fieri enim non poterat ut pulchra imago esset et Deo
46. Ad hæc nos, qui studemus pulchre dictis, etiamsi auctores a nostra fide alieni sint, non adversari, non lites serere, non evertere quæ sana sunt, respondebimus eos qui conviciis proscindunt illos qui conantur pro viribus summum colere Deum, cui probatur et idiotarum in ipsum fides, et ratione comitata pietas prudentiorum cum gratiarum actione **728** hujus universi Conditori preces offerentium, idque per summum sacerdotem sinceræ pietatis inter homines doctorem; qui dicunt hujusmodi homines *animis claudicare et mutilos esse;* qui asserunt *eos mortuo corpore vivere* quibus cordi est ex animo dicere: *In carne enim viventes non secundum carnem militamus: nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo* [14]; respondebimus, inquam, eos cavere debere, ne eo ipso quod maledicunt hominibus Dei esse cupientibus, suas ipsorum animas claudas reddant et suum interiorem hominem mutilent; siquidem suis in alios recte vivere volentes calumniis, ab illo resecant æquitatem et moderationem a Conditore insitas naturæ, quæ rationis est particeps. Qui autem inter alia didicerunt a divino Verbo, idque exsequuntur, *maledicentibus benedi-*

A γένεσις νοητὸν, ὁρατόν· μετ' οὐσίας μὲν ἀλήθεια, μετὰ δὲ γενέσεως πλάνη. Περὶ ἀλήθειαν μὲν οὖν ἐπιστήμη, περὶ δὲ θάτερον δόξα· καὶ νοητοῦ μέν ἐστι νόησις, ὁρατοῦ δὲ ὄψις. Γινώσκει δὲ νοητὸν μὲν νοῦς, ὁρατὸν δὲ ὀφθαλμός. Ὅπερ οὖν ἐν τοῖς ὁρατοῖς ἥλιος, οὔτ' ὀφθαλμὸς ὢν οὔτ' ὄψις, ἀλλ' ὀφθαλμῷ τε τοῦ ὁρᾷν αἴτιος, καὶ ὄψει τοῦ δι' αὐτὸν (11) συνίστασθαι, καὶ ὁρατοῖς τοῦ ὁρᾶσθαι, πᾶσιν αἰσθητοῖς τοῦ γίγνεσθαι, καὶ μὴ αὐτὸς αὐτῷ τοῦ βλέπεσθαι· τοῦτο ἐν τοῖς νοητοῖς ἐκεῖνος, ὅσπερ οὔτε νοῦς, οὔτε νόησις, οὔτ' ἐπιστήμη, ἀλλὰ νῷ τε τοῦ νοεῖν αἴτιος, καὶ νοήσει τοῦ δι' αὐτὸν εἶναι, καὶ ἐπιστήμῃ τοῦ δι' αὐτὸν γιγνώσκειν (12), καὶ νοητοῖς ἅπασι, καὶ αὐτῇ ἀληθείᾳ καὶ αὐτῇ οὐσίᾳ, τοῦ εἶναι· πάντων ἐπέκεινα ὢν, ἀῤῥήτῳ B τινὶ δυνάμει νοητός. Ταῦτ' εἴρηται μὲν ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσιν· εἰ δέ τι αὐτῶν καὶ ὑμεῖς συνίετε, εὖ ὑμῖν ἔχει (13). Καὶ πνεῦμα, εἴ τι οἴεσθε κατιὸν ἐκ Θεοῦ προαγγέλλειν τὰ θεῖα, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πνεῦμα τὸ ταῦτα κηρύττον, οὗ δὴ πλησθέντες ἄνδρες παλαιοὶ πολλὰ κἀγαθὰ ἤγγειλαν· ὧν εἰ μὴ δύνασθε ἐπαΐειν, σιωπᾶτε, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀμαθίαν ἐγκαλύπτετε, καὶ μὴ λέγετε τυφλώττειν τοὺς βλέποντας, καὶ χωλοὺς εἶναι τοὺς τρέχοντας, αὐτοὶ πάντη τὰς ψυχὰς ἀποκεχωλευμένοι καὶ ἠκρωτηριασμένοι, καὶ τῷ σώματι ζῶντες, τουτέστι τῷ νεκρῷ.

Πρὸς ταῦτα δ' ἡμεῖς φήσομεν οἱ μελετήσαντες μηδενὶ ἀπεχθάνεσθαι τῶν καλῶς λεγομένων, κἂν οἱ ἔξω τῆς πίστεως λέγωσι καλῶς, μὴ προσφιλονεικεῖν C (14) αὐτοῖς, μηδὲ ζητεῖν ἀνατρέπειν τὰ ὑγιῶς ἔχοντα, ὅτι οἱ μὲν διαλοιδορούμενοι τοῖς κατὰ δύναμιν εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβεῖν θέλουσιν, ἀποδεχόμενον ἰδιωτῶν τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, καὶ συνετωτέρων τὴν μετὰ λόγου εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν, μετ' εὐχαριστίας ἀναπεμπόντων εὐχὰς τῷ Δημιουργῷ τοῦ παντὸς, καὶ ἀναπεμπόντων αὐτὰς, ὡς δι' ἀρχιερέως τοῦ τὴν εἰλικρινῆ θεοσέβειαν ἀνθρώποις παραστήσαντος· καὶ καλοῦντες αὐτοὺς *κεχωλευμένους τὰς ψυχὰς καὶ ἠκρωτηριασμένους*, λέγοντες δὲ καὶ σώματι ζῶντας τῷ νεκρῷ τοὺς μελετῶντας ἀπὸ διαθέσεως λέγειν τὸ, *Ἐν σαρκὶ γὰρ ζῶντες* (15) *οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα· τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ*· ὁράτωσαν, μὴ D κατ' αὐτὸ τοῦτο λέγειν κακῶς ἀνθρώπους εὐχομένους εἶναι Θεοῦ, τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν χωλὰς κατασκευάζωσι, καὶ (16) τὸν ἔσω ἑαυτῶν ἄνθρωπον ἀκρωτηριάζωσιν, ἀποκόπτοντες αὐτοὺς, διὰ τῶν εἰς ἑτέρους δυσφημιῶν, τοὺς καλῶς βιοῦν ἐθέλοντας, τὸ ἐπιεικὲς καὶ τὸ εὐσταθὲς ἐνεσπαρμένα φυσικῶς ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ τῇ λογικῇ φύσει. Οἱ δὲ πρὸς ἑτέρους

[14] II Cor. x, 3, 4.

(11) *Δι' αὐτόν*. Mallet Guietus δι' αὐτοῦ. Paulo post pro καὶ μὴ αὐτὸς αὐτῷ τοῦ βλέπεσθαι, Boherellus legit, καὶ μὴν αὐτὸς αὐτῷ τοῦ βλέπεσθαι, Guietus vero, καὶ δὴ αὐτὸς αὐτῷ τοῦ βλέπεσθαι.

(12) Mallet Guietus, τοῦ δι' αὐτοῦ εἶναι, καὶ ἐπιστήμῃ τοῦ δι' αὐτοῦ γιγνώσκειν.

(13) Omnes codd. mss., εὖ ὑμῖν ἔχει, sicque Gelenius interpres legit. Hœschelius autem et Spencerus, ἐφ' ἡμῖν ἔχει, male.

(14) Aliquot mss., μὴ πρὸς φιλονεικίαν.

(15) Vulgata Biblia, περιπατοῦντες.

(16) *Καί*. Deest in antea editis, sed habetur in mss. Paulo post, pro ἀποκόπτοντες αὐτούς, Boherellus legit ἀποκόπτοντες αὐτοῦ, ut jungatur cum τὸ ἐπιεικές.

(17) μαθόντες ἀπὸ τοῦ θείου Λόγου, καὶ ποιοῦντες, καὶ τὸ *λοιδορούμενοι εὐλογεῖν, διωκόμενοι ἀνέχεσθαι, δυσφημούμενοι παρακαλεῖν*· οὗτοι ἂν εἶεν οἱ τὰς τῆς ψυχῆς βάσεις ὀρθώσαντες, καὶ ὅλην τὴν ψυχὴν καθαίροντες καὶ εὐτρεπίζοντες· οὐχ ἵνα λέξεσι μόναις οὐσίαν ἀπὸ γενέσεως χωρίζωσι, καὶ νοητὸν ἀπὸ ὁρατοῦ, καὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν τῇ οὐσίᾳ συνάπτωσι, τὴν δὲ μετὰ γενέσεως πλάνην παντὶ τρόπῳ φεύγωσι· σκοποῦντες, ὡς ἔμαθον, οὐ τὰ γενέσεως, ἅπερ ἐστὶ βλεπόμενα, καὶ διὰ τοῦτο πρόσκαιρα, ἀλλὰ τὰ κρείττονα· εἴτ' οὐσίαν αὐτά τις βούλεται καλεῖν, εἴτε, διὰ τὸ νοητὰ τυγχάνειν (18), ἀόρατα, εἴτε, διὰ τὸ ἔξω αἰσθήσεως εἶναι αὐτῶν τὴν φύσιν, μὴ βλεπόμενα. Οὕτω δὲ τοῖς τῆς γενέσεως ἐνορῶσιν οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ, ὥστε οἱονεὶ ἐπιβάθρᾳ χρῆσθαι αὐτοῖς πρὸς τὴν κατανόησιν τῆς τῶν νοητῶν φύσεως· *Τὰ γὰρ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου*, τουτέστι τὰ νοητὰ, *τοῖς ποιήμασι νοούμενα*, ἐν τῷ νοεῖσθαι, *καθορᾶται*. Καὶ οὐχ ἵστανταί γε, ἀναβάντες ἀπὸ τῶν τοῦ κόσμου κτισμάτων, ἐν τοῖς ἀοράτοις τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ γὰρ ἱκανῶς ἐκείνοις ἐγγυμνασάμενοι, καὶ συνιέντες αὐτὰ ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὴν *ἀΐδιον δύναμιν τοῦ Θεοῦ*, καὶ ἁπαξαπλῶς τὴν θεότητα αὐτοῦ· ἐπιστάμενοι, ὅτι ὁ μὲν φιλάνθρωπος Θεὸς τὴν ἀλήθειαν καὶ *τὸ ἑαυτοῦ γνωστὸν ἐφανέρωσεν* οὐ μόνον τοῖς ἀνακειμένοις αὐτῷ, ἀλλὰ καί τισι ἔξω τῆς εἰλικρινοῦς θεοσεβείας καὶ εἰς αὐτὸν εὐσεβείας· τινὲς δὲ τῶν Θεοῦ προνοίᾳ ἀναβεβηκότων ἐπὶ τὴν τῶν τηλικούτων γνῶσιν οὐκ ἄξια τῆς γνώσεως δρῶντες ἀσεβοῦσι, καὶ *τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχουσιν*· οὔτ' ἀπολογίας ἔτι χώραν ἐπὶ τῇ γνώσει τῶν τηλικούτων ἔχειν δυνάμενοι παρὰ τῷ Θεῷ.

Μαρτυροῦνται γοῦν ὑπὸ τοῦ θείου λόγου οἱ τὰ παρὰ τῷ Κέλσῳ ἐκκείμενα καταλαβόντες, καὶ κατὰ τὰ δόγματα ταῦτα φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλόμενοι, ὅτι *γνόντες τὸν Θεὸν οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν ἢ εὐχαρίστησαν· ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν*, καὶ ἐσκοτίσθη μετὰ τὸ τηλικοῦτο φῶς τῆς περὶ ὧν ἐφανέρωσεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς γνώσεως ἡ ἐπειγομένη *ἀσύνετος αὐτῶν καρδία*. Ἔστι γοῦν ἰδεῖν, τίνα τρόπον οἱ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ μεγάλης μωρίας δείγματα ἐμφαίνουσιν, ὅτε μετὰ τοὺς τηλικούτους ἐν ταῖς διατριβαῖς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν νοητῶν λόγους *ἠλλάξαντο τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν*. Διὸ καὶ αὐτοὶ μὲν καταλειφθέντες ὑπὸ τῆς προνοίας, ὡς οὐκ ἀξίως βιώσαντες τῶν φανερωθέντων αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐγκαλινδοῦνται *ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν*, καὶ ἀτιμάζεται *αὐτῶν τὰ σώματα* ἐν ἀσχημοσύναις καὶ ἀκολασίαις, ἀνθ' ὧν *ἀντήλλαξαν* (19) *τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα.*

Οἱ δ' ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ ἰδιωτείᾳ (20) ἐξουθενούμενοι,

A *cere, persecutionem pati et sustinere, blasphemari et obsecrare* [15], illi sunt qui gressus animæ dirigunt, et totam animam purificant atque ornant: non ut verbis tantum substantiam a generatione distinguant et intelligibile a visibili, et veritatem substantiæ conjungant, et errorem generationi adjunctum modis omnibus fugiant: contemplantur enim, ut didicerunt, non res a generatione ortas, quæ videntur et propterea temporaneæ sunt, sed multo præstantiores; sive illas vocare velis substantiam; sive invisibilia, quia intelligibilia sunt; sive ea quæ non videntur, quia eorum natura extra sensum est. Sic et ad res a generatione ortas attendunt Jesu discipuli, sed illis tanquam gradu utuntur, ut ad intelligendam rerum intelligibilium naturam perveniant. Nam *invisibilia Dei*, hoc est intelligi- B bilia, *a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta* mente *conspiciuntur* [16]. Non tamen in iis Dei invisibilibus consistunt, cum a rebus hujus mundi creatis mentem erigunt; sed postquam in iis se satis exercuerunt et illa intellexerunt, enituntur usque ad *sempiternam ejus virtutem*, uno verbo ad ejus divinitatem; scientes Deum suo in homines amore veritatem et quod *sui notum est manifestasse* [17] non iis modo qui ipsi se consecrant, sed etiam quibusdam a germana pietate et religione alienis, quosdam autem eorum qui Dei providentia ad tantarum rerum notitiam evecti fuerant, facinora hac cognitione indigna perpetrare, et *in injustitia detinere veritatem* [18]; C proinde nullam ipsis, post acceptam tantarum rerum notitiam, excusationem relinqui.

47. Igitur qui rerum a Celso memoratarum notionem adepti sunt, et nixam hujusmodi principiis philosophiam tenere profitentur; **729** hos testatur Scriptura, *quamvis Deum cognoscerent, ut Deum tamen non glorificasse, nec gratias egisse, sed evanuisse in cogitationibus suis, et insipiens cor eorum* e tanta luce cognitionis rerum quas Deus ipsis retexerat, *in tenebras incidisse* [19]. Atque etiam videre licet illos qui se sapientes esse dicebant, magna dare stultitiæ suæ argumenta, cum post disputatas in scholis tantas de Deo rebusque intelligibilibus quæstiones, *mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corrupti-* D *bilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium* [20]. Quare, cum non dignam rebus, quas Deus illis manifestaverat, vitam egerint, a Dei providentia deserti volutantur *in desideriis cordis sui in immunditiam*, et *contumeliis afficiunt corpora sua* in spurcitiis et impuritatibus, propterea quod *commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturæ potius quam Creatori* [21].

48. Verum quos ob imperitiam nihili ducunt,

[15] I Cor. IV, 12, 13. [16] Rom. I, 20. [17] ibid. 19. [18] ibid. 18. [19] ibid. 21. [20] ibid. 23. [21] ibid. 24, 25.

(17) *Πρὸς ἑτέρους.* Interpres Gelenius legit, πρὸς ἑτέροις, optime. Codd. Reg. et Basil., πρὸς ἑτέρου.

(18) Mss., διὰ τὸ νοητὰ τυγχάνειν. Libri antea editi, διὰ τὰ νοητὰ τυγχάνειν.

(19) Libb. antea editi, οἵτινες ἄνωθεν μετήλλαξαν, sed mss., ἀνθ' ὧν ἀντήλλαξαν.

(20) Mss., ἰδιωτείᾳ. Libb. editi, ἰδιωτίᾳ.

quosque stultos et vilia mancipia vocant, isti simul atque Jesu disciplinam amplexi se Deo commiserunt, tantum ab obscenitate et impudicitia et omni venerearum voluptatum dedecore absunt, ut more perfectorum sacerdotum, qui ab omni coitu abstinent, multi eorum se omni ex parte puros præstent, nedum cum feminis rem habeant. Ac apud Athenienses quidem unus hierophanta est, qui cum viriles suas concupiscentias continere ac pro arbitrio domare posse non credatur, virilia membra cicuta oblinit, et sic satis purus existimatur ut religiosum obeat cultum Atheniensium. Sed apud Christianos viri sunt, qui cicuta non opus habent ut pure Deo deserviant. Verbum Dei illis loco cicutæ est, ut, omni concupiscentia ex animo ejecta, divinitatem precibus prosequantur. Et apud illos alios, qui dii habentur, virgines sunt paucæ, quæ custoditæ ab hominibus aut non custoditæ (id enim nunc inquirere propositum non est) videntur colendi numinis causa integram vitæ servare puritatem; sed apud Christianos, non propter humanos honores, non propter mercedes pecuniarias, non propter gloriolam perfectam virginitatem colunt: *Et sicut probaverunt Deum habere in notitia* [22], conservantur a Deo in sensu probato, ita ut quæ decent faciant, repletæ omni justitia et bonitate.

730 49. Atque hæc mihi dicta sunt, non ut quæ a Græcis pulchre excogitata sunt impugnarem, aut sana reprehenderem dogmata; sed ut ostenderem illa et illis majora atque diviniora dicta fuisse a divinis viris, Dei prophetis et Jesu apostolis. Hæc scrutantur ii qui Christianam religionem perfectius excolere volunt, quique norunt *os justi meditari sapientiam, et linguam ejus loqui judicium, legem Dei esse in corde ipsius* [23]. Sed et qui sive præ litterarum imperitia, sive præ simplicitate, sive propter penuriam adhortantium ad rationabilem pietatem, perspicue hæc non intelligunt, credunt tamen in summum Deum et in Filium ejus unigenitum Verbum et Deum; apud illos invenire est gravitatem, integritatem, morum ingenuitatem et simplicitatem sæpe præstantiorem. Quam quidem cum habere neglexerint ii qui se dicunt esse sapientes, turpia cum pueris, id quod nefas est, perpetrant, *masculi in masculos turpitudinem operantes* [24].

καὶ μωροι καὶ ἀνδράποδα εἶναι λεγόμενοι, κἂν μόνον πιστεύωσιν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, παραδεξάμενοι τὴν τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλίαν, τοσοῦτον ἀποδέουσιν ἀσελγείας καὶ ἀκαθαρσίας καὶ πάσης τῆς ἐν συνουσίαις ἀσχημοσύνης, ὡς καὶ τρόπον τελείων ἱερέων πᾶσαν συνουσίαν (21) ἀποστραφέντων πολλοὺς αὐτῶν παντελῶς καθαρεύειν, οὐ μόνον ἀπὸ πάσης μίξεως. Καὶ εἷς μέν που παρ' Ἀθηναίοις ἱεροφάντης, οὐδὲ πιστευόμενος (22) ἑαυτοῦ τὰς ἀρσενικας ὀρέξεις, ὡς κύριος αὐτῶν εἶναι δυνάμενος καὶ κρατεῖν αὐτῶν ἐς ὅσον βούλεται, κωνειασθεὶς τὰ ἀρσενικὰ μέρη, καθαρὸς εἶναι νομίζεται πρὸς τὴν νενομισμένην παρ' Ἀθηναίοις ἁγιστείαν. Ἔστι δ' ἐν χριστιανοῖς ἰδεῖν ἄνδρας μὴ δεηθέντας κωνείου, ἵνα τὸ Θεῖον καθαρῶς θεραπεύσωσιν· ἀλλ' ἀρκουμένους Λόγῳ ἀντὶ κωνείου, ὡς πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἀπὸ τῆς διανοίας αὐτῶν ἐξελάσαντες τὸ Θεῖον εὐχαῖς θεραπεύωσι (23). Παρ' ἄλλοις δὲ νομιζομένοις θεοῖς εἶναι παρθένοι πάνυ εὐαρίθμητοι (24), εἴτε ὑπὸ ἀνθρώπων φρουρούμεναι εἴτε καὶ μή· (οὐ γὰρ τοῦτο πρόκειται νῦν ἐξετάζειν·) δοκοῦσι διατελεῖν ἐν τῇ διὰ τὴν (25) εἰς τὸ Θεῖον τιμὴν καθαρότητι· ἐν δὲ Χριστιανοῖς, οὐ διὰ τὰς παρ' ἀνθρώποις τιμὰς, οὐ διὰ μισθοὺς καὶ ἀργύρια, οὐδὲ διὰ δοξάριον, ἀσκοῦσι τὴν παντελῆ παρθενίαν· *καὶ ὡς ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει*, τηροῦνται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν δοκίμῳ νῷ, καὶ τῷ ποιεῖν τὰ καθήκοντα, πληρούμεναι πάσης δικαιοσύνης καὶ ἀγαθότητος (26).

Ταῦτα δὴ λέλεκταί μοι, οὐ προσφιλονεικοῦντι μὲν τοῖς καλῶς καὶ παρ' Ἕλλησι νενοημένοις, οὐδὲ κατηγοροῦντι τῶν ὑγιῶν δογμάτων· βουλομένῳ δὲ παραστῆσαι, ὅτι καὶ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τούτων ἔτι μείζονα καὶ θειότερα λέλεκται μὲν παρὰ τοῖς θείοις ἀνδράσι, προφήταις τοῦ Θεοῦ καὶ ἀποστόλοις τοῦ Ἰησοῦ· ἐξετάζεται δὲ παρὰ τοῖς τελειότερον Χριστιανίζειν ἐθέλουσι, καὶ ἐπισταμένοις, ὅτι, *Στόμα δικαίου μελετήσει σοφίαν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ λαλήσει κρίσιν· ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ.* Ἀλλὰ καὶ παρ' οἷς εἴτε διὰ πολλὴν ἰδιωτείαν (27), εἴτε δι' ἁπλότητα, εἴτε καὶ δι' ἀπορίαν τῶν προτρεψάντων ἐπὶ τὴν λογικὴν εὐσέβειαν, ταῦτα μὲν οὐ τετράνωται, Θεὸς δὲ ὁ ἐπὶ πᾶσι πιστεύεται, καὶ ὁ τούτου μονογενὴς Υἱὸς Λόγος καὶ Θεὸς, εὑρεθείη ἂν σεμνότητος καὶ καθαρότητος καὶ ἤθους ἀφέλεια, καὶ ἁπλότης (28) πολλάκις κρείττων· ἣν οἱ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ μὴ ἀνειληφότες ἐγκαλινδοῦνται μετὰ παίδων, ἐν οἷς οὐ θέμις, *ἄῤῥενες ἐν ἄῤῥεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι.*

[22] Rom. I, 28, 29. [23] Psal. XXXVI, 30, 31. [24] Rom. I, 27.

(21) *Πᾶσαν συνουσίαν*. Vide adnotationes ad lib. I, num. 26.

(22) *Ἱεροφάντης, οὐδὲ πιστευόμενος*. Hœschelius in textu, ἱεροφάντας, οὐδὲ πεπιστευμένος. Hieronymus epist. ad Gerontiam de monogamia; et in fine libri primi *adversus Jovinianum: Hierophantas quoque Atheniensium usque hodie cicutæ sorbitione castrari, et postquam in pontificatum fuerint electi, viros esse desinere.*

(23) Mss., θεραπεύωσι. Libb. antea editi, θεραπεύσουσι.

(24) *Εὐαρίθμητοι*. Vide Hieronymum lib. I *adversus Jovinianum.*

(25) Codd. Regius et Basileensis, διατελεῖν διὰ τὴν εἰς τὸ Θεῖον τιμὴν καθαρώτατοι· οἱ δὲ Χριστιανοὶ οὐ διὰ τάς, etc. Quæ lectio non spernenda, cum tempore Origenis ista fere de Christianis in universum, non de quibusdam eorum vere potuerint dici.

(26) *Πληρούμεναι πάσης δικαιοσύνης καὶ ἀγαθότητος*. Hæc absunt a codd. Regio et Basileensi. Apud Hœschelium legitur in textu, πληρούμενοι.

(27) Mss., ἰδιωτείαν. Libb. editi. ἰδιωτίαν.

(28) Hœschelius in textu, ἁπλότητος.

A Ὁ μὲν οὖν οὐκ ἐσαφήνισε πῶς μετὰ γενέσεώς ἐστι πλάνη, οὐδὲ παρέστησεν ὅ τί περ ἐβούλετο, ἵνα κατανοήσωμεν συγκρίνοντες τὰ αὐτοῦ τοῖς ἡμετέροις· οἱ δὲ προφῆται, αἰνιττόμενοί ὅ τι (29) περὶ τῶν γενέσεως πραγμάτων σοφὸν, θυσίαν περὶ ἁμαρτίας λέγουσιν ἀναφέρεσθαι, καὶ περὶ τῶν ἄρτι γεγεννημένων (30) ὡς οὐ καθαρῶν ἀπὸ ἁμαρτίας. Φασὶ δὲ καὶ τὸ, *Ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου.* Ἀλλὰ καὶ ἀποφαίνονται, ὅτι *ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας*, παραδόξως λέγοντες καὶ τὸ, *Ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαστρὸς, ἐλάλησαν ψευδῆ.* Οὕτω δὲ πᾶσαν τὴν τῶν αἰσθητῶν διαβάλλουσιν οἱ καθ' ἡμᾶς σοφοὶ φύσιν, ὥστε πῆ μὲν ματαιότητα εἰρῆσθαι τὰ σώματα, ἐν τῷ, *Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι·* B πῆ δὲ ματαιότητα ματαιοτήτων, ὡς εἶπεν (31) ὁ Ἐκκλησιαστής· *Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης.* Τίς δ' οὕτω διαβέβληκε τὴν ἐνταῦθα τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς ζωὴν, ὡς ὁ εἰπών· *Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν;* Οὐ γὰρ ἐδίστασε περὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ ζῆν τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα καὶ ἔξω τῶν ἐνθάδε· οὐδ' ἔλεγε μὲν,

Τίς οἶδεν (32), *εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,*
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;

θαῤῥεῖ δὲ λέγειν τὰ ἀληθῆ ἐν τῷ, *Εταπεινώθη εἰς χοῦν ἡ ψυχὴ ἡμῶν·* καὶ, *Εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με.* Καθὸ καὶ τὸ, *Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;* Λέλεκται καὶ τὸ, *Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν.* C Προφήτης δέ ἐστι καὶ ὁ εἰπὼν τὸ, *Ἐταπείνωσας ἡμᾶς ἐν τόπῳ κακώσεως·* κακώσεως τόπον λέγων τὸν περίγειον τόπον, ἐφ' ὃν ἐκβληθεὶς ἀπὸ τοῦ παραδείσου διὰ τὴν κακίαν ἐλήλυθεν ὁ Ἀδὰμ (33) ὅπερ ἐστὶν ἄνθρωπος· καὶ ὁ λέγων δὲ, ὅτι *βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον·* ἔτι δὲ καὶ τὸ, *Ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου, διὸ εὐδοκοῦμεν ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον·* ὅρα πηλίκα περὶ τῆς διαφόρου ζωῆς τῶν ψυχῶν τεθεωρήκει.

Καὶ τί με δεῖ ἐπὶ πλεῖον ἀντιπαρατιθέναι τῇ λέξει Κέλσου, ὡς πολλῷ πρότερον τούτων παρ' ἡμῖν λελεγμένων, ὅτε καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων σαφές ἐστι τὸ D βούλημα ἡμῶν; Ἐν τούτοις δὲ καὶ οἱονεὶ τίθησιν· *Καὶ πνεῦμα εἴ τι οἴεσθε κατιὸν ἐκ Θεοῦ προαγγέλλειν* (34) *τὰ θεῖα, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πνεῦμα, τὸ ταῦτα*

50. Jam nec declaravit quomodo generationi adjungatur error, nec quid sibi vellet, ita explicavit, ut illud intelligere possemus, facta eorum, quæ dicit, cum nostris comparatione. At prophetæ sapiens quid de rebus e generatione ortis indicantes, aiunt piacularem victimam etiam pro recens genitis offerri, utpote qui peccati non sint immunes. Dicunt etiam : *In iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea* [25]. Eorumdem est istud : *Alienati sunt peccatores a vulva* [26]; et illud stupendum quod addunt : *Erraverunt ab utero, locuti sunt falsa* [27]. Ita vero omnem rerum sensibilium naturam deprimunt sapientes nostri, ut modo corpora vanitatem appellent his verbis : *Nam vanitati creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit in spe* [27*]; modo vanitatem vanitatum dicant : *Vanitas vanitatum*, inquit Ecclesiastes, *omnia vanitas* [28]. Quis æque præsentem humanæ animæ vitam insectatus est, ac ille qui dixit : *Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens* [29]? Nec enim dubitat diversane sit præsens vita animæ, a vita quam e rebus istis egressa victura est; nec dixit :

Quis novit, istud vivere an mori siet,
Morique vivere [30]?

sed fidenter vera pronuntiat, cum ait : *Humiliata est in pulvere anima nostra* [31]; et : *In pulverem mortis deduxisti me* [32]. Quo redit et istud : *Quis me liberabit de corpore mortis hujus* [33]? Hoc etiam dictum est : *Qui transfigurabit* **731** *corpus humilitatis nostræ* [34]. Prophetæ est et istud : *Humiliasti nos in loco afflictionis* [35], ubi locum afflictionis vocat terrenum hunc locum, quo Adam seu homo e paradiso ejectus advenit. Vide etiam quam perspecta fuerit diversa animarum vita illi qui dixit : *Videmus nunc per speculum et in ænigmate, tunc autem facie ad faciem* [36]; et istud : *Dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino*, propterea *bonam voluntatem habemus peregrinari a corpore et præsentes esse ad Dominum* [37].

51. Sed quid me opus est Celsi verbis plura opponere, ut probem hæc a nostris multo ante fuisse dicta, quando ex memoratis testimoniis id clare efficitur? Ipse ad illa quodammodo respicit, cum ait : *Si quem putatis ex Deo descendisse spiritum ad res divinas annuntiandum, hic spiritus sane ille est*

[25] Psal. L, 7. [26] Psal. LVII, 4. [27] ibid. [27*] Rom. VIII, 20. [28] Eccles. I, 2. [29] Psal. XXXVIII, 6. [30] Euripid. [31] Psal. XLIII, 26. [32] Psal. XXI, 16. [33] Rom. VII, 24. [34] Philipp. III, 21. [35] Psal. XLIII, 20. [36] I Cor. XIII, 12. [37] II Cor. V, 6 et 8.

(29) *Ὅτι.* Boherellus mallet τό.

(30) *Περὶ τῶν ἄρτι γεγεννημένων.* Vide Galeni lib. V *De Hippocratis et Platonis decretis*, pag. 290.

(31) *Ὡς εἶπεν.* Ita codd. Reg. et Basil. In antea editis deest ὡς.

(32) *Τίς οἶδεν.* Sequitur apud Suidam, τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν, καὶ τὸ καθεύδειν κώδιον. Stobæus, serm. 117, ex Euripide :

Τίς δ' οἶδεν εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν,
Τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; Πλὴν ὅμως βροτῶν
Νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
Οὐδὲν νοσοῦσιν, οὐδὲ κέκτηνται κακά. SPENC.

Quæ Euripidis versibus subnectit Suidas in τίς, desumpta sunt ex Aristophane, in *Ranis*.

(33) *Ὁ Ἀδάμ.* Vide adnotationes ad lib. IV, num. 40.

(34) *Καὶ πνεῦμα εἴ τι οἴεσθε κατιὸν ἐκ Θεοῦ προαγγέλλειν.* Ita codex Jolianus ex correctione. Libb. antea editi, ἢ πῶς πνεῦμα θεῖον κατιὸν ἐκ Θεοῦ προαγγέλλει.

qui *ista prædicat, et quo repleti viri veteres multa ac præclara docuerunt*. Sed nescivit quantum ab istis differant ea quæ nobis penitus perspecta sunt dicentibus istud : *Incorruptibilis tuus spiritus est in omnibus, quapropter delinquentes paulatim arguit Deus* [38]; et dicentibus inter alia etiam his : *Accipite Spiritum sanctum* [39], aliam dati Spiritus quantitatem significari, ac eam, quæ indicatur hoc alio loco : *Baptizabimini in Spiritu sancto non post multos hos dies* [40]. Cæterum difficile est, postquam hæc diligenter considerata sunt, invenire quid intersit discriminis eos inter qui ex pluribus intervallis veritatis cognitionem capiunt tenuemque Dei notionem, et eos qui plenius Deo afflantur, versantur cum illo semper, et perpetuo aguntur a divino Spiritu. Id si Celso expensum et intellectum fuisset, B nobis non exprobrasset ignorantiam, nec vetuisset ne cæcos appellaremus qui putant mechanicis hominum artibus, qualis est statuaria, dari pietatis argumentum. Nemo enim, qui oculos animæ perspicaces habeat, alia ratione colit divinitatem, quam ea quæ docet intentum semper in hujus universi Conditorem tenere animum, illi preces ferre omnes, et omnia facere quasi in oculis Dei spectatoris, qui vel in cogitationes nostras introspicit. Optamus igitur et nos ipsi videre, et cæcorum esse duces, donec ad Dei Verbum accedentes visum animæ recipiant ignorantia occæcatum. Si autem digna facimus illo qui suis discipulis dixit : *Vos estis lux mundi* [41], et Verbo docente *lucem in tenebris lucere* [42], tum lumen erimus eorum qui C sunt in tenebris, erudiemus insipientes, ignaros docebimus.

52. Neque indignetur Celsus a nobis claudos vocari et pedibus animæ mutilatos, qui ad commentitia sacra, quasi vera essent, **732** properant, quique non vident nihil sacrum ex manibus artificum exire posse. Currunt et ii qui pietatem doctrinæ Jesu consentaneam colunt, donec ad stadii metam progressi firmato et sincero animo dicant : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi; de reliquo reposita est mihi corona justitiæ* [43]. Ac sic unusquisque nostrum currit, *non ut in incertum;* et sic cum vitio confligit, *non ut aerem verberans* [44], sed eos qui subditi sunt *principi potestatis hujus aeris, spiritui qui nunc operatur in filios diffidentiæ* [45]. D Jam vero dicat Celsus nos *corpore mortuo vivere*, nos, inquam, quibus dictum est : *Si secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis* [46]; quique istud audivimus : *Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus* [47]. Atque utinam factis nostris convincere possimus eum mentiri cum nos ait corpore mortuo vivere.

A *κηρύττον, οὗ δὴ πλησθέντες ἄνδρες παλαιοὶ πολλὰ κἀγαθὰ ἤγγειλαν*. Οὐκ οἶδε δὲ διαφορὰν τῶν παρ' ἡμῖν ἠκριβωμένων τοῖς λέγουσιν, ὅτι καὶ τό· *Ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι, διὸ τοὺς παραπίπτοντας κατ' ὀλίγον ἐλέγχει ὁ Θεός*· φάσκουσι δὲ ἄλλα καὶ τὸ, *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον*, τὴν ποσότητα τοῦ διδομένου ἑτέραν ἐμφαίνειν παρὰ τὴν δηλουμένην ἐκ τοῦ, *Βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας*. Ἔργον δέ ἐστι ταῦτ' ἐπιμελῶς νοήσαντα ἰδεῖν διαφορὰν τῶν ἐκ διαλειμμάτων πλειόνων χωρησάντων τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν, καὶ βραχεῖαν ἐπίνοιαν Θεοῦ· καὶ τῶν ἐπὶ πλεῖον θεοφορηθέντων, καὶ ἀεὶ μετὰ Θεοῦ ἑστηκότων, καὶ διὰ παντὸς ὑπὸ θείου πνεύματος ἀγομένων· ὅπερ εἰ ἦν ἐξετασθὲν καὶ νενοημένον Κέλσῳ, B οὐκ ἀμαθίαν ἡμῖν ἐνεκάλει, οὐδὲ προσέταττε μὴ λέγειν τυφλώττειν τοὺς ἐν ὑλικαῖς τέχναις ἀνθρώπων, ταῖς κατὰ τὰ ἀγάλματα, οἰομένους ἐνδείκνυσθαι τὴν εὐσέβειαν. Οὐδεὶς γὰρ βλέπων τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ἄλλῳ τρόπῳ σέβει τὸ Θεῖον παρὰ τὸν ὑποδεικνύντα ἐνορᾷν ἀεὶ τῷ τοῦ παντὸς Δημιουργῷ, καὶ πᾶσαν εὐχὴν ἀναφέρειν ἐκείνῳ, καὶ πάντα πράττειν ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς Θεοῦ, ἐπὶ θεατοῦ (35) ἐνορῶντος ἡμῶν καὶ τοῖς λογισμοῖς. Εὐχόμεθα οὖν ἡμεῖς καὶ βλέπειν, καὶ ὁδηγοὶ εἶναι τυφλῶν, ἕως προσελθόντες τῷ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἀπολάβωσι τὰς ὑπὸ τῆς ἀγνοίας τυφλωθείσας ὄψεις τῆς ψυχῆς αὐτῶν. Ἐὰν δὲ καὶ ποιῶμεν ἄξια τοῦ εἰπόντος τοῖς μαθηταῖς, *Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου*, καὶ τοῦ διδάξαντος Λόγου, ὅτι *Τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει*· ἐσόμεθα καὶ C φῶς τῶν ἐν σκότει, καὶ παιδεύσομεν τοὺς ἄφρονας, καὶ διδάξομεν τοὺς νηπίους.

Μὴ ἀγανακτείτω δὲ Κέλσος, ἐπὰν χωλοὺς λέγωμεν καὶ τὰς βάσεις τῆς ψυχῆς πεπηρωμένους τοὺς ἐπὶ τὰ νομιζόμενα ἱερὰ, ὡς ἀληθινὰ ἱερὰ, σπεύδοντας, καὶ μὴ ὁρῶντας, ὅτι οὐδὲν βαναύσων ἔργον δύναται εἶναι ἱερόν. Τρέχουσι δὲ καὶ οἱ κατὰ τὴν διδασκαλίαν Ἰησοῦ εὐσεβοῦντες, ἕως ἐπὶ τὸ τέλος φθάσαντες τοῦ δρόμου εἴπωσιν ἐῤῥωμένῃ καὶ ἀληθευούσῃ τῇ διαθέσει· *Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν, ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος*. Καὶ ἕκαστός γε ἡμῶν οὕτω τρέχει, ὡς *οὐκ ἀδήλως*· καὶ οὕτω πρὸς τὴν κακίαν πυκτεύει, ὡς *οὐκ ἀέρα δέρων*, ἀλλὰ D τοὺς ὑπὸ *τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας*. Λεγέτω δ' ἡμᾶς ὁ Κέλσος *σώματι τῷ νεκρῷ ζῶντας*, ἀκούοντας, *Εἰ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν, εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε*· καὶ μανθάνοντας τὸ, *Εἰ πνεύματι ζῶμεν, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν*· εἴη τε (36) τοῖς ἔργοις ἡμᾶς δεικνύναι ψευδόμενον τὸν λέγοντα περὶ ἡμῶν, ὅτι τῷ σώματι ζῶμεν τῷ νεκρῷ.

[38] Sap. XII, 1, 2. [39] Joan. XX, 22. [40] Act. I, 5. [41] Matth. V, 14. [42] Joan. I, 5. [43] II Tim. IV, 7. [44] II Cor. IX, 26. [45] Eph. II, 2. [46] Rom. VIII, 13. [47] Gal. V, 25.

(35) *Ἐπὶ θεατοῦ*. Boherello magis placeret conjunctim, ut esset ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς Θεοῦ ἐπιθεατοῦ.

(36) *Εἴη τε*. Ita legendum duabus vocibus, quasi dicat, *sit modo ut*. Hœschelius in textu habet : εἰ ἦτε. Codd. Reg. et Basileensis, εἰ οἷός τε, melius legeretur εἰ οἷοί τε τοῖς ἔργοις ἦμεν δεικνύναι.

A Μετὰ ταῦτα τοίνυν, πρὸς ἃ κατὰ δύναμιν ἀπηντήσαμεν, φησὶ πρὸς ἡμᾶς· *Πόσῳ δ' ἦν ὑμῖν ἄμεινον, ἐπειδή γε καινοτομῆσαί τι ἐπεθυμήσατε, περὶ ἄλλον τινὰ τῶν γενναίως ἀποθανόντων, καὶ θεῖον μῦθον δέξασθαι δυναμένων, σπουδάσαι; Φέρε, εἰ μὴ ἤρεσκεν Ἡρακλῆς, καὶ Ἀσκληπιὸς, καὶ οἱ πάλαι δεδοξασμένοι, Ὀρφέα εἴχετε, ἄνδρα ὁμολογουμένως ὁσίῳ χρησάμενον Πνεύματι, καὶ αὐτὸν βιαίως ἀποθανόντα. Ἀλλ' ἴσως ὑπ' ἄλλων προείληπτο. Ἀνάξαρχον γοῦν, ὃς, εἰς ὅλμον ἐμβληθεὶς, καὶ παρανομώτατα συντριβόμενος, εὖ μάλα κατεφρόνει τῆς κολάσεως, λέγων· Πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, αὐτὸν γὰρ οὐ πτίσσεις. Θείου τινὸς ὡς ἀληθῶς πνεύματος ἡ φωνή. Ἀλλὰ καὶ τούτῳ φθάσαντές τινες ἠκολούθησαν φυσικοί.* B *Οὐκοῦν Ἐπίκτητον; ὃς, τοῦ δεσπότου στρεβλοῦντος αὐτοῦ τὸ σκέλος, ὑπομειδιῶν ἀνεκπλήκτως ἔλεγε· Κατάσσεις· καὶ κατάξαντος, Οὐκ ἔλεγον, εἶπεν, ὅτι κατάσσεις; Τί τοιοῦτον ὁ ὑμέτερος Θεὸς κολαζόμενος ἐφθέγξατο; Ὑμεῖς δὲ κἂν Σίβυλλαν* (37), *ᾗ χρῶνταί τινες ὑμῶν, εἰκότως ἂν μᾶλλον προεστήσασθε ὡς τοῦ Θεοῦ Παῖδα· νῦν δὲ παρεγγράφειν μὲν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰκῇ δύνασθε* (38)· *τὸν δὲ βίῳ μὲν ἐπιῤῥητοτάτῳ, θανάτῳ δὲ οἰκτίστῳ χρησάμενον, Θεὸν τίθεσθε. Πόσῳ τοῦδε ἐπιτηδειότερος ἦν ὑμῖν Ἰωνᾶς ἐπὶ τῇ κοιλίᾳ κήτους* (39), *ἢ Δανιὴλ ὁ ἐκ τῶν θηρίων, ἢ οἱ τῶνδε ἔτι τερατωδέστεροι;*

C Ἐπεὶ οὖν ἀναπέμπει ἡμᾶς ἐπὶ τὸν Ἡρακλέα, ἀπομνημόνευμα τῶν λόγων (40) αὐτοῦ ἡμῖν παραστησάτω, καὶ περὶ τῆς παρ' Ὀμφάλῃ ἀσέμνου δουλείας αὐτοῦ ἀπολογησάσθω· δεικνύτω δὲ, εἰ θείας τιμῆς ἄξιος ἦν ὁ τοῦ γεωργοῦ βίᾳ καὶ λῃστρικῶς λαβὼν τὸν βοῦν, καὶ καταθοινησάμενος, καὶ ἡσθεὶς ἐφ' οἷς ἐκεῖνος καταρώμενος ἔλεγε πρὸς αὐτὸν ἐσθίοντα· ὡς καὶ μέχρι τοῦδε ἱστορεῖσθαι τὸν Ἡρακλέος δαίμονα (41) λαμβάνειν μετὰ τῶν ἀρῶν τὴν θυσίαν. Καλεῖ δ' ἡμᾶς ἐπὶ τὴν περὶ Ἀσκληπιοῦ ταυτολογίαν, προειρηκότας καὶ περὶ αὐτοῦ· ἀλλ' ἡμεῖς

53. Post illa quæ quoad vires tulerunt refutavimus, his nos compellat verbis : *Quanto vobis satius erat, siquidem novarum rerum desiderio tenebamini, aliquem eorum consectari, qui generosam oppetiere mortem, et in quos fabula, quæ divinitatem eis tribueret, non male conveniret ? Age, si minus placebat Hercules, Æsculapius, et alii antiquis temporibus celebrati, Orpheum habebatis, virum divino Spiritu afflatum, ut fatentur omnes, eumque morte violenta exstinctum. Fortasse illum ante elegerant alii. Sed Anaxarchus se offerebat, qui injectus in mortarium et contritus crudelissime, ludos faciebat supplicium : « Tunde, inquiebat, tunde Anaxarchi vaginam, ipsum enim non tundis. » Quæ vox est profecto divini cujusdam spiritus. Sed erant ei alii physici qui ejus disciplinam sectarentur. Nunquid non Epictetum habebatis ? qui, cum herus ei crus torqueret, subridens et hac re nihil commotus : « Perfringes, » inquit ; cumque ille perfregisset : « Dixin hoc futurum ? » Quid simile Deus vester in supplicio dixit ? Et Sibyllam, cujus auctoritate quidam e vestris utuntur, si Dei filiam esse dixissetis, probabilius fuisset. Nunc autem, cum in ejus scriptis multa impia temere inserueritis, Deum esse vultis eum, qui vitam infamem morte miserabili finivit. Quanto aptior erat Jonas in ceti ventre conclusus, aut Daniel faucibus ferarum ereptus, aut alii istis adhuc prodigiosiores ?*

54. Sed quoniam nos ad Herculem remittit, aliquid igitur ex ejus dictis commemoret, et turpis ejus apud Omphalem servitutis patrocinium suscipiat. Probet eum divino cultu esse
733 dignum, qui bovem vi et latronis more ereptum agricolæ devorans, delectabatur injuriis, quibus ille exsecrans comedentem onerabat; ita ut usque hodie dicatur genio Herculis victima cum exsecrationibus offerri. Æsculapium nobis rursus proponit, quamvis de illo jam ante dixerimus : sed jam dicta sufficiant. Quid autem Orpheum admi-

(37) *Σίβυλλαν*. Vide adnotationes ad lib. v, num. 61.

(38) Mss., δύνασθε. Libb. antea editi, δύνασθαι.

(39) *Ἐπὶ τῇ κοιλίᾳ κήτους*. Ita codex Jolianus ex correctione, quæ lectio confirmatur ex hujus libri numero 57. Hœschel. et Spencer., ἐπὶ τῇ κολοκύντῃ, sed quid prodigii habet ἐπὶ τῇ κολοκύντῃ Jonam fuisse?

(40) In margine editorum legitur, ἀπομνημονεύματα λόγων.

(41) *Ἡρακλέος δαίμονα*. Lactant., lib. I, cap. 21 : *Apud Lindum, quod est oppidum Rhodi, Herculis sacra sunt, quorum a cæteris longe diversus est ritus : siquidem non* εὐφημίᾳ *(ut Græci appellant), sed maledictis et exsecratione celebrantur; eaque pro violatis habent, si quando inter solemnes ritus vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. Cujus rei hæc ratio redditur, si tamen ulla esse ratio in rebus vanissimis potest. Hercules, cum eo delatus esset, famemque pateretur, aratorem quemdam conspexit operantem : ab eoque petere cœpit, ut sibi unum bovem venderet ; enimvero ille negavit fieri posse, quia spes sua omnis colendæ terræ duobus illis jumentis niteretur. Hercules, solita violentia usus, quia unum accipere non potuit, utrumque sustulit ; at ille infelix, cum boves suos mactari videret, injuriam suam maledictis ultus est : quod homini eleganti et urbano gratissimum fuit.* D *Nam dum comitibus suis epulas apparat, dumque alienos boves devorat, illum sibi amarissime convicianlem cum risu et cachinnis audiebat; sed postquam Herculi divinos honores ob admirationem virtutis deferri placuit, a civibus ei ara posita est, quam de facto* Βούζυγον, *id est bovis jugum, nominavit ; ad quam duo juncti boves immolarentur ; sicut illi quos abstulerat aratori ; eumque ipsum sibi constituit sacerdotem, ac præcepit ut iisdem maledictis semper in celebrandis sacrificiis uteretur : quod negaret se unquam epulatum esse jucundius.* Philostrat., lib. II *Iconum* in Thiodamante, a quo Hercules una cum sociis boves abripuit : Ὅθεν βοῦς μὲν ἀρότης Ἡρακλεῖ θύεται. Κατάρχονται δὲ ἐπαρώμενοι, ὅσα, οἶμαι, ὁ γεωργός ποτε. Χαίρει δὲ ὁ Ἡρακλῆς, καὶ Λινδίοις δίδωσι καταρωμένοις τἀγαθά. *Unde arator bos Herculi immolatur. Auspicantur autem sacra imprecantes quæcunque, ut puto, agricola tunc. At Hercules gaudet, Lindiisque exsecrantibus dat bona.* SPENCER.

rans, cum ait omnium consensu sancto Spiritu afflatum esse et recte vixisse? Multum fallor, si Celsus non eo celebrat Orpheum, ut nobiscum contendat et Jesum deprimat; cum vero impias illius de diis fabulas legit, non carmina detestatus fuerit ut magis quam Homeri versus, digna, quæ ex rite instituta republica exterminentur. Orpheus enim longe pejora, quam Homerus, de diis carmina conscripsit. Generosus, fateor, ille Anaxarchus fuit, qui Aristocreonti Cypri tyranno : *Tunde*, inquiebat, *tunde Anaxarchi vaginam;* sed id unum de Anaxarcho Græci norunt, quod admiratione dignum sit : et quamvis hominis virtutem alii, ut Celsus, magni facere debuerint, Anaxarchum idcirco pro deo haberi non erat consentaneum. Ad Epictetum quoque nos mittit, admirans quam generoso dicto fracturam sui cruris exceperit : quod tamen dictum ejusmodi non est, ut cum excellentibus dictis factisque Jesu a Celso despectis conferri possit : nam illos Jesu sermones divina potestas comitabatur, et adhuc non simpliciores modo, sed etiam intelligentiores non parvo numero convertunt.

55. Addit tot virorum enumerationi : *Quid simile Deus vester in supplicio dixit?* Respondemus, ejus in verberibus ignominiisque silentium majoris constantiæ patientiæque fuisse, quam quidquid Græci calamitatibus pressi dixerunt; si tamen id credere vult Celsus, quod a viris optimæ fidei scriptum est, qui cum Jesu miracula vere memorarunt, tum illis ejus in supplicio silentium annumeravere. Sed et eadem usus est mansuetudine, et cum ludibrio habitus est, et cum indutus est coccineam **734** chlamydem, et cum ejus caput spinea circumdatum est corona, et cum arundinem loco sceptri sumpsit in manus; nec quidquam ignavum aut stomachosum illi excidit adversus eos qui tanta adversus ipsum auderent. Qui igitur præ fortitudine tacuit in supplicio, qui omnia sibi a suis derisoribus inflicta mansuete sustinuit, is non præ ignavia, ut opinantur nonnulli, dixit istud : *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Verumtamen non ut ego volo, sed sicut tu* [48]. Est et alia ratio cur istum, ut vocat, calicem deprecari visus fuerit, quam alibi fusius examinavimus et explicavimus. Verum ut hanc deprecationem simplicius intelligamus, vide annon pia in Deum illa sit oratio : cum nemo suas calamitates antecedenti causæ tribuat, sed sustinendum esse existimet, cum tempus postulat, id quod non ex antecedente causa

A ἐκείνοις ἀρκούμεθα. Τί δὲ καὶ θαυμάσας Ὀρφέως ὁμολογουμένως φησὶν αὐτὸν ὁσίῳ χρησάμενον πνεύματι, καλῶς βεβιωκέναι; Θαυμάζω δὲ, εἰ μὴ καὶ Κέλσος διὰ μὲν τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλονεικίαν, καὶ ἵνα Ἰησοῦν ἐξευτελίσῃ, νῦν ὑμνεῖ Ὀρφέα· ὅτε δ' ἐνετύγχανεν (42) αὐτοῦ τοῖς ὡς περὶ θεῶν ἀσεβέσι μύθοις, οὐκ ἀπεστρέφετο τὰ ποιήματα, ὡς μᾶλλον τῶν Ὁμήρου ἄξια ἐκβάλλεσθαι τῆς καλῆς πολιτείας (43)· καὶ γὰρ πολλῷ χείρονα περὶ τῶν νομιζομένων εἶναι θεῶν Ὀρφεὺς (44) ἢ Ὅμηρος. Γενναῖος μὲν οὖν ὁ Ἀνάξαρχος, λέγων τῷ τῆς Κύπρου τυράννῳ Ἀριστοκρέοντι (45), *Πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον*· μονογενὲς δὲ τοῦτο περὶ Ἀναξάρχου ἴσασι θαυμαζόμενον Ἕλληνες· ἐφ' ᾧ εἰ καὶ, ὡς Κέλσος, ἀξίως ἐχρῆν τινας σέβειν ἄνθρωπον δι' ἀρετὴν, οὐκ

B ἦν εὔλογον ἀναγορεύεσθαι τὸν Ἀνάξαρχον θεόν. Καὶ ἐπὶ Ἐπίκτητον (46) δὲ ἡμᾶς ἀναπέμπει, θαυμάσας τὸ εὐγενῶς μὲν αὐτῷ λελεγμένον, οὐ μὴν ὥστε παραβληθῆναι αὐτοῦ τὸν ἐπὶ τῇ κατάξει τοῦ σκέλους λόγον τοῖς παραδόξοις τοῦ Ἰησοῦ ἔργοις καὶ λόγοις ἀπιστουμένοις ὑπὸ Κέλσου· διὰ τὸ καὶ δυνάμει λελέχθαι θείᾳ, μέχρι δεῦρο ἐπιστρέφοντας οὐ τῶν ἁπλουστέρων τινὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν συνετωτέρων.

Ἐπεὶ δέ φησι μετὰ τὸν κατάλογον τῶν τοσούτων ἀνδρῶν τὸ, *Τί τοιοῦτον ὁ ὑμέτερος Θεὸς κολαζόμενος ἐφθέγξατο;* Εἴποιμεν ἂν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἡ παρὰ ταῖς μάστιξι καὶ ταῖς πολλαῖς αἰκίαις αὐτοῦ σιωπὴ παντὸς τοῦ ἐν Ἕλλησιν, ἐν περιστάσεσι τυγχάνοντος, φθεγξαμένου μᾶλλον ἐνέφηνε καρτερίαν καὶ ὑπομονήν· εἴ γε κἂν τούτῳ πιστεύειν ὁ Κέλσος

C βούλεται εὐγνωμόνως ἀναγεγραμμένῳ ὑπὸ φιλαλήθων ἀνδρῶν, τῶν καὶ τὰ παράδοξα ἀψευδῶς εἰρηκότων, καὶ τὴν παρὰ ταῖς μάστιξι σιωπὴν αὐτοῦ ἐκείνοις συναριθμησάντων. Ἀλλὰ καὶ ἐμπαιζόμενος, καὶ ἐνδυόμενος τὴν κοκκίνην χλαμύδα, καὶ τὸν ἀκάνθινον στέφανον τῇ κεφαλῇ περιτιθέμενος, καὶ τὸν κάλαμον λαμβάνων ἐπὶ τῆς χειρὸς ἀντὶ σκήπτρου, ἄκρᾳ πρᾳότητι ἐχρήσατο, μηδὲν μηδ' ἀγεννὲς (47), μηδ' ἀγανακτητικὸν εἰπὼν πρὸς αὐτοὺς, τοσαῦτα κατ' αὐτοῦ τολμήσαντας. Οὐκ ἦν οὖν, κατὰ τὸν ἀπὸ καρτερίας παρὰ ταῖς μάστιξι σιωπήσαντα, καὶ ἀπὸ πρᾳότητος πάντα ὑπομένοντα τὰ παρὰ τῶν ἐμπαιζόντων προσαγόμενα, εἰρηκέναι ἀπὸ ἀγεννείας ὡς οἴονταί τινες καὶ τὸ, *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, τὸ ποτήριον παρελθέτω τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς*

D *σύ.* Ἔχει μὲν οὖν λόγον ἡ δοκοῦσα ὑποπαραίτησις εἶναι τοῦ καλουμένου ποτηρίου, ὃν ἐν ἄλλοις ἐπὶ πλεῖον ἐξητάσαμεν καὶ ἀποδεδώκαμεν. Ἵνα δ' ἁπλούστερον ἀκούσωμεν τοῦ λελεγμένου, ὅρα εἰ μὴ μετὰ τῆς πρὸς Θεὸν εὐσεβείας καὶ ἡ εὐχὴ εἴρηται, πάντως

[48] Matth. xxvi, 39.

(42) Mss., ἐνετύγχανεν. Libb. editi, ἐτύγχανεν.

(43) *Ἐκβάλλεσθαι τῆς καλῆς πολιτείας.* Vide adnotationes ad lib. iv, num. 36.

(44) *Ὀρφεύς.* Vide adnotationes ad lib. i, n. 16.

(45) *Ἀριστοκρέοντι.* Νικοκρέοντι. Plutarch. lib. περὶ ἠθ. ἀρετῆς. Laert., Cicer. ii *Tusculan.*

(46) *Ἐπίκτητον.* A teneris claudicasse Epictetum tradit Simplicius ad Enchirid. pag. 102, et ex defluxione pedum debilitatum refert Suidas. Porro claudicantis σκέλους Epicteti mentio non uno in loco apud Simplicium pag. 128; Nazianzenum, epist. 64, ad Philagrium et orat. in Julianum pag. 37 edition. Montacutii. Vide etiam Cæsarium dialogo 4.

(47) Mss., ἀγεννές. Libb. editi, ἀγενές.

οὑτινοσοῦν τὸ περιστατικὸν οὐ προηγούμενον εἶναι νομίζοντος, ἀλλ' ὑπομένοντος τὸ μὴ προηγουμένως συμβαῖνον (48), ὅταν καιρὸς καλῇ. Ἀλλὰ καὶ οὐκ ἐνδεδωκότος ἦν, εὐαρεστουμένου δὲ τοῖς συμβαίνουσι, καὶ προτιμῶντος τὰ ἀπὸ Προνοίας περιστατικὰ, ἡ λέγουσα φωνή· *Πλὴν οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ.*

Εἶτ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐβούλετο ἡμᾶς μᾶλλον *Σίβυλλαν* ἀναγορεῦσαι *παῖδα Θεοῦ* ἢ Ἰησοῦν, ἀποφηνάμενος, ὅτι *παρενεγράψαμεν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ καὶ βλάσφημα*· καὶ μὴ ἀποδείξας μηδ' ὅ τι παρενεγράψαμεν· ἀπέδειξε δ' ἂν, εἰ τὰ ἀρχαιότερα καθαρώτερα ἐδείκνυε, καὶ οὐκ ἔχοντα ἅπερ οἴεται παρεγγεγράφθαι· μὴ ἀποδείξας δὲ μηδ' ὅτι βλάσφημά ἐστι ταῦτα· εἶτα πάλιν οὐ δὶς, οὐδὲ τρὶς, ἀλλὰ δὴ πολλάκις ἐπιῤῥητότατον εἶπε τὸν Ἰησοῦ βίον· οὐ στὰς καθ' ἕκαστον τῶν ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ πεπραγμένων, καὶ νομιζομένων εἶναι ἐπιῤῥητοτάτων· ἵνα τοῦτ' εἰπὼν δόξῃ μὴ μόνον ἀναποδείκτως ἀποφαίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ λοιδορεῖν ὃν οὐκ ἐπίσταται. Εἰ γὰρ τὰ εἴδη τοῦ ἐπιῤῥητοτάτου βίου ἐν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ φαινόμενα αὐτῷ ἐκτιθέμενος ἦν, κἂν ἠγωνισάμεθα πρὸς ἕκαστον τῶν δοκούντων εἶναι αὐτῷ ἐπιῤῥητοτάτων (49). Τὸ δὲ καὶ θανάτῳ οἰκτίστῳ κεχρῆσθαι τὸν Ἰησοῦν, δύναιτ' ἂν λέγεσθαι καὶ περὶ Σωκράτους καὶ περὶ Ἀναξάρχου, οὗ πρὸ βραχέος ἐμνημόνευσε, καὶ περὶ ἄλλων μυρίων. Ἦ οἴκτιστος μέν ἐστιν ὁ Ἰησοῦ θάνατος, οὐχὶ δὲ καὶ ὁ ἐκείνων; ἢ ὁ ἐκείνων μὲν οὐκ οἴκτιστος, ὁ δὲ τοῦ Ἰησοῦ οἴκτιστος; ὁρᾷς οὖν καὶ ἐνταῦθα, ὅτι σκοπὸς ἦν τῷ Κέλσῳ τὸ διαλοιδορεῖσθαι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, κινουμένῳ, οἶμαι, ὑπό τινος πνεύματος, καταλυθέντος ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ καὶ καθαιρεθέντος, ἵνα μηκέτι ἔχῃ κνίσσας καὶ αἵματα, οἷς τρεφόμενον ἠπάτα τοὺς ἐν τοῖς ἐπὶ γῆς ἀγάλμασι ζητοῦντας θεὸν, καὶ μὴ ἀναβλέποντας εἰς τὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀληθῶς Θεόν.

Εἶθ' ἑξῆς, ὡσπερεὶ σκοπὸν ἔχων τὸ συμπληροῦν βιβλίον, ἐβούλετο ἡμᾶς *μᾶλλον τὸν Ἰωνᾶν νομίσαι Θεὸν ἤπερ Ἰησοῦν*· Ἰωνᾶν, τὸν κηρύξαντα μετάνοιαν μιᾷ πόλει τῇ Νινευΐ, προκρίνων Ἰησοῦ τοῦ κηρύξαντος μετάνοιαν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ μᾶλλον ἐκείνου ἀνύσαντος. Καὶ τὸν μὲν ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τεραστίως ποιήσαντα καὶ παραδόξως τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ἐβούλετο ἡμᾶς ἀναγορεῦσαι Θεόν· τὸν δ' ἀναδεξάμενον ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀποθανεῖν, οὐκ ἤθελε Κέλσος, μαρτυρούμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν προφητῶν ἄξιον εἶναι τῆς δευτερευούσης μετὰ τὸν Θεὸν τῶν ὅλων, δι' ἃ ἐποίησεν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ἀνδραγαθήματα, τιμῆς. Καὶ Ἰωνᾶς μὲν, ἵνα (50) μὴ κηρύξῃ τὸ προστεταγμένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, κατεπόθη ὑπὸ τοῦ κήτους· Ἰησοῦς δὲ, ἐπεὶ ἐδίδαξεν ἅπερ ὁ Θεὸς ἐβούλετο, τὸν ὑπὲρ ἀνθρώπων θάνατον ἀνεδέξατο. Ἑξῆς δέ φησιν, ὅτι ἔδει μᾶλλον τὸν Δανιὴλ, ἀναβάντα ἀπὸ τῶν λεόντων, προσκυνεῖσθαι ὑφ' ἡμῶν ἤπερ τὸν Ἰησοῦν, τὴν ἀγριότητα πάσης ἀντικειμένης

A accidit. Deinde non succumbentis, sed calamitates libenti animo ferentis, et immissos sibi a Providentia casus reverentis fuit hæc vox: *Verumtamen non ut ego volo, sed sicut tu* [49].

56. Subdit, nescio quomodo, nos melius facturos fuisse, si *Sibyllam Dei filiam* appellassemus potius quam Jesum; affirmatque *a nobis multa eaque impia in ejus scriptis inserta esse;* nec tamen indicat quid insertum a nobis fuerit. Quod fecisset, si puriora monstrasset exemplaria, ubi non viderentur ea quæ inserta fuisse existimat. Imo ne ostendit quidem illa esse impia. Deinde rursus non bis, non ter, sed sæpius infamem dixit Jesu vitam: quamvis in B singulis rebus gestis, quas infames vocat, minime immoretur; ita ut hoc dicens non solum affirmare nulla ratione, sed etiam in ignotum convicia jacere videatur. Quod si quas infamiæ species in factis Jesu animadvertit, declarasset, ad singula eorum, quæ ipsi visa fuerant infamia, respondere conati fuissemus. Jam vero exstinctum fuisse Jesum miserabili morte, id objici potest contra Socratem et Anaxarchum, cujus paulo ante meminit, et contra sexcentos alios. An Jesu mors est miserabilis, non autem illorum? aut illorum non miserabilis fuit, Jesu autem fuit? Atque hinc etiam vides Celso propositum fuisse conviciis onerare Jesum. Opinor, movebat illum spiritus aliquis ita debellatus a Jesu atque profligatus, ut non habeat amplius nidorem C et sanguinem, quibus antea nutritus in fraudem inducebat eos qui, deum hic in statuis quærentes, ad summum verumque Deum oculos non attollebant.

735 57. Postea, quasi ut volumen amplificet, ait *Jonam potius, quam Jesum, Deum a nobis existimari debuisse* [50]; quo Jonam, qui uni urbi Ninive pœnitentiam prædicavit, Jesu præfert, a quo idem universo mundo annuntiatum est et felicius perfectum. Qui tres dies noctesque in ventre ceti prodigialiter servatus est [51], eum a nobis deum nuncupari voluisset; noluisset autem Celsus eum, qui hominum causa mortem pertulit, cui testimonium D Deus per prophetas perhibet, qui præclara in cœlo et terra edidit facinora, dignum esse qui secundos a summo Deo honores occupet. Ac Jonas quidem, quia quod a Deo jussum fuerat prædicare recusaret, absorptus est a ceto [52]; Jesus autem hominum gratia mortem pertulit, postquam docuerat quæ Deus voluit. Deinde ait magis a nobis Danielem a leonibus illæsum adorari oportuisse [53], quam Jesum, qui feritatem omnis adversariæ potestatis proculcavit [54], *et dedit nobis potestatem calcandi supra*

[49] Matth. XXVI, 39. [50] Jon. III, 4. [51] Jon. II, 1. [52] Jon. I, 5. [53] Dan. VI, 23. [54] Coloss. II, 15.

(48) Libb. editi, προηγουμένως εἶναι συμβαῖνον, sed a codice Basileensi recte abest εἶναι.

(49) Codd. Regius et Basileensis, αὐτὸν ἐπιῤῥητότατον. Libb. editi, αὐτῷ ἐπιῤῥητότατον. Legendum αὐτῷ ἐπιῤῥητοτάτων.

(50) Ἵνα. Ante hanc vocem videtur deesse φεύγων, aut quid simile.

serpentes et scorpiones et super omnem virtutem inimici[55]. Deinde cum alios dicere non haberet : *Aut alii, inquit, adhuc istis prodigiosiores;* nempe ut simul Jonæ et Danieli injuriam faciat. Nam spiritus, qui in Celso est, nescit justis benedicere.

58. Quæ sequuntur apud Celsum, nunc consideremus. Ea sic habent : *Est et illis hujusmodi sententia, non ulciscendum esse qui infert injuriam. Si quis tibi, inquiunt, maxillam alteram percusserit, præbe illi et alteram. Vetus est istud et eleganter jam olim enuntiatum, quod rusticius isti reddiderunt. Sic enim Plato Socratem cum Critone colloquentem facit :* « Nunquam igitur facienda injuria est? Non profecto. Neque injuria repellenda est injuria, ut multi putant; siquidem nullo modo facienda sit injuria? Non videtur. Quid ergo? Criton, damnum inferre licet, annon? Nunquam licet, o Socrates. Quid? damnum inferenti damnum inferre justumne est, ut affirmant multi, annon? Nullo modo. Nam hominibus male facere et injuriam facere unum et idem sunt. Vera loqueris. Neque igitur injuriam injuria rependere, neque male ulli hominum facere licet, quælibetcunque ab illis passus fueris. » *Hæc Plato. Et iterum :* « Vide igitur et tu etiam atque etiam an ejusdem sententiæ simus, itane tibi videatur, et inde deliberandi ducamus initium, rectum non esse facere injuriam, aut injuriam injuria ulcisci, aut damno affectum damno afficere; an recedas, et initium istud mecum non assentiaris. Ego autem jamdudum et adhuc ita censeo. » *Sic igitur Platoni visum* **736** *est, et eadem jam olim a divinis viris tradita fuerant. Sed de iis et aliis quæ depravant, hæc sufficiant. Qui plura desideraverit, facile ipse cognoscet.*

59. Ad hoc, et ad omnia quæcunque Celsus, cum eorum veritatem inficiari non posset, negavit nobis esse propria, et a Græcis dicta fuisse contendit, respondendum est, si dogma sit utile sanaque ejus mens, sive apud Græcos a Platone aut quibusdam e sapientibus Græcis, sive apud Judæos a Moyse aut quibusdam prophetis, sive apud Christianos in scriptis Jesu sermonibus, aut a quibusdam ex ejus apostolis reperiatur dictum; non propterea reprehendenda esse quæ Judæi aut Christiani dixerunt, quod eadem Græci dixerint; præsertim si demonstretur Judæorum scripta Græcanicis vetustiora esse. Neque etiam existimare oportet dictionis Græcanicæ elegantiam facere, ut res ab illis expressa

A δυνάμεως καταπατήσαντα, καὶ *ἡμῖν δόντα ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.* Εἶτα, μὴ ἔχων ἄλλους λέγειν, φησίν· *Ἢ οἱ τῶνδε ἔτι τερατωδέστεροι·* ἅμα ἵνα λοιδορήσῃ τὸν Ἰωνᾶν καὶ τὸν Δανιήλ· τὸ γὰρ ἐν Κέλσῳ πνεῦμα εὐλογεῖν δικαίους οὐκ ἠπίστατο.

Μετὰ ταῦτα δὲ ἴδωμεν καὶ τὴν ἑξῆς αὐτοῦ λέξιν οὕτως ἔχουσαν· *Ἔστιν αὐτοῖς καὶ τοιόνδε παράγγελμα, τὸν ὑβρίζοντα μὴ ἀμύνεσθαι· κἂν τύπτῃ, φησὶ, τὴν ἑτέραν γνάθον, σὺ δὲ καὶ τὴν ἄλλην πάρεχε. Ἀρχαῖον καὶ τοῦτο εὖ μάλα πρόσθεν εἰρημένον, ἀγροικότερον δ' αὐτὸ ἀπεμνημόνευσαν. Ἐπεὶ καὶ Πλάτωνι πεποίηται Σωκράτης Κρίτωνι* (51) *διαλεγόμενος τάδε·* « *Οὐδαμῶς ἄρα δεῖ ἀδικεῖν; Οὐ δῆτα. Οὐδ' ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν,* B *ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται· ἐπειδή γε οὐδαμῶς δεῖ ἀδικεῖν; Οὐ φαίνεται. Τί δαὶ δή* (52)*; κακουργεῖν δεῖ, ὦ Κρίτων, ἢ οὔ; οὐ δεῖ δήπου, ὦ Σώκρατες. Τί δέ; ἀντικακουργεῖν κακῶς πάσχοντα, ὡς οἱ πολλοί φασι, δίκαιον ἢ οὐ δίκαιον; Οὐδαμῶς· τὸ γάρ που κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους, τοῦ ἀδικεῖν οὐδὲν διαφέρει. Ἀληθῆ λέγεις· οὔτε ἄρα ἀνταδικεῖν δεῖ, οὐδὲ κακῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων, οὐδ' ἂν ὁτιοῦν πάσχῃ ὑπ' αὐτῶν* (53). » *Ταῦτά φησιν ὁ Πλάτων· καὶ αὖθις τάδε·* « *Σκόπει οὖν δὴ καὶ σὺ εὖ μάλα, πότερον κοινωνεῖς καὶ συνδοκεῖ σοι· καὶ ἀρχώμεθα ἐντεῦθεν βουλευόμενοι* (54)*, ὡς οὐδέποτε ὀρθῶς ἔχοντος οὔτε τοῦ ἀδικεῖν οὔτε τοῦ ἀνταδικεῖν· οὔτε κακῶς πάσχοντα ἀμύνεσθαι ἀντιδρῶντα* (55) *κακῶς·* C *ἢ ἀφίστασαι, καὶ οὐ κοινωνεῖς τῆς ἀρχῆς. Ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ πάλαι οὕτω καὶ νῦν ἔτι δοκεῖ.* » *Πλάτωνι μὲν οὖν οὕτως ἤρεσεν· ἦν δὲ καὶ πρόσθεν ἔτι θείοις ἀνδράσι δεδογμένα. Ἀλλὰ τῶνδε μὲν πέρι καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα παραφθείρουσιν, ἀρκείτω τὰ εἰρημένα· καὶ ὅτῳ φίλον ἐπὶ πλεῖόν τι αὐτῶν ζητεῖν, εἴσεται* (56).

Πρὸς τοῦτο δὴ, καὶ πρὸς πάντα ὅσα ἐκοινοποίησεν ὁ Κέλσος, μὴ δυνηθεὶς αὐτῶν ἀντιβλέψαι τῇ ἀληθότητι, φάσκων αὐτὰ καὶ παρ' Ἕλλησιν εἰρῆσθαι, τοιαῦτα λεκτέον (57)· Εἰ ὠφέλιμόν ἐστι τὸ δόγμα καὶ τὸ βούλημα αὐτοῦ ὑγιὲς, εἴρηται δὲ Ἕλλησι μὲν παρὰ Πλάτωνι ἤ τινι τῶν Ἑλλήνων σοφῶν, Ἰουδαίοις δὲ παρὰ Μωϋσῇ ἤ τινι τῶν προφητῶν, Χριστιανοῖς δὲ ἐν τοῖς (58) ἀναγραφεῖσιν Ἰησοῦ λό- D γοις ἢ λελεγμένοις παρά τινι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ· οὐ νομιστέον κατηγορεῖσθαι τὸ λεγόμενον παρὰ Ἰουδαίοις ἢ παρὰ Χριστιανοῖς ἐκ τοῦ καὶ παρ' Ἕλλησιν αὐτὰ εἰρῆσθαι (59), καὶ μάλιστα ἐὰν ἀποδεικνύηται τὰ Ἰουδαίων πρεσβύτερα τῶν Ἑλληνικῶν· οὐδὲ πάλιν ὑπὸ τοῦ κάλλους τῆς Ἑλληνικῆς φράσεως λεγό-

[55] Luc. x, 19.

(51) *Κρίτωνι.* Plato in *Critone*, pag. 49.

(52) *Τί δαὶ δή;* Sic legendum e Platone. Hœschelius autem et Spencerus, τί δὲ δή; Paulo post Hœschelius in textu : τί δὲ δεῖ ἀντικακουργεῖν κακὸν φάσκοντα.

(53) Libb. editi Platonis, ὑπ' αὐτῶν. Hœsch l., παρ' αὐτῶν.

(54) Hœschelius in textu, βουλόμενοι.

(55) Codd. Reg. et Basileensis, ἀντιδρῶντα, quæ lectio præstare videtur alteri libb. editorum ἀντιδρῶντας. Mox Hœschelius in textu, ἀφίστασθαι.

(56) Libb. editi in margine, εἴσεσθαι.

(57) Philocal., τάδε λεκτέον.

(58) Philocal., ἐν τοῖς. Apud Hœschel. et Spencer. deest ἐν. Ibidem codex Regius, παρά τισι τῶν ἀποστόλων.

(59) Philocal., ἐκ τοῦ παρ' Ἕλλησιν αὐτὸ εἰρῆσθαι.

μενον τὸ αὐτὸ πάντως κρεῖττον εἶναι νομιστέον τοῦ A εὐτελέστερον ἀπαγγελλομένου καὶ ἁπλουστέραις λέξεσι παρὰ Ἰουδαίοις ἢ Χριστιανοῖς· καίτοιγε ἡ πρώτη Ἰουδαίων λέξις, ᾗ οἱ προφῆται χρησάμενοι καταλελοίπασιν ἡμῖν βιβλία, Ἑβραίων διαλέκτῳ καὶ σοφῇ συνθέσει τῶν ἐν τῇ διαλέκτῳ κατ' ἐκείνους ἀναγέγραπται. Εἰ δὲ χρὴ καὶ τὴν τῶν δογμάτων ταυτότητα, κἂν παράδοξος ὁ λόγος εἶναι δοκῇ, δεῖξαι βέλτιον εἰρημένην παρὰ τοῖς Ἰουδαίων προφήταις ἢ τοῖς λόγοις (60) Χριστιανῶν· οὕτω τὸν λόγον κατασκευαστέον, ἀπό τινος τοῦ περὶ τὰς τροφὰς καὶ τὴν σκευασίαν αὐτῶν παραδείγματος. Ἔστω τι ὑγιαῖνον βρῶμα, καὶ ἰσχύος τοῖς ἐσθίουσιν ἐμποιητικόν· τοῦτο δὲ οὕτω μὲν σκευασθὲν, καὶ τοιοῖσδε ἡδύσμασιν ἀρτυθὲν, λαμβανέτωσαν οὐχ οἱ μὴ μανθάνοντες (61) ἄγροικοι, καὶ ἐν ἐπαύλεσιν ἀνατεθραμμένοι, καὶ πένητες B τὰ τοιάδε ἐσθίειν, ἀλλ' οἱ πλούσιοι καὶ ἁβροδίαιτοι μόνοι· οὐκ ἐκείνως δὲ καὶ ὡς δοκεῖ τοῖς νομιζομένοις καθαριωτέροις σκευασθὲν (62), ἀλλ' ὡς μεμαθήκασιν ἐσθίειν οἱ πένητες, καὶ οἱ ἀγροικότεροι, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐσθιέτωσαν μυριάδες ὅλαι. Εἰ οὖν καὶ διδῴτω ἀπὸ μὲν τῆς τοιᾶσδε σκευασίας (63) τοὺς νομιζομένους καθαριωτέρους μόνους ὑγιάζεσθαι, οὐδενὸς τῶν πολλῶν προσβάλλοντος τοῖς τοιοῖσδε βρώμασιν, ἀπὸ δὲ τῆς τοιᾶσδε τὰ πλήθη τῶν ἀνθρώπων ὑγιεινότερον διάγειν· τίνας μᾶλλον, τοῦ κοινωνικοῦ ἕνεκεν, ἀποδεξόμεθα τῶν ὑγιεινῶν βρωμάτων χάριν; Ἆρά γε τοὺς τοῖς λογίοις (64) χρησίμως αὐτὰ σκευάζοντας ἢ τοὺς τοῖς πλήθεσι; Τὴν ἴσην γὰρ δεδόσθω ὑγίειαν καὶ εὐεξίαν ἐγγίνεσθαι ἀπὸ τῶν (65) οὑτωσὶ σκευασθέντων ἢ οὑτωσί· ἀλλὰ φανερὸν, ὅτι C αὐτὸ τὸ φιλάνθρωπον καὶ τὸ κοινωνικὸν ὑποβάλλει (66), κοινωφελέστερον εἶναι ἰατρὸν τὸν τῆς τῶν πολλῶν ὑγιείας προνοησάμενον ἤπερ τὸν τῆς ὀλίγων μόνον (67).

A melior illa eadem sit, quam Judæi aut Christiani humilius et simplicioribus verbis efferunt; quanquam prima Judæorum dictio qua prophetæ usi sunt in scribendis quos nobis reliquerunt libris, propriis Hebraicæ linguæ ornamentis sapientique compositione non caret. Quin si ostendam oportet eadem dogmata melius a Judæorum prophetis aut Christianis enuntiata fuisse, quanquam istud incredibile videtur, sic probo tamen ducto exemplo e cibis et illorum apparatione. Ponamus sanum aliquem cibum et roborandis vescentibus accommodatum : hunc autem certo quodam modo paratum et quibusdam salsamentis conditum comedant non qui ejusmodi alimenta nunquam gustarunt, non rustici, in tuguriis educati, pauperes, sed soli divites B et splendidis mensis assueti. Rursus idem ille cibus condiatur, non illo modo et ut placet iis qui delicati habentur, sed quomodo norunt pauperes, agrestiores, hominum vulgus. Illo vescatur infinita propemodum hominum multitudo. Jam si detur cibum hoc modo paratum solis delicatis prodesse, a nullis aliis gustari ; alio autem quodam modo conditum maximo hominum numero conferre ad sanitatem ; ecquos, boni publici causa, sanorum ciborum conditores probabimus? Illosne qui solis nobilibus, an qui multitudini utiles parant? Volo cibos illos perinde esse sanos et boni succi, licet hoc aut illo modo condiantur ; tamen evidens est, idque **737** suggerit humanitas et boni publici studium, utiliorem esse medicum qui multorum, quam qui paucorum sanitati providet.

Εἰ νενόηται δὴ τὸ παράδειγμα, μεταβιβαστέον αὐτὸ ἐπὶ τὴν ποιότητα τῆς τῶν λογικῶν ζώων λογικῆς τροφῆς· καὶ ὅρα εἰ μὴ Πλάτων μὲν, καὶ οἱ Ἑλλήνων σοφοὶ, ἐν οἷς λέγουσι καλῶς, παραπλήσιοί εἰσι τοῖς προνοησαμένοις ἰατροῖς τῶν καθαριωτέρων εἶναι νομιζομένων μόνων, τοῦ πλήθους δὲ τῶν ἀνθρώπων καταφρονήσασιν (68)· οἱ δὲ ἐν Ἰουδαίοις προφῆται καὶ οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ, οἱ μακρὰν χαίρειν εἰπόντες τῇ ποικίλῃ τῶν λέξεων συνθέσει, καὶ τῇ, ὡς ὠνόμασεν ἡ Γραφὴ, σοφίᾳ ἀνθρώπων, καὶ σοφίᾳ κατὰ σάρκα, τὴν γλῶσσαν ἀνισσομένῃ, ὁμοιωθεῖεν ἂν (69) τοῖς τὴν αὐτὴν τῶν βρωμάτων ποιότητα ὑγιεινοτάτην προνοησαμένοις συνθέσει λέξεων σκευάσαι καὶ εὐτρεπίσαι φθανούσῃ ἐπὶ τὰ πλήθη τῶν ἀνθρώπων, καὶ D μὴ ξενιζούσῃ τὴν διάλεκτον αὐτῶν, μηδὲ διὰ τοῦ

60. Jam vero si exemplum intellectum fuit, transferendum illud est ad qualitatem rationabilis alimenti, quod animantibus ratione præditis convenit. Tum vide annon Plato et sapientes Græci, ubi bene dicunt, sint illis medicis similes, qui, solis nobilibus consulentes, vulgus hominum despicatui habent; Judæorum vero prophetæ et Jesu discipuli, repudiata illa versicolori verborum compositione, sapientia hominum, ut Scriptura vocat [56], et sapientia secundum carnem [57], quæ sapientia obscure loqui amat, referant illos qui cibos saluberrima esse qualitate curant, dum verborum compositione utuntur, quæ D captui multitudinis parata et attemperata sit, non verba peregrina affectant, neque illa quasi insoliti sermonis affectatione auditores avertunt. Et sane

[56] I Cor. II, 4. [57] II Cor. I, 12.

(60) *Λόγοις*. Forte leg., λογίοις. Paulo post Phil., ἔστω τι ὑγιεινὸν βρῶμα.

(61) Philoc., μαθόντες.

(62) Philoc., οὐκ ἐκείνως δὲ, καὶ ἐκείνως καὶ ὡς δοκεῖ τοῖς νομιζομένοις καθαρειοτέροις κατασκευασθέν.

(63) Hœschel. et Spencer., εἰ οὖν καὶ διδῴτο ἀπὸ μὲν τῆς τοιᾶσδε διασκευασίας. Philocalia, εἰ οὖν, καὶ διδότω, et cætera ut in nostro textu.

(64) *Λογίοις*. Philoc., πλουσίοις.

(65) Philoc., τὴν ἴσην γὰρ δεδόσθω ὑγίειαν καὶ εὐεξίαν ἐγγίνεσθαι ἀπὸ τῶν. Hœschel. et Spencer., τῆς ἴσης δεδόσθω γὰρ ὑγιείας καὶ εὐεξίας ἐγγινομένης.

(66) Hœschelius et Spencerus in margine, ὑποβάλλοι.

(67) Iidem in textu, μόνων.

(68) Iidem in textu, τοῦ πλήθους τῶν ἀνθρώπων καταφονησάντων, male.

(69) Iidem in textu, αἰνισσόμενοι ὁμοιωθεῖσαν, male; recte vero Philocalia ut in nostro textu. Porro τὴν γλῶσσαν αἰνίττεσθαι eodem modo explicat Boherellus, quo ξενίζειν τὴν γλῶσσαν.

cum eo spectet rationabilis cibus, si sic loqui fas est, ut patientem et mansuetum faciat cum qui ipso vescitur, quomodo sermo ille non esset melius apparatus, cujus virtute multi patientes et mansueti redduntur aut in illis virtutibus progressus faciunt, quam ille qui paucos admodum et facile numerabiles patientes et mites efficit, ut dem vel paucos effici. Quemadmodum enim si quis Græcus Ægyptios aut Syros dogmatibus juvare vellet, ante omnia discere curaret futurorum auditorum linguam, et barbare, ut Græci dicunt, loqui mallet ad virtutem Ægyptiis et Syris persuadendam, quam, servata propria lingua, nihil Ægyptiis aut Syris prodesse; sic divina natura, cum Græcis non eruditione claris tantum, sed etiam reliquis provideret, se ignorantiæ multitudinis attemperavit; ut consuetis utens verbis ad audiendum alliceret imperitum vulgus, quod post istam introductionem facile posset etiam altiora sensa in Scripturis occultata intellectu assequi. Etenim vel homini e vulgo Scripturas legenti manifestum fit, multa in iis esse altioris sententiæ quam quæ primum deprehenditur, si modo illis perscrutandis nos dedimus, et altiorem illam sententiam eo **738** evidentiorem fieri, quo plus operæ ac studii in ea exquirenda impenditur.

A ξενισμοῦ ἀποστρεφούσῃ ἀκούειν ὡς ἀσυνήθων τῶν τοιῶνδε διαλέξεων. Καὶ γὰρ εἴπερ πρόκειται τῷ, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, λογικῷ βρώματι ἀνεξίκακον καὶ πρᾶον ποιῆσαι τὸν ἐμφαγόντα· πῶς οὐ βέλτιον συνεσκευασμένος ἂν εἴη ὁ λόγος (70) ὁ πλήθη ἀνεξικάκων καὶ πράων κατασκευάζων ἢ προκοπτόντων γε ἐπὶ ταύτας τὰς ἀρετὰς παρὰ τὸν πάνυ ὀλίγους καὶ εὐαριθμήτους, ἵνα καὶ τοῦτο δοθῇ, ἀνεξικάκους καὶ πράους ποιοῦντα; Ὥσπερ δὲ ὁ τοὺς Αἰγυπτιάζοντας ἢ τοὺς Συριάζοντας ὠφελεῖν ὑγιέσι δόγμασι βουλόμενος (71) Ἕλλην τυγχάνων προενοήσατο ἂν μαθεῖν τὰς τῶν ἀκουσομένων διαλέκτους, καὶ, ὡς Ἕλληνες ὀνομάζουσι, βαρβαρίζειν μᾶλλον ὑπὲρ τῆς Αἰγυπτίων καὶ Σύρων βελτιώσεως ἢ Ἕλλην μένων μηδὲν δύνασθαι (72) χρήσιμον λέγειν Αἰγυπτίοις καὶ Σύροις· οὕ-
B τως ἡ προνοουμένη θεία φύσις οὐ τῶν πεπαιδεῦσθαι νομιζομένων μόνον τὰ Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν Ἑλλήνων (73), συγκατέβη τῇ ἰδιωτείᾳ τοῦ πλήθους τῶν ἀκροωμένων· ἵνα ταῖς συνήθεσιν αὐτοῖς χρησαμένη λέξεσι προκαλέσηται ἐπὶ ἀκρόασιν τὸ τῶν ἰδιωτῶν πλῆθος, δυνάμενον ἐξ εὐχεροῦς μετὰ τὴν ἅπαξ γενομένην εἰσαγωγὴν φιλοτιμήσασθαι πρὸς τὸ καὶ βαθύτερα τῶν κεκρυμμένων νοημάτων ἐν ταῖς Γραφαῖς καταλαβεῖν. Καὶ τῷ τυχόντι γὰρ δῆλον ταύτας γινώσκοντι, ὅτι πολλὰ βαθύτερον (74) τοῦ αὐτόθεν ἐμφαινομένου ἔχειν δύναται νοῦν τοῖς ἀνατιθεῖσιν αὐτοὺς τῇ ἐξετάσει τοῦ λόγου, φανερούμενον κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς εἰς τὸν λόγον σχολῆς, καὶ εἰς τὴν ἄσκησιν αὐτοῦ προθυμίας.

61. Ex his efficitur id quod rusticius, ut Celso videtur, dixit Jesus: *Percutienti te in maxillam, præbe illi et alteram; et ei qui vult tecum judicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte et pallium* [98], plus utilitatis ad vitam attulisse, sic enuntiatum, quam idem in Critone dictum a Platone, quem nedum intelligere possint idiotæ, vix illum intelligunt ii qui, liberalibus disciplinis instructi, ad celebrem Græcorum philosophiam accedunt. Considerandum præterea præceptum de patientia humilibus verbis non depravari; proinde meram esse Celsi calumniam quod ait: *Sed de iis et aliis, quæ depravant, hæc sufficiant. Quisquis plura desideraverit, facile ipse cognoscet.*

Οὐκοῦν κατεσκεύασται, ὅτι, ὥς φησι Κέλσος, ἀγροικότερον εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς, *Τῷ τύπτοντί σε εἰς τὴν σιαγόνα πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· καὶ τῷ θέ-*
C *λοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν ἄφες καὶ τὸ ἱμάτιον*, βιωφελέστερον κεκίνηκε τὸν λόγον καὶ παρέστησεν οὕτως εἰπὼν ἢ ὡς ἐν τῷ Κρίτωνι Πλάτων, οὗ μηδ' ἀκούειν ἰδιῶται δύνανται, ἀλλὰ μόγις οἱ τὰ ἐγκύκλια πρὸ τῆς σεμνῆς Ἑλλήνων φιλοσοφίας (75) μεμαθηκότες. Κατανοητέον δὲ καὶ, ὅτι οὐ παραφθείρεται ὁ περὶ ἀνεξικακίας νοῦς ὑπὸ τῆς τῶν λέξεων εὐτελείας· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ συκοφαντεῖ τὸν λόγον ὁ Κέλσος λέγων· *Ἀλλὰ τῶνδε μὲν πέρι καὶ ἄλλων, ὅσα παραφθείρουσιν, ἀρκείτω τὰ εἰρημένα· καὶ ὅτῳ φίλον ἐπὶ πλέον τι αὐτῶν ζητεῖν, εἴσεται.*

62. Age nunc, videamus quæ sequuntur. Sic ille: *Nunc ad alia. Ferre non possunt templa, aras, simulacra. Sed neque Scythæ, neque Nomades in Libya, neque Seres nullius dei cultores, neque gentes aliæ impiæ et barbaræ. In hac Persas versari*

Φέρε δὲ, ἴδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν οἷς ταῦτά φησι· *Στῶμεν δ' ἐκεῖθεν· Οὐκ ἀνέχονται νεὼς ὁρῶντες, καὶ βωμοὺς, καὶ ἀγάλματα. Οὐδὲ γὰρ Σκύ-*
D *θαι τοῦτο, οὐδὲ Λιβύων οἱ Νομάδες, οὐδὲ Σῆρες οἱ ἄθεοι, οὐδ' ἄλλα ἔθνη τὰ δυσαγέστατα καὶ ἀνο-*

[98] Matth. v, 39, 40.

(70) Hœschel. et Spencer., συσκευασάμενος εἴη ἂν λόγος, sed melius Philocalia ut in nostro textu. Infra eadem Philocalia, ἵνα καὶ τοῦτο δοθῇ. Hœschel. et Spencer., ἵνα δοθῇ.

(71) Hœschel. et Spencer., ὥσπερ δὲ εἰ ὁ τοὺς Αἰγυπτιάζοντας ἢ τοὺς Συριάζοντας ὠφελεῖν ὑγιέσιν δόγμασιν ἐβούλετο, at Philocalia rectius ut in nostro textu.

(72) Philoc., ἢ Ἕλλην μένων μηδὲν δύνασθαι. Hœschel. et Spencer., ἢ Ἕλλην μὲν ὡς μὴ δύνασθαι. Paulo post Philoc., οὕτως ἡ προνοησαμένη θεία φύσις.

(73) *Ἑλλήνων*. Aut delendum videtur aut mutandum in ἀνθρώπων.

(74) *Πολλὰ βαθύτερον*, etc. Ita Philocalia. Hœschelius autem et Spencerus, πολὺν τοῦ αὐτόθεν ἐμφαινομένου βαθύτερον. Paulo post. Philoc., κατὰ τὴν ἀναλογίαν. Hœschel. et Spencer., κατὰ τὴν ἀνάλογον.

(75) Hœschelius in textu, μόνης οἱ τὰ ἐγκύκλια πρὸς τῆς σεμνῆς Ἑλλήνων φιλοσοφίας. Lectionem Philocaliæ utpote meliorem in textu nostro sequimur.

μώτατα. Ὅτι δὲ καὶ Πέρσαι οὕτως νομίζουσιν (76), Ἡρόδοτος ἐν τοῖσδε ἱστορεῖ· « Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοῖσδε χρεομένους. Ἀγάλματα μὲν, καὶ βωμοὺς, καὶ ναοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιοῦσι μωρίην ἐπιφέρουσιν· ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέει, διότι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς, καθάπερ οἱ Ἕλληνες, εἶναι. » Καὶ μὴν καὶ Ἡράκλειτος ὧδέ πως ἀποφαίνεται· « Καὶ τοῖς ἀγάλμασι τουτέοισιν εὔχονται, ὁκοῖον εἴ τις τοῖς δόμοισι (77) λεσχηνεύοιτο, οὔτε γιγνώσκων θεοὺς οὐδ' ἥρωας, οἵτινές εἰσι. » Τί γοῦν σοφώτερον τοῦ Ἡρακλείτου ἡμᾶς διδάσκουσιν; Ὁ μέν γε μάλα ἀποῤῥήτως ὑποσημαίνει ἠλίθιον τὸ τοῖς ἀγάλμασιν εὔχεσθαι ἐὰν μὴ γιγνώσκῃ τις θεοὺς καὶ ἥρωας, οἵτινές εἰσιν. Ἡράκλειτος μὲν οὕτως· οἱ δὲ ἄντικρυς τὰ ἀγάλματα ἀτιμάζουσιν. Εἰ μὲν, ὅτι λίθος, ἢ ξύλον, ἢ χαλκὸς, ἢ χρυσὸς, ὃν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα εἰργάσατο, οὐκ ἂν εἴη θεὸς, γελοία ἡ σοφία· τίς γὰρ καὶ ἄλλος, εἰ μὴ πάντη νήπιος, ταῦτα ἡγεῖται θεοὺς, ἀλλὰ θεῶν (78) ἀναθήματα καὶ ἀγάλματα; εἰ δ' ὅτι μηδὲ θείας εἰκόνας ὑποληπτέον, ἄλλην γὰρ εἶναι Θεοῦ μορφὴν, ὥσπερ καὶ Πέρσαις δοκεῖ· λελήθασιν αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐλέγχοντες, ὅταν φῶσιν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἰδίαν εἰκόνα, τὸ δὲ εἶδος ὅμοιον ἑαυτῷ. Ἀλλὰ συνθήσονται μὲν εἶναι ταῦτα ἐπὶ τιμῇ τινων, ἢ ὁμοίων ἢ ἀνομοίων τὸ εἶδος· οὔτε δὲ θεοὺς εἶναι, οἷς ταῦτα ἀνάκειται, ἀλλὰ δαίμονας· οὐδὲ χρῆναι θεραπεύειν δαίμονας, ὅστις σέβει Θεόν.

A *sententia, testatur Herodotus his verbis: Scio Persas his uti legibus: simulacra, aras, templa construi nulla eorum lex jubet, imo apud eos habentur stulti qui hæc construunt. Cujus rei ratio est mea quidem sententia, quod deos ex hominibus ortos non arbitrentur, ut Græci* [59]*. Heraclitus quoque sic alicubi loquitur. Et illis simulacris preces offerunt, quasi si quis cum parietibus colloquium haberet, ignarus quid sint dii, quid sint heroes. Et quid illi nos docent Heraclitea sententia sapientius? Ille clam subindicat stultum esse preces ferre simulacris, nisi cognoscatur quid sint dii, quid heroes. Sic Heraclitus, illi vero nulla exceptione simulacra contemnunt. Si ideo, quod nec lapis, nec lignum, nec æs, nec aurum quod hic aut ille expolivit, Deus esse possit, ridicula hæc sapientia.* B *Ecquis enim nisi prorsus desipiat, hæc deos esse judicet, non vero dona diis consecrata eorumque simulacra? Sin putant neque imagines esse deorum, siquidem alia sit deorum forma, id quod et Persis visum est, se ipsi imprudentes condemnant. Aiunt enim Deum hominem fecisse propriam imaginem, et forma sibi ipsi similem. Sed concedent quidem simulacra illa quorumdam cultui destinata esse, sive illi similes, sive dissimiles forma sint. At negabunt deos esse quibus illa eriguntur, et dæmones esse affirmabunt, dicentque nefas esse Dei cultori ullum dæmonibus cultum tribuere.*

Καὶ πρὸς ταῦτα δὲ λεκτέον· Ὅτι, εἴπερ Σκύθαι, καὶ Λιβύων οἱ Νομάδες, καὶ Σῆρες, οὓς φησιν ἀθέους εἶναι ὁ Κέλσος, καὶ ἄλλα ἔθνη δυσαγέστατα καὶ ἀνομώτατα, ἀλλὰ καὶ Πέρσαι, οὐκ ἀνέχονται νεὼς ὁρῶντες, καὶ βωμοὺς, καὶ ἀγάλματα· οὐ παρὰ τοῦτο ἴσον ἐστὶ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι τούτων ἐκείνους τῷ καὶ ἡμᾶς μὴ ἀνέχεσθαι αὐτῶν. Ἐξεταστέον γὰρ τὰ δόγματα, ἀφ' ὧν ὁρμώμενοι (79) οὐκ ἀνέχονται ναῶν καὶ ἀγαλμάτων οἱ μὴ ἀνεχόμενοί γε αὐτῶν· ἵν', εἰ μὲν ἀπὸ ὑγιῶν δογμάτων οὐκ ἀνέχεται, ἐπαινῆται ὁ μὴ ἀνεχόμενος, εἰ δ' ἀπὸ ἐσφαλμένων, ψέγηται. Δυνατὸν γὰρ τὸ αὐτὸ ἀπὸ διαφόρων δογμάτων γίνεσθαι. Οἷον ἐπὶ παραδείγματος, ἐκκλίνουσι τὸ μοιχεύειν οἱ τὰ τοῦ Κιτιέως Ζήνωνος φιλοσοφοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ Ἐπικούρου, τινὲς δὲ καὶ τῶν παντελῶς ἰδιωτῶν. Ἀλλ' ὅρα, ὅση διαφωνία ἐστὶ περὶ τῆς τοῦ μοιχεύειν ἐκκλίσεως τῶν τοσούτων· οἱ μὲν, διὰ τὸ κοινωνικὸν καὶ παρὰ φύσιν εἶναι τῷ λογικῷ ζώῳ, νοθεύειν τὴν ὑπὸ τῶν νόμων ἑτέρῳ προκαταληφθεῖσαν γυναῖκα, καὶ φθείρειν τὸν ἄλλου ἀνθρώπου οἶκον· οἱ δὲ ἀπὸ Ἐπικούρου οὐ διὰ τοῦτο οὐ μοιχεύουσιν, ὅτε ἀπέχονται τοῦ μοιχεύειν, ἀλλὰ διὰ τὸ νενομικέναι τέλος τὴν ἡδονὴν, πολλὰ δ' ἀπαντᾷν (80) κωλυτικὰ τῆς ἡδονῆς

C 63. Ad hæc dicendum, si Scythæ, Nomades **739** in Libya, Seres quibus ait Celsus nullos esse deos, si aliæ gentes impiæ et barbaræ, si Persæ ipsi non templa, non altaria, non simulacra ferunt; non idcirco eamdem illis esse res hujusmodi non ferendi rationem, atque nobis. Inquirendum enim est quibus dogmatis ad rejicienda templa et simulacra impulsi fuerint ii, qui illa non ferunt: ut, si quis propter sana dogmata non illa fert, laudetur; si propter falsa, vituperetur. Fieri enim potest ut diversa dogmata rei ejusdem causa sint. Exempli gratia, vitant adulterium philosophi qui Zenonem Citiensem sectantur; vitant et quibus Epicurus placet magister; nonnulli etiam omnino idiotæ. Sed vide quam diversa ratione illi omnes D ab adulterio abstineant. Alii boni publici studio, et quia naturæ repugnat ab animante rationis participe feminam adulterari legibus conjunctam alteri, et alterius hominis corrumpi domum; Epicuri vero discipuli non ea causa adulterio abstinent, cum illo abstinent; sed quod summum bonum in voluptate positum existiment, multaque voluptati ejus officere, qui uni adulterii voluptati cedit:

[59] Herodot. lib. I.

(76) Ὀνομάζουσι. Boherello legendum videtur, νομίζουσι. Paulo post, libb. editi Herodoti, νόμοισι τοῖσι χρεομένους. Infra Hœschelius in textu habet, ἐν νόμῳ πορευομένους ἱδρύσθαι, et in margine ἱδρύσαι pro ἱδρύσθαι. Vide Herodotum lib. I.

(77) Δόμοισι. Interpres Gelenius videtur legisse δοκοῖσι, vertit enim: *Ac si quis fabuletur cum stipitibus*, sed vide lib. I *contra Celsum*, n. 5.

(78) Ἀλλὰ Θεῶν. Lego, ἀλλὰ μὴ θεῶν.

(79) Ὁρμώμενοι. Ita recte habet codex Jolianus. Hœschelius vero et Spencerus in textu, οἰμώμενοι, et in margine ὁμώμενοι, male.

(80) Ἀπαντᾷν. Sic optime codex Jolianus ex correctione; si enim ἀπαντᾷ, quod habent libb.

qualia sunt carcer, fuga, mors, sæpe etiam ante illas pœnas et pericula, dum observat mariti et aliorum qui illi favent, e domo exitum; ita ut si supponas adulterum marito, domesticis ejus, illisque apud quos ob hujusmodi facinus male audiret, latere posse, etiam Epicureus voluptatis causa perpetraret adulterium. Ad idiotam quod attinet, siquando, cum adulterii bella est occasio, sibi ab adulterio temperat, in causa est plerumque non plurium voluptatum captatio, sed legum suppliciorumque metus. Vides igitur factum, quod unum videtur, cujusmodi est adulterii abstinentia, non idem tamen, sed diversum fieri pro diversis hominum voluntatibus, quæ vel a sanis vel ab improbis et impiis oriuntur principiis, cujusmodi sunt in Epicureo aut illo idiota.

64. Quemadmodum igitur unum illud factum, abstinentia scilicet adulterii, licet videatur esse unum, deprehenditur tamen esse multiplex, prout diversa sunt dogmata et voluntates; ita qui in aris, in templis, in simulacris colere divinitatem non sustinent, ut Scythæ, Nomades in Libya, Seres quibus deus non est, Persæ, ad respuendum illum cultum aliis dogmatis moventur, ac illis, quibus Christiani et Judæi recusant hujusmodi cultu prosequi divinitatem. Nemo enim illorum odio habet aras et simulacra, quod cultum divinitatis deprimere et in materiam illo modo elaboratam transferre vereatur; **740** neque quod putet dæmones insidere in quibusdam simulacris et locis, ubi magicis carminibus retineantur, aut posse aliis modis quædam loca occupare in quibus victimarum nidore pasti illicitam illicite voluptatem venentur. Sed Judæi et Christiani propter istud: *Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies* [60]; item propter istud: *Non erunt tibi dii alii præter me*; et: *Non facies tibi idolum, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, et quæ in terra deorsum, et quæ in aquis sub terra deorsum; non adorabis ea, neque coles* [61]; et propter hoc: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* [62], et propter alia plura similia, non solum templa, aras et simulacra abominantur, sed etiam parati sunt mori ubi se dederit occasio, ut suam Dei summi notionem ab aliqua ejusmodi impietate intaminatam servent.

A τῷ εἴξαντι μιᾷ τῇ τοῦ μοιχεύειν ἡδονῇ, καὶ ἔσθ' ὅτε φυλακὰς, ἢ φυγὰς, ἢ θανάτους· πολλάκις δὲ πρὸ τούτων καὶ κινδύνους, κατὰ τὸ ἐπιτηρεῖν τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔξοδον ἀπὸ τῆς οἰκίας καὶ τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων· ὡς εἰ καθ' ὑπόθεσιν μοιχεύοντα οἷόν τ' ἦν λαθεῖν καὶ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς, καὶ τοὺς οἰκείους πάντας αὐτοῦ, καὶ τοὺς παρ' οἷς τις ἐκ τοῦ μοιχεύειν ἀδοξεῖ· κἂν ἐμοίχευσε διὰ τὴν ἡδονὴν ὁ Ἐπικούρειος. Εἰ δὲ καὶ ὁ ἰδιώτης ποτὲ, παρὸν μοιχεύειν, οὐ μοιχεύει, εὑρεθείη ἂν ἐνίοτε διὰ τὸν ἐνεστῶτα ἐκ τοῦ νόμου φόβον καὶ τὰς κολάσεις μὴ μοιχεύων, καὶ οὐ διὰ τὸ θηρᾶσθαι πλείονας ἡδονὰς ὁ τοιοῦτος ἀπέχοιτ' ἂν τοῦ μοιχεύειν. Ὁρᾷς οὖν, ὅτι τὸ ἓν εἶναι νομιζόμενον ἔργον, ἡ τῆς μοιχείας ἀποδοχὴ (81), παρὰ τὰς προθέσεις τῶν ἀπεχομένων οὐ ταυτὸν, ἀλλὰ διάφορον B γίνεται· ἢ γὰρ ἀπὸ ὑγιῶν δογμάτων, ἢ ἀπὸ μοχθηρῶν καὶ ἀσεβεστάτων τῶν ἐν τῷ Ἐπικουρείῳ ἢ τῷ τοιῷδ' ἰδιώτῃ.

Ὥσπερ οὖν τὸ ἓν τοῦτο πρᾶγμα, ἡ τῆς μοιχείας ἀποχὴ, ἓν εἶναι δοκοῦσα, πολλὰ ἁλίσκεται τυγχάνουσα παρὰ τὰ διάφορα δόγματα καὶ τὰς προθέσεις· οὕτω καὶ τῶν μὴ ἀνεχομένων παρὰ βωμοῖς, καὶ ναοῖς, καὶ ἀγάλμασι σέβειν τὸ θεῖον, Σκύθαι μὲν, ἢ Λιβύων οἱ Νομάδες, ἢ Σῆρες οἱ ἄθεοι, ἢ Πέρσαι, ἀπὸ δογμάτων τοῦτο πράττουσιν ἄλλων ἢ ὧν Χριστιανοὶ καὶ Ἰουδαῖοι οὐκ ἀνέχονται τῆς τοιαύτης ὑπολαμβανομένης εἰς τὸ θεῖον θεραπείας. Οὐδεὶς ἐκείνων, διὰ τὸ ἐκκλίνειν καὶ κατασπᾶν (82) καὶ κατάγειν τὴν περὶ τὸ θεῖον θρησκείαν ἐπὶ τὴν τοιαύτην ὕλην οὑτωσὶ ἐσχηματισμένην, οὐκ ἀνέχεται βωμῶν καὶ C ἀγαλμάτων· οὐδὲ διὰ τὸ διειληφέναι περὶ δαιμόνων, ὅτι τοιοῖσδε παρακαθέζονται σχήμασι καὶ χωρίοις, ἤτοι ὑπό τινων μαγγανειῶν κατακλιθέντες (83), ἢ καὶ ἄλλως δυνηθέντες προκαταλαβεῖν ἑαυτοῖς τόπους, ἐν οἷς τῆς τῶν θυομένων ἀποφορᾶς λίχνως μεταλαμβάνοντες παράνομον ἡδονὴν καὶ παρανόμως θηράσωνται (84). Χριστιανοὶ δὲ καὶ Ἰουδαῖοι διὰ τὸ, *Κύριον τὸν Θεόν σου φοβηθήσῃ* (85), *καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις*· καὶ διὰ τὸ, *Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ*· καὶ, *Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ πᾶν ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τῷ ὕδατι ὑποκάτω τῆς γῆς, οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς*· καὶ διὰ τὸ, *Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις*, D *καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις*, καὶ ἄλλα πλείονα τούτοις παραπλήσια, οὐ μόνον ἐκτρέπονται νεὼς, καὶ βωμοὺς, καὶ ἀγάλματα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὸ ἀποθνήσκειν, ὅτε δεῖ, ἑτοίμως ἔρχονται ὑπὲρ τοῦ μὴ μολῦναι τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ὑπόληψιν διά τινος τοιούτου παρανομήματος.

[60] Deut. VI, 13. [61] Exod. XX, 3, 4. [62] Matth. IV, 10.

editi, retineatur, aliquid deerit post θανάτους, verbi gratia ὑπομένει, vel quid simile. Infra pro τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων, forte legendum τῶν τὰ ἐκείνου φρουρούντων.

(81) Ἀποδοχή. Omnino legendum ἀποχή, ut initio numeri sequentis.

(82) *Καὶ κατασπᾶν*. Boherello καί mutandum videtur in τό.

(83) *Κατακλιθέντες*. Mallet Boherellus, καταχηληθέντες.

(84) Codd. Reg. et Basileensis, παρανόμως θηράσωται. Libb. editi: παρανόμους θηράσονται.

(85) *Φοβηθήσῃ*. Cod. Reg. et Basileensis, προσκυνήσεις, ut Matth. IV, 10, et infra Hœschelius et Spencerus. Paulo post iidem codd. mss. οὐδὲ πᾶν ὁμοίωμα. Libb. editi, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα. Paulo infra Hœschelius et Spencerus, ὅσα ἐν τῷ ὕδατι. Vulgata Biblia, ὅσα ἐν τοῖς ὕδασι. Mox codex Vaticanus, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις. Hœschel. et Spencer., οὐδὲ μὴ λατρεύσῃς.

A Εἴρηται δὲ ἐν τοῖς ἀνωτέρω περὶ Περσῶν πρὸς τὸ νεὼς μὲν αὐτοὺς μὴ ἱδρύσθαι, σέβειν δὲ τὸν ἥλιον καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργήματα· ὅπερ ἡμῖν ἀπηγόρευται (86), διδασκομένοις μὴ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· ἀλλ' εἰδέναι μὲν, ὅτι *ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ*· καὶ, ὅτι *ἡ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται*· καὶ, *ὅτι τῇ ματαιότητι* (87) *ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι*· καὶ μὴ μὴν καὶ δεῖν τὰ ἐπὶ τῇ δουλείᾳ (88) τῆς φθορᾶς καὶ ἐπὶ τῇ ματαιότητι ὑποτεταγμένα καὶ ἐπ' ἐλπίδι κρείττονι ταῦτα πράττοντα ἐν χώρᾳ τιμᾶν Θεοῦ τοῦ ἀνενδεοῦς, ἢ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ καὶ *Πρωτοτόκου πάσης κτίσεως*. B Ἀρκεῖ τοίνυν πρὸς ἐκείνοις καὶ ταῦτα περὶ τοῦ Περσῶν ἔθνους, βωμοὺς καὶ ἀγάλματα ἐκτρεπομένων, λατρευόντων δὲ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν Ἡρακλείτου παρέθετο λέξιν, ὑποδιηγησάμενος αὐτὴν ὑποσημαίνουσαν *ἠλίθιον εἶναι τὸ τοῖς ἀγάλμασιν εὔχεσθαι, ἐὰν μὴ γιγνώσκῃ τις θεοὺς καὶ ἥρωας, οἵτινές εἰσι*· λεκτέον, ὅτι γιγνώσκειν μέν ἐστι Θεὸν, καὶ τὸν Μονογενῆ αὐτοῦ, καὶ τοὺς τετιμημένους ὑπὸ Θεοῦ τῇ Θεὸς προσηγορίᾳ, καὶ μετέχοντας τῆς θεότητος αὐτοῦ, ἑτέρους ὄντας παρὰ πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, οἵτινές εἰσι δαιμόνια· οὐ μὴν δυνατόν ἐστι καὶ γιγνώσκειν τὸν Θεὸν καὶ τοῖς ἀγάλμασιν εὔχεσθαι.

65. De Persis jam supra diximus, ab illis non templa quidem construi, sed solem tamen et Dei opera adorari. Id quod vetitum nobis est, ut qui docti sumus non creaturam adorare, sed Creatorem, et *creaturam liberatum iri a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei* [63]; et *exspectationem creaturæ revelationem filiorum Dei exspectare* [64], et *vanitati creaturam subjectam esse non volentem, sed propter eum qui subjecit in spe* [65]; proinde res corruptioni servitutis subjacentes et vanitati subjectas et melioris conditionis spe sic permanentes adorari non oportere pro Deo, qui nulla re indiget, aut pro Filio ejus et *Primogenito omnis creaturæ* [66]. Atque hæc supradictis de Persarum gente aras quidem et simulacra aversante, sed creaturam loco Creatoris colente addidisse satis fuerit. Quoniam vero et Heracliti verba recitavit, quibus subindicari ait, *stultum esse preces ferre simulacris, nisi notum sit quid sint dii, quid heroes*; dicendum, facile cognosci posse discrimen quod inter Deum, Unigenitum ejus, dignatos a Deo Dei appellatione, participes ejus divinitatis, et omnes deos gentium qui dæmonia sunt, intercedit; sed Deum cognosci simul et simulacris cultum tribui non posse.

Καὶ οὐ μόνον τὸ εὔχεσθαι τοῖς ἀγάλμασιν ἠλίθιόν ἐστιν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ συμπεριφερόμενον τοῖς πολλοῖς προσποιεῖσθαι (89) τοῖς ἀγάλμασιν εὔχεσθαι· ὁποῖον C ποιοῦσιν οἱ τὰ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου φιλοσοφοῦντες, καὶ οἱ τὰ Ἐπικούρου ἢ Δημοκρίτου ἀσπαζόμενοι. Οὐδὲν γὰρ νόθον χρὴ ἐνυπάρχειν τῇ ψυχῇ τοῦ ἀληθῶς εἰς τὸ Θεῖον εὐσεβοῦς. Οὐ τιμῶμεν δὲ τὰ ἀγάλματα καὶ διὰ τὸ μὴ, τὸ ὅσον ἐφ' ἡμῖν, καταπίπτειν εἰς ὑπόληψιν τὴν περὶ τοῦ εἶναι τὰ ἀγάλματα θεοὺς ἑτέρους. Διὸ καὶ ἐγκαλοῦμεν Κέλσῳ καὶ πᾶσι τοῖς ὁμολογοῦσι μὴ εἶναι ταῦτα θεοὺς, ὅτι τῶν δοκούντων εἶναι σοφῶν καὶ ἡ φαινομένη (90) περὶ τὰ ἀγάλματα τιμή· οἷς καὶ ἀκολουθοῦντες οἱ πολλοὶ οὐ μόνον κατὰ συμπεριφορὰν σέβειν αὐτὰ νομίζοντες ἁμαρτάνουσιν, ἀλλὰ γὰρ καὶ καταπίπτοντες τῇ ψυχῇ ἐπὶ τὸ νομίζειν ταῦτα εἶναι θεοὺς, καὶ μηδ' ἀνεχόμενοι ἀκούειν, ὅτι οὐκ εἰσι ταῦτα θεοὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν προσκυνούμενα. Κέλσος μὲν οὖν φησιν *αὐτὰ μὴ ἡγεῖσθαι θεοὺς, ἀλλὰ θεῶν ἀναθήματα*· D μὴ ἀποδεικνὺς, πῶς οὐχ ἀνθρώπων εἰσὶ ταῦτα ἀναθήματα, ἀλλ', ὡς ὠνόμασεν, αὐτῶν τῶν θεῶν. Σαφὲς γὰρ, ὅτι ἐστὶν ἀνθρώπων πεπλανημένων περὶ τὸ θεῖον ταῦτα ἀναθήματα. Ἀλλ' οὐδὲ θείας εἰκόνος ὑπολαμβάνομεν εἶναι τὰ ἀγάλματα, ἅτε μορφὴν ἀοράτου καὶ ἀσωμάτου μὴ διαγράφοντα Θεοῦ (91). Ἐπεὶ δὲ ὑπολαμβάνει ἡμᾶς ὁ Κέλσος τοῖς

741 66. Neque solum stultum est simulacris preces ferre, verum etiam ad id simulandum trahi exemplo multitudinis: quod faciunt Peripateticæ philosophiæ sectatores, et qui Epicuri aut Democriti placita amplectuntur. Nihil enim in anima hominis vera pietate Deum colentis inesse debet adulterinum. Est nobis et alia causa cur simulacris nullum honorem habeamus, nimirum ne quantum in nobis est in hanc labamur opinionem, simulacra alios deos esse. Quocirca vitio vertimus Celso aliisque simulacra deos non esse confitentibus, quod, sapientes habiti, cultum simulacris deferre videantur. Eorum enim exemplo multi peccant qui non solum hæc sibi colenda esse putant ut se consuetudini accommodent, sed etiam mente in hanc incidunt opinionem, illa esse deos: quo fit ut audire non possint, deos illa non esse quæ ab ipsis adorantur. Ait quidem Celsus se *illa deos non existimare, sed dona diis consecrata.* At non ostendit, quomodo illa non sint potius consecrata hominibus, quam diis, ut loquitur. Constat enim illa dona esse hominum, qui de divinitate in errore versantur. Neque etiam credimus simulacra esse divinæ imaginis, ut quæ Dei invisibilis et incorporei formam non referant. Quod Celsus putat nos a nobis

[63] Rom. VIII, 21. [64] Ibid., 19. [65] Ibid., 20. [66] Coloss. I, 15.

(86) Codd. Reg., Basil. et Vatican., ἀπαγορεύεται.

(87) Codd. Reg. et Basil., ἀπεκδέχεται· τῇ γὰρ ματαιότητι.

(88) Idem mss., ἐπ' ἐλπίδι· οὐ μὴν τὰ ἐπὶ τῇ δουλείᾳ.

(89) *Προσποιεῖσθαι.* Vide Euseb. lib. IV *Præpar. evangel.*, in fine capitis secundi.

(90) *Καὶ ἡ φαινομένη.* Boherello legendum videtur γίνεται ἡ φαινομένη. Ibidem ad marginem antea editorum legitur, τιμή· ἢ καὶ ἀκολουθοῦντες.

(91) Hœschel. et Spencer., ἀοράτου Θεοῦ καὶ ἀσωμάτου μὴ διαγράφοντες Θεοῦ. At codd. Regius et Basil., ut in nostro textu, rectius.

ipsis dissidere cum negamus divinitatem esse humana forma, et nihilominus credimus Deum fecisse hominem suam imaginem, et in imagine Dei fecisse illum; id refellendum ut supra: nempe in anima rationis participe et ad virtutem formata impressum servari imaginis Dei characterem; ubi etiam Celsus, cum non intelligeret quid differant hæc duo, esse imaginem Dei, et creari secundum imaginem Dei, nos facit dicentes, *Deum fecisse hominem suam imaginem, et forma similem sibi.* Sed et de his jam supra dictum est.

67. Post hæc Celsus de Christianis ait: *Facile concesserint ea esse cultui aliquorum consecrata, sive illi similes, sive dissimiles forma sint; non vero esse deos, quibus hæc eriguntur, sed esse dæmones; nec fas esse Dei cultori ullum dæmonibus cultum tribuere.* Si novisset dæmonum naturam, et quæ eorum unusquisque facit, sive vocetur ab illius artis peritis, sive sponte agat quod vult et potest; si perceptam habuisset de dæmonibus doctrinam, altam sane et naturæ humanæ intellectu difficilem, probro non dedisset nobis, quod negamus colendos esse dæmones ei qui summum Deum adorat. Imo tantum abest ut cultum dæmonibus deferamus, ut etiam illos et precibus et aliis modis quos Scripturæ sacræ **742** nobis suppeditant, ejiciamus ex hominum animabus, ex locis ubi considunt, aliquando etiam ex animantium corporibus. Sæpe enim quædam dæmones faciunt, quæ etiam animantibus perniciem afferant.

68. Quoniam vero superius permulta de Jesu a nobis dicta sunt, non opus est ut eadem nunc repetamus quo respondeatur ad istud: *Manifeste convincuntur nec Deum, nec dæmona colere, sed mortuum.* Quamobrem hoc prætermisso videamus quid deinceps Celsus dicat: *Ac primum quæsierim cur colendi non sint dæmones? Nonne omnia pro Dei nutu administrantur, et ex illo omnis est providentia? Nonne quidquid fit sive a Deo, sive ab angelis, sive ab aliis dæmonibus, sive ab heroibus, id omne legem a summo Deo præscriptam habet? Nonne rebus singulis cum potestate præfectus est quicunque hoc munere dignatus est? Non igitur qui Deum colit, is juste illum colit, cui a Deo concessa potestas est. Non enim*, inquit, *fieri potest ut idem pluribus dominis serviat.* Vide et hic quot sibi ut concessa sumat, quæ tamen seria investigatione indigent altaque et retrusa cognitione rerum quæ ad hujus universi administrationem pertinent. Inquirendum enim quo sensu omnia dicantur pro Dei nutu administrari, pertineatne hæc administratio etiam ad peccata, annon. Nam si illa administratio pertinet ad peccata, non hominum tantum, sed etiam dæmonum et si quid aliud corporis expers est peccato obnoxium; videat ille, qui hoc dicit, quam absurdum sit omnia

A ἐναντίοις περιπίπτειν, ὅτε φαμὲν μὴ εἶναι ἀνθρωπόμορφον τὸ Θεῖον, καὶ ὅτε πιστεύομεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἰδίαν εἰκόνα, καὶ ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· λεκτέον, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἴρηται, ὅτι τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐν ψυχῇ λογικῇ, τῇ ποιᾷ κατ' ἀρετὴν, σώζεσθαι φαμέν. Καὶ ἔνθα μέντοι ὁ Κέλσος, μὴ ἰδὼν διαφορὰν εἰκόνος Θεοῦ καὶ τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ, φησὶν ἡμᾶς λέγειν, ὅτι *ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἰδίαν εἰκόνα καὶ εἶδος ὅμοιον ἑαυτῷ*· εἴρηται δὲ ἐν τοῖς ἀνωτέρω καὶ πρὸς ταῦτα.

Εἶθ' ἑξῆς φησι περὶ Χριστιανῶν, ὅτι, *Συνθήσονται μὲν εἶναι ταῦτ' ἐπὶ τιμῇ τινων, ἢ ὁμοίων ἢ ἀνομοίων τὸ εἶδος· οὔτε δὲ θεοὺς εἶναι, οἷς ταῦτ' ἀνάκειται, ἀλλὰ δαίμονας· οὔτε χρῆναι θερα-* B *πεύειν δαίμονας, ὅστις σέβει Θεόν.* Καὶ εἰ ἠπίστατό γε τὸν περὶ δαιμόνων λόγον, καὶ ὧν ἕκαστος αὐτῶν ἐνεργεῖ, εἴτε καλούμενος ὑπὸ τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν, εἴτε καὶ ἑκουσίως ἐπιδιδοὺς ἑαυτὸν ᾗ βούλεται καὶ δύναται ἐνεργείᾳ· καὶ διειλήφει τὸν περὶ δαιμόνων λόγον, πολὺν ὄντα καὶ δύσληπτον τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει· οὐκ ἂν ἐνεκάλεσεν ἡμῖν φάσκουσιν, ὅτι οὐ χρὴ θεραπεύειν δαίμονας, ὅστις σέβει τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν. Καὶ τοσοῦτόν γε ἀποδέομεν τοῦ θεραπεύειν δαίμονας, ὥστε καὶ ἀπελαύνειν αὐτοὺς εὐχαῖς καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μαθήμασιν, ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν (92) καὶ ἀπὸ τῶν τόπων, ἐν οἷς αὐτοὺς (93) ἱδρύκασιν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ζώων. Πολλάκις γὰρ ἐπὶ τῇ λύμῃ καὶ τῶν τοιούτων ἐνεργοῦσί τινα οἱ δαίμονες.

C Διὰ δὲ τὰ ἀνωτέρω πολλὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἡμῖν εἰρημένα οὐ χρὴ νῦν παλιλλογεῖν πρὸς τὸ, *Ὅτι μὲν οὖν αὐτοὶ διελέγχονται σαφῶς οὐ Θεὸν, ἀλλ' οὐδὲ δαίμονα* (94), *ἀλλὰ νεκρὸν σέβοντες*· τοῦτο μὲν αὐτίκα διὰ τοῦτο παραλιπόντες, ἴδωμεν τὰς ἑξῆς τοῦ Κέλσου λέξεις, ἐν αἷς φησι· *Πρότερον δὲ ἐρήσομαι, διὰ τί δαίμονας οὐ θεραπευτέον; Οὐ πάντα μέντοι κατὰ γνώμην διοικεῖται τοῦ Θεοῦ; καὶ πᾶσα ἐξ ἐκείνου πρόνοια; καὶ ὅ τι περ ἂν ἐν τοῖς ὅλοις εἴτε Θεοῦ ἔργον, εἴτ' ἀγγέλων, εἴτ' ἄλλων δαιμόνων, εἴτε ἡρώων, πάντα ταῦτα ἔχει νόμον ἐκ τοῦ μεγίστου Θεοῦ; τέτακται δὲ ἐφ' ἑκάστῳ δύναμιν λαχὼν, ὅστις ἠξίωται; Τοῦτον οὖν, τὸν ἐκεῖθεν ἐξουσίας τετυχηκότα, οὐ θεραπεύει δικαίως* D *ὁ σέβων τὸν Θεόν· οὔτε γὰρ οἷόν τε, φησὶ* (95), *δουλεύειν τὸν αὐτὸν πλείοσι κυρίοις.* Ὅρα δὴ καὶ ἐν τούτοις ὅσα συναρπάζει, δεόμενα οὐκ εὐκαταφρονήτου ἐξετάσεως, ἀλλὰ καὶ ἐπιστήμης βαθυτέρων καὶ ἀποῤῥητοτέρων περὶ τῆς τῶν ὅλων πραγμάτων διοικήσεως. Τὸ γὰρ, πάντα κατὰ γνώμην διοικεῖσθαι τοῦ Θεοῦ, πῶς λέγεται, ἐξεταστέον· καὶ πότερον τὸ διοικεῖσθαι φθάνει καὶ ἐπὶ τὰ ἁμαρτανόμενα ἢ μή. Εἰ μὲν γὰρ φθάνει τὸ διοικεῖσθαι καὶ ἐπὶ τὰ ἁμαρτανόμενα οὐ μόνον ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ δαίμοσι, καὶ εἴ τι (96) ἄλλο τῶν ἔξω σωμάτων πέφυκεν ἁμαρτά-

(92) *Ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν.* Vide adnotationes ad lib. I *contra Celsum*, num. 2.

(93) Ad oram antea editorum, αὐτάς.

(94) Codd. Reg. et Basil., δαίμονα. Hœschel. et Spenc., δαίμονας.

(95) Codex Jolianus, φασί, Hœschel. et Spencer., φησί.

(96) Hœschel. et Spencer., εἴτε errore typographi.

A νειν· ὁράτω τὴν ἀτοπίαν ὁ τοῦτο λέγων τοῦ πάντα κατὰ γνώμην διοικεῖσθαι τοῦ Θεοῦ· ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ λόγῳ καὶ τὰ ἁμαρτανόμενα καὶ πάντα τὰ ἀπὸ κακίας κατὰ γνώμην διοικεῖσθαι τοῦ Θεοῦ· ὅπερ οὐ ταὐτόν ἐστι τῷ· οὐ κωλύοντος τοῦ Θεοῦ γίνεται. Εἰ δὲ καὶ κυρίως τις ἀκούοι τοῦ διοικεῖσθαι, διοικεῖσθαι μὲν λέγει (97) τὰ ἀπὸ κακίας διοικούμενα· δηλονότι πάντα κατὰ γνώμην διοικεῖται τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ παρανομεῖ εἰς τὴν διοίκησιν τοῦ Θεοῦ πᾶς ἁμαρτάνων· τὸ δ' ὅμοιον καὶ περὶ Προνοίας διασταλτέον, καὶ λεκτέον, ὅτι τὸ, *Πᾶσα ἐξ ἐκείνου πρόνοια*, σημαίνει μέν τι ἀληθὲς, ὅτε ἡ πρόνοια σπουδαῖόν ἐστιν· εἰ δ' ἁπαξαπλῶς πάντα τὰ γινόμενα κατὰ (98) πρόνοιαν εἶναι φήσομεν, κἂν κακῶς τι γίνηται, ψεῦδος ἔσται τὸ, *Πᾶσα ἐξ ἐκείνου πρόνοια*· εἰ μὴ ἄρα καὶ τὰ B κατ' ἐπακολούθησιν τῶν ἐκ προνοίας Θεοῦ λέγοι τις εἶναι ἐκ προνοίας Θεοῦ. Ἀποφαίνεται δὲ καὶ, *ὅ τι περ ἂν ᾖ ἐν τοῖς ὅλοις, εἴτε Θεοῦ ἔργον, εἴτ' ἀγγέλων, εἴτε ἄλλων δαιμόνων, εἴτε ἡρώων, πάντα ταῦτα ἔχει νόμον ἐκ τοῦ μεγίστου Θεοῦ· καὶ οὐκ ἀληθῆ γε λόγον ἀποφαίνεται.* Οὐδὲ γὰρ τὰ παρανομοῦντα ἑπόμενα νόμῳ τῷ ἀπὸ μεγίστου Θεοῦ παρανομεῖ. Παρανομεῖν δὲ ὁ λόγος δείκνυσιν οὐ μόνον ἀνθρώπους φαύλους, ἀλλὰ καὶ τοὺς φαύλους δαίμονας καὶ τοὺς φαύλους ἀγγέλους.

Φαύλους δὲ δαίμονας οὐ μόνοι λέγομεν ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν πάντες, ὅσοι δαίμονας τιθέασιν εἶναι. Οὐ πάντα οὖν ἔχει νόμον ἐκ τοῦ μεγίστου Θεοῦ. Ὅσα γὰρ παρ' ἰδίαν ἀπροσεξίαν, κακίαν, ἢ πονηρίαν, ἢ ἄγνοιαν τοῦ καλοῦ, ἀποπέπτωκεν τοῦ θείου νό- C μου (99), οὐκ ἔχει τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ', ἵνα ὀνομάσω καινῷ ὀνόματι καὶ τῷ κατὰ τὴν Γραφὴν, τὸν νόμον ἔχει τῆς ἁμαρτίας. Κατὰ μὲν οὖν τοὺς πολλοὺς τῶν τιθέντων εἶναι δαίμονας, καὶ οἱ φαῦλοι δαίμονες οὐκ ἔχουσι τὸν ἀπὸ Θεοῦ νόμον, ἀλλὰ παρανομοῦσι· κατὰ δὲ ἡμᾶς, πάντες δαίμονες, ἀποπεσόντες τῆς ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ὁδοῦ, πρότερον οὐκ ὄντες δαίμονες· καὶ ἔστιν εἶδος τῶν ἐκπεσόντων Θεοῦ τὸ τῶν δαιμόνων. Διόπερ οὐ χρὴ θεραπεύειν δαίμονας, ὅστις σέβει Θεόν. Δηλοῦται δὲ τὰ περὶ τοὺς δαίμονας καὶ ἐκ τῶν καλούντων αὐτοὺς (1) ἐπὶ τοῖς ὀνομαζομένοις φίλτροις, ἢ μισήτροις, ἢ ἐπὶ κωλύσεσι πράξεων, ἢ ἄλλων τοιούτων μυρίων· ἅπερ ποιοῦσιν οἱ δι' ἐπῳδῶν καὶ μαγγανειῶν μεμαθηκότες καλεῖν καὶ ἐπάγεσθαι δαίμονας ἐφ' ἃ βούλονται. Διόπερ ἡ πάντων δαιμόνων D θεραπεία ἀλλοτρία ἡμῶν ἐστι, τῶν σεβόντων τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν· καὶ θεραπεία δαιμόνων ἐστὶν ἡ θεραπεία τῶν νομιζομένων (2) θεῶν· *Πάντες γὰρ οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια.* Δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ εἰς τὰ δοκοῦντα ἐνεργέστερα τῶν νομιζομένων ἱερῶν κατακλίσεις (3) περιέργους γεγονέναι, καὶ κατὰ τὰς ἀρχὰς τῆς ἱδρύσεως τῶν τοιῶνδε ξοάνων καὶ νεῶν·

Dei arbitrio dispensari : hinc enim consequens est ut peccata omnia, et quidquid ex vitio nascitur, pro Dei nutu administrentur; quod quidem non idem est ac si quis diceret hæc fieri non prohibente Deo. Nam si quis proprio sensu administrationem acceperit ac dixerit ea, quæ nascuntur ex vitio, administrari, evidens est pro Dei nutu administrari omnia; proinde in Dei administrationem nihil peccare eum qui peccat. De Providentia eadem est adhibenda distinctio. Nam hæc : *Omnis ex illo providentia*, aliquid verum significant, cum Providentiæ nihil nisi justum ascribitur. Si vero generatim dixerimus quidquid fit, id ex providentia fieri, etiamsi malum sit, falsum est *omnem ex illo esse providentiam;* nisi forte intelligatur, quæ ex operibus providentiæ Dei consequuntur, ea ex providentia Dei fieri. Affirmat etiam, *quidquid fit sive a Deo, sive ab angelis, sive ab aliis dæmonibus, sive ab heroibus, hæc omnia legem habere sibi a Deo maximo præscriptam.* Sed id quoque falsum est. Neque enim naturæ quæ peccant, Dei legem sequuntur cum peccant. **743** Atqui Scriptura docet non solum homines, sed et malos dæmones malosque angelos peccare.

69. Neque vero nos soli malos dæmones dicimus, sed prope omnes illi quotquot dæmones esse credunt. Non omnia igitur legem a Deo maximo sibi præscriptam habent. Quisquis enim sive incogitantia, sive vitio et malitia, sive boni ignorantia a divina lege discessit, is non Dei legem, sed, ut novo et Scripturis usitato vocabulo utar [67], peccati legem habet. Itaque ex opinione multorum qui dæmones esse statuunt, mali quoque dæmones a Deo non legem habent, sed ab illa desciscunt; nos vero tribuimus id omnibus dæmonibus, qui cum olim tales non essent, dæmones facti sunt, ex quo a via, quæ ad bonum perducit, aberravere : ita ut dæmones species sint naturarum quæ a Deo exciderunt. Quapropter non oportet Dei cultorem dæmonibus cultum deferre. Est et alia dæmonum vim cognoscendi ratio : nempe si consideretur eos a quibusdam vocari, ut amor aut odium inspiretur, aut quædam actiones impediantur, aut innumera hujusmodi alia fiant, quorum auctores sunt ii, qui carminibus magicisque incantationibus norunt invocare et arcessere dæmones simul atque libitum est. Quare omnium dæmonum cultus alienus est a nobis summi Dei cultoribus, et cultus dæmonum cultus est eorum qui dii habentur : *Omnes* enim *dii gentium dæmonia* [68]. Hoc etiam inde liquet, quod in sacris quæ efficaciora videbantur arcanæ adhibitæ fuerint evo-

[67] Rom. VIII, 2. [68] Psal. XCV, 5.

(97) Lego, εἰ δὲ κυρίως τις ἀκούοι τοῦ διοικεῖσθαι, καὶ διοικεῖσθαι μὲν λέγοι.

(98) Vox κατὰ deest in antea editis, sed restituitur e codice Joliano.

(99) Codd. Reg. et Basileensis, κακίᾳ ἢ πονηρίᾳ, ἢ δι' ἄγνοιαν τοῦ καλοῦ, ἀποπέπτωκεν τοῦ θείου νόμου. Libri autem editi, κακίαν ἢ πονηρίαν ἢ ἄγνοιαν τῶν καλῶν ἀποπέπτωκεν τοῦ θείου νόμου.

(1) Codd. Reg. et Basil., αὐτούς. Libb. editi, δαίμονας.

(2) Codd. Vatican. et Basil., νομιζομένων. Libb. editi, ὀνομαζομένων.

(3) *Κατακλίσεις.* Legendum videtur hoc loco et paulo post, κατακηλήσεις, vel κατακλήσεις.

cationes, etiam cum primum simulacra collocata A sunt et templa constructa. Quas evocationes fecerunt ii, qui artibus magicis utentes dæmonum cultui vacabant. Atque hinc est quod cultum dæmonum perinde ac perniciem fugiamus, censeamusque ritus illos quibus ad aras, statuas et templa utuntur Græci, dæmonum esse cultum.

70. Dixit præterea : *Nonne singulis rebus præfectus est potestate a Deo accepta quisquis quolibet opere dignus habitus est?* sed hic opus est altiore scientia, qua definiri possit utrum quemadmodum in civitatibus carnifices et alii crudelibus quidem sed necessariis muneribus addicti sunt, ita mali dæmones muniis quibusdam præfecti sint a Verbo Dei quod administrat omnia; an, quemadmodum in desertis locis latrones unum aliquem sibi B præficiunt, sic dæmones quasi agminatim in diversis terræ regionibus collecti, sibi ipsi principem constituerint cujus ductu ipsi subripiant et furentur hominum **744** animas. Qui autem de iis bene disserere voluerit, ut Christianos aliud quidpiam præter summum Deum et primogenitum omnis creaturæ Verbum ejus et Deum colere fugientes defendat, illum oportet enarrare istud : *Omnes quotquot venerunt ante me, fures sunt et latrones, et non audierunt eos oves* [69]; et hoc : *Fur non venit nisi ut furetur et mactet et perdat* [70], et si quid aliud simile sacris in Scripturis dictum sit, ut et istud : *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones et super omnem virtutem inimici, et nihil vobis nocebit* [71]; et hoc aliud : *Super aspidem et basiliscum* C *ambulabis, et conculcabis leonem et draconem* [72]. Sed nihil eorum noverat Celsus. Nam si nota illi essent, non dixisset : *Nonne quidquid fit in hac universitate sive a Deo, sive ab angelis, sive ab aliis dæmonibus, sive ab heroibus, hæc omnia legem a Deo maximo præscriptam sibi habent? Nonne rebus singulis præfectus est cum potestate quisquis hoc munere dignatus est? Qui igitur Deum colit, non is juste colit illum cui a Deo data potestas est.* Quibus addit : *Fieri enim non potest ut pluribus dominis serviatur.* Sed hac de re in libro sequenti disputabimus. Nam justam in molem crevit septimus iste liber, quem contra Celsi scriptum scripsimus. D

A ἄστινας κατακλίσεις οἱ τῇ τῶν δαιμόνων διὰ μαγγανειῶν θεραπείᾳ σχολάζοντες πεποίηνται. Διὸ δέδοκται ἡμῖν φεύγειν ὡς ὄλεθρον τὴν τῶν δαιμόνων θεραπείαν· δαιμόνων δὲ θεραπείαν εἶναί φαμεν πᾶσαν τὴν νομιζομένην παρ' Ἕλλησι παρὰ βωμοῖς καὶ ἀγάλμασι καὶ ναοῖς θεῶν θρησκείαν.

Εἶπε δὲ καὶ τὸ, *Τέτακται δὲ ἐφ' ἑκάστῳ δύναμιν λαχὼν τοῦ μεγίστου Θεοῦ, ὅστις ἠξίωται ὁτινοσοῦν ἔργου;* Δεῖται δὲ πάνυ βαθυτέρας ἐπιστήμης, καὶ δυναμένης παραστῆσαι, πότερόν ποτε, ὡς οἱ δήμιοι ἐν ταῖς πόλεσι καὶ οἱ τεταγμένοι ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν μὲν, ἀναγκαίων δὲ ἐν ταῖς πολιτείαις πραγμάτων, οὕτως εἰσὶ τεταγμένοι μοχθηροὶ δαίμονες ἐπί τινων ὑπὸ τοῦ διοικοῦντος τὰ ὅλα Λόγου Θεοῦ· B ἢ, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς ἐρημίαις λῃστεύοντες, καὶ ἕνα τινὰ προστησάμενοι ἄρχειν αὐτῶν· οὕτως οἱ δαίμονες, οἱονεὶ κατὰ τόπους (4) τῆς γῆς συστήματα γενόμενοι, ἄρχοντά τινα ἑαυτοῖς πεποιήκασι, τὸν ἡγησόμενον αὐτῶν εἰς τὰς πράξεις, ἃς εἵλοντο ὑπὲρ τοῦ κλέπτειν (5) καὶ λῃστεύειν ἀνθρώπων ψυχάς. Χρεία δὲ τῷ μέλλοντι εἰς ταῦτα λέγειν καλῶς, ἵνα περὶ Χριστιανῶν ἀπολογήσηται, ἐκτρεπομένων ἄλλο τι σέβειν παρὰ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, καὶ τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως Λόγον αὐτοῦ καὶ Θεὸν (6), διηγήσασθαι καὶ τὸ, *Πάντες, ὅσοι ἦλθον πρὸ ἐμοῦ, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταὶ, καὶ οὐκ ἤκουσεν αὐτῶν τὰ πρόβατα·* καὶ τὸ, *Ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ, καὶ ἀπολέσῃ·* καὶ εἴ τι ἄλλο τούτοις εἴρηται παραπλήσιον ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν· ὥσπερ καὶ C τὸ, *Ἰδοὺ, δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσει·* καὶ τὸ, *Ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα.* Ἀλλ' οὐδαμῶς ᾔδει ταῦτα ὁ Κέλσος. Εἰ γὰρ ᾔδει, οὐκ ἂν εἶπε, *Καὶ ὅ τι περ ἂν ᾖ ἐν τοῖς ὅλοις εἴτε Θεοῦ ἔργον, εἴτ' ἀγγέλων, εἴτε δαιμόνων* (7), *εἴτε ἡρώων· ταῦτ' ἔχει νόμον ἐκ τοῦ μεγίστου Θεοῦ; Τέτακται δὲ ἐφ' ἑκάστῳ δύναμιν λαχὼν, ὅστις ἠξίωται; τοῦτον οὖν, τὸν ἐκεῖθεν ἐξουσίας τετυχηκότα, οὐ θεραπεύσει δικαίως ὁ σέβων τὸν Θεὸν* (8). Τούτοις δ' ἐπιφέρει τὸ, *Οὐ γὰρ οἷόν τε δουλεύειν τὸν αὐτὸν* D *πλείοσι κυρίοις.* Περὶ οὗ ἐν τῷ ἑξῆς βιβλίῳ διαληψόμεθα, ἅτε αὐτάρκη περιγραφὴν εἰληφότος τοῦ ἑβδόμου τόμου πρὸς τὸ σύγγραμμα Κέλσου ἡμῖν γεγραμμένου.

[69] Joan. x, 8. [70] Ibid., 10. [71] Luc. x, 19. [72] Psal. xc, 13.

(4) *Κατὰ τόπους.* Vide Huetium, *Origenianorum* lib. II, quæst. 5, *de angelis.*

(5) Mss., κλέπτειν. Hœschel., βλέπειν. Spencer., βλάπτειν. Paulo infra mss., ἐκτρεπομένων ἄλλοτι σέβειν. Libb. antea editi, ἐντρεπομένων, etc.

(6) *Καὶ Θεόν.* Hæc in antea editis omissa restituuntur e mss. codicibus.

(7) Hœschel. in textu, εἴτε δαιμόνων. Spencer., εἴτε ἄλλων δαιμόνων.

(8) Hœschelius in textu, ὅστις σέβει τὸν Θεόν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΚΕΛΣΟΥ

ΤΟΜΟΣ ΟΓΔΟΟΣ

ORIGENIS CONTRA CELSUM LIBER OCTAVUS

Ἤδη ἔφθασα ἐπὶ τὸ συντελέσαι ἑπτὰ βιβλία· θέλω A δὲ ἄρξασθαι καὶ ὀγδόου. Θεὸς δὲ καὶ ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος παρέσται (9) ἡμῖν, ἵνα γενναίως μὲν τὰ Κέλσου ψεύδη διελεγχθῇ μάτην ἐπιγεγραμμένα *ἀληθὴς λόγος*, δυνατῶς δὲ καὶ τὸ ὅσον ἐπὶ τοῖς ὑπαγορευομένοις τὰ Χριστιανισμοῦ ἀποδειχθῇ· εὐχομένοις τὸ, *Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν* (10), εἰπεῖν τῇ τοῦ Παύλου διαθέσει, καὶ πρεσβεῦσαι ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐπὶ τὴν πρὸς ἑαυτὸν φιλίαν παρακαλεῖ· βουλόμενος οἰκειῶσαι δικαιοσύνῃ, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς, τοὺς πρὸ τῆς παραδοχῆς τῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ δογμάτων ἐν σκότῳ τῷ περὶ Θεοῦ, καὶ ἀγνοίᾳ τῇ περὶ τοῦ κτίσαντος ἐνδιατρίψαντας. Καὶ πάλιν δὲ ἐρῶ, ὅτι ὁ Θεὸς δῴη ἡμῖν τὸν γενναῖον καὶ ἀληθῆ λόγον, B τὸν Κύριον *τὸν κραταιὸν καὶ δυνατὸν ἐν πολέμῳ* τῷ κατὰ τῆς κακίας. Ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τὴν ἑξῆς λέξιν Κέλσου καὶ τὰ πρὸς αὐτὴν ὁδευτέον ἐστὶν ἡμῖν.

Ἐπηπόρησε δὲ ἐν τοῖς πρὸ τούτων πρὸς ἡμᾶς, διὰ τί δαίμονας οὐ θεραπεύομεν· καὶ πρὸς ἃ εἶπε περὶ δαιμόνων, ἀπηντήσαμεν κατὰ τὸ φαινόμενον ἡμῖν βούλημα τοῦ θείου λόγου. Εἶθ' ἑξῆς ἐκείνοις ἡμᾶς εἰσάγει λέγοντας πρὸς τὴν ἐπαπόρησιν αὐτοῦ, θέλοντος ἡμᾶς καὶ τοὺς δαίμονας θεραπεύειν, ὅτι οὐχ οἷόν τε δουλεύειν τὸν αὐτὸν πλείοσι κυρίοις. *Τοῦτο δ'*, ὡς οἴεται *στάσεως εἶναι φωνὴν τῶν*, ὡς *αὐτὸς ὠνόμασεν, ἀποτειχιζόντων* (11) *ἑαυτοὺς καὶ ἀποῤῥηγνύντων ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων*. Νομίζει δὲ *τοὺς τοῦτο λέγοντας, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀπομάττεσθαι τὸ σφέτερον πάθος εἰς τὸν* C *Θεόν*. Διὸ καὶ *ἐπὶ μὲν ἀνθρώπων χώραν ἔχειν οἴεται, τὸν δουλεύοντά τινι μὴ ἂν εὐλόγως* (12) *καὶ ἄλλῳ δουλεύειν ἀνθρώπῳ, ὡς βλαπτομένου τοῦ ἑτέρου ἀπὸ τῆς διαφόρου δουλείας· μηδὲ τὸν φθάσαντα συνομωμοκέναι τινὶ συνομνύειν καὶ ἑτέρῳ· ὡς βλάπτοντα λόγον ἔχειν τὸ δουλεύειν* (13) *ἅμα διαφόροις ἥρωσι καὶ τοῖς τοιούτοις δαίμοσιν. Ἐπὶ δὲ Θεοῦ, πρὸς ὃν οὔτε βλάβη τις οὔτε λύπη φανῇ* (14), *ἄλογον νομίζει τὸ φυλάττεσθαι ὁμοίως*

1. Jam eo perventum est ut septem libros absolverim; octavum nunc aggredi volo. Deus et unigenitus ejus Verbum adsit nobis, ut Celsi mendacia perperam inscripta *verus sermo*, strenue refutentur et religionis Christianæ veritas solide et quantum per materiam licebit demonstretur. Precamur item ut quo animo Paulus, eodem et nos dicere possimus, *Pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos* [73], et pro Christo legatione fungi erga homines, quemadmodum Dei Verbum ad amorem in se exhortatur: quippe quod vult justitiæ, veritati cæterisque virtutibus eos conciliare, qui, antequam Jesu Christi dogmata reciperent, in tenebris et ignorantia Dei conditoris versabantur. Iterum dicam, det nobis Deus fortem et verum sermonem, Dominum illum qui *in bello* contra malitiam *fortis* est *et potens* [74]. Nunc ad ea veniendum est quæ Celsus postea objicit, et ad ea respondendum.

745 2. Antea quæsivit a nobis quid causæ esset, cur dæmones non colamus, et ad illa, quæ dixit de dæmonibus, reposuimus quod nobis visum est verbo divino consentaneum. Deinde ad ejus quæstionem, qua nos ad cultum dæmonum incitare volebat, nos respondentes fecit, fieri non posse ut pluribus dominis serviatur. *Quæ vox*, ut putat, *seditionis est et hominum segregantium et rescindentium se*, ut loquitur, *a reliquorum hominum societate*. Ejus judicio, *qui hoc dicunt, suos illi in Deum affectus transferunt*. Quapropter id existimat *apud homines quidem habere locum, servientem cuipiam male se alteri in servitutem dare, propterea quod ex diversa servitute detrimentum alter patiatur; proinde qui se alicui obligarit, hunc alteri non debere se obligare; sicque non posse diversis heroibus et ejusmodi dæmonibus simul serviri, quin horum alterutri fiat injuria. Sed quod spectat ad Deum, in quem nec jactura ulla nec molestia cadit*, absurdum judicat *eadem cautione plurium deorum cultum fugere, ac si cum hominibus, heroibus, et ejusmodi dæmonibus, ageretur.*

[73] II Cor. v, 20. [74] Psal. xxiii, 8.

(9) *Παρέσται*. Mallent Guietus et Boherellus, παρέστω, nisi forte sit futurum pro imperativo, more Hebræorum.

(10) Hœschel. et Spencer., παρακαλοῦντος ἡμᾶς δι' ἡμῶν, sed a codd. Regio et Basileensi recte abest ἡμᾶς.

(11) *Ἀποτειχιζόντων*. Forte legendum ἀποσχιζόντων. Vide infra num. 5.

D (12) Hœschel. et Spencer. male, μὴ ἀνευλόγως, bene autem codex Anglicanus secundus, μὴ ἂν εὐλόγως.

(13) Hœschel. et Spencer., τὸ μὴ δουλεύειν, at recte codex Jolianus omisit particulam μή.

(14) *Φανῇ*. Scribendum recte videtur Guieto, φθάνῃ.

Ait præterea *eum, qui plures deos colit, hoc ipso quid maximo acceptum facere, quod unum aliquid eorum, quæ ad illum pertinent, colat.* Addit *nefas esse cultum alicui deferre, cui istud a Deo datum non est. Quapropter*, inquit, *cultus omnibus delatus qui ad Deum pertinent, illi non displicet, quia omnes illius sunt.*

3. Antequam ad sequentia pergamus, videndum annon jure approbemus hoc effatum : *Nemo potest duobus dominis servire;* cui subjungitur : *Aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut unum sustinebit et alterum contemnet.* Et mox : *Non potestis Deo servire et mammonæ* [75]. Hujus effati defensio postulat ut in altam abstrusamque de diis et dominis quæstionem penetremus. Docet enim divina Scriptura *magnum* esse *Dominum præ omnibus diis* [76] : in quibus deos non intelligimus illos, qui in gentibus adorantur (novimus namque *omnes deos gentium* esse *dæmonia* [77]); sed deos, de quorum *synagoga* propheticæ litteræ faciunt mentionem, et summum Deum, qui illos *dijudicat*, et eorum unicuique munus proprium assignat. Nam *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicabit* [78]. *Deus* enim est *deorum Dominus* qui per Filium *vocavit terram a solis ortu usque ad occasum* [79]. Jubemur etiam *Deo deorum confiteri* [80] : didicimus præterea *Deum non esse mortuorum, sed viventium* [81]. Neque hæc sola sunt in hanc rem loca, sexcenta alia referri possent.

4. Similia de Domino dominorum inquirere 746 et sapere nos docent divinæ litteræ. Nunc enim aiunt : *Confitemini Deo deorum, quoniam in sæculum misericordia ejus; confitemini Domino dominorum, quoniam in sæculum misericordia ejus* [82]; nunc vero : *Est Deus Rex regum et Dominus dominantium* [83]. Novit etiam Scriptura deos qui tales sunt nomine tenus, et deos qui revera sunt, sive nomen habeant, sive non. Idem de dominis qui sunt et qui non sunt Paulus ait : *Etsi sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra, ut sunt dii multi et domini multi* [84]. Deinde quoniam Deus deorum per Jesum ab oriente et occasu vocat quos vult ad suam hæreditatem, et Christus Dei, qui est Dominus, inde se probat omnibus dominantibus præstare, quod in omnium fines pervaserit, et ex omnium finibus subditos sibi asciverit, idcirco Paulus post modo memorata : *Sed nobis*, inquit, *unus Deus Pater ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus per quem omnia, et nos per ipsum* [85]. Et cum hoc loco admirabile quid et arcanum prospiceret, addit : *Sed non in omnibus est scientia* [86]. Cum autem dicit : *Sed nobis unus Deus Pater, ex quo omnia; et unus Dominus Jesus Christus per quem omnia*, hac voce *nobis* signi-

A *τοῖς περὶ ἀνθρώπων, καὶ ἡρώων, καὶ τοιῶνδε δαιμόνων θεραπεύειν θεοὺς πλείονας.* Φησὶ δὲ καὶ *τὸν θεραπεύοντα θεοὺς πλείονας, τῷ ἕν τι τῶν τοῦ μεγάλου θεραπεύειν, φίλον καὶ ἐν τούτῳ ἐκείνῳ ποιεῖν·* καὶ προστίθησιν, *ὅτι οὐδ' ἔξεστι τιμᾶσθαί τινι ᾧ μὴ ἐξ ἐκείνου τοῦτο δέδοται.* Διότι *τιμῶν τις καὶ σέβων*, φησὶ, *τοὺς ἐκείνου πάντας, οὐ λυπεῖ τὸν Θεὸν, οὗ πάντες εἰσίν.*

Ἴδωμεν δὴ πρὸ τῶν ἑξῆς, εἰ μὴ εὐλόγως ἀποδεχόμεθα τὴν, *Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν*, φωνὴν, ᾗ ἐπιφέρεται τὸ, *Ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει.* Καὶ ἑξῆς αὐτῷ τὸ, *Οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ.* Καλεῖ δ' ἡμᾶς ἡ ἀπολογία εἰς βαθύτερόν τινα καὶ ἀπόῤῥητον B περὶ θεῶν καὶ κυρίων λόγον. Ἐπίσταται γὰρ ἡ θεία Γραφὴ *τὸν μέγαν* εἶναι *Κύριον παρὰ πάντας τοὺς θεούς·* ἐν οἷς θεοὺς οὐ τοὺς προσκυνουμένους ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐξακούομεν, ἅτε μαθόντες, ὅτι *πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια·* ἀλλὰ θεοὺς, ὧν οἶδέ τινα *συναγωγὴν* ὁ προφητικὸς λόγος, καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν τούτους *διακρίνοντα*, καὶ διατασσόμενον ἑκάστῳ τὸ οἰκεῖον αὐτῷ ἔργον. *Ὁ Θεὸς γὰρ ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ.* Καὶ γάρ ἐστι *Θεὸς θεῶν Κύριος*, ὃς διὰ τοῦ Υἱοῦ *ἐκάλεσε τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἕως δυσμῶν.* Καὶ προστασσόμεθα *ἐξομολογεῖσθαι τῷ Θεῷ τῶν θεῶν·* μαθόντες καὶ τὸ, *Ὁ Θεὸς οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων.* Ἅπερ δὴ λέγεται οὐ μόνον διὰ τῶν ἐκκειμένων, ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλων μυρίων.

C Τοιαῦτα δὲ καὶ περὶ Κυρίου κυρίων διδάσκουσιν ἡμᾶς ἐξετάζειν καὶ φρονεῖν οἱ θεῖοι Λόγοι· ὅπου μὲν λέγοντες, *Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ τῶν θεῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ τῶν κυρίων, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ·* ὅπου δὲ, *Ὅτι ἐστὶν ὁ Θεὸς Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων.* Οἶδε δὲ ὁ Λόγος θεοὺς τοὺς μέν τινας λεγομένους, τοὺς δὲ καὶ ὄντας, εἴτε λεγομένους εἴτε μή· τὸ δ' αὐτὸ διδάσκων καὶ περὶ κυρίων τῶν ὄντων καὶ μὴ, λέγει ὁ Παῦλος· *Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτ' ἐν οὐρανῷ εἴτ' ἐπὶ γῆς· ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοί.* Εἶτ' ἐπεὶ ὁ τῶν θεῶν Θεὸς καλεῖ ἀπ' ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ μερίδα διὰ τοῦ Ἰη- D σοῦ οὓς βούλεται· Κύριος δὲ ὢν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ δείκνυσιν δι' ὧν ἐπέβη τοῖς πάντων ὁρίοις καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀπὸ πάντων ὁρίων καλεῖ, ὅτι ἐστὶ πάντων κυριευόντων διαφέρων, διὰ τοῦτο ταῦτα ἐπιστάμενος ὁ Παῦλός φησι μεθ' ἃ παρεθέμην· *Ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος* (15) *Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.* Θεωρῶν τε θαυμάσιόν τινα καὶ μυστηριώδη λόγον κατὰ τὸν τόπον ἐπιφέρει αὐτοῖς· *Ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις.* Ἐπὰν δὲ λέγῃ· *Ἀλλ' ἡμῖν εἷς*

[75] Matth. VI, 24. [76] Psal. XCVI, 9. [77] Psal. XCV, 5. [78] Psal. LXXXI, 1. [79] Psal. XLIX, 1. [80] Psal. CXXXV, 2. [81] Matth. XXII, 32. [82] Psal. CXXXV, 2, 3. [83] I Tim. VI, 15. [84] I Cor. VIII, 5. [85] I Cor. VIII, 6. [86] Ibid., 7.

(15) Hœschel. et Spencer. ἐξ οὗ τὰ πάντα [καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν] καὶ εἷς Κύριος. At in omnibus mss. desideratur καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν, quod idcirco in prioribus editionibus unci includunt.

θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα· τὸ ἡμῖν λέγει ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ πάντων τῶν ἀναβεβηκότων πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν τῶν θεῶν, καὶ πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Κύριον τῶν κυρίων. Ἀναβέβηκε δὲ πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν ὁ ἀσχίστως καὶ ἀδιαιρέτως καὶ ἀμερίστως αὐτὸν σέβων διὰ τοῦ μόνου προσάγοντος ἐκείνῳ Υἱοῦ, τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ σοφίας ἐν τῷ Ἰησοῦ θεωρουμένου, τοὺς παντὶ τρόπῳ πειρωμένους ἑαυτοὺς οἰκειῶσαι δι' ἐξαιρέτων λόγων, καὶ πράξεων, καὶ διανοημάτων (16), τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ Θεῷ. Παρὰ ταῦτα δ' οἶμαι καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια τὸν μετασχηματιζόμενον εἰς ἄγγελον φωτὸς ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου πεποιηκέναι τὸ, Τῷ δὲ ἕπεται (17) στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων, κατὰ ἕνδεκα μοίρας τεταγμένη· ἐν οἷς περὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν φιλοσοφησάντων λέγει τὸ, Μετὰ μὲν Διὸς (18) ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλων δαιμόνων.

A ficat se et omnes qui ad summum deorum Deum et ad summum dominorum Dominum enituntur. Jam ad summum Deum ascendit ille, qui inseparabiliter et indivisibiliter ipsum colit per Filium Dei Verbum et sapientiam in Jesu conspectum; qui Filius solus Deo conciliat quicunque modis omnibus ad Deum hujus universi conditorem conantur accedere sermonum, actionum et cogitationum integritate. Eapropter iisque similia arbitror a principe hujus sæculi, qui se *in angelum lucis* transfigurat[87], excogitatum hoc fuisse : *Tunc sequuntur deorum dæmonumque exercitus in undecim ordines distributus.* Ubi etiam idem de se philosophisque addit : *Cum Jove nos, alii vero cum aliis dæmonibus.*

Πολλῶν τοίνυν λεγομένων ἢ ὄντων θεῶν, ὁμοίως δὲ καὶ κυρίων, ἡμεῖς πάντα πράττομεν, ἵν' οὐ μόνα τὰ προσκυνούμενα ὡς θεοὺς παρὰ τοῖς ἐπὶ γῆς ἔθνεσιν ὑπεραναβῶμεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ οὓς φασιν αἱ Γραφαὶ θεούς· περὶ ὧν οὐδὲν ἴσασιν οἱ ξένοι τῶν διὰ Μωϋσέως καὶ τοῦ Σωτῆρος Ἰησοῦ ἡμῶν διαθηκῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀλλότριοι τῶν διὰ τούτων δηλουμένων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ. Ὑπεραναβαίνει δὲ τὴν παρὰ πᾶσι δαιμονίοις δουλείαν ὁ μηδὲν ἔργον δαιμονίοις φίλον ποιῶν· καὶ ὑπεραναβαίνει τὴν μερίδα τῶν παρὰ Παύλῳ λεγομένων εἶναι θεῶν ὁ σκοπῶν εἴτε ὡς ἐκεῖνοι, εἴθ' ὁπωσποτὲ ἔχει τὰ πράγματα, οὐ τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· καὶ ὁρῶν τις τίνα τρόπον καὶ ἡ τῆς κτίσεως ἀποκαραδοκία τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι, εὐφημῶν τὴν κτίσιν, καὶ βλέπων τίνα τρόπον ἐλευθερωθήσεται πᾶσα ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, καὶ καταντήσεται εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, οὐ περισπᾶται πρὸς τὸ τῷ Θεῷ καὶ ἄλλῳ τινὶ δουλεύειν μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ πρὸς τὸ δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. Οὐ στάσεως οὖν φωνὴ ἐπὶ τοῖς νοήσασι τὰ τοιαῦτα, καὶ μὴ θέλουσι δουλεύειν πλείοσι κυρίοις· διὰ τοῦτο ἀρκουμένοις Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, παιδεύοντι ὑφ' ἑαυτῷ τοὺς δουλεύοντας αὐτῷ, ἵν' αὐτοὺς πεπαιδευμένους παραδῷ, γενομένους βασιλείαν ἀξίαν Θεοῦ, τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ἀλλὰ καὶ ἀποσχίζουσι (19) καὶ ἀποῤῥηγνύουσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ἀλ-

B 5. Cum igitur multi nomine tantum, multi revera sint dii et domini, nos totis viribus nitimur transcendere non ea sola quæ apud gentes terræ pro diis adorantur, sed etiam deos illos quorum Scriptura meminit, quosque nesciunt ii, qui a Dei fœderibus per **747** Moysem Jesumque Salvatorem nostrum promulgatis alieni sunt et promissionibus exclusi quæ per illos innotuerunt. Se autem erigit supra omnem dæmonum cultum is, qui nihil dæmoniis acceptum facit; item is extollit se supra portionem eorum quos deos Paulus appellat, qui sive ut illi, sive quomodocunque res habeat, spectat *non ea quæ videntur, sed quæ non videntur*[88]; item qui considerat quomodo *exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat, non volens*, C *sed propter eum qui subjecit in spe*[89]; cumque creaturam laudans et videns quomodo *liberanda sit a servitute corruptionis et occursura in libertatem gloriæ filiorum Dei*, adduci non potest ut quemvis alium præter Deum colat, aut alterius cultum cum Dei cultu conjungat, neque ut duobus dominis serviat. Non igitur seditionis vox est apud eos qui hæc intelligentes pluribus dominis servire nolunt, et quibus propterea satis est Dominus Jesus Christus qui per se docet eos qui ipsi serviunt, ut eruditos Deo et Patri tradat, factos regnum Deo dignum. Sed et se segregant et separant ab eis qui a civitate Dei alieni sunt [90] et a fœderibus ejus

[87] II Cor. XI, 14. [88] II Cor. IV, 18. [89] Rom. VIII, 19, 20. [90] Eph. II, 12.

(16) Hœschel. et Spencer., διανοημάτων καὶ νοημάτων, sed τὸ, καὶ νοημάτων recte abest a codd. Regio et Basileensi, utpote superfluum. Paulo post omnes mss. et Hœschelius, παρὰ ταῦτα δ' οἶμαι. Gelenius interpres vertit quasi legisset κατὰ ταῦτα δ' οἶμαι, quod arripuit Spencerus.

(17) *Τῷ δὲ ἕπεται.* Plato in *Phæd.*, pag. 246 : Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος· τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων, κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη. Μένει γὰρ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη· τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι ἐν τῷ τῶν δώδεκα ἀριθμῷ τεταγμένοι θεοὶ ἄρχοντες, ἡγοῦνται κατὰ τάξιν, ἣν ἕκαστος ἐτάχθη. *Magnus igitur in cœlo Jupiter, primus incedit alatum currum impellens, omnia et exornans et providentia gubernans. Hunc sequitur deorum dæmonum-* D *que exercitus per undecim partes distributus. Vesta autem in deorum æde permanet sola. Aliorum autem deorum quicunque in duodecim numero censentur, suo quisque muneri præest prout illi singuli sunt constituti.* SPENCER.

(18) *Μετὰ μὲν Διός.* Plato in *Phæd.*, pag. 250 : Κάλλος δὲ τότε ἦν ἰδεῖν λαμπρὸν, ὅτε σὺν εὐδαίμονι χορῷ μακαρίαν ὄψιν τε καὶ θέαν ἑπόμενοι μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλου θεῶν, εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν, ἣν θέμις λέγειν μακαριωτάτην. *At pulchritudinem splendidissimam tunc videre licebat, quando cum beato illo choro felicem illam visionem contemplationemque sequentes, cum Jove quidem nos, alii vero cum alio quodam deorum viderunt et initiati sunt sacris, quæ fas est dicere sacrorum omnium beatissima.* SPENCER.

(19) *Ἀποσχίζουσι.* Supra, hujus lib. num. 2, le-

exclusi; ut scilicet quasi cœlorum cives vivant [91], A *accedentes ad Deum viventem, et civitatem Dei, Jerusalem cœlestem, et multorum angelorum millium frequentiam et Ecclesiam primitivorum qui conscripti sunt in cœlis* [92].

λοτρίων τῆς πολιτείας τοῦ Θεοῦ καὶ ξένων τῶν διαθηκῶν αὐτοῦ· ἵνα τὸ ἐν οὐρανοῖς πολίτευμα πολιτεύσωνται, *προσεληλυθότες Θεῷ ζῶντι, καὶ πόλει Θεοῦ, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων, πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς* (20).

6. Neque etiam propterea refugimus a colendo alio quam Deo per Verbum et veritatem ejus, quod Deus detrimentum pateretur, quemadmodum homo videtur lædi, cum alteri servit is qui ipsi servit: sed ne nos ipsi lædamur, nos a portione Dei separantes, in qua ejus beatitudini convenienter vivimus, excellenti adoptionis spiritu animati; qui spiritus in cœlestis Patris filiis non verbo, sed reipsa secreto clamat: *Abba, Pater* [93]. Ac Lacedæmoniorum quidem legati Persarum regem, licet vim satellites ejus B inferrent, non adoraverunt, reveriti unum suum Dominum, nempe Lycurgi legem: qui vero multo præstantiore et diviniore *legatione funguntur pro Christo* [94], illi nec Persarum, nec Græcorum, nec Ægyptiorum principem adoraverint, nec ullum cujuslibet gentis, etiamsi dæmones principum satellites et ministri id facere cogant, et optimæ **748** legum quæ in terra sint nuntium remittere persuadeant. Dominus enim illorum, qui *pro Christo legatione funguntur*, Christus est cujus legati sunt, quique *in principio Verbum erat, et apud Deum erat, et Deus erat* [95].

Ἀλλ' οὐδ' ὡς βλαπτομένου τοῦ Θεοῦ (ὡς δοκεῖ βλάπτεσθαι ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ καὶ ἄλλῳ παρ' αὐτὸν (21) δουλεύοντος), ἐκκλίνομεν τὸ δουλεύειν ἄλλῳ τινὶ ἢ τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Λόγου αὐτοῦ καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ· ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς μὴ βλαβῶμεν, ἑαυτοὺς χωρίζοντες τῆς τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ μερίδος, ὡς οἰκείως αὐτοῦ τῇ μακαριότητι ζῶντας πνεύματι ἐξαιρέτῳ υἱοθεσίας ὁ Θεὸς (22) ἐν υἱοῖς τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς, οὐ λεξείδια, ἀλλὰ πράγματα μεγαλοφώνως κατὰ τὸ κρυπτὸν φθεγγομένοις τὸ, *Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ*. Λακεδαιμονίων μὲν οὖν οἱ πρέσβεις τὸν Περσῶν βασιλέα (23) καίτοι προσαναγκαζόντων σφόδρα τῶν δορυφόρων, οὐ προσεκύνησαν, φοβούμενοι τὸν ἕνα κύριον αὐτῶν τὸν Λυκούργου νόμον· οἱ δὲ τὴν πολλῷ μείζονα καὶ θειοτέραν πρεσβείαν *ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύοντες* οὔτε τὸν Περσῶν ἄρχοντα, οὔτε τῶν Ἑλλήνων (24), οὔτε τῶν Αἰγυπτίων, οὔτε τὸν οὑτινοσοῦν ἔθνους προσκυνήσαιεν ἂν, κἂν οἱ δορυφόροι τῶν ἀρχόντων δαίμονες καὶ τοῦ διαβόλου ἄγγελοι προσαναγκάζειν αὐτοὺς ἐθέλωσι τοῦτο ποιεῖν, καὶ πείθωσι μακρὰ χαίρειν (25) λέγειν τῷ παντὸς νόμου τῶν ἐπὶ γῆς κρείττονι. Κύριος γὰρ τῶν *ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβευόντων* ὁ Χριστός ἐστιν, ὑπὲρ οὗ πρεσβεύουσιν, *ὁ ἐν ἀρχῇ Λόγος ὢν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὢν, καὶ Θεὸς ὤν*.

7. Deinde quoniam Celsus altiorem quam putat C de heroibus et quibusdam dæmonibus quæstionem movet, cum, postquam de servitute erga homines dixit, *priorem herum lædi, cum quis volens ipsi servire, servire vult et alteri*, addit *idem sentiendum esse de heroibus et aliis hujusmodi dæmonibus*; ab ipso quærendum est quid putet esse heroas illos, quid illos dæmones; ita ut qui huic heroi servit, illum alteri heroi servire non liceat; et qui huic dæmoni servit, alteri illum non liceat servire; quasi inde læderetur prior dæmon, eodem fere modo ac homines læduntur, cum aliis dat se in servitutem, is, qui prius ipsis servivit. Ostendat etiam quam jacturam facere putet heroas aut illos dæmones. Aut enim in pelagus nugarum incidens

Εἶτ' ἐπεὶ ἔδοξε τῶν φαινομένων αὐτῷ βαθύτερόν τινα κινεῖν λόγον ὁ Κέλσος περὶ ἡρώων καί τινων δαιμόνων, λέγων μετὰ τὸν περὶ τῆς πρὸς ἀνθρώπους δουλείας λόγον, *ὡς βλαπτομένου τοῦ προτέρου, ᾧ τις δουλεύειν βούλεται, ἐὰν δουλεύειν θέλῃ καὶ δευτέρῳ, ὅτι εἴη δ' ἂν τὸ αὐτὸ καὶ περὶ ἡρώων τε καὶ τῶν τοιούτων δαιμόνων*· πευστέον αὐτοῦ, τί νοεῖ τοὺς ἥρωας· καὶ ποδαποὺς εἶναι λέγει τοὺς τοιούτους δαίμονας; ὥστε τὸν δουλεύοντα τῷδε τῷ ἥρωϊ, καὶ μὴ ἑτέρῳ δουλεύειν δεῖν, καὶ τῷ τοιῷδε δαίμονι, μὴ καὶ ἄλλῳ δουλεύειν· ὡς βλαπτομένου ἀνάλογον τοῖς βλαπτομένοις ἀνθρώποις τοῦ προτέρου δαίμονος, οἷς τις ἐλάτρευσε πρὸ τῶν δευτέρων. Ἀλλὰ καὶ τίνα (26) βλάβην οἴεται εἶναι ἡρώων, ἢ τῶν τοιῶνδε δαιμόνων, παραστησάτω. Ἀναγκασθήσεται γὰρ ἤτοι,

[91] Philip. III, 20. [92] Heb. XII, 22, 23. [93] Rom. VIII, 15. [94] II Cor. V, 20. [95] Joan. I, 1.

gitur ἀποτειχιζόντων ἑαυτοὺς καὶ ἀποῤῥηγνύντων. D Vel ergo hoc loco legendum ἀποτειχίζουσι, vel altero loco mutandum ἀποτειχιζόντων in ἀποσχιζόντων.

(20) Codd. Reg. et Basil., ἐν οὐρανοῖς. Libb. editi, ἐν οὐρανῷ.

(21) Codd. Reg., Basil. et Anglicanus secundus, παρ' αὐτόν. Libb. editi in textu, παρ' αὐτῷ.

(22) *Ὁ Θεός*, etc. Corruptus est hic locus, et aliquid deesse videtur. Vel ergo legendum, τῷ ἐν υἱοῖς τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς οὐ λεξειδίῳ ἀλλὰ πράγματι μεγαλοφώνως κατὰ τὸ κρυπτὸν φθεγγομένῳ. Vel forte sic, ὃ τίθησιν ἐν υἱοῖς τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς οὐ λεξειδίῳ, ἀλλὰ πράγματι μεγαλοφώνως κατὰ τὸ κρυπτὸν φθεγγομένοις.

(23) *Τῶν Περσῶν βασιλέα*. Herodot., ***Polymn.***, pag. 484 et 485.

(24) *Οὔτε τῶν Ἑλλήνων*, etc. Lege cum Bohe-rello, οὔτε τὸν Ἑλλήνων, οὔτε τὸν Αἰγυπτίων.

(25) Codd. Reg. et Basil., μακρὰ χαίρειν. Ita quoque libb. editi Origenis infra num. 36, μακρὰ χαίρειν εἰπόντες. Similiter dicitur πολλὰ χαίρειν Aristophan. *Acharn.*, v. 199:

Χαίρειν κελεύω πολλὰ τοὺς Ἀχαρνέας.

Male ergo hic Hœschelius et Spencerus habent, μακρὰν χαίρειν. Paulo post codd. Regius et Basileensis, Θεὸς γὰρ τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ.

(26) Libb. antea editi, ἀλλ' εἰ καί τινα. Codd. Reg., Basil., Vatic. et Anglican. primus, ἀλλὰ καί τινα.

πέλαγος φλυαρίας ἐμπεσὼν ἀναλαβεῖν τὸν λόγον, ἀθετῆσαι τὰ εἰρημένα· ἢ μὴ φλυαρεῖν θέλων, ὁμολογεῖν, ὅτι οὔτε ἥρωας οὔτε δαιμόνων φύσιν ἐπίσταται. Ἐπεὶ δὲ τὸν περὶ ἀνθρώπων λόγον, βλαπτομένων τῶν προτέρων, ἐὰν δουλεύῃ τις δευτέρῳ, λεκτέον· ποίαν βλάβην φησὶ γίνεσθαι τῷ προτέρῳ ἀνθρώπῳ, εἰ ὁ δουλεύων αὐτῷ δουλεύειν ἐθέλει καὶ ἑτέρῳ;

Εἰ μὲν γὰρ ὡς ἰδιώτης λέγει καὶ ἀφιλόσοφον (27) βλάβην τὴν περὶ χρημάτων τῶν ἐκτὸς ἡμῖν σημαινομένων (28), ἐλεγχθείη ἂν μηδ' ἐπιστήσας τῷ ὑπὸ Σωκράτους (29) καλῶς εἰρημένῳ ἐν τῷ, *Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ οὔ· οὐ γὰρ θεμιτὸν, τὸ κρεῖττον ὑπὸ τοῦ χείρονος βλάπτεσθαι* (30). Εἰ δὲ βλάβην τὴν κίνησιν ἢ σχέσιν λέγοι κατὰ κακίαν, δῆλον, ὅτι, οὐδεμιᾶς γινομένης βλάβης περὶ τοὺς σοφοὺς, δουλεύει τις ἐν διεστηκόσι τόποις οὖσι δύο σοφοῖς. Εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο εὔλογον, μάτην αὐτῷ παρείληπται τὸ παράδειγμα κατηγοροῦν τοῦ, *οὐδεὶς* (31) *δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν*· καὶ μᾶλλον ὁ περὶ τῆς εἰς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων δουλείας μόνον διὰ τοῦ προσάγοντος τῷ Θεῷ Υἱοῦ αὐτοῦ κρατήσει λόγος. Ἀλλὰ καὶ οὐχ ὡς δεόμενον τὸν Θεὸν θεραπεύσομεν, οὐδ' ὡς λυπούμενον, ἂν μὴ θεραπεύωμεν αὐτόν· ἀλλ' ὡς αὐτοὶ ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν θεραπείας ὠφελούμενοι, καὶ ἄλυποι καὶ ἀπαθεῖς γιγνόμενοι ἐκ τοῦ δουλεύειν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Λόγου καὶ σοφίας.

Ὅρα δὲ πῶς ἀβασάνιστόν ἐστι τὸ, *Εἰ γάρ τι καὶ ἄλλο τῶν ἐν τοῖς ὅλοις θεραπεύσεις*· ἐν ᾧ ἐμφαίνεται τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν χωρὶς πάσης βλάβης ἡμῶν ἡμᾶς προσάγειν ἁπαξαπλῶς τινι τῶν τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ὡσπερεὶ αἰσθηθεὶς ἑαυτοῦ οὐχ ὑγιῶς εἰπόντος· *Εἰ γάρ τι καὶ ἄλλο τῶν ἐν τοῖς ὅλοις θεραπεύεις* (32), εἶτ' ἐπαναλαμβάνει καὶ διόρθωσιν προσάγει τῷ λεγομένῳ· *Ἐν τούτῳ οὐδ' ἔξεστι τιμᾶσθαι οὐδενὶ, ὅτῳ μὴ ἐξ ἐκείνου τοῦτο δέδοται.* Καὶ πυθώμεθα τοῦ Κέλσου περὶ τῶν τιμωμένων ὡς θεῶν, ἢ δαιμόνων, ἢ καὶ ἡρώων, ὅτι· Πόθεν, ὦ οὗτος, ἀποδεικνύναι ἔχεις, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τούτοις δέδοται τὸ τιμᾶσθαι, καὶ οὐχὶ ἀπὸ ἀγνοίας καὶ ἀμαθίας ἀνθρωπίνης πλανωμένων (33) καὶ ἀποπιπτόντων τοῦ κυρίως τιμωμένου; Τιμᾶται γοῦν, ὡς πρὸ βραχέος λέγες, ὦ Κέλσε, τὰ Ἀδριανοῦ παιδικά· καὶ οὐ δήπου ἐρεῖς, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων δέδοται τὸ τιμᾶσθαι, ὡς Θεῷ τῷ Ἀντινόῳ (34). Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐροῦμεν, ἀπαιτοῦντες ἀπόδειξιν περὶ τοῦ δεδόσθαι αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ τὸ τιμᾶσθαι. Ἐὰν δ' ἡμῖν ἀνθυποφέρῃ τὸ παραπλήσιον περὶ τοῦ

A cogetur repetere quæ dixit et jam statuta evertere, aut confiteri, si nugari nolit, sibi heroas et dæmonum incompertam esse naturam. In id autem quod dixit, homines lædi, si quis illis serviens alteri serviat; quærendum est quam existimet priori homini fieri injuriam, cum is qui ipsi servit, servire vult et alteri.

8. Nam si ut idiota et philosophiæ rudis respondeat a se notari jacturam illarum rerum, quæ extra nos sunt, convincetur ignorasse præclarum istud Socratis effatum: *Occidere me possunt Anytus et Melitus, lædere vero minime; nam fieri non potest ut quod præstantius est a deteriore lædatur.* Sin intelligat injuriæ nomine motum aut habitum vitiosum, constat, cum nulla ejusmodi in sapientes cadat injuria, posse serviri duobus sapientibus, qui B diversis in locis essent. Quod si nec iste sensus convenit, hinc frustra duxit exemplum ad reprehendendum istud: ***Nemo potest duobus dominis servire*** [96]; quod potius verum est cum refertur ad servitutem erga solum universorum Deum, per ejus Filium qui nos perducit ad Deum. Neque vero Deum colemus, quasi nostro cultu indigeret, aut quasi doleret se a nobis non coli; sed ut ipsi pietatis in Deum fructus capiamus, et ut summo Deo per unigenitum ejus Verbum et sapientiam servientes, a molestiis pœnisque liberemur.

749 9. Vide et istud quam inconsideratum sit: *Nam si quid aliud eorum quæ in universo sunt coleres*; quo innuit nos colendo Deo duci absque C ullo detrimento ad cultum cujuslibet rei quæ pertineat ad Deum. Sed quasi sensisset id quod dixit non esse sanum: *Nam si quid aliud eorum quæ in hoc universo sunt coleres*, mox redit ad se, et dictum corrigens: *Non licet*, inquit, *quempiam coli, nisi cui istud a Deo datum est.* Verum de cultis illis aut diis aut dæmonibus, aut etiam heroibus, Celsum interrogemus: Unde probaveris, o bone, illis, ut colerentur, datum esse a Deo, non vero ab hominibus, qui ignorantia errabant et inscientia, quique ab illo exciderant cui cultus proprie defertur? Adriani coluntur amasii, ut paulo ante dixisti, Celse; at profecto non affirmaveris Antinoo datum a summo Deo fuisse ut coleretur. Idem de aliis dicemus D petemusque ut demonstret illis, ut colantur, a summo Deo datum fuisse. Quod si a nobis quid simile de Jesu postulet, probabimus datum illi a Deo fuisse ut coleretur, *ut omnes honorificent Filium sicut honorificant*

[96] Matth. VI, 24.

(27) *Λέγοι, καὶ ἀφιλόσοφον*. Libb. editi in margine, λέγει καὶ ἀφιλόσοφον. Boherellus legit, λέγοι καὶ ἀφιλόσοφος· quod et Hœschelius affert e Gelenii interpretatione.

(28) *Ἡμῖν σημαινομένων*. Mallet Boherellus, ἡμῶν σημαίνων, vel σημαινομένην.

(29) *Σωκράτους*. Plato *Apolog.*, pag. 30.

(30) Libb. editi Platonis, οὐ γὰρ οἶμαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι.

(31) Hœschelius in textu, τὸ, οὐδείς. Paulo post recte omnes mss. habent, περὶ τῆς εἰς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων δουλείας μόνον, sicque Hœschelius, qui cum incidisset in codicem ms. in quo εἰς desiderabatur, putavit legendum τῷ Θεῷ τῶν ὅλων, quod Spencerus suo more statim in textum transtulit.

(32) Codex Jolianus recte, θεραπεύσεις. Libb. editi, θεραπεύεις. Ibidem mss. et Hœschelius in textu, καὶ διόρθωσιν προσάγει. Spencerus, καὶ διόρθωσιν προσάγων. Boherello placeret, κατὰ διόρθωσιν προσάγων τῷ λεγομένῳ, ὅτι οὐδ' ἔξεστι.

(33) *Καὶ ἀμαθίας ἀνθρωπίνης πλανωμένων*. Boherellus legit, καὶ ἀμαθίας ἀνθρώπων πλανωμένων.

(34) *Ἀντινόῳ*. Vide adnotationes ad lib. III, num. 35.

Patrem[97]. Nam prophetiæ omnes, antequam nasceretur editæ, cultum illius commendabant. Sed et miracula quæ fecit non arte magica, ut existimat Celsus, sed divinitate a prophetis prædicta, a Deo testimonium habuerunt, ut qui Filium, qui Verbum est, colit, is, cum nihil contra rationem faciat, ex illius cultu utilitatem percipiat; et qui colit illum qui est veritas, is ex veritatis cultu melior fiat. Quod idem dicendum de cultu sapientiæ et justitiæ et omnium quæ Filium Dei esse testantur divinæ Scripturæ.

A Ἰησοῦ, ἀποδείξομεν, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ δέδοται αὐτῷ τὸ τιμᾶσθαι, *ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα.* Αἱ γὰρ πρὸ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προφητεῖαι συστάσεις ἦσαν τῆς τιμῆς αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα παράδοξα, οὐ μαγγανείᾳ, ὡς οἴεται Κέλσος, ἀλλὰ θειότητι προειρημένῃ ὑπὸ τῶν προφητῶν, τὴν ἀπὸ Θεοῦ εἶχε μαρτυρίαν, ἵν' ὁ τιμῶν τὸν Υἱὸν ὄντα Λόγον, μηδὲν ἄλογον πράττων, ὠφελῆται ἐκ τοῦ τιμᾷν αὐτόν· καὶ τιμῶν αὐτὸν ὄντα ἀλήθειαν κρείττων γίνηται ἀπὸ τοῦ τιμᾷν ἀλήθειαν· οὕτω δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ τιμᾷν σοφίαν καὶ δικαιοσύνην, καὶ πάντα ἅπερ φασὶν εἶναι οἱ θεῖοι Λόγοι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ.

10. Jam vero Filii Dei æque ac Dei et Patris cultum in integra vita positum esse, vide annon doceat hic locus: *Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras*[98]; et iste: *Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et Spiritui gratiæ contumeliam fecerit*[99]? Nam si per prævaricationem legis inhonorat Deum is qui legem violat, et si, conculcato Verbo, Filius conculcatur; evidens est Deum honorari ab illo qui legem servat, et Deum coli ab eo qui Verbo Dei ornatus convenienter præceptis ejus vivit. Si novisset Celsus quinam ad Deum pertineant, et solos esse sapientes; quinam vero ab illo alieni sint, et solos esse malos qui nunquam ad suscipiendam virtutem propendent, certe **750** intellexisset quid sibi velit istud: *Quisquis honorat et colit omnes qui ad illum pertinent, quid ille contristat Deum ad quem omnes pertinent?*

Ὅτι δὲ ἡ πρὸς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τιμὴ (35) ἐν βίῳ ὑγιεῖ γίνεται, οὕτω δὲ καὶ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ B Πατέρα, ὅρα εἰ μὴ διδασκόμεθα ἔκ τε τοῦ· *Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις·* καὶ ἐκ τοῦ· *Πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας;* Εἰ γὰρ διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου ἀτιμάζει τὸν Θεὸν ὁ παραβαίνων τὸν νόμον, καὶ καταπατεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὁ καταπατῶν τὸν Λόγον· δῆλον ὅτι τιμᾷ μὲν τὸν Θεὸν ὁ τηρῶν τὸν νόμον, σέβει δὲ τὸν Θεὸν ὁ κεκοσμημένος τῷ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Εἰ δὲ ᾔδει Κέλσος, τίνες μέν εἰσι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι οἱ μόνοι σοφοὶ, τίνες δὲ οἱ ἀλλότριοι, καὶ ὅτι πάντες οἱ φαῦλοι οἱ μηδαμῶς νεύοντες πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν, εἶδεν ἂν πως δὴ τό (36)· *Τιμῶν οὖν τις καὶ σέβων τοὺς* C *ἐκείνου* (37) *πάντας, τί λυπεῖ τὸν Θεὸν, οὗ πάντες εἰσίν;*

11. Subdit: *Qui de Deo loquens affirmat unum esse qui Dominus vocetur, is impie facit. Dividit enim Dei regnum, et seditionem inducit, quasi factio esset et aliquis alius Deo adversarius.* Verum hæc locum haberent, si mathematicis demonstrationibus probaret illos, qui a gentibus ut dii coluntur, revera deos esse, non autem improbos dæmones esse illos, qui circa statuas, templa et altaria versari creduntur. At nos illud Dei regnum voce et scripto a nostris perpetuo prædicatum et intelligere optamus, et tales effici, ut solum Deum habeamus regem, et regnum Dei nostrum fiat. Ille vero qui nos docet multos venerari deos, non Dei regnum, si constare sibi voluisset, sed regnum deorum appellare debuit. Nec igitur est apud Deum aliqua factio, nec ullus deus illi adversarius est: quanquam quidam, veluti Gigantes et Titanes, pro sua nequitia contra Deum pugnare velint cum Celso et aliis qui bellum indicunt et illi qui Jesum innumeris testimoniis approbavit, et illi, qui pro salute nostri generis se, qui

Ἑξῆς δὲ τούτοις φησί· *Καὶ μὴν ὅ γε φάσκων ἕνα εἰρῆσθαι Κύριον, περὶ Θεοῦ λέγων, ἀσεβεῖ, διαιρῶν τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, καὶ στασιάζων· ὡς οὔσης αἱρέσεως, καὶ ὄντος τινὸς ἑτέρου ἀντιστασιώτου αὐτῷ.* Χώραν δ' εἶχεν αὐτῷ ταῦτα, εἰ γραμμικαῖς ἀποδείξεσι παρίστη τοὺς ὑπὸ τῶν ἐθνῶν προσκυνουμένους ὡς θεοὺς θεοὺς εἶναι· καὶ τοὺς περὶ τὰ ἀγάλματα καὶ τοὺς νεὼς καὶ τοὺς βωμοὺς νομιζομένους τυγχάνειν παρίστη μὴ ὄντας φαύλους τινὰς δαίμονας. Ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν παρ' ἡμῖν συνεχῶς λεγομένην καὶ γεγραμμένην ἡμεῖς μὲν καὶ νοεῖν εὐχόμεθα, καὶ τοιοῦτοι γίγνεσθαι, ἵν' ὑπὸ Θεοῦ μόνου βασιλευώμεθα, καὶ γένηται καὶ ἡμῶν ἡ βασιλεία τοῦ D Θεοῦ· ἐκεῖνος δὲ, πολλοὺς ἡμᾶς διδάσκων σέβειν θεοὺς, θεῶν μᾶλλον ὤφειλεν, εἰ τὰ ἀκόλουθα ἑαυτῷ σκοπεῖ, λέγειν βασιλείαν ἤπερ Θεοῦ. Οὔτ' οὖν αἵρεσις παρὰ Θεῷ, οὔτ' ἐστί τις θεὸς ἀντιστασιώτης αὐτῷ· κἂν, οἷον γίγαντές τινες, ἢ Τιτᾶνες, διὰ τὴν ἰδίαν φαυλότητα θεομαχεῖν θέλωσι μετὰ Κέλσου καὶ τῶν ἀραμένων πόλεμον πρὸς τὸν διὰ μυρίων παραστή-

[97] Joan. v, 23. [98] Rom. ii, 23. [99] Hebr. x, 29.

(35) Omnes mss., πρὸς τὸν Θεὸν τιμή, sicque Hœschelius in textu habet, sed ad oram, πρὸς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τιμή, quod Spencerus textui suo inseruit.

(36) Hœschelius in textu, εἶδεν ἂν πῶς δεῖ τό. Codex Jolianus in margine habet, εἶδεν ἂν πῶς δεῖ λέγειν τό.

(37) Codex Regius optime, ἐκείνου. Libb. editi, ἐκείνους.

αντα (38) τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν A πὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν παντὶ τῷ κόσμῳ ἀθρόως αυτὸν ὄντα Λόγον ὡς ἕκαστος χωρεῖ ἐπιδεδωκότα.

Δόξαι δ' ἄν τις ἑξῆς τούτοις πιθανόν τι καθ' μῶν λέγειν ἐν τῷ· *Εἰ μὲν δὴ μηδένα ἄλλον ἐθεάπευον οὗτοι πλὴν ἕνα Θεὸν, ἦν ἄν τις αὐτοῖς σως πρὸς τοὺς ἄλλους ἀτενὴς λόγος* (39)· *νυνὶ ὲ τὸν ἔναγχος φανέντα τοῦτον ὑπερθρησκεύουσι, αὶ ὅμως οὐδὲν πλημμελεῖν νομίζουσι περὶ τὸν Θεὸν, εἰ καὶ ὑπηρέτης αὐτοῦ θεραπευθήσεται.* Λεκτέον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι, εἴπερ νενοήκει ὁ Κέλσος τό· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· καὶ τὸ ἐν ὐχῇ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ· *Ὡς γὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν* (40), οὐκ ἂν ᾤετο ἡμᾶς καὶ λλον θεραπεύειν παρὰ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν. *Ὁ γὰρ Πατὴρ*, φησὶν, *ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν τῷ Πατρί.* Εἰ δέ B ις ἐκ τούτων (41) περισπασθήσεται, μή πη αὐτομοοῦμεν πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας δύο εἶναι ὑποστάσεις Πατέρα καὶ Υἱόν· ἐπιστησάτω τῷ· *Ἦν δὲ πάντων ῶν πιστευσάντων ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία,* να θεωρήσῃ τό· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν.* Ἕνα ὖν Θεὸν, ὡς ἀποδεδώκαμεν, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν θεραπεύομεν· καὶ μένει ἡμῖν ὁ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀτενὴς λόγος· καὶ οὐ τὸν ἔναγχός γε φανέντα, ὡς πρότερον οὐκ ὄντα, ὑπερθρησκεύομεν. Αὐτῷ γὰρ πειθόμεθα τῷ εἰπόντι· *Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι*· καὶ λέγοντι· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια*· καὶ οὐχ οὕτω τις ἡμῶν ἐστιν ἀνδράποδον, ὡς οἴεσθαι, ὅτι ἡ τῆς ἀληθείας οὐσία πρὸ τῶν χρόνων τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας οὐκ ἦν. Θρησκεύομεν οὖν τὸν Πατέρα τῆς ἀληθείας καὶ τὸν Υἱὸν τὴν ἀλήθειαν (42), ὄντα δύο τῇ ὑποστάσει πρά- C γματα, ἓν δὲ τῇ ὁμονοίᾳ, καὶ τῇ συμφωνίᾳ, καὶ τῇ *ταυτότητι* τοῦ βουλήματος· ὡς τὸν ἑωρακότα τὸν Υἱὸν, ὄντα *ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως* τοῦ Θεοῦ, ἑωρακέναι ἐν αὐτῷ, ὄντι εἰκόνι τοῦ Θεοῦ, τὸν Θεόν.

Εἶτ' οἴεται *ἐκ τοῦ θρησκεύειν ἡμᾶς μετὰ τοῦ Θεοῦ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἀκολουθεῖν ἡμῖν τὸ καὶ καθ' ἡμᾶς οὐ μόνον τὸν Θεὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπηρέτας αὐτοῦ θεραπεύεσθαι.* Εἰ μὲν οὖν ἐνόει τοὺς ἀληθῶς ὑπηρέτας τοῦ Θεοῦ μετὰ τὸν Μονογενῆ τοῦ Θεοῦ, τὸν Γαβριὴλ, καὶ τὸν Μιχαὴλ, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀγγέλους, ἀρχαγγέλους (43), καὶ τούτους ἔλεγε δεῖν θεραπεύεσθαι· ἴσως ἂν τὸ περὶ τοῦ *θεραπεύειν* αὐτοῦ σημαινόμενον ἐκκαθήραντες (44), καὶ τῶν τοῦ

erat Verbum, universo mundo præsentem exhibuit, prout quisque capere poterat.

12. In iis quæ sequuntur fortasse suspicari quis posset aliquid contra nos probabile dici: *Si nullum, inquit, alium Deum colerent isti quam unum Deum, esset illis fortasse contra alios valida ratio. Nunc autem, cum hominem nuperrime exortum supra modum colunt, nihil tamen in Deum peccare se putant, licet ejus ministrum colant.* Ad hoc etiam respondendum, si Celso perspectum fuisset istud: *Ego et Pater unum sumus* [1], et hoc aliud quod Filius Dei inter precandum dixit: *Sicut ego et tu unum sumus* [2], non sibi cum inducturum fuisse in animum, alium a nobis quam summum Deum coli. Nam *Pater*, inquit, *in me et ego in Patre* [3]. Quod si quis ex his verebitur ne ad illos transfugiamus, qui Patrem et Filium duas hypostases esse negant, advertat animum ad istud: *Erat omnium credentium cor unum et anima una* [4], ut intelligat quid sibi velit hoc: *Ego et Pater unum sumus* [5]. Unum igitur Deum, ut explicavi, Patrem et Filium colimus, atque adeo nobis manet contra alios valida ratio; neque hominem nuperrime exortum et qui antea non erat, summa veneratione prosequimur. Credimus enim dicenti: *Antequam Abraham fieret, ego sum* [6]; et: *Ego sum veritas* [7]. Neque quisquam nostrum
751 tam abjecti ingenii est ut existimet substantiam veritatis non ante tempora illa fuisse, quibus Christus visus est. Colimus igitur Patrem veritatis et Filium veritatem, quæ duæ res sunt quoad hypostasim, una vero consensione et concordia et voluntatis *identitate*; ita ut qui vidit Filium, qui est *splendor gloriæ et figura substantiæ* Dei [8], is in illo, qui Dei imago est, viderit et Patrem.

13. Deinde putat *ex eo, quod cum Deo Filium ejus colamus, consequens esse ut non Deum solum, sed etiam ejus ministros colendos esse sentiamus.* Si intellexisset quinam sint post Dei Unigenitum vere ministri Dei, ut Gabriel, Michael, et alii angeli atque archangeli, et eos colendos esse dixisset; fortasse, repurgatis cum significatione illius vocis *colere*, tum ejus qui colit officiis, hoc loco pro rei momento attulissem ea quæ de hoc argumento as-

[1] Joan. x, 30. [2] Joan. xvii, 22. [3] Joan. xiv, 11, et xvii, 21. [4] Act. iv, 32. [5] Joan. x, 30. [6] Joan. viii, 58. [7] Joan. xiv, 6. [8] Hebr. i, 3.

(38) *Παραστήσαντα.* Gelenius legisse videtur, συστήσαντα.

(39) Hœschelius in textu, ἀγενὴς λόγος, male.

(40) *Ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν.* Vulgata Biblia, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν.

(41) *Εἰ δέ τις ἐκ τούτων.* Vide *Origenian.* lib. II, quæst. 2.

(42) *Υἱὸν τὴν ἀλήθειαν.* Hœschelius in textu, et codd. mss. Regius, Basileensis, Vaticanus et Anglicanus primus, Υἱὸν τῆς ἀληθείας.

(43) *Ἀγγέλους, ἀρχαγγέλους.* Legend. videtur ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους.

(44) *Ἐκκαθήραντες*, etc. Guieto videtur forte scribendum ἐκκαθήραντες καὶ τὸ τῆς τοῦ θεραπεύ- D οντος πράξεως. Grotius in *Explicat. Decalogi*: *Non potest idem dici de angelis, qui et intelligere preces possunt et beneficia ex animi quadam libertate præstare. Hos ergo qui honore prosequitur aliquo, qui etiam aliquid eorum beneficio se sperat posse consequi, non peccat in hanc legem; sed is demum, qui eis ea tribuit, quæ summo Deo sunt propria. Nam vox Dei in hoc præcepto in summitatis sensu sumenda est. Exempla rem illustrabunt. Non peccarunt, qui angelos, quoties ipsis conspicui apparuere, venerati sunt procumbendo; ut Josue* v, 14; *quippe cum et prophetis idem honos exhibitus sit sine peccato, ut ei qui putabatur Samuel, I Sam.* xxviii, 15; *Eliæ; II Reg.* i, 13; *Dan.* i, 46; *qui munus et libamina vetat, reverentiæ signum non vetat, ut ibi notatum a*

sequi intellectu potui. Cum autem ministros existimet dæmones illos qui adorantur a gentibus, non rerum consequentia nos cogit eorum admittere cultum quos Scriptura docet esse ministros mali illius et principis hujus sæculi, qui a Deo avertit quoscunque potest. Detrectamus igitur omnino illos quos reliqui homines venerantur, colere et illis servire, quia ministri non sunt. Nam si didicissemus illos esse summi Dei ministros, non eos dæmonia esse diceremus. Itaque unum Deum et unum Filium ejus Verbum et imaginem, quantum possumus, precibus supplicationibusque veneramur, offerentes Deo universorum per Unigenitum ejus nostras preces. Huic primum supplicamus, rogantes ut, cum sit *propitiatio pro peccatis nostris* [9] et *pontifex magnus* [10], vota, victimas, precesque nostras summo Deo offerat. Hæc igitur est de Deo fides nostra per ejus Filium qui eam in nobis confirmat, nec Celsus probare potest, Dei Filium ullam nobis esse seditionis causam; quippe qui Patrem veneramur, cum admiramur ejus Filium, qui est Verbum, sapientia, veritas, justitia et omnia quæ Dei **752** Filium esse didicimus, utpote a tali Patre progenitum. Atque de his hactenus.

A θεραπεύοντος πράξεων, εἴπομεν ἂν εἰς τὸν τόπον, ὡς περὶ τηλικούτων διαλεγόμενοι, ἅπερ ἐχωροῦμεν περὶ αὐτῶν νοῆσαι· νυνὶ δὲ ὑπηρέτας νομίζων τοὺς προσκυνουμένους ὑπὸ τῶν ἐθνῶν δαίμονας, οὐχ ὑπάγει ἡμᾶς ἀκολουθίᾳ τῇ περὶ τοῦ θεραπεύειν τοὺς τοιούτους, οὓς ὑπηρέτας τοῦ πονηροῦ ὁ Λόγος ἀποδείκνυσι καὶ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀφιστάντος ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οὓς ἂν δύνηται. Ὡς οὐχ ὑπηρέτας οὖν, οὓς οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι σέβουσι, πάντας (45) σέβειν καὶ θεραπεύειν ἐκκλίνομεν· οὐκ ἂν γὰρ ὑπηρέτας αὐτοὺς διδαχθέντες εἶναι τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ, ἐλέγομεν εἶναι δαιμόνια. Διὸ (46) τὸν ἕνα Θεὸν καὶ τὸν ἕνα Υἱὸν αὐτοῦ καὶ Λόγον καὶ εἰκόνα ταῖς κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἱκεσίαις καὶ ἀξιώσεσι σέβομεν, προσάγοντες τῷ Θεῷ τῶν ὅλων τὰς εὐχὰς διὰ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ· ᾧ B πρῶτον προσφέρομεν αὐτὰς, ἀξιοῦντες αὐτὸν, *ἱλασμὸν ὄντα περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν*, προσαγαγεῖν ὡς *ἀρχιερέα* τὰς εὐχὰς (47), καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰς ἐντεύξεις ἡμῶν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ. Περὶ τὸν Θεὸν οὖν ἡ πίστις ἡμῶν διὰ τοῦ ταύτην βεβαιοῦντος ἐν ἡμῖν Υἱοῦ αὐτοῦ· καὶ οὐδεμίαν ἡμῶν ἔχει δεῖξαι στάσιν περὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὁ Κέλσος. Καὶ σέβομέν γε τὸν Πατέρα, θαυμάζοντες αὐτοῦ τὸν Υἱὸν Λόγον, καὶ σοφίαν, καὶ ἀλήθειαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ πάντα ἅπερ εἶναι μεμαθήκαμεν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, οὕτω δὴ (48) καὶ τὸν γεννηθέντα ἀπὸ τοῦ τοιούτου Πατρός. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ.

14. Quoniam vero rursus ait Celsus: *Si doceas eos hunc non esse illius Filium, sed illum omnium esse Patrem, quem solum vere adorari oporteat; nolint, nisi et iste adoretur qui seditionis dux ipsis est, quemque Dei Filium appellant, non quod Deum maxime colant, sed quod istum extollant quam maxime;* nos, qui didicimus quis ille sit Dei Filius, et eum esse *splendorem gloriæ et figuram substantiæ ejus* [11], *vaporem virtutis Dei, emanationem claritatis omnipotentis sinceram, candorem lucis æternæ, speculum sine macula Dei majestatis et imaginem bonitatis illius* [12], scimus hunc Filium ex illo esse, et illum hujus esse Patrem. Quæ doctrina nihil absurdi habet, neque Deum dedecet, qui talem sibi Filium unigenitum generavit; nec nobis persuaserit non esse ingeniti Dei et Patris talem Filium. Si quosdam audivit Celsus, qui Dei Filium negarent esse Filium ejus a quo hoc universum creatum est, ipse viderit, viderint et illi qui assensum ejusmodi do-

Ἐπεὶ δέ φησι πάλιν ὁ Κέλσος, ὅτι, *Εἰ διδάξαις αὐτοὺς, ὅτι οὐκ ἔστιν οὗτος ἐκείνου παῖς, ἀλλ' ἐκεῖνός γε πάντων Πατὴρ, ὃν μόνον ὡς ἀληθῶς* C *δεῖ σέβειν· οὐκ ἂν ἔτι θέλοιεν, εἰ μὴ καὶ τοῦτον, ὅσπερ ἐστὶν αὐτοῖς τῆς στάσεως ἀρχηγέτης. Καὶ ὠνόμασάν γε τοῦτον Θεοῦ Υἱόν· οὐχ ὅτι τὸν Θεὸν σφόδρα σέβουσιν, ἀλλ' ὅτι τοῦτον σφόδρα αὔξουσιν*· ἡμεῖς μὲν οὖν μαθόντες, τίς ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι *ἀπαύγασμά ἐστι τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καὶ ἀτμὶς μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ἀπόῤῥοια δὲ τῆς τοῦ Παντοκράτορος δόξης εἰλικρινὴς, ἔτι δὲ ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας* (49), *καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ*. Ἴσμεν, ὅτι οὗτος Υἱὸς ἐξ ἐκείνου, καὶ ἐκεῖνος τούτου Πατήρ. Καὶ οὐδὲν ἀπρεπές ἐστιν ἐν τῷ λόγῳ, οὐδὲ ἀνάρμοστον Θεῷ, τοιοῦτον Υἱὸν μονογενῆ ὑφιστάντι. Καὶ οὐκ ἂν μεταπείσηταί τις ἡμᾶς, D ὅτι οὐχ υἱὸς ὁ τοιοῦτος τοῦ ἀγεννήτου Θεοῦ ἐστι καὶ

[9] I Joan. II, 2. [10] Hebr. IV, 14. [11] Hebr. I, 3. [12] Sap. VII, 25, 26.

Josepho Jachiade. Nam quod in Apocalypsi angelus eum honorem a se amovet, non inde venit, quod in eo esset quid illiciti, sed apostolum sibi æquat angelus, quod ambo Christi jam angelorum capitis ministri essent (*vide locum Coloss.* I, 16, 18) *et apostolica legatio ad hominum salutem comparata nulla parte angelica esset inferior. Non solent autem collegæ inter se ista submissionis signa usurpare. Origenes* VIII *adversus Celsum concedit* θεραπεύεσθαι, *veneratione honorari posse angelos; si modo repurgetur ejus vocis significatio. Neque peccaturum putem, si quis angeli sibi apparentis commendationem apud Deum imploret; quo Maimonides trahit ea, quæ apud Jobum leguntur* XXXIII, 23, *quicum consentit, quod Philo sæpe* ἀγγέλους μεσίτας, *angelos mediatores vocat.* SPENCER.—Vide lib. II *Origenian.*, quæst. 5, n. 36.

(45) *Πάντας*. Guieto scribendum videtur πάντως.

(46) Mss., Διό. Libb. antea editi, ἀλλά.

(47) Mss., τὰς εὐχάς. Libb. editi, καὶ εὐχάς.

(48) *Οὕτω δή*. Guieto et Boherello legendum videtur ἅτε δή. Noster vero R. P. Prudentius Maranus locum integrum sic legit: ἅπερ εἶναι μεμαθήκαμεν τὸν Θεὸν αὐτὸν, οὕτω δὴ καὶ τὸν γεννηθέντα ἀπὸ τοῦ τοιούτου Πατρός. Sed vide *Origenianorum* lib. II, q. 2.

(49) Mss., Θεοῦ ἐνεργείας. Libb. editi, Θεοῦ δυνάμεως ἐνεργείας. Sed nemo non videt aut legendum esse Θεοῦ δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, aut expungendum τὸ, δυνάμεως, aut τὸ, ἐνεργείας, tanquam variantem lectionem.

Ιατρός. Εἰ δὲ τινων παρήκουσε Κέλσος μὴ ὁμολογούντων (50) τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν εἶναι τοῦ δημιουργήσαντος τόδε τὸ πᾶν, αὐτὸς ἂν εἰδείη, καὶ οἱ συγκατατιθέμενοι τοιούτῳ λόγῳ. Οὐ στάσεως οὖν ἀρχηγέτης ὁ Ἰησοῦς, ἀλλὰ πάσης εἰρήνης, ὁ εἰπὼν τοῖς μαθηταῖς· *Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν*. Εἶτ' ἐπείπερ ἠπίστατο τοὺς τοῦ κόσμου καὶ οὐ Θεοῦ ἀνθρώπους προσπολεμήσοντας (51) ἡμῖν, προσέθηκεν ἐκείνοις τὸ, *Οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν εἰρήνην, κἀγὼ δίδωμι ὑμῖν εἰρήνην*. Θαῤῥοῦμεν δὲ δι' αὐτὸν, κἂν θλιβώμεθα ἐν τῷ κόσμῳ, εἰπόντα· *ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε* (52)· *ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον*. Καὶ τοῦτόν φαμεν εἶναι Υἱὸν Θεοῦ· Θεοῦ δὲ, ὃν, εἰ δεῖ ταῖς λέξεσιν ἀκολουθῆσαι τοῦ Κέλσου, σφόδρα σέβομεν, καὶ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ σφόδρα ηὐξημένον ὑπὸ τοῦ Πατρὸς γινώσκομεν. Ἔστω δέ τινας (53) ὡς ἐν πλήθει πιστευόντων, καὶ δεχομένων διαφωνίαν, διὰ τὴν προπέτειαν ὑποτίθεσθαι τὸν Σωτῆρα εἶναι τὸν μέγιστον ἐπὶ πᾶσι Θεόν (54)· ἀλλ' οὔτι γε ἡμεῖς τοιοῦτον, οἱ πειθόμενοι αὐτῷ λέγοντι· *Ὁ Πατὴρ, ὁ πέμψας με, μείζων μου ἐστί*· διόπερ οὐχ ὃν νῦν Πατέρα καλοῦμεν, ὑποβάλοιμεν (55), ὡς Κέλσος ἡμᾶς συκοφαντεῖ, τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ.

A ctrinæ præbuerunt. Non igitur seditionis dux Jesus, sed omnis pacis; quippe qui discipulis dixit: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* [13]. Deinde cum sciret mundi et non Dei fore homines qui bellum nobis indicerent, addit: *Non quomodo mundus dat pacem, ego do vobis pacem*. In illo autem nostram fiduciam ponimus, etiamsi in mundo premamur: dixit enim: *In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum* [14]. Ille est quem dicimus esse Dei Filium, Dei, inquam, quem veneramur maxime, ut Celsi verbis utar, et Filium ejus a Patre quam maxime elatum fuisse cognoscimus. Volo autem in credentium multitudine esse quosdam qui diversam ab aliis sententiam sequentes temere affirment Salvatorem esse summum Deum: at nos nihil simile, qui credimus dicenti: *Pater qui misit*
B *me, major me est* [15]. Quare quem nunc vocamus Patrem, eum non, ut Celsus calumniatur, Dei Filio subjicimus.

Μετὰ ταῦτά φησιν ὁ Κέλσος· *Ὅτι δὲ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ταῦτα δοξάζω, αὐτῶν ἐκείνων φωναῖς χρήσομαι· ἐν γάρ που τῷ οὐρανίῳ διαλόγῳ* (56) *ῇ δέ που λέγουσι, τοῖσδε τοῖς ῥήμασιν· Εἰ ἰσχυρότερός ἐστι Θεοῦ Υἱὸς, καὶ Κύριος αὐτοῦ ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· καὶ τίς ἄλλος κυριεύσει τοῦ κρατοῦντος Θεοῦ; Πῶς πολλοὶ περὶ τὸ φρέαρ, καὶ οὐδεὶς εἰς τὸ φρέαρ; Διὰ τί, τοσαύτην ἀνύων ὁδὸν, ἄτολμος εἶ; Λανθάνει σε· πάρεστι γάρ μοι θάρσος καὶ μάχαιρα. Οὕτως οὐ τοῦτ' ἔστιν αὐτοῖς τὸ προκείμενον; Τὸν γὰρ ὑπερουράνιον θεὸν ἄλλον ὑπέθεντο τούτου Πατέρα, περὶ ὃν συνῆλθον σέβειν, ἵν' ἐπὶ προσχήματι μεγάλου θεοῦ τοῦτον, ὃν προΐστανται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ὃν ἀποφαίνουσιν ἰσχυρότερον καὶ Κύριον τοῦ κρατοῦντος Θεοῦ, θρησκεύωσι μόνον. Ἔνθεν αὐτοῖς ἐκεῖνο τὸ παράγγελμα, τὸ μὴ δουλεύειν δύο κυρίοις· ἵν' ἡ στάσις περὶ ἕνα τοῦτον φυλάσσηται*. Καὶ ἐν τούτοις δὴ πάλιν, οὐκ οἶδ' ἀπὸ ποίας αἱρέσεως ἀσημοτάτης ταῦτα λαβὼν, πᾶσι Χριστιανοῖς ἀπ' αὐτῶν ἐγκαλεῖ· λέγω δ' ἀσημοτάτης, ὡς μηδ' ἡμῖν εἶναι, τοῖς πολλάκις ἐγγυμνασαμένοις πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, φανερὰν τὴν γνώμην, ἀφ' ἧς ταῦτα ὁ Κέλσος εἴληφεν· εἴ γε εἴληφε, καὶ μὴ ἀνέπλασεν, ἢ ἀκολούθησιν προσέθηκε. Σαφῶς γὰρ ἡμεῖς, οἱ λέγοντες τοῦ πάντα κτίσαντος καὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον εἶναι, φαμὲν τὸν Υἱὸν οὐκ ἰσχυρότερον τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ὑποδεέστερον. Καὶ τοῦτο λέγομεν,

15. Sic postea Celsus: *Ut hæc a scopo non aberrare demonstrem, utar illorum ipsorum verbis; ita enim illi alicubi in Dialogo cælesti: Si Filius fortior est Deo, et Dominus ejus est Filius* 753 *hominis, ecquis alius Dominus erit Dei, penes quem sunt omnia? Quomodo multi circa puteum, et nullus in puteum descendit? Cur tantum itineris emensus timidus es? Erras, adest enim mihi audacia*
C *et gladius. Nonne inde liquet hoc illis esse propositum? Ponunt enim Deum alium qui supra cælos est Patrem esse istius, quem unanimi consensu colunt, ut sub specie magni Dei colant hunc Filium hominis, cui primas dant, quemque affirmant fortiorem Deo esse qui regit omnia, cum ejus sit Dominus. Atque hinc illud eorum præceptum, duobus dominis non esse serviendum, ut factio circa hunc unum servetur*. Et hic iterum in Christianos omnes confert quæ ex nescio qua obscurissima hæresi deprompsit. Obcurissimam dico; nam, quamvis sæpe cum hæreticis conflictati fuerimus, nobis tamen non liquet ex qua sententia Celsus hæc desumpserit; si tamen desumpsit, et non potius confinxit, aut quasi consequentia addidit. Nos enim qui dicimus etiam mundum hunc sensi-
D bilem ejus esse qui condidit omnia, clare profitemur Filium non esse fortiorem Patre, sed inferiorem; et id dicimus fidem habentes ei dicenti: *Pater qui misit me, major me est*; neque quisquam nostrum ita stupidus est ut dicat Filium hominis esse Dei domi-

[13] Joan. XIV, 27. [14] Joan. XVI, 33. [15] Joan. XIV, 28.

(50) *Μὴ ὁμολογούντων*. Marcionitas intelligit. Vide lib. VI, num. 53, et adnotationes ad lib. V, num. 54.

(51) Libb. antea editi in textu habent, προσπολεμήσαντας.

(52) Hœschelius in textu, ἔχετε.

(53) *Ἔστω δέ τινας*, etc. Vide *Origenian*. lib. II, quæst. 2.

(54) *Τὸν μέγιστον ἐπὶ πᾶσι Θεόν*. Ita codd. Reg., Basil. et Anglicanus secundus; libri autem editi, τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν.

(55) Hœschel. in textu, ὑπολάβοιμεν. Mox codd. Reg. et Basileensis, ὡς Κέλσος ἡμᾶς συκοφαντεῖ. Libb. antea editi, ὡς Κέλσος ἡμᾶς συκοφαντῶν φησι, et pro φησι, ad marginem habent, λέγει.

(56) *Οὐρανίῳ Διαλόγῳ*. Vide lib. VI, num. 53, et adnotationes ad lib. V, num. 54.

num. Sed cum Salvatorem spectamus ut Deum A Verbum, sapientiam, justitiam, veritatem, tum dicimus illum imperium habere in omnia sibi subjecta hoc nomine; non vero etiam in Deum et Patrem qui in ipsum imperium habet. Quoniam vero invitis non dominatur Verbum, et non solum inter homines, sed etiam inter angelos nonnulli sunt adhuc mali quibus accensendi sunt omnes dæmones, dicimus Verbum istis nondum dominari, siquidem non sponte illi se subjiciunt: quanquam alio sensu hujus vocis *dominari*, illis dominatur; ad eum fere modum quo dicimus hominem bestiis dominari, quamvis eis non dominetur persuadendo, et ad eum modum quo in quosdam leones et jumenta imperium obtinet is qui illa domuit et condocefecit: verumtamen nihil intentatum relinquit, ut sibi non obsequentes persua- B deat et suo imperio subdat. Ex nobis igitur falsum est hoc quod Celsus quasi unum e nostris dogmatibus adducit: *Ecquis alius dominus erit ejus, penes quem sunt omnia?*

16. Deinde res, opinor, rursus confundens ex alia hæresi mutuatur istud: *Quomodo multi circa puteum, et nullus in puteum descendit?* Et hoc: *Cur tantum itineris emensus timidus es? erras;* et: *Est enim mihi audacia et gladius.* Quorum nihil nos, qui ad Ecclesiam a solo Christo nomen habentem pertinemus, verum esse dicimus. Hæc præfatus addit quæ sibi existimat esse consentanea, sed quæ nihil ad nos attinent. Nobis enim **754** propositum est non quemdam colere Deum quem supponeremus, sed eum qui hoc C universum condidit et quidquid nec sentitur nec monstratur. Viderint illi, qui viam aliam aliasque semitas ingrediuntur, quique hunc negantes, alium recens confictum et nomine tantum Deum venerantur quasi conditore præstantiorem, et si qui sunt alii qui dicant Filium fortiorem esse et dominum ejus penes quem sunt omnia. Quod spectat ad istud præceptum, non duobus dominis serviendum esse, jam diximus quid ea de re nobis videatur: cum videlicet ostendimus Jesum et Dominum nullam esse seditionis causam illis, qui supra omnem dominum erigere se profitentes, soli illi Domino serviunt, qui Dei Filius et Verbum est.

17. Post hæc ait Celsus, *nos ab altaribus,* **755** *statuis, templis erigendis abhorrere, quia hæc,* ut D

A αὐτῷ πειθόμενοι εἰπόντι τό· *Ὁ Πατὴρ, ὁ πέμψας με, μείζων μου ἐστί.* Καὶ οὐδεὶς ἡμῶν οὕτως ἐμβρόντητός ἐστιν, ὡς λέγειν· Κύριός ἐστι τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Κρατεῖν δέ φαμεν τὸν Σωτῆρα μάλιστα, ὅτε (57) νοοῦμεν αὐτὸν Θεὸν Λόγον, καὶ σοφίαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀλήθειαν, πάντων μὲν τῶν ὑποτεταγμένων αὐτῷ, καθὸ ταῦτά (58) ἐστιν· ἀλλ' οὐχὶ καὶ τοῦ κρατοῦντος αὐτὸν (59) Πατρὸς καὶ Θεοῦ. Εἶτ' ἐπεὶ οὐκ ἀκόντων Λόγος κρατεῖ, εἰσὶ δέ τινες ἔτι φαῦλοι, οὐ μόνον ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι, καὶ πάντες δαίμονες· τούτων φαμὲν αὐτὸν μὴ κρατεῖν μέν πω, ἐπεὶ μὴ ἑκόντες εἴκουσιν αὐτῷ· κατ' ἄλλο δὲ σημαινόμενον τοῦ *κρατεῖν*, καὶ αὐτῶν κρατεῖ, ὡς τῶν ἀλόγων ζώων φαμὲν τὸν ἄνθρωπον κρατεῖν, οὐ ὑποτάξαντα αὐτῶν τὸ ἡγεμονικὸν, ὡς τιθασσεύσας B κρατεῖ τινων λεόντων καὶ κτηνῶν δεδαμασμένων· πάντα ποιεῖ, ἵνα καὶ τοὺς νυνὶ μὴ πειθομένους αὐτῷ πείσας κρατήσῃ καὶ αὐτῶν. Καθ' ἡμᾶς οὖν ψεῦδος τὸ ὑπὸ τοῦ Κέλσου λεγόμενον, ὡς ὑφ' ἡμῶν ἀπαγγελλόμενον, τὸ, *Τίς ἄλλος κυριεύσει τοῦ κρατοῦντος Θεοῦ;*

Εἶτ', οἶμαι, πάλιν φύρων τὰ πράγματα, ἀπ' ἄλλης αἱρέσεως φέρει τό· *Πῶς πολλοὶ περὶ τὸ φρέαρ, καὶ οὐδεὶς εἰς τὸ φρέαρ;* καὶ τό· *Διὰ τί τοσαύτην ἀνύων ὁδὸν, ἄτολμος εἶ; Λανθάνει σε·* καὶ τό, *Πάρεστι γάρ μοι θάρσος καὶ μάχαιρα·* Ὧν ἡμεῖς οὐδὲν, οἱ ἀπὸ τῆς ἐπωνύμου Χριστοῦ Ἐκκλησίας μόνου, φαμὲν εἶναι ἀληθές. Ταῦτα δὴ προειπὼν δοκεῖ ἀκόλουθα ἑαυτῷ λέγειν, τὰ οὐδὲν ὄντα πρὸς ἡμᾶς. Ἡμῖν μὲν γὰρ τὸ προκείμενόν ἐστιν οὐκ ἐξ ὑποθέσεώς τινα σέβειν Θεὸν, ἀλλὰ τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς C καὶ ἄλλου οὑτινοσοῦν μὴ αἰσθητοῦ μηδὲ δεικνυμένου δημιουργόν. Εἴσονται δὲ οἱ ἄλλην ὁδὸν καὶ ἄλλα κέλευθα βαδίζοντες, καὶ τοῦτον μὲν ἀρνούμενοι, καινοειδεῖ δὲ ἀναπλάσματι καὶ ὀνόματι μόνον Θεοῦ ἑαυτοὺς, ὡς μείζονι τοῦ δημιουργοῦ, ἐπιδεδωκότες, καὶ εἴ τις ἄρ' ἐστὶ, λέγων ἰσχυρότερον εἶναι τὸν Υἱὸν καὶ Κύριον τοῦ κρατοῦντος Θεοῦ. Ἀποδεδώκαμεν δὲ τὸν φαινόμενον ἡμῖν λόγον εἰς τὸ μὴ δεῖν δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ὅτε καὶ παρεστήσαμεν, μηδεμίαν στάσιν περὶ τὸν Ἰησοῦν καὶ Κύριον ἀποδείκνυσθαι δύνασθαι ἐν τοῖς ὁμολογοῦσιν ὑπεραναβεβηκέναι μὲν πάντα Κύριον, μόνῳ δὲ Κυρίῳ δουλεύειν τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγῳ (60).

Μετὰ ταῦτα δὲ ὁ Κέλσος φησίν· *Ἡμᾶς βωμοὺς* D *καὶ ἀγάλματα καὶ νεὼς ἱδρύσθαι φεύγειν·* ἐπεὶ τὸ

(57) Ὅτε. Mallet Guietus ὅτι.
(58) Ταῦτα. Idem mallet τοιαῦτα.
(59) Αὐτόν. Subaudi κρατεῖν, ni legere malis αὐ vel αὐτοῦ, quod pendeat a Πατρός.
(60) Καὶ Λόγῳ. Hæc in antea editis omissa sunt, et restituuntur e mss.
(61) Ἡμᾶς βωμοὺς, καὶ ἀγάλματα, καὶ νεὼς ἱδρύσθαι φεύγειν, etc. Pro ἱδρύσθαι mallet Guietus ἱδρύεσθαι. Apud Minutium Felicem, pag. 25, Cæcilius idem quod Celsus objicit: *Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra?* Cui Octavius eodem fere modo ac Origenes respondens pag. 95, ait: *Putatis autem nos occultare quod colimus, si delubra et aras non habemus? Quod enim simulacrum Deo fingam, cum, si recte existimes, sit Dei homo ipse simulacrum? Templum quod ei exstruam, cum totus hic mundus ejus opere fabricatus eum capere non possit? Et cum homo latius maneam, intra unam ædiculam vim tantæ majestatis includam? Nonne melius in nostra dedicandus est mente? in nostro imo consecrandus est pectore?* Arnobius initio libri sexti *adversus gentes: In hac enim,* inquit, *consuestis parte crimen nobis maximum impietatis affigere, quod neque ædes sacras venerationis ad officia construamus, non deorum alicujus simulacrum constituamus aut formam, non altaria fabricemus, non aras,* etc. *Hæc nos cessamus vel exædificare vel facere,* etc. *Nunquid Deum delubris aut templorum constructionibus honoramus?* Lactantius lib. II, cap. 2: *Quid sibi templa? quid aræ volunt? quid denique ipsa simulacra quæ aut mortuorum aut absentium monimenta sunt?* Item in fine libri *De ira Dei: Sit nobis,* inquit, *Deus non in templis, sed in corde nostro consecratus.* De-

πιστὸν (62) ἡμῖν ἀφανοῦς καὶ ἀποῤῥήτου κοινωνίας οἴεται εἶναι σύνθημα· οὐχ ὁρῶν, ὅτι βωμοί μέν εἰσιν ἡμῖν τὸ ἑκάστου τῶν δικαίων ἡγεμονικὸν, ἀφ' οὗ ἀναπέμπεται ἀληθῶς καὶ νοητῶς εὐώδη θυ-

A putat, *occultæ et arcanæ societatis tessera est de qua inter nos convenit.* Scilicet non vidit apud nos animum cujusque justi ipsi esse altare, ex quo vere et spiritaliter boni odoris suffitus emittuntur, preces

structibilia sunt omnia quæ manu fiunt. Mundemus hoc templum, quod non fumo, non pulvere, sed malis cogitationibus sordidatur : quod non cereis ardentibus, sed claritate ac luce sapientiæ illuminatur. Ex his et similibus tum gentilium criminationibus, tum Christianorum responsis colligere est tribus prioribus Ecclesiæ sæculis nulla Christianos publica, sublimibus elata fastigiis, et quibus Divinitatem putarent concludi, templa habuisse, aras nullas ad ostentationem exstruxisse ubi animalia immolarent, aut thus simulacris adolerent. Sed male hinc quis inferret illos ne quidem eo fere modo quo nunc catholici Romani in Batavia, latentes ecclesias habuisse seu in privatorum fidelium ædibus, B seu in domibus quæ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἐκκλησίας essent, et nihil exterius haberent quo a communibus ædificiis distinguerentur. Si quis ita sentiret, innumeris propemodum confutaretur veterum testimoniis. 1° Origenes tractatu 28 in Matthæum testatur ardente Maximini persecutione incensas fuisse Christianorum ecclesias. *Scimus autem et apud nos terræ motum factum in locis quibusdam et factas fuisse quasdam ruinas, ita ut qui erant impii extra fidem, causam terræ motus dicerent Christianos, propter quod et persecutiones passæ sunt ecclesiæ et incensæ sunt.* Idem homilia 10 in Jesu Nave de ornatu ecclesiarum et altarium loquitur : *Sciendum est quantum ex hujuscemodi figurarum adumbrationibus edocemur; quod si qui tales sunt in nobis, quorum fides hoc tantummodo habet ut ad ecclesiam veniant, et inclinent caput suum sacerdotibus, officia exhibeant, servos Dei honorent, ad ornatum quoque altaris vel ecclesiæ aliquid conferant, non tamen* C *adhibent studium ut etiam mores suos excolant...... sciant sibi qui tales sunt..... partem sortemque ab Jesu Domino cum Gabaonitis esse tribuendam.* Vide ejusdem homiliam undecimam in Numeros. 2° Arnobius sub finem lib. IV *adversus gentes : Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerint dari? cur immaniter conventicula dirui, in quibus summus oratur Deus, pax cunctis et venia postulatur magistratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitam degentibus, et resolutis corporum vinctione.* 3° Lactantius lib. v, num. 2 : *Ego cum in Bithynia oratorias litteras accitus docerem, contigissetque, ut eodem tempore Dei templum everteretur, duo exstiterunt ibidem qui jacenti atque abjectæ veritati, nescio utrum superbius an importunius insultarent.* Hoc Dei templum erat Nicomediæ de quo sub initium libri *De mortibus persecutorum : Profligata*, inquit, *nuper ecclesia rursum exsurgit, et majore gloria templum Dei quod ab impiis fuerat eversum, misericordia Domini fabricatur.* Idem eodem lib. v, num. 11, loquitur de ecclesia quæ in D urbe Phrygiæ ab ethnicis jussu præsidis combusta est : *Aliqui ad occidendum præcipites exstiterunt, sicut unus in Phrygia, qui universum populum cum ipso pariter conventiculo concremavit.* Idem libro *De mortibus persecutorum* eversas in orbe Christiano ecclesias uberius commemorat. Eversæ quoque sunt in Galliis ubi Constantius imperabat : *Constantius*, inquit lib. *De mort. persecut.*, cap. 15, *ne dissentire videretur a majoribus præceptis, conventicula, id est parietes, qui restitui poterant, dirui jussus est, verum autem Dei templum, quod est in hominibus, incolume servavit.* Tunc temporis in Galliis degebat Lactantius, et institutioni Crispi vacabat. Cum ergo ait Eusebius, *Histor. eccles.* lib. VIII, cap. 13, Constantium Chlorum non destruxisse ecclesias, μήτε τοὺς οἴκους τῶν ἐκκλησιῶν καθελὼν, mens ejus ex Lactantio accipienda est;

id nimirum voluit dicere non Constantii jussu, sed tacito consensu quem politica et erga cæteros imperatores obsequium exigebat, dirutas fuisse Christianorum ecclesias. Utut est, Eusebius et Lactantius aperte tradunt ante Diocletiani persecutionem exstitisse in Galliis ecclesias. Optatus Milevitanus, lib. II, cap. 42, *Quadraginta basilicas* commemorat quæ Romæ visebantur ante eamdem persecutionem, qua furente docent *Gesta purgat. Cecil. et Felic.*, nonnullas quoque in Africa eversas esse ecclesias, alias Christianis ademptas. Tunc concilia et fidelium cœtus in privatorum domibus habiti sunt, donec eis hæ quæ ademptæ fuerant, ecclesiæ redditæ sunt. Id speciatim adnotat Optatus lib. I, pag. 39, in urbe Cirta contigisse. Denique ex edictis imperatorum qui ultimam persecutionem accenderunt, evidentissime liquet Christianos habuisse ecclesias per totum imperium Romanum. Nam Eusebius lib. VIII, cap. 2, ait anno nonodecimo imperii Diocletiani appetente die festo Dominicæ passionis *proposita* fuisse *ubique imperialia edicta, quibus ecclesiæ quidem ad solum usque dirui, sacri vero codices flammis absumi jubebantur.* Idem testantur Theodoretus lib. v, cap. 39, et Hieronymus *Comment. in Zachar.*, cap. 8. Ex martyrio Marini militis quod refert Eusebius lib. VII, cap. 15, liquet imperante Gallieno Christianos Cæsareæ Palæstinæ ecclesiam habuisse. Postquam enim cognovit Achæus judex Marinum sese Christianum profiteri, et trium horarum spatium ad deliberandum ei concessit, *Theotecnus*, inquit Eusebius, *civitatis episcopus ad illum accedens, et sermocinando longius eum extrahens prehensa manu ad ecclesiam perducit. Cumque interius ad ipsum altare eum statuisset, reducta tantisper ejus chlamyde, gladium illi quo præcinctus erat ostendens, mox sacrorum Evangeliorum codicem ex adverso locat, jubens ut ex duobus utrum mallet eligeret*, Idem Eusebius lib. VII, cap. 13, refert imperatoris Gallieni edictum quo præcipitur *ut cuncti ἀπὸ τόπων τῶν θρησκευσίμων, a religiosis locis abscedant*, id est ut ecclesiæ quas gentiles Christianis ademerant, eorum episcopis restituantur. Vopiscus in *Vita Aureliani*, epistolam hujus imperatoris exhibet qua senatores castigat quod Sibyllinos libros aperire dubitarent : *Miror vos, patres sancti*, inquit, *tandiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, perinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium tractaretis.* Euseb. lib. VIII, cap. 1, ubi loquitur de intervallo temporis quod pacifice effluxit a Valeriani persecutione ad eam quam Diocletianus commovit : *Quis*, inquit, *innumerabilem hominum quotidie ad fidem Christi confugientium turbam, quis numerum ecclesiarum in singulis urbibus, quis illustres populorum concursus in ædibus sacris, cumulate possit describere? quo factum est ut priscis ædificiis jam non contenti, in singulis urbibus spatiosas ab ipsis fundamentis exstruerent ecclesias.* Celebris Lampridii locus in *Vita Alexandri Severi*, cap. 49, invicte probat Christianos tunc temporis Romæ ecclesiam habuisse. *Cum Christiani quemdam locum qui publicus fuerat occupassent, contra popinarii dicerent sibi eum deberi, rescripsit imperator, melius esse ut quomodocunque illic Deus colatur, quam popinariis dedatur.* Tertullianus, *de Idol.*, cap. 7, ubi Christianorum aliquot carpit qui idola ad usum gentilium fabricabantur, ecclesiam *Domum Dei* vocat. *Tota die ad hanc partem zelus fidei*

(62) Τὸ πιστόν. Mallet Gnietus τόδε πιστόν.

dico a pura conscientia oblatas. Unde in Apocalypsi Joannis [16]: *Odoramenta autem sunt orationes sanctorum;* et apud Psalten: *Fiat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo* [17]. Statuæ vero et dona Deo convenientia non ea sunt quæ mechanici fabricant; sed quæ a Dei verbo formata et expolita sunt intra nos: virtutes videlicet, quibus imitamur *Primogenitum omnis creaturæ* [18], in quo justitiæ, temperantiæ, fortitudinis, sapientiæ, pietatis et reliquarum virtutum exempla sunt. Quisquis igitur verbo divino parens, temperantiam, justitiam, fortitudinem, sapientiam, pietatem cæterasque virtutes sibi comparavit, in eo sunt statuæ, quibus persuasum nobis est honorari debere omnium statuarum exemplar, Dei invisibilis imaginem, unigenitum Deum. Sed et *qui exspoliantes veterem hominem cum actibus suis et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit illum* [19], id assecuti sunt ut sint secundum imaginem Creatoris, ii in se simulacra faciunt, qualia summus Deus postulat. Verum ut inter simulacrorum artifices alii opus admirabiliter perficiunt, ut Phidias et Polycletus et pictores Zeuxis et Apelles; alii imperfectius illis simulacra faciunt, alii adhuc istis minus sunt periti, et
756 in summa magno discrimine simulacra et imagines fiunt; sic sunt quidam, qui summi Dei simulacra melius et perfectius faciant; ita ut Jupiter

A μιάματα, αἱ προσευχαὶ ἀπὸ συνειδήσεως καθαρ[ᾶς]. Διὸ λέγει (63) παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἐν τῇ Ἀποκαλ[ύψει]· *Τὰ δὲ θυμιάματά εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁ[γίων]·* καὶ παρὰ τῷ Ὑμνῳδῷ· *Γενηθήτω ἡ προσευχή μ[ου] ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου.* Ἀγάλματα δὲ καὶ π[ρέ]ποντα Θεῷ ἀναθήματα, οὐχ ὑπὸ βαναύσων τεχ[νιτῶν] κατεσκευασμένα, ἀλλ' ὑπὸ λόγου Θεοῦ τρανούμενα (64) καὶ μορφούμενα ἐν ἡμῖν, αἱ ἀρεταὶ, μιμήματα τυγχάνουσαι τοῦ *Πρωτοτόκου πάσης κτίσεως*, ἐν ᾧ ἐ[στι] δικαιοσύνης, καὶ σωφροσύνης, καὶ ἀνδρείας, καὶ σο[φίας], καὶ εὐσεβείας καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν παραδείγματα. Ἐν πᾶσιν οὖν ἐστι τοῖς κατὰ τὸν θεῖ[ον] λόγον σωφροσύνην ἑαυτοῖς κατασκευάσασι, καὶ δι[καιοσύνην], καὶ ἀνδρείαν, καὶ σοφίαν, καὶ εὐσέβειαν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν τὰ κατασκευάσματα, ἀγάλ-
B ματα· οἷς πρέπον (65) εἶναι πεπείσμεθα τιμᾶσθαι τ[ὸ] πρωτότυπον πάντων ἀγαλμάτων, τὴν εἰκόνα τοῦ Θε[οῦ] τοῦ ἀοράτου, τὸν μονογενῆ Θεόν. Ἀλλὰ καὶ οἱ *ἐκδ[υσά]μενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσι[ν] αὐτοῦ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινού[με]νον εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος* αὐτὸν, τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος εἶναι ἀναλαμβάνοντες, ἀγάλματα ἐν ἑαυτοῖς ποιοῦσιν, ὁποῖα βούλεται ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς ἐκεῖνος (66). Ὥσπερ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγαλματοποιῶν, οἱ μέν τινές εἰσι θαυμαστῶς κατορθοῦντες τὸ ἔργον, ὥσπερ εἰπεῖν Φειδίας, ἢ Πολύκλειτος, ἢ ζω[γράφοι] γράφοι Ζεῦξις, καὶ Ἀπελλῆς· ἕτεροι δὲ ἔλαττ[ον]

[16] Apoc. v, 8. [17] Psalm. CXL, 2. [18] Coloss. I, 15. [19] Coloss. III, 9, 10.

fidei perorabit, ingemens *Christianum ab idolis in ecclesiam venire, de adversarii officina in domum Dei: extollere ad Deum Patrem manus matres idolorum.* Idem *advers. Valent.*, cap. 2, ecclesiam vocat *domum columbæ*, et *De coron. milit.*, cap. 3, loquitur de baptisterio et de ecclesia, ut de duobus omnino distinctis locis: *Aquam adituri ibidem, sed et aliquanto prius in ecclesia, sub antistitis manu contestamur nos renuntiare diabolo, et pompæ, et angelis ejus.* Cyprianus *De oper. et eleemosyn.*, pag. 205, locum quo Christiani conveniebant *Dominicum* vocat, et epist. 55, al. 59, ad Cornel., opponit, ecclesiam Capitolio et altare Domini aris idolorum: *Quid superest*, inquit, *quam ut ecclesia Capitolio cedat, et recedentibus sacerdotibus ac Domini altare removentibus, in cleri nostri sacrum venerandumque consessum simulacra atque idola cum aris suis transeant.* Ignatius martyr, sæculo secundo fideles hortabatur ut in unum veluti templum Dei confluerent: Πάντες οὖν, inquit *Epist. ad Magnes.*, num. 7, ὡς εἰς ἕνα ναὸν συντρέχετε Θεοῦ, ὡς ἐπὶ ἓν θυσιαστήριον. Item *Epist. ad Philadelphenos*, ἓν θυσιαστήριον, ὡς εἷς ἐπίσκοπος ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις τοῖς συνδούλοις μου, *unum altare, sicut unus episcopus, cum presbyterio et diaconis conservis meis.* Sæviente persecutione cum ab omni prorsus conventu imperatorum editis Christiani excluderentur, quocunque loco poterant ad peragendam synaxim conveniebant, ut testatur Dionysius Alexandrinus apud Euseb. lib. VII *Hist.*, cap. 22: *Cumque ab omnibus fugaremur atque opprimeremur, nihilominus tunc quoque festos egimus dies. Quivis locus, in quo varias ærumnas singillatim pertulimus, ager, inquam, solitudo, navis, stabulum, carcer, instar templi ad sacros conventus peragendos fuit.* Ad simulacra quod attinet, Tertullianus in *Apologetico*, Clemens Alexandrinus libro sexto *Stromat.*, Origenes hoc loco, Minutius Felix in *Octavio*, Lact. lib. II *Institut.*, cap. 2, adversus idola pu-

C gnantes non tantum vana esse simulacra affirmant, sed et nullam ab hominibus imaginem Divinitatis effingi oportere nisi in animo nostro: qua exceptione omnem effigiem Dei sensilem excludunt. 2° Clemens Alexandrinus lib. VI *Stromat.*, Origenes lib. IV et VI *contra Celsum*, Tertullianus *De spect.*, cap. 22 et 23, significant Judæis præscriptam olim legem de imaginibus Dei non fabricandis ad Christianos etiam pertinere. 3° Clemens Alexandr. in *Protreptico*, Origenes lib. IV *contra Celsum*, et Tertull. *De idololatria* necnon et *contra Hermogenem* artes pingendi atque sculpendi Christianis et Judæis interdictas putant, nec hos tantum artifices deterrent ab idolis fabricandis, sed etiam volunt ut aliis omnino artibus se tradant. 4° Irenæus lib. I, cap. 25, eumque fere exscribens Epiphanius hæres. 27, id tanquam omnino singulare in gnosticis notant quod haberent imagines Christi e Pilati exemplari, ut illi jactitabant, desumptas, quas summo studio occultabant ac gentilium more
D venerabantur. Vide Irenæi verba quæ non modo hunc cultum arguunt, sed et usum. 5° Nonnullus tamen isque probatus etiam tribus primis sæculis fuit imaginum usus. Vide Eusebium lib. VII *Hist.*, cap. 18; Philostorgium Arianum lib. VII, cap. 3; Nicephorum lib. VI, cap. 15; Sozomenum lib. V, cap. 21; Photium cod. CCLXXI; Augustinum lib. I *De consensu evangelistarum*, cap. 16; Tertullianum *De pudicitia*, cap. 1. Vide etiam Photium codice LXI.

(63) *Διὸ λέγει.* Mallet Boherellus, Διὸ λέγεται. Intra pro γενηθήτω ἡ προσευχή μου, Vulgata Biblia habent, κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου.

(64) *Τρανούμενα.* Gueto scribendum videtur τορνούμενα, id est τετορευμένα.

(65) Hœschelius in textu, οἷ πρέπον.

(66) Idem in textu, ἐκείνου.

τούτων (67) ἀγαλματοποιοῦσι, καὶ ἄλλοι ἔτι καὶ τῶν δευτέρων ἔλαττον, καὶ ἀπαξαπλῶς πολλὴ διαφορά ἐστι τῆς τῶν ἀγαλμάτων καὶ εἰκόνων κατασκευῆς· τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ μέν τινές εἰσι ποιοῦντες ἀγάλματα τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ βέλτιον καὶ κατὰ τελείαν ἐπιστήμην, ὡς μηδεμίαν εἶναι σύγκρισιν τοῦ ὑπὸ Φειδίου κατασκευασθέντος Ὀλυμπίου Διὸς πρὸς τὸν κατασκευασθέντα κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος τοῦ Θεοῦ· πάντων δὲ τῶν ἐν ὅλῃ τῇ κτίσει πολλῷ βέλτιον καὶ ὑπερέχον ἐστὶν ἐν τῷ Σωτῆρι ἡμῶν, τῷ λέγοντι· *Ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί.*

Καὶ ἐν ἑκάστῳ δὲ τῶν κατὰ δύναμιν ἐκεῖνον καὶ ἐν τούτῳ μιμησαμένων ἐστὶν ἄγαλμα τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, ὅπερ κατασκευάζουσι τῷ ἐνορᾷν Θεῷ καθαρᾷ καρδίᾳ, μιμηταὶ γινόμενοι τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἀπαξαπλῶς πάντες Χριστιανοὶ ὁποίους εἴπομεν βωμούς, καὶ ὁποῖα παρεστήσαμεν ἀγάλματα, πειρῶνται ἱδρύσθαι (68), οὐκ ἄψυχα καὶ ἀναίσθητα, οὐδὲ δαιμόνων λίχνων ἐφεδρευόντων τοῖς ἀψύχοις δεκτικά, ἀλλὰ πνεύματος Θεοῦ τοῖς εἰρημένοις ἀγάλμασι τῆς ἀρετῆς, καὶ τῷ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, ὡς οἰκείοις ἐπιδημοῦντος· οὕτω δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ τοῖς, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, συμμόρφοις ἐφιζάνει. Καὶ τοιαῦτά γε βουλόμενος παραστῆσαι ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀνέγραψε τὸν μὲν Θεὸν ἐν ἐπαγγελίᾳ τοῖς δικαίοις λέγοντα· *Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μου λαός* (69)· τὸν δὲ Σωτῆρα· *Ἐάν τις ἀκούῃ μου τοὺς λόγους, καὶ ποιῇ αὐτούς, ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου ἐλευσόμεθα πρὸς αὐτόν, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα.* Συνεξεταζέτω γοῦν ὁ βουλόμενος βωμούς, οὓς διηγησάμην, βωμοῖς οἷς ὁ Κέλσος λέγει, καὶ ἀγάλματα ἐν τῇ τῶν εὐσεβούντων εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ψυχῇ, ἀγάλμασι Φειδίου, καὶ Πολυκλείτου, καὶ τῶν παραπλησίων· καὶ σαφῶς εἴσεται, ἐκεῖνα μὲν καὶ ἄψυχα εἶναι καὶ χρόνῳ φθειρόμενα, ταῦτα δὲ ἐν τῇ ἀθανάτῳ μένειν ψυχῇ, ἐς ὅσον μένειν ἐν αὐτῇ (70) ἡ λογικὴ ψυχὴ βούλεται.

Εἰ δὲ καὶ ναοὺς ναοῖς δεῖ παραβαλεῖν, ἵνα παραστήσωμεν τοῖς ἀποδεχομένοις τὰ Κέλσου, ὅτι νεὼς μὲν ἱδρύεσθαι τοὺς πρέποντας τοῖς εἰρημένοις ἀγάλμασι καὶ βωμοῖς οὐ φεύγομεν· ἐκτρεπόμεθα δὲ τῷ πάσης ζωῆς χορηγῷ ἀψύχους καὶ νεκροὺς οἰκοδομεῖν νεώς· ἀκουέτω ὁ βουλόμενος, τίνα τρόπον διδασκόμεθα, ὅτι τὰ σώματα ἡμῶν ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐστι· καὶ εἴ τις διὰ τῆς ἀκολασίας ἢ τῆς ἁμαρτίας φθείρει τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, οὗτος ὡς ἀληθῶς ἀσεβὴς εἰς τὸν ἀληθῆ ναὸν φθαρήσεται. Πάντων δὲ τῶν οὕτως ὀνομαζομένων ναῶν κρείττων ἦν καὶ διαφέρων νεὼς τὸ ἱερὸν καὶ καθαρὸν σῶμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ (71)· ὅστις ἐπιστάμενος ἐπιβουλεύεσθαι μὲν δύνασθαι ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν τὸν (72) ναὸν τοῦ ἐν αὐτῷ Θεοῦ, οὐ μὴν ὥστε ἰσχυροτέραν εἶναι τὴν τῶν ἐπιβουλευόντων προαίρεσιν τῆς τὸν νεὼν οἰκοδομούσης θειότητος, φησὶ πρὸς ἐκείνους· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, κἀγὼ ἐν τρισὶν*

A Olympius a Phidia fabrefactus ne comparari quidem possit ad eum, qui secundum imaginem Dei creatoris constructus est. Omnibus vero quæ in rebus creatis sunt, longe perfectius simulacrum et excellentius in Salvatore nostro est qui dicit: *Pater in me.*

18. Est etiam in singulis justis, illum hac in re quoad possunt imitantibus, simulacrum secundum imaginem Conditoris: quod simulacrum efformant, cum Deum puro corde contemplantur, Deique imitatores fiunt. In summa Christiani omnes altaria et simulacra exstruere conantur, cujusmodi a nobis B explicata sunt, non inanima et sensu privata, non gulosorum dæmonum rebus inanimis deditorum receptacula, sed idonea ad recipiendum Dei spiritum qui in dictis virtutum simulacris et anima ad imaginem Creatoris conformata tanquam in propriis inhabitat: sic et Christi spiritus insidet suis, ut ita loquar, conformibus. Atque hæc docere volens Dei Verbum, Deum nobis exhibet hæc justis pollicentem: *Inhabitabo in illis et ambulabo inter illos, et ero Deus illorum iique erunt populus meus* [20]; et Salvatorem: *Si quis audierit verba mea et fecerit ea, ego et Pater meus veniemus ad illum, et mansionem apud eum faciemus* [21]. Conferat igitur, quisquis voluerit, altaria, de quibus sermonem feci, cum altaribus de quibus Celsus; et simulacra in eorum qui summum C Deum pie colunt animis collocata, cum Phidiæ, Polycleti similiumque simulacris; tum perspicue videbit hæc quidem inanima esse et injuriis temporum obnoxia, illa vero in immortali anima permanere, quandiu ea in se permanere vult anima ratione prædita.

19. Nunc si templa templis comparari oportet, ut probemus Celsi fautoribus minime nos abhorrere ab erigendis templis, quæ altaribus et simulacris a nobis expositis conveniant, sed nolle tantum inanima et mortua ædificare templa illi, qui omnis vitæ auctor est; audiat qui vult quomodo doceamur corpora nostra Dei esse templum [22], et si quis libidine aut peccato Dei templum violaverit, eum disperditum iri, ut vere impium in verum templum. Omnium D autem templorum hoc sensu acceptorum optimum et præstantissimum fuit purum et sanctum Salvatoris nostri Jesu Christi corpus; qui, cum nosset impios templo Dei, qui in ipso erat, insidias parare posse, non ita tamen ut voluntas insidiantium futura esset fortior divinitate **757** quæ templum illud construxerat, dixit illis: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de*

[20] II Cor. VI, 16, et Levit. XXVI, 12. [21] Joan. XIV, 23. [22] I Cor. III, 16, 17; VI, 10.

(67) Recte hoc loco mss. habent τούτων, quod male libb. editi rejiciunt post alterum ἔλαττον quod paulo infra habetur.

(68) *Ἱδρύσθαι*. Mallet Guietus ἱδρύεσθαι.

(69) Codd. Reg. et Basil., μοι λαός.

(70) Iidem codd., ἐν αὐτῷ, nempe τῷ τῶν ὅλων Θεῷ. Libb. editi, ἐν αὐτῇ.

(71) *Χριστοῦ*. In antea editis omittitur, sed suppletur e mss.

(72) Forte legendum, ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν εἰς τόν, etc.

templo corporis sui [23]. Sed et Scriptura sacra, ubi resurrectionis mysterium docet eos qui divinis sermonibus præbere aures possunt divinas, ait destructum templum reædificatum iri lapidibus vivis iisque pretiosissimis. Quo indicat unumquemque eorum, qui verbo Dei eruditi in eadem pietatis officia conspirant, pretiosum esse totius templi Dei lapidem. Quamobrem Petrus: *Vos autem*, inquit, *ædificamini lapides vivi, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum* [24]; et Paulus: *Ædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu Domino nostro* [25]. Arcanum etiam hujusmodi sensum habent Isaiæ verba quasi ad Jerusalem directa. Hæc illa sunt: *Ecce præparo tibi carbunculum lapidem tuum, et fundamenta tua sapphirum, et ponam jaspidem propugnacula tua et portas tuas lapides crystallinos, et circuitum tuum lapides desiderabiles, et omnes filios tuos doctos a Deo, et in multa pace pueros tuos, et in justitia ædificaberis* [26].

σου λίθους κρυστάλλου, καὶ τὸν περίβολόν σου διδακτοὺς Θεοῦ, καὶ ἐν πολλῇ εἰρήνῃ τὰ τέκνα

20. Igitur inter justos alii sunt carbunculus, alii sapphirus, alii jaspis, alii crystallus, sicque omne electorum et pretiosorum lapidum genus justi sunt. Quomodo autem intelligendi sint lapides, quænam eorum natura sit, ad quas animas referri possit pretiosi lapidis nomen, non præsentis temporis est explicare. Tantum oportuit paucis admonere quo intellectu apud nos templa dicantur, et quid unum illud templum Dei ex pretiosis lapidibus constructum significet. Quemadmodum enim si singuli in suis quisque urbibus propter vulgo recepta templa alios præ se contemnerent, qui se pulchriora habere gloriarentur, ii suorum elegantiam describerent ut ea quæ alii habent, inferiora esse arguerent; sic nos, iis qui nos criminantur quod Deum in templis sensus expertibus adorari non oportere sentiamus, ea quæ apud nos templa sunt opponimus, et ostendimus iis qui non sunt et ipsi sensus expertes suisque diis hac in re similes, nullam esse simulacra nostra inter et gentium simulacra comparationem; nec altaria et odoramenta nostra, ut sic loquar, cum iis quæ apud illas sunt, altaribus, adipe et sanguine; neque exposita a nobis templa conferri posse cum deorum sensu privatorum templis, quæ homines sensu vacui admirantur; quippe quibus ne in mentem quidem venit divinum esse sensum quo quis Deum sentit, nec non simulacra, templa et altaria **758** quæ Deo conveniunt. Non igitur ab altaribus, simulacris et templis erigendis propterea abhorremus, quod hæc sit occultæ atque arcanæ societatis tessera, de qua inter nos conveniat; sed

A *ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.* Καὶ ἄλλως δὲ οἱ θεῖοι λόγοι τὰ περὶ ἀναστάσεως μυστικῶς διδάσκοντες τοὺς δυναμένους ἀκούειν θειοτέρᾳ ἀκοῇ λόγων Θεοῦ, ἀνοικοδομηθήσεσθαι λίθοις φασὶ (73), ζῶσι καὶ τιμιωτάτοις· αἰνιττόμενοι, ὅτι ἕκαστος τῶν συμπνεόντων διὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς τὴν κατ' αὐτὸν εὐσέβειαν λίθος ἐστὶ τίμιος τοῦ παντὸς ναοῦ τοῦ Θεοῦ. Καθὸ ὑπὸ μὲν τοῦ Πέτρου λέγεται· *Ὑμεῖς δὲ οἰκοδομεῖσθε λίθοι ζῶντες, καὶ οἶκος πνευματικὸς, εἰς ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ*· ὑπὸ δὲ τοῦ Παύλου τὸ, *Οἰκοδομηθέντες* (74) *ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου λίθου αὐτοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου* B *ἡμῶν.* Τοιοῦτον δέ τινα μυστικὸν ἔχει νοῦν καὶ ἡ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ λέξις, οὕτως ἔχουσα, καὶ λεγομένη ὡς πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ· *Ἰδοὺ, ἑτοιμάζω σοι ἄνθρακα τὸν λίθον σου, καὶ τὰ θεμέλιά σου σάπφειρον, καὶ θήσω τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν, καὶ τὰς πύλας λίθους ἐκλεκτοὺς, καὶ πάντας τοὺς υἱούς σου σου, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ οἰκοδομηθήσῃ.*

Εἰσὶν οὖν τινες τῶν δικαίων ἄνθραξ λίθος, καὶ ἄλλοι σάπφειρος, καὶ ἄλλοι ἴασπις, καὶ ἄλλοι κρύσταλλος· καὶ οὕτω πᾶν γένος ἐκλεκτῶν καὶ τιμίων λίθων εἰσὶν οἱ δίκαιοι. Τὸν δὲ περὶ λίθων νοῦν, καὶ τῆς φύσεως αὐτῶν λόγον, καὶ εἰς ποδαπὰς ψυχὰς ἀναφέρεσθαι δύναται ἐκ τοῦ τιμίου λίθου τὸ ὄνομα, οὐ κατὰ τὸν C παρόντα καιρόν ἐστι διηγήσασθαι· μόνον δ' ἐχρῆν ὑπομνησθῆναι ἐπ' ὀλίγον τοῦ βουλήματος τῶν καθ' ἡμᾶς ναῶν, καὶ ἑνὸς τοῦ ἐκ λίθων τιμίων νεὼ τοῦ Θεοῦ. Ὥσπερ γὰρ, εἰ ἐπὶ τοῖς νομιζομένοις ναοῖς ἕκαστοι κατὰ τὰς σφῶν πόλεις ἐσεμνύνοντο πρὸς τοὺς ἑτέρους, ἔλεγον ἂν οἱ ἐπὶ τοῖς τιμιωτέροις ναοῖς μέγα φρονοῦντες τὰ ἐξαίρετα τῶν ἰδίων εἰς ἔλεγχον τῶν ὑποδεεστέρων· οὕτω πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν, ἐπεὶ μὴ νομίζομεν δεῖν σέβειν τὸ Θεῖον παρ' ἀναισθήτοις ναοῖς, ἀντιπαραλαμβάνομεν τοὺς καθ' ἡμᾶς ναοὺς, καὶ δείκνυμεν τοῖς γε μὴ ἀναισθήτοις, μηδὲ παραπλησίοις τοῖς ἀναισθήτοις θεοῖς αὐτῶν, ὅτι οὐδεμία σύγκρισίς ἐστι οὔτε τῶν παρ' ἡμῖν ἀγαλμάτων πρὸς τὰ ἀγάλματα τῶν ἐθνῶν, οὔτε τῶν παρ' ἡμῖν βωμῶν, D καὶ, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, θυμιαμάτων (75) πρὸς τοὺς ἐκείνων βωμοὺς καὶ τὰς παρ' αὐτοῖς κνίσσας καὶ αἵματα· ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀποδεχομένων (76) ναῶν πρὸς τοὺς ναοὺς τῶν ἀναισθήτων, ὑπὸ ἀναισθήτων ἀνθρώπων θαυμαζομένων, καὶ μηδὲ φαντασιωθέντων τὴν θείαν αἴσθησιν, ᾗ αἰσθάνεταί τις Θεοῦ, καὶ τῶν τούτου ἀγαλμάτων καὶ ναῶν καὶ βωμῶν, πρεπόντων Θεῷ. Οὐχ εἰς τὸ πιστὸν οὖν ἀφανοῦς καὶ ἀποῤῥήτου κοινωνίας, καὶ τὸ τοιοῦτο σύνθημα, φεύγομεν βωμοὺς καὶ ἀγάλματα καὶ νεὼς ἱδρύεσθαι· ἀλλ' ὅτι, εὑρόντες διὰ τὴν Ἰησοῦ διδασκαλίαν τὸν τρόπον τῆς εἰς τὸ Θεῖον

[23] Joan. II, 19, 21. [24] I Petr. II, 5. [25] Ephes. II, 20. [26] Isa. LIV, 11, 12, 13, 14.

(73) *Φασί* recte omnino restituit codex Jolianus.
(74) Hœschelius in textu et mss., οἰκοδομηθέντες. Spencerus, ἐποικοδομηθέντες.
(75) Mss., καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, θυμιαμάτων.
(76) *Ἀποδεχομένων*. Legit Boherellus ἀποδεδεγμένων.

εὐσεβείας φεύγομεν τὰ φαντασίᾳ εὐσεβείας ἀσεβεῖς ποιοῦντα τοὺς ἐσφαλμένους ἀπὸ τῆς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐσεβείας· ὅς ἐστι μόνος ὁδὸς εὐσεβείας, ἀληθῶς λέγων τὸ, *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή.*

Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἑξῆς Κέλσῳ λεγόμενα περὶ Θεοῦ, καὶ ὡς προτρέπει ἡμᾶς ἐπὶ τὴν τῶν ὡς μὲν πρὸς ἀλήθειαν εἰδωλοθύτων χρῆσιν, ἢ, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, δαιμονιοθύτων, ὡς δ' αὐτὸς προσαγορεύσαι ἂν, ἅτε μὴ εἰδὼς, τί τὸ ἀληθῶς ἱερὸν καὶ ποδαπαὶ αἱ παρὰ τούτῳ (77) θυσίαι, ἱεροθύτων· ἃ δὲ λέγει, τοιαῦτά ἐστιν· *Ὁ γε μὴν Θεὸς ἅπασι κοινὸς, ἀγαθός τε καὶ ἀπροσδεὴς, καὶ ἔξω φθόνου· τί οὖν κωλύει τοὺς μάλιστα καθωσιωμένους αὐτῷ καὶ τῶν δημοτελῶν ἑορτῶν μεταλαμβάνειν;* Οὐκ οἶδα δὲ τί φαντασθεὶς οἴεται ἀκολουθεῖν τῷ τὸν Θεὸν εἶναι ἀγαθὸν, καὶ ἀπροσδεῆ, καὶ ἔξω φθόνου, τὸ τοὺς καθωσιωμένους αὐτῷ μεταλαμβάνειν τῶν δημοτελῶν ἑορτῶν. Καί φημι, ὅτι ἠκολούθει μὲν τῷ τὸν Θεὸν εἶναι ἀγαθὸν, καὶ ἀπροσδεῆ, καὶ ἔξω φθόνου, τὸ αὐτῶν (78) τῶν δημοτελῶν μεταλαμβάνειν ἑορτῶν· εἰ ἀπεδείκνυτο, ὅτι αἱ δημοτελεῖς ἑορταὶ οὐδὲν μὲν ἔχουσιν ἐσφαλμένον, ἀπὸ δὲ τῆς περὶ Θεοῦ θεωρίας ἐνομοθετήθησαν, ὡς ἀκόλουθοι τῇ εἰς αὐτὸν θεραπείᾳ καὶ εὐσεβείᾳ. Εἰ μέντοι αἱ δημοτελεῖς μέχρι ὀνόματος ἑορταὶ μηδένα λόγον ἔχουσιν ἀποδεικτικὸν, ὡς ἁρμόζουσαι τῇ εἰς τὸ θεῖον θεραπείᾳ, ἀλλ' ἐλέγχοιντο οὖσαι ἀναπλάσματα τῶν ὅπως ποτὲ ἔτυχε διά τινας ἱστορίας ἀνθρωπικὰς ταῦτα νομοθετησάντων, ἢ καὶ φυσιολογίας περὶ ὕδατος ἢ γῆς ἢ τῶν ἀπ' αὐτῆς καρπῶν δοκούντων (79) περιέχειν· δῆλον, ὅτι οἱ τὸ θεῖον ἐξετασμένως σέβειν θέλοντες εὔλογόν τι πράττοιεν μὴ μεταλαμβάνοντες (80) τῶν δημοτελῶν ἑορτῶν. *Ἑορτὴ γὰρ,* ὥς φησί τις καὶ τῶν Ἑλληνικῶν σοφῶν, καλῶς λέγων, *οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ τὰ δέοντα πράττειν*· καὶ ἑορτάζει γε κατὰ ἀλήθειαν ὁ τὰ δέοντα πράττων, ἀεὶ εὐχόμενος, διὰ παντὸς θύων τὰς ἀναιμάκτους ἐν ταῖς πρὸς τὸ θεῖον εὐχαῖς θυσίας. Διὸ καὶ μεγαλοφυέστατά μοι δοκεῖ παρὰ τῷ Παύλῳ εἰρῆσθαι τὸ, *Ἡμέρας παρατηρεῖσθε,* (81) *καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς, καὶ ἐνιαυτούς· φοβοῦμαι ὑμᾶς, μή πως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς.*

Ἐὰν δέ τις πρὸς ταῦτα ἀνθυποφέρῃ τὰ περὶ τῶν παρ' ἡμῖν κυριακῶν, ἢ παρασκευῶν, ἢ τοῦ Πάσχα, ἢ τῆς Πεντηκοστῆς δι' ἡμερῶν γινόμενα· λεκτέον καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι ὁ μὲν τέλειος, ἀεὶ ἐν τοῖς λόγοις ὢν, καὶ τοῖς ἔργοις, καὶ τοῖς διανοήμασι τοῦ τῇ φύσει Κυρίου Λόγου Θεοῦ, ἀεί ἐστιν αὐτοῦ ἐν ταῖς ἡμέραις καὶ ἀεὶ ἄγει Κυριακὰς ἡμέρας. Ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρασκευάζων ἑαυτὸν πρὸς τὸ ἀληθινῶς ζῆν, καὶ ἀπεχόμενος τῶν τοῦ βίου ἡδέων καὶ τοὺς πολλοὺς ἀπα-

A quia, postquam per Jesu doctrinam invenimus colendi Dei rationem, fugimus quidquid vana pietatis specie impios facit eos qui a cultu per Jesum Christum constituto recedunt. Est enim ille solus veritatis via, ut qui vere dixit : *Ego sum via, veritas et vita* [27].

21. Jam videamus quæ Celsus postea de Deo dicat, et quomodo nos hortetur ad utendum iis, quæ re quidem vera idolis, aut, ut ita loquar, dæmoniis oblata sunt, sed quæ ipse, ignarus quid sit Divinitas et quæ sint victimæ illi acceptæ, sacras victimas vocaverit. Ejus verba sic habent : *Deus omnium communis est, bonus, nullius rei indigens, nulla invidia. Quid igitur vetat quin illi, qui ei maxime consecrantur, festis publicis intersint?* Nescio quomodo B in animum induxerit, ex eo quod bonus, nullius rei indigens, nulla invidia sit Deus, consequens esse, ut qui maxime illi devoti sunt, festis publicis intersint. Fateor equidem : ex eo quod Deus bonus, nullius rei indigus, nulliusque invidiæ sit capax, consequens esset festis publicis interesse oportere, si probaretur nihil illa habere erroneum, et a Deum cognoscentibus constituta fuisse, tanquam cultus in illum et pietatis sequelam. Sin vero festa illa publica, quæ nonnisi nomine festa sunt, nulla ratione probari possunt divino cultui esse consentanea, sed arguantur figmenta esse hominum qui illa datis quibuslibet occasionibus propter quasdam humanas historias instituerunt, vel quasdam aquæ C aut terræ aut fructuum ex illa nascentium proprietates videantur exprimere, perspicuum est eos, qui accurate colere volunt Divinitatem, consentaneum quid rationi facturos, si festis publicis non interfuerint. *Festum* enim, ut pulchre quidam vel e Græcis sapientibus dixit, *nihil est aliud quam officium facere* [28]; et sane festa vere ille celebrat, qui suis officiis fungitur, qui orat perpetuo, qui Deum suis invocando precibus incruentas nulla intermissione hostias offert. Quamobrem mihi videtur a Paulo magnificentissime dictum esse : *Dies observatis et menses et tempora et annos; timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis* [29].

22. Hic si quis objiciet ea quæ Dominicis, Parasceves, D Paschatis, Pentecostes diebus apud nos fieri solent, respondendum est perfectum Christianum, qui verbis, operibus et cogitationibus **759** cum Verbo Dei suo natura Domino versatur, semper esse in ejus diebus, semper agere dies Dominicas. Sed et qui semper se veram ad vitam præparat, qui abstinet ab hujus vitæ voluptatibus quibus multi falluntur, qui non carnis prudentiam alit, sed cor-

[27] Joan. XIV, 6. [28] Thucyd. l. I. [29] Galat. IV, 10, 11.

(77) *Παρὰ τούτῳ.* Guieto videtur scribendum παρὰ τοῦτο, id est αἱ παρὰ τὸ ἱερὸν θυσίαι. Id est, αἱ ἱεραὶ θυσίαι.

(78) *Τὸ αὐτῶν.* Mallet Boherellus, τὸ αὐτούς. Paulo post mss., ἀπὸ δὲ τῆς περὶ Θεοῦ θεωρίας. In antea editis omittitur περί.

(79) *Δοκούντων.* Guieto mihique videtur scribendum δοκοῖντο.

(80) *Μὴ μεταλαμβάνοντες.* Recte omnino sic habet codex Jolianus; nisi enim negans particula μή, quæ ab editis abest, hoc loco admittatur, præcedens εὔλογον, mutandum erit in ἄλογον.

(81) Omnes codd. mss., παρατηρεῖσθε. Libb. editi, παρατηρῆσθε.

pus suum castigat et in servitutem redigit [30], ab illo semper Parasceve celebratur. Is etiam, qui cogitat Christum, quod Pascha nostrum est [31], immolatum esse et manducanda Verbi carne festum diem agi oportere, semper Pascha, quod transitum significat, celebrat; cogitatione, omni verbo, omnique opere ex hujus vitæ rebus ad Deum transiens et ad ejus civitatem properans. Præterea qui vere potest dicere : *Simul resurreximus cum Christo* [32]; et : *Conresuscitavit et consedere fecit in cœlestibus in Christo* [33]; is semper est in diebus Pentecostes : præsertim cum ascendens in cœnaculum, ut apostoli Jesu [34], precibus et orationi vacat, ut dignus vehementi illo spiritu e cœlo adveniente fiat [35], qui spiritus vi sua delet in hominibus malitiam et quidquid ex illa nascitur; ut etiam dignus fiat, cui Deus igneæ linguæ partem aliquam largiatur.

23. Verum cum vulgus eorum qui credere videntur, non sit ejusmodi, sed aut nolit aut non possit omnes hujusmodi dies festos agere, indiget sensibilibus rebus quæ mysteriorum illorum memoriam renovent, ut ne prorsus effluant. Hæc opinor in animo habuisse Paulum, cum festum certis diebus præ cæteris recurrens appellavit *partem festi* [36]; quibus verbis subindicat vitam divino verbo semper consentaneam non in parte festi, sed in integro esse et nunquam deficiente festo. Rursus igitur ex iis quæ de nostris festis dicta sunt, considera, an nostra, si cum publicis ethnicorumque festis conferantur, non multo sanctiora sint illis publicis, in quibus prudentia carnis festum agens ad ebrietatem lasciviamque magno fertur impetu. Longum esset nunc exponere, cur Dei lex doceat in festis diebus *panem afflictionis* [37] edere et *azymos panes cum lactucis agrestibus* [38], et qua de causa dicat : *Humiliate animas vestras* [39], et si quid his est simile. Neque enim fieri potest ut homo ex duplici parte constans et in quo *caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem* [40], totus festum agat. Nam si spiritu festum agit, affliget corpus quod prudentia carnis impedit quominus cum spiritu festum agat; aut si festum agat secundum carnem, festum agere secundum spiritum non potest. Sed hæc de festis dixisse satis in præsentia sit.

760 24. Jam videamus quibus verbis nos hortetur Celsus ad utendum idolothytis, et ut sacrificiis publicis intersimus quæ publicis in festis fieri solemne est. Sic ille : *Si nihil idola sunt, quid*

A τώντων, καὶ μὴ τρέφων τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἀλλ' ὑπωπιάζων αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶν, ἀεὶ ἄγει τὰς παρασκευάς. Ἔτι δὲ ὁ νοήσας, ὅτι τὸ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν (82) ἐτύθη Χριστὸς, καὶ χρὴ ἑορτάζειν ἐσθίοντα τῆς σαρκὸς τοῦ Λόγου· οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ ποιεῖ τὸ Πάσχα, ὅπερ ἑρμηνεύεται διαβατήρια, διαβαίνων ἀεὶ τῷ λογισμῷ καὶ παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ πράξει ἀπὸ τῶν τοῦ βίου πραγμάτων ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτοῦ σπεύδων. Πρὸς τούτοις δὲ ὁ δυνάμενος μετὰ ἀληθείας λέγειν, *Συνανέστημεν τῷ Χριστῷ*, ἀλλὰ καὶ τό· *Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ*, ἀεί ἐστιν ἐν ταῖς τῆς Πεντηκοστῆς ἡμέραις· καὶ μάλιστα ὅτε καὶ εἰς τὸ ὑπερῷον, ὡς οἱ ἀπόστολοι τοῦ Ἰησοῦ, ἀναβὰς, σχολάζει τῇ δεήσει καὶ τῇ προσευχῇ ὡς ἄξιος γενέ-
B σθαι τῆς φερομένης πνοῆς βιαίας ἐξ οὐρανοῦ, βιαζομένης ἐξαφανίσαι τὴν ἐν ἀνθρώποις κακίαν καὶ τὰ ἀπ' αὐτῆς· ἄξιος δὲ καί τινος μερισμοῦ γλώσσης ἀπὸ Θεοῦ πυρίνης.

Ὁ δὲ πολὺς τῶν πιστεύειν δοκούντων, καὶ μὴ τηλικοῦτος, δεῖται, ὑπομνήσεως χάριν, μὴ βουλόμενος ἢ μὴ δυνάμενος πάσας τοιαύτας ἄγειν ἡμέρας, αἰσθητῶν παραδειγμάτων, ἵνα μὴ τέλεον παραῤῥυῇ. Τοιαῦτα δ' οἶμαι τὸν Παῦλον νενοηκότα, *μέρος* μὲν *ἑορτῆς* ὠνομακέναι τὴν ἐν ἡμέραις τεταγμέναις παρ' ἑτέρας (83) ἑορτήν· ᾐνίχθαι δὲ ἐκ τοῦ οὕτως λελεγμένου, ὅτι οὐκ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἀλλ' ἐν ὁλοκλήρῳ καὶ ἀδιαλείπτῳ ἐστὶν ἑορτῇ ὁ ἀεὶ βίος κατὰ τὸν θεῖον λόγον. Ὅρα οὖν πάλιν καὶ τῶν εἰρημένων (84) περὶ ἑορτῶν τῶν παρ' ἡμῖν, συνεξεταζομένων ταῖς δημο-
C τελέσι τοῦ Κέλσου καὶ τῶν ἐθνῶν ἑορταῖς, εἰ μὴ μακρῷ σεμνότεραί εἰσιν αὗται αἱ ἑορταὶ τῶν δημοτελῶν, ἐν αἷς τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἑορτάζον ἐξυβρίζει, ἐπὶ μέθας καὶ ἀκολασίας ἐκτρεπόμενον. Πολὺ δ' ἂν εἴη νῦν λέγειν, διά τί αἱ κατὰ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον ἑορταὶ *ἄρτον κακώσεως* διδάσκουσιν ἐσθίειν, ἢ *ἄζυμα μετὰ πικρίδων* (85)· ἢ ὅτι φασί· *Ταπεινώσατε τὰς ψυχὰς ὑμῶν*, ἤ τι τούτοις παραπλήσιον. Οὐδὲ γὰρ δυνατόν ἐστι τὸν σύνθετον ἄνθρωπον, ἐπεὶ ἡ σὰρξ (86) *ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος*, τὸ δὲ *πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκὸς*, ἐξ ὅλων ἑορτάζειν· ἢ γὰρ ἑορτάζων τις τῷ πνεύματι κακοῖ τὸ σῶμα, μὴ πεφυκὸς, διὰ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἑορτάζειν μετὰ τοῦ πνεύματος· ἢ ἑορτάζων κατὰ σάρκα οὐ χωρεῖ καὶ
D τὴν κατὰ πνεῦμα ἑορτήν. Ἀλλὰ γὰρ ἀρκεῖ ταῦτα εἰς τὸν περὶ ἑορτῶν λόγον ἐπὶ τοῦ παρόντος.

Ἴδωμεν δὲ οἷς χρῆται ὁ Κέλσος λόγοις, προτρέπων ἡμᾶς ἐπὶ τὴν χρῆσιν τῶν εἰδωλοθύτων καὶ τὰς δημοτελεῖς ἐν δημοτελέσιν ἑορταῖς θυσίας. Ἃ δὲ λέγει, τοιαῦτά ἐστιν· *Εἰ μὲν οὐδὲν ταῦτά ἐστι τὰ*

[30] I Cor. IX, 27. [31] I Cor. V, 7. [32] Coloss. III, 1. [33] Ephes. II, 6. [34] Act. I, 13, 14. [35] Act. II, 2, 3. [36] Coloss. II, 16. [37] Deut. XVI, 3. [38] Exod. XII, 8. [39] Levit. XVI, 29. [40] Galat. V, 17.

(82) *Ὑπὲρ ἡμῶν*. Hæc desunt in codice Anglicano secundo. Libb. editi in margine habent, ὑπὲρ ἡμᾶς.

(83) Hœschelius in textu, *παρ' ἑτέραν*.

(84) *Καὶ τῶν εἰρημένων*. Boherellus legit ἐκ τῶν εἰρημένων. Guietus vero sic totum locum corrigit : καὶ τὰ εἰρημένα περὶ ἑορτῶν τῶν παρ' ἡμῖν συνεξεταζόμενα ταῖς δημοτελέσι τοῦ Κέλσου καὶ τῶν ἐθνῶν ἑορταῖς, εἰ μὴ μακρῷ σεμνότερά ἐστιν, ἢ αἱ ἑορταὶ τῶν δημοτελῶν, ἐν αἷς, etc.

(85) Vulgata, ἐπὶ πικρίδων.

(86) Hœschel et Spencer. in margine, ὅσον ἔτι ἡ σάρξ. Cod. Reg. et Basil., ὅσον ὅτι ἡ σάρξ.

εἴδωλα, τί δεινὸν κοινωνῆσαι τῆς πανθοινίας; εἰ δ' εἰσί τινες δαίμονες, δηλονότι καὶ οὗτοι τοῦ Θεοῦ εἰσιν, οἷς καὶ πιστευτέον, καὶ καλλιερητέον κατὰ νόμους, καὶ προσευκτέον, ἵν' εὐμενεῖς ὦσι. Χρήσιμον δ' εἰς ταῦτα ὅλον τὸν περὶ εἰδωλοθύτων λόγον, εἰρημένον παρὰ τῷ Παύλῳ ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, λαβεῖν εἰς χεῖρας καὶ σαφηνίσαι· ἐν ᾧ καὶ πρὸς τὸ μηδὲν εἶναι εἴδωλον ἐν κόσμῳ ἀπαντῶν τὴν ἀπὸ τοῦ χρῆσθαι τοῖς εἰδωλοθύτοις βλάβην κατεσκεύασεν· ἀποδεικνὺς τοῖς ἀκούειν τῶν ἐκεῖ δυναμένοις, ὅτι πάντως καὶ φονέως χεῖρόν τι πράττει ὁ τῶν εἰδωλοθύτων μεταλαμβάνων, ἀπολλὺς τοὺς αὐτοῦ ἀδελφοὺς, δι' οὓς Χριστὸς ἀπέθανε. Καὶ μετὰ τοῦτο, τιθεὶς δαιμονίοις θύεσθαι τὰ θυόμενα, παρίστησι, κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίγνεσθαι τοὺς μεταλαμβάνοντας δαιμονίων τραπέζης· παρίστησί τε, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι τὸν αὐτὸν τραπέζης Κυρίου μετέχειν καὶ τραπέζης δαιμόνων. Ἀλλ' ἐπεὶ ὅλης συντάξεως χρῄζει, διὰ πλειόνων ἀποδεικνυμένης, ἡ περὶ τούτων εἰς τὴν πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴν διήγησις, ἀρκεσθησόμεθα (87) καὶ τοῖς ἐπ' ὀλίγον ἀποδεδομένοις· ἐν οἷς τῷ ἐξετάζοντι αὐτὰ φανεῖται, ὅτι, κἂν μηδὲν ᾖ τὰ εἴδωλα, οὐδὲν ἧττον καὶ οὕτω δεινόν ἐστι τὸ κοινωνῆσαι τῆς τῶν εἰδώλων πανθοινίας. Εἴρηται μὲν οὖν ἡμῖν μετρίως καὶ εἰς τὸ, κἂν ὦσί τινες δαίμονες, οἷς τὰ θυόμενα θύεται, μηδὲν ἡμᾶς αὐτῶν μεταλαμβάνειν, τοὺς ἐπισταμένους διαφορὰν τραπέζης Κυρίου καὶ τραπέζης δαιμονίων· καὶ διὰ τὸ ἐπίστασθαι, πάντα μὲν πράττοντας, ἵνα τραπέζης Κυρίου ἀεὶ μετέχωμεν, παντὶ δὲ τρόπῳ φυλαττομένους, ἵνα μηδέποτε κοινωνοὶ τραπέζης γενώμεθα τῶν δαιμονίων.

Ἐπεὶ δέ φησιν ἐν τούτοις ὁ Κέλσος, ὅτι, *Καὶ οἱ δαίμονές εἰσι τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο πιστευτέον ἐστὶν αὐτοῖς, καὶ καλλιερητέον κατὰ νόμους, καὶ προσευκτέον, ἵν' εὐμενεῖς ὦσι·* διδακτέον καὶ περὶ τούτου τοὺς βουλομένους, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος οὐδὲν τῶν φαύλων ἀναγορεύειν βούλεται κτῆμα Θεοῦ τυγχάνειν, ἀνάξιον αὐτὸ κρίνων (88) τηλικούτου Κυρίου. Διόπερ οὐ πάντες μὲν ἄνθρωποι χρηματίζουσιν ἄνθρωποι Θεοῦ, μόνοι δὲ οἱ ἄξιοι τοῦ Θεοῦ· ὁποῖος ἦν Μωϋσῆς, καὶ Ἠλίας, καὶ εἴ τις ἄλλος ἀναγέγραπται ἄνθρωπος Θεοῦ, ἢ παραπλήσιός ἐστι τοῖς ἀναγεγραμμένοις. Οὕτω δὲ καὶ οὐ πάντες ἄγγελοι ἄγγελοι λέγονται εἶναι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μόνοι οἱ μακάριοι· οἱ δὲ ἐκτραπέντες ἐπὶ τὴν κακίαν, ἄγγελοι τοῦ διαβόλου ὀνομάζονται· ὥσπερ οἱ φαῦλοι ἄνθρωποι, ἄνθρωποι ἁμαρτίας, ἢ υἱοὶ λοιμοῦ (89), ἢ υἱοὶ ἀδικίας. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἄνθρωποι οἱ μέν εἰσι σπουδαῖοι, οἱ δὲ φαῦλοι· διὸ καὶ οἱ μὲν τοῦ Θεοῦ, οἱ δὲ τοῦ διαβόλου εἶναι λέγονται· ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι οἱ μὲν τοῦ Θεοῦ, οἱ δὲ τοῦ πονηροῦ· δαίμονες δὲ οὐκέτι διχῶς, πάντες γὰρ ἀποδείκνυνται εἶναι φαῦλοι· διὰ τοῦτο φήσομεν ψευδῆ εἶναι τὸν Κέλσου λόγον εἰπόντος τό·

A *incommodi est publicis adesse conviviis? Sin dæmones quidam sunt, dubio procul et hi Dei sunt, quibus et credendum est, et litandum juxta leges, et preces offerendæ ut propitii sint.* In hæc operæ pretium fuerit totum illum locum primæ ad Corinthios Epistolæ legere et explicare, ubi Paulus de idolothytis sermonem facit [41]. Illic occupans istud, nihil esse in mundo idolum, probat quam noxium sit idolothytis uti, ostenditque iis qui ipsius hac de re verba capere possunt, pejus quid homicidio facere eum, qui idolothytorum fit particeps, cum suos fratres interficiat, propter quos Christus mortuus est. Deinde ponens hostias mactari dæmoniis, planum facit socios fieri dæmoniorum, qui mensam dæmoniorum participant, et fieri non posse

B ut idem sit et mensæ Domini et mensæ dæmoniorum particeps. Quoniam vero hujus de hac re ad Corinthios Epistolæ explicatio tractatu integro opus haberet qui hanc materiam pluribus enodaret, satis erunt nobis pauca illa quæ respondimus, quæque si quis perpenderit, intelliget, etiamsi nihil idola sint, nihilominus perniciosum esse publicis idolorum epulis vesci. Satis etiam a nobis probatum est, quamvis dæmones quidam sint quibus hostiæ mactantur, nos tamen participes illarum fieri non debere; quippe qui quid mensam Domini inter et mensam dæmoniorum discriminis intersit cognoscimus, et propterea omnia facimus, ut semper simus mensæ Domini participes, omnique modo cavemus ne mensam dæmo-

C niorum participemus.

25. Quoniam vero ibidem ait Celsus, *dæmones Dei esse, atque adeo illis credendum, litandum ex præscripto legum, precesque offerendas esse ut propitii sint;* docendum est eos qui audire volent, res malas in Scriptura sacra nunquam dici ad Deum pertinere, utpote quas tanto Domino indignas judicat. Qua de causa nec homines omnes Dei homines vocantur, sed soli illi qui Deo digni sunt, quales erant Moyses [42] et Elias [43], et si quis alius homo Dei appellatus est, aut similis fuit iis qui sic appellati sunt. Neque etiam omnes angeli dicuntur angeli Dei esse [44], sed soli beati angeli; qui autem ad vitia defecerunt, ii angeli diaboli vocantur [45]:

D quemadmodum homines mali, homines peccati, filii perditionis, iniquitatis filii nominantur. **761** Quoniam igitur ex hominibus alii boni sunt, alii mali, inde fit ut alii Dei, alii esse diaboli dicantur. Sed et ex angelis, alii Dei esse, alii dicuntur esse mali; at dæmonum nullum est discrimen, omnes dicuntur esse mali. Falsum igitur affirmamus esse istud quod ait Celsus: *Si dæmones quidam sunt, clarum est eos ad Deum pertinere;* aut probet, qui

[41] I Cor. VIII, 4, 11. [42] Deut. XXXIII, 1. [43] IV Reg. I, 10. [44] Luc. XII, 8. [45] Matth. XXV, 41.

(87) Hœschelius in textu, ἀρκεσθησώμεθα, et paulo post idem cum omnibus mss. habet, ἀποδεδομένοις, Spencerus, ἀποδιδομένοις.

(88) Recte mss., κρίνων. Libb. editi, κρίνον, male.

(89) Ἢ υἱοὶ λοιμοῦ. Optime sic habet codex Jolianus, male autem libb. editi, υἱοὶ λοιμοί.

voluerit, discrimen quod angelos inter et homines esse statuimus, nulla solida ratione niti; vel pari ratione idem discrimen inter dæmones posse constitui. Quod si fieri non potest, dæmones ad Deum non pertinere manifestum est. Nec enim princeps eorum Deus est, sed Beelzebul, ut divinæ Scripturæ docent [46].

A *Εἰ δ' εἰσί τινες δαίμονες, δῆλον, ὅτι καὶ οὗτοι τοῦ Θεοῦ*· ἢ δεικνύτω ὁ βουλόμενος, μὴ λόγον ὑγιῆ εἶναι τὴν περὶ ἀνθρώπων καὶ ἀγγέλων διαίρεσιν· ἢ λόγον ἔχοντα παραπλήσιον δύνασθαι ἀποδείκνυσθαι καὶ ἐπὶ δαιμόνων. Εἰ δὲ τοῦτ' ἀμήχανον· δῆλον, ὅτι οὔτε τοῦ Θεοῦ εἰσιν οἱ δαίμονες. Οὐ γὰρ ἄρχων αὐτῶν ὁ Θεὸς, ἀλλ', ὥς φασιν οἱ θεῖοι Λόγοι, ὁ Βεελζεβούλ.

26. Neque etiam est fides habenda dæmonibus, quamvis ad id Celsus nos hortetur: imo moriendum potius quam dæmonibus morem gerere, nec quidquam est quod potius perferre non debeat is qui Deo credit. Sic neque litandum est dæmonibus. Non enim eis potest litari, qui mali sunt et hominibus noxii. Præterea ecquæ sunt leges secundum quas Celsus vellet ut dæmonibus litaremus? Si enim leges intelligit in civitatibus constitutas, ostendat illas divinis legibus consonare. Sin id non potest, cum plerumque sibi invicem non consentiant multarum civitatum leges, evidens fit aut leges proprie non esse, aut esse improborum leges quibus non parendum est; nam *oportet magis obedire Deo quam hominibus* [47]. Procul etiam sit a nobis istud Celsi consilium dicentis orandos esse dæmones. Huic ne minimum quidem aures præbendæ sunt. Soli summo Deo preces ferre oportet et Unigenito et Primogenito omnis creaturæ, Verbo Dei, et ab hoc postulandum, ut, postquam ad eum preces nostræ pervenerunt, illas ipse tanquam summus sacerdos perferat ad Deum suum et Deum nostrum, ad Patrem suum et Patrem eorum qui vitam ex Dei verbo componunt. Quemadmodum autem illos homines, qui nos vellent vivendo suam nequitiam imitari, nec ulli eorum faverent qui aliam ac ipsi sectarentur viam, nollemus habere benevolos, quia hæc eorum benevolentia nos inimicos Deo faceret, qui, ut videtur, non esset benevolus hujusmodi homines benevolos habere volentibus; sic qui cognoscunt quæ dæmonum natura, quæ voluntas, quæ malitia sit, illi nunquam dæmonum benevolentiam sibi comparare voluerint.

Οὔτε πιστευτέον δαίμοσι, κἂν Κέλσος ἐπὶ τούτους (90) ἡμᾶς παρακαλῇ· ἀλλ' ἀποθανητέον, πρὶν πεισθῆναι δαίμοσιν, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομενετέον πειθόμενον Θεῷ (91). Οὕτω δὲ οὐδὲ καλλιερητέον δαίμοσι· καὶ γὰρ ἀδύνατόν ἐστι τοῖς φαύλοις καὶ ἀνθρώπων κακωτικοῖς καλλιερεῖν. Ἀλλὰ καὶ κατὰ ποίους νόμους ἡμᾶς βούλεται Κέλσος καλλιερεῖν τοῖς B δαίμοσιν; Εἰ μὲν γὰρ κατὰ τοὺς κειμένους ἐν ταῖς πόλεσι, κατασκευαζέτω, ὅτι συνᾴδουσι τοῖς θείοις νόμοις· εἰ δὲ τοῦτο μὴ δύναται· οὐ γὰρ κἂν ἀλλήλοις ταῦτα (92) λέγωσιν οἱ τῶν πολλῶν πόλεων νόμοι· δηλονότι οὐδὲ κυρίως νόμους, ἢ φαύλων νόμους, οἷς οὐ πιστευτέον· *πειθαρχεῖν* γὰρ *δεῖ μᾶλλον Θεῷ ἢ ἀνθρώποις*. Ἄπαγε δὴ τὴν τοῦ Κέλσου συμβουλὴν, λέγοντος, προσευκτέον (93) εἶναι δαίμοσι· καὶ οὐδὲ κατὰ τὸ ποσὸν ἀκουστέον αὐτῆς· μόνῳ γὰρ προσευκτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, καὶ προσευκτέον γε τῷ Μονογενεῖ, καὶ Πρωτοτόκῳ πάσης κτίσεως, Λόγῳ Θεοῦ, καὶ ἀξιωτέον αὐτὸν, ὡς ἀρχιερέα, τὴν ἐπ' αὐτὸν φθάσασαν ἡμῶν εὐχὴν ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν Θεὸν αὐτοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, καὶ Πατέρα αὐτοῦ καὶ Πατέρα τῶν βιούντων κατὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Ὥσπερ δὲ C οὐκ ἂν βουλοίμεθα εὐμενεῖς ἔχειν ἀνθρώπους τοὺς βουλομένους ἡμᾶς βιοῦν κατὰ τὴν αὐτῶν κακίαν, ἐὰν μηδενὶ τυγχάνωσιν ὄντες εὐμενεῖς τῶν τὰ ἐναντία αὐτοῖς αἱρουμένων· ἐπεὶ ἡ εὐμένεια αὐτῶν ἐχθροὺς ἡμᾶς ποιεῖ Θεῷ, τάχα μὴ γιγνομένῳ εὐμενεῖ τοῖς θέλουσι τοὺς τοιούτους ἔχειν εὐμενεῖς· τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ νοήσαντες δαιμόνων φύσιν, καὶ προαίρεσιν, καὶ κακίαν, οὐκ ἄν ποτε βούλοιντο εὐμενεῖς ἔχειν τοὺς δαίμονας.

27. Neque enim, etiamsi non ipsis benevoli sint dæmones, quidquam ab illis pati possunt. Hos quippe custodit summus Deus ipsorum pietati benevolus, qui et divinos suos angelos eorum custodiæ præficit, quos custodia dignos videt, ut nihil illis dæmones **762** noceant. Jam qui sibi summum Deum benevolum reddidit, tum sua pietate, tum quod susceperit Dominum Jesum magni consilii Dei Angelum [48], is, contentus Dei per Jesum Chri-

Οὐδὲ γὰρ, κἂν μὴ ὦσιν αὐτοῖς εὐμενεῖς οἱ δαίμονες, πάσχειν ἄν τι ὑπ' αὐτῶν δύναιντο, φρουρούμενοι ὑπὸ τοῦ εὐμενοῦς αὐτοῖς διὰ τὴν εὐσέβειαν ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ, καὶ τοὺς θείους αὐτοῦ ἀγγέλους ἐφιστάντος τοῖς ἀξίοις τοῦ φρουρεῖσθαι, ἵνα μηδὲν πάσχωσιν D ἀπὸ τῶν δαιμόνων. Ὁ δ' ἔχων τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν διὰ τὴν εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν εὐμενῆ, καὶ διὰ τὸ τὸν τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελον τοῦ Θεοῦ παραδεδέχθαι Κύριον Ἰησοῦν, ἀρκούμενος τῇ τοῦ Θεοῦ διὰ Χρι-

[46] Luc. XI, 15. [47] Act. V, 29. [48] Isa. IX, 6.

(90) Mss. ἐπὶ τούτους. Libb. editi, ἐπὶ τούτοις. Forte leg., ἐπὶ τοῦτο.

(91) Codex Basileensis, ὑπομονητέον πειθόμενοι Θεῷ. Alii cum libris editis, ὑπομενετέον πειθόμενον Θεῷ. Observari debet scribi posse ὑπομενετέον, ὑπομενητέον et ὑπομονητέον. Apud Diogen. Laert. l. VII, in Vita Zenonis: Τὰ δὲ *πρακτέα αἱρετέα εἶναι καὶ ὑπομονητέα*, ubi Henricus Stephanus monet pro ὑπομονητέα, legi quoque ὑπομενητέα et ὑπομενετέα. Paulo post libb. editi in textu, καὶ ἄγαν ἀδύνατόν ἐστιν.

(92) *Ταῦτα*. Lege cum Guieto et Boherello ταὐτά. Paulo post Guieto scribendum videtur, δηλονότι οὐδὲ κυρίως νόμοις ἢ φαύλοις νόμοις οὐ πιστευτέον.

(93) Codd. Reg. et Basil., προσεκτέον.

στοῦ Ἰησοῦ εὐμενείᾳ, λέγοι ἂν θαῤῥῶν, ὡς οὐδὲν πεισόμενος ἀπὸ παντὸς τοῦ τῶν δαιμόνων στρατοπέδου· *Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω;* ἐρεῖ δὲ καὶ τό (94)· *Ἐὰν παρατάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου.* Τοσαῦτα καὶ εἰς τὸ, *Εἰ δ' εἰσί τινες δαίμονες, δηλονότι καὶ οὗτοι τοῦ Θεοῦ εἰσι, καὶ πιστευτέον* (95), *καὶ καλλιερητέον κατὰ νόμους, καὶ προσευκτέον, ἵν' εὐμενεῖς ὦσιν.*

Ἐκθέμενοι δὲ καὶ τὴν ἑξῆς λέξιν, φέρε πάλιν, κατὰ δύναμιν, αὐτὴν ἐξετάσωμεν οὕτως ἔχουσαν· *Εἰ μὲν δὴ κατά τι πάτριον ἱερείων τινῶν ἀπέχονται τῶν τοιῶνδε, πάντως ἀφεκτέον καὶ ζώων ἁπάντων βρώσεως· ἧπερ καὶ Πυθαγόρᾳ δοκεῖ, ψυχὴν τιμῶντι καὶ τὰ ταύτης ὄργανα· εἰ δ', ὅπερ φασὶν, ὅπως μὴ συνεστιῶνται δαίμοσι, μακαρίζω τῆς σοφίας αὐτοὺς, ὅτι βραδέως συνίασιν ὄντες ἀεὶ συνέστιοι δαιμόνων· καὶ τότε δὴ μόνον φυλάσσονται τοῦτο, ὁπόταν ἱερεῖον θυόμενον βλέπωσιν· ὅταν δὲ σῖτον ἐσθίωσι, καὶ οἶνον πίνωσι, καὶ ἀκροδρύων γεύωνται, καὶ αὐτὸ ὕδωρ καὶ αὐτὸν ἀέρα ἀναπνέωσιν, οὐκ ἄρα παρά τινων δαιμόνων ἕκαστα τούτων λαμβάνουσιν, οἷς κατὰ μέρη τὸ ἐπιμελὲς ἑκάστῳ προστέτακται;* Οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν τούτοις ἔδοξεν αὐτῷ ἀκολουθεῖν, δεῖν ἀπέχεσθαι πάντων ζώων βρώσεως τοὺς οὓς ὠνόμασε κατά τι πάτριον ἔθος ἱερείων τινῶν ἀπεχομένους. Καὶ οὐ τοῦτό φαμεν, ὡς καὶ μὴ τοιαῦτα ὑποβάλλοντος τοῦ θείου Λόγου, καὶ τοῦ ἀσφαλεστέρου βίου καὶ καθαρωτέρου ἕνεκεν εἰπόντος· *καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ πιεῖν οἶνον, μηδ' ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει·* καὶ πάλιν· *Μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε·* καὶ πάλιν· *Εἰ σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου κρέα* (96), *οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω.*

Ἰστέον μέντοιγε, ὅτι, Ἰουδαίων οἰομένων νοεῖν τὸν Μωϋσέως νόμον, καὶ τηρούντων ἐπὶ τῶν βρωμάτων τὸ μεταλαμβάνειν μὲν τῶν νενομισμένων αὐτοῖς καθαρῶν, ἀπέχεσθαι δὲ τῶν ἀκαθάρτων, ἀλλὰ καὶ μὴ χρῆσθαι αἵματι ζώου εἰς τροφὴν, μηδὲ τοῖς θηριαλώτοις, καὶ ἄλλοις, περὶ ὧν πολὺς λόγος, καὶ διὰ τοῦτο νῦν οὐκ εὔκαιρος (97) ἐξετασθῆναι· ἡ τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλία, βουλομένη πάντας ἀνθρώπους προσκαλέσασθαι εἰς τὴν καθαρὰν θεοσέβειαν, καὶ μὴ προφάσει τῆς περὶ βρωμάτων βαρυτέρας νομοθεσίας κωλύειν πολλοὺς τῶν δυναμένων ὠφεληθῆναι εἰς ἤθη ἀπὸ Χριστιανισμοῦ, ἀπεφήνατο, ὅτι, *Οὐ τὰ εἰσερχόμενα εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐξερχόμενα ἐκ τοῦ στόματος· τὰ μὲν γὰρ εἰσερχόμενα εἰς τὸ στόμα εἰς τὴν κοιλίαν,* φησὶ, *χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται· τὰ δ' ἐξιόντα ἐκ τοῦ στόματος διαλογισμοί εἰσι πονηροὶ λαλούμε-*

A stum benevolentia, fidenter ut nihil passurus vel a toto dæmonum exercitu, dicere possit : *Dominus illuminatio mea et salvator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo* [49]? Dicet et istud : *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum* [50]. Atque hæc in istud : *Si dæmones quidam sunt, procul dubio et hi Dei sunt, quibus et credendum et litandum est ex præscripto legum, precesque offerendæ ut benevoli sint.*

28. Nunc ea quæ sequuntur recitemus et rursus expendamus pro viribus. Sic loquitur : *Si quæ patriæ leges illis vetant harumce victimarum participes fieri, prorsus abstinendum etiam illis est omnium animalium esu. Quod quidem et Pythagoræ placuit,* B *quæ ejus erat in animam et illius organa reverentia. Si, id quod aiunt, illis abstinent, ne mensæ dæmoniorum accumbant, admiror illorum sapientiam, qui tandem animadverterunt se semper cum dæmonibus epulari, et tunc solum id fugiunt, cum victimam mactatam vident. Et fruges quas edunt, vinum quod bibunt, fructus quos gustant, aqua ipsa quam hauriunt, et aer quem respirant, nonne eorum singula a quibusdam dæmonibus accipiunt, quibus singulis earum rerum cura mandata est?* Hic nescio quomodo Celso consequens visum fuerit, ut quos dixit a quibusdam victimis abstinere patrio quodam instituto, ii omnium animalium esu abstinere debeant. Neque hoc dicimus, quasi Scriptura simile C quid nobis non suggereret : nam ut nos ad puriorem tutioremque vitam hortetur, ait : *Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur* [51]. Et rursus : *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est* [52]; et iterum : *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem* [53].

29. Sciendum tamen est Judæos, qui Moysis legem intelligi a se putant, id de cibis observare, ut vescantur quidem illis quos puros esse existimant, ab impuris vero abstineant; præterea ut nec ex animantis sanguine nec ex pecude a feris dilaniata alimentum sumant, nec ex aliis, de quibus longus fieri sermo posset ac proinde hoc loco minime D tempestivus; sed Jesus, cum vellet sua doctrina ad puram pietatem omnes homines provocare, cavit ne difficiliores de cibis leges multos ex iis morarentur, quorum moribus corrigendis Christianismus prodesse posset. Unde hæc ejus documenta :
763 *Non quæ intrant in os coinquinant hominem, sed quæ procedunt ex ore. Nam quæ in os intrant,* inquit, *in ventrem vadunt et in secessum emittuntur; quæ autem procedunt de ore, sunt cogitationes malæ quæ proferuntur, homicidia, adulteria, forni-*

[49] Psal. XXVI, 1. [50] Ibid., 3. [51] Rom. XIV, 21. [52] Ibid., 15. [53] I Cor. VIII, 13.

(94) Ἐρεῖ δὲ καὶ τό. Hæc desunt in codd. Regio et Basileensi, et abesse possunt.
(95) Hœschelius in textu, πιστέον.
(96) Hœschel. et mss., κρέα. Spencerus, βρῶμα.
(97) Codd. Reg. et Basil., εὔκαιρον.

cationes, *furta*, *falsa testimonia*, *blasphemiæ* [54]. A Hæc etiam ait Paulus : *Esca nos non commendat Deo ; neque enim si manducaverimus, abundabimus ; neque si non manducaverimus, deficiemus* [55]. Quoniam vero nonnihil obscuritatis hæc babeant nisi adderetur explicatio, visum est apostolis Jesu et presbyteris Antiochiæ in unum congregatis [56], et, ut ipsi loquuntur, Spiritui sancto, scribere ad eos, qui ex gentibus crediderant, epistolam, quæ vetaret tantum ex iis rebus vesci, quarum, inquiebant, abstinentia necessaria erat. Sunt autem istæ, idolothyta, suffocatum, et sanguis.

30. Namque idolothytum dæmoniis immolatur, et hominem Dei non oportet mensæ dæmoniorum fieri participem. Ad suffocata quod attinet, cum B sanguis ex eis non expressus fuerit et sanguinem ferant alimentum esse dæmonum qui partibus ex illo exhalantibus nutriuntur, illis interdicit nobis Scriptura, ut ne nos dæmonum cibo nutriamur. Fortasse enim, si suffocatis vesceremur, quidam hujusmodi spiritus eisdem nobiscum vescerentur. Jam vero ex iis quæ de suffocatis diximus, patet causa cur a sanguine abstineamus. Neque ineptum fuerit, dum in hunc locum dissero, meminisse pulcherrimi effati, quod in Sexti sententiis positum legunt etiam multi Christiani : *Vesci*, inquit, *animantibus, indifferens ; abstinere, magis rationi consentaneum*. Non igitur simpliciter propter patrium aliquod institutum a victimis quæ diis, aut C heroibus, aut dæmonibus offeruntur, abstinemus, sed multis de causis, quarum nonnullas attulimus.

A *νοι, καὶ φόνοι, καὶ μοιχεῖαι, καὶ πορνεῖαι, κλοπαί τε, καὶ ψευδομαρτυρίαι, καὶ βλασφημίαι*. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Παῦλος, ὅτι, *Βρῶμα ἡμᾶς οὐ παραστήσει τῷ Θεῷ· οὔτε γὰρ, ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν· οὔτε, ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα*. Εἶτ', ἐπεὶ ἔχει τινὰ ἀσάφειαν ταῦτα, εἰ μὴ τύχῃ διαρθρώσεως, ἔδοξε τοῖς τοῦ Ἰησοῦ ἀποστόλοις, καὶ τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ συναχθεῖσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πρεσβυτέροις, καὶ, ὡς αὐτοὶ οὗτοι ὠνόμασαν, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, γράψαι τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύουσιν ἐπιστολὴν, μόνα ὡς ὠνόμασαν, ἐπάναγκες ἀπαγορεύουσαν ἐσθίειν· ταῦτα δ' ἔστι τὰ ἤτοι εἰδωλόθυτα, ἢ τὰ πνικτὰ, ἢ τὸ αἷμα.

Τὸ μὲν γὰρ εἰδωλόθυτον θύεται δαιμονίοις· καὶ οὐ χρὴ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον κοινωνὸν τραπέζης B δαιμονίων γίνεσθαι· τὰ δὲ πνικτὰ (98), τοῦ αἵματος μὴ ἐκκριθέντος, ὅπερ φασὶν εἶναι τροφὴν δαιμόνων, τρεφομένων ταῖς ἀπ' αὐτοῦ ἀναθυμιάσεσιν, ἀπαγορεύει ὁ λόγος, ἵνα μὴ τραφῶμεν τροφῇ δαιμόνων· τάχα τινῶν τοιούτων πνευμάτων συντραφησομένων ἡμῖν, ἐὰν μεταλαμβάνωμεν τῶν πνικτῶν. Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων περὶ τῶν πνικτῶν σαφὲς εἶναι δύναται τὸ περὶ τῆς ἀποχῆς τοῦ αἵματος. Καὶ οὐκ ἀπίθανόν γε, γενόμενόν με κατὰ τὸν τόπον (99), ὑπομνησθῆναι χαριεστάτης γνώμης, ἣ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν Χριστιανῶν ἀναγεγραμμένῃ ἐν ταῖς Σέξτου (1) γνώμαις ἐντυγχάνουσιν, οὕτως ἐχούσῃ (2)· *Ἐμψύχων χρῆσις μὲν ἀδιάφορον, ἀποχὴ δὲ λογικώτερον*. Οὐχ ἁπλῶς οὖν κατά τι πάτριον τῶν νομιζομένων ἱερείων εἶναι, καὶ θυομένων παρὰ τοῖς λεγομένοις θεοῖς, ἢ ἥρωσιν, ἢ C δαίμοσιν, ἀπεχόμεθα, ἀλλὰ διὰ λόγους πλείονας, ὧν ἀπὸ μέρους ἐξεθέμην τινάς. Ἀλλὰ καὶ οὐχ, ὥσπερ

[54] Matth. xv, 11, 17, 19. [55] I Cor. viii, 8. [56] Act. xv, 28.

(98) Hœschelius in textu habet, ἢ τὰ πνικτά. *Can. apost.* cap. 62 : Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ ἱερατικοῦ φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω· τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν. Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω. *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino ex catalogo clericorum manducaverit carnem in sanguine animæ ejus, vel captum a bestia, vel morticinum, deponatur : id enim lex quoque interdixit. Quod si laicus sit, segregetur.* Clemens, *Pædagog.* lib. iii, cap. 3 : Οὐδὲ γὰρ θίγειν αἷμα τοῖς ἀνθρώποις θέμις, οἷς τὸ σῶμα οὐδὲν ἀλλ' ἢ σάρξ ἐστιν αἵματι γεωργουμένη. Μετέσχηκε τοῦ λόγου τὸ αἷμα τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τῆς χάριτος κοινωνεῖ τῷ πνεύματι· κἂν ἀδικήσῃ τις αὐτοὺς, οὐ λήσεται. *Neque enim hominibus fas est tangere sanguinem, quibus corpus nihil est aliud quam caro exculta sanguine. Verbi particeps fuit humanus sanguis, et gratia per spiritum habet communionem. Si quis eum injuria affecerit, non latebit.* Dictum est a D Cybliade martyre, apud Euseb. lib. v, cap. 1, *Eccl. hist.* : Πῶς ἂν παιδία φάγοιεν οἱ τοιοῦτοι οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων αἷμα φαγεῖν ἐξόν ; *Qui fieri posset*, inquit, *ut infantes comederent, quibus ne sanguinem quidem animantium degustare licet.* Tertull., *Apolog. cap.* 9 : *Erubescat error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus, qui propterea quoque suffocatis et morticinis abstinemus ; ne quo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto.* Min. Felix, in *Octavio : Tantumque ab humano sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum sanguinem in cibis noverimus.* Spencer.

(99) *Τὸν τόπον*. Ita recte habent codd. Regius et Basileensis. Hœschelius vero in textu, τοὺς τρόπους, et in margine, τοὺς τόπους.

(1) *Σέξτου*. *Xysti philosophi, alias Sexti, Pythagorici Enchiridion, sententiæ piæ et Christianæ impressæ Basileæ a Beato Rhenano, recognitæ ad antiquum exemplar, quod apud Divam fidem Selestadii habetur*, inquit Gesnerus in *Bibliothec.* Laudat Hieronymus in fine libri *Adversus Jovinianum*. *Unde et Xystus in Sententiis, adulter est, inquit, in suam uxorem amator ardentior.* Idem in epistola, quam contra Pelagium ad Ctesiphontem scripserat, Ruffini imposturam detegit, qui Xysti Pythagorici Enchyridion Latinum fecit, et eidem Sixti papæ nomen præfixit, ut majorem gratiam et auctoritatem libro conciliaret. *Illam autem temeritatem*, inquit Hieronymus, *imo insaniam ejus, quis digno possit explicare sermone, quod librum Xysti Pythagorei, hominis absque Christo atque ethnici, immutato nomine, Sixti martyris et Romanæ Ecclesiæ episcopi prænotavit. In quo juxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquant Deo, et de ejus dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur, ut qui volumen philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. Denique in ipso volumine nulla prophetarum, nulla patriarcharum, nulla apostolorum, nulla Christi fit mentio ; ut episcopum et martyrem sine Christi fide fuisse contendat. Unde et vos plurima contra Ecclesiam usurpatis testimonia.* Eumdem vide in cap. 18 in Ezech. et in cap. 22 in Ierem. Spencer.

(2) Spencerus, οὕτως ἐχούσης, sed Hœschel. et mss. ut in nostro textu.

ἀφεκτέον πάσης κακίας καὶ τῶν ἀπὸ κακίας, καὶ ζώων ἁπάντων βρώσεως (3). Ἀφεκτέον δὲ οὐ μόνον ζώων βρώσεως, ἀλλὰ καὶ παντὸς οὑτινοσοῦν, εἰ ἀπὸ κακίας καὶ τῶν ἀπὸ κακίας χρησαίμεθα τοῖς βρώμασιν· ἀφεκτέον γὰρ τοῦ ἐσθίειν κατὰ γαστριμαργίαν, ἢ καθὸ ἄγεσθαι ὑφ' ἡδονῆς, χωρὶς τῆς εἰς ὑγείαν τοῦ σώματος καὶ θεραπείαν αὐτοῦ προθέσεως. Οὐδαμῶς μέντοιγε λέγομεν (4) μετενσωμάτωσιν εἶναι ψυχῆς, καὶ κατάπτωσιν αὐτῆς μέχρι τῶν ἀλόγων ζώων· δηλονότι οὐδ' ὁμοίως Πυθαγόρᾳ, κἂν ἀπεχώμεθά ποτε ζώων, οὐ χρησόμεθα αὐτῶν ταῖς σαρξί. Ψυχὴν γὰρ λογικὴν τιμᾷν μόνην ἡμεῖς ἴσμεν, καὶ τὰ ταύτης ὄργανα μετὰ τιμῆς παραδιδόναι κατὰ τὰ νενομισμένα ταφῇ· ἄξιον γὰρ τὸ τῆς λογικῆς ψυχῆς οἰκητήριον μὴ παραῤῥιπτεῖν ἀτίμως, καὶ ὡς ἔτυχεν, ὁμοίως τῷ τῶν ἀλόγων· καὶ μάλιστα ὅτε οἱ (5) τὴν τιμὴν τοῦ σώματος, ἔνθα λογικὴ ψυχὴ ᾤκησε, πεπιστεύκασι καὶ ἐπ' αὐτόν φασι (6) δεξάμενον καλῶς ἀγωνισαμένην διὰ τοιούτου ὀργάνου ψυχήν. Περὶ δὲ τοῦ, πῶς οἱ νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ ποίῳ σώματι ἔρχονται, ἐν τοῖς ἀνωτέρω δι' ὀλίγων, ὡς ἀπῄτει ἡ γραφή, παρεστήσαμεν.

A Præterea non est abstinendum ab omnium animalium esu, quemadmodum ab omni vitio, et ab iis **764** quæ ex vitio procedunt. Non solum autem esu animantium, sed quibuscunque etiam cibis abstinendum esset, si illorum usui adjunctum esset vitium aut quid ex vitio consequens. Abstinendum enim a ciborum usu, ad quem nos aut gulæ aut voluptatis studium compelleret, sine proposito sanitati corporis ejusque curationi consulendi. Neque vero censemus animam e corpore in corpus migrare, et eam ad brutarum usque animantium conditionem dejici. Non igitur, etiamsi interdum animantibus abstinemus, earum carnes aversamur eadem ratione qua Pythagoras. Apud nos enim sola anima ratione prædita in honore habetur, et ejus organa B cum honore sepulturæ traduntur, ut nobis constitutum est. Neque enim decet animæ ratione participis domicilium indecore et ubicunque projici, ut brutorum animalium cadaver; præsertim cum qui honorant corpus, ubi anima ratione prædita habitavit, ii persuasum habeant hunc honorem redundare in eum, qui animam accepit pulchre usam hujusmodi instrumento. Quomodo autem resurgant mortui, quale corpus induti veniant, hæc supra paucis, ut hujus scriptionis ratio postulabat, explicavimus.

Μετὰ ταῦτα ὁ Κέλσος τὸ ὁμολογουμένως ὑπὸ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων λεγόμενον τίθησιν, ἀπολογουμένων περὶ τῆς τῶν εἰδωλοθύτων ἀποχῆς, καὶ φασκόντων μὴ δεῖν συνεστιᾶσθαι δαίμοσι τοὺς ἀνακειμένους τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ· πρὸς ὃ εἶπε τὰ ἐκκείμενα. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ὅσον ἐπὶ βρώμασι καὶ πόμασι, τοῦ συνεστιᾶσθαι δαίμοσι τρόπους ἄλλους οὐκ ἴσμεν ἢ καθ' οὓς τὰ καλούμενα παρὰ τοῖς πολλοῖς ἱερόθυτα ἐσθίει τις, καὶ πίνει τὸν τῶν παρὰ τοῖς δαιμονίοις γιγνομένων σπονδῶν οἶνον· ὁ δὲ Κέλσος οἴεται συνεστιᾶσθαι δαίμοσι καὶ τὸν σίτου μεταλαμβάνοντα, καὶ ὅπως ποτοῦν οἴνου πίνοντα, καὶ ἀκροδρύων γευόμενον, ἀλλὰ καὶ εἰ μόνου ὕδατός τις μεταλαμβάνει, καὶ ἐν τούτῳ φησὶ συνεστιᾶσθαι δαίμοσι τὸν πίνοντα. Προστίθησι δὲ τούτοις, ὅτι καὶ ὁ τὸν ἀέρα τοῦτον ἀναπνέων, παρὰ δαιμόνων τινῶν καὶ τοῦτον λαμβάνει· χαριζομένων δαιμόνων, τῶν ἐπὶ τοῦ ἀέρος τεταγμένων (7), τὸν τῆς ἀναπνοῆς τοῖς ζώοις ἀέρα. Ὁ βουλόμενος τοίνυν παραστησάτω τῷ Κέλσου λόγῳ, καὶ δεικνύτω, πῶς οὐ θεῖοί τινες ἄγγελοι Θεοῦ, ἀλλὰ δαίμονες, ὧν ὅλον τὸ γένος ἐστὶ φαῦλον, προστεταγμένοι (8) εἰσὶ πάντα τὰ προειρημένα οἰκονομεῖν. Καὶ ἡμεῖς μὲν γάρ φαμεν, οὐ χωρὶς προστασίας ἀοράτων (9), ἵν' οὕτως ὀνομάσω, γεωργῶν καὶ ἄλλων οἰκονόμων, οὐ μόνον (10) τῶν ἀπὸ γῆς φυομένων, ἀλλὰ καὶ παντὸς ναματιαίου ὕδατος καὶ ἀέρος, τὴν γῆν φέρειν τὰ ὑπὸ φύσεως λεγόμενα

31. Ponit postea Celsus id quod et Judæi et Christiani una voce prædicant, cum rationem reddentes cur ab idolothytis abstineant, aiunt cum dæmonibus epulari non debere eos, qui supremo C Deo consecrantur. Quam in rem affert quæ retulimus. Nos certe, quod spectat ad cibum potumque, non aliam cum dæmonibus epulandi rationem cognoscimus, quam cum comeduntur carnes quæ in sacrificiis, ut multi vocant, immolantur, et bibitur vinum quod dæmoniis libatum est; at Celsus cum dæmonibus accumbi epulis existimat, sive fruges edantur, sive quolibet modo bibatur vinum, sive fructus gustentur, sive etiam aqua sola hauriatur; hoc ipsum ait esse epulari cum dæmonibus. Addit aerem ipsum, qui respiratur, a quibusdam accipi dæmonibus; quandoquidem illum aerem animantibus suppeditant dæmones illi qui aeri præsunt. Huic Celsi sententiæ assentiatur qui voluerit, et probet non angelos Dei potius quam dæmones, quorum D genus omne malum est, prædictis omnibus moderandis præpositos esse. Nos vero dicimus sine præsidio invisibilium, ut ita loquar, agricolarum aliorumque administratorum, qui non solum terræ proventibus, sed etiam aquæ et aeri provident, terram non ea ferre quæ natura regi dicuntur, aquam **765** in fontibus et fluviis ultro nascenti-

(3) *Βρώσεως*. Post hanc vocem addendum videtur ἀφεκτέον, quod cum immediate sequatur, ea ipsa de causa hinc forte excidit.

(4) Mss. Reg. et Basil., λέγομεν. Libb. editi, λέγοντες.

(5) *Καὶ μάλιστα ὅτε οἱ*, etc. Τὸ, οἱ post ὅτε delendum videtur Boherello et pro ὅτε legendum forte ἔτι. Mihi vero post οἱ placet addi Χριστιανοί. Guieto totus hic locus usque ad ista verba Περὶ δὲ τοῦ, addititius et recidendus videtur.

(6) *Φασί*. Mutandum puto cum Boherello in φθάνειν.

(7) Codd. Reg. et Basileensis, τεταγμένων, Spencerus, προτεταγμένων, Hœschelius in textu, προστεταγμένων. Infra mss., ὧν ὅλον τὸ γένος. Libb. editi, ὧν ὅλων τὸ γένος.

(8) *Προστεταγμένοι*. Malebat Guietus, προτεταγμένοι.

(9) *Ἀοράτων*. Vide Origenis homil. 23 in Josue, et homil. 8 in Jerem. et Huet. lib. II *Origen.*, quæst. 5.

(10) Hœschel. in textu, μόνων.

bus non irrigare et fluere, aerem non servari incorruptum vitamque ipsum respirantibus non impertire; sed administratores illos invisibiles non dicimus esse dæmones. Et, si quid audacter dicere oporteat, si quas hisce in rebus partes habeant dæmones, dicemus illis famem, arborum vitiumque sterilitatem, immodicos calores, aeris corruptionem ad perniciem fructibus afferendam mortemque interdum animantibus et pestem hominibus inferendam tribui oportere [57]. Horum omnium auctores sunt dæmones [58], qui tanquam carnifices divino quodam judicio accipiunt aliquando hæc omnia faciendi potestatem, sive ad homines, qui se totos vitiorum colluvioni dediderunt, convertendos; sive ad particeps rationis genus exercendum; ut qui hisce in calamitatibus pietatem servant, nec inde deteriores fiunt, sic tandem spectatoribus tam invisibilibus quam visibilibus, qui eorum habitum non videbant, manifesti fiant; qui vero contra se habent et intus vitia occultant, illi, quales sint, calamitatibus prodantur, tumque et se ipsi sentiant, et spectatoribus, ut sic loquar, manifesti fiant.

32. Testatur autem Psaltes tristiora incommoda divino judicio a malis quibusdam angelis importari. *Misit in eos*, inquit, *iram indignationis suæ, indignationem et iram, et tribulationem, immissionem per angelos malos* [59]. An autem quid aliud præter hæc fiat, cum licentiam accipiunt dæmones, qui quidem hæc semper facere volunt, at non semper possunt, quia prohibentur, expendat ille qui, quantum humana fert natura, potest intelligere quo divino judicio multæ animæ, relicto corpore, per vias acervatim currant, quæ certam ad mortem perducunt. Magna enim sunt Dei judicia [60], et propter eorum magnitudinem illa corpori illigata mens non potest assequi [61]: unde cum difficilia explicatu sunt, tum ab imperitis animabus ne minimum quidem possunt intelligi. Atque hinc fit ut temerarii quidam, hæc ignorantes, temerario in Divinitatem impetu invehantur, sicque impias augeant opiniones quæ Providentiam tollunt. Non igitur a dæmonibus accipimus quidquid in usum hujus vitæ cedit, nos præsertim qui his rebus ea qua par est ratione uti didicimus. Neque enim dæmonibus epulantur, qui frugibus, vino, arborum fructibus, aqua et aere fruuntur; sed potius cum divinis angelis, quibus horum omnium cura mandata est, quique veluti vocantur ad mensam pii hominis, obsequentis sermoni qui docet: *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite* [62]. Et rursus alio in loco scriptum est: *Omnia in nomine Dei facite* [63]. Ergo cum in gloriam **766** Dei manducamus, bibimus, respiramus, et in omnibus rationi

A διοικεῖσθαι, καὶ τὸ ὕδωρ ἐν ταῖς πηγαῖς καὶ τοῖς οὐθιγενέσι ποταμοῖς ὀμβρεῖν (11) καὶ φέρεσθαι, καὶ τὸν ἀέρα ἀδιάφθορον τηρεῖσθαι, καὶ ζωτικὸν τοῖς ἀναπνέουσιν αὐτὸν γίγνεσθαι· οὐ μὴν τοὺς ἀοράτους φαμὲν εἶναι δαίμονας· ἀλλ', εἰ χρὴ ἀποτολμήσαντα λέγειν τινὰ, εἴπερ ταῦτα δαιμόνων ἐστὶν ἔργα, φήσομεν, ὅτι λιμοὶ, καὶ ἀφορίαι σταφυλῆς καὶ ἀκροδρύων, καὶ αὐχμοὶ, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἀέρος διαφθορὰ ἐπὶ λύμῃ τῶν καρπῶν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τῷ τῶν ζώων θανάτῳ καὶ τῷ κατὰ τῶν ἀνθρώπων λοιμῷ· πάντα ταῦτα δαίμονες αὐτουργοῦσι δήμιοι, κρίσει τινὶ θείᾳ λαβόντες ἐξουσίαν ἐν καιροῖς τισι ταῦτ' ἐνεργεῖν, εἴτε εἰς ἐπιστροφὴν ἀνθρώπων ἐπὶ τὴν χύσιν τῆς κακίας ἐξοκειλάντων, εἴτε καὶ εἰς γυμνάσιον τοῦ λογικοῦ γένους· ἵν' οἱ μὲν καὶ ἐν τοῖς τοσούτοις εὐσεβεῖς μένοντες, B καὶ μηδαμῶς γιγνόμενοι χείρους, φανεροὶ τέως τοῖς μὴ βλέπουσιν αὐτῶν τὴν ἕξιν ἀοράτοις καὶ ὁρατοῖς θεαταῖς γένωνται· οἱ δ' ἐναντίως μὲν διακείμενοι, κλέπτοντες δὲ τὴν τῆς κακίας ἐπίδειξιν, ἐλεγχθέντες ὑπὸ τῶν συμβαινόντων ὁποῖοί εἰσιν, αὐτοί τε ἑαυτῶν συναισθηθῶσι, καὶ δῆλοι τοῖς, ἵν οὕτως ὀνομάσω, θεαταῖς γένωνται.

Μαρτυρεῖ δὲ ὁ Ὑμνῳδὸς τῷ, ὅτι θείᾳ κρίσει αὐτουργεῖται τὰ σκυθρωπότερα ὑπό τινων πονηρῶν ἀγγέλων ἐν τῷ· *Ἀπέστειλεν* (12) *εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, θυμὸν, καὶ ὀργὴν, καὶ θλῖψιν· ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν*. Εἰ δὲ καὶ ἄλλο τι παρὰ ταῦτα γίνεται, ὅθ' οἱ δαίμονες ἐπιτρέπονται, ἀεὶ μὲν βουλόμενοι ταῦτα ποιεῖν, οὐκ ἀεὶ δὲ δυC νάμενοι διὰ τὸ κωλύεσθαι· ὁ δυνάμενος ἐξεταζέτω, τὴν θείαν κρίσιν, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, φανταζόμενος περὶ ἀθρόας πολλῶν ψυχῶν ἀπαλλαγῆς ἀπὸ σώματος, τοιαῖσδε ταῖς ἐπὶ τὸν μέσον θάνατον φερούσαις ὁδοῖς χρωμένων. Καὶ γὰρ μεγάλαι μὲν αἱ κρίσεις τοῦ Θεοῦ εἰσι, καὶ διὰ τὸ μέγεθος οὐ χωρηταὶ νῷ, τῷ ἔτι ἐνδεδεμένῳ θνητῷ σώματι· διὸ καὶ δυσδιήγητοι τυγχάνουσιν, ἀπαιδεύτοις δὲ ψυχαῖς οὐδ' ἐπὶ ποσὸν θεωρηταί· διὸ καὶ οἱ προπετέστεροι τῇ περὶ ταῦτα ἀγνοίᾳ καὶ τῇ διὰ τὴν προπέτειαν εἰς τὸ Θεῖον ἐπιστασίᾳ αὔξουσι τὰ ἀσεβῆ κατὰ τῆς Προνοίας δόγματα. Οὐ παρὰ δαιμόνων οὖν ἕκαστα τῶν εἰς τὰς βιωτικὰς χρείας λαμβάνομεν, μάλιστα οἱ δεόντως αὐτοῖς χρῆσθαι μεμαθηκότες· οὐδὲ συνεD στιῶνται δαίμοσιν οἱ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἀκροδρύων, καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος μεταλαμβάνοντες, ἀλλὰ μᾶλλον θείοις ἀγγέλοις τοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων τεταγμένοις, οἵτινες ὡσπερεὶ καλοῦνται ἐπὶ τὴν ἑστίαν τοῦ εὐσεβοῦς, καὶ ἀκούσαντος τοῦ διδάσκοντος λόγου τὰ τοιάδε· *Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε*. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ κεῖται· *Πάντα ἐν ὀνόματι Θεοῦ ποιεῖτε*. Ὅτε οὖν εἰς δόξαν Θεοῦ ἐσθίομεν, καὶ πίνομεν, καὶ ἀναπνέομεν, καὶ κατὰ τὸν λόγον πάντα πράττομεν,

[57] Prov. XVII, 11. [58] Matth. VIII, 32. [59] Psal. LXXVII, 49. [60] Sap. XVII, 1. [61] Psal. XXXV, 7. [62] Coloss. III, 17. [63] I Cor. X, 31.

(11) Ὀμβρεῖν. Guieto scribendum videtur ὀμορρεῖν.

(12) Vulgata, ἐξαπέστειλεν.

οὐδενὶ τῶν δαιμόνων συνεστιώμεθα, ἀλλὰ τοῖς θείοις ἀγγέλοις. *Καὶ γὰρ πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον· ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως.* Οὐχ ἂν δ' οὖν καλὸν, οὐδὲ δυνατὸν ἁγιάζεσθαι, εἰ, ὡς Κέλσος οἴεται, δαίμοσι ταῦτα ἦν προστεταγμένα.

Ἐκ τούτων δὲ δῆλον, ὅτι καὶ πρὸς τὰ ἑξῆς αὐτῷ λελεγμένα ἀπηντήσαμεν οὕτως ἔχοντα· *Ἢ τοίνυν οὐδαμῇ οὐδαμῶς βιωτέον, οὐδὲ τῇδε παριτητέον, ἢ τὸν ἐπὶ τοῖσδε παρελθόντα εἰς τὸν βίον, δαίμοσι τοῖς τὰ ἐπὶ γῆς εἰληχόσιν εὐχαριστητέον, καὶ ἀπαρχὰς καὶ εὐχὰς ἀποδοτέον, ἕως ἂν ζῶμεν, ὡς ἂν φιλανθρώπων αὐτῶν τυγχάνοιμεν.* Καὶ βιωτέον οὖν ἡμῖν, καὶ κατὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ βιωτέον, ὅσον οἷόν τε καὶ δίδοται κατ' αὐτὸν βιοῦν· δίδοται δὲ καὶ ὅτε εἴτ' ἐσθίομεν, εἴτε πίνομεν, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιοῦμεν. Καὶ οὐ παραιτητέον ἡμῖν τὸ χρῆσθαι μετ' εὐχαριστίας τῆς πρὸς τὸν κτίσαντα τοῖς δι' ἡμᾶς αὐτοῦ δημιουργήμασι. Καὶ ἐπὶ τοῖσδε μᾶλλον παρήχθημεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν βίον ἢ ἐφ' οἷς Κέλσος οἴεται· καὶ οὐχ ὑποκείμεθά γε δαίμοσιν, ἀλλὰ τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ διὰ τοῦ ἡμᾶς προσαγαγόντος Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ κατὰ νόμους (13) μὲν Θεοῦ οὐδεὶς εἴληχε δαίμων τὰ ἐπὶ γῆς· διὰ δὲ τὴν σφῶν παρανομίαν τάχα μὲν αὐτοῖς διείλοντο (14) τοὺς τόπους, ἔνθα ἐρημία ἐστὶ γνώσεως Θεοῦ καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν βίου, ἢ ἔνθα πολύς ἐστιν ὁ τῆς Θειότητος ἀλλότριος· τάχα δὲ, ὡς ἄξιοι τῶν πονηρῶν ἐπιστάται καὶ κολασταὶ αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ διοικοῦντος τὰ ὅλα Λόγου ἐτάχθησαν ἄρχειν τῶν ἑαυτοὺς ὑποταξάντων τῇ κακίᾳ, καὶ οὐ τῷ Θεῷ. Καὶ διὰ τοιαῦτα δὲ Κέλσος μὲν, ὡς ἀγνοῶν Θεὸν, τὰ χαριστήρια δαίμοσιν ἀποδιδότω· ἡμεῖς δὲ τῷ τοῦ παντὸς Δημιουργῷ εὐχαριστοῦντες (15), καὶ τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἅγιόν τι καὶ ἁγιάζον τοὺς μετὰ ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους (16).

Ἀλλὰ καὶ ἀπαρχὰς Κέλσος μὲν δαιμονίοις ἀνατιθέναι βούλεται, ἡμεῖς δὲ τῷ εἰπόντι· *Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς.* Ὧ δὲ τὰς ἀπαρχὰς ἀποδίδομεν (17), τούτῳ καὶ τὰς εὐχὰς ἀναπέμπομεν, *ἔχοντες ἀρχιερέα μέγαν, διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· καὶ κρατοῦμεν τῆς ὁμολογίας* ἕως ἂν ζῶμεν, φιλανθρώπου τυγχάνοντες τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ ἐν Ἰησοῦ ἡμῖν φανερουμένου (18). Εἰ δὲ καὶ πλῆθος ποθοῦμεν ὧν φιλανθρώπων τυγχάνειν θέλομεν, μαν-

paremus, nullo cum dæmone, sed cum divinis angelis epulamur. *Nam omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per verbum Dei et orationem* [64]. Atqui nec bona esset, nec posset sanctificari, si horum cura, ut putat Celsus, dæmonibus fuisset commissa.

33. Ex his palam est jam a nobis occursum esse iis, quæ postea dicit his ipsis verbis : *Aut igitur non vivendum omnino, nec in hanc vitam veniendum est, aut venientem his conditionibus oportet dæmonibus, qui terrenis rebus præsunt, gratias agere, primitias et preces, quandiu vivemus, offerre, ut illos beneficos experiamur.* Vivendum certe nobis et ex Verbi Dei præscripto vivendum, quantum possibile est et quantum ex illius præscripto vivere datur. Datur autem, cum sive manducemus, sive bibamus, omnia in gloriam Dei facimus : neque etiam recusandum nobis est uti rebus propter nos creatis, gratias agendo Creatori. Atque his potius conditionibus, quam eis, quibus Celsus existimat, Deus nos in hanc vitam produxit. Nec sane dæmonibus, sed summo Deo subditi sumus per Jesum Christum, qui nos ad illum adduxit. Neque vero ex Dei legibus ullus dæmon rebus terrenis præsidet; sed pro sua impietate quædam fortasse sibi elegerunt loca ubi nulla est Dei vitæque Deo acceptæ cognitio, aut ubi multi sunt divinitatis hostes; forte etiam quoniam digni sunt qui malis præsint, eosque puniant, Verbum quod regit omnia dedit illis in eos principatum, qui vitii potius quam Dei imperio se ipsi subdiderunt. Celsus igitur ea de causa, ut Deum ignorans, gratias dæmonibus agat; nos qui hujus universitatis Conditori gratias agimus, cum precibus et gratiarum actione oblatos edimus panes, qui propter orationem fiunt corpus quoddam, sanctum quod sano proposito manducantibus sanctitatem largitur.

34. Primitias quoque dæmonibus offerre vult Celsus; at nos illi qui dixit : *Germinet terra herbam fœni facientem semen secundum genus et secundum similitudinem, et lignum fructiferum faciens fructum, cujus semen in semetipso sit secundum genus super terram.* [65]. Cui autem primitias damus, eidem ferimus preces, *habentes pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Jesum Filium Dei*, et hanc *tenemus confessionem* [66] per totam vitam, quia beneficum experimur Deum et Unigenitum ejus qui nobis in Jesu conspicuum se præbuit. Quod si etiam magno numero cupimus esse, quos beneficos nobis volumus, **767** docemur, *decies millies centena millia*

[64] I Tim. IV, 4, 5. [65] Genes. I, 11. [66] Hebr. IV, 14.

(13) Mss., νόμους, sicque in textu habet Hœschelius qui ad marginem rejecit νόμον.

(14) Mss., διείλοντο, libri antea editi, διελόντα.

(15) Codd. Reg. et Basil., εὐχαριστοῦντες. Libb. edit., εὐαρεστοῦντες.

(16) Mss., *χρωμένους*. Libb. editi, χρωμένων, male.

(17) Mss., ἀποδίδομεν recte, libb. vero editi, ἀποδίδωμεν. Infra Hœschelius, φιλανθρώπου τυγχάνοντες Θεοῦ, Spencerus φιλανθρώπου τυγχάνοντος Θεοῦ.

(18) *Αὐτοῦ ἐν Ἰησοῦ ἡμῖν φανερουμένου*. Ita habent codd. Regius et Basileensis, libri vero antea editi, αὐτοῦ Ἰησοῦ ἐν ἡμῖν φανερουμένου.

assistere ei, et millia millium ministrare ei[67]. Nam hi ceu cognatos et amicos videntes eos, qui ipsorum in Deum pietatem æmulantur ac Deum invocant riteque illum precantur, eorum saluti collaborant, illis apparent, putantque sui esse officii illis obsequium præstare et quasi ex compacto venire ad beneficia salutemque eis conciliandam, qui Deum orant cui et ipsi preces offerunt. *Sunt enim omnes administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis*[68]. Dicant ergo sapientes Græci humanam animam statim ab ortu dæmonum ditioni esse subditam; nos Jesus

θάνομεν, ὅτι *χίλιαι χιλιάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ·* αἵτινες, ὡς συγγενεῖς καὶ φίλους τοὺς μιμουμένους τὴν εἰς Θεὸν αὐτῶν εὐσέβειαν ὁρῶντες (19), συμπράττουσιν αὐτῶν τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Θεὸν, καὶ γνησίως εὐχομένων· ἐπιφαινόμενοι, καὶ οἰόμενοι αὐτοῖς δεῖν ὑπακούειν, καὶ ὥσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος ἐπιδημεῖν ἐπ' εὐεργεσίᾳ καὶ σωτηρίᾳ τῶν εὐχομένων Θεῷ, ᾧ καὶ αὐτοὶ εὔχονται. *Καὶ γὰρ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν.* Ἑλλήνων μὲν οὖν οἱ σοφοὶ (20) λεγέτωσαν

[67] Dan. VII, 10. [68] Hebr. I, 14.

(19) *Αἵτινες..... ὁρῶντες.* Σολοικοφανές, refertur enim participium ad angelos. Locutionis hujus exempla qui volet, petat ex notis ad *Bibliothecam* Photii, pag. 920 quibus, e Platonis *Hippia majore*, hoc addi possit, ποτέραν ἀποκρίνωμαι οἷν ἄρτι ἔλεγον τοῖν τορόναιν πρέπουσάν τε καὶ καλλίω εἶναι. HOESCHELIUS.

(20) *Ἑλλήνων μὲν οὖν σοφοί.* Menander apud Clem. Alexandrinum, *Strom.* V, pag. 610 :

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
Ἀγαθός· κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον
Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηστόν.

Adest viro cuilibet dæmon bonus,
Ut primum quisque nascitur, vitæ sacer
Præses regendæ : quippe dæmonem malum
Esse haud fatebor, qui boni lædat viri vitam.

Plutarchus *De animi tranquillitate* :

Οὐ γὰρ ὡς ὁ Μένανδρός φησιν,
Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
Ἀγαθός......

Ἀλλὰ μᾶλλον, ὡς Ἐμπεδοκλῆς, διτταί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες. Ἔνθ' ἦσαν χθόνιοί τε, etc. :

Non enim verum est quod dixit Menander :
Adest viro cuilibet dæmon bonus,
Ut primum quisque nascitur, vitæ sacer
Præses regendæ.....

Sed Empedoclis probanda potius est sententia, qui unumquemque nostrum, postquam est natus, arripi, gubernarique a duplicibus fatis geniisque docet. Hinc inerant chthonia, etc. Plato in *Phæd.*, pag. 107 : Λέγεται δὲ οὕτως, ὡς ἄρα τελευτήσαντα ἕκαστον ὁ ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, οὗτος ἄγειν ἐπιχειρεῖ εἰς δή τινα τόπον, οἷ δεῖ τοὺς ξυλλεγέντας δεδικασμένους εἰς ᾅδου πορεύεσθαι. *Ita autem circumfertur unumquemque mortuorum ab eo dæmone qui viventem sortitus fuerit, in quemdam locum de industria duci, ubi oporteat omnes manes congregatos ex rati constitutique judicii formula ad inferos proficisci.* Et pag. 108 : Βίᾳ καὶ μόλις ὑπὸ τοῦ προστεταγμένου δαίμονος οἴχεται ἀγομένη, etc. *Vi et ægre ab eo dæmone cui ipsius cura erat demandata, abducitur.* Et pag. 113 : Τούτων δὲ οὕτω πεφυκότων, ἐπειδὰν ἀφίκωνται οἱ τετελευτηκότες εἰς τὸν τόπον, οἷ ὁ δαίμων ἕκαστον κομίζει. *His ita constitutis, postquam mortui ad eum locum pervenerunt quo dæmon unumquemque deducit.* Plat. lib. X *De republica*, pag. 617 : Ἀνάγκης θυγατρὸς κόρης Λαχέσεως λόγος. Ψυχαὶ ἐφήμεροι, ἀρχὴ ἄλλης περιόδου θνητοῦ γένους θανατηφόρου· οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε. Πρῶτος δ' ὁ λαχὼν, πρῶτος αἱρείσθω βίον, ᾧ συνέσται ἐξ ἀνάγκης. Ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων, πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει. Αἰτία ἑλομένου· Θεὸς ἀναίτιος. *Puella Lachesis, necessitatis filia hæc ait : Animæ diurnæ, adest primordium alterius circuitus, mortali et vere letifero hominum generi destinatum. Non vos dæmon excipiet, sed vos dæmonem eligetis. Qui primus sortitus fuerit, primus vitam eligito, cum qua necessario permanebit. Virtus autem sola extra omnem servitutis noxam est libera plane, et servire nescia : quam prout quis vel honorabit, vel negliget, ita plus vel minus ex ea possidebit. Culpa omnis est penes eligentem ; Deus est extra omnem culpam.* Et pag. 620 : Ἐπειδὴ δ' οὖν πάσας τὰς ψυχὰς τοὺς βίους ᾑρῆσθαι, ὥσπερ ἔλαχον, ἐν τάξει προσιέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν· ἐκείνην δ' ἑκάστῳ ὃν εἵλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα ξυμπέμπειν τοῦ βίου, καὶ ἀποκληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων. *Porro cum omnes animæ vivendi illa genera, prout sors edixerat, ordine elegissent, tum vero ad Lachesin accedere : Lachesin vero unicuique eum dæmonem præfecisse quem quæque ceperat, vitæ custodem atque vindicem, et rerum sortis arbitrio statutarum effectorem.* Plat. in *Phædro*, pag. 252. Isidorus, Basilidis discipulus, in primo *Commentariorum ad prophetam Parchor*, hæc refert de Aristotele : Φασὶ δὲ οἱ Ἀττικοὶ μεμηνῦσθαί τινα Σωκράτει, παρεπομένου δαίμονος αὐτῷ· καὶ Ἀριστοτέλης δαίμοσι κεχρῆσθαι πάντας ἀνθρώπους λέγει, συνομαρτοῦσιν αὐτοῖς παρὰ τὸν χρόνον τῆς ἐνσωματώσεως· προφητικὸν τοῦτο μάθημα λαβὼν, καὶ καταθέμενος εἰς τὰ ἑαυτοῦ βιβλία μὴ ὁμολογήσας, ὅθεν ὑφείλετο τὸν λόγον τοῦτον. *Dicunt autem Attici quædam fuisse significata Socrati, dæmone eum consequente. Dicit etiam Aristoteles omnes homines uti dæmonibus, qui eos sequuntur eo tempore quo migrant in corpus. Quam cum a prophetis accepisset doctrinam, et in suos retulisset libros, non tamen unde accepisset eam confitetur.* Clem. *Strom.* VI, pag. 641 ; Plotin. lib. IV, ennead. 3 : Τίς οὖν δαίμων, ὁ καὶ ἐνταῦθα ; Τίς δὲ θεὸς ἢ ὁ ἐνταῦθα ; Τὸ γὰρ ἐνεργῆσαν, τοῦτο ἕκαστον ἄγει, ἅτε καὶ ἐντεῦθεν ἡγούμενον. Ἆρ' οὖν τοῦτό ἐστιν ὁ δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, ἢ οὔ ; Ἀλλὰ τὸ πρὸ αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ ἐφέστηκεν ἀργοῦν. Ἐνεργεῖ δὲ τὸ μετ' αὐτό· καὶ ἐσμὲν τὸ ἐνεργοῦν, ἢ αἰσθητικοὶ, καὶ ὁ δαίμων τὸ λογικόν· εἰ δὲ κατὰ τὸ λογικὸν, ζωὴ μὲν ὁ δαίμων τὸ ὑπὲρ τοῦτο ἐφεστὼς ἀργὸς, συγχωρῶν τῷ ἐργαζομένῳ. Ὀρθῶς οὖν λέγεται ἡμᾶς αἱρήσεσθαι· τὸν γὰρ ὑπερκείμενον κατὰ τὴν ζωὴν αἱρούμεθα, etc., usque ad finem libri. *Quisnam igitur in his dæmon esse dicetur ? Quis item Deus ? Num qui in his præcipue operatur ? Quod enim operatur, unumquemque ducit, tanquam ibi sit principale. Nunquid igitur id dæmon est, qui sortitus est viventem, annon ? imo vero quod est ante ipsum : quod quidem præsidet quasi quietum. Quod vero est post ipsum, agit, nosque sumus potissimum id quod agit. Ac si tanquam sensuales agimus atque vivimus, ipsa ratio noster est dæmon ; sin autem ratione vivamus, dæmon est quod ratione superius, dæmon, inquam, præsidens negotiosum alteri concedens officium. Recte itaque*

δαίμονας εἰληχέναι τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν ἀπὸ γενέσεως· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἡμᾶς ἐδίδαξε μηδὲ τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μικρῶν καταφρονεῖν, λέγων, ὅτι *Οἱ ἄγγελοι αὐτῶν διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς*· καὶ ὁ Προφήτης δέ φησιν, ὅτι *Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς*. Οὐκ ἀναιροῦμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὸ πολλοὺς εἶναι δαίμονας ἐπὶ γῆς, ἀλλά φαμεν εἶναι μὲν αὐτοὺς καὶ δύνασθαι ἐν τοῖς φαύλοις διὰ τὴν ἐκείνων κακίαν· μηδὲν δὲ δύνασθαι πρὸς τοὺς *ἐνδυσαμένους τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ*, καὶ ἀναλαβόντας ἰσχὺν *πρὸς τὸ ἀντιστῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου*, καὶ μελετῶντας ἀεὶ τὰ ἐκείνων παλαίσματα, τῷ ἐγνωκέναι, ὅτι, *Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος* (21) *τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις*.

A docuit ne minimos quidem eorum qui in Ecclesia sunt, contemnendos esse; quia *angeli eorum*, inquit, *semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est*[69]. Et Propheta: *Castra metabitur angelus Domini in circuitu timentium* **768** *eum et eripiet eos*[70]. Itaque ne nos quidem inficiamur multos esse in terra dæmones; at eos esse et potestatem in malos habere propter eorum malitiam contendimus; nihil vero posse in eos qui *induerunt armaturam Dei*, et robur acceperunt ad *standum adversus insidias diaboli*[71], quique se ad pugnandum cum dæmonibus exercent, idque quia norunt *non esse nobis colluctationem adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes, adversus potestates, adversus mundi rectores tenebrarum sæculi hujus, adversus spiritualia* B *nequitiæ in cœlestibus*[72].

Κατανοήσωμεν δὲ καὶ ἄλλην λέξιν τοῦ Κέλσου οὕτως ἔχουσαν· *Ἡ ὁ μὲν τοῦ Περσῶν ἢ Ῥωμαίων βασιλέως σατράπης, καὶ ὕπαρχος, ἢ στρατηγὸς, ἢ ἐπίτροπος, ἔτι μὴν καὶ οἱ τὰς μικροτέρας ἀρχὰς ἢ ἐπιμελείας ἢ ὑπηρεσίας ἔχοντες, μέγα δύναιντ' ἂν βλάπτειν ἀμελούμενοι· οἱ δ' ἐναέριοί τε καὶ ἐπίγειοι σατράπαι καὶ διάκονοι μικρὰ βλάπτοιεν ἂν ὑβριζόμενοι;* Ὅρα δὴ πῶς ἀνθρωπικοὺς (22) σατράπας τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ, καὶ ὑπάρχους, καὶ στρατηγοὺς, καὶ ἐπιτρόπους, καὶ τοὺς μικροτέρας ἀρχὰς καὶ ἐπιμελείας καὶ ὑπηρεσίας ἔχοντας εἰσάγει μεγάλα βλάπτοντας τοὺς ὑβρίζοντας· οὐχ ὁρῶν, ὅτι οὐδὲ σοφὸς ἄνθρωπος βλάψαι ἂν βούλοιτό τινα, ἀλλ', ὅση δύναμις, καὶ τοὺς ὑβρίζοντας ἐπιστρέφειν καὶ βελτιοῦν· εἰ μὴ ἄρα Λυκούργου τοῦ Λακεδαιμονίων νομοθέτου, καὶ τοῦ Κιττιέως Ζήνωνος χείρους εἰσὶν οἱ κατὰ τὸν Κέλσον σατράπαι, καὶ ὕπαρχοι, καὶ στρατηγοὶ τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ· ὅτι Λυκοῦργος μὲν, λαβὼν ἐξουσίαν τοῦ ἐκκόψαντος (23) αὐ-

33. Nunc alia Celsi verba perpendamus. *Persarum*, inquit, *aut Romanorum regis satrapa, aut præses, aut imperator, aut procurator, aut etiam quibus minor ditio, cura, aut ministerium commissum est; illi graves pœnas repetere poterunt si negligantur; et aeris illi terræque satrapæ et administratores pœnas leves repetent contumeliis onerati?* Vide quomodo summi Dei satrapas, præsides, imperatores, procuratores, et alios quibus minor ditio, cura, aut ministerium committitur, inducat gravem humano more pœnam repetentes ex iis a quibus injuria affecti sunt: non advertens ne sapientem C quidem hominem velle cuiquam nocere; sed quantum potest, id agere ut conversos ad bonam frugem revocet etiam eos a quibus acceperit injuriam: nisi forte Lycurgo, Lacedæmoniorum legislatore et Zenone Cittiensi deteriores illi sunt summi Dei satrapæ, præsides et imperatores de quibus Celsus. Nam Lycurgus, cum in sua potestate haberet hominem qui

[69] Matth. XVIII, 10. [70] Psal. XXXIII, 8. [71] Ephes. VI, 11. [72] Ibid., 12.

icitur apud Platonem: *Vos dæmonem eligetis. Præfectum namque nobis secundum vitæ genus eligimus*, etc. Proclus lib. I in Tim.: Καὶ γὰρ πᾶσα ψυχὴ πάντως ἔχει Θεὸν ἔφορον. Idem *De anima et dæmone*: *Et quemadmodum deos duces, sic et dæmonas curatores Pater ille faberque mundi traditur* D *animis præfecisse: quapropter Socrates curatorem sui appellat præfectum sibi dæmonem atque Deum.* Jamblich., *De mysteriis*, cap. *De suo cuique dæmone*; Seneca, epist. 111; Ammian. Marcell., lib. XXI. Consentiunt Patres. Origenes lib. III, cap. 2, num. 4, *De principiis*: *Quod vero etiam per angelos, vel bonos, vel malos, aliqua humanis cordibus suggerantur, designat vel Tobiam angelus comitatus, vel prophetæ sermo dicentis: « Et respondit angelus, qui loquebatur in me; » sed et Pastoris liber hæc eadem declarat, dicens quod bini angeli singulos quosque hominum comitentur: et si quando bonæ cogitationes in nostrum ascenderint, a bono angelo suggeri dicit; si vero contrariæ, mali angeli dicit esse instinctum. Eadem quoque Barnabas in Epistola sua declarat, cum duas vias esse dicit, unam lucis, alteram tenebrarum, quibus et præesse certos quosque angelos dicit; viæ quidem lucis angelos Dei; tenebrarum autem viæ, angelos Satanæ.* Vide homil. 13 et 35 in Luc.; Basil. homil. in psal. XXXIII: Παντὶ πεπιστευκότι εἰς τὸν Κύριον ἄγγελος παρεδρεύει, ἐὰν μήποτε αὐτὸν ἡμεῖς ἐκ τῶν πονηρῶν ἔργων ἀποδιώξωμεν· ὡς γὰρ τὰς μελίσσας καπνὸς φυγαδεύει, καὶ τὰς περιστερὰς δυσωδία ἐξελαύνει· οὕτω καὶ τὸν φύλακα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄγγελον ἡ πολύδακρυς καὶ δυσώδης ἀφίστησιν ἁμαρτία. *Assidet angelus cuilibet in Dominum credenti, nisi nos illum operibus pravis abigamus. Quemadmodum enim fumus apes fugat et fetor columbas expellit; sic angelum vitæ nostræ custodem lacrymabile ac graveolens peccatum abigit.* Tertull., *De anima*, cap. 37; Greg. Nyss. in *Mystica interpretatione vitæ Moysis*; Hilarius, in Psal. CXXXIII; Basil. in *Enarrat.* ad c. V Isaiæ; auctor. *Quæst. et resp. ad orthodoxos* apud Justinum, quæst. 30; Lactant. lib. I, cap. 15. SPENCER.

(21) *Τοῦ αἰῶνος*. Hæc in antea editis omissa supplentur e mss.

(22) *Ἀνθρωπικούς*. Forte legendum, ἀνθρωπικῶς.

(23) *Ἐκκόψαντος*. Ἀλκάνδρου nimirum. Vide Plutarchum in *Lycurgo*.

ipsi oculum effoderat, non solum non ultus est, sed illum salubribus monitis incantare non desiit, donec philosophiæ operam dare persuasit. Et Zeno dicenti : *Dispeream ni malum tibi dedero*; respondit : *Et ego, ni mihi te amicum fecero*. Necdum loquor de iis qui ad Jesu doctrinam formati istud audierunt : *Diligite inimicos vestros, et orate pro persequentibus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos*[73]. Et in propheticis eloquiis sic loquitur justus : *Domine, Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam utique ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, et conculcet in terra vitam meam*[74].

36. Neque vero angeli, qui Dei sunt veri satrapæ, præsides, imperatores et procuratores, mala inferunt, ut putat Celsus, iis a quibus orta ipsis est injuria. Quod si quidam dæmones, **769** quos in animo habuit et Celsus, mala inferunt, id faciunt ut mali, nec accepta a Deo ulla satrapia aut imperio aut procuratione. Atque etiam eos lædunt, qui se illis subjiciunt atque submittunt quasi dominis. Hinc, ut videtur, accidit ut qui cibis per leges locorum vetitis utuntur, si dæmonibus illis subditi sunt, pœnas dent; sin sub illis non sint, nec loci dæmonio se submiserint, soluti a pœnarum metu dæmonia illa valere jubeant; quanquam si aliis aliarum rerum ignorantia se subjecerunt, illorum ultioni obnoxii sint. Sed Christianus, verus, inquam, Christianus, qui solius Dei Verbique ejus imperio se subdit, cum dæmonibus præstantior sit, nihil a dæmoniis pati potest. Cujus rei causa est quia *castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos*[75], et ejus *angelus*, qui *semper videt faciem Patris cœlestis*[76], ejus preces per solum sacerdotem magnum semper universorum Deo offert, et ipse precatur cum eo, cujus ipsi commissa cura est. Ne igitur nos inanibus larvis terrefaciat Celsus, minitans nos dæmonibus, quos nihili ducimus, luituros pœnas. Nihil enim spreti dæmones nocere possunt nobis, qui consecrati sumus illi qui solus omnes suo auxilio dignos adjuvare potest, quique præterea suos piis in illum angelos præficit, ut nec adversarii angeli, nec eorum princeps, vocatus *hujus sæculi princeps*[77], facere quidquam possint adversus eos qui Deo consecrati sunt.

τοῦ τὸν ὀφθαλμὸν, οὐ μόνον οὐχ ἠμύνατο, ἀλλὰ καὶ οὐκ ἐπαύσατο κατεπᾴδων αὐτῷ, ἕως αὐτὸν πείσῃ (24) φιλοσοφεῖν· Ζήνων δὲ πρὸς τὸν εἰπόντα, *Ἀπολοίμην, ἐὰν μή σε τιμωρήσωμαι!* *Ἐγὼ δὲ*, εἶπεν, *ἐὰν μή σε φίλον κτήσωμαι!* Καὶ οὐδέ πω λέγω τοὺς κατὰ τὴν διδασκαλίαν Ἰησοῦ πεποιωμένους, καὶ ἀκούσαντας τοῦ· *Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὃς τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.* Καὶ ἐν τοῖς προφητικοῖς δὲ λόγοις ὁ δίκαιος τοιαῦτά φησι· *Κύριε ὁ Θεός μου, εἰ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἔστιν ἀδικία ἐν χερσί μου, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά· ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενὸς, καταδιώξαι ἄρα ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου, καὶ καταλάβοι, καὶ καταπατήσαι εἰς γῆν τὴν ζωήν μου!*

Ἀλλὰ οὐχ, ὡς οἴεται Κέλσος, βλάπτουσιν οἱ ἀληθῶς σατράπαι, καὶ ὕπαρχοι, καὶ στρατηγοὶ, καὶ ἐπίτροποι τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι τοὺς ὑβρίζοντας· εἰ δέ τινες βλάπτουσι δαίμονες, οὓς ἐφαντάσθη καὶ ὁ Κέλσος, βλάπτουσιν ὡς φαῦλοι, καὶ μηδεμίαν σατραπείαν, ἢ στρατηγίαν, ἢ ἐπιτροπὴν Θεοῦ ἐγκεχειρισμένοι· καὶ βλάπτουσι τοὺς ὑποκειμένους αὐτοῖς καὶ ὑποτάξαντας ἑαυτοὺς ὡς δεσπόταις ἐκείνοις. Τάχα γὰρ καὶ διὰ τοῦτο οἱ καθ' ἕκαστον τόπον εἰς τὰ νενομισμένα βρώματα μὴ δεῖν ἐσθίεσθαι παρανομοῦντες, εἰ μὲν τῶν ὑπὸ τοὺς δαίμονας εἶεν ἐκείνους, βλάπτονται· εἰ δέ τινες τῶν οὐχ ὑπ' ἐκείνους, οὐδὲ αὐτοὺς ὑποτάξαντες τῷ τοῦ τόπου δαιμονίῳ (25), ἐλεύθεροι ἀπὸ τοῦ ὑπ' ἐκείνων παθεῖν, μακρὰ χαίρειν εἰπόντες τοῖς τοιοισδὶ δαιμονίοις, ἄλλοις διὰ τὴν περὶ ἄλλα ἄγνοιαν ἑαυτοὺς ὑποτάξαντες, ὑπ' ἐκείνων πάσχειν δύνανται· ἀλλ' οὐ Χριστιανὸς, ὁ ἀληθῶς Χριστιανὸς, καὶ ὑποτάξας ἑαυτὸν μόνῳ τῷ Θεῷ καὶ τῷ Λόγῳ αὐτοῦ, πάθοι τι ἂν ὑπὸ τῶν δαιμονίων, ἅτε κρείττων δαιμόνων τυγχάνων· καὶ οὐ πάθοι γ' ἂν, ἐπεὶ *παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτοὺς*, καὶ *ὁ ἄγγελος* αὐτοῦ, *διὰ παντὸς βλέπων τὸ πρόσωπον τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς*, ἀεὶ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ ἀναφέρει διὰ τοῦ μόνου ἀρχιερέως τῷ Θεῷ τῶν ὅλων, καὶ αὐτὸς συνευχόμενος τῷ ὑπ' αὐτοῦ ἐπιτροπευομένῳ (26). Μὴ μορμολυττέσθω τοίνυν ἡμᾶς ὁ Κέλσος, ἀπειλῶν τὴν ἀπὸ τῶν δαιμόνων βλάβην, ὑφ' ἡμῶν ἀμελουμένων· οὐδὲν γὰρ ἡμῖν δαίμονες ἀμελούμενοι ποιεῖν ἂν δύναιντο, ἀνακειμένοις τῷ μόνῳ βοηθεῖν πᾶσι τοῖς ἀξίοις δυναμένῳ· ἐφιστάντι δ' οὐδὲν ἧττον καὶ τοὺς ἰδίους ἀγγέλους τοῖς εἰς αὐτὸν εὐσεβοῦσιν, ἵνα μηδὲν οἱ ἐναντίοι ἄγγελοι, μηδ' ὁ τούτων *ἄρχων*, λεγόμενος *τοῦ αἰῶνος* (27) *τούτου*, ἐνεργεῖν κατὰ τῶν ἀνακειμένων τῷ Θεῷ δυνηθῇ.

[73] Matth. v, 44, 45. [74] Psal. vii, 4, 5, 6. [75] Psal. xxxiii, 8. [76] Matth. xviii, 10. [77] Joan. xiv, 30.

(24) *Πείσῃ*. Sic recte mss. Libri autem editi habent, πείσει. Paulo post τιμωρήσωμαι· ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ἐὰν μή σε. Hæc desiderantur in omnibus mss., sed ab Hœschelio suppleta sunt e Plutarcho *De ira cohibenda*.

(25) *Τῷ τοῦ τόπου δαιμονίῳ*. Vide Huet. *Orig.*, lib. ii, q. 5, *De angelis*.

(26) Libb. antea editi, τῷ ὑπ' αὐτῶν ἐπιτροπευομένῳ, sed mss. ut in nostro textu. Paulo post dubitat Guietus annon legendum sit, μὴ μορμολυττέσθω τοίνυν πρὸς ἡμᾶς.

Εἶτ' ἐπιλαθόμενος, ὅτι Χριστιανοῖς λαλεῖ τοῖς μόνῳ τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Ἰησοῦ εὐχομένοις, καὶ συμφύρων τὰ ἑτέρων, καὶ ἀλόγως Χριστιανοῖς συνάπτων αὐτὰ, φησίν· *Ἐὰν μὲν βαρβάρως αὐτοὺς ὀνομάζῃ τις, δύναμιν ἕξουσιν· ἐὰν δὲ Ἑλληνικῶς ἢ Ῥωμαϊκῶς, οὐκ ἔτι.* Δεικνύτω γὰρ τίνα ἡμεῖς βαρβάρως ὀνομάζομεν, ὡς καλοῦντες αὐτὸν ἐπὶ βοήθειαν· καὶ πειθέσθω (28), μάτην καθ' ἡμῶν ταῦτα εἰρηκέναι τὸν Κέλσον· ἐφιστὰς, ὅτι οἱ λοιποὶ (29) τῶν Χριστιανῶν οὐδὲ τοῖς ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς κειμένοις ὀνόμασι καὶ τεταγμένοις ἐπὶ τοῦ Θεοῦ χρῶνται ἐν ταῖς εὐχαῖς· ἀλλ' οἱ μὲν Ἕλληνες Ἑλληνικοῖς, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι Ῥωμαϊκοῖς, καὶ οὕτως ἕκαστος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάλεκτον εὔχεται τῷ Θεῷ καὶ ὑμνεῖ αὐτὸν ὡς δύναται· καὶ ὁ πάσης διαλέκτου Κύριος τῶν ἀπὸ πάσης διαλέκτου εὐχομένων ἀκούει, ὡς μιᾶς, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, φωνῆς, τῆς κατὰ τὰ σημαινόμενα, ἀκούων, δηλουμένης ἐκ τῶν ποικίλων διαλέκτων (30). Οὐ γάρ ἐστιν ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς εἷς τις τῶν κεκληρωμένων διάλεκτόν τινα βάρβαρον ἢ Ἕλληνα, καὶ μηκέτι τὰς λοιπὰς ἐπισταμένων, ἢ μηκέτι τῶν ἐν ἄλλαις διαλέκτοις λεγόντων φροντιζόντων (31).

Εἶτα μετὰ ταῦτα, ἤτοι μηδενὸς ἀκούσας Χριστιανοῦ, ἤ τινος ἀπὸ τῶν πολλῶν παρανόμου καὶ ἀπαιδεύτου, φησὶ τοὺς Χριστιανοὺς λέγειν· *Ἰδοὺ, παραστὰς τῷ ἀγάλματι τοῦ Διὸς, ἢ Ἀπόλλωνος, ἢ ὅτου δήποτε Θεοῦ* (32), *βλασφημῶ, καὶ ῥαπίζω, καὶ οὐδέν με ἀμύνεται·* οὐχ ὁρῶν, ὅτι ἐν τῇ θείᾳ νομοθεσίᾳ προστέτακται μετὰ τῶν ἄλλων (33) καὶ τὸ, *Θεοὺς οὐ κακολογήσεις·* ἵνα μὴ ἐθίζηται ἡμῶν τὸ στόμα ὀντιναοῦν κακολογεῖν, ἀκουόντων, *Εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε·* καὶ διδασκομένων, ὅτι οἱ *λοίδοροι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι.* Τίς δ' οὕτως ἐν ἡμῖν ἠλίθιος, ὡς ταῦτα λέγειν, καὶ μὴ ὁρᾷν, ὅτι οὐδὲν δύναται τὸ τοιοῦτο πρὸς καθαίρεσιν τῆς περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν ὑπολήψεως; ὅπου γε καὶ οἱ πάντη ἄθεοι, καὶ τὴν Πρόνοιαν ἀνελόντες, καὶ σύστημα νομιζομένων φιλοσόφων διὰ τῶν μοχθηρῶν δογμάτων καὶ ἀσεβῶν γεννήσαντες, οὔτ' αὐτοὶ πεπόνθασιν ὧν (34) οἱ πολλοὶ νομίζουσι κακῶν, οὔθ' οἱ τὰ ἐκείνων ἀσπασάμενοι δόγματα· ἀλλὰ γὰρ καὶ πλουτοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι τὰ σώματα. Εἰ δὲ βλάβην τις ζητεῖ ἐν ἐκείνοις, ὁράτω, ὅτι ἀληθῶς εἰσι βεβλαμμένοι (35). Ποία γὰρ μείζων βλάβη τοῦ μὴ νοεῖν ἀπὸ τῆς τάξεως τοῦ κόσμου τὸν πεποιηκότα; Ποία δὲ χείρων ταλαιπωρία τοῦ τετυφλῶσθαι (36) τὸν νοῦν, καὶ μὴ βλέπειν τὸν παντὸς νοῦ δημιουργὸν καὶ Πατέρα;

A 37. Deinde oblitus loqui se Christianis, qui soli Deo per Jesum supplicant, aliorum placita miscet et absurde Christianis ascribit : *Si quis illos barbaris*, inquit, *nominibus appellaverit, potestatem habebunt; nullam vero, si Græce aut Latine.* Ostendat enim ecquem ut auxilio nobis sit invocantes barbaro nomine appellemus : et frustra hæc a Celso nobis objectari, persuasum ei sit qui consideraverit reliquos Christianos inter precandum ne iis quidem vocibus uti quæ divinis in Scripturis positæ Deum proprio nomine designant; sed Græcos Græce, Romanos Latine, et sic singulas gentes Deum propria lingua precari et laudes ejus pro viribus concelebrare; omnium vero linguarum Dominum exaudire quacunque lingua precemur, quasi una, ut ita B loquar, vox quantum ad significata diversis linguis exprimatur. Neque **770** enim Deus ex eorum numero est, qui barbaram aut Græcam linguam sortiti cæteras ignorant, nihilque curant eos qui aliis linguis loquuntur.

38. Postea, quod aut ex nemine Christiano aut ex vulgari quopiam impio et imperito audivit, ait Christianos dicere : *Ecce accedens ad Jovis aut Apollinis aut cujuslibet alterius dei simulacrum, contumeliis illud lacesso alapisque cædo, nec tamen ulciscitur.* Nescit videlicet in lege divina legi inter alia hanc prohibitionem : *Diis non detrahes*[78], ut ne os nostrum assuescat cuiquam maledicere : quippe qui C audierimus : *Benedicite, et nolite maledicere*[79], et didicerimus quia *maledici regnum Dei non possidebunt*[80]. Et quis inter nos ita insanus est ut hæc dicat, nec videat nihil hujusmodi injurias prodesse ad evellendam, quæ de diis concepta est, opinionem? cum fuerint homines qui, licet omnino Deum non agnoscerent et Providentiam tollerent, et perniciosis impiisque dogmatis ortum dederint sectis quorumdam qui philosophi habentur, nihil tamen eorum passi sunt quæ vulgus mala judicat, nec qui eorum dogmatibus adhæserunt : imo ditescunt et sani corpore sunt. Quanquam si detrimentum in illis quæras, videbis eos vere detrimentum passos. Nam quod majus detrimentum est, quam ex mundi D conditione non intelligere Conditorem? Ecquæ miseria pejor, quam cæca mente esse et non videre mentium omnium opificem et Patrem?

[78] Exod. XXII, 28. [79] Rom. XII, 14. [80] I Cor. VI, 10.

(27) *Αἰῶνος*. Libb. editi in margine, κόσμου.

(28) Codd. Reg. et Basil., πειθέσθω. Libb. editi, πυθέσθω.

(29) *Λοιποί*. Spencero videtur legendum, λόγιοι.

(30) *Τῆς κατὰ τὰ σημαινόμενα, ἀκούων, δηλουμένης ἐκ τῶν ποικίλων διαλέκτων.* Guieto hæc aliena et additilia videntur. Qua de causa, ignorare me fateor.

(31) Hœschelius in textu, codd. Regius, Basil. et duo Anglicani, φροντίζειν.

(32) Pro Θεοῦ codd. Reg. et Basileensis habent τινός.

(33) *Μετὰ τῶν ἄλλων*. Hæc desunt in antea editis, sed restituuntur e mss.

(34) *Οὔτ' αὐτοὶ πεπόνθασιν ὧν*. Guieto videtur forsan scribendum, οὔτ' αὐτοί τι πεπόνθασιν ὧν.

(35) Libb. editi in margine, εἰσὶν οἱ βεβλαμμένοι.

(36) Iidem in margine, τοῦ τε τυφλοῦσθαι.

39. Postquam ejusmodi verba Christianis, quibus minime conveniunt, per calumniam tribuit, sibi ipse defensionem parasse putat, sed quæ ludicrum est potius quam defensio, cum tanquam nos alloquens : *Non vides*, inquit, *o bone, esse etiam qui tuum dæmonem non modo coram contumeliis oneret, sed etiam ex omni terra marique expellat, et te quasi simulacrum illi consecratum vinculis constringat, trahat ad supplicium, et cruci affigat; nec dæmon ille tamen, aut, quemadmodum loqueris, ille Dei Filius ex isto pœnas repetat?* Quæ quidem defensio locum haberet, si, quos nobis sermones ascribit, iis uteremur : quanquam nec tum vera diceret, cum Dei Filium appellet dæmonem. Ex nobis igitur, qui dæmones omnes dicimus esse malos, qui tot homines ad Deum convertit, non ille dæmon est, sed Deus Verbum et Dei Filius : at Celsus, qui malos a se dæmones agnosci nullibi significavit, nescio quomodo sui immemor Jesum dæmonem nominet. Cæterum pœnæ impiis intentatæ accident aliquando iis, qui post remedia omnia **771** quæ detrectarunt, in malitia, ut ita dicam, insanabili deprehendentur.

Ibid. C, lin. 5, *ἐπαιρόμενοι οἱ ὀφθαλμοί*. Eodem ferme modo disserit Origen. *in Joan.* tom. xxviii, num. 4, μετέθηκε (Χριστὸς) ἑαυτοῦ τὸ διανοητικὸν ἀπὸ τῆς πρὸς τοὺς κάτω ὁμιλίας, καὶ ὕψωσε, προσάγων αὐτὸ τῇ πρὸς τὸν ὑπεράνω πάντων Πατέρα εὐχῇ,... ἀνάγκη τὸν κατὰ ζῆλον καὶ μίμησιν τῆς Χριστοῦ εὐχῆς εὐξόμενον, ἄραντα τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς ἄνω, καὶ ἀναβιβάσαντα αὐτοὺς ἀπὸ τῶν τῇδε πραγμάτων, καὶ μνήμης, καὶ ἐννοιῶν, καὶ λογισμῶν, οὕτως εἰπεῖν τῷ Θεῷ τοὺς λόγους τῆς εὐχῆς τοὺς περὶ μεγάλων, καὶ ἐπουρανίων, μεγάλους καὶ ἐπουρανίους, etc. Sic etiam lib. vii *Contra Cels.*, p. 726, Χριστιανὸς... ἐν παντὶ τόπῳ εὐχόμενος, μύσας τοὺς τῆς αἰσθήσεως ὀφθαλμοὺς, καὶ ἐγείρας τοὺς τῆς ψυχῆς, ὑπεραναβαίνει τὸν ὅλον κόσμον,... εἰς ἐπουράνιον γενόμενος τῇ διανοίᾳ τόπον, etc. Confer Clem. Alex. *Str.* vii, p. 854.

Ibid., lin. 14, *μεταμορφουμένην*. Lege μεταμορφουμένους, sc. ὀφθαλμοὺς τοῦ διανοητικοῦ, supra. — Ita prior legerat Bentleius. Ruæus.

Ibid. D, lin. 5, *ἐν αὐτῷ*. Respicit hic Origenes ad Apostoli verba Rom. viii, 9, ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι. Ita enim ipse tom. xiii *in Matth.*, num. 2, his citatis, adnotat, ἡ ψυχὴ τοῦ μὲν ἁμαρτωλοῦ ἐν σαρκί ἐστι, τοῦ δὲ δικαίου ἐν πνεύματι. Et similiter *Comm. in Joan.* tom. i, num. 30, ἀμφότερα ἕν,... λέγω ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐφ' ὧν ἀνακέκραται τῷ πνεύματι ἡ ἑκάστου ψυχὴ, καὶ γέγονεν ἕκαστος τῶν σωζομένων πνευματικός. Sic etiam *Περὶ ἀρχῶν* iii, 4, ***Anima cum se spiritui junxerit, in spiritu esse homines facit, et propter hoc spirituales nominari.***

Col. 445 A, lin. 1, *Ἱερεμίαν*... λέγοντα. Duo hic loca, immutatis paulum verbis, in unum conflavit Origenes sub Jeremiæ nomine, cum priora tantum illa, οὐ τοῦτο ἐνετειλάμην, Jeremiæ sint; posteriora vero, ἕκαστος... μνησικακείτω, quæ ad rem pertinent, e Zacharia petantur; sed neque hic solum, nec e Patribus solus, hoc fecit Origenes. V. Heinsii Proleg. ad *Exerc. sac.* Sic vero in *Constit. apost.* ii, 53, sub Jerem. nomine citantur verba Zachariæ viii, 17.

Ibid., lin. 4, *τῆς*. Lege γῆς, sicut habent LXX, ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ita apud Epiph. in *Ancor.*, sect. 113, ἐν τῇ Χαναὰν καὶ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ legitur pro ἐν γῇ Χαναὰν καὶ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, uti habent editt. omnes τῶν Ο' in *Exod.* xii, 40. Ortus vero est, opinor, hic error e litterarum Τ et Γ, in mss. codd. similitudine; unde etiam particulas τε et γε in hoc libello sæpe permutatas observavimus.

Ibid., lin. 6, *ἀπὸ μνησικακίας*. Legendum plane est e contrario ἀπ' ἀμνησικακίας. Sic vero num. 30 μνησικακεῖν scribitur pro ἀμνησικακεῖν. His autem consona habet Clem. Al. *Strom.* vii, p. 884, οὐδέπω δὲ ἀπαθεῖς, ἣν μὴ ἀμνησίκακοι τέλεον γενόμενοι, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν, προσεύξωνται καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν. Atque ita ferme scholia in Orat. Domin., εἶτα δυσωπῶν ὁ λόγος ἀμνησικακεῖν,... εἰ γὰρ μὴ ἐνδύσηταί τις τῆς ἀμνησικακίας ἀρετὴν, οὐ δύναται τυχεῖν ἀφέσεως. — Hanc emendationem prior excogitavit Bentleius. Ruæus.

Ibid., lin. 14, *ἐνορῶν*. Vitiose hoc a librario scriptam opinor pro ἐν οὐρανῷ. Nam Origenes hic respicere videtur a Salomonis verba III Reg. viii, 30, σὺ εἰσακούσῃ ἐν τῷ τόπῳ τῆς κατοικήσεώς σου, ἐν τῷ οὐρανῷ.

Ibid., *ἰδοὺ πάρειμι*. Hæc sunt Isaiæ verba lviii 9, de quibus idem fere quod hic notat Origen. *in Joan.* tom. xxviii, num. 5, τοῖς ἀξίοις εὐχομένοις τοιαύτη τις λέγεται ὑπὸ Θεοῦ περὶ τῆς εὐχῆς αὐτῶν ἐπαγγελία, καὶ ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. Similiter vero Clem. Al. *Str.* vii, p. 861, ἐπικαλέσεται (ὁ γνωστικός) τὸν Πατέρα· ὁ δὲ ἐγγὺς καὶ ἔτι λαλοῦντος πάρεστι.

Ibid., lin. 1, *πρὸ αὐτοῦ*. Legendum esse opinor, ἐπὶ τοῦ πρώτου πειρασμοῦ, scilicet Job i, 22, nam præcedentia citat ex Job xi, 10, ubi de secunda tentatione agitur. Sic autem πρὸ αὐτοῦ pro πρώτης scriptum invenies, num. 12. Notat vero hic Origenes verba illa, τοῖς χείλεσι, ap. LXX interp. non de prima, sed de secunda tantum Jobi tentatione dici; atque ita quidem ipse postea num. 30 exhibet, quemadmodum etiam nunc in edit. Rom. exstant. Ex his igitur liquet verba, τοῖς χείλεσι, quæ in editt. Complut., Ald. et Oxon. leguntur Job. i, 22, interpolationem esse post Origenis ævum e cap. ii, 10, factam.

Ibid., lin. 3, *ὅ*. Lege ὧν... μηδέν, quod flagitat constructio. — Contra legendum ex ms. codice ὁ δὴ προστάσσων μὴ δεῖν γίνεσθαι. Neque enim in codice ms. legitur μηδέν, ut habet editor Londinensis, sed μὴ δεῖν. Ruæus.

Ibid., lin. 8, *ἀνακραθῆναι*... *τῷ πνεύματι*. Sic *Comm. in Joan.* tom. i, num. 30, ἀνακέκραται τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἡ ἑκάστου ψυχὴ, καὶ γέγονεν ἕκαστος τῶν σωζομένων πνευματικός.

Ibid., lin. 11, *λέγοντος*. Lege λέγοντι, scilicet, τῷ πεπληρωκότι. Ita *Contra Cels.*, p. 586.... τοῦ πληρώσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ εἰπόντος, οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; etc. Λέγοντι legendum esse prior monuerat Bentleius. Ruæus.

Ibid., lin. 13, *ἔτι*. Cum in cod. Holm. (ut et in aliis) ἔτι et ἔστι simili fere litterarum ductu scribantur, deceptus hic editor Oxon. pro ἔτι exhibuit ἔστι, quod totius sententiæ vim enervat. Hoc jam monuimus ad hunc locum. Ruæus.

Ibid., lin. 14, *μέσον τῶν μὴ γινωσκόντων*. Respicit ad verba Baptistæ, Joan. i, 26. Sic vero *Contra Cels.* lib. v, p. 586, ὅς (Χριστός) μετὰ τῶν πανταχοῦ προσπεφυκότων αὐτῷ ὢν, ἤδη δὲ καὶ μετὰ τῶν οὐκ εἰδότων αὐτὸν πανταχοῦ ἐστι· καὶ τοῦτό γε ὁ Ἰωάννης δηλοῖ,... μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.

Ibid. D, lin. 7, *εὐξάμενος*. Lege εὐξόμενος, sicut mox sequitur ἐσόμενος. — Ita prior legerat Bentleius. Ruæus.

Col. 448 B, lin. 7, *ὕων*. Ita scripsit librarius,

fortasse pro υἱῶν, vel etiam pro ὑμῶν, quod in præcedentibus omiserat; nam hæc, ut opinor, vera est lectio, δίδωσιν ὁ Πατὴρ ὑμῶν τὸ ἀγαθὸν δόμα ἐξ οὐρανοῦ.

Ibid., lin. 9, *ἄγγελοι*. Quod de angelis sanctisque mortali hac vita functis hic dicit Origenes, eos scilicet de piorum hominum salute sollicitos preces suas illorum precibus adjungere, idipsum postea repetit num. 31. His vero consona habet in lib. VIII *Contra Cels.*, num. 34 : Εἰ δὲ καὶ πλῆθος ποθοῦμεν, ὧν φιλανθρώπων τυγχάνειν θέλομεν, μανθάνωμεν ὅτι χίλιαι χιλιάδες... αἵτινες συμπράττουσι τῇ σωτηρίᾳ... γνησίως εὐχομένων, etc. Et ibid. num. 64 : Τῷ ἐξευμενίζεσθαι τὸν Θεὸν ἕπεται εὐμενεῖς ἔχειν πάντας τοὺς ἐκείνου φίλους, ἀγγέλους, καὶ ψυχάς, καὶ πνεύματα· συναίσθονται γὰρ τῶν ἀξίων,.... καὶ συμπράττουσι,..... καὶ συνεύχονται, καὶ συναξιοῦσι, etc.

Ibid., lin. 12, *αἵτε τῶν προκεκοιμημένων ἁγίων ψυχαί*. Hæc verba contra codicis fidem loco movit editor Oxon. et longe inferius post δικαιοσύνης collocavit; atque tum postea luxata resarcire volens, post προσφέροντος de proprio addidit αὐτοῦ, et post ψυχαὶ adjecit συνεύχονται· Ἱερεμίου δέ. Miro quidem conatu; unde nihil demum factum video, nisi quod utriusque loci, per se satis sani, tum sensum, tum syntaxin perverterit. — Hoc jam fuit a nobis observatum. RUÆUS.

Ibid., lin. 14, *Τωβήτ*. Ita hoc nomen semper in hoc libello scribitur, ut et *Contra Celsum*, p. 591, atque ita habent LXX ed. Complut. At in ed. Ald., Rom. et Oxon., rectius legitur Τωβίτ. Vide Drusium *in Tobit*.

Ibid. C, lin. 1, *εἰσηκούσθη*. In cod. H perperam scribitur εἰσήκουσε, quod nos ex editt. τῶν Ο', Rom., Ald. et Complut. emendare non dubitavimus. Habet vero cod. Alex., εἰσήκουσε Κύριος τῆς προσευχῆς.

Ibid., lin. 3, *μεγάλου Ῥαφαὴλ, καί*. Ita habent LXX in editt. Rom. et Oxon.; sed rectius Complut. et Ald., μεγάλου Θεοῦ, καὶ ἀπεστάλη Ῥαφαήλ.

Ibid., lin. 4, *ἰάσασθαι*. Hoc respiciens Origenes in *homil.* 14 *in Num.* dicit : *Satis age quomodo assumaris ad societatem Mich. archangeli, qui orationes sanctorum offert Deo; vel certe ut assumaris in societatem et officium Raphaelis, qui medicinæ præest*, etc. Confer lib. I, c. 8, *Περὶ ἀρχῶν*.

Ibid., lin. 14, *Ἱερεμίου δέ*. Dixerat supra angelos sanctosque hac vita functos τοῖς εὐχομένοις συνεύχεσθαι· dato autem angeli comprecantis exemplo in Raphaele, Ῥαφαὴλ μὲν προσφέροντος, sancti nunc defuncti exemplum exhibet in his, Ἱερεμίου δέ. His autem consona habet Origen. *Comm. in Joan.* tom. XIII, num. 57 : Φαίνεται δὲ μέλειν τοῖς προεξεληλυθόσι τὸν βίον τοῦτον ἁγίοις περὶ τοῦ λαοῦ, ὡς ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς γέγραπται, μετὰ πλεῖστα ὅσα ἔτη τῆς Ἱερεμίου ἀναλήψεως, οὗτός ἐστιν Ἱερεμίας ὁ τοῦ Θεοῦ προφήτης, ὁ πολλὰ εὐχόμενος περὶ τοῦ λαοῦ.

Col. 449 A, lin. 9, *νοεῖν τε κυρίως*. Lege νοεῖν, κυρίως τε. — Ms. habet νοεῖν, τότε κυρίως, etc., et ita fert editio nostra. RUÆUS.

Ibid., lin. 10, *τούτῳ τελειουμένων*. Deesse hic videtur τότε· vult enim Origenes illas virtutes, quæ in hac vita inchoantur, consummari demum in futura vita; lege igitur, τῶν προπαρεσκευασμένων ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, τότε τελειουμένων, nam respicit ad Apostoli verba supra citata, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Ita fere num. 25, τοῦ τελείου τότε φανερωθησομένου, ὅτε πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὁ νοῦς προσβαλεῖ τοῖς νοητοῖς. Omissum vero opinor illud τότε propter syllabarum vicinarum τῷ τε similitudinem.— Nihil deest, uti liquet e præcedenti nostra observatione. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 10, *γυμνιτεύειν*. Lege γυμνητεύειν.

A Ibid., lin. 12, *τῇ ἐφ' ἑαυτὸν ἀναφορᾷ*. Eodem fere modo de hac re disserit Origenes *homil.* 14 *in Jerem.*, Χριστὸς ἐν ἑκάστῳ τῶν μαρτύρων δικάζεται... οὔ σε φησὶν εἶναι ἐν φυλακῇ, ὅταν σὺ ᾖς ἐν φυλακῇ, ἀλλ' ἑαυτόν· οὔ σε πεινῶντα, ὅταν σὺ πεινᾷς, ἀλλ' ἑαυτόν· οὔ σε διψῶντα, ἀλλ' ἑαυτόν, etc. Et tom. XIII *in Matth.*, num. 2, Ἰησοῦς γοῦν φησι, διὰ τοὺς ἀσθενοῦντας ἠσθένουν, καὶ διὰ τοὺς πεινῶντας ἐπείνων, καὶ διὰ τοὺς διψῶντας ἐδίψων.

Ibid., lin. 13, *οἱ δὲ ἄγγελοι*. Sententia plane postulat ut legas εἰ δὲ ἄγγελοι, vel, quod melius est, εἰ δὲ οἱ ἄγγελοι. — Id jam fuerat a Bentleio observatum. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 3, *τῆς σωματικῆς*. Rectius, opinor, τὴν τῆς σωματικῆς. Contra male adderetur τήν, nam ordo verborum hic est, πρὸς ὀλίγον (supple καιρόν) τῆς σωματικῆς... ἐπιδημίας, γεγονέναι τὴν τῶν ἀγγέλων πρὸς Ἰησοῦν διακονίαν.

Ibid., lin. 5, *πόσους*. Hoc mutavit ed. Oxon. in B πόσῳ, unde nulla prorsus fit sententia. Mihi vero pro πόσους legendum videtur πῶς οὐχ· non enim de angelorum numero, sed ministerio tantum quæritur. Πῶς οὐχ εἰκὸς ἀγγέλους... μᾶλλον τῶν ἀποστόλων συνεργεῖν. *Quidni*, inquit, *par sit*, *angelos in Ecclesia propaganda stabiliendaque plus operæ quam ipsos apostolos Christo navare?* His vero consona habet Origen. *in Joan.* tom. I, num. 14 : Οὐ μίαν δὲ καὶ βραχεῖαν ἐμπιστεύονται διακονίαν εὐαγγελικὴν ἄγγελοι, οὐδὲ μόνην τὴν πρὸς τοὺς ποιμένας γεγενημένην· ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τέλει... ἱπτάμενος ἄγγελος.. εὐαγγελιεῖται πᾶν ἔθνος, etc. — Nulla causa pro πόσους legeretur πῶς οὐχ. Etsi enim de ministerio angelorum hic quæratur, non de numero, nihil obstat quominus ministrantium angelorum multitudinem obiter denotet. RUÆUS.

Ibid., lin. 7, *κατὰ ἕνα ἕνα*. Ita LXX Interp. phrasin Hebræam לאחד אחד apte reddiderunt Is. XXVII, 12, συναγάγητε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ κατὰ ἕνα ἕνα ed. C Complut., vel καθ' ἕνα ἕνα ed. Oxon., nam in Ald. et Rom. alterum ἕνα omittitur. Hæc autem phrasis, καθ' ἕνα ἕνα, idem hic valet quod εἰς ἓν in loco Joannis parallelo XI, 52, ἵνα τέκνα Θεοῦ συναγάγῃ εἰς ἕν.

Ibid., lin. 9, *ἐπικαλουμένους*. Adde, vel subaudi saltem, τὸν Θεόν. Sic Act. VII, 59, ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον ἐπικαλούμενον (subaudi Κύριον) καὶ λέγοντα.

Ibid., lin. 10, *συνεργεῖν*. Sic in lib. VIII *Contra Cels.*, p. 767, συμπράττουσι (ἄγγελοι) τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Θεόν,... οἰόμενοι αὐτοῖς δεῖν ὑπακούειν, καὶ ὥσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος ἐπιδημεῖν ἐπ' εὐεργεσίᾳ καὶ σωτηρίᾳ τῶν εὐχομένων Θεῷ. Et *Comm. in Joan.* tom. XXXII, num. 10, Ἰησοῦς πέμπει οὐ μόνον ἁγίους, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλους,... οὐ γὰρ ἁμαρτησόμεθα τὸ, ἀπόστολος, ὄνομα τάσσοντες καὶ περὶ τούτων, περὶ ὧν γέγραπται, πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, etc. Confer. *homil.* 11 *in* D *Num.* et *hom.* 23 *in Lucam*.

Ibid., lin. 12, *προεστῶτας..... ἀγγέλους λέγεσθαι*. Hæc verba primo intuitu significare videntur Ecclesiarum septem Asiaticarum episcopos ideo dictos fuisse angelos, quod angelorum instar earum tutelam susceperint (in qua quidem sententia sunt quarti sæculi Patres, Epiphanius, Hilarius Diac., Augustinus, aliique serioris ævi haud infimæ notæ interpretes) ; attamen, re perpensa, id tantum horum exemplo angelorum probatum hic voluisse arbitror Origenem, quod ante dixerat, angelos sc. ipsos Ecclesiæ administrationi præesse, atque ejus incremento commodisque operam dare : siquidem in Apocalypsi Ecclesiarum septem præsides diserte appellantur angeli. Voluit utique Origenes binos esse Ecclesiæ cujusque præsides, alterum hominem, alterum angelum : angelos vero præsides in Apocalypsi designari existimavit. Sic enim *in Numeros homil.* 11 : « Offerunt, inquit, angeli pri-

mitias unusquisque Ecclesiæ suæ : quibus angelis et Joannes in Apocalypsi scribere videtur; verbi gratia, Angelo Ecclesiæ Ephesiorum, vel Smyrnæorum, vel Laodicensium, aliarumque, quæ scriptæ sunt. Offert ergo unusquisque angelorum primitias vel Ecclesiæ, vel gentis suæ, quæ ei dispensanda commissa est. » Itidem *hom.* 20 : « Secundum ea quæ Joannes in Apocalypsi scribit, unicuique Ecclesiæ generaliter angelus præest, qui vel collaudatur pro bene gestis populi, vel etiam pro delictis ejus culpatur. » Similiter etiam *hom.* 13 *in Lucam :* « Per singulas Ecclesias bini sunt episcopi, alius visibilis, alius invisibilis;... et quomodo homo, si commissam sibi dispensationem bene egerit, laudatur a Domino; si male, culpæ et vitio subjacet : sic et angelus. Scriptum est enim in Apocalypsi Joannis, » etc.

Col. 452 A, lin. 14, *εὐξομένῳ*. Lege εὐξαμένῳ, *orante.* Ita supra, ἐπακούσαντος τῆς εὐχῆς τοῦ εὐξαμένου. — Ita prior emendaverat Bentleius. Ruæus.

Ibid. B, lin. 6, *τῷ πιστῷ δ.* Lege τοῦ πιστοῦ δεδεημένου. — Ego mallem τοῦ πιστῶς δεδεημένου. Nam in codice ms. legitur πιστῶς, non πιστῷ. Ruæus.

Ibid., lin. 9, *συνεύχεται, καὶ συμπράττει.* Ita *Contra Cels.*, pag. 789, συναίσθονται (ἄγγελοι) τῶν αξίων, καὶ συμπράττουσι,... καὶ συνεύχονται, καὶ συναξιοῦσι, etc.

Ibid. C, lin. 6, *ἤ*. Lege *καί*. Corruptus vero videtur totus hic locus; nempe, deest verbum aliquod post πίστει, et illud ἁγίου, quod post εὐχομένου sequi debuit, post πρόεισι demum inepte adjicitur. Sic igitur restituendum opinor, ἀπὸ τῆς τοῦ εὐχομένου ἁγίου ψυχῆς τῇ γνώσει, καὶ τῷ λόγῳ, καὶ τῇ πίστει πεμπόμενον πρόεισι, τιτρῶσκον.

Ibid., lin. 12, *ὁ συνάπτων... ἔργοις τὴν εὐχήν*. Eodem fere modo hæc Apostoli verba, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, explicat Origenes *in Matth.* tom. XVI, num. 22, οὐδὲν ἄλλο δεῖ εἶναι ἐν Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ, ἢ εὐχὴν πάσης ἁγίας πράξεως,... εἰς εὐχὴν παρὰ Θεῷ λογιζομένης, καθὸ καὶ τὸ, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, δυνατόν ἐστι.

Ibid. D, lin. 4, *οὐκ ἔλαττον*. Mutilus plane est hic locus, cum nihil sit ad quod referatur verbum ὀφείλουσι· non igitur dubito quin legendum sit, εὐχαὶ δὲ οὐκ ἔλαττον, nimirum, vox εὐχαί a præcedente εὐχή absorpta est. — Magis nativa est emendatio Bentleii qui tantum pro ὀφείλουσιν, legit ὀφείλουσα. Ruæus.

Col. 453 A, lin. 2, *τρίς*. Ita Clem. Alex. *Str.* VII, p. 854, τινὲς τακτὰς ὥρας ἀπονέμουσιν εὐχῇ, ὡς τρίτην, καὶ ἕκτην, καὶ ἐνάτην.

Ibid., lin. 3, *τὴν ἕκτην*. Lege περὶ τὴν ἕκτην ὥραν, vel, περὶ ὥραν ἕκτην, sicut exstat Act. X, 9; sic autem legit ipse Origenes *Contra Cels.* lib. II, pag. 386.

Ibid., lin. 4, *ὥρα*. Lege ὁρᾷ. Cæcutiens sc. librarius omisit ὥραν in lin. præcedent.; hic autem pro ὁρᾷ posuit ὥρα.

Ibid., lin. 5, *τέτρασιν ἀρχαῖς καθιέμενον*. Ita ms.; sic etiam habet Actorum cod. antiquus, ed. Hearn; sed per scribæ plane, tum hic, tum illic, incuriam, pro τέτταρσιν, vel τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον, uti in editt. legitur Act. X, 11. Atque ita plane legit ipse Origen. *Contra Cels.*, p. 386, nec multo aliter Clem. Al. *Pæd.* II, p. 175, σκεῦος τέτταρσιν ἀρχαῖς ἐκδεδεμένον.

Ibid., lin. 6, *τὴν πρὸ αὐτοῦ παρὰ τοῦ Δαυὶδ λεγομένην*. Corruptissimus est hic locus, quem sic restituo, τῆς πρώτης καὶ παρὰ τῷ Δαυὶδ λεγομένης, τὸ πρωΐ. — Modo pro παρὰ τοῦ Δαυίδ legatur παρὰ τῷ Δαυίδ, nullo aliunde vitio laborare mihi videtur hic locus. Ter saltem orandum monet Origenes. Prima oratio ex illo fit media nocte. Secundam, quam mediam vocat, circa horam sextam peragebat Petrus; quam et ante illum dicit Origenes apud Davidem commemorari his verbis : « Mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi et videbo. » Tertia et ultima significatur his verbis : « elevatio manuum mearum, » etc. Ruæus.

Ibid. B, lin. 2, *τάχα οὐκ*. Idem fere dicit Origenes *in Joan.* tom. XIII, num. 1 : Τάχα γὰρ δόγμα τί ἐστι, μηδένα λαμβάνειν θείαν δωρεὰν τῶν μὴ αἰτούντων αὐτήν· καὶ αὐτὸν γοῦν τὸν Σωτῆρα διὰ τοῦ ψαλμοῦ προτρέπει αἰτεῖν ὁ Πατὴρ, ἵνα αὐτῷ δωρήσηται. Sic et *in Matth.* tom. XVI, num. 5 : Εὐαγγέλια... εἰσάγοντα τὸν Σωτῆρα εὐχόμενον περί τινων δυνάμεων, ἵνα αὐτῷ ὑπαρχθῇ.

Ibid., lin. 3, *ἀμελῇ*. In codice ἀμελῶν scriptum videtur, non ἀμελῇ, quod habet ed. Oxon. Est autem dictio hic elliptica, quam ex præcedentibus sic suppleas, τίς ἡμῶν (λήψεται, vel, τεύξεται, ὧν αἰτεῖ) ἀμελῶν τοῦ εὔχεσθαι; Sed et addito articulo ὁ satis commoda fiet lectio, sc. τίς ἡμῶν ὁ ἀμελῶν τοῦ εὔχεσθαι; *quis e nobis est, qui preces negligat?* — Cl. Walker nihil aliud in codice vidit quam ἀμελῇ. Ruæus.

Ibid. C, lin. 5, *τῶν ἑαυτῶν*. Ms. ἑαυτῷ, quod mutavit ed. Oxon. in τῶν ἑαυτῶν, unde nulla omnino fit sententia. — Bentleius jam ante suspicatus erat legendum ἑαυτῷ, non ἑαυτῶν. Ruæus.

Ibid., lin. 7, *τῷ Μωϋσῇ συναριθμηθέντος*. Idem de Moyse vicissim dicit Origen. *in Reg. :* Μωϋσῆς συνεζευγμένος τῷ Σαμουήλ. Respicit vero ad Jeremiæ verba XV, 1, ἐὰν στῇ Μωϋσῆς καὶ Σαμουὴλ πρὸ προσώπου μου,...

Ibid., lin. 9, *ἄπαις τυγχάνων*. Hoc colligit Origenes ex Ezechiæ e morbo recreati verbis Isa. XXXVIII, 19 (secundum LXX), ἀπὸ γὰρ τῆς σήμερον παιδία ποιήσω. Sic enim in loco consimili *Contra Cels.*, p. 775 : Εἰ δὲ περὶ ἀπαιδίας δεῖ λέγειν... τινὲς γεγόνασι πατέρες, ἢ μητέρες, τὰς περὶ τούτου εὐχὰς ἀναπέμψαντες τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ.... ἀναγνώτω τὰ περὶ Ἐζεκίου, οὐ μόνην ἀπαλλαγὴν νόσου λαβόντος, κατὰ τὰς Ἡσαΐου προφητείας, ἀλλὰ καὶ τεθαῤῥηκότως εἰπόντος τὸ, ἀπὸ γὰρ τοῦ νῦν παιδία ποιήσω. Atqui aliud plane sonant Hebraica. Cæterum ex sacra historia non constat Ezechiam ullos procreasse liberos ante Manassem, quem tribus post morbum annis ex Hephziba suscepit.

Ibid., lin. 12, *Ἀμμάν*. Lege Ἀμάν, sicut recte legitur num. 16.

Ibid. D, lin. 1, *Ἰουδήθ*. Ita semper cod. H, ut et LXX ed. Ald. atque ipse Origen. *in Jer.* Rectius vero *in Joan.* tom. II, num. 16, legit Ἰουδίθ, uti exstat in editt. τῶν Ο′ Rom. et Oxon.; nam in Complut. legitur Ἰουδείθ.

Col. 456 A, lin. 1, *τε*. Rectius videtur Ἀνανίας δέ.

Ibid., lin. 5. *φιμοῦνται*. Ms. male φημοῦνται.

Ibid., lin. 12, *ἄγονοί τε γάρ*. Ita habet codex ms., sed male, ut opinor, pro ἄγονοι τοιγάρ.

Ibid. B, lin. 14, *δυσπεριγενήτοις*. Forte καὶ δυσπεριγενήτοις.

Ibid. C, lin. 6, *ἐφίμωσαν*. Mss., ἐφήμωσαν. Lege vero ἐφιμώσαμεν, quod liquet ex præcedente et mox sequente ἡμῶν.

Ibid., lin. 14, *ὑπό*. Editio Oxon. ἀπό, sed legendum ὑπό. Ita Apostolus II Cor. V, 4, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. Sic autem supra num. 12, ἐνιέμενον ἀπὸ (pro ὑπὸ) τῶν ἀντικειμένων scribitur.

Ibid. D, lin. 5, *ἀποτρέποντι*. Ms., male, ἀποτρέπονται, sicut habet ed. Oxon.; est enim μοὶ... ἀποτρέποντι,... καὶ παρακαλοῦντι. — Walkerus in codice ms. legit ἀποτρέποντι. Ruæus.

Col. 457 B, lin. 2, *κάμινος... Αἴγυπτος*. Hæc sunt verba Moysis Deut. IV, 20; eadem vero repetit Jerem. XI, 4, ad quæ Origen. *hom.* 9 hæc notat, ἡμᾶς ἐξήγαγεν ὁ Θεὸς ἐκ τῆς Αἰγύπτου, ἐκ τῆς καμίνου σιδηρᾶς... πνευματικῶς γὰρ καλεῖται Αἴγυπτος.

Ibid. C, lin. 6, *καὶ καταλαβὼν τε ὅτι ἐκεῖνον.*

Deleas hic oportet vel καί vel τε. Vult autem Origenes cetum illum qui Jonam absorbuit, typum fuisse istius μεγάλου κήτους Job. III, 8, per quem allegorice diabolum intelligit. Sic enim *homil.* 8 *in Levit.* hæc Jobi verba citans dicit: « Vides quomodo in Spiritu sancto [Job] prædixit de magno ceto, quem interfecturus esset Dominus, cujus typus erat cetus ille Jonæ; unde et Dominus, qui interfecturus erat cetum istum diabolum, dicit: « Sicut enim Jonas, » etc.

Ibid., lin. 10, *ἐξελεύσεται*. Ms., ἐξελεύσηται. — Walkerus in cod. ms. legit ἐξελεύσεται. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 2, *πρὸς τοὺς... τῇ*. Ordo certe melior, τῇ πρὸς τοὺς μετανοοῦντας ἀποτομίᾳ.

Ibid., lin. 7, *καὶ ἴδετε*. Hæc omisit librarius, quæ nos, flagitante sententia, inserenda esse judicavimus ex I Reg. XII, ubi sic legitur, καὶ νῦν κατάστητε, καὶ ἴδετε.

Col. 460 A, lin. 1, *ποιεῖ*. Lege ποιήσει. Habent autem LXX ποιήσει ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν.

Ibid., lin. 2, *Κύριον*. Τὸν Κύριον LXX.

Ibid., lin. 4, *Κύριον*. Lege sicut ante, τὸν Κύριον, sine πρός, nam ita semper habent οἱ Ο', uno tamen loco excepto, Os. VII, 7, ubi nescio quomodo legitur ἐπικαλούμενος πρός με.

Ibid., lin. 9, *ὁ θερίζων*. Vides illud καί, quod in editis Joan. IV, 36, ante ὁ exstat, hic deesse, sicut et in cod. Cant. et Colb. 8 ap. Mill. deest. Non est vero quod mireris hunc a Millio locum non esse notatum, cum ille particulam καὶ in ed. Oxon. contra codicis fidem, additam repererit.

Ibid., lin. 10, *δὴ τούτῳ*. Lege δὲ τούτου, scilicet πνευματικοῦ. Ita enim hæc Christi verba explicat Origen. t. IX *in Rom.*: Δὶς ὁ θερισμὸς ὀνομασθεὶς, κατὰ μὲν τὸν πρότερον, ἐπὶ τὸν σωματικὸν ἀναφέρεται· κατὰ δὲ τὸν δεύτερον, ἐπὶ τὸν πνευματικόν.

Ibid., lin. 12, *πρός*. Lege τὸν Κύριον sine πρός.

Ibid., lin. 15, *παντί τῳ*. Male hæc inversa exhibuit ed. Oxon. τῷ παντί. Sed legendum opinor hic sicut paulo ante, παντὶ ἁγίῳ κ.

Ibid. B, lin. 4, *πάντα τε*. Lege πάντα γε, vel πάντα δέ.

Ibid., lin. 9, *αἰτῶμεν αὐτάς*. Scilicet εὐχάς. Atqui minus recte dicimur αἰτεῖν εὐχάς. Pro αἰτῶμεν igitur legendum opinor ἐπιτελῶμεν, sicut mox sequitur, ὡς ἐκεῖνοι ἐπετέλουν. Ita vero num. 12, εὐχαὶ τρὶς... ἐπιτελεῖσθαι ὀφείλουσι Et num. 13, ἡ περὶ τῶν μυστικῶν εὐχὴ ἐπιτελεῖται. — Vide aliam non minus ingeniosam quam Bentleius proponit hujus loci emendationem. RUÆUS.

Ibid., lin. 10, *κατὰ τὸ ἀληθές*. Ita fere Origen. *Comm. in Joan.* tom. XXVIII, num. 4: Εἴπερ μιμητὴς Χριστοῦ ἐστι Παῦλος, καὶ οἱ παραπλήσιοι αὐτῷ, ἀνάγκη τὸν κατὰ μίμησιν τῆς Χριστοῦ εὐχῆς εὐξάμενον, ἄραντα τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς, καὶ ἀναβιβάσαντα αὐτοὺς ἀπὸ τῶν τῇδε πραγμάτων .... οὕτως εἰπεῖν τῷ Θεῷ τοὺς λόγους τῆς εὐχῆς τοὺς περὶ μεγάλων, καὶ ἐπουρανίων, μεγάλους καὶ ἐπουρανίους.

Ibid., *τυπικῶν*. Respicit hic ad ea quæ de Annæ aliorumque sanctorum precibus dixerat, dicitque magna illa quæ ii per preces suas consecuti sunt, parva tantum symbola et typos fuisse τῶν μεγάλων καὶ ἐπουρανίων, quæ nos petere jussit Christus. — Pro τυπικῶν Bentleius legit τυπικῶς. RUÆUS.

Ibid., lin. 11, *περί*. Hoc misso, rectius legas διὰ τῶν ἐπιγείων.

Ibid., lin. 14, *αἰτήσατε ἵν' αὐτῶν*. Dormitans hic librarius nonnulla omisit, uti liquet ex sequentibus; quocirca sic restituendum esse opinor hunc locum, αἰτήσατε ΤΑ ΜΕΓΑΛΑ ΚΑΙ ΕΠΟΥΡΑΝΙΑ, ἵν' αὐτῶν τυχόντες, ὡς ΕΠΟΥΡΑΝΙΩΝ, βασιλείαν..., καὶ, ὡς μεγάλων, τῶν. Vix enim aliter loco aptam efficies sententiam. — Vide aliam hujus loci emendationem a D. Claudio Fleury propositam. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 3, *ἐπιχορηγήσῃ*. Lege ἐπιχορηγήσει. — Ita legendum jam monuerat Bentleius. RUÆUS.

A

Ibid., lin. 13, *τὴν ἐλλείποντος*. Lege τὴν περὶ ἐλλείποντος. Sic in sequentibus, προσευχὴν, τὴν περὶ μειζόνων ... ἔντευξιν δὲ, τὴν ... περί τινων.

Col. 461 A, lin. 3, *ὑπό του*. Ita cod. ms. In edit. vero Oxon. legitur ὑπὸ τοῦ, addito ἐπικινδυνευομένου· sed nec προσευχῆς definitio id postulare videtur, nec causam video cur προσευχή sit τοῦ κινδυνευομένου magis quam vel δέησις vel ἔντευξις· ab exemplis certe quæ sequuntur non apparet; ὑπό του vero idem sonat, quod ὑπό τινος. Ita Phavorinus, του, εἰ λαμβάνεται ἀντὶ τοῦ τινὸς, ἐγκλίνεται, οἷον, παρά του, ἀντὶ παρά τινος. Sed fortasse librarii hic incuria mutatus verborum ordo sic est restituendus, ἀναπεμπομένην· ἔντευξιν δὲ, τὴν ὑπὸ τοῦ παρρησίαν τ. π. ἔχοντος. — Legendum ὑπό του jam fuit a nobis observatum. RUÆUS.

Ibid., lin. 9, *ὁ Γαβριήλ*. Deesse opinor τοῦ, nam

B ita certe rectius legatur, ὁ τοῦ Γαβριὴλ ... λόγος.

Ibid. B, lin. 1, *Θεοῦ*. Θεοῦ αὐτοῦ LXX.

Ibid., lin. 2, *θυμῇ*. Lege θυμοῦ, sicut recte habent editt. τῶν Ο'.

Ibid. C, lin. 3, *πᾶσαι*. Deest καί, nam rectius LXX, πάντα τὰ ἔργα σου, καὶ πᾶσαι.

Ibid., lin. 13, *Ἀββακούμ*. Sic scriptum legitur hoc nomen apud Cyrill. *catech.* 12 et 14, ac apud Euseb. *De loc. Hebr.* in vv. *Κεειλά* et *Γαβαάς*· atque ita LXX ed. Ald. At in Complut. legitur Ἀββακούκ. In Rom. vero et Oxon. Ἀμβακούμ, atque sic quoque habet Euseb. *Dem. ev.* IV, 16; VI, 14, ut et ipse Origen. lib. IV, c. 2, *Περὶ ἀρχῶν* (uti verba ejus citat Justinian. in ep. ad Menn. *Concil.* tom. V, col. 673), Ἡμεῖς οἰόμεθα, ὅτι καὶ ἐν τῇ ᾠδῇ Ἀμβακοὺμ, ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ, περὶ Χριστοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος [supple νοητέον]; non enim dubito quin hæc fuerint Origenis verba, etsi in Rufini versione ibi non appareant; nimirum, hæc

C pro more suo omisit Rufinus; reliqua vero, quæ citat Justinianus, retinuit; atque hæc ipsa quidem in loco huic gemino (*Περὶ ἀρχῶν* I, 3) exhibet Rufinus, : sc. « Nos vero putamus etiam illud, quod in Cantico Abacuc dictum est, *In medio duorum, vel animalium, vel duarum vitarum, cognosceris*, de Christo et de Spiritu sancto sentiri debere. » Quod vero dicit Justinianus, Origenem hinc probatum voluisse, Filium et Spiritum sanctum esse creaturas, non est quod credamus; neque enim ex verbis quæ profert, id apparet, et (si qua omnino fides interpreti Rufino sit habenda) tota utrobique orationis series eo dirigitur, ut demonstret e contrario, Filium et Spiritum sanctum creaturarum numero esse eximendos.

Ibid., lin. 14, *φωνήν*. In editt. omnibus τῶν Ο' legitur ἀκοήν, atque ita quidem sonat vox Hebræa.

Ibid. D, lin. 1, *ζώων*. Ita editt. τῶν Ο'. Eusebius vero *Dem. ev.* VI, 15, alteram probat lectionem, sc. ζωῶν, *vitarum*. Πληθυντικῶς, inquit, ἐνταῦθα

D καὶ περισπωμένως τῶν ζωῶν ἀπὸ ἑνικοῦ, τῆς ζωῆς, ὀνόματος ἐξακουομένων..... δύο οὖν, φησί, ζωῶν μέσον γνωσθήσῃ, μιᾶς οὔσης τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς, καὶ θατέρας τῆς κατ' ἄνθρωπον. Atque ita legit Theodorit., ζωῶν, *vitarum*, hanc sc. et futuram vitam intelligens; sicut et Cyrill., Hieros. *catech.* XII, 20, uti recte edidit cl. Touttee. Veræ autem lectionis incertus Rufinus loco supra citato utrumque posuit, « In medio duorum, vel animalium, vel duarum vitarum. » Hoc autem ambiguum (atque adeo ipsam Origenis de Christo et Spiritu sancto ex hoc loco argumentationem) recte dissolvit Theodotion, qui secundum veritatem Hebraicam sic transtulit, ἐν μέσῳ ἐτῶν ζώωσον αὐτόν, ap. Euseb., *Dem. ev.*, pag. 279.

Col. 464 A, lin. 6, *πρὸς τὸν ὤν*. Ita male cod. ms. Hæc vero in deterius mutavit ed. Oxon., sc. πρῶτον ὤν. At vera, ut opinor, lectio est, πρὸς τὸν ᾧ, vel, quod malim, πρὸς Θεὸν ᾧ... Nam respicere

videtur Origenes ad Apostoli verba I Joan. III, 21, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν. — Jam monueram legendum esse cum Bentleio πρὸς τὸν ᾧ. Ruæus.

Ibid., *προσευξόμεθα*. Lege προσευξώμεθα, sicut in editt. exstat Rom. VIII, 26.

Ibid., lin. 14, *Γαβαώθ*. In codice quidem hic, et bis postea, scribitur Γαβαώθ. Atqui editt. omnes τῶν Ο' habent Γαβαών, et sic legit ipse Origen. *in Matth.* tom. XVII, num. 2, et *hom.* 1 *in Jos.*, et *Περὶ ἀρχῶν* IV, 2, ap. Pamph. *Apol.*, quod, cum Hebræo aptius sit, inserere non dubitavi.

Ibid. B, lin. 5, *Ἐλώμ*. Ita Origen. *in Matth.* tom. XVII, num. 2, et *hom.* 1 *in Jos.* Sed ed. Complut. τῶν Ο' habet Ἐαλών, cæteræ vero Αἰλών.

Ibid., lin. 11, *ἔοικεν εἶναι ἔντευξις*. Nempe propter illam, qua usi sunt, παῤῥησίαν πλείονα, quam in ἐντεύξεως definitione posuit num. 14. At mihi quidem videtur Sampson hic προσεύχεσθαι potius, quam ἐντυγχάνειν, siquidem ἔντευξις, secundum Apostolum, est interpellatio pro alio, et non, qualis est hæc Sampsonis, pro seipso. Vide I Tim. II, 1; Rom. VIII, 27, 34; Heb. VII, 25. Intelliges autem mox, quorsum evadat hæc Origenis de propria verborum significatione λεπτολογία.

Ibid. C, lin. 2, *τὸ, ἐξομολογοῦμαι, ἴσον ἐστὶ τῷ, εὐχαριστῶ*. Eodem modo hæc Christi verba explicat Euseb. *Eccl. Theol.*, pag. 151 : Ἐν εὐαγγελίοις λεγομένου ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὸ [lege τοῦ] Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ..., φαμὲν δηλοῦσθαι τὴν ἐπὶ τοῖς νηπίοις εὐχαριστίαν, ἀντὶ τοῦ, εὐχαριστῶ σοι, πάτερ, τοῦ, ἐξομολογεῖσθαι [lege ἐξομολογοῦμαι] λεγομένου.

Ibid., lin. 7, *ἀνθρώποις*. Lege ἀνθρώποις ἁγίοις id enim ipsa sententia et antithesis quæ mox sequitur plane postulant. Sic autem paulo post, ἀνθρώποις ἁγίοις ταῦτα προσενεκτέον. Intercidit vero hic, ut opinor, ἁγίοις, eo quod simile esset *ανοις*, abbreviate scripto pro ἀνθρώποις. — Jam monuerat Bentleius pro ἀνθρώποις legendum esse ἁγίοις. Ruæus.

Ibid., lin. 14, *ἀνθρώποις*. Id est hominibus in genere, qua hominibus, sancti sint necne. Sed desideratur fortasse πᾶσιν, ut sit, ἀλλὰ δὴ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις.

Ibid., lin. 15, *ἐντευκτέον ..., ὡς ... Στέφανος, Κύριε, μὴ στήσῃς*. Stephanus hic quidem ἐντυγχάνει, verum in præcedentibus, Κύριε Ἰησοῦ,... manifeste προσεύχεται, adeo ut æque potuerit Origenes his adjicere, ἀλλὰ καὶ προσευκτέον αὐτῷ, ὡς ὁ λέγων Στέφανος, Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου, idque alias, ut opinor, dicere non dubitasset : atqui conservanda ei erat hic subtilior illa verborum distinctio, et ea, quæ mox sequitur, προσευχῆς κυριολεξία.

Ibid. D, lin. 2, *οὐδὲ αὐτῷ τῷ Χριστῷ*. Hoc, ut opinor, est effatum illud Origenis a Patribus damnatum, cujus meminit *Apologiæ* auctor anonym. ap. Photium cod. CXVII : Φασὶν αὐτὸν (sc. Origenem) παραγγέλλειν μὴ προσεύχεσθαι τῷ Υἱῷ, et Augustin. hær. 43 : « Dicit Origenes non orandum esse Filium cum Patre, quia non est auctor indulgendarum petitionum, sed supplicator; » atque etiam Theoph. Alex. in *Ep. Pasch.* 2 : « Origenes ausus est dicere, non orandum Filium, neque cum Filio Patrem. » Atque durum quidem fateor esse hoc ejus dictum, nec immerito a Patribus reprehensum; quod tamen ad sanum fortasse sensum redigi possit, si accuratius perpendamus quid per Christum, et quid per προσευχὴν hic intelligat. Per Christum igitur vult θεάνθρωπον, seu mediatorem, quatenus sc. ἀρχιερεὺς et παράκλητος noster est apud Patrem; id enim aperte tum in hac tum in sequente sectione declarat. Per προσευχὴν vero κυρίως dictam vult illam, quæ Patri mediante Christo offertur, prout ipse jussit, dicens : Οὕτως προσεύχεσθε, *Πάτερ ἡμῶν*, et, *αἰτεῖτε ἐν τῷ ὀνόματί μου*. Sub hac itaque advocati et pontificis σχέσει, atque secundum illam vocis προσευχῆς κυριολεξίαν, dicit Christum ipsum non esse orandum : his enim ita positis, Pater solus, ut *indulgendarum petitionum auctor* κυρίως est orandus; Christus vero pontifex καταχρηστικῶς, ut preces nostras ad Patrem deferat : nam si vel pontificem sine Patre, vel Patrem sine pontifice, vel etiam utrumque junctim oremus, aut personarum, aut officiorum ordinem et οἰκονομίαν violabimus. Hanc autem Origenis hic mentem esse constabit ex locis in libris *Contra Celsum* consimilibus, sc. lib. V, p. 580 : Πᾶσαν μὲν δέησιν, καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντευξιν, καὶ εὐχαριστίαν, ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ διὰ τοῦ ἀρχιερέως, ἐμψύχου λόγου καὶ Θεοῦ. Δεησόμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Λόγου, καὶ ἐντευξόμεθα αὐτῷ, καὶ εὐχαριστήσομεν, καὶ προσευξόμεθα δὲ, ἐὰν δυνώμεθα κατακούειν τῆς περὶ προσευχῆς κυριολεξίας καὶ καταχρήσεως. Et lib. VIII, p. 751 : Τὸν ἕνα Θεὸν, καὶ τὸν Υἱὸν,... ταῖς ἱκεσίαις καὶ ἀξιώσεσι σέβομεν, προσάγοντες τῷ Θεῷ τῶν ὅλων τὰς εὐχὰς διὰ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ, ᾧ πρῶτον προσφέρομεν αὐτὰς, ἀξιοῦντες αὐτὸν προσάγειν, ὡς ἀρχιερέα, καὶ εὐχὰς, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰς ἐντεύξεις ἡμῶν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ. Et pag. 761 : Μόνῳ προσευκτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, καὶ προσευκτέον γε τῷ Μονογενεῖ,... καὶ ἀξιωτέον αὐτὸν, ὡς ἀρχιερέα, τὴν ἐπ' αὐτὸν φθάσασαν ἡμῶν εὐχὴν ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν Θεὸν αὐτοῦ, καὶ Θεὸν ἡμῶν. Quorum quidem omnium hæc est summa, nempe, quod orandus est Pater, orandus et Christus pontifex; Pater vero κυρίως, pontifex καταχρηστικῶς quandoquidem hic est μεσιτείας ordo, ut ad Patrem per pontificem preces nostræ dirigantur. Hinc autem nequaquam sequitur Origenem negasse Christum ipsum, qua Deum Deique Filium, esse orandum; nam quod ad divinam ejus naturam attinet, cum æque ac Patrem et orandum et omni omnino cultu prosequendum esse sæpissime affirmat; idque vel per se solum, uti *Contra Cels.* p. 586 : Τοιοῦτος εὐχέσθω τῷ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ δυναμένῳ αὐτὸν ἰάσασθαι, vel etiam una cum Patre, *Contra Cels.* p. 750, ubi objicienti Celso, injuriam Deo a Christianis in eo fieri, quod Christum ὑπερθρησκεύουσι, sic respondet : εἴπερ ἐνενοήκει ὁ Κέλσος τὸ, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, καὶ τὸ, Ἐγὼ *καὶ σὺ ἕν ἐσμεν*, οὐκ ἂν ᾤετο ἡμᾶς καὶ ἄλλον θεραπεύειν παρὰ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν· *ὁ γὰρ Πατὴρ*, φησὶν, *ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν τῷ Πατρί*.... ἕνα οὖν Θεὸν, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, θεραπεύομεν. Et paulo post disertis verbis agnoscit (id quod iis objicit Celsus) Christianos θεραπεύειν μετὰ Θεοῦ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ. Nostri vero instituti non est de his fusius disserere; atque ideo tantum hæc adnotavimus, ut videas constare sibi posse Origenem, cum dicit modo orandum, modo non orandum esse Christum.

Col. 465 A, lin. 6, *Πάτερ ἡμῶν*. Hæc citare videtur Origenes ex Evangelio Lucæ, cujus sunt ea quæ præcedunt : attamen aliter certe se res habet : nam cum ille postea num. 18 (ubi Dominicæ Orationis formulas e Matthæo Lucaque accuratius describit) verba hæc, ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ap. Lucam non agnoscat, sed Matthæo soli ascribat, liquido apparet eum hic non Lucæ tantum verbis uti, sed, ut assolet, partim hujus, partim Matthæi verba ad rem præsentem accommodare, adeo ut priora illa, *δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι*, e Luca, posteriora vero *Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, e Matthæo proferantur. Atque ita quidem Euseb. *Comm. in Psalm.*, pag. 530, Lucæ hæc cum Matthæi verbis conjungit, *οἱ ἀπόστολοι ἠξίουν αὐτὸν διδάξαι αὐτοὺς προσεύχεσθαι* (narrante sc. Luca) ....*διό φησι πρὸς αὐτούς* (secundum Matthæum). *Οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς, Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Ne credas igitur Millio ad Luc. XI, 1, notanti, Origenem *Περὶ εὐχῆς*, p. 50 (hoc sc. in loco) verba illa, *ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, ap. Lucam agnoscere. Confer not. ad num. 18.

Ibid., lin. 7, *ἕτερος.... κατ' οὐσίαν καὶ ὑπο-*

κείμενος.... τοῦ Πατρός. Ὑποκείμενος, id est ὑποτεταγμένος, *subjectus*. Sed nusquam alias Origenes, nec ullus, quod sciam, alius e Patribus, de Filii subjectione utitur voce ὑποκείμενος; neque illa genitivum regit, sed dativum; neque etiam hic de Filii subjectione agi videtur, sed distinctione tantum, quatenus alia est a Patre persona : quocirca legendum suspicor ὑποκείμενον, ut sit, ἕτερος τοῦ Πατρὸς κατ' οὐσίαν καὶ ὑποκείμενον, *a Patre alius secundum essentiam et suppositum*, quod se alibi ait ostendisse, nempe contra Noetianos, qui affirmabant Filium οὐσίᾳ καὶ ὑποκειμένῳ ἓν esse cum Patre (*in Joan.* tom. x, num. 21); hos igitur hic quoque oppugnans dicit Filium ἕτερον esse κατ' οὐσίαν καὶ ὑποκείμενον, hoc est καθ' ὑπόστασιν, quemadmodum dicto loco se explicat; nam οὐσία et ὑποκείμενον constituunt ὑπόστασιν, seu personæ ἰδιότητα, quam ἰδίαν οὐσίαν vocat (*in Joan.* tom. II, num. 6) et ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν (*in Joan.* tom. I, sub finem num. 41, et tom. II, num. 2, et *contra Beryll.* ap. Euseb. *Eccl. Hist.* VI, 33. Vult igitur Filium, licet cum Patre ἓν οὐσίᾳ sit (*in Joan.* tom. x, num. 21), tamen κατ' ἰδιότροπον ὑπόστασιν a Patre ἕτερον esse; ita ut sint τῇ ὑποστάσει δύο πράγματα (*Contra Cels.* p. 751), unus vero essentia Deus; cum una sit illa οὐσία, quæ per ἰδιότητας distinguitur, et κατὰ περιγραφὴν alia est Patris, alia Filii : indivisa tamen, atque idcirco in utroque eadem : Pater enim, ut ait ipse Origenes, ἀδιαίρετος καὶ ἀμέριστος Υἱοῦ γίνεται Πατὴρ (ap. Euseb. *Contra Marcell.*, p. 22) et ἀχώριστός ἐστι τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατήρ (*In Matth.*, tom. XIII, num. 19). Igitur quamvis Filium dicat δευτέραν ὑπόστασιν (ap. Euseb. *loc. cit.*) atque δεύτερον Θεόν (*Contra Celsum*, p. 608), ambos tamen affirmat esse ἕνα Θεόν, *Contra Cels.*, p. 750. Quod si retinere malis codicis lectionem, ἕτερος κατ' οὐσίαν καὶ ὑποκείμενος, tum per οὐσίαν intelligas oportet hypostasin seu personam; quo in sensu vocem οὐσίαν ab ipso Origene aliisque Patribus usurpari docuit cl. Bullus in *Defens. fid. Nic.*, sect. 2, cap. 9, ut loci hujus mens sit, Filium aliam a Patre esse personam eique subjectum sive subordinatum.

Ibid., lin. 12, *ἐνάργειαν*. Male hoc mutavit ed. Oxon. in ἐνέργειαν, nempe, παρὰ τὴν ἐνέργειαν λεχθησόμενον, *præter efficaciam dicetur*, orandum esse Filium; quorum ego quidem sensum non video. At hoc plane vult Origenes, eum sc. qui Filium, et non Patrem, orandum esse affirmaverit, absurde, et παρὰ τὴν ἐνάργειαν, *præter rei evidentiam*, id dicturum esse. Hac autem phrasi sæpe utitur Origenes; E. G. *Comm. in Psalm.*, παρὰ τὸ ἐναργὲς εἶναί φαμεν. Et *in Joan.* tom. XIII, num. 21, ὡς ἠλίθιοι, καὶ παρὰ τὰ ἐναργῆ λέγοντες. Atque *in Joan.* tom. II, num. 8, τὰ ὑπ' αὐτοῦ (Ἡρακλέωνος) παρὰ τὴν ἐνάργειαν ἐπαγγελλόμενα, sic enim recte legit ex cod. Veneto Ferrarius, et e Bodleiano Grabius (*Spic.*, sæc. II, p. 86), etsi ibi quoque Huetius lectionem deteriorem, ἐνέργειαν retinuit. Atque ita quidem ap. Simplic. *in Epictet.*, c. 32, ἐνεργῶς pro ἐναργῶς editum deprehendes; sicut et in hoc ipso libello (nam alios mitto) editor Oxon. ἐνεργῶς pro ἐναργῶς ἐμφαίνειν reposuit num. 32. Vide Millium *in Ep. prim. ad Corinth.* XVI, 9, et Philem. v, 6.

Ibid. B, lin. 3, *λέγεται*. Sic habet cod. ms., uti et ed. Oxon. exhibuit : sed vera certe lectio est λείπεται, sicut ipse locus demonstrat : quippe tres in antecedentibus orandi modos proposuit Origenes, sc. ut preces nostras vel ad Filium sine Patre, vel ad utrumque simul, vel ad solum Patrem, dirigeremus : rejectis vero duobus primis, tertium nunc restare dicit nobis utendum, λείπεται τοίνυν προσεύχεσθαι μόνῳ... τῷ Πατρί.... — Jam monuerat Bentleius legendum λείπεται. RUÆUS.

Ibid., lin. 6, *ὤμοσε*. Lege ὤμοσε Κύριος, sicut legitur ps. CXIX, 4, et Hebr. VII, 21.

A Ibid., lin. 11, *οὐ χρή*. Idem de solis et stellarum cultu dicit Origen. *Contra Cels.* p. 585 : Κρίνομεν μὴ δεῖν τοῖς εὐχομένοις προσεύχεσθαι. Ibi tamen paulo post, hoc, quod stellis denegat, Christo concedit, eumque esse orandum docet, τοιοῦτος εὐχέσθω τῷ λόγῳ δυναμένῳ αὐτὸν ἰάσασθαι. Atque ipse quidem Origen. ad Christum sæpe preces dirigit; E. G. *hom.* XIII *in Exod.* : « Domine Jesu, præsta mihi, ut aliquid monumenti habere merear in tabernaculo tuo, » etc. Et *hom.* 5 *in Levit.* : « Dominum meum Jesum invocare me oportet, ut quærentem me faciat invenire, » etc. Et *in Numer. hom.* 26 : « Nos autem oremus Verbum Dei, ut nobis hæc revelare dignetur. »

Ibid., lin. 13, *Πατρί*. Lege Πατέρα. Nihil necesse est legi πατέρα, nam πατρί referri potest ad præcedens τῷ. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 2, *αἰτήσητε*. Ms. αἰτήσηται.

Ibid., *Πατέρα μου, δώσει*. Sic etiam paulo post.
B At in loco citato Joan. XVI, 23, rectius in editt. legitur ...Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν.

Ibid., lin. 7, *διδάξει*. Lege ἐδίδαξε, quod efflagitat sententia. — Bentleius legit διδάξῃ. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 4, *Ἱερουσαλήμ*. Ecclesia in loco hic citato non nominatur Ἱερουσαλήμ, sed, quod eodem quidem redit, Σιών. Esdr. XLIX, 14.

Ibid., *τοῦ προφήτου*. Lege τῷ προφήτῃ. Ita male παρὰ τοῦ pro παρὰ τῷ Δαυίδ, scriptum notavimus num. 12.

Ibid., lin. 5, *προσκυνεῖσθαι... λέγεται*. Ecclesia scilicet προσκυνεῖσθαι dicitur καταχρηστικῶς. Vult igitur Origenes illud, προσκυνησάτωσαν, de Christo dici καταχρηστικῶς, nempe distinguit hic, sicut ante in voce προσευχή. Veruntamen Christum κυρίως προσκυνητέον diserte docet ipse Origenes *Contra Cels.*, pag. 586. Atque in *Explan. in Epist. ad Rom.*, cap. x, Filium perinde atque ipsum Patrem, tum adorandum, tum invocandum orandumque esse declarat his verbis : « Si invocare Domi-
C ni nomen, et adorare Deum, unum atque idem est; sicut invocatur Christus, et adorandus est Christus, et sicut offerimus Deo Patri orationes, ita et Domino Jesu Christo; et sicut offerimus postulationes Patri, ita offerimus postulationes et Filio; ... unum namque utrique honorem deferendum divinus docet sermo, cum dicit, ut honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. » Interprete Hieronymo. — Explanationis in Ep. ad Romanos interpres est Rufinus, non Hieronymus. RUÆUS.

Col. 468 A, lin. 10, *αἰσχυνθήσῃ*. Ita cod. Alex. Es. XLIX, 23. At ed. Complut. habet οὐχ αἰσχυνθήσονται οἱ ὑπομένοντες αὐτόν, *non confundentur, qui exspectant eum*, Vulgat. Rom. vero et Ald., οὐχ αἰσχυνθήσονται οἱ ὑπομένοντές με, atque ita quidem sonat veritas Hebraica. Vid. Procop. *in Isa.* ed. Curter., et Orig. *Hexapla*, ed. Montfauc.

Ibid., *κατὰ τὸν... εἰπεῖν ἄντι...* Totum hunc locum pervertit oscitans librarius; quem quidem
D fideliter secutus est editor Oxon. Ego vero hæc sic emendanda esse arbitror, πῶς δὲ οὐκ ἔστι καὶ τὸν εἰπόντα, τί μὲ..., εἰπεῖν αὐτῷ, τί ἐμοὶ προσεύχῃ; id est, *quidni autem ille* (Christus sc.) *qui dixit*, «Quid me dicis bonum? » *huic quoque* (sc. τῷ οἰομένῳ δεῖν Χριστῷ προσεύχεσθαι, supra) *dicat*, « quid me precaris ?» *nam ea hujus loci manifeste mens est*.— Hunc locum ut edidimus, sic legit in ms. codice D. Walkerus. Atqui non legit εἰπεῖν ἄν τι, sed εἰπεῖν ἄν, τί. RUÆUS.

Ibid., lin. 11, *εἷς ὁ Θεὸς, ὁ Πατήρ*. Eodem modo hæc citat Origenes *Contra Cels.*, p. 586, et *in Joan.* tom. I, num. 40, et tom. II, num. 7, quæ ed. Oxon. hic refert ad Matth. XIX, 17, ego vero ad Luc. XVIII, 19, cum ipse Origen. *in Matth.* tom. XV, num. 10, diserte dicat hæc ap. Matthæum non exstare, sed eorum loco posita esse, τί με ἐρωτᾷς περὶ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός· ap. Marcum vero et Lucam legi, τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς,

εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. Atque ita quidem legit Tertullianus, *nisi unus, Deus*, *Advers. Marcion.* IV, 36: unde liquet additamentum hic esse, ὁ Πατήρ. Ad Lucam vero refero, quia dicit Epiphanius (hær. XLII) a Marcione ibi additum fuisse ὁ Πατήρ· non quod credam hoc ab ipso Marcione factum (quod si fecisset, id ei certe inter cætera exprobrasset Tertullianus; neque Origenes verbis ab hæretico, cui erat infensissimus, interpolatis usus fuisset), mihi autem verisimilius videtur, ipsos Patres, Justinum, Irenæum, Clementem Alex., Origenem aliosque, verba hæc παραφραστικῶς, addito plerumque ὁ Πατήρ, citantes, Marcionis sectatoribus ansam tandem dedisse, ut, ad figmentum suum de *bono* illo Deo Christi Patre stabiliendum, in Lucæ Evangelium (quo illi solo utebantur) insererent, uti notat Epiphanius, ὁ Πατήρ, quasi ab ipso Luca scriptum fuisset, οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεὸς ὁ Πατήρ, cum tamen vera lectio esset, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός, uti notat auctor *Dial. de Trin.* ap. Athanas. tom. II, p. 479. Atque ita quidem Lucæ verba citat Origen. in *Dial. contra Marcion.*

Ibid., lin. 15, *ἡμῶν*. Lege ὑμῶν. Nam cultores suos hic alloquitur Christus. — Ita jam legerat Bentleius. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 11, *μετ' ἐμοῦ*. Hæc verba primo aspectu id significare videntur, quod antiquis Ecclesiæ Patribus erat persuasissimum, Patrem sc. *cum Filio et per Filium* esse orandum; attamen alia plane hic Origenis mens est, quippe qui per totum hoc argumentum negat Christum simul cum Patre orandum esse. Hæc igitur verba, μετ' ἐμοῦ, non cum Πατρί jungenda sunt, sed cum sequente ὑμῖν, ut hic sit verborum ordo, ἀναπεμπτέον ἐστὶν ὑμῖν μετ' ἐμοῦ, καὶ δι' ἐμοῦ, προσευχὴν τῷ Πατρί, id est, oportet vos *mecum*, fratre sc. vestro, et *per me*, vestrum Pontificem, preces Patri offerre.

Ibid. C, lin. 3, *εἴτε μετὰ Πατρὸς, εἴτε χωρίς*. Hoc illud est de quo queritur Theoph. Alex. in *Ep. Pasch.* 2, « Origenes ausus est dicere, non orandum Filium, nec cum Filio Patrem. » Hanc autem Theophili conquestionem Huetius (*Origenian.* lib. II) absurdam dicit esse, et secum pugnantem; miror vero virum cl. qui, ut ipse ait, propria manu hoc Origenis syntagma descripsit, et de eo edendo cogitavit, non animadvertisse nihil aliud conquestum esse Theophilum quam quod hic dicit ipse Origenes, sc. Filium nec *per se solum*, nec *cum Patre* simul esse orandum; quæ nequaquam, ut opinor, inter se pugnant. Notandum vero est eumdem Origenem, qui Filium cum Patre non orandum esse hic contendit, in lib. VIII *Contra Celsum*, pag. 751, e contrario agnoscere, Christianos θεραπεύειν μετὰ Θεοῦ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, atque in *homil.* 12 *in Ezech.* auditores suos hortari, ut « attentius Christum Dominum cum Patre suo precentur; » quæ quidem ἀσύστατα non alio videntur modo inter se conciliari posse quam eo quem in not. ad num. 15 proposuimus. Vide vero, quam ab Origene diversus sit Tertullianus, qui Orationem Domin. explicans dicit sub nomine, Πάτερ, Filium quoque comprehendi, « In Patre Filius invocatur; Ego enim, inquit, et Pater unum sumus. »

Ibid., lin. 7, *δούλου*. Lege δούλων.

Ibid., lin. 12, *ἐξευγενιζομένων*. Id est, ἐλευθεροποιουμένων. Hesych. ἐξευγενήσω (lege ἐξευγενίσω) ἐλευθεροποιήσω. Sic autem Origen. *Contr. Cels.*, pag. 483: Ὁμολογοῦμεν πάντες θέλειν παιδεύεσθαι τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, ὥστε καὶ μειρακίοις μεταδιδόναι τῆς ἁρμοζούσης αὐτοῖς προτροπῆς, καὶ οἰκότριψιν ὑποδεικνύναι πῶς ἐλεύθερον ἀναλαβόντες φρόνημα ἐξευγενισθεῖεν ὑπὸ τοῦ Λόγου. Respicit vero hic Origenes ad Apostoli verba Rom. VIII, 15; Gal. III, 14; et Gal. IV, 1. Ita fere Euseb. *in psalm.* XI, 7: Ὁ παρ' αὐτοῦ (Χριστοῦ) λαβὼν ἐξουσίαν τέκνον Θεοῦ γενέσθαι, ὅτε γίνεται τέκνον... ἐξευγενίζεται.

Ibid., *τὴν ἀγάπην... δουλείας*. Rectius, ut opi- A nor, sic legas hunc locum, τῆς ἀγάπης μακαριωτέραν τῆς ἐν φόβῳ δουλείαν δουλευόντων. Respicit autem ad S. Joannis verba, Ep. prim. IV, 18: Φόβος οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀγάπῃ· ἀλλ' ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον. His vero consona habet Clem. Alex. *Ec. proph.*, c. 19: Ἐκ πίστεως καὶ φόβου προκόψας εἰς γνῶσιν ἄνθρωπος οἶδεν εἰπεῖν, *Κύριε, Κύριε*· ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ δοῦλος ἔμαθεν λέγειν, *Πάτερ ἡμῶν*, τὸ πνεῦμα τῆς δουλείας, τὸ εἰς φόβον, ἐλευθερώσας, καὶ δι' ἀγάπης προκόψας εἰς υἱοθεσίαν, αἰδούμενος ἤδη δι' ἀγάπην, ὃν ἐφοβεῖτο πρότερον. Atque haud absimilia sunt illa Cyrilli in *Catech.* I: Δοῦλος εἴτις ἐστὶν ἐνταῦθα τῆς ἁμαρτίας, ἑτοιμότατος γενέσθω διὰ τῆς πίστεως εἰς τὴν ἐλευθέριον τῆς υἱοθεσίας ἀναγέννησιν· καὶ τὴν μὲν τῶν ἁμαρτιῶν χακίστην δουλείαν ἀποθέμενος, τὴν δὲ τοῦ Κυρίου μακαριωτάτην δουλείαν κτησάμενος, καταξιωθήτω τὴν τῶν οὐρανῶν κληρονομῆσαι βασιλείαν. — Bentleius aliam proponit hujus Origeniani loci lectionem, B quæ in eumdem sensum recidit. RUÆUS.

Ibid., lin. 17, *παρακούει*. Ita ferme Origen. *in Matth.*, tom. XVI, num. 29: Οὐχὶ ἄλλως ληψόμεθα, εἰ μὴ αἰτῶμεν. Ἔστω οὖν καὶ ἡ διάθεσις ἀξία τοῦ τυχεῖν ὧν αἰτοῦμεν, καὶ ἡ εὐχὴ, μετ' ἐπιστήμης ἀναπεμπομένη, ἀξία τοῦ ἐπιτευχθῆναι, καὶ τὰ αἰτήματα ἐπουράνια καὶ μεγάλα, καὶ ἄξια τοῦ δίδοσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

Col. 469 A, lin. 3, *τοῦ εὐαγγελίου*. Scilicet secundum Hebræos. Vide not. ad num. 3.

Ibid., lin. 4, *προστίθεσθαι*. Lege προστεθήσεται, nam ipsa Evangelii istius verba recitat. — Bentleius retinet προστίθεσθαι, sed pro ὑμῖν quod præcedit, legit ἡμῖν. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 1, *ἑκάστῳ*. Lege ἑκάστου.

Ibid., lin. 4, *κεκαρποφορήκει*. Lege ἐκεκαρποφορήκει.

Ibid., lin. 7, *γεγεννήκει*. Lege ἐγεγεννήκει.

Ibid., *τῶν... γεγεννημένων*. Lege τὰ... γεγεννημένα.

C Ibid., lin. 13, *Ἀμὰν καὶ τῶν... διαφθεῖραι*. Mutilus est plane hic locus; atque in codicis quidem ora ab eadem manu notatum inveni, ἔσφαλται γραφή. Quocirca totum ego locum sic restituendum arbitror, Ἀμὰν καὶ τῶν συμπνεόντων αὐτῷ· καὶ μᾶλλον τοῦ διαφθεῖραι τὴν ψυχὴν αὐτῆς θέλοντος ἄρχοντος Ἰουδὶθ τὴν δύναμιν διεκέκοψε. — Textus nostri interpretatio Latina supponit hanc restitutionem. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 5, *Ναβουχοδονόσορ*. Ita hoc nomen allegorice interpretatur Origenes *hom.* 18 *in Jerem.*: Βασιλεὺς Βαβυλῶνος, κατὰ τὴν μὲν ἱστορίαν, Ναβουχοδονόσορ, κατὰ δὲ τὴν ἀναγωγὴν, ὁ Πονηρός. Confer *homil.* 1 *in Jerem.*

Ibid., *πεφίμωντο*. Lege ἐπεφίμωντο.

Ibid., lin. 9, *ἐκπεφεύγει*. Lege ἐκπέφευγε.

Ibid., lin. 10, *κήτους*. Diaboli sc. ἀλληγορικῶς. Respicit vero ad verba Job. III, 8, secundum LXX, ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειρώσασθαι. Sic autem D *Comm. in Joan.* tom. I, num. 17, δράκοντα ὀνομαζόμενον, καὶ μέγα κῆτος, ὅπερ ἐχειρώσατο ὁ Κύριος. Et *Περὶ ἀρχῶν* IV, 1, ἦλθε κατὰ τὸν Ἰὼβ, ὁ τὸ μέγα κῆτος χειρωσάμενος, καὶ δεδωκὼς ἐξουσίαν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Nam ita Græce exstant hæc verba in *Philocal.* Hujus vero magni ceti typum fuisse ait illum qui Jonam obsorbuit, sup. num. 13.

Ibid., lin. 12, *εἰ μὴ... σώματα ἢ ὅμοιον*. Nulla ex his loco apta oritur sententia; sic igitur emendanda mihi videntur, εἰ μὲν πᾶσι, τοῖς ὁμοίως λαμβάνουσιν... σώματα, ὁμοίως οὐ δίδοται σκιά. — Eamdem jam proposuerat Bentleius emendationem, et idem præterea pro τισὶ δ' ὁμοίως δίδοται σκιά, legit: τισὶ δ' ὅλως οὐ δίδοται σκιά. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 4, *κατὰ τὰ σώματα*. Mendum hic suspicor; umbræ enim meridianæ non pro corporum, sed climatum ratione variantur, atque aut longæ,

aut breves, aut omnino nullæ fiunt, prout φωτίζον σῶμα (solare sc.) a locorum vertice longius propiusve distat, vel in ipso etiam vertice versatur. Sic igitur lego et distinguo, συμβαῖνον κατὰ τὰ κλίματα· τισὶ γοῦν. De umbrarum vero differentia vide Achill. Tatii Isag. in Arati *Phæn.*, cap. 31, et Plin. *H. N.* II, 72-78.

Col. 472 A, lin. 10, *πεφωτισμένος ἤτοι*. Desiderari hic videtur ἢ, ut sit, πεφωτισμένος ἢ, ἤτοι. Nimirum, vocula ἢ ab eadem insequente vocali absorpta est. — Desiderari ἢ prior adverterat Bentleius. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 13, *βασιλευόντων*. Lege βασιλεύοντος. Ita Origen. *in Matth.* tom. XIV, num. 7 : Αὐτὸς (Χριστὸς) ἐστὶν ὁ Βασιλεὺς τῶν οὐρανῶν, καὶ ὥσπερ αὐτός ἐστιν ἡ αὐτοσοφία, καὶ ἡ αὐτοδικαιοσύνη, καὶ ἡ αὐτοαλήθεια, οὕτω μήποτε καὶ ἡ αὐτοβασιλεία)·.. βασιλεύων καθ' ἑκάστην ἐπίνοιαν αὐτοῦ... ᾗ δικαιοσύνη ἐστὶ, καὶ ᾗ σοφία, καὶ ᾗ ἀλήθεια. Hunc vero locum sic pervertit ed. Oxon., βασιλέα δὲ Χριστὸν βασιλευόντων. Aliam Bentleius proponit emendationem, nempe ἀσάλευτον, ex Hebr. XII, 28, pro βασιλευόντων. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 6, *ἀδρανέστερος, ἢ καὶ τούτων*. Hæ particulæ, ἢ καί, ex præcedentibus, οὐχὶ καί, male natæ videntur, atque loco plane ineptæ sunt, quippe quæ sensu conjuncta disjungunt : illa enim, παρὰ τοῖς ἀνοήτοις θαυμαζόμενα, non alia sunt, quam quæ ante dixit σκιᾶς ἀδρανέστερα. Sic igitur legendum opinor, σκιᾶς ἀδρανεστέρων τούτων τῶν... θαυμαζομένων· per hæc autem vult ἀρχὰς et ἐξουσίας hujus mundi, uti liquet ex antithesi. — Aliam in notis proposui emendationem. Utra veræ lectioni propior sit, lector judicet. RUÆUS.

Col. 473 A, lin. 13, *αὐτάρκως δὴ ἐν τούτοις*. Lege δέ, et post τούτοις subaudi ἐγενόμεθα, nisi id additum malis, ut sit, αὐτάρκως δὲ ἐν τούτοις ἐγενόμεθα.

Ibid. B, lin. 2, *ἤδη καί*. Origenes, peractis iis quæ de quæstione περὶ εὐχῆς in genere dicenda habuit, pergit nunc ad Dominicæ Orationis explicationem, quæ pensi istius, quod ab eo exigebat Ambrosius, altera pars erat ; ad quam sic in cod. ms. fit transitio, προβλήματος ἤδη καὶ ἐπὶ τὸν ἑξῆς ἆθλον. Editor autem Oxon. novum hic titulum præfixit (*Ἐξήγησις τῆς Προσευχῆς Κυριακῆς*) et sectionum numerum de integro orsus est : quam ob rem vero id fecerit non video, nisi quod ille pro ἆθλον male legens ἄλλον (sc. λόγον), alterum syntagmatis librum seu tomum eo indicari putaverit.

Ibid. C, lin. 1, *ἀφήκαμεν*. Sed in editt. Matth. VI, 12, exstat ἀφίεμεν. Hanc autem lectionem ἀφήκαμεν, quæ non solius est Origenis, sed et cod. Barb. 1, prætermisit Millius.

Ibid., lin. 3, *ἀπὸ τοῦ πονηροῦ*. Nota hic deesse doxologiam, quæ in editis exstat. Vid. Mill.

Ibid., lin. 5, *Πάτερ, ἁγιασθήτω*. Vides Origenem hic verba illa, ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quæ in editt. Luc. XI, 2, exstant, non agnoscere ; sicut et vetus interpres Latinus ea non agnovit, qui similiter legit, *Pater, sanctificetur.* Editor tamen Oxon. illa contra codicis fidem hic inserere non dubitavit, unde deceptus Millius in Prolegom. (sect. 419, ed. Kust.) dicit ex hoc loco *apparere*, verba, ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, in Lucæ textum *ante tempora* Origenis *irrepsisse.* Mira quidem erat editoris temeritas ; haud scio tamen an miranda magis sit Millii incuria, qui non animadverterit, eum postea in notis agnovisse verba hæc, ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *in exemplari non comparere*, atque idcirco ea *in Versione prorsus omisisse.* Cæterum hanc lectionem, Πάτερ, ἁγιασθήτω, ab ipsius Origenis manu profectam esse, hæc ejus verba (num. 22), Πάτερ, ὅπερ παρὰ τῷ Λουκᾷ γέγραπται, planissime demonstrant : quorsum enim diceret ap. Lucam scribi illud Πάτερ, quod ap. Matthæum quoque scribitur, nisi vellet Πάτερ so-

A lum ap. Lucam legi sine illis, ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quæ ap. Matthæum adjiciuntur ?

Col. 476 A, lin. 1, *ἀποτακτικῶς*. Lege ἐπιτακτικῶς, et paulo post, ἐπιτακτικῷ λόγῳ. — Bentleius mavult ἀποτατικῶς, et pro ἀποτακτικῷ in codice ms. legitur ἀποτατικῷ, teste Walkero.

Ibid., lin. 6, *τό*. Lege τά, quod liquet ex sequentibus, εἰρημένων πάλαι.

Ibid., lin. 14, *ἀπηγγελμένους λόγους*. Minus attentus hic librarius omisit λόγους, quod, cum ad sententiam sit necessarium, nos adjicere non dubitavimus. — Id jam a nobis observatum est. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 9, *ἀποδώσει σοι*. His addidit ed. Oxon. ἐν τῷ φανερῷ ex editt. Matth. VI, 6, sed male, ut opinor, cum ea non agnoverit Origenes, uti constat ex *Comment. in Joan.* tom. XI, num. 4, ubi etiam, iis omissis, legit tantum ἀποδώσει σοι, sicut et Euseb. *in Psalm.* pag. 337 et 631 legit, aliique multi quos notavit Millius.

B Ibid. C, lin. 5, *τῷ*. Lege Θεῷ, vel Θεῷ κοινωνεῖν. Nam deest plane Θεῷ. — Nihil deest, τὸ *κοινωνεῖν* est *liberalitas*. Vide D. Claudii Fleury interpretationem Latinam. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 4, *αὐτοῦ*. Lege συνήθους αὐτῷ. — Ita quoque legendum monuimus. RUÆUS.

Ibid., lin. 6, *ἢ ἐν ταῖς*. Loco huic non convenit disjunctivum ἢ, ubi de conjunctis in eadem Christi sententia loquitur Origenes : lege igitur καὶ ἐν ταῖς, vel, quod aptius est, καὶ τῶν ἐν ταῖς.

Col. 477, lin. 4, *ἀπέσχεν*. Lege ἀποσχών, nam id plane poscit sententia, atque ita mox sequitur, οὕτως ὁ ἀπέχων. — Magis placet emendatio Bentleii qui retinet ἀπέσχεν, sed paulo post legit, διά τε τὸ ἀπεσχηκέναι ταῦτα.

Ibid., lin. 8, *εἴτι δώσει*. Legendum opinor, εἴτ' ἐν δόσει τινί, quod melius convenit cum sequentibus ; ἢ ἐν εὐχαῖς. Ita num. 28 initio, ἔχοντές τινα καθήκοντα... ἐν τῇ δόσει. — Ita prior legerat Bentleius.

C RUÆUS.

Ibid., lin. 13, *ἢ ὁ*. Lege καὶ ὁ.

Ibid. B, lin. 6, *ἐν αὐτῇ... ἐν ταῖς*. Lege ἐν ᾗ... ὁ ἐν ταῖς, quod locus ipse demonstrat. — Magis nativa est emendatio Bentleii qui retinet ἐν αὐτῇ ἔστηκεν, sed pro οὐ καλῶς, etc., legit, οὐχ ἄλλως ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν προσευχόμενος, ἢ διὰ τῆς φιλοδοξίας. RUÆUS.

Ibid., lin. 12, *ἀσεβεῖν*. Legendum plane est e contrario εὐσεβεῖν. Ita supra, εὐσεβής τις... νομισθῇ. — Sic prior legerat Bentleius. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 4, *εἰς ἣν οὔτε*. Origenes hic sub nomine ἐκκλησίας res plane dispares conjungit, atque illam ἐκκλησίαν ap. LXX, Deut. XXIII, 1, cum Ecclesia proprie dicta, Eph. V, 27, ἀναγωγικῶς eamdem facit : cum revera Moyses ibi per ingressum εἰς τὴν Ἐκκλησίαν nihil aliud velit quam connubii jus inter Judæos his vel illis personis prohibendum.

D Ibid., lin. 10, *ἑκατοντάρχου*. Hoc nomen abbreviate scribi solitum, in nostro demum codice peperit Χριστοῦ. Putabat, opinor, stolidus librarius Christum, τέκτονος υἱόν, synagogis aliquando ædificandis operam dedisse. Atqui historia sacra nos scribere jussit ἑκατοντάρχου. Editor vero Oxon., librarii fide nixus, absurdum illud, Χριστοῦ, retinuit ; quod tamen ipse, tanquam unicum erratum, in libri tandem calce corrigendum censuit his verbis, *legas pro* χροῦ, ρχοῦ, *id est*, ἑκατοντάρχου, *nam* ρ' 100 *valet.* Verum is, qui codicis fide Χριστοῦ retinuit, in mox sequentibus a codice recedens, mutando, addendo, transponendo, totius loci sententiam pervertit : sic enim edidit, τῆς δὲ συναγωγῆς ὑπὸ Χριστοῦ οἰκοδομουμένης, ἐν τοῖς πρὸς τῆς Ἰησοῦ ἐπιδημίας χρόνοις [περὶ ἐθνικοῦ] τοῦτο ποιοῦντος, μεμαρτύρηται πίστιν ἔχειν, ὁπόσην ὅτε οὐδέπω οὐδέ. Hæc autem tam incondita edit. Bas. post novam illam, quam præfert, collationem totidem verbis repetivit. — Nos etiam ad ms. codicis fidem

hunc locum ab editionis Oxoniensis mendis purgavimus. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 1, *δέ*. Lege δή. — Ita etiam nos legendum monuimus, aut δέ delendum. RUÆUS.

Col. 480 A, lin. 9, *ὀφθήσεται*. Ms. ὀφθήσηται. — Dominus Walkerus legit in ms. codice ὀφθήσεται. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 4, *θεάτρῳ*. Habet quidem codex ms. θεάτρου, sed illud ου ab alia manu superscribitur, deleto, ut opinor, ω, quasi loco non conveniret, cum tamen aptius certe legatur θεάτρῳ.

Ibid., lin. 8, *ἑαυτῷ*. Lege ἑαυτὸν... εὐτρεπίζων. Ita num. 31, ὀλίγον ὑποστάντα, καὶ ἑαυτὸν εὐτρεπίσαντα. — Placet hæc emendatio. Itaque loco « sibi ipsi placere studet, » verte, « se ad placendum parat. » RUÆUS.

Ibid., *εἰσέρχεται*. Cod. ms., εἰσέρχηται, et paulo post προσεύχηται.

Ibid. C, lin. 4, *ποιησόμεθα*. Ita etiam legit postea Origenes num. 22 et 25, atque *Contra Cels.*, p. 756, et *in Jerem.* Sic quoque Euseb. *Eccl. Theol.*, p. 170, 171. At in editt. Joan. XIV, 23, legitur ποιήσομεν. Vid. Mill. Prolegom., sect. 678.

Ibid., lin. 10, *μωμοσκοποῦντες*. id est, accurate nosmet examinantes, sicut sub lege sacrificia explorabant μωμοσκόποι, ne quid vitiosum Deo offerretur. De hujus vero vocis usu inter Judæos primum Hellenistas, deinde inter Ecclesiæ Christianæ scriptores, vide Junii Adnot. ad Clem. Rom. *ep.* 1, cap. 41, et Usser. ad Polycarpi *Epist.* cap. 4.

Ibid. D, lin. 1, *πλατείαις γωνιῶν ὁδῷ*. Loco hujus stribliginis legendum mihi videtur, πλατειῶν γωνίαις ἑστώτων, nam respicit plane ad Christi verba Matth. VI, 5, de quibus egerat num. 19, 20. — Facilius tolletur stribiligo, si attendatur ad emendationem Bentleianam. RUÆUS.

Ibid., lin. 3, *μόνην*. Lege μόνον. — Cur non μόνοι? RUÆUS.

Ibid., lin. 4, *ἔχοντες*. Perperam scripsit hic librarius ἐχόντων.

Col. 481 A, lin. 1, *εὐχὴν τῶν*. Requiri videtur περί, ut sit, εὐχὴν περὶ τῶν σωματικῶν. Sic num. 14, εὐχὴ περὶ τοῦ ἐκείνου τυχεῖν ἀναπεμπομένη. Et, προσευχὴ περὶ μειζόνων... ἀναπεμπομένη. — Bentleius etiam legit εὐχὴν περὶ τῶν. RUÆUS.

Ibid., lin. 12, *ὑποκρίνονται*. Lege ὑποκρίνουσαι, sicut mox sequitur, καταργουμέναι. — Bentleius legit ὑποκρινόμεναι. Quod eodem redit. RUÆUS.

Ibid., lin. 14, *διὰ τοῦτο οὐδεὶς... ἐκ πολυλογίας*. Eodem fere, quo hic, modo hoc Salomonis dictum explicat Origenes tom. V *in Joan.*, num. 4: Ὁ φθεγγόμενος ὅ δήποτε τῆς θεοσεβείας ἀλλότριον, πολυλογεῖ· ὁ δὲ λέγων τὰ τῆς ἀληθείας, κἂν εἴπῃ τὰ πάντα, ὡς μηδὲν παραλιπεῖν, ἕνα ἀεὶ λέγει λόγον, etc.

Ibid. B, lin. 8, *εἰ δέ τις ἀγνοεῖ*. Ita Clem. Al. *Strom.* VII, pag. 853, τούτοις μάλιστα προσήκει εὔχεσθαι τοῖς εἰδόσι τὸ θεῖον ὡς χρή,... οἱ ἴσασι τίνα τὰ ὄντως ἀγαθὰ, καὶ τίνα αἰτητέον, καὶ πότε, καὶ πῶς ἕκαστα. Sed hic fortasse rectius legatur... ἀγνοεῖ τὸν Θεὸν καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀγνοεῖ δὴ τὰ ὧν χρείαν ἔχει.

Ibid. C, lin. 9, *τὴν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος .. οὐχ εὕρομέν πω*. Pro ἀπὸ lege ὑπό, sicut supra τοὺς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἀπηγγελμένους λόγους. Sæpe vero hæ præpositiones scribarum incuria, non (quod in *Idiotism.* vult Viger.) ab ipsis auctoribus inter se permutantur. Quod vero e Vetere Testamento hic observat Origenes, nullum ibi exstare exemplum cujuspiam precantis, qui Deum appellaverit Patrem, idem iterum tom. X *in Joan.*, num. 1, notat, fusiusque exponit his verbis: Μυρίων γοῦν οὐσῶν εὐχῶν ἀναγεγραμμένων ἐν τοῖς Ψαλμοῖς, καὶ τοῖς προφήταις· ἀλλὰ καὶ τῷ νόμῳ οὐ πάνυ τι εὕρομεν εὐξάμενόν τινα λέγοντα τὸν Θεὸν Πατέρα .. τάχα ἐπεὶ οὐκ ἔγνωσαν τὸν Πατέρα· εὔχονται δὲ αὐτῷ ὡς Θεῷ, καὶ Κυρίῳ, περιμένοντες τὸν τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας

A ἐκχέοντα, etc. Hæc utique est illa παῤῥησία Christianis reservata, ut ii demum soli, virtute suæ per Christum adoptionis, Deum in precibus compellantes dicerent, Πάτερ ἡμῶν. Quamvis enim sub veteri lege Deus interdum populi se Judaici Patrem dixerit, tamen, ut paulo post dicit Origen., τὸ βέβαιόν τε [lege γε] τῆς υἱόθητος οὐκ ἔστιν ἰδεῖν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. Quippe, ante effusum υἱοθεσίας πνεῦμα, ne ipsis quidem patriarchis ea erat filiationis suæ πληροφορία, ut, quod Christianis postea datum est, *clamarent*, *Abba*, *Pater*; satis autem grande privilegium esse existimabant, ut Deus ipsorum Deus nominaretur. His vero consona habet Origen. *Comm. in Matth.* tom. XVII, num. 36: Τοῦ μὲν Ἀβραὰμ Θεὸς μόνον ἦν ὁ Θεὸς, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακώβ· τοῦ δὲ κρείττονος αὐτῶν Σωτῆρος ἡμῶν, οὐ μόνον Θεός ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ Πατήρ· οὗτος δὲ Χριστὸς ἐχαρίσατο τοῖς γνησίοις αὐτοῦ μαθηταῖς τὸ τὸν αὐτὸν εἶναι αὐτῶν, οὐ
B μόνον Θεὸν, ἀλλὰ καὶ Πατέρα· etc.

Ibid. D, lin. 5, *δοξάσει*. Lege δοξάζει. Ita LXX Malac. I, 6.

Col. 484 A, lin. 12, *ἔνεστιν*. Legendum opinor ἐνέστη, id est ἦλθε, nam respicit plane Origenes ad Apostoli verba Gal. IV, 4, ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου...

Ibid. B, lin. 10, *Πάτερ, ὅπερ παρὰ τῷ Λουκᾷ*. In sectionis hujus initio Origenes hoc Orationis Dominicæ προσφώνημα verbis ap. Matthæum exstantibus proposuit, Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, nunc vero de Patris nomine tantum agens Lucam appellat, apud quem Πάτερ solum scribitur, non additis ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Vide not. in num. 18.

Ibid. C, lin. 3, *Κύριος Ἰησοῦς*. Sic etiam hæc Apostoli verba legit Origenes *in Joan.* tom. XXVIII, num. 12; tom. XXXII, num. 7 et 19; hic tamen paulo post habet Κύριον Ἰησοῦν, sicut in editt. exstant I Cor. XII, 3.

C Ibid., lin. 2, *ἁγίῳ*. Lege Θεοῦ. Nam sic scripsisse Origenem apparet ex sequentibus, τὸ αὐτὸ ὀνομάζων ἅγιον Πνεῦμα, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ· quomodo enim Θεοῦ, si in antecedentibus utrobique scripserat ἁγίῳ; atque ita quidem ipse hæc Apostoli verba recitat *in Matth.* tom. XII, num. 11, ἐν Πνεύματι Θεοῦ λαλῶσι, sicut habent editt. I Cor. XII, 3. Huc itaque res redit, librarium sc. minus attentum pro Πνεύματι Θεοῦ, ex antegressis repetiisse, Πνεύματι ἁγίῳ. Dicit vero Millius Origenem non solum hoc in loco, sed et *Comm. in Joan.*, *non semel* ita legere, viz. Πνεύματι ἁγίῳ λαλῶν, quod tamen verum esse nequit, nisi per illa, *non semel*, non omnino, velit; cum Origen. *in Joan.* posteriorem tantum versus partem, nusquam vero priorem, qua de agitur, citaverit. Igitur parum consulte Millius ex manifesto hic scribæ sphalmate, et ex male notatis *in Joan.* locis, variam, quasi auctore Origene, Pauli verbis lectionem apposuit.

Ibid., lin. 6, *προφερομένων τὴν φωνήν*. Lego:
D προφερομένων ταύτην τὴν φωνήν. Sic autem supra προενέγκασθαι ταύτην τὴν φωνὴν αὐτῷ.

Ibid., lin. 7, *ἑτεροδόξων*. Vult, ut opinor, Marcionis, Basilidis et Valentini sectatores, de quibus in *homil.* 10 *in Jerem.* dicit, ἐγγὺς εἶ σὺ τοῦ στόματος αὐτῶν, πόῤῥω δὲ ἀπὸ τῶν νεφρῶν αὐτῶν· ὀνομάζουσι τὸ Ἰησοῦ ὄνομα, οὐκ ἔχουσι δὲ τὸν Ἰησοῦν· οὐ γὰρ ὁμολογοῦσιν αὐτὸν ὡς Χριστόν.

Ibid. D, lin. 1, *κύριον, τὸ κύριος*. Deesse hic aliquid videtur ad explendam sententiam, fortasse hæc, καλῶς εἰπόντων, ut sit, μόνων τῶν ἀπὸ διαθέσεως λεγόντων... Κύριον, καλῶς εἰπόντων τὸ, Κύριος Ἰησοῦς, nam ita ferme ipse Origen. in loco huic gemino, *Comm. in Joan.* tom. XXXII, num. 7, ὁ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ λέγων, Κύριος Ἰησοῦς, καλῶς λέγει... γνησίως δουλεύοντος τῷ λόγῳ ἔργον ἐστὶ τὸ καλῶς εἰπεῖν, Κύριος Ἰησοῦς. Respicit sc. ad Joan. XIII, 13, φωνεῖτέ με... ὁ Κύριος· καὶ καλῶς λέγετε

Ibid., lin. 4, *ὁ τοιόσδε*. Rectius videtur τοιόσδε ὁ

λέγων, uti supra, τοιοῦτοι οἱ λέγοντες et fortasse, τὸ, Κύριος Ἰησοῦς, quia mox sequitur ex antithesi τὸ, *ἀνάθεμα Ἰησοῦς*. — In codice ms. legit Walkerus non λέγων, sed λέγει, ac proinde nihil est mutandum. RUÆUS.

Col. 485 A, lin. 3, *λέγει, Πάτερ*. Lege λέγει τὸ, Πάτερ, quemadmodum in sequentibus ter legitur.

Ibid. B, lin. 4, *εἰκών*. Legendum opinor εἰκόνες. Ita ipse Origen. *in Joan.* tom. II, num. 3, ἀληθινὸς Θεὸς ὁ Πατὴρ πρὸς εἰκόνα, καὶ εἰκόνας τῆς εἰκόνος. Et similiter *Contra Cels.* p. 755, 756. Et *in Joan.* tom. I, num. 19.

Ibid., lin. 7, *ὄντι*. Lege τῷ ὄντι. Ita mox τῷ ἐν σώματι.

Ibid., lin. 10, *δι' ὅλων*. Id est perfecte, et non ἐξ ἡμίσους, uti paulo ante dixit.

Ibid. C, lin. 4, *αὐτόν*. Lege αὐτό, scilicet, σπέρμα. — Ita quoque prior legerat Bentleius. RUÆUS.

Ibid., lin. 10, *τοίνυν νομίσωμεν*. Lege τοίνυν μόνον νομίσωμεν, nam desideratur plane μόνον, quod propter syllabarum, ut opinor, similium concursum intercidit.

Ibid., lin. 12, *προσεύχεσθαι*. Lege προσεύχεσθε. Προσεύχεσθε legendum esse jam monueramus. RUÆUS.

Ibid., lin. 14, *θρόνοις*. Ita *homil.* 1 *in Gen.*: « Ante omnia cœlum dicitur factum, id est omnis spiritalis substantia, super quam, velut in throno, Deus requiescit; . . . et illud quidem cœlum, quod spiritale diximus, mens nostra est. . . . Homo, qui in corpore positus est, si dividere potuerit, . . . ipse cœlum, id est cœlestis homo, appellatur, secundum Apostoli sententiam dicentis, *nostra autem conversatio in cœlis est.* »

Ibid. D, lin. 1, *ἐπάν*. Forte ἐπὰν δὲ λέγηται.

Ibid., lin. 6, *περιέχεσθαι καὶ συνέχεσθαι*. Sic Dei immensitatem describit Herm. *Past.*, mand. 1, « ipse capax universorum solus immensus est, » quæ Græce ap. Athan. vol. III, p. 252, sic exstant, ὁ μόνος πάντα χωρῶν, μόνος δὲ ἀχώρητος ὤν. Similiter *Præd. Petri* ap. Clem. Al. *Strom.* VI, p. 759, ἀχώρητος τὰ πάντα χωρεῖ. Itidem Novat. *De Trin.*, cap. 17: « Moyses ubique introducit Deum Patrem immensum atque sine fine; non qui loco cludatur, sed qui omnem locum cludat; nec eum qui in loco sit, sed potius in quo omnis locus sit, omnia continentem et cuncta complexum; ut merito nec descendat, nec ascendat, quoniam ipse omnia et continet et implet. » Confer. Clem. Al. *Strom.* II, p. 431, et *Str.* VII, p. 845 ed. Oxon.

Col. 488 B, lin. 8, *οὐδ' ἄρα τοπικῶς*. Hoc ipsum passim inculcat Origenes; E. G. *Contra Cels.*, p. 509: Θεὸν δὲ καταβαίνοντα. . . τροπολογοῦμεν· καταβαίνει γὰρ ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ ἰδίου μεγέθους, ὅτε τὰ τῶν ἀνθρώπων οἰκονομεῖ. Et pag. 510: Συγκαταβαίνει τῇ προνοίᾳ, καὶ τῇ οἰκονομίᾳ, τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασι. Et p. 586: Οὐ τοπικῶς, ἀλλὰ προνοητικῶς συγκαταβαίνει τοῖς ἀνθρώποις. Sic etiam p. 505: Κἂν ὁ Λόγος, Θεὸς καὶ αὐτὸς ὤν, ἔρχηται πρὸς ἡμᾶς, οὐκ ἔξεδρος γίνεται, οὐδὲ καταλείπει τὴν ἑαυτοῦ ἕδραν, ὥς τινα τόπον κενὸν αὐτοῦ εἶναι, ἕτερον δὲ πλήρη. Similiter vero Clem. Alex. *Strom.* VII, p. 831: Οὐ γὰρ ἐξίσταταί ποτε τῆς αὐτοῦ περιωπῆς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ...οὐ μεταβαίνων ἐκ τόπου εἰς τόπον, πανταχῇ δὲ ὢν πάντοτε, καὶ μηδαμῇ περιεχόμενος, etc. Confer Orig. *Comm. in Joan.* tom. XX, num. 16. Vides autem tum Origenem, tum Clem. Alex. eamdem Filio pariter ac Patri immensitatem tribuere.

Ibid., lin. 11, *λέγεται*. Ms., λέγηται. — In codice ms. legit Walkerus λέγεται. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 11, *ἡγοῦμαι συνεξ*. Desideratur hic, ut opinor, vox ἀναγκαίως, ut sit ἡγοῦμαι ἀναγκαίως συνεξητακέναι, nam tale quid poscit sententia, atque hac phrasi passim utitur Origenes. Ita supra num. 13, ταῦτα δέ μοι ἀναγκαιότατα . . . εἰρῆσθαι νομίζω. Et num. 24 fin., ἀναγκαῖον δέ μοι

A ἔδοξεν. . . ὑπομνησθῆναι. Et num. 27 fin., ταῦτα δέ μοι δοκεῖ ἀναγκαιότατα ἐξητᾶσθαι. Atque num. 31 fin., ταῦτα δέ μοι ἀναγκαίως εἰρῆσθαι φαίνεται. Sic et *in Matth.* tom. XI, num. 14, ταῦτα δέ μοι ἔδοξεν ἀναγκαίως παρειλῆφθαι. Et num. 17, ταῦτα δὲ . . . ἀναγκαίως λέλεκται. Et *in Joan.* tom. X, num. 21, νομίζω δ' ἀναγκαίως καὶ ταῦτα παρατεθεῖσθαι. Atque ita sæpe in libris *Contra Celsum*.

Ibid., lin. 14, *ἐὰν τινα . . .* τόπῳ εἶναι. Mutilus plane est hic locus, quem sic restituo, καὶ μὴ ἐὰν τινα ἐν σωματικῷ τόπῳ φάσκειν εἶναι τὸν Θεόν· ita enim sectionis hujus initio, λέξεις νομιζομένας τοῖς ἁπλουστέροις ἐν τόπῳ φάσκειν εἶναι τὸν Θεόν.

Ibid. D, lin. 1, *σῶμα αὐτὸν εἶναι*. Ita Origen. *hom. in Gen.*: « Deum ipsum corporeum inducunt, quod sentire de Deo manifestissime impium est. » Atque *Contra Celsum*, p. 778: Οὐδὲ γὰρ καθ' ἡμᾶς σῶμα ὁ Θεός· ἵνα μὴ περιπέσωμεν οἷς περιπίπτουσιν ἀτόποις οἱ τὰ Ζήνωνος καὶ Χρυσίππου φιλοσοφοῦντες. Confer vero *Comm. in Joan.* tom. XIII, B num. 21-23, et tom. XX, num. 16, et *Περὶ ἀρχῶν* I, 1, et *Contra Cels.* p. 685, 715, e quibus omnibus abunde constabit, quam inique Hieronymus in ep. ad Avit. et Theoph. Alex. *Ep. Pasch.* 1, de Origene suspicionem injecerint, quasi ille Deo corpus tributum voluerit.

Ibid., lin. 6, *ἑτέρας φύσεως*. Lege ἑτέρας εἶναι φύσεως, nam deest plane εἶναι. —Bentleius pro ἐστί quod præcedit, legit εἶναι. RUÆUS.

Col. 489 A, lin. 2, *τὸ ὅσον*. Lege τῷ, ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, μικρῷ. — Ferri tamen potest illud, τὸ ὅσον, quo et ipse Origenes alias utitur, e. g. *Comm. in Joan.* tom. II, num. 8, ἐκκλείοντα τῶν πάντων, τὸ ὅσον ἐπὶ τῇ ὑποθέσει αὐτοῦ, τὰ τοῦ κόσμου. Sic autem distinguendum, διὰ τὸν ἰδιωτισμὸν, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, μικρῷ. RUÆUS.

Ibid., lin. 15, *βραχείᾳ*. Lege βραχέος, scilicet τόπου, quod mox sequitur. — Ita quoque legendum jam monueramus. RUÆUS.

C Ibid. B, lin. 2, *σωματικὸν παράδεισον*. Vides hic Origenem paradisi historiam non σωματικῶς, sed ἀλληγορικῶς, plane intelligi velle. Atque ita quidem expresse dicit *Contra Cels.* lib. IV, p. 532: Ταῦτα πάντα (paradisus sc. et arbores ibi plantatæ) οὐκ ἀσέμνως τροπολογεῖται. Et ex lib. IV, c. 2, *Περὶ ἀρχῶν*: Τίς δ' οὕτως ἠλίθιος, ὡς οἰηθῆναι τρόπον ἀνθρώπου γεωργοῦ τὸν Θεὸν πεφυτευκέναι παράδεισον ἐν Ἐδέμ; . . . ἐὰν δὲ καὶ ὁ Θεὸς τὸ δειλινὸν ἐν τῷ παραδείσῳ περιπατεῖν λέγηται, καὶ ὁ Ἀδὰμ ὑπὸ τὸ ξύλον κρύπτεσθαι, οὐκ οἶμαι διστάζειν τινὰ περὶ τοῦ αὐτὰ τροπικῶς διὰ δοκούσης ἱστορίας, καὶ οὐ σωματικῶς γεγενημένης, μηνύειν τινὰ μυστήρια. De hac vero Origenis sententia vide Huetium *Origenian.* lib. II, quæst. 12.

Ibid., lin. 12, *περὶ τούτων. . . εἰς τὴν Γένεσιν*. Eodem fere modo Origen. de Adamo et paradiso locutus in libris *Contra Celsum*, uberiorem dicit explicationem e suis *in Genesin Commentariis* D esse petendam. Sic lib. IV, p. 530: Προηγουμένως γὰρ ἐν τοῖς *εἰς τὴν Γένεσιν ἐξηγητικοῖς* ταῦθ' ἡμῖν ἐξήτασται. Et p. 534: Προηγουμένως γὰρ ἐν τοῖς *ἐξηγητικοῖς τῆς Γενέσεως* εἰς ταῦτα ἐπραγματευσάμεθα. Et lib. VI, p. 670, λαβέτω τὰ πραγματευθέντα ἡμῖν εἰς τὴν Γένεσιν, etc.

Ibid. C, lin. 2, *ἐν Δευτερονομίῳ*. Verba hic citata non exstant in Deuteronomio, nec iis quidquam simile (nisi illa voluit Origen., ὁ Θεός σου ἐμπεριπατεῖ ἐν τῇ παρεμβολῇ σου, cap. XXIII, 14), neque usquam in Scripturis ita juncta occurrunt, præterquam in II Cor. VI, 16, Apostolus vero ea partim ex Levit. XXVI, 12, partim ex Ezech. XXXVII, 27, sumpsisse videtur. Atque ipse quidem Origen. *in Matth.* tom. X, num. 15, ea citare videtur ex Levitico, νόμου λέγοντος ἐν Λευιτικῷ, . . . *Θήσω τὴν σκηνήν μου ἐν ὑμῖν*. . . . τίθησι τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν ἐν ἡμῖν, πληρῶν ἣν εἶπεν ἐπαγγελίαν, *ἐνοικήσω καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν αὐτοῖς*. Verba autem in

editt. II Cor. VI, 16, sic se habent, *ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω*. Miror igitur Millium, qui minima quæque inter varias lectiones referre solet, non observasse Origenem hic *Περὶ εὐχῆς*, et *Contra Cels.*, pag. 756, et *in Joan.* tom. XIII, num. 24 (sicut et Euseb. *Ecc. theol.* p. 186) legere, *ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν αὐτοῖς*, atque etiam *in Matth.* tom. X, num. 15, illa *ἐν αὐτοῖς*, in priore clausula omittere; nam alia certe, quæ haud majoris sunt momenti, ad istum locum notavit Millius.

Ibid., lin. 4, *κρυπτομένου Θεόν*. Somnolentus hæc scripsit librarius, pro quibus ne dubites legere, κρυπτομένου ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Nam respicit plane Origenes ad verba supra citata, ex Gen. III, 8, ἐκρύβησαν ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Ita vero *hom.* 16 *in Jerem.*, οἱ φαῦλοι κρύπτονται ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ,... ὁ δὲ ἅγιος οὐ κέκρυπται. Vide not. seq.

Ibid., lin. 7, *οὕτω γὰρ καὶ Κάϊν*. His similia habet Origen. in *Philocal.*, ἀλλὰ καὶ Κάϊν ἐξερχόμενος ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ... φαίνεται κινεῖν τὸν ἐντυγχάνοντα ζητεῖν τί τὸ πρόσωπον Θεοῦ, καὶ τὸ ἐξέρχεσθαί τινα ἀπ' αὐτοῦ. Et *hom. in Jerem.*, Ὁ Ἀδὰμ οὐκ εἰς ὑπερβολὴν... ἥμαρτε, διὰ τοῦτο ἐκρύβη ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ ἁμαρτωλότερος αὐτοῦ Κάϊν, καὶ ἀσεβέστατος... ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ· ὥστε συγκρίσει κακῶν ἔλαττον εἶναι τὸ κρυβῆναι ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, etc.

Ibid., lin. 10, *οὐρανῷ... παντὶ ἁγίῳ*. Ita Origen. *homil.* 1 *in Genesin* : « Perfecti quique cœlestes facti, vel cœli effecti, enarrant gloriam Dei; propterea Apostoli, qui erant cœli, » etc. Origeni vero in his præivit magister ejus Clemens in *Ecl. proph.*, cap. 51, 52, ubi illa, *οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ* (*ps.* XVIII, 1) explicans dicit : Οἱ οὐρανοὶ λέγονται πολλαχῶς,... καλοῦνται δὲ οὐρανοὶ, κυρίως μὲν, ὁ Κύριος, ἔπειτα καὶ οἱ πρωτόκτιστοι, μεθ' οὓς καὶ οἱ ἅγιοι πρὸ νόμου ἄνθρωποι,... εἶτα καὶ οἱ ἀπόστολοι. Ita vero Cyrill. *Catech. mystag.* V : Οὐρανοὶ εἶεν ἂν καὶ οἱ τὴν ἐπουρανίου φοροῦντες εἰκόνα, ἐν οἷς ἐστι Θεὸς ἐνοικῶν καὶ ἐμπεριπατῶν.

Ibid., lin. 11, *ἐν ᾧ εἰσι... φωστῆρες*. Idem fere dicit Eusebius, πάντες οἱ ἅγιοι... ἐν αὐτῷ [Χριστῷ] φωστῆρες ἀναδειχθήσονται τοῦ νέου αἰῶνος, ἐξ αὐτοῦ τὰ φῶτα χορηγούμενοι. *Eccl. theol.* pag. 184.

Ibid., lin. 13, *κατοικεῖ, τό*. Deest plane aliquid, quod sic fortasse est supplendum, κατοικεῖ ΕΚΕΙ ΚΑΤΑ τὸ εἰρημένον... Ἐκεῖ, id est, ἐν οὐρανῷ. Illa autem, ΕΚΕΙ ΚΑΤΑ in κατοικεῖ deperdita videntur. — Aliam emendationem proponit Bentleius. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 6, *ὑπὸ τῆς ὠφελείας καὶ τοῦ λόγου*. Dele καί. His vero consona tradit nobis Orig. *Comm. in Joan.* tom. I, num. 34 : Ὁ Σωτὴρ... ἵνα πάντα ἢ κερδήσῃ, ἢ τελειώσῃ, γέγονεν ἀνθρώποις ἄνθρωπος, καὶ ἀγγέλοις ἄγγελος. Et num. 40 : Μέγας ἐστὶν ἀρχιερεὺς, οὐχ ὑπὲρ ἀνθρώπων μόνων, ἀλλὰ καὶ παντὸς λογικοῦ... ἑαυτὸν ἀνενεγκών, etc. De hac vero ejus opinione vide Huet. *Origenian.* lib. II, quæst. 3.

Ibid., lin. 7, *ἤ*. Lege καὶ αὐτῷ.

Col. 492 A, lin. 3, *δή*. Lege δέ.

Ibid., lin. 7, *ἀφιστάς*. Nihil est ad quod referatur hoc ἀφιστάς, mihi igitur legendum videtur ἀφιστάντι, scilicet, τῷ, *Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Vult enim eam istius phrasis vim esse, ut Dei essentiam a creaturis longe semotam significet, illumque non σωματικῶς, sed προνοητικῶς tantum rebus mundanis interesse.

Ibid., lin. 8, *οἷς γὰρ οὐ κοινωνεῖ*. Corruptus plane est hic locus, qui hoc fortasse modo sanari possit, γενητῶν, ΟΙΣ ΟΥ ΚΟΙΝΩΝΕΙ· οἷς γὰρ κοινωνεῖ (vel ἐνοικῶν κοινωνεῖ) αὐτοῖς δόξα... ἐγγίνεται. Nam respicere videtur ad ea quæ supra di-

A xerat, Deum sc. in sanctis, tanquam cœlis, ἐνοικεῖν, atque adeo eos θείας φύσεως, ut loquitur Apostolus, participes facere.

Ibid., lin. 10, *ὅτε μὲν παρίστησι*. Supplendum hic, aut subaudiendum saltem esse arbitror, ὁ εὐχόμενος, unde totum locum, qui mendosus plane est, sic refingo, Ο ΕΥΧΟΜΕΝΟΣ, ὅτε μὲν, παρίστησι..., ὅτε δὲ, τούτου ΤΥΧΩΝ, τὸ μὴ παραμένον ΑΥΤΩ καὶ τηρεῖσθαι ἀξιοῖ· φανερὸν ΔΕ, ὅσον... Ita fere Clem. Al. *Str.* VII, pag. 853 ; Παρὰ Θεοῦ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν δοθῆναι, τὰ δὲ παραμεῖναι εὐχόμεθα. Οὐ γάρ ἐστι ταὐτὸν αἰτεῖσθαι παραμεῖναι τὴν δόσιν, ἢ [lege καὶ] τὴν ἀρχὴν σπουδάζειν λαβεῖν· Et pag. 857 : Τὰ δὲ ὄντως ἀγαθὰ, τὰ περὶ ψυχὴν, εὔχεται εἶναί τε αὐτῷ καὶ παραμεῖναι. Ubi illud, εὔχεται αὐτῷ παραμεῖναι, ibidem plane est, quod hic dicit Origen. αὐτῷ τηρεῖσθαι ἀξιοῖ. — In loco Origenis Bentleius pro ὅτε legit εἶτε. RUÆUS.

Ibid., lin. 15, *κατά γε τὸν Ματθ. καὶ τὸν Λ.* Ostenderat supra Origenes Lucam a Matthæo discre-
B pare, et verba illa, ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quæ hæc præcedunt, non agnoscere; nunc vero notat, in eamdem ambos hic semitam redire, et in his ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, consentire; aptius igitur pro κατά γε legatur κατά τε τὸν Μ. καὶ τὸν Λ., *secundum tum Matthæum, tum Lucam*. Vide not. ad num. 4.

Ibid. B, lin. 3, *τοῦ Πατρός*. Pro τοῦ legendum οὖν, ut sit, τί τὸ ὄνομα οὖν Πατρός. Id enim sententia poscere videtur.

Ibid., lin. 9, *θεωρητική*. Lege θεωρητικός, scilicet νοῦς. — Ita legendum priores monuimus. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 7, *τό, ὤν*. Ita quidem habet codex Holm., sed desiderari mihi videtur, articulus ὁ, ut sit ὄνομα τὸ, ὁ ὤν. Hoc enim est nomen illud quod in loco hic citato (*Exod.* III, 14) sibi vindicat Deus, ubi Moysi de nomine interroganti respondet : Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν.... Οὕτως ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ὁ ὢν
C ἀπέσταλκέ με. Per hoc igitur nomen ὁ ὤν significari dicit Origenes Dei ἰδίαν ποιότητα, scilicet quod immutabilis et sine ulla variatione idem semper sit : ad quem fere modum de eadem re disserit Novatianus : « Quidquid illud esse potest, quod Deus est, semper sit necesse est; ut semper sit Deus, servans sese virtutibus suis : et ideo dicit : *Ego sum, quod sum;* quid enim est, ideo hoc habet nomen, quoniam eamdem semper obtinet qualitatem. » *De Trin.* c. 4.

Col. 494 A, lin. 13, *ῥύμη τῆς οἰκοδομῆς*. Male hæc Latine vertit edit. Oxon. *in vico ædificationis;* cum ῥύμη οἰκοδομῆς hic significet *impetum*, seu *vehemens studium* alios sermone suo *ædificandi*, ῥύμη, ὁρμή. Hesych. φορὰ βιαία, Phavorin. ex Suid. Vult utique Origenes verba, νιφετοῦ instar, confertim et cum vi quadam effusa, qualia erant Ulyssis illa (Hom. *Iliad.* Γ, v. 222) νιφάδεσσιν ἐοικότα, sc. διὰ τὸ πυκνὸν καὶ σύντονον τῆς φράσεως, schol. Sic autem
D ipse in *homil.* 16 *in Levit.* : « *Exspectetur*, inquit, *sicut pluvia eloquium meum, et descendant sicut ros verba mea, sicut imber super gramen, et sicut nix super fenum.* Intende diligenter, auditor; ne putes nos vim facere Scripturæ, cum docentes Ecclesiam dicimus, vel aquas, vel imbres, vel alia, quæ corporaliter dici videntur, spiritaliter sentienda : audi Moysem, quomodo verbum legis nunc pluviam nominat, nunc rorem vocat, nunc imbrem, nunc etiam nivem dicit. » — Pro ῥύμη Bentleius legit ῥώμη. Quod præstare videtur.

Ibid., lin. 15, *διὰ τοῦτο ταῦτα δύναται· ταῦτα*. Legendum videtur, διὰ τούτου (sc. ὀνόματος) ταῦτα δύναται· διὰ τοῦτο ἐπινοήσας.

Ibid. B, lin. 5, *ὑπομιμνήσκεται*. Vides hic Origenem animarum προϋπάρξει favere, atque adeo verbum μνησθήσονται in loco supra citato, ps. XLIV, 19, Platonice interpretari de rerum in priore statu cognitarum reminiscentia. Atque ita quidem ipse,

vel ii saltem qui in eadem erant hæresi, idem verbum μνησθήσονται, ps. XXI, 28, intellectum voluerunt, uti nos docet Hieronymus in *Comment. in Ephes.* I, 17. De hac vero Origenis sententia plura tibi suppeditabit Huet. *Origenian.* lib. II, quæst. 6.

Ibid., lin. 7, *τὰ ἐνθάδε*. Cum in antecedentibus dixerit Origenes Dei naturam et attributa ei esse intelligenda, qui rite vult precari, ut sanctificetur Dei nomen, non video quomodo introducat nunc τὰ ἐνθάδε, tanquam intellectu necessaria, quæ ad veram illam et ὑψηλὴ γνῶσιν Θεοῦ, uti mox appellat, nihil pertinent. Ipsius igitur sententiæ vis me cogit pro τὰ ἐνθάδε, hic legere τὰ τοῦ Θεοῦ, hoc est, ὅ ἐστι (ut supra dixit), et quænam sit ejus ἰδία ποιότης; quibus quidem ignoratis frustra quis precatur, sicut ante nos docuit num. 21 : Εἴ τις ἀγνοεῖ τὸν Θεὸν καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀγνοεῖ δὴ τὰ ὧν χρείαν ἔχει. Præclare vero in hanc rem Hierocles : Ἡ ὅλη δύναμις τῆς τιμῆς ἐν τῇ γνώσει τῆς οὐσίας τῆς τῶν τιμωμένων κεῖται... Πῶς γὰρ ἂν διαλεχθείη τις οἷς ἀγνοεῖ, etc. *Comm. in Aur. Carm.*, pag. 34 ed. Cant. — Mihi vero retinenda videntur τὰ ἐνθάδε, et explicanda quemadmodum interpretatus est dominus Claudius Fleury. RUÆUS.

Ibid., lin. 8, *αἰτεῖν*. Sic in codice scriptum legitur, sed vitiose, ut opinor, pro αἰτοῦντα, sicut exhibuit ed. Oxon., neque enim aliter constabit sententia. Αὐτόν, id est, μόνον. Vide Schol. in Hom. *Iliad.* Θ, 99.— Αἰτεῖν retinendum, subintelligendo δηλονότι. RUÆUS.

Ibid., lin. 10, *πατρός*. Hujus loco legendum plane est Δαυίδ, nam illius προστάσσοντος sunt hæc verba, ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα... Consimili autem scribæ errore Δαυίδ pro Θεῷ positum invenies ap. Euseb. *contra Marcell.*, p. 52.

Ibid., lin. 14, *ὑψοῦντος*. Lege τὸ ὑψοῦν τὸ ὄνομα, nam illud τος manifestum est librarii sphalma. — Bentleius prior legerat τὸ ὑψοῦν, vel τοῦ ὑψοῦντος. RUÆUS.

Ibid., *μεταλαβών τις... ὑψοῖ*. Rectius, ut opinor, legas, μεταλαβὼν δέ τις... ὑψώσει..., sicut in exemplo sequitur, ὑψώσω..., ὅτι ὑπέλαβές με,... — Bentleius ante μεταλαβὼν addit ὅτε. Quod videtur præstare. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 6, *γραφή*. Lege ἐπιγραφή. Est enim hæc psal. XXIX inscriptio, *ψαλμὸς ᾠδῆς*. — Legendum ἐπιγραφή prior monuit Bentleius. RUÆUS.

Ibid., lin. 8, *ἔτι περί*. Fortasse ἔτι δὲ περί, sicut in hoc libello sæpe habet Origenes. In edit. vero Oxon. male legitur ἔστι περί.

Ibid., lin. 14, *ἀντὶ τοῦ, γενηθείη*. Ita anonymi Scholia in Orat. Dom. quæ huic libello subjunximus, τὸ ἁγιασθήτω οὐ προστακτικόν· εὐκτικὸν δὲ, οἷον, ἁγιασθείη.

Ibid. D, lin. 3, *ὅλος γάρ*. Ita fere Origen. *Contra Cels.*, p. 396, ὅλος ἑκατοστὸς ὄγδοος ψαλμὸς τὴν περὶ Ἰούδα περιέχει προφητείαν. Atque eodem modo pag. 406. Vide not. ad num. 6.

Ibid., lin. 4, *τό*. Lege τῷ γενηθήτω,... συμβαίνειν. — Bentleius legit τὸ γενηθήτω,... σημαίνειν. RUÆUS.

Col. 496 A, lin. 3, *ὡς εὐξαμένου*. Impiam hanc Tatiani sententiam, non indicato nomine, exagitat Origenes in lib. VI *Contra Cels.*, p. 672, παρακούσας δ' οἶμαι [Κέλσος] μοχθηρᾶς αἱρέσεώς τινος, καὶ κακῶς διηγησαμένης τὸ, γενηθήτω φῶς, ὡς εὐκτικῶς ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ εἰρημένον. Nominatim vero Clem. Alex. *Ecl. proph.* cap. 38, πρὸς δὲ Τατιανὸν λέγοντα εὐκτικὸν εἶναι τὸ, γενηθήτω φῶς, λεκτέον, etc.

Ibid., lin. 7, *ὑποκάτω*. Lege τὸ ὑποκάτω, sicut exstat in editt. τῶν O'; ita enim paulo post repetit ipse Origenes.

Ibid. C, lin. 1, *παντὸς μὲν ἁγίου*. Ita Origen. *in Matth.*: Τάχα δὲ καὶ ἑκάστη ἀρετὴ οὐρανοῦ ἐστι βασιλεία, καὶ πᾶσαι ἅμα βασιλεία οὐρανῶν· ὡς κατὰ τοῦτο ἤδη ἐν βασιλείᾳ εἶναι οὐρανῶν τὸν κατὰ

A τὰς ἀρετὰς βιοῦντα, etc. Et tom. XIV, num. 7 : Κἂν ζητῇς δὲ τὸ, αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, δύνασαι λέγειν ὅτι αὐτῶν ἐστιν ὁ Χριστὸς, καθὸ αὐτοβασιλεία ἐστὶ..., βασιλεύων καθ' ἑκάστην ἐπίνοιαν αὐτοῦ... ᾗ δικαιοσύνη ἐστὶ, καὶ ᾗ σοφία, καὶ ᾗ ἀλήθεια, etc.

Ibid., lin. 4, *συμβουλεύοντος*. Manifeste apparet ex sequentibus hic legendum esse συμβασιλεύοντος. Sic autem postea, Κύριος... βασιλεύων ἡμῶν μόνος σὺν τῷ Χριστῷ αὐτοῦ. — Ita prior legerat Bentleius. RUÆUS.

Ibid., lin. 6, *ἐμνημόνευε*. Lege ἐμνημόνευσα, scilicet num. 20 et 22. — Codex ms. habet ἐμνημόνευον, teste Walkero. RUÆUS.

Ibid., lin. 9, *παντὸς ἁμαρτωλοῦ*. Lege παντὸς δὲ ἁμαρτωλοῦ, ut respondeat superioribus, παντὸς μὲν ἁγίου. — Ita prior legit Bentleius. RUÆUS.

Ibid., lin. 13, *ἁμαρτωλῶν*. Lege ἁμαρτιῶν, uti exstat in editt. Gal. I, 4.

B Ibid. D, lin. 4, *καὶ ἐξέληται*. Hæc, ut opinor, ex præcedentibus iteravit librarius; causam enim non video cur id faceret ipse Origenes. Minus recte tamen ed. Oxon. ea silentio prorsus prætermisit.

Col. 497 lin. 6, *ἡμῶν*. Lege ὑμῶν. Totus vero hic locus in editt. Rom. VI, 12, sic legitur, μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ.

Ibid., lin. 15, *ἐνστήσεται*. Ms., ἐνστήσηται. — Walkerus in ms. legit ἐνστήσεται. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 12, *φανερωθησόμενον*. Lege φανερωθησομένου, scilicet τοῦ τελείου. — Ita quoque prior legerat Bentleius. RUÆUS.

Ibid., lin. 13, *προσβάλλει*. Lege προσβαλεῖ.

Ibid., *τοῖς νοητοῖς*. Male hic exhibuit ed. Ox., τοῦ νοητοῦ. — Hoc jam a nobis observatum est. RUÆUS.

C Ibid. C, lin. 4, *τοῖς ἔμπροσθεν*. Origenes hic, ut et in libelli fine, et *Περὶ ἀρχῶν* IV, 2, inversa legit Apostoli verba Phil. III, 14, ubi in editt. sic se habent, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενοι, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενοι.

Ibid., lin. 5, *τῇ... βασιλείᾳ*. Lege τῆς... βασιλείας... ἀκρότης. — Nulla causa est cur legatur τῆς βασιλείας. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 2, *βελίαρ*. Exhibet hic ed. Oxon., βελίαλ, unde deceptus Millius dicit Origenem *Περὶ εὐχῆς* legere βελίαλ· atqui Origenes non solum hic, sed et aliis in locis a Millio prætermissis (sc. *Comm. in Joan.* tom. XXXII, num. 16 et 19, et *Contra Cels.*, p. 665) legit βελίαρ. Atque ita quidem Hesych. βελίαρ, δράκων, ut et Suidas, βελίαρ τῇ Ἑβραίων φωνῇ τὸν ἀποστάτην δηλοῖ ὁ ἀπόστολος, τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς βελίαρ. Haud nego tamen Hebræo congruentiorem esse lectionem βελίαλ. Vide Drus. *Comm. ad voces Hebr. N. Testamenti.* — In cod. ms. exstare βελίαρ, jam monuimus.

D Col. 500 A, lin. 8, *καθεζομένῳ*. Lege καθησομένῳ, nam de futuro loquitur.

Ibid., lin. 17, *παλιγγενεσίας*. Respicit plane Origenes ad Christi verba Matth. XIX, 28, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, eaque, contra quam volunt alii, non cum antecedentibus, ἀκολουθήσαντές μοι, sed cum sequentibus, ὅταν καθίσῃ conjungenda esse ostendit, dum παλιγγενεσίαν per ἀνάστασιν explicat.

Ibid. B, lin. 1, *ὡς ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ γῆς*. Origenes supra num. 18 totam orationem e Matthæo describens, ita hæc legit, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, sicut in editt. exstant; sic igitur hic quoque legendum arbitror, nam eadem certe verba repetere voluit.

Ibid., lin. 11, *συμβήσεται*. Ms., συμβήσηται. — Walkerus in cod. ms. legit συμβήσεται. RUÆUS.

Ibid., lin. 14, *οὐρανοῖς*. Lege οὐρανῷ. Ita enim in hac sectione decies repetit ἐν οὐρανῷ, atque non semel τοῖς ἐν οὐρανῷ.

Col. 501 A, lin. 2, *μεθυσθήσεται*. Ms., μεθυσθήσηται.

Ibid., lin. 6, *ἔρχεται*. Ms., ἔρχηται.

Ibid., lin. 9, *ἀλληγορῶν*. Ita supra sub fin. num. 23, οὐ γὰρ ἄτοπον, αὐτὸν [Χριστὸν] εἶναι κυρίως θρόνον τοῦ Πατρὸς, ἀλληγορικώτερον οὐρανὸν καλούμενον, τὴν δὲ Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, γῆν ὀνομαζομένην, ...

Ibid., lin. 10, *οὐράνιος*. In codice deleta pene est hæc vox; sed e vestigiis fuisse apparet οὔνιος, id est, οὐράνιος; quod, cum loco aptum sit, nos reponere non dubitavimus, etsi non incommode legi hic possit, κυρίως θρόνος, sicut supra num. 23. — Walkerus in ms. codice legit ἄξιος, non autem οὐράνιος. RUÆUS.

Ibid. B, lin 1, *αὐτοῦ τοῦ Πατρός*. Hæc, ut opinor, invertit librarius pro Πατρὸς αὐτοῦ.

Ibid., lin. 4, *τὸ θέλημα*. Deesse videtur τοῦ Πατρός.

Ibid., lin. 9, *παραθήσεται*. Ms., παραθήσηται. — Walkerus in cod. ms. legit παραθήσεται. RUÆUS.

Ibid., *τούτου*. Evangelii sc. secundum Matthæum. Τούτου autem dicit quia in articulo Orationis Domin. explicando nunc versatur, qui ap. Matth. solum exstat, uti dixit in sectionis hujusce initio.

Ibid. C, lin. 7, *τὰ ... διορθωθέντα*. Lege τῶν διορθωθέντων, quod flagitat plane syntaxis. — Non id flagitabit syntaxis si lin. 9 pro τὴν ἐξουσίαν legeris τῇ ἐξουσίᾳ. RUÆUS.

Ibid., lin. 13, *εὑρεῖν*. Lege εὗρεν. Hoc enim tum sententia, tum verborum constructio exigit; scilicet, εὗρεν τὸν ἄνθρωπον ... λέγειν. — Bentleius pro εὑρεῖν legit ἐρεῖ. RUÆUS.

Ibid., lin. 15, *καί*. Dele. Sic autem legitur *Phil*. II, 8, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος.

Col. 504 A, lin. 1, *ἀνακρινάμενος*. Ita in codice perperam scribitur pro ἀνακιρνάμενος, quod ipsa postulat sententia. His vero consona habet Origen. *contra Cels*. p. 394 : Ταῦτά φαμεν, οὐ χωρίζοντες τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ· ἓν γὰρ μετὰ τὴν οἰκονομίαν γεγένηται πρὸς τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Et pag. 474 : Πεπείσμεθα ... τὸ θνητὸν αὐτοῦ σῶμα, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν αὐτῷ ψυχὴν, τῇ πρὸς ἐκεῖνον [λόγον] οὐ μόνον κοινωνίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἑνώσει, καὶ ἀνακράσει, ... εἰς Θεὸν μεταβεβηκέναι. Itidem pag. 608 : Λόγον ... τῇ Ἰησοῦ ψυχῇ ᾠκειῶσθαι καὶ ἡνῶσθαί φαμεν. Et pag. 669 : Ἡ Ἰησοῦ ψυχὴ ... κεκόλληται τῷ Κυρίῳ, τῷ αὐτολόγῳ, καὶ αὐτοσοφίᾳ, καὶ αὐτοαληθείᾳ, καὶ αὐτοδικαιοσύνῃ, ... ὅπερ εἰ οὕτως ἔχει, οὐκ εἰσὶ δύο ἡ ψυχὴ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς τὸν πάσης κτίσεως πρωτότοκον. Similiter Comm. in Joan. tom. I, num. 37, dicit, τὸν ἄνθρωπον τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τῇ θεότητι αὐτοῦ ἀνακεκραμένον. Confer Comm. in Matth. tom. XVI, num. 8, et in Joan. tom. XXXII, num. 17. — Walkerus in ms. codice legit ἀνακιρνάμενος. RUÆUS.

Ibid., lin. 11, *ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*. Ita ferme Origen. hom. 8 in Jerem. : Ἕκαστος ἡμῶν ἔχει ἔργα οὐράνια καὶ ἐπίγεια. Ἐπίγειά ἐστιν ἔργα, ἃ ἐπὶ τὴν συγγενῆ αὐτοῖς γῆν κατάγει τὸν θησαυρίζοντα αὐτὰ ἐπὶ τῆς γῆς ... Πάλιν, ἐπεὶ συγγενῆ τοῖς ἔργοις τὰ χωρία, τὰ ἐν οὐρανῷ ἀνάγει τὸν θησαυρίζοντα ἐν οὐρανῷ, τὸν φορέσαντα τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.

Ibid., lin. 13, *οὐρανίοις*. Lege ἐπουρανίοις, nam Apostoli verba supra citata repetit. — Bentleius legit vel οὐρανοῖς vel ἐπουρανίοις. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 1, *εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ*. Origenes hic Apostoli verba (I Cor. XV, 49) de Adami posteris dicta, ad πνευματικὰ τῆς πονηρίας transfert, per χοϊκὸν allegorice ipsum diabolum intelligens : quod et similiter facit in Comm. in Joan. tom. XX, num. 20 : διαβόλου τέκνον κατ' εἰκόνα γινόμενον τοῦ

A πονηροῦ πατρὸς, ἀφ' οὗ τυποῦνται αἱ ἐκείνου τοῦ χοϊκοῦ εἰκόνες· πρῶτος γὰρ χοϊκὸς ἐκεῖνος ... etc. Sic etiam Comment. in Matth. tom. XV, num. 18, οἷος ὁ χοϊκὸς, ὁ πονηρὸς δηλαδὴ, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί.

Ibid., *ὅστις ἐστὶν ἀρχή*. Diabolo hic allegorice id tribuit Origenes, quod in Job LX, 14, secundum LXX, de Behemoth dictum est. Eamdem vero rem pluribus persequitur in loco huic gemino, Comm. in Joann. tom. I, num. 17 : Ἔστι δὲ ἀρχὴ καὶ ἡ ὡς γενέσεως ...· οἶμαι δὲ σαφέστερον ἐν τῷ Ἰὼβ τοῦτο καταγγέλλεσθαι τὸ σημαινόμενον κατὰ τὸ, τουτέστιν ἀρχὴ πλάσματος Κυρίου, πεποιημένον ἐγκαταπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. Ὑπολάβοι γὰρ ἄν τις τῶν ἐν γενέσει τοῦ κόσμου τυγχανόντων ἐν ἀρχῇ πεποιῆσθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Βέλτιον δὲ ..., πρῶτον τὸν [lege τῶν] ἐν σώματι τὸν καλούμενον εἶναι δράκοντα, ὀνομαζόμενον δέ που καὶ μέγα κῆτος, ὅπερ ἐχειρώσατο ὁ Κύριος· ... διὰ τοῦτο

B χρηματίζων ὁ Κύριος ... λέγει, τουτέστιν ἀρχὴ πλάσματος Κυρίου, πεποιημένον ἐγκαταπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. Similiter tom. XX, num. 20 : ... Διαβόλου τέκνον, ... κατ' εἰκόνα γινόμενον τοῦ πονηροῦ πατρὸς, ἀφ' οὗ τυποῦνται αἱ ἐκείνου τοῦ χοϊκοῦ εἰκόνες· πρῶτος γὰρ χοϊκὸς ἐκεῖνος τῷ πρῶτος ἀποπεπτωκὼς ... ἄξιος γεγονέναι τοῦ ἀρχὴν αὐτὸν εἶναι, οὔτε κτίσματος, οὔτε ποιήματος, ἀλλὰ πλάσματος Κυρίου, πεποιημένον ἐγκαταπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. Origeni autem succinit Cyrill. *Hier. catech.* VIII : Ἀρχὴ γάρ ἐστι [διάβολος] πλάσματος Κυρίου, πεποιημένος ἐγκαταπαίζεσθαι, etc.

Ibid., lin. 2, *πεποιημένου*. Lege πεποιημένος, nam refertur ad ὅστις. Sic autem ap. Job, τοῦτό ἐστιν ἀρχὴ ..., πεποιημένον .... Et in locis ex ipso Origene et Cyrill. supra citatis.

Ibid. C, lin. 2, *ἐστὶν ἡ γῆ*. Lege ἐστὶ γῆ, id est γήϊνος, non ἡ γῆ, *ipsa terra*. Ita vero in sequentibus, γῆ ἐσμεν, γῆ λελογίσμεθα, μηκέτι εἶναι γῆν.

C Ibid., lin. 5, *οὐρανός ἐστι*. Sic etiam Origen. in Matth. tom. XIV, num. 7 : Αὐτός [Χριστὸς] ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν οὐρανῶν, βασιλεύων ... τοῦ γενομένου, διὰ τὸ φορεῖν τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, οὐρανοῦ. Itidem in hom. 8 in Jerem. : Ἔστι γὰρ ὁ δίκαιος οὐρανός· ... καὶ φαμὲν ὅτι οἱ τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον φοροῦντες, καὶ αὐτοί εἰσιν οὐρανός· εἰ γὰρ πρὸς τὸν ἁμαρτάνοντα λέγεται, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, πρὸς τὸν δίκαιον οὐκ ἂν λεχθείη, οὗ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, οὐρανὸς εἶ, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀπελεύσῃ; ... Ita fere Tertullianus, hunc Orationis Domin. articulum exponens : *Ex interpretatione*, inquit, *figurata carnis et spiritus, non sumus cœlum et terra*.

Ibid., lin. 6, *εὐχόμεθα*. Lege εὐχώμεθα, sicut mox sequitur ἀξιώσωμεν. — Ita etiam legendum monueram. RUÆUS.

Ibid., *θέλημα*. Lege θέλημα τοῦ Θεοῦ, uti in præcedentibus et sequentibus legitur.

D Col. 505 A, lin. 1, *μένει*. Lege μενεῖ, nam de futuro loquitur; atque ita paulo post, σώφρονες ἔσονται, δίκαιοι ἔσονται, ἐσόμεθα πάντες οὐρανός.

Ibid., lin. 3, *καὶ ἐπί*. Lege οὕτω γένηται καὶ ἐπὶ ... sicut in antecedentibus; hæc enim scribæ tantum incuria hic omissa videntur.

Ibid. B, lin. 11, *Καφαρναούμ*. Ita cod. ms. recte. Hoc autem, tanquam erratum, mutavit ed. Oxon. in Καπερναούμ, sicut in Evangeliis passim legitur. Atqui non hic solum Origenes, sed et aliis pene centum in locis habet Καφαρναούμ; nimirum, Comm. in Matth. tom. XIII, num. 11, 14, et tom. XIV, num. 15, et in Joan. tom. X, XI, XVIII, XXXI, e quibus locis ne unum quidem usquam notavit Millius. Sic etiam legit Euseb. *De loc. Hebr.* : Καφαρναούμ, κώμη ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τῶν ἐθνῶν. Et in V : Χωραζεὶν, est, inquit, κώμη τῆς Γαλιλαίας, ... διεστῶσα τῆς Καφαρναοὺμ σημείοις ιβ'. Atque ita sæpe legitur ap. Epiphan. hær. XXX et LI. Vide Drusii Comm.

ad voces Hebr. N. T. et Adnot. in Matth. iv, 13, atque Reland. *Palæstin.* tom. II, pag. 682.

Ibid., lin. 12, *ζητεῖτε*. Lege ζητεῖτέ με, sicut exstat in editt. Jo. vi, 26. — Ita quoque hunc locum edidi. Ruæus.

Col. 508 A, lin. 3, *ὡς περὶ ἑτέρου ὄντος*. Desiderari videtur παρ' αὐτόν, ut sit, ὡς περὶ ἑτέρου παρ' αὐτὸν ὄντος ..., sicut in responso mox repetit. Dixerat scilicet Origenes, panem ἐπιούσιον esse ipsum Christum, et præterea esse Dei verbum, quo anima nutritur : at his, inquit, regerat quispiam, qui per panem hunc Christum solum vult intelligi, eum non ita petere nos docere, quasi alius præter seipsum esset panis ἐπιούσιος.

Ibid., lin. 6, *διαλέγεται*. Ms., διαλέγηται. — Walkerus in cod. ms. legit διαλέγεται. Ruæus.

Ibid., lin. 7, *Μωϋσῆς*. In editt. Jo. vi, 32, legitur, οὐ Μωσῆς δέδωκεν ... ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου.

Ibid., lin. 8, *ὑμῖν*. Ms. male ἡμῖν.

Ibid., lin. 13, *ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ*. Lege ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ ..., uti legitur in loco citato, Joan. vi, 51, nam Origenem illa, ὁ ζῶν, hic non omisisse apparet ex sequentibus, τὸν ζῶντα ἄρτον αἰτῶμεν, et infra, ὁ ζῶν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκὼς ἄρτος, in quibus ad ea plane, tanquam ante citata, respicit; quæ tamen si de hoc loco eximas, nusquam in antegressis reperientur. Sic autem hæc verba recitat ipse Origen. in Joan. tom. x, num. 13 : Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. ...

Ibid. B, lin. 1, *ζήσει*. Sic etiam habet Origen. in Joan. tom. x, num. 13; at in editt. Joan. vi, 51, legitur ζήσεται, sicut et legit ipse Origen. in Matth. tom. xi, num. 14, et Euseb. in Psalm. pag. 85, 471.

Ibid., lin. 4, *πᾶσα τροφή*. Eisdem pene verbis utitur Origenes in Joan. tom. x, num. 13 : Πᾶσα τροφὴ καταχρηστικώτερον ἄρτος λέγεται, ὡς ἐπὶ Μωϋσέως ἐν τῷ Δευτερονομίῳ γέγραπται, τεσσαράκοντα ἡμέρας ἄρτον οὐκ ἔφαγε, καὶ ὕδωρ οὐκ ἔπιεν.

Ibid., Ms. λέγηται.

Ibid., lin. 15, *ἔχετε*. Ms. ἔχητε.

Ibid. C, lin. 4, ἀληθής ... ἀληθής ... Sic etiam legit Origen. in Joan. tom. x, num. 13, ut et Euseb. *Eccl. theol.* p. 179, quod non animadvertit Millius. Attamen vera, ut opinor, lectio est ἀληθῶς, uti in editt. exstat Joan. vi, 55, atque ita legit ipse Origen. in Matth. tom. xvi, num. 7.

Ibid., *πόμα*. Habet hic quidem cod. ms. πόμα; quod merum est librarii sphalma; nos igitur ex codd. omnium consensu loco ejus inserere non dubitavimus αἷμα e Joan. vi, 55, sicut et legit ipse Origen. in Joan. tom. x, num. 13, et in Matth. tom. xvi, num. 7.

Ibid., lin. 9, *ζήσει*. Ita bis legit Euseb. *Eccl. theol.* p. 89. Hujus vero lectionis testem, nec Origenem, nec Eusebium adhibuit Millius in Joan. vi, 57, ubi in editis legitur ζήσεται.

Ibid., *δέ*. Lege δή.

Ibid., lin. 12, *πίωμεν*. Hoc non convenit carni Christi, de qua nunc loquitur Origenes; mihi igitur sic legendum videtur, ὅταν δὲ τρώγωμεν αὐτόν, ut respiciat ad verba supra citata, ὁ τρώγων με.

Ibid. D, lin. 1, *ἔφαγον οἱ πατέρες*. Desunt hic, ὑμῶν τὸ μάννα, quæ exstant Joan. vi, 58, sicut et desunt τὸ μάννα in cod. Cant. et Colb. 8, ap. Mill., quibus ille quidem codicibus adeo confidit, ut illa τὸ μάννα, quæ in editis habentur, pro insititiis rejicienda arbitretur (Prolegom. sect. 1493); nos vero viri cl. cum diligentiam hic requirimus, qui hunc Origenis locum sibi suffragantem non notaverit, tum judicium nimis temere factum improbamus, quod duorum codicum fide non ita certa (nam et ipse eos *mirifice corruptos* pronuntiat) cæterorum omnium lectionem loco aptam probamque repudiaverit; atque ideo tantum delenda censuerit τὸ μάν-

A να, ut, quod eodem redit, τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, subintelligeret. Magni ille fortasse fecisset hunc Origenis locum, quem nos revera mendosum esse judicamus, et ex editis corrigendum, ἔφαγον οἱ πατέρες ὑμῶν τὸ μάννα, καὶ ἀπέθανον.

Ibid., lin. 2, *ζήσει*. Sic etiam legit Origen. in Joan. tom. vi, num. 26, at in editt. Joan. vi, 58, legitur ζήσεται.

Col. 509 A, lin. 7, *μὴ περὶ σωματικῶν*. Ita Origen. in Matth. tom. xii, num. 31 : ... οὐ στερεᾶς δὲ τροφῆς, καὶ τῶν ὀνομαζομένων τροπικῶς λαχάνων, etc. Et hom. 27 in Num. : *Cibus verus naturæ rationalis sermo Dei est.* Et hom. 5 in Levit. : *Carnes in Scripturis solidum cibum indicant perfectamque doctrinam : Scio esse animæ cibum quemdam lactis, et alium olerum, et alium carnis*, etc.

Ibid. C, lin. 11, *διαφερούσης, αὐτήν*. Lege διαφέρουσαν, et sic distingue, συνηνέχθησαν ... περὶ αὐτῆς, μηδαμῶς διαφέρουσαν αὐτὴν ἐξενηνοχότες. —
B Aliam proposuit Bentleius emendationem quæ magis nativa videtur. Ruæus.

Ibid., lin. 14, *ἐνωτίζου, εἰς τὰ ὦτα δέξαι*. Hoc in sensu sæpe οἱ O' utuntur verbo ἐνωτίζεσθαι; de quo ap. Jerem. xiii, 15, idem fere, quod hic, notat Origenes his verbis, τί τὸ, ἐνωτίσασθαι ἀπ' αὐτῆς τῆς λέξεως κατανοήσωμεν τὸ, ἐνωτίσασθε, εἰς τὰ ὦτα δέξασθε, hom. 12 in Jerem. Atque eodem modo Hesychius ἐνωτίζου, ἐν τοῖς ὠτίοις δέχου.

Ibid., lin. 15, *ἀκουτίσθητι, ἀντὶ τοῦ ... ἀκοῦσαι ποιεῖς*. Vitiosa certe sunt hæc verba; nusquam enim ap. LXX Interpretes exstat illud, ἀκουτίσθητι, nec in passiva forma omnino usurpatur hoc verbum; neque etiam, si usurparetur, imperativum ἀκουτίσθητι ullo pacto significaret ἀκοῦσαι ποιεῖς : quapropter legendum censeo, ἀκούτισον, ἀντὶ τοῦ, ἀκοῦσαι ποίει. Nam occurrit hoc verbum isto in sensu haud semel apud LXX, exemp. grat. Cantic. ii, 14 : Ἀκούτισόν με τὴν φωνήν σου. Atque
C iterum cap. viii, 13 : Ἀκούτισόν με, *fac me audire*, hoc est, ἀκοῦσαι ποίει με.

Ibid. D, lin. 1, *ἰσομοία τῇ, ἐπιουσίῳ*. Lege ἰσομοία δὲ τῇ, ἐπιούσιον, προσηγορίᾳ. Sic supra ἡ λέξις ἡ, ἐπιούσιον.

Col 512 A, lin. 2, *προηγουμένην τὴν τῶν ἀσωμάτων*. Ita de anima mundi dicit Timæus Locrus, ἂν οὐχ ὑστέραν τᾶς σωματικᾶς οὐσίας συνετάξατο ὁ Θεὸς ... (πρότερον γὰρ τὸ τιμιώτερον καὶ δυνάμει καὶ χρόνῳ) ἀλλὰ πρεσβυτέραν ἐποίει, etc.; cui consentit Plato in *Timæo* : Ὁ Θεὸς γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος συνεστήσατο. Et *De leg.* lib. x : ... τὰ ψυχῆς τῶν τοῦ σώματος ἔσοιτο πρεσβύτερα, ... εἴπερ καὶ ψυχὴ σώματος. Iidem porro τὴν ἰδέαν, sive ἀρχὴν παραδειγματικὴν rerum creandarum, οὐσίαν ἀσώματον esse statuunt : quod et de primis causis omnibus, referente Plutarcho, Pythagoras et Aristoteles affirmabant : Πυθαγόρας, καὶ Ἀριστοτέλης, τὰ μὲν πρῶτα αἴτια [φασὶν] ἀσώματα. Plut. *De placit. philos.*, i,
D 10, 11.

Ibid., lin. 8, *ἐπεισιόντος*. Ms. male ἐπισείοντος.

Ibid., lin. 9, *ἐὰν πλεῖον*. Sic etiam Timæus Locrus, τροφὰ δὲ ... εἴκα πλείω τᾶς ἀποῤῥεοίσας ἐπάρδοιτο, αὔξα λέγεται· εἴκα δὲ μείω, φθίσις.

Ibid., lin. 13, *προηγουμένην δὲ τὴν τῶν σωμάτων*. In ea erant sententia philosophorum pars multo maxima, præsertim Stoici, qui πάντα τὰ αἴτια dicebant esse σωματικά (ap. Plutarch. *De Placitis*, i, 11) atque σώματα εἶναι τὰς ἀρχάς, ap. Laert. vii, 134, quam lectionem recte defendere videtur Lipsius in *Phys. Stoic.* ii, 5. Confer Origen. *Contra Cels.* p. 686.

Ibid., lin. 15, *πρώτη ... ὕλη*. Philosophorum hic primariorum communem refert sententiam Origenes. Ita enim Stoicorum princeps Zeno (ap. Stob. *Ec. phys.* c. 14) dicit, οὐσίαν εἶναι τὴν τῶν ὄντων πάντων πρώτην ὕλην. Sic et Ocellus Pythagoricus (*De universo* c. 2), πρῶτον δὲ ὕλη τὸ πανδεχές· καί-

νὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσι. Et Timæus Locrus, τὰν δ' ὕλαν [ἔφα] ἐκμαγεῖον, καὶ ματέρα, τιθάναν τε καὶ γεννατικὰν εἶμεν τὰς τρίτας οὐσίας. Cui succinit etiam Plato in *Timæo*. His autem consentit Aristoteles (*Phys. ausc.*, I, 10), ὑποκεῖσθαί τι δεῖ πρῶτον, τὸ ἐξ οὗ .... λέγω γὰρ ὕλην τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ. Vide Plutarch. *De Placit. philos.* I, 9, et Alcin. *De doctr. Platonis*, cap. 8, et Laert. in *Zenone*, VII, 150.

Ibid., *ἐξ ἧς*. Pro his in cod. ter male scribitur ἐξῆς.

Ibid. B, lin. 1, *ἢ ... ἤ*. Ita esse legendum locus ipse ostendit, sicut et in sequentibus legitur : librarius vero minus attentus utrobique scripsit, ἡ τῶν, uti habet ed. Oxon.

Ibid., lin. 7, *ἄποιος*. Eodem modo loquitur Origenes *Contra Cels.* p. 474 : Ἐπιστησάτω τοῖς ὑπὸ Ἑλλήνων λεγομένοις περὶ τῆς τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἀποίου ὕλης, ποιότητας ἀμφισκομένης .... Et p. 547 : Ὕλη ἡ αὐτὴ πᾶσι τοῖς σώμασιν ὑποκειμένη, τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἄποιος καὶ ἀσχημάτιστος ... Ita quoque Comm. in Joan. tom. XIII, num. 21. Sic autem Timæus, ταύταν δὲ τὰν ὕλαν ἔφα ἄμορφον καθ' αὑτὰν, καὶ ἀσχημάτιστον, δεχομέναν δὲ πᾶσαν μορφάν. Et similiter Ocellus. Confer vero Plutarch. *De anim. procreat.*, e *Timæo* pag. 1014, 1023, et *De placitis philos.* I, 9; Laert. III, 69, 76, et VII, 134; Stob. *Ec. phys.*, 14; Origen. *Philos. de Platone*, cap. 19 ed. Wolf., et Alcinoum *De doctr. Platon.*, cap. 8.

Ibid., lin. 9, *ἔγκειται*. Legendum sine dubio est ὑπόκειται; quo verbo de hac re semper utuntur philosophi; atque ipse quoque Origen. *Contra Cels.*, p. 547, 548.

Ibid., lin. 15, *τὴν δέ*. Lege αὐτὴν δέ. His autem gemina sunt Origenis illa Comm. in Gen. : Ὕλη δεκτικὴ γεγένηται πάσης, ἧς βούλεται ὁ Θεὸς, ποιότητος. Et *Contra Cels.*, p. 548 : Τὴν ὑποκειμένην ὕλην δεκτικὴν εἶναι ποιοτήτων, ὧν ὁ δημιουργὸς βούλεται, πάντες κατασκευάζομεν. Ita vero de Stoicis Laertius : Δοκεῖ αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον· τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην· τὸ δὲ ποιοῦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, τὸν Θεόν. Lib. VII, segm. 134.

Ibid. C, lin. 2, *συνὼν αὐτῇ τόνος*. Tonus scilicet iste ἀερώδης, qui, ut putabant Stoici, ὕλην ἄποιον pervadens ποιότητας efficit, et singulis ejus partibus corporum formam inducit; uti de hac re disserens nos docet Plutarchus *De repugn. Stoic.*, p. 1054 : Πανταχοῦ τὴν ὕλην ἀργὸν ἐξ ἑαυτῆς, καὶ ἀκίνητον, ὑποκεῖσθαι ταῖς ποιότησιν ἀποφαίνουσι, τὰς δὲ ποιότητας πνεύματα· οὓς δὲ καὶ τόνους ἀερώδεις, οἷς ἂν ἐγγένωνται μέρεσι τῆς ὕλης, εἰδοποιεῖν ἕκαστα καὶ σχηματίζειν. In his vero Plutarchi verbis, quæ corrupta plane sunt, pro πνεύματα· οὓς δὲ ... legendum opinor ΣΩΜΑΤΑ· ΕΞΕΙΣ δὲ .... Stoici enim τὸ ἀσώματον qualitatum denegabant (uti e Galeni libello, *ὅτι αἱ ποιότητες ἀσώματοι*, contra eos scripto, discimus), atque adeo eas non πνεύματα, seu τόνους ἀερώδεις, sed σώματα esse affirmabant; quod et ipse docet Plutarchus in loco huic gemino, *De commun. notit. advers. Stoicos*, p. 1085 : Τὴν οὐσίαν καὶ τὴν ὕλην ὑφεστάναι ταῖς ποιότησι λέγουσι, ... τὰς δὲ ποιότητας ... ΣΩΜΑΤΑ ποιοῦσι. Ubi et hanc eorum sententiam pluribus exagitat : ne dubites igitur, ipso auctore, hic legere, τὰς δὲ ποιότητας ΣΩΜΑΤΑ. Pro οὓς vero legi debere ΕΞΕΙΣ totius loci series demonstrat; quippe in antecedentibus ex Chrysippo περὶ ἕξεων notaverat Plutarchus, cum per ἕξιν nihil aliud velle, quam aerem, qui corporum omnium qualitates formasque efficit, οὐδὲν ἄλλο τὰς ἕξεις πλὴν ἀέρας εἶναί φησιν. Ὑπὸ τούτων γὰρ συνέχονται τὰ σώματα, καὶ τοῦ ποιὸν ἕκαστον εἶναι τῶν ἕξει συνεχομένων αἴτιος ὁ συνέχων ἀήρ ἐστιν ... : eamdem igitur sententiam nunc, ut Stoicorum communem, repetens dicit, ΕΞΕΙΣ δὲ καὶ τόνους ἀερώδεις ... εἰδοποιεῖν ἕκαστα καὶ σχηματίζειν [ἀποφαίνουσι], atque eam

A mox refellens iisdem verbis utitur, ἕξις γὰρ ὢν [ἀὴρ] καὶ τόνος, αὐτῷ συνεξομοιώσει τῶν σωμάτων ἕκαστον, etc.

Ibid., lin. 4, *αἴτιος ἄν*. Scilicet εἴη, quod a librario hic omissum videtur.

Ibid., lin. 6, *πᾶσαν οὐσίαν πάσῃ συγχεῖσθαι*. Ita apud Stobæum (*Ec. phys.* c. 14) dicit Zeno, οὐσίαν εἶναι τὴν πρώτην ὕλην ...· τὰ δὲ μέρη ταύτης διαιρεῖσθαι καὶ συγχεῖσθαι. Sic etiam ibid. ait Chrysippus, πρώτην ὕλην διαίρεσιν καὶ σύγχυσιν ἐπιδέχεσθαι κατὰ τὰ μέρη. Hanc vero philosophorum sententiam, de qua pluribus hic agit Origenes, paucis hisce complexus est Cicero : *Subjectam putant omnibus sine ulla specie, atque carentem omni qualitate materiam quamdam, ex qua omnia expressa atque efficta sint; quæ tota omnia accipere possit, omnibusque modis mutari, atque ex omni parte.* Acad. I, 8.

Col. 513 A, lin. 3, *πρὸς ἕκαστον*. Delendum B opinor πρός, ut sit, ἀκόλουθόν ἐστι ..., ἕκαστον ... δύνασθαι ....

Ibid., lin. 5, *ἔστι ... τις ... τροφὴ δηλητήριος*. Idem fere dicit Origen. in Joan. tom. XIII, num. 33 : Ἔστι δέ τις καὶ δηλητήριος τροφὴ, ἥντινα μανθάνομεν ὑπὸ [lege ἀπὸ] τῆς τετάρτης τῶν βασιλειῶν, λεγόντων πρὸς Ἐλισσαῖόν τινων, θάνατος ἐν τῷ λέβητι, etc.

Ibid., lin. 14, *δή*. Lege δέ.

Ibid. B, lin. 2, *ζήσεται*. Ms. ζήσηται.

Ibid., lin. 6, *ἐπερειδομένοις, ὡς*. Legitur apud LXX, ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν ὡς ....

Ibid., lin. 12, *καὶ συνεστίων*. Delendum opinor illud καί.

Ibid. C, lin. 1, *ἄρτου τοῦ*. Sententiam turbat illud τοῦ, et e præcedente syllaba repet' videtur; eo igitur misso, lege ἄρτου ἱστορουμένου.

Ibid., lin. 3, *αὐτοῦ*. Lege ἄρτου. Non enim τοῦτον αὐτόν, *hunc ipsum* vult, quem olim comedebant C Hebræi, sed hujusmodi panem : τούτου ἄρτου, sc. σωματικοῦ.

Ibid., lin. 5, *λειτουργικοῖς*. In codice perperam scribitur αὐτουργικοῖς, quod nos ex Heb. I, 14 corrigendum duximus.

Ibid., lin. 12, *γυμνῶς τροπικῶς*. Id est nude, et semota quasi veste, tropico in sensu dicta appareant; quippe τὸ σωματικὸν τῶν Γραφῶν est ἔνδυμα τῶν πνευματικῶν, uti ait *Philocal.* p. 11. Eodem vero, quo hic, modo τὰ γυμνὰ πνευματικὰ opponit τοῖς κατὰ τὴν ἱστορίαν, ibid. p. 15. Vult autem Origenes hæc verba mere allegorica esse, et, ut alibi dicit, οὐ κυρίως, ἀλλὰ τροπικῶς intelligenda. — Bentleius legit οὐ γυμνῶς, ἀλλὰ τροπικῶς. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 1, *εἰς ὠφέλειαν αὐτῶν*. Ita homil. 23 in Lucam dicit. *angelos humanis vocibus erudiri*

Col. 516, A, lin. 6, *αὐτὸς μεταδώσων*. Sic homil. 14 in Ezech. : *Salvator meus solus comedit panem, nullo valente comedere cum eo : est autem quidam locus, in quo comedens et me secum attrahit* D *ad vescendum;* ecce enim, *inquit*, ad ostium sto, et pulso; si quis mihi apparuerit, ingrediar ad eum, et cœnabo cum eo, et ipse mecum : *ex quo apparet, et alium posse cœnare cum eo.*

Ibid., lin. 10, *δράκοντος*. Id est, τοῦ ἀντικειμένου, ut postea dicit, nempe diaboli, ἀλληγορικῶς. Ita Theoph. Alex. in *Ep. pasch.* 2 : *Cibus impiorum est exsecrabilis ipse diabolus, prophetæ vaticinio concrepante : « Dedisti eum escam populis Æthiopibus. »* Sic etiam disserentem videas Eusebium Comm. in psalm. p. 441.

Ibid., lin. 11, *νοητοῦ Αἰθίοπος*. Sic νοητοὶ Βαβυλώνιοι hom. 1 in Jer., et νοητὸς Ναβουχοδονόσορ hom. 18. Itidem lib. IV, cap. 2 : Περὶ ἀρχῶν : εἰ τοίνυν αἱ προφητεῖαι αἱ περὶ Ἰουδαίας, καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ Ἰσραὴλ, ... μὴ σαρκίνως ἡμῶν ἐκλαμβανόντων ταῦτα, μυστήρια τοιάδε τινὰ ὑποβάλλουσιν, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τὰς προφητείας τὰς περὶ Αἰ-

γύπτου καὶ Αἰγυπτίων, καὶ Βαβυλῶνος καὶ Βαβυλωνίων, καὶ Τύρου καὶ Τυρίων ..., μὴ μόνον περὶ τῶν σωματικῶν τούτων ... προφητεύειν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν νοητῶν· εἰ γὰρ Ἰσραηλῖται νοητοὶ, ἀκόλουθον, καὶ Αἰγυπτίους εἶναι καὶ Βαβυλωνίους νοητούς, etc.

Ibid. B, lin. 5, *ἔδωκας αὐτόν*. Nihil est, ad quod referatur αὐτόν. Supple igitur locum secundum LXX, ... ὕδατος. Συνέθλασας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος, ἔδωκας αὐτόν .... Ita vero habet ipse Origen. in Matth. tom. XVI, num. 26.

Ibid., lin. 7, *τοῦ ἀντικειμένου*. Scilicet δράκοντος, seu diaboli. Sic autem hom. 6 in Ezech. : *Scriptum in Job de dracone : « Virtus est ejus in umbelico.... » Scio, cum præsentem locum exponerem, me dixisse, quod draco sit fortitudo contraria; iste est enim draco serpens antiquus, qui vocatur diabolus et Satanas*, etc.

Ibid., lin. 11, *τρέφεσθαι ἀπὸ πάντων*. Idem fere dicit Origen. homil. 7 in Levit. : *Post Christi carnem, mundus cibus est Petrus, et Paulus, et omnes apostoli : tertio loco discipuli eorum.; et sic unusquisque pro quantitate meritorum, vel sensuum puritate, proximo suo efficitur cibus.*

Ibid. C, lin. 2, *ἐν ᾧ πάντα*. Scilicet ὑπῆρχε. Nam ita legitur Act. X, 12, ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα....

Ibid. D, lin. 2, *δή*. Lege δέ.

Col. 517 A, lin. 2, *τόν*. Lege τὸ, ἐπιούσιον. Dixerat Origenes supra, τὸ, ἐπιούσιον, sive λέξιν hanc, ἐπιούσιον, παρὰ τὴν οὐσίαν πεποιῆσθαι· sed regeret, inquit, hic quispiam hoc vocabulum, ἐπιούσιον, ab ἐπιέναι etiam formari posse. Sic autem scholia in Orat. Domin. his subjuncta : Ὀνοματοπεποίηται τὸ ἐπιούσιον παρὰ τὸ ἐπιέναι, καὶ ὑπερέρχεσθαι, ἵνα ᾖ, τὸν μὴ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος οἰκεῖον, ἀλλὰ τὸν ἀποδοθησόμενον ἐν τῷ μέλλοντι τοῖς ἁγίοις, δὸς ἡμῖν ἤδη.

Ibid., lin. 9, *τὸ περὶ τῆς*. Melius opinor τὸ περὶ τοῦ, σήμερον· sed quid, quæso, est illud, τὸ περὶ τοῦ σήμερον..., τούτοις προκείμενον; nihil enim video apud Matthæum præter ipsum σήμερον. Mihi igitur pro τὸ περὶ τῆς σήμερον, legendum videtur τόδε τὸ σήμερον, vel etiam, τὸ, σήμερον, sicut mox sequitur τὸ, καθ' ἡμέραν.

Ibid., lin. 10, *προκείμενον, ἢ τό*. Lege προσκείμενον, καὶ τὸ... προσκείμενον, *appositum, additum*, ἐκ προσθήκης κείμενον. Hesych.

Ibid., lin. 12, *πολλαχοῦ τῶν Γραφῶν*. Hæc totidem fere verbis recitat Origenes Comm. in Joan. tom. XXXII, num. 19 : Πολλαχοῦ τὸ, σήμερον, ἐν τῇ Γραφῇ καὶ ἐπὶ ὅλον παρατείνει τὸν ἐνεστηκότα αἰῶνα, ὥσπερ ἐν τῷ, Ἐφημίσθη... μέχρι τῆς σήμερον· καὶ, Οὗτος πατὴρ... μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας· καὶ, Σήμερον, ἐὰν τῆς φωνῆς... καὶ, Μὴ ἀποστῆτε... ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ.

Ibid. B, lin. 6, *σήμερον ὁ πᾶς*. Lege τὸ, σήμερον ὁ πᾶς.

Ibid., lin. 7, *ὁ χθές*. Lege τὸ χθές. In eo autem quod paulo post dicit Origenes, sc. τὸ χθές, seu, ἡμέραν τὴν ἐχθές, esse τὴν διαβόητον χιλιονταετηρίδα, perstringit plane Papiæ sectatores, qui sanctorum post resurrectionem regnum quoddam in terris χιλιετῆ somniabant.

Ibid., lin. 9, *λέγειν*. Subaudi ex superioribus τὰς Γραφὰς, aut pro λέγειν legas oportet λέγεσθαι.

Ibid. C, lin. 2, *μιᾶς ἡμέρας*. Sic Comm. in Matth. tom. XV, num. 31 : Ὅρα, εἰ δυνάμεθα τὸν ὅλον ἐνεστῶτα αἰῶνα ἡμέραν τινὰ εἰπεῖν, etc.

Ibid., *διαστήματι.... λέγειν*. Legendum sine dubio est, διαστήματος λόγον ἔχειν. — Ita legendum jam monuerat Bentleus. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 1, *τίς σοφός*. ... Eodem fere modo Origenes de hac re disserit in Matth. tom. XV, num. 31 : Τίς οὖν ἱκανὸς τὰς ἓξ ἡμέρας, καὶ τὴν τῆς ἀναστάσεως ἑβδόμην ἐπὶ τοιαύτας ἀναγαγεῖν ἡμέρας, καὶ μετὰ τὰ σάββατα τὰς νουμηνίας; etc.

Col. 520 A, lin. 4, *τῇ δὲ δεκάτῃ*. Lege ἡ δὲ δεκάτη, ἡμέρα ἱλασμοῦ, sicut præcedit, ἡ νουμηνία, ἡμέρα σαλπίγγων ἐστί. — Contra Bentleius hic retinet τῇ δὲ δεκάτῃ, et supra legit τῇ νουμηνίᾳ ἡμέρα σαλπίγγων ἐστί. RUÆUS.

Ibid., lin. 11, *ἑπτὰ ἐτῶν*. Desideratur plane ἑβδομάδων, ut sit ἑπτὰ ἑβδομάδων ἐτῶν : non enim septem anni, sed ἑπτὰ ἔτη ἑπτάκις, constituunt Jubilæum. Levit. XXV, 8. — Nihil hic desideratur. Aliud erat festum septem annorum, aliud Jubilæus. Jubilæus major erat festo septem annorum. Utrumque festum confudit editor Londinensis, sed apprime distinxit Origenes. RUÆUS.

Ibid., lin. 13, *εἶναί τι*. Hæc delenda esse arbitror; nam loco inepta plane sunt, et ab oscitante librario efficta videntur ex verbi præcedentis cauda. — Mihi secus videtur. RUÆUS.

Ibid., lin. 14, *ἐστὶ τοῦ*. Vides verbum aliquod hic deesse; lege igitur, ἐστὶ, πλὴν τοῦ... Vult autem Christum Dei Filium. Iis vero, quæ de Jubilæo hic dicit Origenes, consona sunt illa in Matth. tom. XV, num. 31 : Τίς δύναται ἀναβῆναι ἐπὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν τῆς ἀβύσσου ἐν τῇ πεντηκονταετηρίδι ἡμερῶν (ἀβύσσου δὲ λέγω διὰ τὸ βάθος τῶν δογμάτων), ἵνα τις ἀναβῇ, καὶ ἴδῃ τὸν πεντηκοστὸν ἐνιαυτὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ νενομοθετημένα πληρούμενα etc. — Bentleius prior legerat, ἐστὶ πλὴν τοῦ. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 13, *τὸ ὑπερβάλλον πλῆθος* In edit., Eph. II, 7, legitur, τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον. Sed cod. Alex. et alii habent τὸ ὑπερβάλλον πλοῦτος, atque ita fortasse Origenes; siquidem Eusebius, qui eum fere sequitur, in Coloss. I, 27, bis legit τὸ πλοῦτος (*Eccl. Theol.*, p. 99, 101), sicut et alii; attamen cum Origenes paulo post repetat, τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος, adducor ut credam, eum hic cum vulgatis legisse τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον, præsertim cum sic legentem videam in Matth. tom. XV, num. 31, et *Περὶ ἀρχῶν* II, 3, sicut et legit Euseb. *contra Marcell.*, p. 34. — Bentleius legit πλοῦτος. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 3, *πλειόνων αἰώνων, οἱονεὶ, ἐνιαυτόν*. Eodem, quo hic, modo στοχαζόμενος Origenes Apostoli verba supra citata inter se conciliare nititur in Comment. in Matth. tom. XV, num. 31 : Οἶμαι ὅτι .. ἐπὶ πλειόνων αἰώνων συντελείᾳ. Εἶτα ἐνιαυτόν τινα συμπληρούντων, εἴτε ὁτιδήποτε, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας ἐφανερώθη ὁ Ἰησοῦς ἡμῶν, ἵνα μετὰ τὴν, ὡς ἐνιαυτοῦ ἡμερῶν, συντέλειαν τῶν αἰώνων, πάλιν ἄλλη ἀρχὴ διαδέξηται καὶ ἐνδείξηται ὁ Θεὸς ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, etc.

Ibid., lin. 8, *ἁμαρτωλοτάτου*. Sic ἁμαρτωλότερος Κάϊν, hom. 16 in Jerem.

Ibid., lin. 12, *οἰκονομησομένου*. Id est per œconomiam quamdam peccatorum veniam consequetur. Hanc vero suam de peccatorum etiam gravissimorum in sæculis ἐπερχομένοις remissione sententiam passim inculcat Origenes; ex. gr. Comm. in Joan. tom. XIX, num. 3 : Οἶδα δέ τινας οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι κρατουμένους ὑπὸ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας, ὡς τούτους, περὶ ὧν φησιν ὁ λόγος, Ἐὰν βλασφημήσῃ τις εἰς τὸ Πνεῦμα ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· οὐ μέντοιγε, εἰ μὴ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ἤδη οὐδὲ ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις. Itidem in Matth. tom. XV, num. 31 : Τάχα, ἵνα τολμηρότερον εἴπω, εἰς μὲν τοὺς αἰῶνας οὐκ ἀπώσεται Κύριος· πολὺ γὰρ καὶ εἰς ἕνα αἰῶνα ἀπώσασθαι Κύριον· ἀπώσεται δὲ τάχα καὶ εἰς δεύτερον αἰῶνα, ὅτι οὐκ ἀφίεται ἡ τοιάδε ἁμαρτία, οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Et *contra Cels.*, p. 589 : Ὁ λόγος... τοὺς κατὰ τὴν ἀξίαν χρῄζοντας τῆς διὰ πυρὸς κολάσεως οἰκονομίας, ἐν τούτοις ἐπί τινι τέλει φησὶν ἔσεσθαι, etc. Hanc autem Origenis opinionem his verbis perstringit Athanasius : ... Ἐγκαλεῖται ὁ ἄθλιος Ὠριγένης, τέλος κηρύττων τῆς κολάσεως, ὡς συγχώρησιν πάσης ἁμαρτίας γενέσθαι καὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς δαίμοσι παρὰ

Θεοῦ. Comm. in Matth. ap. Montfauc. *Collect. nov. Patr.* tom. II, p. 38. Confer Huet. *Origenian.* lib. II, quæst. 11.

Col. 522 A, lin. 4, *ἑβδοματικοὺς ἑπτά*. Scilicet ἐνιαυτοὺς, quod a librario omissum videtur; lego igitur ἑβδοματικοὺς ἑπτὰ ἐνιαυτούς. Vult autem αἰώνων Jubilæum. — Bentleius pro ἑβδοματικοὺς legit ἑβδομαδικούς. RUÆUS.

Ibid., lin. 10, *ἤδη σαφοῦς... τοῦ καθ' ἡμέραν*. Nempe quod, cum τὸ σήμερον (ut in antedictis ostendit) τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα denotet, τὸ, καθ' ἡμέραν, consequenter, πάντας τοὺς μέλλοντας αἰῶνας designet.

Ibid., lin. 11, *περὶ τῆς*. Lege περὶ τοῦ, σήμερον, prout sequitur τοῦ, καθ' ἡμέραν Ita vero paulo post, ἵνα τό τε σήμερον νοηθῇ, καὶ τὸ, καθ' ἡμέραν.'

Ibid., lin. 16, *αὐτοῦ*. Dormitans plane hoc scripsit librarius pro ἡμῶν. Ea vero, quæ sequuntur, εἰ καὶ τελευταῖον.., ad finem usque sectionis, ita corrupit mutilavitque, ut quid revera scripserit Origenes, quidve in iis sibi voluerit, satis assequi nequeamus. Missis igitur nostris hic conjecturis, totum tibi locum pro tuo ingenio enodandum emendandumque relinquimus. Versionem autem Oxon. hic exhibuimus, ut eam quoque corrigas; quam nec nos probamus, nec tibi nimis placituram existimamus.

Ibid. B, lin. 2, *ἀφήκαμεν*. Ita etiam lectum supra num. 18. Sed in editt. Matth. VI, 12, rectius legitur ἀφίεμεν.

Ibid., lin. 4, *ἀφήκαμεν*. Editt.,Luc. XI, 4, habent ἀφίεμεν, atque ita ipse Origenes supra num. 18.

Ibid., lin. 5, *ὀφειλημάτων*. Scripsit librarius, λειμμάτων.

Ibid., lin. 11, *τοῖσδε*. Lege τοιοῖσδέ τισι.....

Ibid., lin. 13, *δή*. Lege δέ.

Ibid. C, lin. 3, *συναναγεγεννημένους*. Codex male συναναγεννημένους.

Col. 524 A, lin. 6, *δή*. Lege δέ.

Ibid., lin. 15, *προσεύξηται*. Lege προσεύξονται. Sic habent editt. τῶν Ο', atque ita postea repetit Origenes. Negligens vero librarius hic scripsit προσεύξηται, ut et ἐὰν εἰς pro ἐὰν δέ εἰς.... in sequentibus.

Ibid. B, lin. 6, *ἔστι τις*. Hic quoque omitti videtur δέ, nam aptius certe legas ἔστι δέ τις.

Ibid. C, lin. 11, *ὀφειλὴ βαρυτάτη*. His gemina habet Origenes in hom. 11 in Jer.: Πλεῖον ἐγὼ [πρεσβύτερος] ἀπαιτοῦμαι παρὰ τὸν διάκονον, πλεῖον ὁ διάκονος παρὰ τὸν λαϊκόν· ὁ δὲ τὴν πάντων ἡμῶν ἐγκεχειρισμένος ἀρχὴν [ἐπίσκοπος] ἐπὶ [forte ἔτι] πλεῖον ἀπαιτεῖται. Et hom. 5 in Ezech.: *Majorem pœnam habet, qui Ecclesiæ præsidet, et delinquit. Annon magis misericordiam promeretur ad comparationem fidelis catechumenus? non magis venia dignus est laicus, si ad diaconum conferatur? et rursum comparatione presbyteri diaconus veniam plus meretur?* etc.

Ibid., lin. 15, *ἀποδιδῶτο*. Lege ἀποδιδῶται, vel ἀποδιδοῖτο.

Ibid. D, lin. 4, *τοῦ ἐντυγχάνοντος*. Lege τῷ ἐντυγχάνοντι. — Aliam hujus loci emendationem proponit Bentleius. RUÆUS.

Col. 525, lin. 10, *ὥστε μηδὲν ὀφείλειν*. Ad eumdem modum disserit Origenes hom. 14 in Jerem.: Ὁ μὲν πᾶσιν ἀποδιδοὺς τὰς ὀφειλὰς, τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὴν τιμὴν, τὴν τιμήν· καὶ πᾶσι τὰ καθήκοντα ἀποδιδοὺς, ὡς μὴ ὀφείλειν τὰ προσήκοντα πρός τινας, τιμήσας τοὺς γονεῖς, ὡς γονεῖς· ἀδελφοὺς, ὡς ἀδελφούς· υἱοὺς, ὡς υἱούς· ἐπισκόπους, ὡς ἐπισκόπους· πρεσβυτέρους, ὡς πρεσβυτέρους· διακόνους, ὡς διακόνους· πιστοὺς, ὡς πιστούς· κατηχουμένους, ὡς κατηχουμένους· εἰ πάντα ἀποδίδωσι τὰ καθήκοντα, οὐκ ὠφείλησεν, etc.

Ibid., lin. 15, *ἀποδιδομένοις*. Lege ἀποδιδομένων. — Ita jam legendum monueram. RUÆUS.

A Ibid. B, lin. 1, *ἐν τῷ ἡγεμονικῷ τυπούμεναι*. Idem fere dicit Origen. hom. 16 in Jer.: Τὰ ἁμαρτήματα, ἃ ἁμαρτάνομεν, ἐγγράφεται εἰς ἡμᾶς διὰ τοῦ ἁμαρτάνειν,... ποιήσας αὐτὴν [ἁμαρτίαν] ἔχω τύπον αὐτῆς, καὶ οἱονεὶ γέγραπται· Ὁ τύπος ἁμαρτίας τῆς ἡμαρτημένης ἐν τῇ ψυχῇ μου. Et hom. 15: Ἕκαστος ἡμῶν ὀφειλέτης ἐστὶ ταῖς ἁμαρτίαις, καὶ ὀφειλέτης ἐστὶν ἔχων χειρόγραφον, etc.

Ibid., lin. 3, *προαχθησομένων*. Lege προαχθησόμενον, sc. χειρόγραφον, ἀφ' οὗ δικασθησόμεθα. — Bentleius jam monuerat legendum προαχθησόμενον. RUÆUS.

Ibid., lin. 7, *φαῦλον*. Ita quoque legit Origen. in Jerem. hom. 19 et in Matth. tom. XII, num. 30, et tom. XIII, num. 30; at editt. in II Cor. V, 10, habent κακόν.

Ibid., lin. 9, *λέγεται*. Ms. λέγηται.

Ibid., lin. 10. In codice perperam scribitur ὁ αἰσχυνόμενος, et mox, ἕξει.... ἀποδώσει, sensu nullo.

B Hoc igitur scribæ sphalma ex editt. τῶν Ο' corrigere non dubitamus legendo εἰς ἐγγύην αἰσχυνόμενος... εἰ γὰρ οὐχ ἕξῃς πόθεν ἀποδώσῃς. Pro ἀποδώσῃς vero οἱ Ο' habent ἀποτίσῃς.

Ibid. D, lin. 2, *ἀληθοῦς*. In codice perperam scribitur ἀληθοῦς. Scribe ἀληθείας. —Ita legendum jam monueram. RUÆUS.

Col. 528 A, lin. 2, *ἐνειλήσας*. Id est, ζημιώσας, ἐνείληται, ἐζημίωται. Hesych. Hujus vero significatus exempla nob s non succurrunt. Hoc igitur a librario temere scriptum mihi videtur pro ἀπειλήσας, id est, μετ' ὀργῆς ἐπιπλήξας, *iracunde et minaciter increpans*, quod ad locum apte quadrat; est enim ἀπειλὴ, ἡ μετὰ ὀργῆς ἐπίπληξις, et κακοῦ ὑπόσχεσις, uti nos docet *Etymologici M.* auctor. — Pro ἐνειλήσας Bentleius legit ἀνηλεῶς. RUÆUS.

Ibid., lin. 4, *καὶ ὀκνηρέ*. Hæc verba in loco citato, Matth. XVIII, 32, non exstant; sed e consimili (quod assolet) loco Matth. XXV, 26, ab Origene huc

C traducta sunt: ubi tamen rectius omitti poterant; cum servi hic sævitia tantum, non, ut in altero loco, ignavia quoque a Domino reprehendatur.

Idid., lin. 9, *ὑμῶν*. Omittit hic Origenes τὰ παραπτώματα αὐτῶν, quæ in editis sequuntur post ὑμῶν, quod non animadvertit Millius. Mirum vero est, quam de his verbis secum dissentiat vir. cl. qui in notis ea ex codd. Græcorum fide retinenda censet; in prolegom. vero versionis Æthiop. auctoritate fretus rejicit.

Ibid., lin. 12, *ἑπτάκις... ἑπτάκις*. In codice perperam scribitur ἑπτὰ... ἑπτά.

Ibid. B, lin. 3, *ἐγγενέσθαι*. Sc. θεραπείαν. Legendum igitur opinor ἐγγενέσθαι αὐτὴν τῷ. — Nos vero hunc locum ita interpunximus, ut nihil opus sit ejusmodi emendatione. RUÆUS.

Ibid., lin. 7, *ἡμῶν*. Forsan ἡμῖν, respicit enim ad Lucæ verba... τῷ ὀφείλοντι ἡμῖν. — Retinendum ἡμῶν. Quippe agitur de nobis debitoribus et debita non reddentibus. RUÆUS.

D Ibid., lin. 11. *μόνον λέγων*. Nullus his inest sensus satis sanus; Matthæus enim non hoc *solum dicit*, nec dicere potuit, Christum debitoribus statuisse, μὴ δεῖν... fortasse sit, τοῖς ὀφείλουσι μόνον, καὶ μὴ ἀποδιδοῦσι, λέγων..., sicut supra. Sed melioris codicis subsidio hic indigemus. — Sanus erit locus, modo interpungas quemadmodum in nostro textu, ubi tamen per typographi incuriam male χῶρον legitur pro χώραν. RUÆUS.

Ibid., lin. 14. Post ἐξουσίαν addendum ἔχομεν. Hoc omisit librarius, quod nos, postulante sententia, adjecimus, sicut et addiderat ed. Oxon.; sic autem paulo post, τῷ μόνῳ ἐξουσίαν ἔχοντι ἀφιέναι Θεῷ. — Addendum ἔχομεν jam monuimus. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 3, *ὡς οἱ ἀπόστολοι*. Idem fere dixit supra num. 14, εἴ τις εὑρεθείη Παῦλος, ἢ Πέτρος, etc. Confer Comm. in Matth. tom. XII, num. 10, 11, 12, 13, 14.

Ibid., lin. 14, *ἀφίετε*. Lege ἀφῆτε, sicut mox

κρατῆτε. Atque ita habent editt. Joan. xx, 23. — Ἀφῆτε legendum jam monuimus. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 2, *τις*. Hoc a librario per incuriam repetitum videtur.

Col. 529 A, lin. 2, *ἀκουσίων*. Ex lege Mosaica constare videtur, nullum fuisse peccatum ἀκούσιον, quod non sacrificio aliquo expiari potuit; atque in hoc consentiunt fere doctores Hebræi. Est tamen inter eos unus haud ignobilis, R. Levi Barcinonensis, qui in libro *Chinuc.* præcepta legis ex jureconsultis et ritualibus Judæorum libris explicans, tria peccata excipit, quæ imprudenter licet commissa, sacrificio non expiabantur, sc. blasphemiam, circumcisionis neglectum, et non rite observatum Pascha : atque tale quid fortasse didicerat Origenes ab Hebræo magistro, cujus in lib. *Περὶ ἀρχῶν* I, III, IV, II Com. in Psalm., p. 39, et in Matth. tom. II, num. 9, atque in *Hexaplis* sæpe mentionem facit. Cæterum hoc forsan vult Origenes, delicta quædam ἀκούσια fuisse, circa quæ potestas sacerdotis ex jussu legis non versabatur; quippe quibus expiandis nulla per legem præscripta fuit hostia; qualia sc. erant imprudenter dicta et cogitata, et temere prætermissa, quæ pœnitentibus sine sacrificio condonabantur. Vide Outram. *De sacrif.*, p. 112, 126. — Editor Londinensis ita textum suum interpunxit : καὶ οὐδήπου τὴν περί τινων ἐξουσίαν ὁ ἱερεὺς ἀκουσίων, ἢ πλημμελημάτων ἀναφορὰν, ἔχων ἤδη· καὶ περὶ μοιχείας, etc. At si interpunxisset quemadmodum interpunximus, ab hac inutili et Origenis menti contraria nota abstinuisset. RUÆUS.

Ibid., lin. 4, *ἤδη*. Lege ᾔδει. Sic num. 29 : Ἤδει συμπεπληρωκώς. — Omnino retinendum ἤδη, uti liquet e textus nostri interpunctione. RUÆUS.

Ibid., lin. 5, *προσφέρει*. Lege οὐ προσφέρει, nam deest plane negandi particula. — Perperam legeretur οὐ προσφέρει, cum jam negandi particula præcesserit. RUÆUS.

Ibid., lin. 6, *περὶ ἁμαρτίας*. Subaudi θυσίαν. Ita οἱ O' Psalm. XXXIX, 7, ὁλοκαύτωμα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ᾔτησας.

Ibid., lin. 15, *καὶ τό*. Lege καίτοι, vel καὶ τοῖς. — Bentleius quoque legit καὶ τοῖς. At dominus Fleury καὶ τὸ ἀπογινώσκειν. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 4, *οὐκ οἶδ' ὅπως*. Deesse videtur νῦν, aut ἀλλά, ut sic legatur, νῦν δ' οὐκ οἶδ' ὅπως, vel, ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως.

Ibid., lin. 10, *τῆς πρὸς θάνατον ἁμαρτίας*. Ita appellare videtur illa χαλεπώτερα πταίσματα antedicta, idololatriam, adulterium, etc., quæ per legem Mosaicam erant θανατηφόρα, et nullo sacrificio expianda. Sic enim ipse Origen. Comm. in Matth. tom. XIII, num. 30, hujusmodi μεγάλα ἁμαρτήματα recensens appellat τὰ πρὸς θάνατον, ἤ, ὡς ὠνόμασεν ἐν Ἀριθμοῖς ὁ νόμος, τὰ θανατηφόρα. Horum vero peccatorum reis Origenis ætate raro admodum indulta est venia, sicut ipse dicit hom. 15 in Levit. : *In gravioribus criminibus semel tantum pœnitentiæ conceditur locus.* Illos igitur sacerdotes hic reprehendit, qui plus æquo sibi arrogantes, aut disciplinæ regulam non satis callentes, in gravioribus hisce peccatis remittendis nimis erant faciles, φαντασίᾳ τῆς τοῦ λόγου χρηστότητος καὶ πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα ἡμαρτηκότας τὸ συγγνωμικὸν διδόντες, uti dicit in loco supra citato, in Matth. tom. XIII, num. 30. Hæc autem disciplinæ relaxatio, quæ Origeni displicuit, Tertulliano, severioris disciplinæ vindici, Montani in castra transfugiendi occasionem dedit; uti apparet e libro ejus *De pudicitia;* ubi eadem fere, quæ hic Origenes, sacerdotibus exprobrat : *Audio*, inquit, *edictum esse propositum et quidem peremptorium; pontifex sc. maximus... edicit, ego et mœchiæ et fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto*, etc.

Col. 532 B, lin. 1, *Θεὸς οὐκ*. Lege Θεὸς, ὃς οὐκ, sicut exstat in editt. I Cor. X, 13. Articulus vero ὃς ab eadem, ut assolet, præeunte syllaba absorptus est.

Ibid., lin. 4, *δύνασθαι*. In editis legitur δύνασθαι ὑμᾶς. At cod. Alex. aliique, sicut hic Origenes, omittunt ὑμᾶς. Vide Mill.

Ibid., *ἡ πάλη*. Deesse videtur ἡμῖν; et sic editt. Eph. VI, 12, ἡμῖν ἡ πάλη. Atque ita Origenes paulo post, ἡμῖν τὰ ἀγωνίσματα.

Ibid., lin. 5, *ἤ*. Lege καί.

Ibid., *ψυχὴν πάσης σαρκός*. Id est, αἷμα; nam ψυχὴ πάσης σαρκὸς αἷμα αὐτοῦ ἐστι, Levit. XVII, 11. Est ergo hic μετάληψις animæ pro sanguine, in quo sedem habet, et cordis pro anima, quod sanguinis simul et animæ fons est. Vult igitur Origenes luctam nobis esse cum anima, quæ corporis animati est τὸ ἡγεμονικόν, et cor dicitur, unde pravi affectus, quos πειρασμοὺς ἀνθρωπίνους appellat, oriuntur, quibuscum colluctatur τὸ πνεῦμα.

Ibid., lin. 8, *τὸ ἡγεμονικὸν, ὃ καλεῖται καρδία*. B Ita Comment. in Joan. tom. II, num. 29, ἐν τῇ καρδίᾳ τὸ ἡγεμονικόν. Hoc autem a Stoicis mutuatus est Origenes : Illi enim, ut in Zenone ait Laert., ἡγεμονικὸν εἶναί φασι τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς, ... ὅπερ εἶναι ἐν καρδίᾳ. Lib. VII, segm. 159. Vid. Not. Menag.

Ibid., lin. 13, *καταπεπατήκασιν*. Ms. male καταπεπατηκόσιν, uti habet ed. Oxon.

Ibid., lin. 13, *σκότους τούτου*. Ita quoque hæc Apostoli verba legit Origen. in Matth. tom. XII, num. 13, et tom. XVII, num. 2, et *contra Cels.*, p. 768, omissus sc. τοῦ αἰῶνος, quæ in editt. Eph. VI, 12, exstant. Millium vero fugerunt quatuor hæc Origenis loca, quorum testimonio certe ei opus erat, antequam illa, τοῦ αἰῶνος, tanquam *ex interpretamento nata*, tam fidenter rejecerit in Prolegom. sect. 478. — Lib. VIII *contra Celsum* legitur in nostra editione τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, ut ferunt mss. codices. RUÆUS.

C Ibid. C, lin. 4, *Ἰουδὶθ, οὐ*. In codice mira est hic stribligo, Ἰουδαία, εἰ οὐ, manifeste pro Ἰουδὶθ, οὐ; atque ita nos corrigere non dubitavimus; sicut et, non admonito lectore, exhibuit ed. Oxon.

Ibid., lin. 12, *ἡμᾶς ἐκδικεῖ*. In editt. τῶν O' legitur.. ἡμᾶς οὐκ ἐξεδίκησεν, ἀλλ' εἰς νουθέτησιν μαστιγοῖ. Vides autem Origenem negandi particulam οὐκ hic omittere, quam in priore potius sententiæ parte Badvellus Grotiusque omittendam censent; refragantibus tamen (ut fatetur Badvell.) *omnibus Græcis exemplaribus :* atque mihi quidem satis commoda videtur hæc Origenis lectio, οὐ γὰρ καθὼς ἐκείνους ἐπύρωσε, καὶ ἡμᾶς ἐκδικεῖ..., *non enim sicut illos probavit, ita et nos ulciscitur....;* hoc est, nequaquam asperius nobiscum nunc agit Deus, quam cum patribus nostris olim egit, eos solum explorans, nos vero exitio destinans, sed omnes pariter filios, nos æque ac illos, commonitionis tantum emendationisque causa castigat. Editor vero Oxon., rejectis more suo codicis verbis, D illa τῶν O' supra citata hic inseruit.

Ibid. D, lin. 8, *περισσοτέρως .... ὑπερβαλλόντως*. Hæc verba per scribæ incuriam inversa videntur; atque eo sunt ordine legenda, quo in editt. II Cor. XI, 23, aptius collocata exstant, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως. Atque ita quidem recitat ipse Origenes homil. 14 in Jer. At in Comm. in Rom. p. 426 sic scriptum legitur : .... ἐν φυλακαῖς περισσευόντως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, quod et librarii incuriæ tribuendum esse arbitramur.

Col. 533 B, lin. 13, *σκόλοπος τοῦ*. Legendum opinor σκόλοπος ἀγγέλου τοῦ Σατανᾶ. Sic enim editt. II Cor. XII, 7, atque ipse Origen. hom. 12 in Jer.

Ibid. C, lin. 1, *κακῶν*. Legendum plane est econtrario, καλῶν, sicut liquet ex præcedenti κρείττονα.

Ibid. C. lin. 3, *λέγεται*. Ms. λέγηται.

Ibid., lin. 13, *τὰ ἐν τοῖς*. Rectius opinor, τὰ τοῖς ἁγίοις πρέποντα, respicit enim ad Apostoli verba Eph. v, 3, καθὼς πρέπει ἁγίοις.

Col. 536 B, lin. 6, *ὑποκρινομένους*. Habet hic quidem cod. ms. ὑποκρινόμενοι. Nos vero in re manifesta syntaxi potius, quam dormitanti scribæ, obsequendum judicavimus. — Codex ms. teste Walkero habet ὑποκρινομένους. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 14, *ἠλιθίοις*. Lege ἢ ἠλιθίοις. Duo enim hic notat dogmatum genera, unum impium, alterum stultum et ridiculum; quorum alterutro implicari solent istiusmodi scripturarum lectores. Particula vero ἢ ab eadem insequente vocali absorpta est.

Ibid. D, lin. 4, *ἀναπλάττοντες ἕτερον*. Marcionistas vult, quos eodem fere modo in lib. VIII *Contra Cels.*, p. 754, his verbis depingit, οἱ ἄλλην ὁδὸν βαδίζοντες, καὶ τοῦτον μὲν [δημιουργὸν] ἀρνούμενοι, καινοειδεῖ δὲ ἀναπλάσματι, καὶ ὀνόματι μόνον Θεοῦ ἑαυτοὺς, ὡς μείζονι τοῦ δημιουργοῦ, ἐπιδεδωκότες, etc. Confer vero Just. mart. *Apol.* 1, sect. 35, 75; Irenæ. I, 29; Epiphan. hær. XLII; Theod. *Hær. Fab.* I, 24, et Tertull. *advers. Marcion.*

Ibid., lin. 6, *ἤ*. Lege καὶ Πατέρα, et lin. ead. καὶ Χριστοῦ.

Ibid., lin. 8, *ὃν δέ*. Lege οὓς δὲ, sc. Πατέρα καὶ Υἱόν.

Col. 537 A, lin. 9, *μὴ εἰσελθεῖν*. Manca est plane sententia; lege igitur, εὔχεσθε μὴ εἰσελθεῖν; nam ipsa vult Christi verba Luc. XXII, 40, atque ita paulo post recitat.

Ibid. C, lin. 9, *ταῦτα πάντα προσεκτέον*. *Hæc omnia observare oportet...* Ed. Oxon. atqui προσεκτέον hoc in sensu dativum rei postulat, sc. τούτοις πᾶσι προσεκτέον... : Neque ita quidem sumpta vox illa loco huic convenit. Mihi igitur pro προσεκτέον legendum videtur ΠΡΟΣΑΚΤΕΟΝ, id est *objicienda sunt* : ita enim hoc verbo sæpe utitur Origenes. Sic supra num. 16 : Ἐὰν δέ τις προσάγῃ ἡμῖν τὸ, προσκυνησάτωσαν... Et *Comm. in Gen.*, ἐὰν προσάγωμεν αὐτοῖς... ὅτι κόσμος... Et *Contra Cels.* pag. 504 : Ὅπερ ἡμῖν προσάγει ὁ Κέλσος... Et *in Joan.* tom. II, num. 6 : Προσακτέον αὐτὸν [lege αὐτῷ] ἀγγέλων ἐλάττονα... γεγονέναι τὸν Ἰησοῦν, atque *Philoc.* 24 : Λυέτωσαν τὰς προσαγομένας ὑφ' ἡμῶν αὐτοῖς ἀπορίας. Sic etiam Clem. Alex. *Str.* VII, p. 866 : Αὐτὸ τοῦτο προσάγουσιν ἡμῖν, *hoc ipsum nobis objiciunt*. Ita et Euseb. *Eccl. theol.* p. 193 : Τὰ προκείμενα αὐτοῖς προσακτέον.

Ibid., *τοῖς διακόπτουσι τὴν θεότητα*. Sic Marcionitis, qui duos sibi fingebant deos, alterum legis *justum*, alterum Evangelii *bonum* Deum. Hoc autem illis eisdem pene verbis passim exprobrat Origenes; ex. gr. hom. 9 in Jer.: Ἔσονται οἱ διακόπτοντες τὴν θεότητα τὴν πρεσβυτέραν τῆς ἐπιδημίας τοῦ Σωτῆρος... ἀπὸ τῆς θεότητος τῆς ἐπαγγελλομένης ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Et in Titum ap. Pamph. *Apol.* : *Quantum in se est, naturam deitatis secant et scindunt, dicentes unum legis, et alterum Evangeliorum Deum.* Et *Comm. in Joan.* tom. I num. 14 : Δυσὶ θεοῖς προσάπτουσιν ἀμφοτέρας τὰς διαθήκας οἱ ἑτερόδοξοι. Confer lib. II, cap. 4, 5, *Περὶ ἀρχῶν*, et *Philocal.* p. 6, 7, 21, 60, 68, 101, 102. Eodem vero modo Irenæus III, 42 : *Marcion*, inquit, *dividens Deum in duo, alterum quidem bonum, et alterum judicialem dicens, ex utrisque interimit Deum*, etc.

Ibid., lin. 12, *εἰ ὁ ἀγαθὸς Θεός*. Cum his conferas Origenis Comm. in Exod. p. 17, 18, 22, 25.

Ibid. D, lin. 12, *ταράξει*. Scilicet, cum ab Apostolo scriptum legerint, *bonum* illum, quem sibi finxerunt novi testamenti Deum, homines in reprobum sensum ad nefanda illa perpetranda pariter tradere, atque alterum illum veteris test. Deum, quem ea de causa improbandum censuerunt.

Ibid., *ἀναπλάσαντες*. Lege ἀναπλάσαντας, nam refertur plane ad ἐκείνους. — Pone igitur post
A ταῦτα quod præcessit, minorem distinctionis notam loco majoris. RUÆUS.

Col. 540 A, lin. 2, *ὡς οὐκ ἀγαθῷ*. Ita fere Origen. hom. 1 in Jer. : Οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων... προέφερον ἡμῖν λέγοντες· Ὁρᾷς Θεὸν τὸν τοῦ νόμου πῶς ἐστιν ἄγριος καὶ ἀπάνθρωπος... Et hom. 12 : Τοῖς αὐτοῖς τοιούτοις ῥητοῖς ἐπιβαίνουσιν οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων λέγοντες· Ὁρᾷς τὸν δημιουργὸν, οἷός ἐστι, καὶ τὸν τῶν προφητῶν Θεὸν, ὅς φησιν· Οὐ φείσομαι.... πῶς δύναται οὗτος εἶναι ἀγαθός; Confer *Philocal.* p. 6, 7, et *Comm. in Matth.* tom. XV, num. 11.

Ibid., lin. 6, *εὑρίσκομεν*. Lege εὑρίσκοιμεν.

Ibid., lin. 7, *δή*. Lege δέ.

Ibid., lin. 12, *καταβαίνουσαν*. Deest plane ἢ, quod respondeat præcedenti ἤτοι; lege igitur ἢ καταβαίνουσαν .. His vero consona habet Origen. hom. 1 in Ezech. : *Per arbitrii libertatem, alii ad bonorum contendunt summitatem, alii corruunt in malitiæ profundum.* Sic etiam *Philocal.* p. 66... : Ὥστε κατὰ
B τοῦτο, διὰ τὰς προαιρέσεις, τινὰς μὲν ἐκ χειρόνων εἰς κρείττονα προκόπτειν· ἑτέρους δὲ ἀπὸ κρειττόνων εἰς χείρονα καταπίπτειν· καὶ ἄλλους ἀπὸ καλῶν εἰς κρείττονα ἐπαναβαίνειν· ἄλλους δὲ... ἀπὸ κακῶν χεομένης τῆς κακίας χείρονας γίνεσθαι... — Legendum esse ἢ καταβαίνουσαν prior adverterat et monuerat Bentleius. RUÆUS.

Ibid., lin. 13, *ἡ ταχεῖα θεραπεία*. Confer *Philocal.* pag. 57, 60, 61, 103, 104, et *Contra Cels.* p. 600, ubi de eadem re disputans Origenes iisdem ferme verbis utitur.

Ibid. C, lin. 12, *οὐδὲ δέκα*. Ita plane legendum; sicut habent editt. τῶν Ο'. In codice vero geminum δὲ per librarii incuriam in unum coaluit, sc. οὐ δέκα.

Col. 541 B, lin. 5, *βίου*. Id est, βιότου, seu, τῶν πρὸς τὸ ζῆν. Hesych.

Ibid., lin. 13, *τῆς γενέσεως ἐπιθυμήσαντες*. Male hæc ed. Oxon. Latine reddidit, *natalium
C mores*; quod nec verba sonant, nec loci sententia admittit. Origenes vero hic voce, γένεσις, utitur sensu plane philosophico, quo mundi hujus res denotat, quæ perpetuæ per generationem et corruptionem mutationi sunt obnoxiæ, quippe veteres philosophi eam mundi partem, quæ infra lunam est, in qua φύσις τε καὶ γένεσις ἔχουσι τὴν δυναστείαν, uno verbo designantes appellabant ΓΕΝΕΣΙΝ, uti nos docet Ocellus *De universo* cap. 2 : ΓΕΝΕΣΙΣ μὲν, ὅπου μεταβολὴ καὶ ἔκβασις τῶν ὑποκειμένων... ἰσθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος. Inde autem Suidas, ΓΕΝΕΣΙΣ, ὁ κόσμος, sc. ὁ ὑποκάτω τῆς σελήνης. Sic etiam περὶ κοσμοποιΐας Philo, τῷ αἰσθητῷ ΓΕΝΕΣΙΝ τὸ οἰκεῖον ὄνομα ἐπεφήμισεν. Ita et Celsus ap. Origen. pag. 727 : ΓΕΝΕΣΙΣ, ὁρατόν. Atque ipse Origenes p. 728, dicit, τὰ τῆς ΓΕΝΕΣΕΩΣ esse τὰ βλεπόμενα, et τὰ τοῦ κόσμου : quo in sensu pag. 786, 787, ait δαίμονας περιγείους συντακῆναι τῇ ΓΕΝΕΣΕΙ, καὶ φιλοσωματῆσαι. et pag. 788 commemorat δαιμόνων
D ἔργα κατασπώντων εἰς τὰ τῆς ΓΕΝΕΣΕΩΣ πράγματα τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς. Cæterum per ΓΕΝΕΣΙΝ hic Origenes præcipue vult terrena illa, quæ ad victus delicias pertinent, quales erant carnes, quarum cupiditate flagrabat populus Israeliticus, τοῦ βίου ἐπιθυμοῦντες, uti ex antegressis apparet. Hoc autem in sensu Pythagorici ἐνίων βρωμάτων ἀποχὴν docebant, præsertim τῶν γλυκυθυμούντων, καὶ κατατεινόντων εἰς ΓΕΝΕΣΙΝ τὸ θνητὸν σῶμα, symbolice indicantes, ut ait Hierocles, τὴν ὅλην [lege ὅλης] τῆς ΓΕΝΕΣΕΩΣ ἀποχὴν δι' ἑνός τινος παραδείγματος. *Comm. in aur. carm.*, pag. 216, ed. Cant.

Ibid., lin. 14, *ἐπιθυμεῖτε, μισήσαντες*. Legendum mihi videtur, ἐπεθυμεῖτε, μισήσαντες δὲ τὸ ἐπιθυμούμενον.

Ibid. C, lin. 1, *παλινδρομεῖν*. Subaudi ex antecedentibus δυνηθῆτε, quod et adjiciendum potius videtur, ut sit, παλινδρομεῖν δυνηθῆτε ἐπί.

Ibid., lin. 2, *ὠρέχθησαν*. Lege ὠρέχθητε, ut eædem, quæ supra, sint personæ. — Sic et ipse legendum monui. RUÆUS.

Ibid. D, lin. 5, *τῷ φρονίμῳ πυρί*. Id est igne καθαρσίῳ, quo sapiens Deus utitur. Vult autem πνεῦμα κρίσεως et πνεῦμα καύσεως, de quo in locis paulo post citatis, Es. IV, 4, et Mal. III, 2, mentio fit. Hunc vero ignem, πῦρ σωφρονοῦν vocat Clem. Alex. *Protrept.* pag. 47, et πῦρ οὐ βάναυσον, ἀλλὰ τὸ ΦΡΟΝΙΜΟΝ... *Strom.* VII, 851, eumque esse dicit, quo in Sodomorum incendio usus est Deus, ὀλίγον τι τοῦ ΦΡΟΝΙΜΟΥ πυρὸς ἐκείνου ἐπὶ τὴν ἀκολασίαν ἐκχέων. *Pæd.* III, 8; qualis vero sit hic ignis, ostendit porro Clemens in *Ec. proph.*, cap. 25: Ἀγαθὴ δύναμις τὸ πῦρ νοεῖται, φθαρτικὴ τῶν χειρόνων, καὶ σωστικὴ τῶν ἀμεινόνων· διὸ καὶ ΦΡΟΝΙΜΟΝ λέγεται παρὰ τοῖς προφήταις τοῦτο τὸ πῦρ. Atque ita fere ipse Origenes hom. I in Ezech.: *Quis est iste ignis, quem lex prædicat, et Evangelium non tacet?* Uniuscujusque opus, quale sit ignis probabit: *Quis est, apostole, ignis iste, qui probat opera nostra? quis est ignis iste sic* sapiens, *ut custodiat aurum meum, ut mala tantum consumat, quæ feci?...* Sic et Minucius Felix sapientem appellat inferni ignem: *Illic* sapiens *ignis membra urit, et reficit; carpit, et nutrit*, etc.

Ibid., lin. 10, *παχύνονται*. Hoc est cordis stuporem contrahunt, et παχύνοοι evadunt; respicit enim ad Isaiæ verba VI, 10, ἐπαχύνθη ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου.

Col. 544, lin, 2, *εὐεργεσίαν*. Eodem modo ignis hujus purgatorii usum describit Origenes lib. V *Contra Cels.*, p. 588: Τὸ πῦρ καθάρσιον ἐπάγεται... ἑκάστῳ τῶν δεομένων τῆς διὰ τοῦ πυρὸς δίκης ἅμα καὶ ἰατρείας, καίοντος μὲν καὶ οὐ κατακαίοντος τοὺς μὴ ἔχοντας ὕλην δεομένην ἀναλοῦσθαι ὑπ' ἐκείνου τοῦ πυρός· καίοντος δὲ καὶ κατακαίοντος τοὺς ἐν τῇ διὰ τῶν πράξεων... οἰκοδομῇ ξύλα, χόρτον, ἢ καλάμην οἰκοδομήσαντας·... οὐχ ὡς μάγειρόν φαμεν τὸ πῦρ ἐπιφέρειν τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὡς εὐεργέτην τῶν χρῄζόντων πόνου καὶ πυρός. Atque p. 242: Ὁ λόγος... τοὺς κατὰ τὴν ἀξίαν χρῄζοντας τῆς διὰ πυρὸς κολάσεως οἰκονομίας ἐν τούτοις ἐπί τινι τέλει φησὶν ἔσεσθαι, etc. Confer lib. IV *Contra Cels.*, p. 509, et hom. 2 in Jerem., et hom. 16.

Ibid., lin. 7, *τῇ*. Lege ἐν τῇ. Sic enim in loco hic citato, Esth. VIII, 6, πῶς δύναμαι σωθῆναι ἐν τῇ ἀπωλείᾳ. — Codicis lectio ferri potest; ordo verborum erit, ἐννοῆσαι τῇ σφῶν ἀπωλείᾳ, περὶ τοῦ σώζεσθαι. RUÆUS.

Ibid., lin. 13. *παραδιδόντες ἑκόντες*. Desideratur plane ἑαυτούς, ut sit, παραδιδόντες ἑαυτοὺς ἑκόντες.

Ibid. B, lin. 1, *οὐ γὰρ βούλεται*. His fere gemina habet Origen. hom. 19 in Jerem.: Ὁ Θεὸς οὐ τυραννεῖ, ἀλλὰ βασιλεύει, καὶ βασιλεύων οὐ βιάζεται, ἀλλὰ πείθει, καὶ βούλεται ἑκουσίως παρέχειν ἑαυτοὺς τοὺς ἐπ' [lege ὑπ'] αὐτῷ τῇ οἰκονομίᾳ αὐτοῦ, ἵνα μὴ κατ' ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν τινος ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον αὐτοῦ, etc. Similiter vero Clem. Al. *Str.* VII, pag. 855: Οὔτε μὴν ἄκων σωθήσεται ὁ σωζόμενος· οὐ γάρ ἐστιν ἄψυχος. Ἀλλὰ παντὸς μᾶλλον ἑκουσίως καὶ προαιρετικῶς σπεύσει πρὸς σωτηρίαν... οὔκουν ὁ Θεὸς ἀνάγκῃ ἀγαθοποιεῖ, κατὰ προαίρεσιν δὲ εὐποιεῖ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἐπιστρέφοντας.

Ibid., lin. 6, *σκληρύνει*. Confer Origenis *Comment. in Exod.*, p. 17, etc., ed. Huet.

Ibid., lin. 8, *ἀσεβής*. Lege ἀσεβεῖς.

Ibid., lin. 12, *ἐπὶ πλεονάκις*. Minus recte hoc dici videtur; lege igitur ἔτι πλεονάκις.

Ibid., lin. 15, *εἰσήγαγες*. Ita LXX, Ps. LXV, 11, at in cod. 2. male scriptum videtur εἰσήγαγεν, ut habet ed. Oxon.

Ibid. C, lin. 2, *τὸ εὐτελέστερον... στρουθίων*. *Vilissimus pennatorum passerum*, ed. Oxon., quod neutiquam est ferendum: nam quisnam, quæso, est iste *passerum vilissimus?* et quare *pennatorum?*
A quasi ullus esset passer non pennatus. Pro στρουθίων igitur lege στρουθίον, et sanam reddes sententiam.

Ibid., lin. 3, *ἐμπίπτει εἰς παγίδα*. Ita etiam habet Origen. *Contra Cels.* lib. VIII, p. 794, εἰς παγίδα πίπτει, sicut et legit Chrysostomus: at in editt. Matth. X, 29, legitur πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν.

Ibid., lin. 9. Perperam scripsit librarius τῶν καρδιῶν. Lege, τῆς καρδίας.

Ibid., lin. 12, *ἑαυτῷ*. Lege ἐπιγνώσει; ita enim Apostolus loco citato Rom. I, 28, idque hic sententia postulat.

Ibid. D, lin. 8, *ἤ*. Lege καὶ διαγνωσθῆναι τὰ κεκρυμμένα ἐν τῇ καρδίᾳ... Locum vero huic geminum vide in Origenis *Comment. in Exodum* p. 23: Ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τῶν λυσσοδήκτων τὸν ἰὸν ἐπισπώμενοι ἐπὶ τὴν ἐπιφάνειαν, etc.

Col. 545 A, lin 10, *τὸ εὐεξαπάτητον*. Lege, τὸ Εὔας εὐεξαπάτητον; nam de Eva plane loquitur:
B intercidit vero, Εὔας, propter similes syllabas sequentes εὐεξ. — Bentleus lib. III pro λογισμοῦ αὐτῆς legit λογισμοῦ τῆς Εὔας. RUÆUS.

Ibid., lin. 14, *ἐπί*. Lege ἐπεὶ τῇ ἰδίᾳ, quod sensus plane flagitat. — Ita legendum etiam monuit Bentleius. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 3, *ἐγεγύμνωτο*. Scripsit hic librarius, ἐγύμνωτο.

Ibid., lin. 12, *ὁ πάντα συνεργῶν*. Eodem modo Origenes hunc locum, Rom. VIII, 28, citat in *Comment in Psalmos* p. 46...: πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν ὁ Θεός, mentem sc. Apostoli, non ipsa ejus verba, exhibens; siquidem ipse Origen. *Comm. in Joan.* tom. XX, num. 20, et in Rom. p. 424, 425, cum editis legit... πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν, missis illis, ὁ Θεός, atque ita se habere Apostoli verba declarat in Rom. p. 424: Οὕτω δὲ ἔχει τὰ ῥητά· οἴδαμεν ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν.. Unde mihi constare videtur illa, ὁ Θεός,
C non ab Origene, aliisve Patribus, in aliquibus sacræ Script. exemplaribus inventa fuisse; sed ex ipsorum potius Patrum citationibus minus accuratis in nonnullos sacri textus codices irrepsisse; atque adeo variæ demum lectioni ortum dedisse; quemadmodum de illis, ὁ Πατήρ, Luc. XVIII, 19, supra notavimus in not. ad num. 15.

Ibid., lin. 13, *παρ' αὐτοῖς*. Male, ut opinor, scriptum pro παρ' αὐτούς, id est, *per se*, seu, *sponte sua, et ex proprio arbitrio*. Ita supra num. 6: Τούτου ἐπαινετοῦ, ἢ ψεκτοῦ, γινομένου παρ' ἡμᾶς. Et *Philocal.* p. 64, παρ' ἡμᾶς τὸ σώζεσθαι γίνεται. Atque *Contra Celsum* p. 556, παρ' ἑαυτοὺς ἔσεσθαι ἐν τοῖς ἀπευκτοις, hoc est, ut paulo post dicit, παρ' ἑαυτῶν αἰτίαν, sive ἐκ τοῦ ἐν αὐτοῖς αὐτεξουσίου, uti loquitur ibid. p. 585. Eodem vero modo hac phrasi utitur Diogenianus Peripateticus contra Chrysippum de fato disputans apud Euseb. *Præp. evang.* VI, 8, ubi dicit: Τὸ παρ' ἡμᾶς τῷ καθ' εἱμαρμένην ἐναντιώτατον εἶναι·... παρ' ἡμᾶς δὲ, ὅσα ἐκ
D τοῦ σπουδάζειν ἡμᾶς, καὶ ἐνεργεῖν, ἐπὶ τέλος ἔρχεται... δῆλον γίνεται, ἀπολελύσθαι τῆς εἱμαρμένης τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν. Et paulo post: Si res, inquit, fiant, παρά τινα εἱμαρμένην, καὶ κατὰ αἰτίαν ἔξωθεν ἀναγκαίαν... οὕτω τέλεον ἡ παρ' ἡμᾶς ἐξουσιαστικὴ δύναμις ἀναιρεῖται. Vide not. ad num. 7. — Quamobrem locus Origenis sic vertendus: « Quidquid per se futuri sunt, prævidit. » RUÆUS.

Ibid. C, lin. 3, *τε*. Vacat hæc particula; aut fortasse, ut assolet, pro γέ scripta est.

Ibid., lin. 13, *ῥύεται*. Editt. omnes τῶν O' habent... ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος.

Ibid. D, lin. 3, *κατά τι πάτριον παρ' Ἑβραίοις*. Mira sane est hæc Origenis distinctio inter verba, θλίβεσθαι, et, στενοχωρεῖσθαι, ab Hebræis, qui Græce nesciebant; petita. Quod si per Hebræos velit τοὺς O' non eo tamen res magis elucesceret; cum apud eos nusquam verba illa, seu seorsum, seu (quod sæpe fit) junctim usurpata, significatu ita distin-

cta reperiantur. Hue igitur res mihi redire videtur, Origenem sc. illa S. Pauli verba sub ista distinctione intellexisse, eamque ab eo factam κατά τι πάτριον παρ' Ἑβραίοις ideo existimasse, quod Hebræus Ἑλληνίζων esset Paulus. Aut Origenes fortasse ab Hellenista Judæo ad fidem Christi converso, quem magistrum interdum appellat, acceperat, verba Hebraica, Græcis hisce respondentia, isto in sensu usurpari; quod tamen mihi nequaquam liquet. A

Ibid., lin. 5, *προαιρετικοῦ*. Rectius, ni fallor, legas προαιρετικῶς, sicut ante ἀπροαιρέτως. Sic Clem. Alex. *Str.* VII, ἑκουσίως καὶ προαιρετικῶς σπεύσει εἰς τὴν σωτηρίαν, p. 855.

Col. 548 A, lin. 1, *αὐτῷ*. Lege αὐτῇ, scilicet θλίψει. — Ita legendum jam monuerat Bentleius. RUÆUS.

Ibid., lin. 10, *ἐῤῥύσατο ὁ Θεός*. Mancus est totus hic locus, quem sic restituendum opinor, ἐῤῥύσατο ΓΑΡ ὁ Θεὸς ΤΟΝ ἸΩΒ, οὐχὶ τῷ μὴ εἰληφέναι ΤΟΝ ΔΙΑΒΟΛΟΝ ἐξουσίαν ΤΟΙΟΙΣΔΕ τισὶν... ἀλλὰ ΤΩ ἐν πᾶσιν... Neque enim aliter perfectam reddes sententiam. B

Ibid. B, lin. 9, *ἐπιμένει*. Lege ἐπέμεινεν; nam de præterito loquitur. Sic autem paulo post, χαλεπώτατα πεπονθὼς ἐπέμεινε. — Ἐπιμένει potest retineri; sæpe enim res præteritæ tanquam præsentes narrantur. RUÆUS.

Col. 549 A, lin. 9, *τὸ τοῦ πονηροῦ*. Deest plane aliquod verbum; quod non aliud esse potest, quam πῦρ, sicut ipse locus indicat: Lege igitur τὸ τοῦ πονηροῦ πῦρ. — In cod. ms. non legitur τὸ τοῦ πονηροῦ, sed τὰ τοῦ πονηροῦ, scilicet βέλη πεπυρωμένα, de quibus supra agitur. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 3, *ὡς... ἐλέγομεν*. Scilicet num. 2 et 9.

Ibid. C, lin. 1, *πάντα πειρασμόν*. Ita fere num. 20: Ἑαυτὸν ἀρέσκειν εὐτρεπίζων... πᾶσάν τε θύραν τῶν αἰσθητηρίων ἀποκλείσας, ἵνα μὴ ἕλκηται ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων... Editor vero Oxon. a codicis fide recedens, pro πειρασμόν hic reposuit γογγυσμόν, idque, ut opinor, in deterius; cum de iis nunc rebus loquatur Origenes, quæ cogitationes nostras inter orandum perturbant, mentesque a Dei veneratione cultuque avertunt; quæ non γογγυσμοί, sed πειρασμοί proprie appellantur. — Bentleius pro πειρασμόν opinatur legendum περισπασμόν. RUÆUS. C

Ibid., lin. 3, *προσέρχεται*. Ms., προσέρχηται. — In utroque codice Holmiensi et Colbertino legitur προσέρχεται, non προσέρχηται. RUÆUS.

Ibid., lin. 9, *στῆσαι*. Ita perperam scripsit librarius pro στήσαντα, quod constructio postulat.

Ibid., lin. 12, *αὐτῷ μνησικακεῖν*. Legendum est plane αὐτῷ ἀμνησικακεῖν, vel μὴ μνησικακεῖν. Vide not. ad num. 9. — Ita et ipse legendum monui. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 3, *τὴν μετ' ἐκτάσεως τῶν χειρῶν*. Nempe, ut *expansis manibus* in cœlum *suspiciamus*; quem *orantis Christiani habitum* appellat Tertullianus *Apol.* cap. 30. Ita vero natura duce precabantur et ipsi ethnici: Πάντες οἱ ἄνθρωποι, inquit Aristot., ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν εὐχὰς ποιούμενοι. *De mundo*, cap. 6. Sic de Græcorum exercitu Homerus *Iliad.* Θ, vers 346: D

..... Πᾶσι θεοῖσι
Χεῖρας ἀνίσχοντες μεγάλ' εὐχετάοντο ἕκαστος.

Ibid., lin. 4, *πάντων*. Lege πασῶν, sc. καταστάσεων. Sic autem πάντων (pro πασῶν) ἐντολῶν scribitur in cod. Alex. Levit. IV, 27.

Col. 552 A, lin. 2, *φέροντα*. Lege φέροντι. Scilicet, προκριτέον [αὐτῷ] οἱονεὶ... φέροντι.

Ibid., lin. 7, *περιεστῶτος*. Lege διὰ περιεστῶτα, sicut ante, διὰ νόσον, διὰ πυρετούς.

Ibid., *ἐὰν πλέωμεν*. Ita fere Clem. Al. pag. 851, γεωργοῦμεν αἰνοῦντες, πλέομεν ὑμνοῦντες, etc.

Ibid., lin. 9, *μή*. Hoc per librarii incuriam repetitur, pro quo legendum certe est ἡμᾶς.

Ibid. B, lin. 2, *πατέρα, ἐξ οὗ*. Ita in Eph. III, 14, habet cod. Alex. uti et habebant omnes Græci codices, quos viderat Hieronymus; qui idcirco notat verba illa, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, quæ in editis exstant, *Latinorum* esse *additamentum*. Millium vero, qui Hieronymo adversatur, fugit hic Origenis locus, notatu dignissimus; fugit et Cyril. Hieros. catech. VII, ubi eodem modo legitur. Fatendum est tamen Origenem in *Protrept. ad martyr.* cum editis legere... τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐξ οὗ. p. 175, ed. Bas.

Ibid., *πᾶσα πατριά*. In his Apostoli verbis nulla usquam, teste Millio, variatio reperitur: editor vero Oxon. hoc tandem in loco κρίσιν suam exercens, novam nobis lectionem exsculpsit; nam Origenes, inquit, hic pro πατριὰ *legisse videtur* λατρεία; *aliter ejus argumentatio minus consistit.* Horum autem ego rationem non video; quidni enim, si legatur πατριά, consistat ejus argumentatio, quæ non ab his, sed a præcedentibus plane Apostoli verbis ducitur? *Genuflectio*, inquit, *in precibus est necessaria, ut quæ humilis demissique animi signum sit*, dicente Paulo: Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Πατέρα .. Nihil certe in his causæ est, cur in sequentibus legeret, aut *legisse videatur*, λατρεία: neque ita quidem legere potuit, nisi ipsius Apostoli argumentationem vellet subvertere; cum ex verbis sic lectis, ἐξ οὗ πᾶσα λατρεία.. ὀνομάζεται, *ex quo totus cultus... nominatur*, nullus plane oriatur sensus, nisi qui sit ineptissimus.

Ibid., lin. 5, *καὶ ἑκάστου... ἑαυτόν*. Corrupit librarius hunc locum; quem ego sic sanandum esse arbitror.. Ἰησοῦ ἕκαστον τῶν ὄντων, καὶ αὐτῷ ἑαυτὸν τεταπεινωκέναι. Ita enim recto stabit talo sententia. — Recto stabit talo sententia modo pro καὶ ἑκάστου, solum legatur καὶ ἕκαστον, uti jam monui. RUÆUS.

Ibid., lin. 12, *σφαιροειδῶν*. Mundum et corpora omnia cœlestia esse σφαιροειδῆ, docuit *De anima mundi* Timæus Locrus, eumque secutus Plato *in Timæo*, ut et Aristoteles *De cœlo.* II, 4, 8; quin et eamdem formam mundi fabricatori Deo Xenophanes, Plato, Stoicique tribuebant: quibus quidem, quod ad cœlestium corpora attinet, suffragari hic videtur Origenes; sed an philosopho secutus eo usque processerit, ut σφαιροειδῆ esse diceret τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, quam in cœlis sancti induent, eorumque corpora, sine membrorum distinctione, conglobata figura suscitatum iri, vehementer addubito; etiamsi ob nonnulla minus caute dicta hoc ei dogma affictum, et sub ejus nomine ab antiquis damnatum fuerit; sic enim Justinianus in *E.. ad Mennam*: Λέγει [Ὠριγένης] ὅτι ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδῆ ἐγείρονται τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων· ὢ τῆς ἀνοίας καὶ ἀμαθείας τοῦ φρενοβλαβοῦς τούτου τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων ἐξηγητοῦ! et in *Anathematismis* epistolæ subjunctis: Εἴ τις λέγει ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδῆ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα ἐγείρεσθαι, καὶ οὐχ ὁμολογεῖ ὀρθίους ἡμᾶς ἐγείρεσθαι, ἀνάθεμα ἔστω. Ἀνάθεμα Ὠριγένει τῷ ταῦτα ἐκθεμένῳ. *Concil.* tom. V, col. 664 et 680. Hanc vero calumniam satis refellit ipse Origenes in psalm. I dicens: *Hanc speciem, quæ nunc inest nobis, ipsam permansuram etiam in futuro sæculo*, uti verba ejus in *Apologia* citat Pamphilus; quæ Græce sic exstant ap. Epiphan.: Νοητέον ἐπὶ τοῦ παρόντος, εἶδος ταὐτὸν εἶναι τῷ μέλλοντι, hær. LXIV, n. 14, e Methodio.

Ibid. C, lin. 6, *ἀπευθυσμένον*. In lexicis vix reperitur hæc vox, atque ideo, ut opinor, in edit. Oxon. ejus loco male substituitur πεπεισμένον, quod et pejus Latine redditur, nempe, τὸ πεπεισμένον ἔντερον, *quæ illis esse concedit intestina*. Atqui in codice plane scriptum legitur ἀπευθυσμένον ἔντερον, id est *rectum intestinum*; cujus sæpe meminit, et loco non uno describit Galenus; ex. gr. *De usu partium* lib. V, ubi τὸ ἔντερον in sex partes dis-

tinguit, πρῶτον μὲν τὴν ἔκφυσιν, δεύτερον δὲ τὴν νῆστιν, τρίτον τὸ λεπτὸν ἔντερον, τέταρτον τὸ τυφλὸν, πέμπτον τὸ κῶλον, καὶ ἕκτον τὸ ἀπευθυσμένον. Itidem *De anatom. Administr.* lib. v : Πρῶτον ἡ ἔκφυσις, μετὰ ταύτην ἡ νῆστις· τούτῳ δ' ἐφεξῆς ἐστι τὸ λεπτόν... ἐπὶ τούτῳ δ' ἐστὶ τὸ τυφλὸν, εἶτα τὸ κῶλον, ἐφ' ᾧ κατὰ πέρας ἄχρι τῆς ἕδρας ἐκτέταται τὸ ἀπευθυσμένον ὀνομαζόμενον ἔντερον. Item *De san. tuend.*, lib. i : Τὸ περίττωμα προπέμπεται κατὰ βραχὺ διὰ πάντων τῶν ἐντέρων ἄχρι τῆς κατὰ τὸ καλούμενον ἀπευθυσμένον κοιλότητος. Ita quoque Galeno σύγχρονος Pollux lib. ii, segm. 210 : Τῷ μὲν κώλῳ (sc. ἐντέρῳ) τὸ ἀπευθυσμένον ὕπεστιν. His autem quingentis circiter annis antiquior Aristoteles, quando primum τὸ ἔντερον ab anatomicis in partes distingui cœpit, etsi hoc vocabulo non utitur, ejus tamen etymon ortumque nobis ostendit, *De part. animal*, iii, 14 : Πᾶσι τοῖς μὴ εὐθυεντέροις... εὐρύτερον γίνεται τοῦτο τὸ μόριον (sc. ἔντερον) καὶ τὸ καλούμενον κῶλον ἔχουσι, καὶ τοῦ ἐντέρου τυφλόν τι... τὸ δὲ μετὰ τοῦτο ΕΥΘΥ πρὸς τὴν ἔξοδον διατείνει τοῦ περιττώματος, nam postrema hæc plane indicant intestinum illud, quod ἀπευθυσμένον postea dictum est. Hujus vero intestini, quod sentinæ instar ad excrementa corporis recipienda, et egerenda, comparatum est, mentionem facit Origenes, ut eos pudore afficiat, qui membra eadem omnia, quæ terrestribus sunt necessaria, cœlestibus quoque attribuunt. Non ab re vero erit notasse, novam istam collationem, quam crepat Wetsthenius, pro ἀπευθυσμένον, quod codicis est, novum hic et nihili plane verbum, ἀπενθισμένον, nobis exhibere. — Apud. Alex. Aphr. *Prob.* I. i, *legitur* ἀπευθυμμένον ἔντερον. RUÆUS.

Ibid., lin. 15, *πᾶς τόπος*. Uberius hoc illustrat Origenes *contra Cels.* p. 726 : Χριστιανὸς πάντα μὲν τόπον τοῦ κόσμου πέπεισται εἶναι μέρος τοῦ ὅλου, ναοῦ τοῦ Θεοῦ ὄντος τοῦ παντὸς κόσμου. Ἐν παντὶ δὲ τόπῳ εὐχόμενος, μύσας τοὺς τῆς αἰσθήσεως ὀφθαλμοὺς, καὶ ἐγείρας τοὺς τῆς ψυχῆς, ὑπεραναβαίνει τὸν ὅλον κόσμον. Sic etiam Clem. Al. *Str.* p. 856 : Πᾶς τόπος ἱερὸς τῷ ὄντι, ἐν ᾧ τὴν ἐπίνοιαν τοῦ Θεοῦ λαμβάνομεν.

Ibid. D, lin. 1, *προσάγετε*. Lege προσάγεται, ut recte habent editt. τῶν Ο' Complut., Ald., Rom. In cod. vero Alex. male scribitur προσαγάγετε, atque ita quidem hic cod. Holm. προσάγετε. Vide not. ad num. 3.

Col. 553 A, lin. 12, *περὶ τούτου τοῦ τόπου. De hoc loco*, id est hoc argumento, seu dicendi capite. Nam Origen. hic more rhetorum, et philosophorum, utitur voce τόπος : quem morem Hierocles ap. Photium col. 1389 sic explicat : Εἰώθαμεν, inquit, περὶ γραμμάτων τινῶν διηγούμενοι λέγειν, ὅτι κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον τοῦ λόγου γενόμενοι ἐροῦμεν τὸ κεφάλαιον ἐκεῖνο, καὶ τὸ εἶδος τῶν γραμμάτων, τόπον καλοῦντες. Ita Origen. postea precum τόπους, seu capita, quatuor recenset, num. 33.

Ibid., lin. 15, *τῆς παρανόμου μίξεως ... συγκεχωρημένης*. Corruptus certe est hic locus; nam Apostoli verbis manifeste repugnat, atque dictu impium est, eum Christianis κατὰ συγγνώμην indulsisse τὴν παράνομον μίξιν : sic igitur refingendum, et ad sanum sensum reducendum esse arbitror, ἐν γὰρ τῷ τόπῳ, οὐ μόνον τῆς παρανόμου μίξεως, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ ἀποστολικοῦ λόγου..... συγκεχωρημένης.... Dubitat sc. Origenes annon modo non in loco παρανόμου μίξεως, sed ne in loco quidem legitimi concubitus, ab Apostolo concessi, sit orandum. — Codex uterque Holmiensis et Colbertinus habet τῆς παρανόμου μίξεως ὑπὸ τοῦ, etc. Pro παρανόμου lege cum Bentleo ἀπαρανόμου, et omnia sana erunt. RUÆUS.

Ibid. C, lin. 1, *ῥύσεται*. Ms., ῥύσηται.

Ibid., lin. 3, *τῷ συνιέντι*. Id est, τῷ συνιέναι δυναμένῳ, uti dixit num. 29.

Ibid., lin. 10, *διπλῆν Ἐκκλησίαν*. Eadem habet

A verba Origenes hom. 23 in Lucam, *duplex hic adest Ecclesia, una hominum, altera angelorum.* Interprete Hieronymo.

Ibid., lin. 13, *ὑστέρας νύμφης*. Hoc minus verum est, cum nullam ante Saram uxorem habuerit Tobias : lege igitur τῆς ὕστερον νύμφης... id est, *quæ postea nurus ejus facta est.*

Ibid. D, lin. 6, *μετ' Ἐφεσίων*. Apud quos sc. degens Paulus primam illam ad Corinthios Epistolam scripsit. Vide Mill. adnot. in istius Epist. subscriptionem, et Prolegom. sect. 9. Hunc vero Origenis locum, notatu dignissimum, prætermisit Millius.

Col. 556 A, lin. 2, *ἐν τῇ Κορίνθῳ*. Desunt plane personæ, quibus Paulus, συνάρασθαι νενόμικε; legas igitur oportet, ... συνάρασθαι.. τοῖς ἐν τῇ Κορίνθῳ.

Ibid., lin. 13, *ἐπὶ τῷ ἑαυτὸν ἀγγέλλων διαβόλῳ*. Ita corruptum dedit hunc locum dormitans librarius; quem et multo corruptiorem reddidit ed.

B Oxon. sic exhibens, ἐπὶ τὸ ἑαυτοῦ ἀγγέλλων διαβόλῳ. Vera autem, ut opinor, hæc est lectio, ἐπιδῷ ἑαυτὸν ἀγγέλῳ διαβόλου, *seipsum dedat angelo diaboli.* Sic Origenes supra, τούτῳ τὶς ἑαυτὸν ἐπιδῷ. Et Origeni σύγχρονος Herodianus lib. i, δεδιὼς μὴ νεότης... κραιπάλαις ἐπιδῷ ἑαυτήν. His vero, quæ de *sancto angelo*, et *angelo diaboli* dicit, consona habet in homil. 12 in Lucam : *Unicuique duo assistunt angeli, alter justitiæ, alter iniquitatis : si bonæ cogitationes in corde nostro fuerint, ... haud dubium, quin nobis loquatur angelus Domini : si vero mala fuerint in corde nostro versata, loquitur nobis angelus diaboli*; quæ quidem Hermæ verba sunt (mand. vi) et sub ejus nomine citantur iterum ab Origene in hom. 35 in Luc. et *Περὶ ἀρχῶν* iii, 2. Sic autem Comm. in Matth. tom. xiii, num. 28, dicit, hominibus malis et infidelibus μὴ παρεῖναι ἅγιον ἄγγελον, sed eos, dum in ἀπιστίᾳ permanent, ὑπὸ τοῖς

C ἀγγέλοις εἶναι τοῦ Σατανᾶ : quod et Hermæ testimonio (e simil. 6, 7, 8) confirmat tom. xiv, num. 21 : Ληφθείη ἂν τὸ ἀπὸ τοῦ ποιμένος περί τινων ἅμα μὲν τῷ πιστεύειν ὑπὸ τῷ Μιχαὴλ γινομένων, διὰ δὲ φιληδονίαν ἀποπιπτόντων ἐκείνου, καὶ γινομένων ὑπὸ τὸν [lege τῷ] τῆς τρυφῆς, etc., quibus gemina fere sunt illa in libelli hujus num. 6 : Τῷδε μέν τινι τοιῷδε ἐσομένῳ τόνδε τὸν ἄγγελον λειτουργὸν ἐπιπέμψω ..., τοῦδε δέ τινος ... ὑπεκλυθησομένου ... ἀποστήσω τόνδε τὸν κρείττονα συνεργὸν, οὗ ἀποστάντος, κατ' ἀξίαν, αὐτόχειρ ὤν τις, ἥδε ἡ δύναμις... ἐπιστᾶσα, ἐπὶ τάδε τινὰ ἁμαρτήματα αὐτὸν ἕτοιμον, ἑαυτὸν πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν δεδωκότα, προκαλέσεται. — Verum hujus loci lectionem exhibuimus e codice Colbertino. RUÆUS.

Ibid. B, lin. 1, *βουλήματος ἐπισκοποῦντος*. Absurde prorsus hoc dicitur; non enim ἐπισκοπεῖ voluntas divina, sed divinæ voluntati obsequentes angeli Ecclesiam ἐπισκοποῦσι. Omnino igitur hic lectum oportet ἐπισκοπούντων, sc. ἀγγέλων. Ita

D num. 11 : Ὑποληπτέον, συνάγεσθαι τῶν ἐπισκοπούντων καὶ λειτουργούντων τῷ Θεῷ ἀγγέλων παρουσίαν.

Ibid., lin. 5, *πραγματευομένοις*. Lege πραγματευόμενοι, hoc est, si negotiantium more ad res mundanas in Ecclesia transigendas conveniant, eorum instar, qui in templo emebant et vendebant. Vide Comm. in Matth. tom. xvi, num. 20. — Legendum πραγματευόμενοι prior monuit Bentleius. RUÆUS.

Ibid., lin. 6, *οὐκ ἐπισκοπηθήσονται*. Nempe, ab angelis. Sic autem Origen. in Lucam. hom. 23 : *Præsentes sunt angeli in Ecclesia, in illa duntaxat, quæ meretur, et Christi est.* Domus enim Dei, seu Ecclesia, est domus orationis, in qua οὐδὲν ἄλλο δεῖ εἶναι, ἢ εὐχὴν πάσης ἁγίας πράξεως, καὶ προκαλουμένης τὴν τοῦ Θεοῦ ἐπισκοπὴν, uti ait in Comm. in Matth. tom. xvi, num. 22.

Ibid. C, lin. 7, *ναούς*. Ita scilicet cæcutiens scri-

psit librarius pro λαούς. Sic autem versa vice λαῷ pro ναῷ habet cod. Holm. in Origenis Comment. in Matth. tom. x, num. 20. Atque ita ap. Steph. Byz. in verb. Τέως, pro ἱδρύσει τὸν ναόν Salmasius in mss. invenit ἱδρύσει τὸν λαόν. — Λαούς esse legendum jam monui cum Bentleio. RUÆUS.

Ibid., lin. 9, *ἀρθείσῃ*. Hoc non consonat narrationi evangelicæ, in qua ficus illa non radicitus sublata, sed arefacta tantum dicitur : mihi igitur hic a librario temere scriptum videtur ἀρθείσῃ pro ξηρανθείσῃ : sic enim haud semel dicit ipse Origen. in Comm. in Matthæum tom. xvi, num. 26, atque ita eum hic dixisse liquido apparet ex sequente voce ξηραινόμενοι : quomodo enim ξηραινόμενοι ὁμοίως τῇ συκῇ, si non præcesserat ξηρανθείσῃ? nam si ponatur ἀρθείσῃ, nihil omnino ὅμοιον videbis. Ed. vero Oxon. pro ἀρθείσῃ reposuit hic ἀσθείσῃ, quasi ab ἄζομαι, *arefio*.

Ibid., lin. 12, *ἐπί*. Dele ἐπί, et lege τὸ ἐξαίρετον... παριστάντι τῆς τῶν.

Ibid., *τῇ*. Lege ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Sic in loco consimili supra, οὐ καταφρονητέον τῶν ἐν αὐταῖς [ἐκκλησίαις] εὐχῶν, ὡς ἐξαίρετόν τι ἐχουσῶν τῷ γνησίως συνερχομένῳ. Et in Matth. tom. xvi, num. 21 : Ἐπισκοποῦνται οἱ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ γινόμενοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν συναγωγαῖς.

Ibid. D, lin. 3, *τοῦ τε ... καὶ τοῦ*. Lege τῶν τε... καὶ τῶν..., ut quatuor illa climata recenseat, bina sc. ad septentrionem et meridiem, bina ad orientem et occidentem. Ita Dionys. Utic. : Ἀπὸ τεσσάρων κλιμάτων τέσσαρες αὐθεντικοὶ πνέουσιν ἄνεμοι, ap. Salmas. *Exerc. Plin.*, p. 882.

Ibid., lin. 4, *τὸ πρὸς ἀνατολήν*. Ita Origenes homil. 5 in num. : *Ex omnibus*, inquit, *cœli plagis, ad solis orientis partem conversi orationem fundimus*. Confer. Clem. Alex. *Strom.* vii, p. 856 ; Tertull. *Apol.* cap. 16 ; Pseudo-Justin. *Quæst et Resp. ad orthodox.*, 118; *Constit. apost.* ii, 57, cum not. Coteler.; Sidon. Apollin. epist. ii, 10 ; cum not. Savar. et auctores a Fabricio laudatos in *Bibliogr. antiquar.*, p 361.

Ibid., lin. 6, *ἀληθινοῦ φωτός*. Id est Christi, Joan. i, 9, qui et ἀνατολή dicitur Zach. vi, 12, et Luc. i, 78 : *Oriens, Salvator, maxime in Luca « visitavit nos Oriens ex alto ; » et in Zacharia, « Ecce vir, Oriens nomen ejus. »* Eucher. *De Formul. Spir. ad Veran.*, cap 3. Confer. Germani Constant. *Theor. Ecc.* in *Biblioth. PP.* t. XII, p. 378, ed. Paris.

Col. 557 A, lin. 4, *προσκαλούμενον*. Lege προκαλούμενον, id est, *quod provocat, invitat, allicit*. Ita enim hoc verbo in hoc libello, ut et alias, passim utitur Origenes ; e. g. num. 6 : Ἐπὶ τάδε τινὰ ἁμαρτήματα αὐτὸν... προκαλέσεται. Et num. 7 : Φαντασίαι προκαλοῦνται τὸ ἀβέβαιον ἡμῶν. Ac num. 14.: Λόγος προκαλούμενος ἐπὶ τὸ μιμεῖσθαι... Atque num. 25 : Ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς... προκαλουμένης ἡμῶν τὴν ψυχήν. Sæpe vero fit (notante Budæo p. 17), *ut apud auctores, librariorum errore, horum alterum pro altero legatur*. Quod et de aliis ex πρό et πρός compositis ostendit cl. Montfauc. in *Palæogr. Græc.*, p. 343. Sic autem, ut alia mittam, libelli hujusce num. 6, προσδιαληπτέον pro προδιαληπτέον, et num. 27, προκείμενον pro προσκείμενον scriptum notavimus. Paulo post vero lege, θέσει μὲν ἀνθρ. τῶν. — Legendum προκαλούμενον jam monuerat Bentleius RUÆUS.

Ibid., lin. 12, *κατὰ τοῦτον τὸν λόγον*. Legendum hic suspicor κατὰ τὸ εὔλογον, sicut mox sequitur; ibi enim prius dicta repetere videtur. Editor vero Oxon. hunc locum, contra codicis fidem, sic nobis mutilatum exhibuit, κατὰ τοῦτον, ἢ ἐπὶ δύσιν....

A Ibid. B, lin. 6, *συνυμνουμένῳ*. Lege καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι συνυμνουμένου.

Col. 560 A, lin. 6, *δεύτερον*. Lege δεύτερον δέ.

Ibid. B, lin. 2. *ὁ ἀναβαλλ... ὁ ἐκτείνων*. Deest ὁ utrumque in editt. omn. τῶν Ο'.

Ibid. C, lin. 3, *τοῦ Νάθαν*. Ita esse legendum res ipsa clamat : pro his vero semisomnis librarius scripsit τοῦ θανάτου.

Ibid., lin. 8, *κατεσμικρύνθην*. Ms., κατεσμακρύνθην.

Ibid., lin. 9, *ἐλάλησας*. Ms., ἐλάλησα.

Ibid., lin. 13, *διὰ τόν*. Editt. τῶν Ο' habent καὶ διὰ τόν....

Ibid., lin. 14, *ἐποίησας*. Ms., ἐποίησα.

Ibid. D, lin. 8, *μὴ συνελκύσῃς με μετὰ ἁμαρτωλῶν*. Sic etiam legit Theodoretus, uti recte habent editt. τῶν Ο' Complut. et Ald. At in edit. Rom. et cod. Alex. ed. Oxon. legitur, μὴ συνελκύσῃς μετὰ ἁμαρτωλῶν τὴν ψυχήν μου.

B Col. 561 A, lin. 7, *ἡμῖν δ*. Lege ὑμῖν, *vobis*, seu, *vestra gratia elaborata sunt*. Ed. vero Oxon. male hic habet διαθληταί, nomen sc. (quod nusquam exstat) pro verbo.

Ibid., lin. 9, *ἀδελφοί*. Male hinc colligit editor Oxon. in præfat. Tatianam hanc Ambrosii *sororem* fuisse *germanam* ; cum ipsa verba, non sanguinis, sed pietatis tantum ἀδελφότητα plane indicent : quo quidem in sensu Origenis quoque soror erat Tatiana et Ambrosius frater, sicut eum sæpe appellat : nimirum Christiani omnes, cujuscunque vel stirpis sint, vel gentis, fratres sunt in Jesu Christo, dicente ipso, πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε, Matth. xxiii, 8. Hoc autem in sensu Eustochium Hieronymus dominam suam et filiam, et germanam appellat : *Dominam quippe*, inquit, *vocare debeo sponsam Domini mei... Itaque, mi Eustochium, filia, domina, conserva, germana ; aliud enim ætatis, aliud meriti, aliud religionis, hoc charitatis est nomen.* C Cæterum quænam fuerit hæc Tatiana, omnino est incertum, nec quæsito opus esse arbitror.

Ibid., lin. 14, *λαβών*. Sc. αὐτός, quod ante δυνηθῆναι subintelligitur. Hic enim est verborum ordo, οὐκ ἀπογινώσκω... αὐτὸς δυνηθῆναι... λαβών... : Nimirum, nominativus Atticorum more positus pro accusativo ... ἐμαυτὸν λαβόντα.... Sic autem Origenes supra sect. 17 : Ἐρεῖ μὴ αὐτὸς θέλειν, καὶ μὴ αὐτὸς ἐσθίειν, καὶ μὴ αὐτὸς περιπατεῖν. ... Ita et Apostolus II Cor. x, 2 : Δέομαι τὸ μὴ παρὼν θαῤῥῆσαι. Atque ipse Demosthenes *De Coron.* : Οὐ σεμνύνομαι τῷ γραφεὶς ἀποφυγεῖν. ., παραλείπω τὸ πολλάκις αὐτὸς ἐστεφανῶσθαι πρότερον. Plura vide ap. Budæ. pag. 1043. Editor vero Oxon. non ferens hoc λαβών, loco ejus posuit λαβόντα, recte, fateor, nisi quod ille, vel a malefido apographi scriptore deceptus, vel aliunde inductus, cum hoc, tum alia multa, tanquam ipsa codicis verba, lectori proposuerit : quod quidem ei in D quamplurimis parum feliciter cessit ; adeo ut centies minimum pro codicis rectis, a recto aliena substituerit, idque cum summo sæpe sententiæ dispendio, quemadmodum in eorum nonnullis pro re nata demonstravimus. Ab his igitur nos moniti codicis omnia tibi, quam potuimus accuratissime, repræsentavimus, atque ejus tantum vitia notasse satis habuimus ; præterquam quod pauca quædam ob justas, uti visum est, causas ad imum paginæ rejecimus, ubi tuis utcunque oculis subjecta remanent. Pulchre vero locatam existimabimus nostram hic operam, si vel in vitiorum paucis tantum emendandis tam felices tibi videbimur, quam in iis omnibus exhibendis fuimus fideles.

JOANNIS CROII

OBSERVATIONES

Ad Origenis librum sextum contra Celsum.

—

Revocatur Lector ad numeros crassiores textui insertos.

—

TEXTUS.

Εἶθ' ἑξῆς ἐπαναλαμβάνει τὰ περὶ τῶν ἑπτὰ ἀρχόντων δαιμόνων, μηδαμῶς μὲν ὑπὸ Χριστιανῶν ὀνομαζομένων, οἶμαι δ' ὑπὸ Ὀφιανῶν παραλαμβανομένων. A

Pag. 653. Deinde meminit septem illorum principum dæmonum, qui nusquam a Christianis nominantur, sed quos, ut puto, ab Ophianis sumpserunt.

OBSERVATIONES.

Ἄρχοντες a Celso vocantur ; a Magis vero κοσμοκράτορες, ut videre est in ficto Testamento Salomonis. Manichæi duo statuentes principia, diabolo τῶν ἐγκοσμίων τὸ κράτος ἀποτετάχασιν, ut loquitur Psellus, eumque vocabant ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων. Christus Satanam τὸν τοῦ κόσμου τούτου ἄρχοντα vocat Joan. XIV, 30. Paulus τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, Eph. II. 2. Œcumenius, τούτου τοῦ κόσμου τὸν πατέρα· τούτου δὲ τοῦ κόσμου, inquit, in Epist. I Joan., πατὴρ ὁ διάβολος, τῆς κοσμικῆς, φημὶ, ἡδυπαθείας καὶ συγχύσεως. Apostolus multis nominibus malos angelos notat, eosque vocat Eph. VI, 11, 12. τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας, τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Et hinc Damascenus et Athanasius κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου δαίμονας dicunt : Arnobius lib. I, rectores et principes mundi. Chaldæi vero, ut refert Scholiastes Synesii, θῆρας χθονός, quod rebus ter- B renis, corporeisque implicentur voluptatibus.

Septem dicit esse dæmones illos. Testamentum Salomonis, et Arbatel. libri ficti et profani totidem recensent; Nicomachus Gerasinus lib. II *Arithmeticæ* septem angelorum meminit : Διὸ καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην τούτων τῶν ἀγγέλων ἐξάρχοντας ἀστέρας, καὶ δαίμονας, ὁμοίως ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους προσαγορεύεσθαι· οἵπερ εἰσὶν ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν, ὥστε ἀγγελία κατὰ τοῦτο ἐτυμότατα ἡ ἑβδομὰς, μήτι δὲ καὶ φυλακή τις ἡ αὐτὴ ἐκ τῆς αὐτοῦ· οὐ γὰρ μόνον παρὰ τὸν τῶν φυλάκων ἀριθμὸν ἑπτ' ἔσονται ἡγεμόνες, ἀλλὰ καὶ ὅτι οἱ φυλάσσοντες τὸ πᾶν, καὶ ἐν συνοχῇ, καὶ αἰωνίῳ μονῇ διακρατοῦντες, τοσοῦτοί εἰσιν ἀστέρες. Apud auctorem libri Tobiæ Raphael se ad numerum septem angelorum, qui preces sanctorum offerunt, et coram divino incedunt numine, scribit. Totidem numerantur Apocal. VIII, 11 : Καὶ ἴδον τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους, οἳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἑστήκασιν. Unicuique planetæ tributus est angelus ; et C quot crediderunt esse hujusmodi angelos, planetis addictos, totidem quoque esse dæmonas, qui res inferiores molirentur et administrarent, voluerunt impii nebulones. Patres fere omnes cuique urbi, civitati, et provinciæ angelum aliquem præfectum esse credebant. Origenes in homil. *De angelo Tyri*; Hieronym. in eumdem locum; κατὰ ἔθνη καὶ πόλεις τὰς τῶν ἀγγέλων προστασίας vocat Clemens Alexandrinus. Idque probat Epiphanius hæres. LI, e verbis Mosis Deut. XXXII, 7, male a LXX Interpretibus acceptis : Τὰ ἔθνη ὑπὸ ἀγγέλους τεταγμένα εἰσὶν, ὡς ἐπιμαρτυρεῖ μοι Μωσῆς ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ θεράπων, τὸν λόγον κατὰ ἀκολουθίαν ἑρμηνεύων καὶ λέγων· Ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι, τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι. Ὅτε διεμέριζεν Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ· καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Verba Hebræa hæc sunt : שאל אביך ויגדך זקניך ויאמרו לך : בהנחל עליון גוים בהפרידו בני אדם יצב גבלת עמים למספר בני ישראל : כי חלק יהוה עמו יעקב חבל נחלתו : Unde patet LXX legisse aliter quam hodie legitur : חבל נחלתו ישראל et למספר בני אל. Plerique omnes Rabbini eamdem lectionem sequuntur, cum inde elicere tentent angelorum ordines, eorumque præfecturas. Auctor בעל הטורים adnotat in voce גבלת duo *Vau* deficere ad significanda XII signa orbis B signiferi : גבלת חסר ויו לומר י״ב מזלות

Horum angelorum nomina incognita Christianis esse asserit auctor noster, et ab Ophianorum deliratione et impietate hausta : quia licet Christiani a divinis Scripturis didicerint nomina quædam angelorum, quorum ministerio Deus utitur ad decreta sua atque judicia exsequenda, illa tamen dæmonibus non tribuunt, neque hujusmodi paradigmata et somnia amplectuntur. Magorum hæc sunt commenta, quibus cum Christianis nullius rei debet esse commercium. Hæc omnia terrore damnationis, et magis minis vetuit olim Deus Deut. XVIII, 9, neque nos participes fieri in eorum turpissimis sacrificiis, neque nomina illorum enuntiare permittit. Hinc concil. Laodic. can. XXXV, ὅτι οὐ δεῖ Χριστιανοὺς ἐγκαταλείπειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀγγέλους ὀνομάζειν, καὶ συνάξεις ποιεῖν. Ideoque Origenes ipse post diligentem horum paradigmatum enumerationem, ita tandem conclu lit : Ἔδοξε δὲ C καὶ ἡμῖν ἀκριβῶς ἐκθέσθαι τὰ τοιαῦτα, ἵνα μὴ δοκῶμεν ἀγνοεῖν ἃ Κέλσος ἐπηγγέλλετο εἰδέναι· ἀλλὰ καὶ παραστήσωμεν ἀκριβέστερον ἐκείνου αὐτὰ ἐγνωκότες οἱ Χριστιανοὶ, ὡς οὐ Χριστιανῶν λόγους, ἀλλὰ πάντη ἀλλοτρίων σωτηρίας, καὶ οὐδαμῶς ἐπιγραφομένων Ἰησοῦν, ἢ Σωτῆρα, ἢ Θεὸν, ἢ διδάσκαλον, ἢ Υἱὸν Θεοῦ. Ophitas autem hujusmodi nomina invenisse testis est Epiphanius, hæresi XXXVII. Asserebant enim ex Prunici suæ ignorantia editum Jaldabaoth ad infima subsidisse, septemque sibi liberos genuisse, qui totidem cœlestes orbes condiderint : κατὰ δὲ τὴν αὐτῆς (Προυνίκου) ἄγνοιαν προβληθεὶς Ἰαλδαβαὼθ, ἦλθεν εἰς τὰ κατώτατα, καὶ ἐποίησεν

ἑαυτῷ ἑπτὰ υἱοὺς, οἵτινες ἑαυτοῖς (male legitur hodie ἑαυτούς; hi enim non sunt septem cœli, sed eos condidisse, iisque præesse creduntur ab istis hæreticis) οὐρανοὺς ἑπτὰ ἐποίησαν. Dubitatur ibidem quo nomine sint vocandi septem hi liberi, et an Æones, sive dii, sive angeli sint dicendi, cum hæc omnia apud Ophitas sint sortiti nomina. Οὗτοι οἱ ἀπ' αὐτοῦ γεγενημένοι ἑπτὰ υἱοὶ, ἤτοι αἰῶνες, ἤτοι θεοὶ, ἤτοι ἄγγελοι (καλοῦνται γὰρ παρ' αὐτοῖς ὀνόμασι διαφόροις), κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ αὐτῶν πατρὸς Ἰαλδαβαὼθ ἔπλασαν τὸν ἄνθρωπον. Nec Ophitæ soli, verum etiam ipse Simon Magus ejusque discipuli hujusmodi nominum fuisse perhibentur auctores. Epiphan. hær. XXI: Ὀνόματα δέ τινα ὁ αὐτὸς ὑποτίθεται ἀρχῶν τε καὶ ἐξουσιῶν Οὐρανούς τε διαφόρους φησὶ, καθ' ἕκαστον δὲ στερέωμα καὶ οὐρανὸν δυνάμεις τινὰς ὑφηγεῖται, καὶ ὀνόματα βαρβαρικὰ τούτοις ἐκτίθεται. Esseni quoque peculiaria habebant angelorum nomina, eaque colere tenebantur. Salmanticensis præsidem hujus sectæ id jurare solitum fuisse scribit: *Quod si animadverterit signum aliquod, aut arcanum in lege, patefaciet illud sociis suis, non aliis; et super omnia custodiet legem Moysis, honorabitque nomina angelorum nota ordini.*

—

TEXTUS.

Pag. 654. Celsus igitur dicit primum in leoninam figuram formatum esse, non addens quem eum nominent homines revera impii. Nos vero invenimus, angelum illum Creatoris, in sacris Litteris laudatum, sceleratum hoc diagramma vocare Michaelem habitu leonino.

Ὁ μὲν οὖν Κέλσος ἔλεγε τὸν πρῶτον ἰδέᾳ λέοντος μεμορφωμένον, οὐκ ἐκθέμενος τίνα αὐτὸν ὀνομάζουσιν οἱ ἀληθῶς δυσσεβέστατοι. Ἡμεῖς δὲ εὕρομεν, ὅτι ἐν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς εὐφημούμενον ἄγγελον τοῦ Δημιουργοῦ τὸ μιαρὸν ἐκεῖνο διάγραμμα ἔλεγεν εἶναι Μιχαὴλ τὸν λεοντοειδῆ.

OBSERVATIONES.

Nomina et figuras horum angelorum mutuati sunt nebulones isti, partim a quadriga Ezechielis, et Apocalypsi Joan. cap. IV, partim a Magorum somniis et fabulis. Nemo est qui nesciat insignem et admirandam illam hujus prophetæ visionem, cum apud fluvium Chobar cœli aperti fuerunt, et luculenta visa ipsi a Deo fuerunt missa. Quatuor animalia vidit: unicuique quatuor erant facies, et totidem alæ, atque manus; singula animalia facie erant hominis, leonis, bovis et aquilæ. Animalia autem illa angelos fuisse significat ipse Ezechiel cap. X, ubi eamdem visionem describens, eos cherubinos vocat. Sed cum hujus loci non sit huc referre quæcunque Hebræi scripserunt de opere Mercabæ, quod vocant, diutius in illis recensendis non commorabimur; hoc duntaxat addemus, R. Mosem Majomonidem, *qui primus*, ut ait Scaliger, *inter suos desiit nugari*, part. I *More Nevochim*, cap. 49, rationem reddere, cur formæ animalium angelis tribuantur, ut scilicet hujusmodi figuris demonstrent Scripturæ essentiam angelicam tanto inferiorem esse essentia divina, quanto animalia irrationalia imperfectiora sunt hominibus. *Quandoquidem vero*, inquit, ut vertit Buxtorfius junior, *si hic substitissent, homo sibi imaginari potuisset, ac si veritas et essentia ipsorum æqualis esset essentiæ Dei, quia et de Deo multa dicuntur, quæ juxta sensum litteralem videntur docere ac si esset corporeus, vivus, mobilis, et figura humana præditus; ideo ulterius progressi sunt, et ostenderunt gradum essentiæ ipsorum longe esse inferiorem gradu essentiæ Dei, eo quod inter formas illas, quas eis tribuunt, ponunt quoque formas animalium irrationalium, ut scil. hinc intelligamus, essentiam Dei tanto perfectiorem esse essentia illorum, quanto perfectior est homo, quam animantia irrationalia.* Auctor expositionis, quæ edita est in traditionem legis ejusdem rabbini, tract. *De fundam. legis*, cap. 2 adnotat ab omnibus Hebræis doctoribus hos angelos חיות הקדש animalia sancta vocari, ideoque sic dici, quod Deo sint inferiores, quod vitam omnibus, quæ creata sunt, infundant, et quod nihil sit in his inferioribus, quod cum illorum sanctitate sit comparandum. Verba ejus hæc sunt:
ונדמו לו כחיות ולא נדמו כורם בצורת אדם להודיע
שמעלתם פחותה ממעלת השם כמו שחיה מעלתה פחותה
ממעלת האדם. ויש אומר שנקראו חיות לפי שהם
משפיעים החיות לכל נברא שהוא למטה מהם ולפיכך
קראם חיות הקדש לפי שאין בב־ואין קדוש כמותם:

Dæmones ipsi variorum animalium figuras aliquando sumebant, ut hujusmodi visis miserorum mortalium animis metum atque terrorem injicerent. Psellus: Ἔστι δὲ ὅτε καὶ κυσὶ, καὶ λέουσι, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοιοῦνται ζώοις, ἐν ὅσοις ἦθος ἀῤῥενωπόν ἐστι. Athanasius in *Vita Antonii* describit multas horum dæmonum formas. Καὶ ἦν ὁ τόπος εὐθὺς πεπληρωμένος φαντασίας λεόντων, ἄρκτων, ταύρων, λεοπαρδάλεων, καὶ ὄφεων, καὶ ἀσπίδων, καὶ σκορπίων, καὶ λύκων. Καὶ ἕκαστον μὲν τούτων ἐκινεῖτο κατὰ τὸ ἴδιον σχῆμα. Ὁ λέων ἔβρυχε θέλων ἐπελθεῖν, ὁ ταῦρος ἐδόκει κερατίζειν· ὁ ὄφις ἕρπων οὐκ ἔφθανε, ὁ λύκος ὁρμῶν ἐπείγετο. R. Abraham in præf. in *Librum creationis*, cum his dæmonibus, terræ animalibus et filiis, cabalistice accommodasset nomina filiorum Esavi, eorum principem comparat Erycio, eumque introducit crimina sua fatentem, et profitentem se hac pœna affectum, ut in Erycium mutaretur, quod introduxisset alienum in domum Dei quæ est corona: נתחייבתי לשוב לקפוד שהוא שרץ שבשרצים בעון מה שהבאתי הנכרי אל בית יהוה עטרת:

Hoc in paradigmate Michaelem forma leonis describit Origenes post Celsum. Heliopolitæ Deum Gennæum effigie leonis colebant in templo Jovis. Damascius apud Photium in *Vita Isidori*: Τὸν δὲ Γενναῖον Ἡλιουπολῖται τιμῶσιν, ἐν Διὸς ἱδρυσάμενοι μορφήν τινα λέοντος. Verumtamen, quia de illo Deo et leonis figura ago lib. I *Var. lect.*, cap. 5, huc plura non referam. Observate perditorum hominum fraudes, et insanam diaboli impudentiam, qui audeant imitari admiranda illa Dei opera, et quæ angelis et Christo conveniunt, nequissimis tribuere dæmonibus. Christus ipse vocatur leo e tribu Judæ, Apoc. V, 5. Ad Christum enim referenda sunt verba vaticinii Jacobi Genes. XLIX, 9.

Michael apud Patres et rabbinos est e numero angelorum; apud Magos, dæmonum; in Scriptura vero arbitror esse ipsum Jesum, Dominum nostrum; idque satis patere mihi videtur, tum ex nomine ipso, cum ex iis quæ de eo referuntur. Primum enim nihil apud Hebræos vox hæc מיכאל sonat quam, *quis sicut Deus?* Atqui non est verisimile, ut nomen hoc tribuatur alii, quam illi, qui et ipse Deus est. Deinde Dan. XII, mentio fit hujus Michaelis, vocaturque princeps magnus, qui stat a populo Dei contra perditos et impios Ecclesiæ hostes. ובעת ההיא יעמד מיכאל השר הגדול העמד על־בני עמך ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀναστήσεται Μιχαὴλ, ὁ ἄρχων μέγας, ὁ ἑστηκὼς ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ λαοῦ σου. R. Levi filius Gersomi credit esse principem angelorum, qui ex copia et affluentia virtutis planetarum

n homines effundunt cœlestes facultates, quique unt præfecti regnis; et stare cum Gabriele a poouli causa, ut illi providentiam et opem divinam onciliet. מיכאל השר הגדול על כל השרים השופעים משפע הכוכבים שהם שרי אלו המלכיות כמו שקדם והוא העומד על בני עמך עם גבריאל המשך להם ההשגחה האלהית הפרטית Sed principem illum esse esum Christum, nemo est Christianorum qui negare possit. Idque indicant, et tempus, quo venturus erat, sub imperio scilicet Romanorum, et opera lla, quæ erat patraturus in gratiam populi sui. Michael ille igitur, qui a D. Juda, et Apocal. c. XVIII, licitur pugnasse cum diabolo pro corpore Mosis et Ecclesia Dei, fuit Dominus noster, qui infensissimum salutis humanæ inimicum ejusque copias profligavit. Huc accedunt ea quæ referuntur a Zaharia c. III, unde Judæ verba sumpta esse videntur: ibi enim angelus ille, qui causam agit Josuæ summi A pontificis, dicitur יהוה quod nomen, ut omnes sciunt, nulli angelorum vel hominum tribuitur, sed solius Dei est proprium. Huc referenda sunt verba, quæ leguntur apud Origenem fol. seq., φασὶ δὲ τῷ λεοντοειδεῖ ἄρχοντι συμπαθεῖν ἄστρον τὸν φαίνοντα. Sedibus enim suis exturbata fuerunt ab imperitis librariis. Singulis planetis præsunt secundum cabalistarum et magorum opinionem singuli angeli. Michael igitur, qui est princeps reliquorum angelorum, præfectus est Saturni stellæ; φαίνων enim est Saturnus, ut nos docet Cicero lib. II *De natura deor.*: *Saturni stella*, φαίνων *Græce*, *triginta fere annis cursum suum conficit*. Et hinc conjicere licet, Origenem cum declaratione nominum et figurarum istorum angelorum conjunxisse quoque cognationem conjunctionemque naturæ horum dæmonum cum planetis, quibus credebantur præesse; sed priora sæcula et quorumdam male feriatorum hominum ignorantiam nobis hæc omnia invidisse.

—

TEXTUS.

Πάλιν δ' αὖ ὁ μὲν Κέλσος ἔφασκε τὸν ἑξῆς καὶ δεύτερον εἶναι ταῦρον. Ὃ δ' εἴχομεν διάγραμμα, τὸν Σουριὴλ ἔλεγεν εἶναι τὸν ταυροειδῆ.

B Pag. 654. Rursus autem Celsus dixit sequentem, qui est secundus, esse taurum. Quod vero habuimus diagramma, asserit Surielem esse eum qui in tauri figuram est formatus.

OBSERVATIONES.

Σουριὴλ, qui male in quibusdam exemplaribus mss. scribitur Οὐριὴλ, dicitur Hebraice שוריאל. In visione animalium Ezechielis, cap. I, 10. Et facies bovis ad sinistram quatuor illarum rotarum ופני־שור מהשמאול לארבעתן Apoc. IV, 7, καὶ τὸ δεύτερον ζῶον ὅμοιον μόσχῳ. Aben Esra in cap. III Gen. probat a visione Ezechielis omnem figuram bovis esse cherub, licet omnis cherub non sit bos. על כן כל צורת שור כרוב ואין כל כרוב צורת שור adnotatque sæpissime cherubinos depingi ad figuram juvenum: ומלת כרובים יש אומרים כנערים Cum Israelitæ vellent educere e Nilo feretrum in quod Josephi ossa inclusa fuerant, is, qui in hanc curam incumbebat, sumpta lamina, in qua insculpta fuerant a Mose hæc verba, עלה שור עלה שור *Ascende bos*, *ascende bos*, nihil tamen aliud eduxit quam vitulum: hæc sunt Rabbinorum somnia, ut rationem reddant cur Aaron vitulum aureum conflaverit.

—

TEXTUS.

Εἶτα ὁ μὲν Κέλσος τρίτον ἀμφίβιόν τινα, καὶ φρικώδες ἐκσυρίζοντα. Τὸ δὲ διάγραμμα τρίτον Ῥαφαὴλ ἔλεγεν εἶναι δρακοντοειδῆ.

C Ibid. Deinde tertium Celsus dicit esse quemdam in terris simul et aquis degentem, et Borrisonum. Diagramma vero dicit tertium esse Raphaelem, draconis figura.

OBSERVATIONES.

Raphael quidem est angelus, cujus liber Tobiæ meminit, et de quo multa Rabbini fingunt. Fictus et commentitius liber Enochi dicit mandatum Raphaeli fuisse, ut Exaelem ligaret, et in tenebras conjiceret. Hæc vox medicum Dei significat, a verbo Hebræo רפא *curare*, et *mederi*. Existimo tamen scribendum esse σεραφαὴλ, ש־פאל, a radice שרף, *serpens ignitus*, prester, ut vox diagrammati respondeat. הנחשים השרפים serpentes ignitos immisit Deus in populum Israeliticum, ut injurias suas, populique facinora, quibus fuerat provocatus, ulcisceretur. Num. XXI. Hinc dicti angeli שרפים Isdr. VI, 2, ab aspectus splendore. Serpentem Ophitæ, a quibus mutuatus est Celsus hæc paradigmata adorabant tanquam summum Numen. Epiph. in eorum hæres., τὸν ὄφιν δοξάζουσι. Ei scientiam omnem tribuebant, illumque hominibus profitebantur auctorem fuisse cognitionis, qua sunt præditi. Idem Epiphanius: Ἀποδιδόασι δὲ καὶ οὗτοι οἱ Ὀφῖται καλούμενοι τούτῳ τῷ ὄφει τὴν πᾶσαν γνῶσιν, λέγοντες ὅτι οὗτος ἀρχὴ γέγονε γνώσεως τοῖς ἀνθρώποις. Serpentibus ad magiam quoque olim utebantur impia quorumdam ingenia apud Babylonios: μάγους ὄφεων vocat Jamblicus apud Photium. Per serpentis figuram, Rabbini aliquando significant animam illam mundi, quæ orbis omnes occupat partes, et vitales rebus omnibus impertitur facultates

TEXTUS.

Πάλιν τε αὖ ὁ μεν Κέλσος τὸν τέταρτον ἀετοῦ ἔφασκεν ἔχειν μορφήν. Τὸ δὲ διάγραμμα Γαβριὴλ ἔλεγεν εἶναι τὸν ἀετοειδῆ.

D Ibid. Celsus quoque dixit quartum esse forma aquilina. Diagramma vero dæmonem illum aquilina forma scribit esse Gabrielem.

OBSERVATIONES.

Gabrielis mentio fit Daniel. cap. VIII, 16, et IX, 21, eique alæ quædam videntur tribui: dicitur enim מועף ביעף, volare jussus, sive coactus tanta contentione, ut lassus fuerit, Ezech. I, 10. Et facies aquilæ ad sinistram quatuor rotarum ופני־נשר לארבעתן Apoc. IV, 7: καὶ τὸ τέταρτον ζῶον ὅμοιον ἀετῷ πετομένῳ. Deus ipse aquilæ comparatur, solusque dicitur duxisse populum suum, quemadmo-

dum aliqua circum pullos suos volat, eorumque volatus alis suis prosequitur, Deut. xxxii, 11, 12. כנשר יעיר קנו על־גוזליו ירחף יפרש כנפיו יקחהו ישאהו על־אברתו : יהוה בדד ינחנו ואין עמו אל נכר. Aquilam, Jovis alitem nuntium, pennatamque satellitem dici, nemo est qui nesciat. Aquilas quoque fuisse legionum Romanarum signa, et libri et monumenta demonstrant. Rerum bene vel male gerendarum auctoritates aquilarum augurio contineri indicat Cicero lib. i et ii *De divin.* Dejotarus enim, inquit, ex itinere constituto revertit, admonitus aquilæ volatu. Contra, cum cursor ad interpretem detulisset, aquilam se in somnis visum esse factum, responsum ab eo hoc tulit : Vicisti : ista enim avi nulla volat vehementius. David, ps. ciii, asserit juventutem suam, ut aquilæ vires renovari. Longum esset recensere, quæ in hunc locum commenti sunt interpretes Hebræi, Græci et Latini ; omnes enim asserunt aquilam senectute confectam, vel ad elementum ignis usque in altum evolare, ibique aduri, et decidere deorsum, ac tunc vitam ejus renovari ; vel in altum sese attollere, et in præruptam se projicere rupem, ad quam rostrum allidat, et cum se in fontem immerserit, solis radiis et calore juvenescere. R. Bechai, Genes. cap. ii, R. David Kimchi, Epiphanius in *Physiologo*, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus et Eustathius in *Hexaemero*. Cabalistæ per Notarikon suum in voce Hebraica נשר, quæ aquilam significat, has tres inveniunt נפילה אש רוח *casum, ignem, aerem.*

—

TEXTUS.

Ibid. Deinde Celsus quintum dixit habere ursi faciem ; diagramma vero illum ursiformem dici Thauthabaoth.

Εἶθ' ὁ μὲν Κέλσος τὸ πέμπτον ἔφασκεν εἶναι ἄρκτου πρόσωπον ἔχοντα· τὸ δὲ διάγραμμα τὸν Θαυθαβαὼθ ἔφασκεν εἶναι τὸν ἀρκτοειδῆ.

OBSERVATIONES.

Quot modis librariorum inscitia meliorum auctorum varia interpolaverit et corruperit loca, summorum quotidie declarant et testantur querelæ et conjecturæ virorum. Imperitorum manus et stylum effugere non potuit vox hæc Θαυθαβαώθ. Rescribendum putamus, Θαυδαβαώθ : quod nihil aliud significat, quam signum ursi. תו enim *signum* est ; דוב vero *ursus.* Terminatio vero in אות est vel nota pluralis numeri, feminini generis, vel particula, quam libitum fuit primis hujusmodi vocabulorum inventoribus addere ; vel vox Hebræa האו quæ idem quod תו denotat, ut patet e sequentibus horum dæmonum nominibus. Ursorum autem specie apparuisse dæmonas, ex Athanasio in *Vita Antonii* jam vidimus, ubi φαντασίας ἄρκτων meminit. Idem quoque observaverat Psellus, et nos docuerat, nisi librariorum oscitantium manus illi auctori mendum, tanquam vulnus, inflixisset : quod cum dulcissimum Musarum decus, et Orientalium litterarum columen, Gaulminus non animadverterit, nos corrigemus et tollemus. Verba illius sunt : Διὸ καὶ ἕκαστός γε αὐτῶν, τό τε σῶμα πρὸς ὃ ἂν αἱροῖτο σχῆμα μετατυπώσας, καὶ χρώματός τινος εἶδος πρὸς τὸ τοῦ σώματος ἐξανίσχων πέρας, ποτὲ μὲν ὡς ἀνὴρ ἐμφανίζεται, ποτὲ δὲ πρὸς γυναίου μεταβάλλει μορφήν· ὡς λέων τε θυμοῦται, καὶ ὡς πάρδαλις ἅλλεται, καὶ ὥσπερ σῦς ἄγριος ἐφορμᾷ, κἂν αὐτῷ ποτε δόξῃ, πρὸς ἀσκοῦ μεταπίπτει σχῆμα· καὶ ὡς κυνάριον ἔσθ' ὅπη προσκνυζόμενον ἔδοξε. Sed legendum credimus, πρὸς ἄρκτου μεταπίπτει σχῆμα *in ursi figuram convertitur.* Quid enim hic commune potest esse ἀσκῷ, *utri*, cum variorum animalium specie, quam aliquando dæmones induunt ? Cum igitur Psellus hoc in loco multorum animalium figuras describat, in quas se transforment dæmones, verissimum et hoc mihi esse videtur, eum quoque meminisse figuræ ursi, in quam se vertant, cum eis libet. Origenes ipse ursorum meminit, et Celsum scripsisse quosdam in hujusmodi animalia fuisse mutatos adnotat : Εἶθ' ἑξῆς ἄλλοις μύθοις ὁ Κέλσος ἐκτίθεται, ὡς τινῶν εἰς τὰς ἀρχοντικὰς μορφὰς ἐπανερχομένων, ὥστε τινὰς μὲν πνέεσθαι (scribendum γενέσθαι) λέοντας, ἄλλους δὲ ταύρους, καὶ ἄλλους δράκοντας, ἢ ἀετούς, ἢ ἄρκτους, ἢ κύνας. Non sine causa autem perditi isti spiritus fiunt quandoque ursi, propter naturæ et morum similitudinem. Plinius, lib. viii, cap. 36, alteri animalium in maleficio stultitiam solertiorem non esse scribit. Eustathius in *Hexaem.* et Bas. homil. 9, νωθρὰν τὴν φύσιν τῆς ἄρκου, καὶ τὸ ἦθος ὕπουλον vocat. Cum luctatur, vafre pedes complicat, eum quicum certat, supplantat, et medium valide correptum impetit. Παλαίουσα δὲ διαπλέκει (inquit Eustath. loco jam laudato) τοὺς πόδας τεχνικῶς, καὶ ὑποσκελίζει, καὶ μεσόλαβοῦσα κραταιῶς καθάπτει. Luctam vero illam quis non videt esse imaginem certaminis illius, in quod nos sæpissime venire cum diabolo ejusque asseclis asserit Apostolus, Ephes. vi, et supplantationem illam, simulacrum artis et doli, quibus nequissimus ille spiritus nos aggreditur ?

—

TEXTUS.

Pag. 654. Postea sextum canina facie dici apud illos scripsit Celsus. Diagramma autem dixit eum vocari Erataoth.

Εἶθ' ὁ μὲν Κέλσος τὸν ἕκτον κυνὸς πρόσωπον ἔλεγεν ἱστορεῖσθαι ἔχειν παρ' ἐκείνοις, τὸ δὲ διάγραμμα ἔφασκεν εἶναι αὐτὸν 'Ερατaώθ.

OBSERVATIONES.

Quid significet vox hæc, 'Ερατaώθ, et unde descendat, difficile factu est me declarare. Fateor enim me illam modis omnibus vertisse, et ad plures linguas conatum esse accommodare, nec tamen mihi adhuc satisfecisse. Verisimillima omnium mihi videtur conjectura illa, quam afferam, legendum nimirum esse Hebraice ארי האות, Leonis signum, Magosque Cani Leonis nomen indidisse, quod sole in Leone consistente Nilus Ægyptum obrutam oppletamque teneat, quod tunc Canis ortus hora 11 appareat, quod Ægyptii hoc constituant principium anni, et quod Canis ejusque ortus Isidi sacer sit, quemadmodum Leo soli : ideoque sub ejus ortum ortyga immolabant : ex hujus avis motibus tempus quo astrum illud oriri debebat conjicientes. Theo in *Phænom.* Arati : Ὅλον δὲ τὸ ἄστρον (τοῦ Λέοντος) ἀφιερώκασι ἡλίῳ· τότε γὰρ ἐμβαίνει καὶ ὁ Νεῖλος, καὶ ἡ τοῦ Κυνὸς ἐπιτολὴ κατὰ ἑνδεκάτην ὥραν φαίνεται, καὶ ταύτην ἀρχὴν ἔτους τίθενται, καὶ τῆς Ἴσιδος ἱερὸν εἶναι τὸν Κύνα λέγουσι, καὶ τὴν ἐπιτολὴν αὐτοῦ, ἐφ' ἣν καὶ τὴν ὄρτυγα θύουσι, τῷ παλμῷ τούτου τοῦ ζώου σημειούμενοι τὸν καιρὸν τῆς ἐπιτολῆς τοῦ ἄστρου. Potest etiam deduci a voce חרט, quæ apud Hebræos quidem sculptorium instrumentum, loculum et aciarium significat ; sed apud Syros et Ægyptios magicum aliquod organum, vel aliquid hujusmodi sonare videtur ; inde enim oritur, חרטם, Magus Gen. xli, 8. ויקרא את־כל־

חרטמי מצרים ואת־כל־ חכמיה Et vocavit omnes Ma-[A] gos Ægypti, et omnes sapientes ejus. Rabbi Salomo archius interpretatur augures, qui ex mortuorum ossibus de futuris divinabant, vel somnia interpretabantur : הנחרים בטימי מתים ששואלין בעצמות טומי־הן עצמות בלשון ארמי Aben Esra vero Genethliacos, asseritque vocem hanc esse compositam, t Syriacam vel Ægyptiacam, חרטומי מלה מרובעת ויתכן להיותה ארמית או מצרית והם חכמי התולדה Si quis meliora et certiora invenerit, magnam e ab omnibus litteratis gratiam initurum speret, um illis ea communicando. Dæmones autem ὑποχθόνιοι canes vocabantur a veteribus Magis ex Zoroastro : Ἐκ δ' ἄρα κόλπων γαίης θρώσκουσι, οὔ ποτ' ἀληθὲς σῆμα, βροτῷ ἀνδρὶ χθόνιοι κύνες δεικνύντες. Athanasius in *Vita Antonii* dæmonas diaboli canes vocat : Ὁ μὲν οὖν ἐχθρὸς μετὰ τῶν ἑαυτοῦ κυνῶν τοσαύτας ἔχει τὰς πανουργίας. Horum quoque meminit Proclus in Hesiodum : Εἰκότως εἰς τὸν ὑποχθόνιον τόπον καταδύντες, ἐν ᾧ τὸ ἄτακτον συνέωσται τοῦ κόσμου, καὶ τὸ θηροφανὲς τῶν δαιμόνων γένος, οὓς κύνας εἴωθε τὰ λόγια καλεῖν. Hos dæmonas, homines occupare, suffocare, et comitiali morbo atque phrenesi affligere solere, scribit Psellus : Τὸ δ' ὑποχθόνιον καὶ τὸ μισοφαὲς, ἐντὸς εἰ συγχωροῦνται προσχωροῦντα τῶν σπλάγχνων, καὶ οὓς ἂν εὕροι κατασχόντα, καταγχόντα, καὶ ἐπιλήπτους καὶ ἔκφρονας ἐργαζόμενα. Canes vero animalibus immundis annumerari, eorumque carnes edere, vel cadavera tangere olim Judæis vetitum fuisse patet ex iis quæ habentur Levit. cap. XI 27. וכל הולך על־כפיו בכל־החיה ההלכת על־ארבע טמאים הם לכם כל־הנגע בנבלתם יטמא עד־הערב :

TEXTUS.

[B] Εἶθ' ὁ μὲν Κέλσος τὸν ἕβδομον ἔφασκεν ὄνου ἔχειν πρόσωπον, καὶ ὀνομάζεσθαι αὐτὸν Θαφαβαὼθ, ἢ Ονοήλ. Ἡμεῖς δὲ ἐν τῷ διαγράμματι εὕρομεν, ὅτι οὗτος καλεῖται Ὀνοὴλ ἢ Θαρθαραὼθ, ὀνοειδής τις τυγχάνων.

Ibid. Porro septimum Celsus ait habere asini faciem, nominarique Thaphabaoth sive Onoelem. Nos vero in diagrammate invenimus vocari Onoelem sive Thartharaoth asinina specie.

OBSERVATIONES.

Primo, rescribendum est, Θαφασαὼθ, טפשאות, stulti et fatui signum, a radice טפש, *pinguefieri;* apud Rabbinos vero metaphorice sumitur, et significat stultum fieri, sive stulte agere : hinc טפש, sive ad faciliorem lectionem, טיפש, *stultus*, et טפשות, *stultitia*. Nihil autem asino stolidius neque stupidius.

Secundo, rescribendum etiam, Ἀθονιήλ, אתוניאל Athoniel, e radice אתון, quæ asinam significat.

Tertio, vox quoque Θαρθαραὼθ, Hebræa est, a verbo תור, *explorare, scrutari*, geminatis duabus radicalibus eadem ratione qua a radice חול, *dolere*, [C] fit התחלחל, a טום fit טומטום, *obstruere;* unde טומטום dicitur is, cui genitalia obstructa sunt. Cabalistæ duos angelorum ordines constituunt : alios enim vocant advocatos et bonorum defensores, alios vero exploratores operum nostrorum et accusatores. Diabolus ipse vocatur accusator fidelium, Apocal. XII, 10 : Ὅτι κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὁ κατηγορῶν αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας καὶ νυκτός. Idque manifeste demonstrat historia Jobi et Josuæ summi pontificis, ut legitur Zach. III, quod et ipse Satanas præ se fert, et fatetur, cum Deo interroganti unde veniret, respondit Job cap. I, 7 : משוט בארץ ומהתהלך בה quibus verbis satis indicat se esse התר sive האתר exploratorem.

Dæmones asini formam aliquando induisse, aliquando vero aliquas duntaxat partes, multorum probari potest auctorum testimonio. *Testamentum Salomonis* ms. : Ἐπυθόμην δὲ ἐγὼ τοῦ δαίμονος, εἰ ἔστι θήλεα δαιμόνια. Τοῦδέ μοι φήσαντος εἶναι, ἐβουλόμην ἰδεῖν, καὶ ἀπελθὼν ἤνεγκεν ἔμπροσθέν μου τὴν ὀνοσκελοῦν μορφὴν ἔχουσαν περικαλῆν, καὶ δέρμα γυναικὸς εὔχρωτον, κνήμην δὲ ἡμιόνου. Hujusmodi spiritus, qui loca aspera incolunt, et quibus arida sunt corpora, in varias sese posse transformare figuras scribit Celsus e Magorum sententia : Ὅσοι ἐ τόποις ἐνδιατρίβουσιν αὐχμηροῖς, ὑπόξηρά τε τὰ σώματα ἔχουσιν, οἵους τοὺς ὀνοσκελεῖς φασιν εἶναι, ὡς ἄνδρας οὗτοι σχηματίζουσιν ἑαυτούς. Ἔστι δ' ὅτε καὶ κυσὶ, καὶ λέουσι, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοιοῦνται ζώοις, ἐν ὅσοις ἦθος ἀρρενωπόν ἐστι. Asinos quoque aliquid habere, quod ad divinationem sit perutile, jugantur male feriati et profani homines. *Sigilla Raphaelis*, futilis et ineptus liber : *Asini imago in chrusolitho futura prædicendi virtutem dat.* Ægyptii in Monomœrarium ascendentibus, partes asini aliquas dabant. In secundo *Decano Sithacer*, sive *Jovis*, hæc leguntur, *Asinus frenatus. Natus, indisciplinabilis erit.* In primo *Decano Sentacer*, *Martis : Asinus aut equus frenatus, sellis instratus. Natus pauca perducet ad effectum.* Asellos in μορφώσει Cancri somniant et depingunt astrologorum filii. Proclus : Οἱ ἐν τῷ Καρκίνῳ νεφελοειδεῖ συστροφῇ ἐοικότες, καλοῦνται φάτνη. Οἱ δὲ πλησίον αὐτῆς δύο ἀστέρες κείμενοι, ὄνοι προσαγορεύονται. Quod Baccho acceptum referre debent, ut testatur Theon in Arati *Phænom.* : Καλοῦνται δὲ αὐτῶν τινὲς ἀστέρες ὄνοι, οὓς Διόνυσος ἀνήγαγεν ἐπὶ τὰ ἄστρα. Jugulas vocat Manilius lib. V :

Nunc Cancro vicina canam, cui parte sinistra
Consurgunt jugulæ.

Hæc adnotasse sufficiat : observationes enim damus et conjecturas, non pleniora commentaria.

Recenset deinde Origenes preces, quibus impii illi, qui arcana quædam disciplina sua contineri ignaris et incautis persuadere tentabant hominibus, venerabantur angelos, quos πύλαις αἰῶνι δεδεμέναις, *portis æternitati astrictis* (quas Gelenius male vertit, *portas astrictas perpetuo*), præsidere credebant : sed mihi nunc non est in animo eas persequi, et illustrare notis. Id faciant qui otio studioque abundant. Nomina duntaxat illorum angelorum brevi percurremus, et si quid in illis occurrat, quod sit dignum animadversione, adnotabimus et patefaciemus.

[D] Harum portarum auctores fuerunt Cabalistæ, qui eas שערי עד portas αἰῶνος, sive æternitatis vocant, ut videre est apud commentatores *Libri creationis*. Illarum quoque meminit liber ms. *Soiga* dictus, qui tot esse dicit, quot sunt virtutes apud philosophos, et incondito ac rudi carminum genere earum principes et facultates describit, asserens per eas ad rerum omnium absconditarum et penitus abstrusarum perveniri tandem posse cognitionem. Commenti quoque sunt Rabbini quinquaginta portas intelligentiæ e verbis Dei, Job cap. XXXVIII, XXXIX et XL, sicut triginta duas semitas sapientiæ, e nomine Dei, quod bis et tricesies repetitur Genes. I. De his multa leguntur in libris *De arte cabalistica*, et nos plura dicemus in *Libro creationis*. Per hujusmodi portas, earumque principes dicebant Gnostici animas hinc digredientes transire, neque tamen ad

ultimum usque beatitudinis domicilium penetrare posse, nisi cognitione plenissime perfusæ essent : quæ vero illa essent destitutæ, absorberi a principe mundi, qui draconis effigiem haberet, et rursum per caudam ejus ad hunc mundum descendere, ut multis declarat Epiphanius in eorum hæresi quæ est XXVI.

Postquam impias illas et profanas preces, quibus numina sua fatigabat natio illa, recensuit Origenes, in unum colligit locum nomina, quibus abutebantur hæretici, eaque partim e magia, partim e Scripturis sacris demonstrat esse sumpta. Verba ejus hæc sunt : Χρὴ μέντοι εἰδέναι ὅτι οἱ ταῦτα συνταξάμενοι, οὔτε τὰ μαγείας νοήσαντες, οὔτε τὰ τῶν θείων Γραφῶν διακρίναντες, πάντ' ἔφυραν. Ἀπὸ μὲν μαγείας τὸν Ἰαλδαβαὼθ καὶ τὸν Ἀσταφαιὸν, καὶ τὸν Ὡραῖον, ἀπὸ δὲ τῶν Ἑβραϊκῶν Γραφῶν, τὸν Ἰαωΐα (sed scribendum τὸν Ἰαώ, ut paulo post scribitur, et ut legitur in ipsa prece) παρ' Ἑβραίοις ὀνομαζόμενον, καὶ τὸν Σαβαὼθ, καὶ τὸν Ἀδωναῖον, καὶ τὸν Ἐλωαῖον. Τὰ δὲ ἀπὸ τῶν Γραφῶν ληφθέντα ὀνόματα, ἐπώνυμά ἐστι τοῦ καὶ ἑνὸς Θεοῦ. Ὅπερ μὴ συνέντες οἱ ἐχθροὶ Θεῷ, ὡς καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσιν, ᾠήθησαν ἄλλον μὲν εἶναι τὸν Ἰάω, ἕτερον δὲ τὸν Σαβαὼθ, καὶ τρίτον παρὰ τοῦτον, τὸν Ἀδωναῖον, ὃν λέγουσιν αἱ Γραφαὶ Ἀδωναὶ, καὶ ἄλλον τὸν Ἐλωαῖον, ὃν οἱ προφῆται ὀνομάζουσιν Ἑβραϊστὶ Ἐλωΐ, sive (ut legitur in quibusdam exemplaribus) Ἐλωαΐ. Nunc ea exponamus summatim.

Ἰαλδαβαὼθ est nomen compositum e tribus : יה אל צבאות *Deus fortis sermonum*. Occurrit semel duntaxat hæc vox דבא in Scriptura, Deuter. scil. XXXII, 25. וכימיך דבאך *Et sicut dies tui, sic sermo tuus*. Eam quidem alii aliter interpretantur; quidam enim sermonem exponunt, et dicunt sensum esse : Quandiu deges in terris, tandiu felicitatem et divitias, quibus augebunt et locupletabunt te omnes gentes, celebrabunt homines, modo præceptis Dei tui obtemperes. Alii vero sonare credunt robur et fortitudinem, quasi diceret Moses : Quandiu vives, excelles viribus, idemque erit robur senectutis atque juventutis tuæ. Utramque expositionem affert R. Salomo Jarchius. Hanc vero sequitur Chaldæus Paraphrastes, qui hæc verba sic vertit, וכיומי עלימותך תקפך *et sicut dies juventutis tuæ, robur tuum*. Sed non multum interest, hanc vel illam amplecti explicationem : utraque enim convenire potest notationi hujus vocis : prior tamen ad mentem horum nebulonum propius accedere videtur. Vocabatur enim, ut ipse testatur Origenes, hic dæmon *princeps sermo puræ mentis*, ἄρχων λόγος ὑπάρχων νοὸς εἰλικρινοῦς. Eum Nicolaitæ dicebant esse filium Barbelonis majorem natu, illumque præcipue colebant, ut refert Epiphanius in eorum hæresi, quæ est XXV, num. 3 : Ἕτεροι δὲ τῶν προειρημένων Ἰαλδαβαὼθ δοξάζουσι, φάσκοντες αὐτὸν εἶναι πρῶτον υἱὸν, ὡς ἔφην, τῆς Βαρβηλώ. Καὶ διὰ τοῦτό φασι δεῖν ἄγειν αὐτῷ τὴν τιμὴν, ὅτι πολλὰ ἀπεκάλυψεν. Sed suspicor duas voces in unum coaluisse, et cum Ἰαλδαβαὼθ ab his hæreticis diceretur בן בעלה, *filius dominæ*, Epiphanium eas conjunxisse, et credidisse unicam esse vocem. Hujus dæmonis nomine libri quidam circumferebantur, quos a Nicolaitis conscriptos fuisse asserit ibidem Epiphanius. Prunici vero filium esse somniabant Ophitæ, et ex ejus imbecillitate atque ignorantia exortum referebant : ideoque ad infima Jaldabaoth subsidisse Epiphanius : Φάσκουσι γὰρ ἀπὸ τοῦ ἄνω Αἰῶνος προβεβλῆσθαι Αἰῶνας, καὶ κατώτερον γεγενῆσθαι τὸν Ἰαλδαβαώθ. Τοῦτον δὲ προβεβλῆσθαι κατὰ ἀδράνειαν καὶ ἄγνοιαν τῆς ἰδίας μητρὸς, τουτέστι, τῆς ἄνω Προυνίκου. Et paulo post : Κατὰ δὲ τὴν αὐτῆς ἄγνοιαν προβληθεὶς ὁ Ἰαλδαβαὼθ, ἦλθεν εἰς τὰ κατώτατα. Hunc quoque Judæorum Deum esse fingebant isti Satanæ impii discipuli : Καὶ οὗτος

A ἐστὶ, φασὶν, ὁ Θεὸς τῶν Ἰουδαίων ὁ Ἰαλδαβαώθ. Quam vero afferunt hujus vocis etymologiam ultimi Epiphanii interpretes, nulli unquam, qui linguæ Hebrææ, Chaldaicæ vel Syriacæ fuerit imbutus cognitione, placebit : a ילד enim et אבא deductam sibi videri scribunt, quasi matricem patrum, ac propagatricem vim dixeris. Sed ubi legerunt, aut unde didicere ילד matricem significare? ostendant locum aliquem, ubi hac notione hæc vox legatur, et de lexicographis optime merebuntur. Deinde vis propagatrix non dicitur, ut indicare videntur commentatores illi, כח ילד, sed כח המוליד. Plures possemus afferre rationes contra hanc notationem : sed non sunt irritandi homines, qui fenum in cornu gerunt, et qui singulis paginis contradicendi, altercandi et male dicendi captant occasionem.

Tertiæ portæ princeps dicitur Ἀσταφιός sive Ἀσταφαιός, a voce Hebraica השטפה, *inundatio*,
B sive *immersio*, quod optime quadrat ad id nomen, quod ei dabatur : vocabant enim eum ἐπίσκοπον πρώτης ὕδατος ἀρχῆς. Gelenius videtur legisse, πρώτου ὕδατος ἀρχῆς, et vertit, *primæ aquæ principatus*. Sed non multum interest quomodo legatur. Dæmonibus plenum esse mare, ut et reliquas mundi partes, credebant Magi et Platonici. Psellus : Πλῆρες δὲ γαῖαν, καὶ θάλατταν, καὶ τοὺς μυχαιτάτους καὶ βυθίους τόπους. Olympiodorus nondum editus : Τῶν μὲν ἐγκοσμίων, οἱ μέν εἰσιν οὐράνιοι, οἱ δὲ αἰθέριοι, ἤτε πύριοι· οἱ δὲ ἀέριοι, οἱ δὲ ἐνύδριοι· οἱ δὲ χθόνιοι· οἱ δὲ ὑποταρτάριοι, ὡς καὶ ὁ ποιητής·

Τοὺς ὑποταρταρίους καλέουσι. Hujusque sententiæ rationem reddit Alcinous cap. 5, ne scilicet ulla pars mundi expers esset anima neque vita, quæ melior est mortali natura : Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δαίμονες, οὓς καὶ καλοίη ἄν τις γεννητοὺς θεοὺς, καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων. Οἱ μὲν ὁρατοί· οἱ δὲ ἀόρατοι, ἔν τε αἰθέρι καὶ πυρὶ, ἀέρι τε καὶ ὕδατι, ὡς μηδὲν κόσμου
C μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἶναι, καὶ ζωῆς κρείττονος θνητοῦ φύσεως. Pindarus credebat esse quemdam dæmonem, qui Nili incrementis præesset, ut legimus apud Philostratum lib. VI *De vita Apollonii* : Πολλὰ καὶ περὶ δαιμόνων ᾄδουσιν, οἷα καὶ Πινδάρῳ κατὰ σοφίαν ὕμνηται περὶ τοῦ δαίμονος, ὃν ταῖς πηγαῖς ταύταις ἐφίστησιν ὑπὲρ συμμετρίας τοῦ Νείλου. Sed quod Astaphio tribuunt hæretici, id dat Scriptura Spiritui Dei Gen. I, 2. ורוח אלהים מרחפת על־פני המים. Imo Deus ipse hanc gloriam sibi vindicat Job XXXVIII, 8 et 9 : ויסך בדלתים ים בגיחו מרחם יצא : בשומי ענן לבשו וערפל חתלתו : ואשבר עליו חקי ואשים בריח ודלתים : *Et quis conclusit ostiis mare, cum erupit e vulva, et exstitit : cum nube, tanquam vestimento, induerem, et caligine, ut fasciis, involverem? illud decreto meo coercui, et vectibus atque ostiis circumclusi*. Ab eadem radice, a qua nomen istius dæmonis deducitur, Nilus Africanus ab Æthiopibus
D cognominabatur Astapus, ut observat Plinius lib. V, cap. 9 : *Quod illarum gentium*, ut addit, *lingua significat aquam e tenebris profluentem*. Πρώτη autem ὕδατος ἀρχή, sive primum aquæ principium, nihil aliud est quam Mosis תהום seu *abyssus*. וחשך על־פני תהום *et tenebræ erant super faciem abyssi*. Aquas interpretatur Rasi : על־פני תהום על פני המים שעל הארץ : Quidquid enim dicant et asserant hodierni philosophi, verissimum tamen est, quod hic nos docet Moses, et quod olim Thaleti in mentem venit, aquam esse primum rerum omnium principium, ut pluribus demonstrare possemus, si hujus loci esset de his rebus disserere. Quod divinus vates modo תהו ובהו, modo תהום vocat, D. Paulus Hebr. II, 2, dicit : Μὴ φαινόμενα, πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, εἰς τὸ ἐκ μὴ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι.

Ultimus dicitur Ὡραῖος, אור Hebraice, quod

gnem significat : ideoque eum sic alloquebantur : Ὑπερβὰς φραγμὸν πυρὸς ἀφόβως, πρώτης λαχὼν ἀρχῆς πύλης, Ὡραῖε, πάρες με, σῆς ὀρῶν δυνάμεως σύμβολον καταλυθὲν τύπῳ ζωῆς ξύλου, εἰκόνος καθ' ὁμοίωσιν ληφθὲν ἀθώου. Unde patet hæreticos his verbis alludere ad ea quæ dicuntur Genes. III, 26, de cherubinis, quos Deus dicitur collocasse ad orientem Edenis, et de gladio flammeo et versatili, quo aditum ad arborem vitæ interclusit. Multa quidem hic somniant et comminiscuntur more suo Rabbini. Longum et molestum esset omnes eorum ineptias recensere : qui eas volet videre, adeat auctores *Artis cabalisticæ*, a quibus singulatim et ad tædium usque referuntur. Partes operum בראשית ומרכבו *Creationis* et *Quadrigæ* quæ tractant de Deo, angelis, orbibus cœlestibus, et reliquis cabalæ arcanis, vocant paradisum, et in eum introisse scribunt quatuor duntaxat doctores, qui, licet essent Israelitarum sapientissimi et doctissimi, tanta tamen virtute non fuerunt præditi, ut possent perfecte assequi, planeque intelligere omnia quæ illis continentur. R. Moses Maimonides tract. *De fundamentis legis*, cap. 4 : ועניני ארבעה פרקים אילו שבחמש מוצות האו׳ הם שחכמים הראשונים קוראין אותו פרדס כמו שאמרו ארבעה נכנסו לפרדס ואף על פי שגדול ישראל היו וחכמים גדולים היו לא כולם היה בהן כח לידע ולהשיג כל הדברים על בוריין Quatuor illorum, qui paradisum ingressi sunt, nomina referuntur a Talmudistis, tractatu חגיגה sive *De festivitate*, cap. 2. Filius nimirum Azæi, filius Zomæ, et alius, et R. Akiba. Eorum tres priores, audaciæ suæ graves pœnas, aut præsenti morte, aut corporis fœditate dependerunt ; solus Akiba incolumis a reliquorum calamitate rediit, nullumque damnum introitu vel egressu fecit : ארבעה נכנסו לפרדס בן עזאי ובן זומא ואחר ורבי עקיבא בן עזאי הציץ ומת בן זומא הציץ ונפגע אחר קצץ בנטיעות ר׳ עקיבא נכנס בשלום ויצא בש׳וכ : Hic vero dæmon intrepide et sine damno flammas illas perrupit, et hoc facinore visus est hæreticis meruisse venerationem, et de igne tanta traxisse spolia, ut ab illo nomen habuerit. Videte quam vana sint hominum ingenia. Isti Ὡραῖον cognominant, quod per medium ignem fortiter permeaverit, et intactus transiverit ; Persæ vero reliquias colebant Zoroastris, quod igne de cœlo tactus et fulmine in cineres redactus fuisset, ut docet Cedrenus : Ἐκ τοῦ γένους τοῦ Βήλου καὶ Ζωροάστρης ὁ περιβόητος ἐν Πέρσαις ἀστρονόμος γενόμενος, ηὔξατο ὑπὸ πυρὸς ἀερίου κεραυνωθῆναι καὶ ἀναλωθῆναι, ἐντειλάμενος τοῖς Πέρσαις τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ μετὰ τὴν καῦσιν ἀναλαβεῖν, καὶ φυλάττειν αὐτὰ, καὶ τιμᾷν. Hinc ortus apud Persas et plures alios populos cultus ignis, quem e cœlo deducere Zoroaster et reliqui Magi credebantur. Locum unicum Gregorii Turonensis adducemus, ut inde aditum nobis patefaciamus ad veram nominis Zoroastris notationem indagandam. Is igitur lib. I *Hist. Franc.* sic scribit : *Primogenitus Chami fuit Chus. Hic fuit totius artis magicæ, imbuente diabolo, et primus idololatriæ repertor, primusque statunculam adorandam statuit, qui et stellas et ignem de cœlo labi magicis artibus mentiebatur. Is ad Persas transiit. Hunc Persæ vocitavere Zoroastren, id est stellam viventem. Chronicon* tamen *Alexandrinum* scribit Zoroastrem fuisse secundum Chami filium et vocatum primo fuisse Mesraimum ; a Græcis vero Zoroastrem dictum, et in orbem introduxisse astrologiam, magiam et impium cultum ; ejus verba hæc sunt : Υἱοὶ Χὰμ τοῦ δευτέρου υἱοῦ Νῶε, ΧΟΥΣ, ἐξ οὗ Αἰθίοπες, ΜΕΣΡΑΙΜ, ἐξ οὗ Αἰγύπτιοι· οὗτος Μεσραεὶμ ὁ Αἰγύπτιος μετέπειτα ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη οἰκήσας οἰκήτωρ γίνεται Βάκτρων, τὴν ἐσωτέραν Περσίδος λέγει Ἄσσα τῶν μεγάλων Ἰνδῶν. Ἐντεῦθεν τὰ κατὰ

A τὴν γῆν παράνομα διανενέμηται· ἐφευρετὴς γὰρ οὗτος ἐγένετο τῆς κακῆς διακονίας, ἀστρολογίας καὶ μαγίας, ὃν καὶ Ζωροάστρην οἱ Ἕλληνες ἐκάλεσαν. Idem, quod Gregorius, tradit auctor *Recognitionum* lib. IV. Diogenes vero Laertius, lib. I, Zoroastrem lingua Chaldæa significare ἀστροθύτην, *eum qui sacrificat astris*, admonet. Sed meræ nugæ sunt hujusmodi etymologiæ, et horum auctorum ignorantiæ monumenta. Zoroastres enim nihil aliud est quam Hebraice שר הסתר, *princeps secreti*, sive arcani. Quod nomen quam optime illi conveniat, facillime deprehendent, qui sciunt quæ fuerit olim cognatio inter linguam Persicam et Hebræam, et unde originem duxerit magia, et quæ nomina illi fuerint indita. Quod tamen auctores isti cum multis aliis Zoroastri tribuunt, plures non minoris nominis et famæ Perseo ferunt acceptum, et scribunt eum Persas magiam docuisse, Jovi templum consecrasse, et Magos ejus præfecisse cultui. Georgius B monachus de Perseo : Ἐδίδαξε δὲ αὐτοὺς καὶ τὴν μυσαρὰν τελετὴν, καὶ μαγίαν τῆς λεγομένης Μεδούσης, ἐφ' οὗ καὶ πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατῆλθεν ἐν τῇ Περσίδι, ἐξ οὗ καὶ ἀνάψας, καὶ κτίσας ἱερὸν, ἔθηκεν αὐτὸ ἐν αὐτῷ, καλέσας τὸν ναὸν πυρὸς ἀθανάτου. Καταστήσας δ' ἄνδρας εὐλαβεῖς διακονεῖν αὐτῷ, καὶ φυλάττειν ἐκέλευσε τοὺς Μάγους, ὅπερ ἕως ἄρτι ἐν πολλῇ τιμῇ ἔχοντες οἱ Πέρσαι πυρολατροῦσι. Idem quoque asserit Tzetzes chil. I, cap. 67 ; sed hæc tanti non sunt, ut ampliore digna sint declaratione.

De ligno autem vitæ, quod symbolum erat hujus dæmonis, nemo a nobis exigat, ut pluribus hic agamus : alibi enim de eo Rabbinorum, Patrum et theologorum sententias discutimus, ejusque e naturæ et theologiæ fontibus veram illustramus significationem : sufficiet locum Origenis correxisse. Apud eum igitur pro καταλυθὲν, quod vulgo legitur, et nihil hic significat, legendum censemus καταγλυφθέν : insculpta enim erat in eo symbolo figura arboris vitæ, cum vero non sit simile, hujusmodi C mystas manibus ipsam arborem tenuisse. Deinde quemadmodum ii, qui Proserpinæ litare volebant et aditum ad inferos facillimum sibi comparare, tenebantur aureum ramum excerpere et deæ illi offerre ; sic impii isti homines credebant se Oræum propitium habituros, si symbolum ligni vitæ secum afferrent, et numinis sui quasi proponerent ante oculos. Potest etiam fieri, ut respexerint ad morem illum veterum, quo supplices vel legati, qui pacem poscebant, ramum florentis olivæ ferebant, et hoc symbolo, quid peterent, indicabant. Ideoque et Eloæo maternum symbolum offerebant, eumque alloquebantur his verbis : Πάρες με τῆς σῆς μητρὸς φέροντά σοι σύμβολον, χάριν κρυπτομένην δυνάμεσιν ἐξουσιῶν. Quod vero, aut quale fuerit illud symbolum, nec ipsorum preces, neque ipse Origenes nobis declarant. Reliqui quoque dæmones symbola sua habebant : sed tanti ea non facimus, ut nos morari possint. Qui plura de D iis scire volet, consulat, si possit, Arbatelem, Agrippam, Paracelsum, et nuperum scriptorem, Caffarellum, opere Gallico περὶ τῶν στοιχειωμάτων, sive, ut loquuntur ultimi ævi scriptores, ἀποτελεσματικῶν τῆς γλύψεως. Hi enim omnes superstitiose et aniliter omnes dæmonum figuras et characteres describunt. Denique symbola, quibus τὰς τῶν δαιμόνων προσεγγίσεις ἐποιοῦντο Magi, in plumbo vel cera fuisse inscripta, significare videtur Psellus his verbis : Καὶ μολύβδῳ, καὶ κηρῷ, καὶ λεπτῇ προσδεθέντα μίτῳ διὰ τῶν ἀθεμίτων ἀφορκισμῶν, πάθη τραγικὰ κατεργάζονται. Primum portarum principem, cui nullum proprium indiderant nomen, et quem vocant φραγμὸν κακίας, δεσμὸν ἀβλεψίας, λήθην ἀπερίσκεπτον, καὶ πρώτην δύναμιν πνεύματι προνοίας καὶ σοφίᾳ τηρουμένην, septum vitiorum, vinculum cæcitatis, oblivionem incircumspectam, et primam potentiam, spiritu providentiæ et sapientia conservatam, tanta virtute esse dicunt, ut in

ejus porta Ogdoadis asserant exsistere principia : καὶ φασὶ, inquit Origenes, τῆς Ὀγδοάδος τὰς ἀρχὰς ἐντεῦθεν εἶναι. Hunc Valentinus perfectum Æonem esse dicebat, et habitare in sublimitatibus, quæ neque visu percipi, neque appellatione ulla comprehendi possent : eum quoque vocabat primum parentem et bythum, asserebatque eum nullo loco contineri, nec videri posse, atque sempiternum et ingenitum in quiete atque otio infinitis perseverasse sæculis. Epiph. hæres. 31 : Λέγουσι γάρ τινα εἶναι ἐν ἀοράτοις καὶ ἀκατονομάστοις ὑψώμασι τέλειον Αἰῶνα προόντα. Τοῦτον δὲ καὶ Προπάτορα καὶ Βυθὸν καλοῦσιν. Ὑπάρχοντα δ' αὐτὸν ἀχώρητον, καὶ ἀόρατον, ἀΐδιόν τε καὶ ἀγέννητον, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἠρεμίᾳ πολλῇ γεγονέναι ἐν ἀπείροις αἰῶσι χρόνων. Ab hoc Æone et Sige, ei æquali, per varias generationes fingebant prodiisse tandem Ogdoadem, quam modo primogeniam, omniumque rerum radicem et fundamentum appellabant, modo quatuor aliis nominibus ornabant, Bythi scilicet, Mentis, Sermonis et Hominis, ut ex Irenæo refert ibidem Epiphanius : Καὶ εἶναι ταύτην ἀρχέγονον Ὀγδοάδα, ῥίζαν καὶ ὑπόστασιν τῶν πάντων, τέτρασιν ὀνόμασι παρ' αὐτοῖς καλουμένην, Βυθῷ, καὶ Νῷ, καὶ Λόγῳ, καὶ Ἀνθρώπῳ. Quamvis enim quatuor sint tantum nomina, Ogdoada tamen constituunt : nam unusquisque illorum Æonum marem et feminam continet. Εἶναι γὰρ αὐτῶν ἕκαστον ἀῤῥενόθηλυν. Quæ fuit veterum omnium de numinibus suis opinio. Orpheus vocat Bacchum ἄῤῥενα καὶ θῆλυν διφυῆ. Luna ipsa dicitur ἀρσενόθηλυς. Venus apud Macrobium vocatur pollens Deus : propter duplicem virtutem scilicet, quæ in illis inesse credebatur, alteram efficientem, alteram vero quasi huic se præbentem. Multa quoque de Ogdoade narrabant Marcosii. Jesu enim generationem recensentes, dicebant a prima Tetrade ortam fuisse secundam Tetradem, et Ogdoadem factam, atque inde processisse Decadem. Epiphanius hæres. 34 : Ὁ δὲ Ἰησοῦς ταύτην ἔχει, φησὶν, τὴν ἄῤῥητον γένεσιν. Ἀπὸ γὰρ τῆς μητρὸς τῶν ὅλων, τῆς πρώτης Τετράδος ἐν θυγατρὸς τρόπῳ προῆλθεν ἡ δευτέρα Τετρὰς, καὶ ἐγένετο Ὀγδοὰς, ἐξ ἧς προῆλθε Δεκάς. Sed qui horum hæreticorum hac de re somnia et impietatem tanti faciet, ut ea velit scire, consulat ipsum Epiphanium ; nos enim chartæ parcere volumus perituræ. Ogdoadem vocat Nicomachus Gerasinus, πρῶτον ἐνεργείᾳ κύβον, παναρμόνιον, καὶ Καδμείαν. Anatolius vero ἀσφάλειαν καὶ ἕδρασμα. Quæ omnia conveniunt cum iis quæ Valentinus et alii hæretici de Ogdoade sua somniabant.

Omisit Origenes, in horum nominum collectione, incuria fortasse librariorum, non sua, nomen τοῦ Ἰαδεῖν, quem post Jaldabaothum adorabant. Vox est Hebraica, ut et reliquæ : nihil enim aliud sonat, quam יה דין *Deum Judicii*. Nomen duarum litterarum vocatur a Rabbinis, et desumptum esse dicitur ab æternitate exsistentiæ Dei : ideoque conjungitur cum nomine Tetragrammato. Isa. XXVI, 4. ביה יהוה *In Deo Domino*. Solus Deus, *omnium judex est*, psal. L, 6. *Deus* אבי יתומים ודין אלמנות, *pater orborum et judex viduarum* dicitur, psal. LXVIII, 6. Tot sunt in Scripturis sanctis loca, quæ judicii divini meminerunt, quot sunt earum paginæ. Insignis est hac de re prophetia Enochi a D. Juda laudata, quam ideo afferemus, ut quorumdam castigemus errorem. Ἰδοὺ ἦλθε Κύριος ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτοῦ, ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων, καὶ ἐξελέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν, ὧν ἠσέβησαν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς. Nullus est enim recentiorum interpretum, qui in his verbis, ἦλθε Κύριος, non inveniat formulam illam excommunicationis apud Judæos usitatam, quæ dicitur שמתא : nam fateor quidem שמתא, quidquid dicat Elias, qui asserit sic dictam, quasi שם מיתה, idem sonare, quod ἀνάθεμα illud, cujus meminit D. Paulus I Cor. XVI, 22 : Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα, μαρὰν ἀθά, quod est מרן אתה *Dominus venit* : sed inde non sequitur in verbis Enochi, cujus temporibus ratio illa diris aliquem devovendi non erat pervulgata, eam esse quærendam aut intelligendam. Si enim ex eisdem verbis argumentorum essent momenta, nonne inde sequeretur, ad eamdem formulam alludi, quotiescunque in divinis Scripturis adventus Dei fit mentio? nonne dicendum foret, cum Joannes, et post eum Ecclesia enixe optat et precatur, ut Dominus veniat, et votis suis hæc verba Apocal. XXII, 20, ναὶ, ἔρχου, Κύριε Ἰησοῦ, admiscet, et apostolum et Ecclesiam ad eamdem respicere excommunicationis formam? Enochus nihil aliud nobis voluit indicare, quam ultimum Dei judicium et æternam improborum damnationem. Tantum autem abest, ut dæmones sint hominum judices, ut a Deo ipso judicati in carcerem conjecti sint, et æternis constricti vinculis, morti et suppliciis reserventur infinitis. D. Judas : Ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας, δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. Quorum hic meminit divinus apostolus, vinculorum, tenebrarum, et judicii, commemorantur quoque in libro Enochi, ita ut pateat inde Judam hæc esse mutuatum, quemadmodum et vaticinium, quod jam attulimus. Ibi enim Deus Raphaelem sic alloquitur : Πορεύου, Ῥαφαὴλ, καὶ δῆσον τὸν Ἐξαὴλ χερσὶ καὶ ποσὶ, συμπόδισον αὐτὸν, καὶ ἔμβαλε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος, καὶ ἄνοιξον τὴν ἔρημον τὴν οὖσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ Δουδαὴλ, καὶ ἐκεῖ πορευθεὶς βάλε αὐτὸν, καὶ ὑπόθες αὐτῷ λίθους ὀξεῖς, καὶ λίθους τραχεῖς, καὶ ἐπικάλυψον αὐτῷ σκότος, καὶ οἰκησάτω ἐκεῖ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ πώμασον, καὶ φῶς μὴ θεωρείτω, καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ἀπαχθήσεται εἰς τὸν ἐμπορισμὸν (sive ἐμπυρισμὸν) τοῦ πυρός. A fidelibus quoque tandem judicatum iri, in ultimo Domini nostri adventu, asserit D. Paulus I Cor. VI, 3 : Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτι γε βιωτικά; Impiorum, dæmonumque supplicia gentes ipsæ, quibus tamen cum Israelitica republica nulla intercedebat communio, et quæ divini Verbi cognitione destitutæ fuerunt, non ignorarunt ; ad hanc enim opinionem et facti et imbuti semper fuerunt homines. Julianus or. 2 multa introducit dæmonum genera, alios scelerum inexorabiles judices, alios vero ultores vocat et carnifices : Τούτων δὲ, inquit, οἱ μέν εἰσι σωτῆρες καὶ ἐπίκουροι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἄλλοι δὲ ἀπαραίτητοι κριταὶ, τῶν ἀδικημάτων ὀξεῖαν καὶ δεινὴν ἐπάγοντες δίκην ζῶσί τε ἀνθρώποις, καὶ ἀπολυθεῖσι τῶν σωμάτων· οἱ δὲ ὥσπερ δήμιοι τιμωροί τινες, καὶ ἀποπληρωταὶ τῶν δικασθέντων· ἕτερον τῶν φαύλων καὶ ἀνοήτων δαιμόνων τὸ φῦλον.

Hunc principem, immani et intoleranda licentia δεύτερον Ἰάω vocabant profani homines. Ἰάω est nomen quatuor litterarum *jod*, *he*, *vau*, *he*, quod olim aliqui sic pronuntiabant, quamvis apud Judæos nulli id proferre liceret, nisi summo pontifici, idque in sanctuario, nullusque præter eum, veram hujus nominis sciret pronuntiationem. Idem nomen legitur apud Diodorum Siculum lib. II, παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν τὸν Ἰάω ἐπικαλούμενον Θεόν. Quem Judæi Ἰάω vocabant, Samaritani Ἰαβέ, dicebant, ut refert Theodoretus quæst. 15 in Exodum. Καλοῦσι μὲν αὐτὸν Σαμαρεῖται Ἰαβέ· Ἰουδαῖοι δὲ Ἰάω. Apud Porphyrium lib. IV *contra Christianos* scribitur Ἰεύω, illudque nomen dicitur Sanchoniathon Berytius accepisse e commentariis Hierombeli, summi pontificis : Ἱστορεῖ δὲ περὶ Ἰουδαίων ἀληθέστατα, καὶ τοῖς ὀνόμασιν αὐτῶν συμφωνότατα Σαγχουνιάθων ὁ Βηρύτιος, εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως θεοῦ τοῦ Ἰευώ. Gnostici hunc Jao in supremo orbe residere, cujus

…præesse credebant, ut legimus apud Epiphanium in eorum hæresi, quæ est 26 : Τὰ δὲ τῶν μειζόνων κατ' αὐτοὺς ἀρχόντων ὀνόματα ταῦτα εἶναι λέγουσι, πολλοὺς λέγοντες. Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ οὐρανῷ εἶναι τὸν Ἰάω ἄρχοντα. In impio illo Clarii Apollinis oraculo, quod affertur a Macrobio lib. I *Saturn.*, cap. 18, Jao dicitur esse ultimus deorum, Bacchus, et autumnum moderari, sicut Pluto hiemem, Jupiter ver, et Sol æstatem :

Ὄργια μὲν δεδαῶτας ἐχρῆν νηπεύθεα κεύθειν.
Εἰ δ' ἀπάτῃ παύρῃ σύνεσις, καὶ νοῦς ἀλαπαδνός,
Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν' Ἰάω.
Χείματι μέν τ' Ἀΐδην· Δία δ' εἴαρος ἀρχομένοιο·
Ἠέλιον δὲ θέρους· μετοπώρου δ' ἁβρὸν Ἰάω.

Quod mendacium inde ortum existimo, quod aliqua videatur esse cognatio inter vocem hanc Ἰάω, et Ἴακχον. Multa de hoc nomine possemus dicere; sed qui plura scire desiderat, videat librum *Portarum lucis*, quem Latine vertit Riccius; Drusium *De Tetragrammato*, Buxtorfium in *Lexico Hebraico*, et eruditissimum Capellum in oratione, quam de hujus nominis pronuntiatione edidit, curante Erpenio. His solum addemus observationem R. Salomonis Jarchii in cap. II Genes. v. 5 יהוה esse proprium nomen Dei ; reliqua vero, quæ illi in Scripturis tribuuntur, esse tantum ejus attributa, illiusque potentiam et dominium designare, et eo sensu intelligenda esse omnia Scripturæ loca ubi hoc nomen occurrit : ה' הוא שמו אלהים שהוא שליט ושופט על כל וכן פירוש זה בכל מקום לפי פשוטו ו שהוא אלהי LXX tamen semper illud per vocem Κύριος interpretati sunt, vel quod veram ejus nescirent pronuntiationem, vel quod hujusmodi mysteria gentibus et profanæ plebi nollent declarare. Eorum versionem secuti sunt, et Christus ipse, et ejus discipuli. Solus D. Joannes hujus nominis veram significationem videtur indicasse, cum Apoc. I Deum ipsum his verbis describit : Ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Certum enim et constans erat apud Judæos tria ista tempora, præsens, præteritum, et futurum, בשם המיוחד nomine appropriato contineri, ut videre est apud R. Bechai in Exodum fol. 65, col. 4, et in lib. טעמי מצות fol. 1. Divus Paulus Ephes. v, 14, non verbum pro verbo reddens, sed convertens sententia eadem, et verbis ad mentem suam aptis, locum Isaiæ, cap. LX, 1, כבוד יהוה interpretatur Χριστόν. Verba prophetæ hæc sunt קומי אורי כי בא אורך וכבוד יהוה עליך זרח quæ sic reddunt LXX Interpretes, φωτίζου, φωτίζου, Ἱερουσαλήμ. Ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκε. Ubi adnotat D. Hieronymus : *Nomen Jerusalem, quod hic a LXX ponitur, in Hebraico non haberi, et obelo prænotandum esse, adversum eos, qui asserunt omnia, quæ dicuntur, dici ad Jerusalem.* Apostolus vero ea ex Hebræo in Græcum sic convertit : Ἔγειραι, ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. Rationem hujus interpretationis redlimus in syntagmate *De nominibus Messiæ*.

Nunc ad ipsa nomina, quæ e Scripturis sunt petita, descendamus. Quintæ potestatis princeps dicitur Σαβαώθ. Quidam e gnosticis septimam sedem huic dæmoni tribuebant. Alii vero Jaldabaotho. Epiphanius hæres. XXVI, ἄλλον (sed scribendum ἄλλοι) τὸ ἕβδομον οὐρανὸν ὑποτίθενται, ἐν ᾧ λέγουσιν εἶναι τὸν Σαβαώθ, ἄλλοι δὲ λέγουσιν οὐχὶ, ἀλλ' ὁ Ἰαλδαβαὼθ ἐστιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ. Illum alii in asini figuram; alii vero in porci formabant habitum : ideoque interdictum olim fuisse, ut Judæis ne suillis carnibus vesci liceret. Ibidem : Φασὶ δὲ τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν ὄνου μορφὴν ἔχειν, οἱ δὲ χοίρου· διόπερ ἐνετείλατο, φασὶ, τοῖς Ἰουδαίοις χοῖρον μὴ ἐσθίειν. Et hinc ortam esse illam calumniam, quam adhibebant olim plerique adversus Judæos et Christianos, eos venerari et colere porcos et asinos, ut videre est A apud Josephum contra Apionem, Petronium in *Catalectis;* Tacitum *Histor.* lib. V; Plutarchum *Sympos.*, IV, cap. 5 ; Tertull. *Apolog.*, cap. 16, et lib. I *Advers. nat.*, cap. 11, et Minutium Felicem, nemo est qui facile non animadvertat. Quæ autem illis in locis Tacitus et Plutarchus narrant de asino, qui Judæis errorem monstravit, et eos ad fontem deduxit, referri possunt ad ea quæ jam diximus in Paradigmate Onoelis. Προήγορον quoque νόμου illum vocabant, et omnia πεντάδι δυνατωτέρᾳ credebant agere et moderari. Pentadem, qui de theologia arithmetica scripserunt, γάμον vocant, quasi ex mare et femina s t concreta, quod prior omnium numerorum speciem complexu suo coerceat atque contineat. Nicomachus Gerasinus : Ὅτι ἡ πεντὰς, inquit, πρώτη περιέλαβε τὸ τοῦ παντὸς ἀριθμοῦ εἶδος, ἤτοι τῶν β' τὸν πρῶτον ἄρτιον, καὶ τῶν γ' τὸν πρῶτον περιττόν· διὸ καὶ γάμος καλεῖται, ὡς ἐξ ἄρρενος καὶ θήλεος Ad hunc numerum crescendi et B vegetandi facultatem asserebant pertinere, eumque vocabant νέμεσιν, δίκην, πρόνοιαν, βουβάστειαν, ἀφροδίτην, γαμηλίαν, ἀνδρογυνίαν, ἡμίθεον, δίδυμον, παλλάδα, καὶ καρδιάτιν. Quorum nominum rationes invenies apud Nicomachum, neque opus est ut illas huc diligentius congeramus

Secundæ portæ principem Æloæum vocabant; gnostici vero Saclam, quem stupris et libidinibus somniabant præesse. Epiphanius : Καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ φασὶν εἶναι Σακλᾶν, ἄρχοντα τῆς πορνείας. Sed quia nuperi Epiphanii interpretes nihil de hac voce dixerunt, nos ejus originem patefaciemus, eamque restituemus. Σακλᾶ igitur sive Σακλᾶς nihil aliud est, quam זקוק אלה *rerum Venerearum deus;* זקק quidem Hebraice *fundere, liquare*, et *defæcare* significat : sed Rabbini ad res Venereas transtulerunt. Eloæum autem, sive Adonæum in quinto collocabant orbe gnostici. Epiphanius ibidem : Πέμπτον C δὲ ἄλλον οὐρανὸν, ἐν ᾧ φασιν εἶναι τὸν Ἐλωαῖον, τὸν καὶ Ἀδωναῖον.

Verum antequam Origenem dimittamus, et his in eum observationibus accedat extrema manus, audiamus Irenæum hæc nomina e Verbo divino sumpta miris modis interpretantem : quam enim affert expositionem, adeo insolens atque inaudita est, ut mihi mirum videatur, unde eam sit mutuatus, et quomodo tam egregie sibi permiserit imponi. Hæc sunt ejus verba lib. II *Advers. hæres.*, cap. ult. : *Quod enim dicitur Eloæ, secundum Judaicam vocem Deum significat, et Eloæ verum, et Elloeuht secundum Hebraicam linguam hoc quod continet omnia significat. Quod autem ait Adonæ, aliquando quidem nominabile et admirabile significat : aliquando autem duplicata littera delta cum aspiratione, utpote Addhonei, perficientem et separantem terram ab aqua, nec posteaquam insurgere in eam. Similiter autem et Sabaωth per ω quidem Græcam in syllaba novissima scribitur, voluntarium significat : per* D *o autem Græcam, ut puta Sabaoth, primum cælum manifestat. Eodem modo et Jaoth* (scrib. *Jaoh*) *extensa cum aspiratione novissima syllaba, mensuram præfinitam manifestat : cum autem per o Græcam corripitur, ut puta Jaoth* (scrib. Jao), *eum qui dat fugam malorum significat, et cætera omnia unius ejusdemque significationis sunt.*

Etsi difficile est conjicere quos secutus sit Irenæus in horum nominum interpretatione, neque ea, quæ dicit, ad veram ac nativam vocum Hebraicarum significationem quadrare possint, nos tamen conabimur aliquid ex ejus verbis eruere, et tam a seipsis dissidentes ac discordantes componere notationes. Eloæ igitur secundum eum, et Deum, et verum significat. Prima significatio nullam habet difficultatem : אלה enim *Deus* est. Posteriorem vero mihi mutuatus esse videtur Irenæus ab eorum opinione, qui hanc vocem deducunt a radice אלה, quæ in conjugatione *kal*, *jurare* significat, et ir…

Hiphil, האלה *adjurare*. Quia autem omne jusjurandum verissimum esse debet, et Deus ita in verbis et promissis verax est, ut sit ipsa veritas et fides, credidit Irenæus hoc nomen sonare veritatem. Ideoque Deus ipse, cum per majorem jurare non posset, per seipsum juravit. Genes. XXII, 16. בי נשבעתי נאם־יהוה. Per meipsum juravi, inquit Dominus; quod est clarissimum et firmissimum jusjurandum, ut adnotat Aben Esra in hunc locum, זו היא השבועה הגדולה העומדת לעד. Hinc constituta est illa jurandi formula nomine Dei devincta, חי יהוה *Vivit Dominus*, II Reg. II, 2 Angelus, Dan. XII, 7, jurasse dicitur per eum, qui vivit in æternum, וישבע בחי העולם. Hinc quoque corrigendus est Martialis, qui a pædicone Judæo postulat, ut juret per Anchialum, lib. IX, epigr. 95:

Illud me cruciat, Solymis quod natus in ipsis,
Pædicas puerum, Verpe poeta, meum.
Ecce negas, jurasque mihi per templa Tonantis:
Non credo: Jura, Verpe, per Anchialum.

Summus Scaliger in prolegomenis in libros *De emendatione temporum*, et in litteris ad Petrum Scriverium, scribit Martialem allusisse ad hanc juramenti formulam Hebræis usitatam, חי א״ה, sed Martialem deceptum autumat, qui auditis his verbis crediderit Judæos per Anchialum jurasse. Thomas Farnabius in notis in Martialem restituit אם חי אלה, *si vivit Deus*. Joannes vero Seldenus longius ab hac formula recedit, et legit: *Iperam chi olam*. יפרע חי עלם *Vindictam sumat is qui vivit in æternum*. Sed neque Farnabii neque Seldeni formulæ usitatæ ac tritæ erant apud Judæos. Nos unica littera mutata restituimus, *Alchialum*, אל חי עלם e Chaldæorum dialecto. Cabalistæ, ut hoc addamus ad confirmandam Irenæi interpretationem, asserunt Deum per veritatem mundum ipsum creasse, idque confirmant e verbis Genes. I et multis aliis Scripturæ locis, ex quibus, vel per ראשי תיבות capita dictionum, vel per סופי תיבות fines dictionum, eliciunt hanc vocem אמת quæ veritatem significat. Auctor הטורים in cap. I Genes.: בראשית ברא אלהים ס״ת אמת מלמד שברא העולם באמת כמו שנ׳ ראש דברך אמת: ברא אלהים את סופי תיבות אמת: וירא אלהים את ס״ת אמת: ויברא אלהים את ס״ת אמת: וירא אלהים את ס״ת אמת: ברא אלהים לעשות ס״ת אמת: לכך תקנו ו׳ פעמים אמת באמת ויציב: אמת מארץ תצמח ר״ת אמת: אתי מלבנון תבואי ר״ת אמת: R. Simeon F. Gamalielis in libro qui inscribitur חשן המשפט *Pectorale judicii*, asserit mundum perfici et contineri tribus rebus, judicio, veritate et pace: על שלשה דברים העולם קיים על הדין ועל האמת ועל השלום: *Et Elloeuth secundum Hebraicam linguam hoc quod continet omnia significat*. Credo legendum esse, *el eliun*, אל עליון *Deus excelsus*, sive summus, et respexisse Irenæum ad verba Melchisedech benedicentis Abrahamo, Genes. XIV, 19 ברוך אברם לאל עליון קנה שמים וארץ *Benedictus Abrahamus a Deo altissimo, qui possidet cœlos et terram*. Apud Rabbinos אלהות significat *divinitatem*: unde theologia ab illis dicitur חכמת אלהות *sapientia divina*.

Sequitur apud Irenæum: *Quod autem ait Adonae, aliquando quidem nominabile et admirabile significat*. אדני est Dominus apud Hebræos. Sed existimo, cum hæc scriberet Irenæus, eum ante oculos habuisse verba Davidis psal. VIII, 1: יהוה אדנינו מה־אדיר שמך בכל הארץ quæ LXX sic verterunt: Κύριε, ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! Nomen quoque של ארבע quatuor litterarum, vocatur sæpissime a Rabbinis

A שם הנכבד והנפלא *nomen gloriosum et admirabile*. Majorem habet difficultatem, quod statim addit auctor noster de eodem nomine: *Aliquando autem duplicata littera delta cum aspiratione, utpote Addhonei, perficientem et separantem terram ab aqua nec posteaquam insurgere in eam. Primo* rescribendum est, *ne postea aqua insurgeret in eam*. Deinde arbitror Irenæum non dare nobis veram et simplicem hujus vocis significationem, sed spectare ad aliquem Scripturæ locum, ubi de separatione terræ ab aqua tractetur. Is est, ut puto, Job XXXVIII, 10 et 11, ubi Deus, de mari loquens, testatur se illud repagulis et valvis inclusisse, eique præcepisse, ne ulterius progrederetur, neque repagula illa perfringeret: ואשים בריח ודלתים: ואמר עד־פה תבא ולא תסיף ופא ישית בגאון גליך: quæ sic verterunt Interpretes Græci: Ἐθέμην δὲ αὐτῇ ὅρια, περιθεὶς κλεῖθρα καὶ πύλας· εἶπα δέ· αὐτῇ μέχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ, ἀλλ' ἐν σεαυτῇ συντριβήσεταί σου τὰ κύματα. Existimo quoque Patrem
B hunc, nomen אדני duxisse a radice אדן, *stylobates, basis*: quamvis id, quod addit de duplici delta, id est, *daleth* notata puncto *daghes*, Hebræis sit incognitum: vox enim hæc de terra usurpatur eodem cap. Job XXXVIII, 6. על־מה אדניה הטבעו LXX: ἐπὶ τίνος οἱ κρίκοι αὐτῆς πεπήγασι, אדניה Aben Esra interpretatur *montes*; R. vero Levi filius Gersomi, *columnas*. Conjicere tandem possumus sciolum aliquem Irenæo imposuisse, et facile persuasisse vocem hanc descendere e verbo עדה, quod in conjugatione *Pihel*, in qua *daleth* puncto *daghes* notatur, et *Hiphil* amovere, transferre, et separare significat, ut patet e Proverb. XXV, 20. Addit Lugdunensis episcopus: *Similiter autem et Sabaoth, cum per ω quidem Græcam in syllaba novissima scribitur, voluntarium significat: per o autem Græcam, utputa Sabaoth, primum cœlum manifestat*. Neque LXX, neque Patres Græci, qui hujus nominis
C meminerunt, illud aliter ac per ω scribunt, Σαβαώθ scilicet. Sed duplicem indicat nobis Irenæus hujus nominis notationem: alteram quidem a radice Chaldaica צבא *velle*, *optare*; unde צבי voluntas Dan. VI, 17; alteram vero a nomine צבא quod *militiam* et *exercitum* significat. Attamen vox hæc, non primum cœlum simpliciter, sed cœlorum et terræ ornamenta, ut Gen. II, 1, vel ipsas stellas, aut angelos significat. Patres quidem et hæretici, pro Dei ipsius nomine usurparunt. In hoc errore quoque versati sunt quidam Rabbinorum, sed eos castigat Aben Esra in cap. III Exod., ostenditque semper vocem hanc conjungi cum nomine Dei, et significare, vel cœlos, vel angelos. Verba ejus referemus in gratiam eorum qui linguæ Hebrææ fugientia studia revocare tentant:

הנה מצאנו יהוה צבאות והצרכו רבים לומר כי צבאות שם הטעם הוא או הוא אות בצבא שלו וזה לא יתכן כי הנה אלהי הצבאות ולבדו לא תמצאנו כי אם עם אלהים או עם
D השם הנכבד יי אלהים ואל ישה בעיניך יי׳ אלהים צבאות כי הוא סמוך והנבואה עודד הנבא ובעבור שהשם שוכן עומד לבדו ובו הכל עומד על כן פעם הוא זה השם כי האר על דרך ויזכור ימי עולם משה עמו והטעם שהוא המעמיד על כן יי׳ אלהים דבקים עמו המלאכים הקדושים וכנה יי׳ צבאות הם צבאות השמים:

Denique de nomine Jaoh hæc habet Irenæus: *Eodem modo et Jaoh extensa cum aspiratione novissima syllaba, mensuram præfinitam manifestat: cum autem per o Græcam corripitur, utputa Jao, qui dat fugam malorum significat*. Diximus antea nomen tetragrammaton complecti tria tempora: idque vocare mihi videtur auctor noster mensuram præfinitam, quod scilicet Deus æternitate sua omnia contineat sæcula, sine ulla tamen temporum ratione, et præterito, præsenti, atque futuro impere.. Aliæ

ram vero significationem hausit sine dubio Irenæus ab aliquo, qui hanc vocem ducere conabatur a radice יעה *ejicere*, et *removere*, licet revera nulla intercedat cognatio neque affinitas.

Meliorem et fideliorem habuerat Epiphanius præceptorem; veram enim et germanam nobis exhibet horum nominum, et reliquorum, quæ in Scripturis exstant, interpretationem, hær. XL. Ejus verba non pigebit referre, ut ex illis mendum, quod uranologi et temporum vindices ne observarunt quidem, tollamus. Φασὶν αὐτὸν εἶναι τὸν Σαβαὼθ οἱ ἀνόητοι, νομίζοντες ὄνομα εἶναι τοῦ Θεοῦ τινος τὸν Σαβαὼθ, ὡς ἤδη καὶ ἐν ταῖς πρότερον αἱρέσεσι διὰ πλάτους ἡμῖν πεπραγμάτευται περὶ ἑρμηνείας τοῦ Σαβαὼθ, καὶ ἄλλων ὀνομασιῶν, τοῦ τε Ἠλὶ καὶ τοῦ Ἐλωΐ, τοῦ τε Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ Ζαδαΐ, καὶ τοῦ Ἐλλιὼν, τοῦ τε Ῥαββωνὶ, τοῦ τε Ἰὰ, τοῦ τε Ἀδωναΐ, τοῦ τε Ἰαβέ· ὡς ὀνομασίαι εἰσὶ δοξολογιῶν ἅπασαι ἑρμηνευόμεναι, καὶ οὐκ ὀνόματά ἐστι θετὰ, ὡς εἰπεῖν, τῇ Θεότητι. Ἅτινα καὶ ἐνταυθοῖ σπουδασθήσονται, ἑρμηνευθέντα κεῖσθαι. Τὸ Ἰσραὴλ Θεὸς, τὸ Ἐλωεὶμ Θεὸς ἀεὶ, τὸ Ἠλὶ Θεός μου, τὸ Σαδδαῒ ὁ ἱκανὸς, τὸ Ῥαββωνὶ ὁ Κύριος, τὸ Ἰὰ Κύριος, τὸ Ἀδωναῒ ὁ ὢν Κύριος, τὸ Ἰαβὲ, ὃς ἦν καὶ ἔστι καὶ ἀεὶ ὢν, ὡς ἑρμηνεύει τῷ Μωϋσῇ, ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με, ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὸ Ἐλλιὼν Ὕψιστος· καὶ τὸ Σαβαὼθ δυνάμεων ἑρμηνεύεται. Κύριος οὖν Σαβαὼθ, Κύριος τῶν δυνάμεων. Πάντη γὰρ πρόσκειται Κύριος, ὅπου τὸ τοῦ Σαβαὼθ ὄνομα λέγει ἡ Γραφὴ, καὶ οὐ μόνον ἐκφωνεῖ λέγουσα, εἰπέ μοι Σαβαὼθ, ἢ ἐλάλησε Σαβαὼθ, ἀλλ' εὐθὺς λέγει, Κύριος Σαβαώθ. Οὕτω γὰρ ἡ Ἑβραῒς φάσκει. Ἀδωναῒ Σαβαὼθ, ὅπερ ἑρμηνεύεται, Κύριος τῶν δυνάμεων. Quis unquam audivit, aut dixit Israelem significare Deum? Principem quidem Dei et Dominum sonat vox hæc, ut angelus ipse, qui hoc nomen Jacobo imposuit, his verbis indicat Gen. XXXII, 28: לא יעקב יאמר עוד שמך כי אם־ ישראל כי־שרית עם־אלהים ועם־אנשים ותוכל *Nomen tuum non vocabitur amplius Jacobus, sed Israel, quia princeps fuisti cum Deo, et cum hominibus, et superior discessisti.* רב Dominum Chaldaice vertit Jonathan: ארי־רב את קדם־יי' ועם־גבריא ויכלתא et tamen uranologi, errorem librariorum hoc in loco sequentes, volunt hanc vocem Deum significare *Israel igitur*, inquit, *est Deus*. Sed ubi legitur Ἰσραὴλ, lege et scribe Ηλ, et veram Epiphanii habebis lectionem et expositionem.

Incidit in manus meas scholium de his nominibus A Dei ἀνέκδοτον, ut puto, quod non gravabor, cum viris litteratis et harum rerum studiosis communicare: multa enim habet idonea, de quibus quæratur: Δέκα ὀνόμασι παρ' Ἑβραίοις ὀνομάζεται ὁ Θεὸς, ὧν ἓν μὲν Ἀδωναῒ λέγεται, ὅ ἐστι Κύριος. Ἕτερον δὲ Ἰὰ, ὃ καὶ αὐτὸ Ἑλληνικῶς εἰς τὸ Κύριος μετελήφθη. Ἕτερον δέ τι παρὰ ταῦτά ἐστι τὸ τετράγραμμα, τὸ ἀνεκφώνητον ὂν παρ' Ἑβραίοις, ὃ καταχρηστικῶς παρὰ μὲν αὐτοῖς Ἀδωναὶ καλεῖται, παρὰ δὲ ἡμῖν Κύριος. Τοῦτο δέ φασι γεγράφθαι ἐπὶ τῷ πετάλῳ, τῷ χρυσῷ, τῷ ἐπὶ τῷ μετώπῳ τοῦ ἀρχιερέως, κατὰ τὸ ἐν νόμῳ εἰρημένον, ἐκ τύπων σφραγῖδος, ἁγίασμα τῷ Κυρίῳ. πί. πί. Τὰ δὲ λοιπὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα, Ἦλ, Ἐλωὶ, Ἀδωναῒ Σαβαὼθ, Σαδδαῒ, Ἰαῒθ, Ἐσεριὲ, καὶ τὰ προγεγραμμένα τρία, ὧν ἐστι τὸ τετράγραμμα, τὸ τούτοις γραφόμενον τοῖς στοιχείοις, ἰὼθ, ηπ'. ουαῦ. ηπ'. πί. πί.

Τὸ ἐπὶ τοῦ Κυρίου ταττόμενον ἀνεκφώνητον ὄνομα διὰ τεσσάρων γράφεται στοιχείων. Διὰ τοῦ ἠὼθ, διὰ B τοῦ ηπ', διὰ τοῦ ουαβ', καὶ διὰ τοῦ ηθπ'. Τούτων μέσον παρεντεθὲν μετὰ τὰ πρῶτα· διὸ παρ' Ἑβραίοις στοιχεῖον καλούμενον σὲν, ὅ ἐστιν ὀδόντες· ὡς εἶναι τὸν εἱρμὸν τῶν πέντε γραμμάτων οὕτως. Ἀρχὴ αὐτὴ ὀδόντες ἐν αὐτῇ ὁ ζῶν ἑρμηνεύεται τὰ τέσσαρα στοιχεῖα· τὸ ηωθ'· ἀρχὴ, καὶ διὰ τοῦ ηπ', αὐτή· καὶ διὰ τοῦ ουαὺ, ἐν αὐτῇ· καὶ διὰ τοῦ ηθ', ὁ ζῶν. Decem nomina promiserat nobis auctor hujus scholii, et tamen novem duntaxat nobis exhibet: existimo igitur illum properantem omisisse nomen vel Ἐλωίμ, vel Ἀδωναί, cum legitur sine ullo respectu ad tetragrammaton, aut ad vocem Σαβαώθ: vel potius utrumque e calamo excidisse, quod jam meminisset Ἐλωὶ καὶ Ἀδωναῒ Σαβαώθ. Deinde fateor me nescire quid significet vox *ἰαῒθ'* nisi forte velis rescribere *ἰαῒδ' unicus*; quod tamen de Deo in Scripturis non usurpatur, sed solum אחד, ut Deut. VI, 4. Sed ut sententiam meam aperiam, arbitror duo illa nomina, quorum jam memini, esse in textum ipsum inferenda, et pro his vocibus, ἰαῒθ ἐσεριέ, rescri- C bendum, εἰεσερεϊὲ, quod est אהיה אשר אהיה quod est nomen, quod Deus ipse sibi imposuit, cum mitteret Mosem ad Israelitas Exod. III, 14. Denique qui volet nosse arcana illarum litterarum, quas interpretatur auctor hujus scholii, legat D. Hieronymum in interpretatione alphabeti Hebraici, et quæ cabalistæ somniant de litterarum mysteriis et significatione: longius enim, quam par est, procederent observationes nostræ, si omnia, quæ occurrunt, vellemus persequi ac illustrare.

APPENDIX.

DIALOGUS DE RECTA IN DEUM FIDE.

ADMONITIO.

Cardinalis Baronius ad annum Christi 220, § 8, ait hæreticos quosdam, audita Ambrosii ad catholicam fidem conversione, malo animo consilioque impulsos disputandi causa ad Origenem accessisse, delectoque sermonis sui judice philosopho, qui a Christiana religione abhorrebat, initium fecisse disputandi: ad extremum penes universam Ecclesiam catholicam fuisse victoriam: quo factum est ut multi gentiles et hæretici etiam cum Eutropio judice religionem Christianam amplexi sint. Hæc quidem hauserat vir doctissimus e præfatione præfixa libello De recta in Deum fide, qui et Dialogus contra Marcionistas inscribi solet. Verum præfatio isthæc deest in Pici codice, in aliis variat. Certe quam Latine exhibet Basileensis operum Origenis editio ann. 1571, et textus Græcus a Welstenio in lucem editus ann. 1674, ea longe discrepat ab illa quam refert Baronius et quam infra habes nota prima. Quod argumento est neutram ab auctore hujus Dialogi proficisci, sed addititium esse pannum fronti operis a recentioribus pro arbitrio præfixum. Etsi vero eadem ubique exstaret, non propterea magni foret momenti, cum opus ejusmodi nostro Origeni falso ascribi longeque post ejus obitum elucubratum esse multa probent. 1° Sectione prima cum Mege hius hæreticus crebris adversus Christianos persecutionibus colligeret nos alterius Dei esse et a Deo creationis alienos, respondet Adamantius: Ταῦτα μὲν εἰ πρὸ τούτων τῶν χρόνων ἐσοφίζου, ὅπως ποτὲ εἶχε λόγον· εἶχε δὲ καὶ εὐχερῆ τὴν ἐπίλυσιν· οἴομαι δὲ ἀναρμόστως καὶ ἀνεπιτηδείως τοῦ καιροῦ σὲ προαγηοχέναι τοῦτο τὸ κεφάλαιον· νῦν δὲ, τοῦ βασιλέως ὄντος θεοσεβοῦς, τί φῄς; ἕτερον τὸν ἐν τοῖς πρὸ τούτου κατέχοντα τὰς καρδίας ἐκείνων, καὶ διώκοντα, καὶ ἕτερον Θεὸν τὸν κατέχοντα τὴν καρδίαν τούτου; Κρεῖττον γὰρ καὶ τοὐναντίον τῶν βασιλέων ἐκείνων αὐτὸς βασιλεύει. Ἃ γὰρ ἐκεῖνοι καθεῖλον, αὐτὸς ἀνῳκοδόμησεν· οὓς ἐκεῖνοι ἐμίσησαν, οὗτος ἠγάπησεν· οὓς ἐκεῖνοι ἐτίμων ναούς τε καὶ εἴδωλα, αὐτὸς καθεῖλε. « Si quidem has argutias antegressis temporibus continxisses, utcunque probabiles fuissent: habuissent tamen et facilem solutionem. Ego autem arbitror istud argumentum te inepte adduxisse et ad tempus parum accommodate. Nunc vero cum est pius imperator, quid? Ain tu ante hujus ætatem alterum quempiam Deum præcedentium imperatorum corda tenuisse, et persecutorem fuisse; alterum autem Deum hujus cor moderari? Melius enim et contra quam illi imperatores, hic imperat. Nam quæ dissiparunt illi, iste restaurat; quos oderant illi, iste diligit; quæ illi fana et idola in honore habuerunt, hæc iste subvertit. » Quis porro Origenis ætate imperator ejusmodi floruit? Nullus certe. Frustra Welstenius obtrudere conatur imperatorem Philippum. Nam esto, Christianus fuerit: quod tamen gravissimis non caret difficultatibus: at certe constat illum eo nunquam zelo pietatis adductum fuisse ut deorum templa et idola dirueret. Nec obstat quod in Actis sancti Pontii martyris apud Bollandum 14 Maii, pag. 274, legitur: « Initio autem templum quod magnum vocabant, ex jussione imperatorum (utriusque Philippi patris et filii) arripientes sanctus Fabianus et beatissimus Pontius ac confringentes, omnia ejus sculptilia simul cum templo funditus everterunt, ita ut omnis populus ad notitiam Domini nostri Jesu Christi cum alacritate et gaudio concurrerent, et baptismatis unda perfusi, Domino benedicerent: nam ubi dæmonum templa destruebantur, ibi illico ecclesiæ consurgebant. » His enim Actis omnem prorsus auctoritatem adimit Tillemontius tom. III Hist. imperatorum, not. 7, ad Valeriani persecutionem: et specialim ridiculam fabulam appellat hunc locum Petavius libro undecimo De doctrina temporum, cap. 25, pag. 338. Vide et Baronium ad annum Christi 246, pag. 399. Denique ipsemet Welstenius, postquam omnia coacervavit veterum testimonia quibus imperatoris Philippi Christianismus utcunque astruitur, ingenue tamen fatetur dubitare se an loco e Dialogo contra Marcionistas petito hæc satisfaciant. Nec aliam, inquit, evadendi viam cerno quam si dicamus verba illa postrema, ἃ γὰρ ἐκεῖνοι καθεῖλον, αὐτὸς ἀνῳκοδόμησεν, ab interpolatore textui fuisse illata. Sed merum hoc est viri causa cadentis effugium. 2° Post concilium generale primum Nicænum scriptum esse hunc Dialogum argumento est confessio fidei quam profert Adamantius paulo post initium sectionis primæ his verbis: Ἕνα Θεὸν καὶ κτίστην καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων εἶναι πεπίστευκα, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ Θεὸν Λόγον, ὁμοούσιον, ἀεὶ ὄντα, καὶ ἐπ' ἐσχάτων καιρῶν ἄνθρωπον ἐκ Μαρίας ἀναλαβόντα, καὶ τοῦτον σταυρωθέντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. Πιστεύω δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, τῷ ἀεὶ ὄντι. Credo unum Deum omnium conditorem esse et opificem, et qui ab illo est Deum Verbum, consubstantialem, semper existentem, qui extremis temporibus hominem ex Maria assumpsit, et in crucem actus est, et excitatus a mortuis. Credo et Spiritui sancto qui semper exstitit. Huc adde quod sub finem sectionis quintæ sanctissimam Trinitatem bis vocat ὁμοούσιον, et semel ἀχώριστον καὶ ὁμοούσιον. Quis porro ante concilium Nicænum apud ecclesiasticos scriptores, reperit fidei professionem quæ dogma catholicum tam disertis verbis asserat? Certe si Origenis hæc erant verba, cur ea Pamphilus martyr in illius Apologia prætermisit? Cur Athanasius in libro De synodis, ubi tria Origenis testimonia de æternitate Verbi adversus Arianos profert, hæc e Dialogo contra Marcionistas petita non adhibuit? Procul dubio cæteris longe erant luculentiora, quippe quæ ὁμοουσίου, vocem usurpabant, quam Ariani ferre non poterant. 3° Nullus veterum, ne ipse quidem Eusebius, qui nihil præterit quod ad Origenis laudem spectet, uspiam meminit hujusce disputationis. Hanc tamen oportuit esse celeberrimam, si unquam fuit ab Origene suscepta: nam Eutropio ethnico homine ab utraque parte electo judice, disputante Origene, Ecclesia catholica insignem de Mege hic, Marco aliisque hæreticis victoriam dicitur reportasse, uti liquet e postremis sectionis quintæ verbis. Sed, inquit Welstenius, vix hæc assertio subsistit, cum expresse illius disputationis mentionem faciant Philocaliæ auctores Basilius Magnus et Gregorius Theologus, in fine capitis 23, alias 24: Ταῦτα ὑπὸ τοῦ ζ' λόγου τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου *Εὐαγγελικῆς παρασκευῆς* παρεκβέβληται· Μαξίμου δέ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ αὐτὸς Εὐσέβιος, οὐκ ἀσήμου ἐν τοῖς Χριστιανοῖς συγγραφέως. Αὐτολεξεὶ δ' εὕρηται ταῦτα κείμενα καὶ ἐν τῷ Ὠριγένους πρὸς Μαρκιωνιστὰς καὶ ἄλλους αἱρετικοὺς διαλόγῳ, Εὐτροπίου δικάζοντος, Μεγεθίου δὲ ἀντιλέγοντος

hæc e septimo Eusebii Pamphili *Evangelicæ Præparationis* libro deprompta sunt, Maximum vero habent auctorem, ut ipse scripsit Eusebius, non ignobilem inter Christianos scriptorem. Totidem autem verbis hæc scripta reperiuntur in Origenis contra Marcionistas et alios hæreticos Dialogo, judicem agente Eutropio, contradicente Megethio. *Quid si vero Basilii et Gregorii non sit hæc adnotatio? Atqui rem ita se habere certum videtur. Observandum enim est istud* Philocaliæ *caput* 23, *alias* 24, *in titulo quem præ se fert non sicut cætera omnia quæ præcedunt et sequuntur, ex Origene excerptum dici, sed ex Eusebii* Evangelicæ Præparationis *libro septimo. Hinc jure colligitur Basilio et Gregorio aut ignotum fuisse Dialogum contra Marcionistas, aut eis spurium visum esse. Si enim noverant aut pro genuino Origenis fetu habuerunt, cur ex Eusebio potius quam ex ipsomet Origene fragmentum ejusmodi desumpserunt? Cur Origenis nomen capitis istius ut cæterorum fronti non præfixerunt? Nulla certe cur ita egerint probabilis ratio excogitari potest. Quamobrem nullus dubito quin ea quæ ad calcem istius capitis jacet adnotatio non sit Basilii et Gregorii, sed alterius cujuspiam recentioris. Præterea inferior hæc adnotatio novum suppeditat argumentum quo Dialogus iste Origeni nostro abjudicetur. Neque enim dubitandi locus est quin Maximus capitis istius auctor idem sit ac ille quem Eusebius* Hist. Eccl. *lib.* v, *cap.* 27, *inter eos recenset scriptores qui sub Commodo et Severo floruerunt, et cujus laudat* « volumina de vulgatissima illa apud hæreticos quæstione unde sit malum : et de eo quod materia facta sit. » *Quis vero in animum inducat suum, aut Origenem fecundissimi ingenii virum, alterius scriptoris fere coævi verba et sensa mutuatum fuisse; aut Eusebium, qui nullam celebrandi Origenis occasionem prætereit, quique* Præparationis Evangelicæ *lib.* vii, *cap.* 20, *pag.* 334 *et pag.* 336, *duo citaverat illius loca, mox cap.* 21, *pag.* 337, *insigne fragmentum quod in Origeniano voce Dialogo exstare novisset, non sub Origenis sed sub Maximi nomine scriptoris minus noti et de cujus fama non perinde erat sollicitus, proferre maluisse? Mihi sane nec cuiquam alteri alterutrum fiet, opinor, verisimile.* 4° *His omnibus addi potest in hocce Dialogo persæpe Adamantii, nullibi vero Origenis nomen comparare, si modo exceperis præfationem quam non esse illius qui Dialogum scripsit, supra dixi. Quambrem rationi magis consentaneum fuerit duos distinguere Adamantios, Adamantium Origenem, Leonidæ martyris filium, et alterum simpliciter dictum Adamantium, hujus Dialogi contra Marcionistas auctorem qui imperante Constantino Magno vixerit, quique huicce Dialogo partem inseruerit operis quod Maximus conscripserat de famosa quæstione* « unde sit malum, et de eo quod materia facta sit. » *Ad hanc duplicis Adamantii suscipiendam distinctionem cogere videtur Theodoretus, quippe qui libro primo* Hæreticarum fabularum, *cap.* 25, *enumerans plurimos qui contra Marcionis impietatem scripsere, aperte Origenem ab altero Adamantio distinguit his verbis :* Πλεῖστοι μέντοι κατὰ τῆσδε τῆς ἀσεβείας συνέγραψαν. Καὶ γὰρ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος καὶ μάρτυς, καὶ Θεόφιλος ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος, καὶ Φίλιππος ὁ Γορτύνης ἐπίσκοπος, καὶ Εἰρηναῖος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν, ἐπίσκοπος Λουγδούνου, καὶ Μόδεστος, καὶ Ὠριγένης, καὶ Ῥόδων, καὶ Ἀδαμάντιος, καὶ Ἱππόλυτος, καὶ ὁ Ἐμεσηνὸς Εὐσέβιος, καὶ πάντες ἄριστα καὶ σοφώτατα τῆς βλασφημίας τὴν λύτταν διήλεγξαν. « Plurimi sane contra hanc impietatem scripsere. Justinus enim philosophus et martyr, et Theophilus Antiochenus episcopus, et Philippus Gortynensis episcopus, et Irenæus cujus ante meminimus, Lugdunensis episcopus, et Modestus, et Origenes, et Rhodon, et Adamantius, et Hippolytus, et Emesenus Eusebius, et optime omnes doctissimeque blasphemiæ hujus rabiem confutarunt. » *Idem in compendio seu præfatione ad librum primum* Hæreticarum fabularum *hæc habet :* Τοὺς μέντοι τῶν παλαιῶν αἱρέσεων μύθους ἐκ τῶν παλαιῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων συνέλεξα, Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου καὶ μάρτυρος, καὶ Εἰρηναίου τοῦ τὰ Κελτικὰ καὶ γεωργήσαντος καὶ φωτίσαντος ἔθνη, καὶ Κλήμεντος, ὃς ἐπίκλην καὶ Στρωματεὺς προσηγόρευται, καὶ Ὠριγένους, καὶ Εὐσεβίου τοῦ τε Παλαιστίνου καὶ τοῦ Φοίνικος, καὶ Ἀδαμαντίου, καὶ Ῥόδωνος, καὶ τὰ ἑξῆς. « Antiquarum porro hæresum fabulas ex antiquis Ecclesiæ doctoribus collegi, Justino philosopho et martyre, et Irenæo qui Celticas gentes excoluit et illuminavit, et Clemente qui Stromateus dictus est, et Origene, et Eusebio tum Palæstino, tum Phœnice, et Adamantio, et Rhodone, etc. » *Eidem distinctioni forsitan favet quod codice* 231 *observat Photius Sophronium Hierosolymitam in epistola synodica asseruisse* ὡς ἄλλος μὲν ἐστιν Ὠριγένης ὁ παλαιὸς, ἕτερος δὲ ὁ μετ' ἐκεῖνον, ὁ ἐπικληθεὶς Ἀδαμάντιος. « Alium esse Origenem antiquum, et alium qui post illum vocatus est Adamantius. » *Supinus adeo foret error si diceret veterem Origenem non vocatum fuisse Adamantium, ut nemo facile sibi persuadere queat hunc fuisse Sophronii sensum. Probabilius ergo est id solum voluisse Sophronium, veterem Adamantium Origenem ab altero recentiore Adamantio longe esse diversum.*

ΑΔΑΜΑΝΤΙΟΥ

ΔΙΑΛΟΓΟΣ (1)

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΣ ΘΕΟΝ ΟΡΘΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ.

ADAMANTII

DIALOGUS DE RECTA IN DEUM FIDE.

Διάλεξις (2) *Ἀδαμαντίου, τοῦ καὶ Ὠριγένους,* Περὶ τῆς εἰς Θεὸν ὀρθῆς πίστεως *πρὸς Μεγέθιον*

A *Adamantii, qui et Origenes est.* De recta in Deum fide *disputatio contra Megethium, Marcum, Drose-*

(1) *Ἀδαμαντίου διάλογος,* etc. *Collatus est iste Dialogus cum quatuor mss. uno Vaticano num.* 1089, *duobus Christianismi Galliarum regis, et altero Thomæ Gale.* — Cod. Bas. Ὠριγένους διάλογος κατὰ Μαρκιωνιστῶν

(2) *Διάλεξις.* Ita quidem uterque codex Regius, et

rium, Valentem, et Marinum, hæreticos, quorum singuli hæresim suam defendentes, conjunctis ac malevolis animis contra Adamantium congressi sunt. Cuncti autem omnium dictorum judicem sibi elegerunt philosophum Græcum, Eutropium nomine, qui, causa religionis expensa, persuasus veritate, factus est Christianus una cum plurimis Græcis et hæreticis : erat enim frequens auditorum consessus. Victoria demum penes Ecclesiam Catholicam stetit, et quemadmodum pulvis a facie venti, *dissipata est hæreticorum superbia.*

A *καὶ Μάρκον, Δροσέριον, Οὐάλεντα καὶ Μαρῖνον τοὺς αἱρετικοὺς, ἑκάστου μὲν ἰδίας αἱρέσεως προϊσταμένου, κακοήθως δὲ συνελθόντων* (3) *ὁμοθυμαδὸν πρὸς τὸν Ἀδαμάντιον. Ἡρετίσαντο δὲ πάντες φιλόσοφον Ἕλληνα, Εὐτρόπιον ὀνόματι, ἑκάστου τῶν λόγων κριτὴν* (4) *γενόμενον· ἐν οἷς Εὐτρόπιος, ἐξεταζομένης τῆς εὐσεβείας, ἐπείσθη τῇ ἀληθείᾳ, καὶ γέγονε Χριστιανὸς, καὶ πολλοὶ σὺν αὐτῷ Ἕλληνες καὶ αἱρετικοί· ἦν γὰρ μετ' αὐτῶν συγκεκροτημένον ἀκροατήριον· ἡ δὲ νίκη τῆς καθολικῆς γέγονεν Ἐκκλησίας, καὶ διεσπάρη τῶν αἱρετικῶν τὸ φρόνημα, ὡς χνοῦς* (5) *κατὰ πρόσωπον ἀνέμου.*

SECTIO PRIMA.

—

INTERLOCUTORES : ADAMANTIUS Orthodoxus, MEGETHIUS Marcionita, et EUTROPIUS Judex.

ADAMANTIUS.

Qui veritatis studiosos humanosque mores consectantur, atque mundi hujus curriculum recte in vivendo conficere volunt : ii quoniam fidem in Deum, et amore, et admiratione dignam intuentur, præstantiorem perfectissimamque gloriam consequuntur. Contra iis accidit, qui instabili sententia, curiosaque cognitione, ac consilio a mente rationeque averso, pro gloria Deum ignominia afficiunt. Itaque non parvum mihi periculum esse videtur eorum qui lubricam pravamque in Deum fidem habent. Fundamentum enim firmamentumque virtutum omnium esse arbitror Deo digne et sentire et credere. Quocirca, si tibi videtur, ordiamur disputationem. MEGETHIUS. Occupans frater Adamantius, pro me verba fecit. Nos enim etiam scimus, fidem cæteris virtu- C

B

ΑΔΑΜΑΝΤΙΟΣ.

Οἱ τὸν φιλαλήθη καὶ φιλάνθρωπον τρόπον μεταδιώκοντες, καὶ τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου δίοδον εὖ μάλα βιοῦν ἐθέλοντες, ἐπὶ τὴν ἀξιέραστον καὶ ἀξιάγαστον πίστιν τὴν εἰς Θεὸν ἀφορῶντες, ἐγκρατεῖς τῆς ἀμείνονος καὶ τελειοτάτης δόξης γίγνονται· τοὐναντίον δὲ οἱ ἀστάτῳ γνώμῃ, καὶ περιέργῳ γνώσει, καὶ ἀνοήτῳ λογισμῷ, ἀδοξίαν ἀντὶ δόξης Θεῷ προϊέμενοι. Ὅθεν μοι δοκεῖ οὐ μικρὸν κίνδυνον εἶναι τῶν τῆς ἐπισφαλοῦς καὶ φαύλης εἰς Θεὸν πίστεως· βάσιν γὰρ οἶμαι καὶ ἑδραίωμα εἶναι πασῶν τῶν ἀρετῶν τὴν ἁρμόζουσαν Θεῷ δόξαν τε καὶ πίστιν· ὅθεν, εἰ σοι δοκεῖ, ἐχώμεθα τοῦ λόγου. ΜΕΓΕΘΙΟΣ. Προλαβὼν ὁ ἀδελφὸς Ἀδαμάντιος, τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ λόγον ἐποιήσατο· οἴδαμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς, ὅτι ἡ πίστις πάντων διαφέρει, καὶ ὀρθὴ εἰς Θεὸν δόξα· χρὴ οὖν τὸν δι-

Μαρκιωνιστῶν. Observandum insuper præfatiunculam sequentem, non ab auctore hujus dialogi, sed ab alio recentiore Græco additam videri. Hinc deest in Pici codice, in aliis variat. Nam cardinalis Baronius ad ann. Christi 220, § 8, aliam nobis legendam exhibet his verbis : *Nonnunquam multi philosophi qui a nostra disciplina abhorrebant, interdum et hæretici ad eum disputaturi veniebant. Cumque frequens instituta esset disputatio, multos gentiles, quibus cum ut idolorum insanum cultum detestarentur, persuasisset, ita comparavit, ut martyrii coronam sint adepti. In his etiam fuit Ambrosius, qui Origenis æmulus factus, et ab eo nostris decretis institutus, se a Valentini Marcionisque hæresi secrevit et removit. Quod cum hæretici quidam intellexissent, malo animo consilioque impulsi, disputandi causa venerant ad Adamantium : delectoque sermonis sui Judice philosopho, qui a Christiana religione abhorrebat, initium fecerunt disputandi. Ad extremum penes universam Ecclesiam Catholicam fuit victoria : quo factum est, ut multi gentiles et hæretici etiam, cum Eutropio judice religionem Christianam approbarent et crederent. Hæretici quidem sunt Megethius, Marcus, Droserius, Valens et Marinus.*

et recte. Ea voce Plato in *Sympos.* et Zacharias schol. in suo *Dialogo* hoc sensu utuntur. Alii codices mss. habent διάλεκτος, non male, cum Cyrillus in *Glossario* διάλεκτον, διάλογον et διάλεξιν disputationem interpretetur, et Hesychio διάλεκτος et διάλεξις sit ὁμιλία, *colloquium*. Quod autem hic Dialogus dicitur esse Ἀδαμαντίου, τοῦ καὶ Ὠριγένους, id falsissimum esse abunde in monito probavimus.

(3) Post συνελθόντων codd. Vatic. Th. Gale et Reg. 2 addunt δηλονότι περὶ εὐσεβείας συζητῆσαι ὁμοθ., sed scholion istud esse videtur quod e margine in textum irrepserit. Paulo post recte in codice Vaticano scriptum reperitur ᾑρετίσαντο, male autem in Wetsteniano ᾑρητήσαντο.

(4) *Κριτήν.* Moris erat, ut observavit Wetstenius, veteribus ejusmodi moderatores disputationis eligere. Sic apud Epiphanium hæres. LXIV, sub finem num. 17, δικασταὶ τῶν λόγων commemorantur, Theophilus nempe, καὶ οἱ λοιποὶ κριταὶ τῶν D λόγων. Vide ibidem initium num. 38. Talis *arbiter*, qui *et utrique proximus aures daret et disceptantes duos medius segregaret*, celebratur Octavius inter Cæcilium et Marcum apud Minutium Felicem. Item Probus a Constantino imperatore delegatus, ut judicem ageret inter Athanasium et Arium.

(5) Romana LXX editio ps. XXXV, 5, legit χοῦς. Aldina tamen cum nostris codd. consensit ὡς χνοῦς, astipulante Hebraica veritate. WETSTENIUS.

στὴν ἐπακούσαντα ἀμφοτέρων δοκιμάσαι, ἐν τίνι ἐν ἡ ἀληθὴς καὶ δικαία πίστις. Δείξω γὰρ, ὅτι λλον βλασφημεῖτε τὸν Θεὸν ἤπερ δοξάζετε· καὶ μὲν ἀληθινὸν Θεὸν, ὄντα ἀγαθὸν, γνωρίζειν οὐ ιετε· ἕτερον δὲ ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ δοξάζειν βούεσθε, λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· *Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ* (6). ΕΥΤΡΟΠΙΟΣ. Ἀμφότεροι αἱρεῖσθέ δικαστήν; ΑΔΑΜ. Ἀμφότεροι. ΕΥΤ. Ἐμμένετε ἐμῇ κρίσει; ΜΕΓ. Ἐμμένω, καὶ στοιχῶ ταῖς σαῖς ἀποφάσεσιν. ΑΔΑΜ. Ἐπίδοξοι καὶ οὐχ οἱ τυχόντες ἀκροαταὶ πάρεισιν· εἴγε καὶ αὐτοῖς παραστῇ ἡ ὑπὸ σοῦ κρίσις δικαίως προφερομένη, ἐμμένω καὶ αὐτὸς τοῖς ὑπὸ σοῦ μετὰ ἀληθείας λεγομένοις. Μ. Βούλει πρῶτον ἐμὲ ἐξετάσαι ἐκ τῶν Γραφῶν; Α. Ὁρισάσθω πρῶτον Μεγέθιος ὅπως ποτὲ δοξάζει, ἵν' οὕτως ἡ ἐξέτασις, καὶ ἡ ἀπόδειξις τῶν ὁρισθέντων, ἐκ τῶν Γραφῶν γένηται. Μ. Ὁρισάσθω πρῶτον Ἀδαμάντιος· αὐτὸς γὰρ καὶ κατήρξατο τοῦ λόγου. Ε. Εὔλογόν ἐστι τὸν προαρξάμενον, αὐτὸν ὁρίσασθαι.

A. Ἕνα Θεὸν καὶ κτίστην καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων εἶναι πεπίστευκα, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ Θεὸν Λόγον, ὁμοούσιον (7), ἀεὶ ὄντα, καὶ ἐπ' ἐσχάτων καιρῶν ἄνθρωπον ἐκ Μαρίας ἀναλαβόντα, καὶ τοῦτον σταυρωθέντα καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν Πιστεύω δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, τῷ ἀεὶ ὄντι. Ὁρισάσθω δὲ καὶ οὗτος. Μ. Ἐγώ φημι εἶναι τρεῖς ἀρχὰς (8), Θεὸν τὸν Πατέρα

A tibus antecellere, reclamque de Deo sententiam. Judex igitur sit oportet, qui, cum utrumque nostrum audierit, exquirat et ponderet, in utro vera et justa sit fides. Vos enim magis Deum contumeliis vexare docebo, quam gloria afficere: ac veri quidem Dei, qui bonus est, notitiam habere non vultis, alii autem ab eo qui bonus est, gloriam et honorem tribuere vultis, cum Christus dicat, *Nemo bonus, nisi unus Pater*[1]. EUTROPIUS. Mene uterque vestrum judicem deligit? ADAM. Uterque. EUTR. Stabitisne meo judicio? MEG. Stabo, sequarque tua decreta. ADAM. Clari auditores adsunt, non vulgares. Si eis judicium quod recte interpones, placebit, stabo etiam iis, quæ a te vere pronuntiabuntur. MEG. Vin tu me primum ex Scripturis disputare? ADAM. Sta-
B tuat primum Megethius, quoquo modo sentiat, ut ita demum disputatio atque demonstratio eorum, quæ constituta fuerint, ex Scripturis petatur. M. Definiat prior Adamantius. Is enim etiam prior disputationem instituit. E. Æquum est eum qui initium sermonis fecit, priorem definire

A. Deum unum, eumque conditorem et effectorem omnium esse credo: Deumque Verbum qui ex eo natus est, qui ejusdem est ac ille essentiæ, qui semper est, qui extremis temporibus hominem ex Maria assumpsit, qui cruci suffixus est, et resurrexit a mortuis. Credo etiam Spiritui sancto, qui semper est. Hic autem etiam definiat.

[1] Matth. XIV, 17.

(6) *Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Πατήρ*. Vide supra notas in *Exhort. ad Martyrium*, num. 7.

(7) *Ὁμοούσιον*. Verum quidem est quod apud Theodoretum lib. I *Hist. eccl.*, cap. 12, fatetur Eusebius in epistola ad homines suæ parœciæ, vel ante concilium Nicænum fuisse τῶν παλαιῶν τινας λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας... ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι. *Quosdam veterum prudentes et illustres episcopos, atque scriptores, qui de Patre et Filio theologice disserentes nomine* ὁμοουσίου *usi sint.* Hanc vocem usurpatam esse a Dionysiis duobus, altero Romæ, altero Alexandriæ episcopis, item a Theognosto veteri theologo, docet nos Athanasius in epistola ad Africanos. Ab hac quoque voce non abhorruisse Origenem, non inficias ierim si modo genuina sunt quæ ex *Commentariis* Origenis *in Epistolam ad Hebræos* legere est in *Apologia* Pamphili juxta versionem Rufini, hoc modo: *Quæ similitudines* [vaporis et ἀπορροίας] *manifestissime ostendunt communionem substantiæ esse Filio cum Patre. Aporrhœa enim* ὁμοούσιος *videtur, id est unius substantiæ cum illo corpore, ex quo est vel aporrhœa vel vapor.* Rufinus quoque, in libello *De adulteratione librorum Origenis*, hanc vocem in libris *Περὶ ἀρχῶν* repertam fuisse asserit. Esto. Verumtamen ex hac quam præsens Dialogus exhibet, fidei professione, non leve eruitur argumentum hoc opus prorsus esse Origeni abjudicandum. Vide *Bonitum*.

(8) *Ἐγώ φημι εἶναι τρεῖς ἀρχάς*. Athanasius in Epist. *De decret. syn. Nic.*: Μαρκίωνος τοῦ ματαιόφρονος δίδαγμα εἰς τρεῖς ἀρχὰς τῆς μοναρχίας τομὴν καὶ διαίρεσιν· παίδευμα ὂν διαβολικὸν, οὐχὶ δὲ τῶν ὄντως μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀρεσκομένων τοῖς τοῦ Σωτῆρος μαθήμασιν. *Futilis Marcionis doctrina quæ monarchiam in tria principia secat, et dividit, diabolica sane est, non autem verorum Christi discipulorum, vel eorum quibus Salvatoris do-*

C *ctrina placet*. Epiphanius hæres. XLII, num. 2: Ἔλαβε δὲ τὴν πρόφασιν ἐκ τοῦ προειρημένου Κέρδωνος, γόητος καὶ ἀπατηλοῦ. Καὶ αὐτὸς μὲν γὰρ δύο κηρύττει ἀρχάς. Προσθεὶς δὲ πάλιν ἐκείνῳ, φημὶ, τῷ Κέρδωνι, ἕτερόν τι παρ' ἐκείνου [forte ἐκεῖνον] δείκνυσι, λέγων τρεῖς εἶναι ἀρχάς· μίαν μὲν τὴν ἄνω ἀκατονόμαστον καὶ ἀόρατον· ἣν καὶ ἀγαθὸν Θεὸν βούλεται λέγειν, μηδὲν δὲ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κτίσασαν· ἄλλον δὲ εἶναι ὁρατὸν Θεὸν, καὶ κτίστην καὶ δημιουργόν· διάβολον δὲ τρίτον, ὡς εἰπεῖν καὶ μέσον τῶν δύο τούτων τοῦ τε ὁρατοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου. Τὸν δὲ κτίστην καὶ δημιουργὸν, καὶ ὁρατὸν, Θεὸν εἶναι τῶν Ἰουδαίων· εἶναι δὲ αὐτὸν κριτήν. *Cujus ei schismatis argumentum nebulo ille et impostor Cerdo præbuit. Nam et duo ipse principia constituit. At Marcio tertium ad illius dogma principium adjecit; ut omnino tria sint, quorum unum sit supremum, quod neque nomine comprehendi, neque visu percipi possit, quem et bonum Deum appellat, a quo nihil sit eorum quæ in mundo sunt, conditum. Alterum*
D *vero Deum esse dicit aspectabilem ac creatorem. Tertium denique diabolum inter amous illos, aspectabilem scilicet, et eum qui aspici nequit, interjectum. Ex iis qui creator est et opifex, viderique potest, Judæorum esse Deum, eumdemque judicem.* Idem in Compendio de hæresibus vult Marcionem tria etiam principia dixisse, bonum, justum et malum. Καὶ ἐδογμάτισεν τρεῖς ἀρχὰς, ἀγαθὸν καὶ δίκαιον, καὶ φαῦλον. Gregorius Abul-Pharajius *Hist. Dynas.* VII, pag. 77: *Prodiit etiam quidam nomine Marcion qui asseruit tres esse deos, æquum, bonum et malum. Æquum autem opera sua in malo, videlicet materia, exercuisse, atque ex eo mundum condidisse; bonum vero cum videret mundum in partem mali trahi, misisse filium suum, ut homines ad cultum patris sui boni invitaret; qui veniens legem* (Mosaicam) *quæ legem justitiæ continebat, commutavit Evangelio, quod continet legem præstantiæ. Æquum ergo cultores suos in ipsum concitasse, qui se potestati eorum*

M. Tria principia esse dico, Deum Christi Patrem bonum, et alterum opificem, tertium malum. Bonus enim neque est opifex malorum, neque ex muliere natus est, neque mundus hic effectus est ab ipso : sed alienus est ab omni malitia, omnique effectione, atque hæc ita se habere docebo. A. Principia tria esse posuisti. Quod pollicitus es, exsolvas necesse est. Principium enim mihi dici videtur, quod alicui præsit : quemadmodum etiam Dominus dicitur ex eo quod aliquibus dominetur. Doce igitur, cui tandem tria principia imperent. M. Principium id quod bonum est, Christianis imperat : quod autem efficit, Judæis : quod vero malum est, ethnicis. A. Suntne hi tres ejusdem voluntatis ac sententiæ, an nihil inter se commune habent? M. Nihil est eis inter se commune. A. Tres hi, num unanimi consensu finxerunt, aut effecerunt homines, an sibi quisque hominem condidit, cui etiam imperat? M. Non tres condiderunt homines, sed unus. A. Quisnam trium? M. Is qui Judæis imperat. A. Cum Judæorum Deus homines effecerit, quomodo aut cur bonus et malus hominibus præsunt? Opifex enim utrinque bonus esse ostenditur. Si ultro ac sponte eis permisit, non suis ac propriis præesse, opifex necessario bonus erit, utpote qui sua alienis concessit. Si propter opificis imbecillitatem bonus et malus arripuerunt, ipsi mali erunt, quippe qui aliena concupiscant. E. Eumne bonum esse dicis, qui ea quæ opificis erant, rapuit, alienisque imperat? Qui bonus esse potest is, qui rapit aliena? M. Non rapuit, sed misericordia permotus, filium ut bonum misit, nosque eripuit. A. Misereri, communis est quædam affectio, quæ ad proprium refertur. Communem illum sensum doloris utrorum tandem causa suscepit bonus, suorumne, an alienorum? M. Alienorum. A. Compassus est, ut bonis, an ut malis? M. Ut peccatoribus. A. Antequam peccarent homines, bonine ab opifice effecti sunt, an mali? Ut ergo bonos expetivit, aut ut malos. Si tanquam malos, mala appetet. Atqui bonus mala non appetit. Si ut bonos, erit opifex effector bonorum. Bonus igitur. Ex iis enim quæ quisque gerit, nominatur : misericors ex miserendo, aliaque eodem modo. M. Nec ut bonos appetivit, nec ut malos, sed intimis visceribus permotus, misertus est. E. Hoc vult Megethius, neque diem esse, neque noctem, sed medium quiddam his interjectum. Interpretetur igitur suam sententiam. Si nec bonos, nec malos homines conditos esse dicit, quid ergo inter bonum et malum interjectum est? M. Sunt ista sophismata. Ego enim ex Scripturis doceo tria principia esse. A. Parine potestate prædita sunt tria principia, an unum aliis præstat? M. Deus ista prohibeat! Non sunt paria. A. Quodnam igitur præstat? M. Boni

A τοῦ Χριστοῦ ἀγαθὸν, καὶ ἄλλον τὸν δημιουργὸν, καὶ ἕτερον τὸν πονηρόν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς οὔτε δημιουργός ἐστι τῶν κακῶν, οὔτε ἐκ γυναικὸς γεγέννηται, οὔτε κόσμος οὗτος ἐξ αὐτοῦ δεδημιούργηται· ἀλλότριος δὲ πάσης κακίας, καὶ παντὸς τοῦ δημιουργήματος· καὶ δείξω ταῦθ' οὕτως ἔχειν. A. Ἀρχὰς ἔφησας εἶναι τρεῖς· ἀνάγκη σε, ὃ ἐπηγγείλω, πληρῶσαι· ἀρχὴ γάρ μοι δοκεῖ λέγεσθαι διὰ τὸ ἄρχειν τινός· ὥσπερ καὶ Κύριος λέγεται διὰ τὸ κυριεύειν τινῶν· τίνος τοίνυν ἄρχουσιν αἱ τρεῖς ἀρχαί; Ἀποκρίνου. M. Ἡ ἀγαθὴ ἀρχὴ τῶν Χριστιανῶν ἄρχει· ἡ δὲ δημιουργικὴ, τῶν Ἰουδαίων· ἡ δὲ πονηρὰ, τῶν ἐθνικῶν. A. Ὁμόφρονες καὶ κοινωνοί εἰσιν οἱ τρεῖς, ἢ οὐδὲν κοινὸν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους; M. Οὐδὲν κοινὸν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους. A. Οἱ τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι ἔπλασαν ἢ ἐδημιούρ-
B γησαν τοὺς ἀνθρώπους, ἢ ἕκαστος ἑαυτῷ ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον, οὗ καὶ ἄρχει; M. Οὐχ οἱ τρεῖς ἔκτισαν τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλ' ὁ εἷς. A. Ποῖος τῶν τριῶν; M. Ὁ τῶν Ἰουδαίων. A. Τοῦ τῶν Ἰουδαίων Θεοῦ κτίσαντος τοὺς ἀνθρώπους, κατὰ ποῖον τρόπον ἢ ποίαν αἰτίαν ἄρχουσιν (9) ὁ ἀγαθὸς καὶ ὁ πονηρὸς τῶν ἀνθρώπων; Δείκνυται γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων ὁ δημιουργὸς ἀγαθός· εἰ μὲν ἑκὼν συνεχώρησεν αὐτοῖς τὸ οὐ τῶν ἰδίων ἄρχειν, ἔσται ἐξ ἀνάγκης ὁ δημιουργὸς ἀγαθὸς, ὁ τὰ ἴδια ἀλλοτρίοις χαρισάμενος· εἰ δὲ κατὰ ἀδυναμίαν τοῦ δημιουργοῦ ὁ ἀγαθὸς καὶ ὁ πονηρὸς ἀφήρπασαν, ἔσονται οὗτοι πονηροὶ (10), οἱ τῶν ἀλλοτρίων ἐφιέμενοι. E. Ἀγαθὸν λέγεις τὸν ἁρπάσαντα τὰ τοῦ δημιουργοῦ, καὶ ἄρχοντα τῶν ἀλλοτρίων; Πῶς οἷόν τέ ἐστιν ἀγαθὸν
C λέγεσθαι τὸν τὰ ἀλλότρια ἁρπάζοντα; M. Οὐχ ἥρπασεν, ἀλλ' ἐλεήσας, ἔπεμψε τὸν Υἱὸν ὡς ἀγαθὸν, καὶ ἐῤῥύσατο ἡμᾶς. A. Τὸ ἐλεεῖν τινα συμπάθειά τις πρὸς τὸ οἰκεῖόν ἐστιν γινομένη· συνεπάθησεν οὖν ὁ ἀγαθὸς ἰδίοις ἢ ἀλλοτρίοις; M. Ἀλλοτρίοις. A. Ὡς καλοῖς συνεπάθησεν (11) ἢ ὡς κακοῖς; M. Ὡς ἁμαρτωλοῖς. A. Πρὶν ἢ ἁμάρτωσιν οἱ ἄνθρωποι, καλοὶ πρὸς τοῦ δημιουργοῦ ἐκτίσθησαν ἢ κακοί; Ὡς οὖν καλῶν ἐπεθύμησεν ἢ ὡς κακῶν; Εἰ μὲν οὖν ὡς κακῶν, ἔσται κακῶν ἐπιθυμητής· ἀγαθὸς δὲ κακῶν οὐκ ἐπιθυμεῖ· εἰ δὲ ὡς ἀγαθῶν, ἔσται ὁ δημιουργὸς ἀγαθῶν ποιητής. Οὐκοῦν ἀγαθός. Ἐξ ὧν γὰρ πράττει τις, τὰς προσηγορίας λαμβάνει· ἐλεήμων ἐκ τοῦ ἐλεεῖν, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως. M. Οὔτε ὡς ἀγαθῶν, οὔτε ὡς κακῶν, ἀλλὰ σπλαγχνισθεὶς ἠλέησεν. E. Βούλεται
D λέγειν Μεγέθιος, ὅτι οὔτε ἡμέρα οὔτε νὺξ, ἀλλά τι μέσον τούτων· ἑρμηνευσάτω οὖν, τί ἐστιν ὃ λέγει. Εἰ μήτε καλοὺς λέγει τοὺς ἀνθρώπους ἐκτίσθαι μήτε κακούς· τί οὖν ἐστιν μεταξὺ καλοῦ τε καὶ κακοῦ; M. Ταῦτα σοφίσματά ἐστιν· ἐγὼ γὰρ δεικνύω ἀπὸ τῶν Γραφῶν, ὅτι τρεῖς εἰσιν ἀρχαί A. Ἰσοσθενεῖς εἰσιν αἱ τρεῖς ἀρχαὶ, ἢ ἑτέρα θατέρας διενήνοχε; M. Μὴ γένοιτο! οὐκ εἰσιν ἴσαι. A. Ποία οὖν προφερεστέρα; M. Ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰσχυροτέρα. A. Ὑπόκεινται αἱ ἀτονώτεραι ἀρχαὶ τῇ ἰσχυροτέρᾳ, ἢ οὔ; M. Ὑπόκειν-

permisit, adeo ut ipsum occiderent ; at resurrectione sua a mortuis homines captivos cepit, et redegit ad cultum patris sui. Wetstenius.

(9) *Ἄρχουσιν*. Ita recte habet codex Vaticanus, mendose autem Basileensis, ἄρχουσαν.

(10) *Οὗτοι πονηροί*, etc. Tertullianus lib. I, c. 23, *adversus Marcionem* : « Quid improbius quam ita alieno benefacere servo, ut domino eripiatur ; ut alii vindicetur, ut adversus caput Domini subornetur. » Vide Epiphan. hæres. XLII. Wetstenius.

(11) *Συνεπάθησεν*. Sic recte habet codex Vaticanus, vitiose autem Basileensis, συνεπάθησαν.

ται. Α. Οὐκοῦν κατὰ βούλησιν τοῦ κρείττονος αἱ ἥττονες (12) ἀρχαὶ πάντα πράττουσιν. Μ. Οὐ κατὰ βούλησιν αὐτοῦ οὗτοι τὰ πονηρὰ πράττουσιν· ἅπαξ δὲ ἰσχυρότερος αὐτῶν ἐστιν· καὶ γὰρ ὁ ἐλθὼν Χριστὸς καὶ τὸν διάβολον ἐνίκησε, καὶ τὰ τοῦ δημιουργοῦ δόγματα ἀνέτρεψεν. Α. Κατὰ βούλησιν τοῦ ἀγαθοῦ (13) εἰσιν οὗτοι; Μ. Οὔ. Α. Ἀγνοεῖ οὖν, ὅτι εἰσίν; Μ. Οὐκ ἀγνοεῖ. Ε. Ἔφης ἰσχυρότερον εἶναι τὸν ἀγαθόν· ἄλλως δὲ, καὶ μὴ βουλόμενον αὐτοὺς εἶναι· πῶς τοίνυν τοῦτο ἐνδέχεται; Εἰ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἰσχυρὸς, καὶ μὴ βουλόμενος εἶναι αὐτούς· εἰσὶ δὲ κατὰ τὸν σὸν λόγον· ἢ βούλεται αὐτοὺς εἶναι· ἢ οὐ δύναται αὐτοὺς ἀνελεῖν· ἢ ἀγνοεῖ, ὅτι εἰσίν. Μ. Ἐγὼ δύναμαι δεῖξαι, ὅτι φάλσα (14) ἐστὶ τὰ Εὐαγγέλια. Α. Ἀπὸ ποίων ἀποδείξεων ἔχεις δεῖξαι, ταῦθ' οὕτως ἔχειν; Μ. Ἀπ' αὐτῶν τῶν Εὐαγγελίων δεικνύω, ὅτι φάλσα ἐστίν. Α. Δέχῃ οὖν κἀμὲ, ἐκ τῶν Εὐαγγελίων δεικνύοντα, μὴ εἶναι πλαστά; Μ. Δέχομαι, ἐὰν δείξῃς· εἰπὲ δὲ πρῶτον τὰ ὀνόματα τῶν γραψάντων τὰ Εὐαγγέλια.

Α. Οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ γεγραφήκασιν, Ἰωάννης καὶ Ματθαῖος, καὶ Μάρκος, καὶ Λουκᾶς. Μ. Μάρκον καὶ Λουκᾶν οὐδὲ ἔσχε μαθητὰς ὁ Χριστός· ἐντεῦθεν ἐλέγχεσθε φάλσα ποιοῦντες. Διὰ τί γὰρ οἱ μαθηταὶ, ὧν γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, οὐκ ἔγραψαν, ἀλλ' οἱ μὴ ὄντες μαθηταί; Τίς οὖν ἐστι Λουκᾶς ἢ Μάρκος; ἠλέγχθητε ἐπὶ τούτῳ ὀνόματα γεγραμμένα (15) ἐν τῇ Γραφῇ προφέροντες. Ε. Ἔχων μαθητὰς ὁ Χριστὸς, οὐ μᾶλλον τούτοις ἐνεχείριζεν ἢ τοῖς μὴ οὖσι μαθηταῖς; Φαίνεταί μοι τοῦτο οὐ καλῶς ἔχειν· ἔδει γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοὺς ἐμπιστευθῆναι μᾶλλον. Α. Μαθηταί εἰσι καὶ οὗτοι τοῦ Χριστοῦ. Μ. Ποίησον ἀναγνωσθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ εὑρήσεις, ὅτι οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ταῦτα. Ε. Ἀναγνωσθήτω. Α. Τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἀνεγνώσθη τὰ ὀνόματα, οὐχὶ καὶ τῶν οϐ' (16). Ε. Πόσους ἔσχεν ὁ Χριστὸς ἀποστόλους; Α. Πρώτους ἀπέστειλεν ιϐ', καὶ μετὰ ταῦτα οϐ', εὐαγγελίσασθαι. Μάρκος οὖν καὶ Λουκᾶς, ἐκ τῶν οϐ' ὄντες, Παύλῳ τῷ ἀποστόλῳ εὐηγγελίσαντο. Μ. Ἀδύνατον ὅτι ποτὲ εἶδον οὗτοι Παῦλον. Α. Δεί-

A principium potestate præstat. A. Subjecta necne sunt imbecilliora principia ei quod est potentius? M. Subjecta sunt. A. Omnia igitur pro arbitratu superioris, inferiora principia faciunt. M. Non ex ejus voluntate hi mala agunt, sed omnino eis potentia præstat. Etenim Christus adventu suo et diabolum vicit, et opificis decreta sustulit. A. Suntne hi opificis voluntate? M. Non sunt. A. Eos ergo esse nescit. M. Non ignorat. E. Dixisti valentiorem esse bonum, ac præterea nolle eos esse: qui hoc fieri potest? Si enim ipse est valentior, neque eos esse vult, et tamen sunt, ut dicis: profecto vel eos vult esse, vel eosdem tollere de medio non potest; vel certe eos esse ignorat. M. Ego Evangelia falsa esse docere possum. A. Quibus rationibus ista do- B cere potes? M. Ex ipsis Evangeliis ea falsa esse doceo. A. Credesne mihi Evangelia non esse ficta ex eis docenti? M. Credo, si doceas. Dic primum nomina eorum qui Evangelia scripserunt.

A. Christi discipuli scripserunt, Joannes, Matthæus, Marcus, et Lucas. M. Marcum et Lucam discipulos Christus non habuit: hinc falsitatis convincimini. Cur enim discipuli quorum nomina in Evangelio scripta sunt, non scripserunt, sed ii qui non sunt discipuli? Quis ergo est Lucas, aut Marcus? hoc ipso convicti estis proferre nomina quæ in Evangelio non scripta sunt. E. Christus, cum discipulos haberet, non magis eis scribendi Evangelii munus commisit, quam iis qui discipuli non erant? Hoc mihi non belle se habere videtur. Discipulis enim C ipsis potius onus illud imponi debebat. A. Hi quoque sunt Christi discipuli. M. Fac recitetur Evangelium: tumque invenies hæc scripta non esse nomina. E. Recitetur. A. Duodecim apostolorum nomina recitata sunt, non etiam septuaginta duorum. E. Quot Christus habuit apostolos? A. Primos misit duodecim, deinde septuaginta duos, qui Evangelium nuntiarent. Marcus ergo et Lucas cum ex septuaginta duobus essent, Paulo apostolo Evangelium exposue-

(12) *Ἥττονες*. Codex Vaticanus in textu habet, ἡττότεραι. et in margine ἥττονες.

(13) *Τοῦ ἀγαθοῦ*. Codex Regius secundus habet, Δημιουργοῦ· In margine codicis Th. Gal. scribitur ἀγαθοῦ.

(14) *Φάλσα*. Codex Regius secundus habet ψευδῆ, et paulo post πλαστά. Φάλσα autem Latina vox est, sed a Græcis recepta, uti plures aliæ. Glossæ Basilic. φάλσα, ψεῦδος, *falsum*, *mendacium*. Marcion criminabatur corrupta esse Evangelia: unde quatuor evangelistas calumniis lacerat Megethius; quamvis a magistro Evangelium Lucæ fuerit adoptatum et absolute ab eo *Evangelium* appellatum: sed titulis erasis, et libro varie truncato, dissimulavit id falsarius, seque Evangelia purgasse jactavit. WETSTEN.

(15) *Ὀνόματα γεγραμμένα*. Lege ὀνόματα οὐ γεγραμμένα. Ita habebat etiam codex doctissimi Pici, vertit enim, « Proferre nomina non scripta in Scriptura. » ID.

(16) *Οὐχὶ καὶ τῶν οϐ'*. Septuaginta duos misisse Christum discipulos, tradunt interpres Persicus, Hieronymus, Augustinus, interpres Vulgatus, Epiphanius hæres. xx, n. 4; Gregorius Magnus, homil. 17 *in Evang.*; Beda *Comment. in Lucæ* cap. x, et homil. *in die S. Lucæ*; Rabanus Maurus *De instit. cler.*, lib. II, c. 53; Eucherius *De form. Spirit.*, cap. 11; Gregor. Abulpharajus, *Hist. Dynast.* 7, p. 72. Unde hauserint, inquirendum est. Græci codices tantum ἑϐδομήκοντα, *septuaginta*, numerant. Idem observant Syrus interpres, et Arabs; Tertullianus lib. IV *adv. Marcionem*, cap. 24: « Adlegit D et alios septuaginta apostolos super duodecim. Quo enim duodecim? secundum totidem fontes in Elim, si non et septuaginta secundum totidem arbusta palmarum? Dositheus in *Synopsi*, Clemens lib. v *Hypotyposeon*; Ambros. lib. VII *Comment. in Luc.*, cap. x. Forte in nonnullis codicibus (quorum aliquot observavit Brianus Waltonus, in variantibus lectionibus Græcis Novi Testamenti tom. VI *Bibl. Polyglott.* insertis) e sequenti linea vocabulum δύο fuit translatum in superiorem: unde numeri diversitas. Vel uti conjicit Suicerus, vocantur numero, ut appellant, rotundo septuaginta tantum, minore numero dempto, cum septuaginta duo fuerint. Sic Epiphanius pag. 1081: Ἑϐδομήκοντα δύο ἑρμηνεύσαντες ἐπὶ Πτολεμαίου· διὰ δὲ τὴν συντομίαν εἰώθαμεν λέγειν τῶν ἑϐδομήκοντα τὴν ἑρμηνείαν. « LXXII Interpretes fuere sub Ptolemæo: sed compendii gratia consuevimus vocare versionem LXX. » Ibidem plura exempla enarrat. ID.

runt. M. Fieri non potest, ut isti unquam Paulum viderint. A. Doceo Apostolum ipsum Marco atque Lucæ testimonium dicere. M. Falso tuo apostolico fidem non habeo. A. Profer apostolicum tuum, licet maxima ex parte mutilatum sit; tumque docebo Marcum et Lucam Paulo operam dedisse. E. Doce.

A. Lego sub finem Pauli Epistolæ ad Colossenses [a]: *Salutat vos*, inquit, *Aristarchus concaptivus meus, et Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata, ut veniat ad vos : suscipite ergo eum : et Jesus qui dicitur Justus : qui sunt ex circumcisione : hi soli mei sunt adjutores in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio :* et quæ sequuntur, *Salutat vos Lucas et Demas.* Demonstrationes ex Epistola protuli. Vides etiam Apostolum ipsum testimonium illis dare. E. Perspicua est conclusio quæ ex his sumpta est. M. Ego aliunde Evangelia falsa esse demonstro. Ait enim Apostolus *Evangelium unum :* vos autem quatuor dicitis A. Evangelistæ quidem quatuor sunt, sed Evangelium unum. Unum enim Christum nuntiaverunt, idemque dixerunt. Ac si unusquisque eorum alium atque alium Christum prædicavit, aut

κνυμι αὐτὸν τὸν Ἀπόστολον μαρτυροῦντα Μάρκῳ καὶ Λουκᾷ. M. Τῷ σῷ φάλσῳ οὐ πιστεύω ἀποστολικῷ. A. Προένεγκε τὸ ἀποστολικόν σου, εἰ καὶ τὰ μάλιστα περικεκομμένον ἐστί (17)· καὶ δείκνυμι, ὅτι Μάρκος καὶ Λουκᾶς συνήργησαν Παύλῳ. E. Δεῖξον.

A. Ἀναγινώσκω ἐν τοῖς τελευταίοις τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς Παύλου· *Ἀσπάζεται ὑμᾶς*, φησὶν, *Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου, καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα* (18), *περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολὰς, ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς· δέξασθε οὖν αὐτόν· καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος, οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς· οὗτοι μόνοι μού εἰσι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία·* καὶ τὰ ἑξῆς, *Ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς, καὶ Δημᾶς.* Παρέσχον τὰς ἀποδείξεις (19) τῆς ἐπιστολῆς. Ὁρᾷς, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπόστολος μαρτυρεῖ αὐτοῖς; E. Δήλη ἡ παρὰ τούτων ἀπόδειξις. M. Ἐγὼ ἐλέγχω ἑτέρωθεν, ὅτι φάλσα ἐστὶν τὰ Εὐαγγέλια. Λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος *ἓν Εὐαγγέλιον*, ὑμεῖς δὲ τέσσαρα λέγετε (20). A. Εὐαγγελισταὶ μὲν τέσσαρες, Εὐαγγέλιον δὲ ἕν· ἕνα γὰρ Χριστὸν εὐηγγελίσαντο, καὶ τὸ αὐτὸ ἔφρα-

[a] Coloss. IV, 10, 11, 14.

(17) *Τὸ ἀποστολικόν σου, εἰ καὶ τὰ μάλιστα περικεκομμένον ἐστί.* Quando Megethius calumniatur, falsum esse *Apostolicum* Adamantii, intelligit omnes Epistolas apostolorum, XIV Pauli, et VII Catholicas : scilicet Petri II, Joannis III, Jacobi I, et Judæ I. Sed retorquet Adamantius crimen in adversarium, dicitque Marcionis *Apostolicum* (sic enim hæretico nominare placuit) detruncatum esse ; et quidem merito : nam Pauli tantum Epistolas continebat, easque non omnes, sed tantum decem, e quibus pariter multa resecuit, immutavit, adulteravit. Irenæus lib. I, cap. 27 : « Similiter (Marcion) et Apostoli Pauli Epistolas abscidit, auferens quæcunque manifeste dicta sunt ab Apostolo de eo Deo qui mundum fecit. » Tertullianus lib. IV *adversus Marcionem*, cap. 5, per sarcasmum Paulum vocat *hæreticorum Apostolum :* nimirum quia reliquis repudiatis hunc sibi Marcion elegerat. Et ut omnia in melius mutata crederentur, pervertit etiam hæresiarcha ordinem Epistolarum, primo loco ponens Epistolam ad Galatas, deinde primam et secundam ad Corinthios ; quarto, Epistolam ad Romanos ; quinto, et sexto Epistolas ad Thessalonicenses ; septimo, Epistolam ad Ephesios ; octavo, Epistolam ad Colossenses ; nono Epistolam ad Philemonem ; decimo, Epistolam ad Philippenses, teste Epiphanio, hæres. 42. Omnibus præposuit Epistolam ad Galatas : quia, consentiente etiam Tertulliano lib. V *adversus Marcionem*, cap. 2, « Principalis est adversus Judaismum Epistola. » Qua temeritate sperabat se facilius diversitatem principiorum obtenturum. De Epistola ad Ephesios hoc observat Tertullianus eodem libro, cap. 17 : « Ecclesiæ quidem veritate Epistolam istam ad Ephesios habemus emissam, non ad Laodicenos : sed Marcion ei titulum aliquando interpolare gestiit, quasi et in isto diligenti simus explorator. » Epiphanius paulo aliter rem narrat : scribit enim Marcionem supra enarratis decem Epistolis partem aliquam Epistolæ ad Laodicenos superaddidisse. Sed quantum ex testimoniis ab Epiphanio allatis colligi potest, ex ærasis locis Epistolæ ad Ephesios fuit illa particula conflata. De Epistola ad Philemonem scribit Tertullianus cap. 21 ejusdem libri : « Soli huic Epistolæ brevitas sua profuit, ut falsarias manus Marcionis evaderet. » Unde miror cur Epiphanius scribat pag. 163 edit. Basil. 1544 : Ἀπὸ ταύτης τῆς πρὸς Φιλήμονα οὐδὲν παρεθέμεθα, διὰ τὸ ὁλοσχερῶς αὐτὴν διαστρόφως παρ' αὐτῷ κεῖσθαι. « Ex hac Epistola ad Philemonem nihil apposuimus, quia omnia a Marcione perversa sunt. » Forsitan ejus discipuli sceleratas manus ei intulere. Sic enim de iis Tertullianus lib. IV *advers. Marcionem*, cap. 5 : « Quotidie reformant illud, prout a nobis quotidie revincuntur. » Idem refert Adamantius infra sect. V. Quam ob rem autem Marcion Epistolas ad Timotheum et Titum rejecerit, Tertullianus sic exponit lib. V, cap. 21 : « Miror tamen cum ad unum hominem litteras factas receperit, quid ad Timotheum duas, at unam ad Titum de Ecclesiastico statu compositas recusaverit. Affectavit, opinor, etiam numerum Epistolarum interpolare. » Epiphanius pag. 142 edit. Basil. 1544, asserit Epistolas ad Timotheum, ad Titum, et ad Hebræos a Marcione repudiari, ὡς οὐ πληρεστάτων οὐσῶν, ἀλλὰ ὡς ἐν παραχαράξει, « quasi non integræ essent, sed adulteratæ. » De Epistola ad Hebræos mirum non est, eam a Marcione non admitti, cum fere tota ex Veteris Testamenti testimoniis et exemplis sit confecta, adeoque e diametro cum ejus dogmatibus pugnet, quorum scopus erat ostendere Novo Testamento cum Veteri nihil esse commune : imo ea potius inter se dissentire, et uno everti alterum, quia a diversis principiis, bono scilicet et malo, originem trahant. Quæ autem loca Epistolarum Paulinarum singula corrupta fuerint a Marcione, per totam hanc disputationem palam fiet. Consulatur insuper Tertullianus lib. V *adv. Marcionem*, Origenes *in Epist. ad Rom.* cap. XVI, lib. X, et Epiphanius, qui plenissime hoc argumentum tractarunt. Addam gravissimum judicium Hieronymi de Marcionitica emendatione Scripturarum, e proœm. epist. ad Titum.

(18) *Καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα.* Marcus iste consobrinus Barnabæ non idem est ac Marcus evangelista, ut falso existimavit Adamantius, sed idem qui Joannes Marcus de quo in Actibus apostolorum XV, 37-39, et II Timoth. IV, 11.

(19) Codex Vaticanus, recte, παρέσχον τὰς ἀποδείξεις. Regius secundus, παρέσχοντας ἀποδείξεις. Wetsten., παρέχοντας ἀποδείξεις.

(20) Codex Vatic., recte, λέγετε· Wetsten., λέγεται.

σαν· εἰ μὲν οὖν ἕκαστος αὐτῶν ἄλλον καὶ ἄλλον Χριστὸν ἀνηγόρευσεν, ἢ εὐηγγελίσατο, εὖ λέγεις· εἰ δὲ τέσσαρες περὶ ἑνὸς Χριστοῦ λέγουσιν, οὐκέτι τέσσαρα, ἀλλὰ ἕν. Μ. Ὁ Ἀπόστολος οὐκ εἶπε, Κατὰ τὰ Εὐαγγέλιά μου, ἀλλὰ, *Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου* (21). Ἴδε πῶς λέγει ἓν εἶναι. Καὶ λέγει· *Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίσεται παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.* Ἐκείνου λέγοντος ἓν εἶναι, πῶς ὑμεῖς τέσσαρα λέγετε; Α. Εὐαγγέλιον καὶ ἡμεῖς φαμεν ἕν· εὐαγγελισταὶ δὲ τέσσαρες. Μ. Οὐδὲ οἱ τέσσαρες εὐαγγελισταὶ, ἀλλ' οὐδὲ εἷς· λέγει γὰρ, ὅτι· *Οὐκ ἔστιν ἄλλο κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου· εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, καὶ θέλοντες μεταστρέψαι εἰς ἕτερον Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.* Α. Παύλου λέγοντος, πλείους εἶναι τοὺς εὐαγγελιστὰς, πῶς φὴς ἕνα εἶναι; Μ. Οὐκ εἶπεν, ὅτι πολλοὶ εὐαγγελισταί. Α. Ἔχω μετὰ χεῖρας τὸν Ἀπόστολον, καὶ δείκνυμι λέγοντα ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ· *Ἀλλὰ κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα. Εὐηγγελισάμεθα* (22) εἶπεν· εἰ γὰρ εἷς ἦν, ἔλεξεν ἄν· Παρ' ὃ εὐηγγελισάμην. Τὸ δὲ *εὐηγγελισάμεθα* πολλοὺς σημαίνει. Ε. Τὸ *εὐηγγελισάμεθα* πολλῶν ἐστιν, καὶ οὐχ ἑνός. Μ. Οὐ τούτους λέγει, ἀλλὰ Σιλουανὸν καὶ Τιμόθεον. Ε. Τὸ πρότερον λέγων Παῦλον μόνον εἶναι εὐαγγελιστὴν, νῦν καὶ ἄλλους ὡμολόγησας· ἐξὸν οὖν καὶ τοὺς λοιποὺς μαθητὰς εὐαγγελίσασθαι. Εἰ γὰρ Σιλουανὸς (23), καὶ Τιμόθεος, καὶ Παῦλος εὐηγγελίσαντο, λέγει δὲ Παῦλος, *Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου*, εἰκὸς, πολλῶν ὄντων εὐαγγελιστῶν, ἓν λέγεσθαι τὸ Εὐαγγέλιον. Μ. Διαφωνοῦσι τὰ Εὐαγγέλια, καὶ ἄλλα καὶ (23*) ἄλλα λέγουσιν· ὅθεν φαίνεται φάλσα. Α. Ἄλλον καὶ ἄλλον Χριστὸν εὐαγγελίζονται; ἐν τούτῳ οἴει διαφωνεῖν; Μ. Οὐχ, ἀλλ' ἀντίκειται. Α. Ὅρισαι ὃ βούλει. Νοητὰς εἶναι λέγεις τὰς Γραφὰς, ἢ ψιλάς (24); καὶ ἐὰν βούλῃ, φρά-

A nuntiavit, vera est tua oratio: sin autem quatuor de uno Christo loquuntur, non jam quatuor sunt, sed unum. M. Apostolus non dixit, secundum Evangelia mea, sed, *Secundum Evangelium meum.* Ecce ut ait unum esse. Ait etiam, *Si quis vobis evangelizaverit præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit* [3]. Cum ille unum esse dicat, quo ore vos quatuor dicitis? Cum ille unum esse dicat, quo ore vos quatuor dicitis? A. Evangelium etiam nos unum dicimus. Evangelistæ autem sunt quatuor. M. Nec quatuor sunt evangelistæ, nec unus. Dicit enim [4]: *Non est aliud secundum Evangelium meum, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, et volunt convertere in aliud Evangelium Christi.* A. Cum Paulus plures evangelistas esse dicat, cur unum ais esse? M. Non dixit B multos esse evangelistas. A. Habeo in manibus Apostolum, eumque dicere ostendo in Epistola ad Galatas [5]: *Sed licet nos, aut angelus de cœlo evangelizaverit vobis, præterquam quod evangelizavimus. Evangelizavimus* dixit. Si enim unus fuisset, dixisset, præterquam quod evangelizavi. Illud autem verbum numeri pluralis, *evangelizavimus*, multos significat. E. Verbum hoc, *evangelizavimus*, multorum est, non unius. M. Non hos dicit, sed Silvanum et Timotheum. E. Cum prius dixeris Paulum solum esse evangelistam, nunc etiam alios esse concessisti. Ex quibus illud sequitur, licuisse etiam cæteris discipulis Evangelium prædicare. Si enim Silvanus et Timotheus ac Paulus Evangelium nuntiaverunt, Paulus autem ait, *Secundum Evangelium* C *meum*: par est, cum multi evangelistæ sint, unum Evangelium dici. M. Discrepant dissidentque inter se Evangelia, alia atque alia dicunt: ex quo falsa illa esse constat. A. Aliumne atque alium Christum prædicant? Num in hoc ea discrepare existimas?

[3] Rom. II, 16; XVI, 25; II Tim. II, 8; Galat. I, 8, 9. [4] ibid. I, 7. [5] ibid. 8.

(21) *Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου.* Origenes tom. V *in Evang. Joan.*: Ἔτι προσθήσω ῥητὸν ἀποστολικὸν, μὴ νενοημένον ὑπὸ τῶν τοῦ Μαρκίωνος, καὶ διὰ τοῦτο ἀθετούντων τὰ Εὐαγγέλια. Τὸ γὰρ τὸν Ἀπόστολον λέγειν, « Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, » καὶ μὴ φάσκειν « Εὐαγγέλια, » ἐκεῖνοι ἐφιστάντες φασὶν, οὐκ ἂν πλειόνων ὄντων Εὐαγγελίων, τὸν Ἀπόστολον ἑνικῶς τὸ Εὐαγγέλιον εἰρηκέναι· οὐ συνιέντες, ὅτι ὡς εἷς ἐστιν, ὃν εὐαγγελίζονται πλείονες, οὕτως ἓν ἐστι τῇ δυνάμει τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν Εὐαγγέλιον ἀναγεγραμμένον, καὶ τὸ ἀληθῶς διὰ τεσσάρων ἓν ἐστιν Εὐαγγέλιον. « Addam præterea dictum Apostoli nunquam intellectum ab iis qui Marcionem assectantur, quique propterea Evangelia e medio tollunt. Cum enim Apostolus dicat: « *Juxta Evangelium meum in Christo Jesu:* » non autem: « *juxta Evangelia,* » illi instant et dicunt ideo Apostolum in singulari numero dixisse « *Evangelium,* » quia plura non sint Evangelia: non intelligentes, sicut unus est, quem plures prædicant; sic unum esse virtute, quod a multis scriptum est Evangelium. Et revera quod per quatuor scriptum est, unum est Evangelium. » Illis quidem verbis Paulum Lucæ Evangelium indigitasse, non solum Marcionitæ, sed etiam alii tradiderunt. Eusebius *Hist. eccles.* lib. III, c. 4: Φασὶ δὲ, ὡς ἄρα τοῦ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίου μνημονεύειν ὁ Παῦλος εἴωθεν, ὁπηνίκα ὡς περὶ ἰδίου τινὸς Εὐαγγελίου γράφων ἔλεγε· « Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου. » « Hujus (Lucæ) porro Evangelium aiunt a Paulo designari solitum esse, quoties tanquam de proprio quodam Evangelio sermonem faciens diceret, « *secundum Evangelium meum.* » Clemens autem in Epist. ad Corinth. intelligit Epistolas Paulinas. Verum de his vide notas Cl. Huetii in Origenem. WETSTENIUS.

(22) *Εὐηγγελισάμεθα.* Hoc verbum desideratur in codicibus mss. sed hic inserendum visum est, utpote quod textus series requirebat.

(23) *Σιλουανός.* Sic habet codex Vaticanus; alii, Σιλβανός.

D (23*) *Καί.* Forte ejiciendum istud καί, utpote redundans. EDIT.

(24) *Νοητὰς εἶναι λέγεις τὰς Γραφὰς, ἢ ψιλάς;* Distinctio hæc est vere Origenica. Origen. lib. II *contra Celsum*, num. 69: Τὰ συμβεβηκέναι ἀναγεγραμμένα τῷ Ἰησοῦ, οὐκ ἐν ψιλῇ τῇ λέξει καὶ τῇ ἱστορίᾳ τὴν πᾶσαν ἔχει θεωρίαν τῆς ἀληθείας· ἕκαστον γὰρ αὐτῶν καὶ σύμβολόν τινος αὐτῶν εἶναι παρὰ τοῖς συνετώτερον ἐντυγχάνουσι τῇ Γραφῇ ἀποδείκνυται. « Quæ Jesu contigisse scribuntur, ex nudis litteris solaque historia consideranda non sunt, quasi tota in iis veritas consisteret. Nihil enim eorum est, quod alterius cujusdam rei signum esse non animadvertant ii qui Scripturas prudentius legunt. » Idem lib. VII *contra Celsum*, num. 20: Ὁ Νόμος διττός ἐστιν, ὁ μέν τις πρὸς ῥητὸν, ὁ δὲ πρὸς διάνοιαν. « Lex duplex est, altera litteralis, spiritualis altera. » Vide eumdem apud Pamphilum in *Apologia*, et lib. IV *De principiis*, cap. 2 et alibi passim. WETSTENIUS.

M. Non, sed sunt contraria. A. Statue quod voles, num spiritales, an nudas Scripturas esse velis : ac si placet, pronuntia, ut ita instituatur disputatio. M. Nudas, et quemadmodum scriptum est, sic habet, et aliud nihil. A. Christus quidem ait, *Filius hominis sum* [6]. Estne hominis filius tua sententia, ac non Dei ? M. Christus Dei est Filius. E. Dicebas ea quæ scripta sunt, ita habere. Quomodo igitur Dei est Filius, cum filium hominis se esse dicat? M. Parabola, cum hominis filium se esse dicebat, usus est. E. Parabola mentene an sensu intelligitur? M. Mente. E. Quomodo igitur dicebas, nudas esse Scripturas ? Spiritales igitur sunt, et non nudæ : et in quo verbis discrepare videntur, intelligentia eadem invenitur. M. Partim ex mente, partim ex verbis spectantur. E. Videris mihi instabili sententia circumferri. M. Ubi parabola inscripta est, illa sunt spiritalia ; cætera vero nude sunt accipienda. A. Docesne de filio hominis parabolam inscriptam? Recognosce non esse inscriptam parabolam. Quibus tandem locis doces, illum esse Dei Filium? Alterutrum enim necessario concedes. Tua enim sententia aut mendax Christus invenitur, quod cum homo non esset, tamen se filium hominis esse professus sit : aut spiritales sunt Scripturæ omnes, etiamsi non inscripta sit parabola. Itaque omnem Scripturam divinitus inspiratam Paulus esse dicit [7] : atque in spiritu, omnis earum invenitur consensio : aut spiritales sunt Scripturæ omnes, nec jam ea quæ nude scripta sunt, vera sunt atque aperta. M. Unum esse Evangelium ostendam. A. Quisnam Evangelium scripsit, quod unum esse dixisti? M. Christus. A. Num Dominus ipse ita scripsit, *Crucifixus sum, et resurrexi tertia die ?* Itane scribit? M. Apostolus Paulus addidit. A. Aderatne Paulus tum, cum Christus in crucem actus est? M. Ipse simpliciter Evangelium scripsit. A. Si eum non interfuisse docuero, sed postea illum persecutum esse eos qui Ecclesiæ erant, efficieris Christianus?

A σον, ἵνα οὕτως ἡ ἐξέτασις γένηται. M. Ψιλὰς, καὶ ὥσπερ γέγραπται οὕτως ἔχει, καὶ οὐδὲν ἄλλο. A. Λέγει οὖν ὁ Χριστὸς, ὅτι· *Υἱὸς ἀνθρώπου εἰμί·* υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶν κατὰ σὲ, καὶ οὐ Θεοῦ ; M. Ὁ Χριστὸς Θεοῦ ἐστιν Υἱός. E. Ἔφης τὰ γεγραμμένα οὕτως ἔχειν· πῶς οὖν ἐστιν Υἱὸς Θεοῦ, ἑαυτὸν λέγων Υἱὸν ἀνθρώπου ; M. Παραβολῇ ἐχρήσατο, λέγων Υἱὸν ἀνθρώπου. E. Παραβολὴ νοητή ἐστιν ἢ αἰσθητή ; Νοητή. E. Πῶς οὖν ἔφης ψιλὰ εἶναι τὰ τῶν Γραφῶν ; Οὐκοῦν νοητά ἐστιν καὶ οὐ ψιλὰ (25), καὶ εἰς ὃ δοκοῦσι τῇ λέξει διαφωνεῖν, ὁ νοῦς ὁ αὐτὸς εὑρίσκεται. M. Τὰ μὲν νοητὰ, τὰ δὲ ψιλά. E. Δοκεῖς μοι ἀστάτῳ γνώμῃ φέρεσθαι. M. Ὅπου παραβολὴ ἐπιγέγραπται, ἐκεῖνά ἐστι νοητὰ, τὰ δὲ ἄλλα ψιλά. A. Δεικνύεις οὖν ὅτι περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου παραβολὴ ἐπι-
B γέγραπται ; Ἀνάγνωθι, ὅτι οὐκ ἐπιγέγραπται παραβολή· πόθεν οὖν δεικνύεις, ὅτι Υἱὸς Θεοῦ ἐστιν ; Τῶν δύο γὰρ θάτερον ὁμολογήσεις. Κατὰ γὰρ τὰ σοὶ δόξαντα ἢ ψεύστης εὑρίσκεται ὁ Χριστὸς, ὅτι μὴ ὢν ἄνθρωπος ἑαυτὸν ἔλεγεν Υἱὸν ἀνθρώπου· ἢ νοηταί εἰσι πᾶσαι αἱ θεῖαι Γραφαὶ, εἰ καὶ μὴ ἐπιγέγραπται παραβολὴ (διὸ καὶ πᾶσα θεόπνευστος εἴρηται παρὰ τοῦ Ἀποστόλου), καὶ ἐν νοῒ αὐτῶν ἡ συμφωνία εὑρίσκεται· ἢ νοηταί εἰσι πᾶσαι αἱ Γραφαὶ (26), καὶ οὐκ ἤδη τὰ γεγραμμένα ψιλὰ, ταῦτά ἐστιν τὰ ἀληθῆ καὶ σαφῆ. M. Δείξω, ὅτι ἕν ἐστι τὸ Εὐαγγέλιον. A. Τίς ἐστιν ὁ γράψας τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο, ὃ ἔφης εἶναι ἕν ; M. Ὁ Χριστός (27). A. Αὐτὸς ὁ Κύριος ἔγραψεν, ὅτι· *Ἐσταυρώθην, καὶ ἀνέστην τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ;* Οὕτω γράφει ; M. Ὁ ἀπόστολος Παῦλος προσέθηκεν. A. Πα-
C ρῆν γὰρ Παῦλος ἐν τῷ σταυρωθῆναι τὸν Χριστόν ; M. Αὐτὸς ἔγραψε τὸ Εὐαγγέλιον ἁπλῶς. A. Ἐὰν οὖν δείξω, ὅτι οὐ παρῆν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα ἐδίωκε τοὺς τῆς Ἐκκλησίας, γίνῃ Χριστιανός ; M. Οὐ γάρ εἰμι Χριστιανός ; A. Πῶς εἶ Χριστιανὸς (28), ὃς οὐδὲ ὄνομα Χριστιανοῦ κατηξίωσαι φέρειν ; οὐ γὰρ Χριστιανὸς ὀνομάζῃ (29), ἀλλὰ Μαρκιωνιστής. M. Καὶ ὑμεῖς τῆς Καθολικῆς λέγεσθε (30)· οὐκ ἐστὲ οὖν Χριστιανοὶ, οὔτε ὑμεῖς. A Εἰ ἀνθρώπου τὴν προσ-

[6] Luc. VI, 5. [7] I Tim. III, 16.

(25) *Οὐ ψιλά.* Οὐ deest in omnibus mss.; interponendam autem esse hanc particulam, sententia Adamantii videtur postulare. Negat enim, contra hæreticum id asserentem, Scripturam nudis litteris aut verbis constare; nec dissentit Eutropius. Tum postea Megethii est opinio partim intelligibilia, partim nuda esse quæ in Scripturis traduntur. Eam Eutropius inconstantiæ arguit. Non igitur potest ei ascribi, nec etiam quadrarent connexa sequentia. WETST.

(26) *Ἡ νοηταί εἰσι πᾶσαι αἱ Γραφαί.* Quanquam hæc præ se ferunt omnes codices mss., videntur tamen Wetstenio facile posse abesse , quia inconcinna sunt, et forsan e proxima periodo describentis oscitantia repetita.

(27) *Ὁ Χριστός.* Megethius ideo tradit Christum auctorem Evangelii, quia Marcion, quamvis Lucam adoptarit, titulos tamen omnes eraserat, « ut, » teste Irenæo lib. I , « suaderet discipulis suis, semetipsum veraciorem quam sunt hi, qui Evangelium tradiderunt apostoli : non Evangelium, sed particulam Evangelii, tradens eis. » Vide Tertullian. lib. IV *adversus Marcionem*, cap. 2. WETSTENIUS.

(28) *Πῶς εἶ Χριστιανός.* Photius in *Nomocan.*, tit. 12, c. 3 : Οὐ λέγονται οἱ Νεστοριανοι χριστιανοὶ, ἀλλὰ Σιμωνιανοὶ, ὥσπερ οἱ Αρειανοὶ Πορφυριανοί. « Nestoriani non vocantur Christiani, sed Simoniani, sicut Ariani Porphyriani dicuntur. » De Marcionitis modo Hieronymus : « Miror quomodo sibi D Christianorum nomen audeant vindicare. » Sed quod non sunt, vocari tamen amant, teste Theodoreto *Hæret. fabul.* lib. I, p. 191. Vide Epiphan. hæres. 29, num. 6; hæres. 27, num. 3; Theodoret. præfat. lib. II *Hæretic. fabul.* pag. 216 et Cyrill. Hierosol. *Cateches.* VI. WETSTENIUS.

(29) *Ὀνομάζῃ.* Sic recte habet codex Vaticanus; male alii, ὀνομάζει. Quod autem hic Adamantius, idem Tertullianus lib. I *Carm. advers. Marcionem*, exprobrat Marcionistis :

Nec venit in mentem, quod vos a nomine Christi
Seductos, ad Marcionis tulit infima nomen.

Confer Codicis lib. I, tit. 5, § 6, *De nominibus hæreticorum.* WETSTENIUS.

(30) *Τῆς Καθολικῆς λέγεσθε.* Augustinus *De vera relig.*, c. 7 : *Velint nolintve ipsi quoque hæretici, et schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, Catholicam nihil aliud quam Catholicam vocant. Non enim possunt intelligi, nisi*

ωνυμίαν ἐκεκτήμεθα, καλῶς ἔλεξας· εἰ δὲ διὰ τὸ καθ' ὅλου τοῦ κόσμου εἶναι λεγόμεθα, τί ἐν τούτῳ φαῦλον; M. Δεῖξον οὖν εἰ οὐκ ἔξεστιν ὄνομα ἀνθρώπου φέρειν. A. Ἔτι δείκνυμι οὐ μόνον ἐπισκόπου μὴ ἐξὸν εἶναι (31) φέρειν ὄνομα, ἀλλὰ μηδὲ ἀποστόλου. Τίς μείζων ἦν; Μαρκίων ἢ Παῦλος; M. Παῦλος. A. Ἄκουε οὖν, εἰ βούλει, τοῦ διενηνοχότος Παύλου προστάσσοντος· *Ἠκούσταί μοι*, φησὶν, *ὑπὸ τῶν Χλόης, ὅτι ἔριδές εἰσιν ἐν ὑμῖν· ὃς μὲν γὰρ ὑμῶν λέγει, Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ. Μεμέρισται ὁ Χριστός; μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν, ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου ἐβαπτίσθητε;* M. Σύ μοι ἐπιφέρεις τὸ ὄνομα· Ἐγὼ Χριστιανὸς λέγομαι· καὶ γὰρ ὧδε λέγονται Σωκρατιανοί τινες (32). A. Ἐγὼ τὸ Σωκράτους ὄνομα ἀρνοῦμαι, οὐκ εἰδὼς τίς ἐστιν. E. Εἰ ἀλλήλοις ἐπιφέρετε (33) τὰ ὀνόματα, ἀνάγκη ἀμφοτέρους ἀρνήσασθαι. A. Οὔτε οἶδα τίς ἐστιν Σωκράτης· ἀρνεῖται καὶ οὗτος Μαρκίωνα; M. Μαρκίων ἐπίσκοπός μου ἦν (34). A. Ἐξ ὅτου Μαρκίων ἐτελεύτησεν, τοσούτων ἐπισκόπων, μᾶλλον δὲ ψευδεπισκόπων, παρ' ὑμῖν διαδοχαὶ γεγόνασι· διὰ τί μὴ τῇ τῶν διαδόχων ἐπωνυμίᾳ κέχρησθε, ἀλλὰ τοῦ σχισματοποιοῦ (35) Μαρκίωνος; E. Τοῦ ἀποστόλου Παύλου αἰτιωμένου, διὰ τὸ τινὰς ἐπ' ὀνόματος αὐτοῦ, ἢ Ἀπολλῶ, ἢ Κηφᾶ φέρεσθαι, δείκνυται, μὴ δεῖν ὀνόματι ἐπισκόπου κεχρῆσθαι· δεῖ γὰρ μᾶλλον τῷ διαφέροντι ὀνόματι προσπελάσαι ἢ τῷ ἥττονι. M. Ἐάν μοι συγχωρήσητε εἰπεῖν, δείξω, ὅτι καὶ τρεῖς ἀρχαί εἰσι· καὶ ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ τοῦ Νόμου Θεὸς, καὶ ἕτερος Θεὸς ὁ πονηρός· καὶ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων Γραφῶν δείξω, ὅτι οὕτως ἔχει. E. Πρότερον δειχθήτω, εἰ τρεῖς ἀρχαὶ, εἰ τρεῖς φύσεις (36)· καὶ

A M. Annon Christianus sum? A. Quomodo es Christianus, qui ne nomen quidem Christiani ferre dignaris? Neque enim Christianus nominaris, sed Marcionita. M. Vos quoque Catholicæ Ecclesiæ dicimini : ne vos quidem igitur Christiani estis. A. Si hominis cognomen habuissemus, recte dixisses. Sin ex eo, quod orbe toto sumus, ita vocamur, quid in hoc est mali? M. Doce igitur an non liceat hominis nomine nuncupari. A. Demonstro etiam non solum episcopi, sed ne apostoli quidem licere appellari nomine. Uter major fuit, Paulusne, an Marcion? M. Paulus. A. Audi ergo, si libet, Paulum qui præstantior est, præcipientem [8] : *Significatum est*, inquit, *mihi ab iis qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Nam alius vestrum dicit* B *sum, Ego quidem Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ. Divisus est Christus? nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?* M. Tu mihi nomen imponis, ego Christianus appellor. Etenim hic Socratici quidem dicuntur. A. Ego Socratis nomen nego, cum quis sit ignorem. E. Si alter alteri nomina imponitis, uterque neget necesse est. A. Quis Socrates sit, nescio; negat etiam hic Marcionem? M Marcion meus erat episcopus. A. Ex quo Marcion migravit a vita, tam multorum episcoporum, aut potius falsorum episcoporum apud vos successiones fuerunt : cur non successorum nomine appellamini, sed Marcionis qui sectam invexit? E. Quoniam apostolus Paulus accusabat Corinthios, quod nonnulli ipsius, aut C Apollo, aut Cephæ nomine appellarentur : ex eo perspicuum est, non esse utendum episcopi nomi-

[8] I Cor. I, 11, 12, 13.

hoc eam nomine discernant, quo ab universo orbe nuncupatur. Optatus Milevitanus, lib. II : *Ubi proprietas catholici nominis, cum inde dicta sit catholica, quod sit rationabilis et ubique diffusa.* Vide Vincentium Lirin., c. III; Bedam *in Cant.*, lib. V; Isidor. *Orig.* lib. VIII, c. 1; Walafridum Strabonem, *De reb. eccl.*, c. 6, et Raban. Maur. *De inst. cleric.*, lib. I, c. 1.

(31) Codex Vaticanus ἔξεστιν, alii ἔστιν. Porro fas non esse hominis nomen ferre, docet Ignatius Epist. ad Magnesios : Ὃς γὰρ ἂν ἄλλῳ ὀνόματι καλῆται πλεῖον τούτου, οὗτος οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ γὰρ ἐχρημάτισαν οἱ μαθηταὶ Χριστιανοί. *Qui alio nomine præter hoc appellatur, hic non est Dei. — Antiochiæ enim primum discipuli appellati sunt Christiani.* Hieronymus adversus Luciferianos : *Sic ubi audieris eos, qui dicuntur Christi, non a Domino Jesu Christo, sed a quoquam alio nuncupari; ut puta Marcionitas, Valentinianos, Montenses sive Campites : scito non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse Synagogam.* Epiphanius hæres. LXX, num. 15 : Τοῦτό ἐστι τὸ φοβερὸν, τὸ παραλλάξαι ὄνομα Χριστιανῶν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, τῆς μὴ ἐχούσης ἐπίθετον ὄνομα, ἀλλὰ μόνον ὄνομα Χριστοῦ καὶ Χριστιανῶν, εἰς ὄνομα Αὐδίου καλεῖσθαι. *Est hoc vero horrendum, Christianorum commutare nomen, qui in sancta Ecclesia censentur, quæ, sola Christi et Christianorum appellatione contenta, adscititium omne nomen respuit. Pro illo, inquam, nomine Audianos appellari.* Eumdem vide hæres. XLII. WETSTENIUS.

(32) *Ὧδε λέγονται Σωκρατιανοί τινες.* Diogenes Laertius in Proœm. *De sectis philosophorum* agens, *Socraticorum* facit mentionem : Ἔνιοι ἀπὸ τῶν διδασκάλων, ὡς οἱ Σωκρατικοί. *Sunt philosophi qui a præceptoris nomine sunt dicti, ut Socratici.* Freculfus, lib. IV, c. 14 : *Socratici insignes, Diogenes, Eudoxus, Plato, Xenophon.* Hieronymus *Apolog. adversus Rufinum : Apud Platonem et alios Socraticos legi.* Frequentius tamen hi philosophi ab iis qui sectas eorum descripsere, Platonici appellantur. Dubito autem an Christianis nomen sectæ ethnicæ sit impositum. Potius videtur, *Socratem* quemdam hæreticum fuisse obscuri nominis, a quo *Socratiani* sint nominati : partim quia Adamantius profitetur, se ignorare quis Socrates hic fuerit, et quærit utrum ipse quoque Marcionem repudiet; quod certe de philosopho illo celeberrimo dici non potest : partim quia Epiphanius in Proœmio lib. I D inter varia nomina Gnosticorum refert, eos etiam Σωκρατίτας, *Socratitas*, vocari in aliquibus locis. In descriptione vero hæreseos rationem appellationis non dedit, ideo, ut opinor, quod de auctore nihil habuerit quod indicaret. ID.

(33) Codex Vaticanus, recte, ἐπιφέρετε, alii ἐπιφέρεται.

(34) *Μαρκίων ἐπίσκοπός μου ἦν.* Marcionistas suum seductorem *episcopi* nomine honorasse, hinc apparet. Ideo ab hæreticorum fraude, vocabulo abutentium, deceptus Optatus Milevitanus credidit Marcionem veræ Ecclesiæ fuisse episcopum. Scribit enim lib. IV : *Marcion qui ex episcopo apostata factus inducebat duos deos et duos Christos.* Sed episcopi filium eum fuisse, supra indicavimus. ID.

(35) Codex Regius secundus, ἀλλὰ τῇ σχισματοποιοῦ, non male.

(36) *Εἰ τρεῖς φύσεις.* Possumus legere, ἢ τρεῖς φύσεις, *aut tres naturæ.* Nam ῥίζα, φύσις, ἀρχὴ

ne : ad nomen enim quod præstantius est, magis quam ad id quod inferius, veniendum est. M. Si mihi per vos liceat, ostendam tria esse principia, aliumque esse legis Deum, alium malum Deum : atque ita esse ex nostris scripturis planum faciam. E. Primum ostendatur sintne tria principia, tresque naturæ : ac tum liquebit quænam sit uniuscujusque administratio. A. Demonstra tria principia esse : tumque dic quod voles. M. Demonstre alias leges tulisse opificem, alias Christum, quæ sint huic contrariæ. A. Quod diversas contrariasque leges esse suspicaris, ex eone alium aliumque Deum esse existimas? M. Ita profecto ; nemo unquam ita secum discordat aut pugnat, ut Evangelium Legi adversatur. A. Opificem Judæorum Deum esse dixisti. Solusne est et unus, an multi? M. Unus est Judæorum. A. Nullum parvum exemplum par est proferre, ut id quod dico facilius intelligatur. Ut mulier cum puerum peperit, non principio perfectum ei cibum adhibet, sed ei lac præbet : deinde majoribus firmioribusque alimentis utitur. Novit enim etiam apostolus Paulus hominibus pro progressu leges ferre, cum ait [9] : *Lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis.* Sic etiam Deus. Leges enim hominibus pro incremento dedit, alias Adæ, ut puero, alias Noe, alias Abrahæ : alias per Mosem, aliasque per Evangelium, ex progressu mundi incipientis, crescentis, atque perfecti, cum id quod perfectum est, perfecto reservasset. Ne igitur orationem me, quæ sibi non constet, habere putes, rationes afferam, quibus docebo, eumdem Deum utrasque leges dedisse. Præcipit enim Abrahæ, ut filium suum interficiat. Deinceps lege sancit per Mosem, cædem non esse faciendam, sed qui homicidium fecerit, vicissim interimendum esse. Quoniam igitur idem jus esse vult, occidere, ac non occidere, tunc duos esse deos dices, eosque inter se contrarios? E. Idemne præcipit, ut cædes fiat ac non fiat? A. Idem. Neque in hoc tantum ita esse invenitur, sed plerumque in multis, estque

A τότε φανήσεται ἡ ἑκάστου διοίκησις. A. Δεῖξον, ὅτι τρεῖς εἰσιν ἀρχαί· καὶ τότε λέγε ὃ βούλει. M. Δεικνύω, ὅτι ὁ δημιουργὸς ἄλλα ἐνομοθέτησε, καὶ ὁ Χριστὸς ἄλλα ἐναντία τούτου. A. Διὰ τὸ διαφόρους καὶ ἐναντιουμένους τοὺς νόμους ὑπονοεῖν σε, διὰ τοῦτο οἴει, ἄλλον καὶ ἄλλον Θεὸν εἶναι; M. Καὶ μάλα· ἑαυτῷ οὐδείς ποτε ἐναντιοῦται, οὐδὲ ἀντίκειται, ὥσπερ ἀντίκειται τὸ Εὐαγγέλιον τῷ Νόμῳ (37). A. Τὸν δημιουργὸν Θεὸν ἔφης τῶν Ἰουδαίων εἶναι. Μόνος καὶ εἷς ἐστιν, ἢ πολλοί; M. Εἷς, ὁ τῶν Ἰουδαίων. A. Οὐδενὸς εἰκὸς μικροῦ παραδείγματος (38) ἅψασθαι, πρὸς τὸ συνετώτερον γενέσθαι τὸ λεγόμενον· ὃν τρόπον γυνὴ τετοκυῖα παιδίον, οὐ πρότερον (39) τελείαν τοῦτο προσκομίζει τὴν τροφὴν, ἀλλὰ γαλακτοτροφεῖ· καὶ μετέπειτα μείζοσι καὶ ἰσχυροτέροις κέχρηται βρώμασιν. B Οἶδε (40) γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, κατὰ προκοπὴν νομοθεσίας τοῖς ἀνθρώποις προσάγειν, λέγων· *Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα, οὔπω γὰρ ἠδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν* (41) *δύνασθε· ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε.* Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Θεός· κατὰ γὰρ αὔξησιν τοῖς ἀνθρώποις ἐνομοθέτησεν· ἄλλα (42) τῷ Ἀδὰμ, ὡς νηπίῳ, ἄλλα τῷ Νῶε, ἄλλα τῷ Ἀβραάμ· ἕτερα διὰ Μωϋσέως· καὶ ἄλλα διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, κατὰ προκοπὴν ἀρχομένου τοῦ κόσμου, καὶ μεσάζοντος, καὶ τελειουμένου. τὸ τέλειον τῷ τελείῳ ταμιευσάμενος. Ἵν' οὖν μὴ δόξῃς ἀσύστατόν με τὸν λόγον ποιεῖσθαι, παρέξομαι τὰς ἀποδείξεις, ὅπως ὁ αὐτὸς Θεὸς ἀμφότερα ἐνομοθέτησε. Προστάττει γὰρ τῷ Ἀβραὰμ φονεύειν αὐτοῦ C τὸν υἱόν· μετὰ ταῦτα νομοθετεῖ διὰ Μωϋσέως, μὴ δεῖν φονεύειν, ἀλλὰ τὸν δράσαντα ἀνδροκτονίαν, τοῦτον ἀντικτείνεσθαι. Ἐπεὶ οὖν ὁ αὐτὸς δικαιοῖ, φονεύειν καὶ μὴ φονεύειν, δύο ἐρεῖς εἶναι θεοὺς καὶ ἠναντιωμένους ἀλλήλοις (43); E. Ὁ αὐτὸς κελεύει φονεύειν, καὶ μὴ φονεύειν; A. Ὁ αὐτός· καὶ οὐ μόνον ἐν τούτῳ εὑρίσκεται, ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς πολλάκις· καὶ ἔσθ' ὅτε μὲν νομοθετεῖ (44), θυσίας καὶ ὁλοκαυτώματα αὐτῷ προσφέρεσθαι, καὶ πάλιν, μὴ προσφέρεσθαι. Ἀποκρινάσθω οὖν, εἰ ἄλλος ἐστὶν ὁ κελεύων (45) σφάζεσθαι τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἄλλος προστάττει μὴ φονεύειν, καὶ θυσίας προσφέρεσθαι, καὶ μὴ

[9] I Cor. III, 2, 3.

hisce hæreticis idem valuisse videntur. Pici codex habuit, καὶ τρεῖς φύσεις. Vertit enim, *et tres naturæ.* Wetstenius.

(37) *Ἀντίκειται τὸ Εὐαγγέλιον τῷ Νόμῳ.* Hæc cum objectionibus sequentibus deprompsisse verisimile est Megethium ex Antithesibus Marcionis. Tertullianus lib. I, cap. 19, *contra Marcionem : Hæ sunt*, inquit, *antitheses Marcionis, id est contrariæ oppositiones, quæ conantur discordiam Evangelii cum lege committere : ut ex diversitate sententiarum utriusque instrumenti diversitatem quoque argumententur deorum.* Wetstenius.

(38) Codex Vaticanus, recte παραδείγματος.

(39) *Οὐ πρότερον*, etc. Legendum videtur, οὐ πρῶτον τελείαν τούτῳ, etc.

(40) Codex Vatic., οἶδε, alii, εἶδε.

(41) *Ἠδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν.* Sic recte habet codex Vaticanus, male vero alii, δύνασθαι, ἀλλ' οὐδέ ἐστι νῦν.

ἥλιον, σελήνην. Οὕτω γὰρ φάσκει· *Σώματα ἐπουράνια καὶ σώματα ἐπίγεια· Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ· οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν.* Δεῖξον οὖν, εἰ σάρξ, καὶ ὀστέα, καὶ αἷμα ἔχει ὑπόστασιν ἐν οὐρανῷ. Μ. Σῶμα καὶ σὰρξ τὸ αὐτό ἐστιν. Ε. Ὁ Ἀπόστολος σώματα, δηλονότι, οὐρανὸν, ἥλιον, σελήνην, ἐμφαίνει. Α. Οὐκ ἔστι τὸ αὐτό. Μὴ δυνάμεθα τὸν οὐρανὸν σάρκα ὀνομάσαι, σῶμα δὲ ὀνομάζομεν. Δεῖξον οὖν πρῶτον, ὅτι σάρξ, καὶ ὀστέα, καὶ αἷμα ἔχει οὐσίαν ἐν οὐρανῷ· καὶ τότε παρέχεις (13) τὰς ἀποδείξεις. Ε. Πρὸς πάντας Ἀδαμάντιος φάσκει, ἐπίγειον αὐτὴν σάρκα ἀνειληφέναι, τουτέστιν, ἐκ τῆς ἡμετέρας· Μαρῖνος δὲ οὐράνιον διαβεβαιοῦται. Χρὴ οὖν δειχθῆναι, εἰ ἔστιν ἐν οὐρανῷ οὐσία σαρκός· καὶ τότε ἐπὶ τὰς ἀποδείξεις τραπῆναι· πότερον ἀπὸ τῆς ἐπιγείου ἀνείληφεν (14) ἢ ἀπὸ τῆς ἐπουρανίου. Α. Προδήλου οὔσης τῆς ὑποστάσεως τῆς σαρκικῆς, παρέξομαι καὶ ἀποδείξεις ἐκ τῶν Γραφῶν, ὅτι σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ ὀστέα, ἀνέλαβεν ὁ οὐράνιος Λόγος· καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου. Μετὰ γὰρ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν, ἀπιστοῦντος αὐτῷ Θωμᾶ, ἔφασκε· *Βάλε τὸν δάκτυλόν σου* (15) *εἰς τοὺς τόπους τῶν ἥλων, καὶ τὴν χεῖρά σου εἰς τὴν πλευρὰν, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. Πνεῦμα γὰρ σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει* (16) *ὡς ἐμὲ ὁρᾶτε ἔχοντα.* Ε. Ὁ Χριστὸς ἔδειξε σαφῶς σάρκα καὶ ὀστέα ἐσχηκέναι. Χρὴ οὖν πρῶτον δειχθῆναι, ὅτι οὐσία ἐστὶν ἐν οὐρανῷ, ἔχουσα σάρκα καὶ ὀστέα· καὶ τότε τὸ ἀσφαλέστερον εὑρήσετε. Μ. Ἔδειξα τό· σώματα ἐπουράνια. Ε. Δείκνυται οὖν, ἀστέρων αὐτὸν ἀνειληφέναι σάρκα, καὶ ὀστέα, καὶ αἷμα· ὅπερ ἀδύνατον. Ἀ. Εὐδηλότερόν σε ἐπιστήσει Παῦλος, τὴν διαστολὴν σώματος καὶ σαρκὸς δεικνύς· *Οὕτως καὶ ὑμεῖς* (17) *ποτε*

A cœo. Ait enim Apostolus: *Corpora cœlestia et corpora terrestria.* A. Corpus appellat Apostolus cœlum, solem, lunam. Sic enim ait: *Corpora cœlestia et corpora terrestria. Alia est gloria solis, et alia gloria lunæ, alia gloria stellarum. Stella a stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuorum* [68]. Doce igitur, num caro et ossa, atque sanguis in cœlo hypostasin habeant. M. Corpus et caro idem sunt. E. Corpora Apostolus, non est dubium, quin cœlum, solem, lunam declaret. A. Non idem sunt. Cœlum carnem appellare non possumus: corpus autem appellamus. Doce igitur primum carnem, ossa, et sanguinem esse in cœlo: ac tum denique rationes afferes. E. Contra omnes Adamantius ipsum terrenam carnem assumpsisse ait, id est, ex nostra:
B Marinus autem cœlestem asseverat. Demonstrandum est igitur, sitne caro in cœlo, tumque ad probationes veniendum, utrum ex terrena, an ex cœlesti assumpserit. A. Quoniam perspicuum est, hypostasin esse, quæ ex carne constat, proferam etiam ex Scripturis argumenta quibus Verbum cœleste carnem, sanguinem et ossa assumpsisse monstrabo: ac primum ex Evangelio. Nam posteaquam a mortuis resurrexit, non credente Thoma, dixit: *Mitte digitum tuum in loca clavorum, et manum tuam in latus, et noli esse incredulus, sed fidelis* [69]. *Spiritus enim carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* [70]. E. Christus plane ostendit se carnem et ossa habuisse. Docendum est ergo
C primum substantiam esse in cœlo, quæ carnem et ossa habeat: ac tum id quod tutius est reperietis. M. Docui esse corpora cœlestia. E. Hoc ergo docetur, ipsum stellarum carnem assumpsisse, ossaque et sanguinem: quod fieri non potest. A. Planius te

[68] I Cor. xv, 40, 41. [69] Joan. xx, 27. [70] Luc. xxiv, 39.

(13) *Παρέχεις.* Lege παρέξεις, vel παρέχῃς.

(14) Codex Vaticanus, recte, ἀνείληφεν· Wetstenianus, mendose, ἀνείληφες.

(15) *Βάλε τὸν δάκτυλόν σου.* Sententiam ἀπὸ μνήμης recitavit Adamantius, præclare. Sed aliter nostri codices sacri, nimirum: Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου· καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου, κτλ. Deinde his verbis Joannis evangelistæ annectit ista Lucæ: « Spiritus enim carnem et ossa non habet, » etc. Ita sæpe diversa dicta concinnat Origenes. WETST.

D (16) *Πνεῦμα γὰρ σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει.* Calliditatis Marcioniticæ insigne specimen in hoc dicto pervertendo, refert Tertullianus, lib. IV *Adv. Marc.*, c. 43: « Marcion quædam contraria sibi, illa credo industria eradere de Evangelio suo noluit; ut ex his, quæ eradere potuit, nec erasit, illa, quæ erasit, aut negetur erasisse, aut merito erasisse dicatur. Nec parcit, nisi eis, quæ non minus aliter interpretando, quam delendo, subvertit. Vult itaque sic dictum, quasi: *Spiritus ossa non habet, sicut me videtis habentem*: ad spiritum referatur, *sicut me videtis habentem*; id est non habentem ossa, sicut et spiritus. » Sed merito ridet hanc vesaniam Epiphanius, *elencho* 78, ex Evang. Marcionis, p. 154, locumque orthodoxis asserit. Quem vide, nec non Theodoret. *Hær. fab.* lib. V, cap. 15. ID.

(17) *Οὕτως καὶ ὑμεῖς.* Locus paulo aliter habet in editis exemplaribus, scil. ad Ephes. cap. II, 11-16. Adamantius contraxit ista, et quæ sibi conducere visa sunt, expressit: nec tamen litteram tenuit. Primum, illud οὕτως (quamvis dispungatur in codice nostro a præcedenti participio δεικνύς) meliori sensu conjungitur antecedentibus; nec enim ejus vestigium in Pauli contextu apparet. Lege itaque: « Paulus ostendens distinctionem, sic, » id est his verbis: Καὶ ὑμεῖς ποτε ἦτε, φησίν. « Et vos olim eratis, » inquit, pro quibus Paulus v. 11, ὅτι ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη. Postea v. 12, ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. Porro Adamant., ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ, « hostes Dei; » non id habetur tota hac, imo διαῤῥήδην nulla prorsus Pauli Epistola; sed, ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ, legas. *Rom.* V. 10 (quo forte allusit isthic, etsi verbum ἀντικατήλλαξεν, quo hic utitur Adamantius, nusquam omnino toto Novo Testamento compareat), saltem τὴν ἔχθραν commemorat, v. 15, sed Judæorum et gentium, ex diversa religione. Mox: καὶ ξένοι τῆς ἐπαγγελίας τῶν Διαθηκῶν. Pro quibus Paulus, l. d. 12, καὶ ξένοι τῶν Διαθηκῶν τῆς εὐαγγελίας, secundum nostros libros habet. Pergit Adamantius, νῦν δὲ ἀντικατήλλαξεν. Jam dixi de verbo: at, νῦν δὲ habes v, 13 *init.* Tandem, ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ non reperies in hac Epistola, sed ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ v. 13 *fin.* Quæ dum inquiro alibi, et lego ad *Coloss.* I, 21, 22, animadverto, hujus verba spectasse Adamantium, non illa. Sic enim habent: Καὶ ὑμᾶς ποτε ὄντας ἐχθρούς..... νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν, ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, propemodum totidem litteris ac syllabis. ID.

cohibebit Paulus, qui corporis et carnis distinctionem differentiamque explicat [71] : *Sic etiam vos aliquando eratis*, inquit, *inimici Dei et hospites promissionis testamentorum. Nunc autem reconciliavit in corpore carnis suæ :* quo loco declaravit ipsum assumpsisse et corpus et carnem. E. Doceat, sitne in cœlo substantia quæ ex carne, sanguine, et ossibus constet. M. Cœleste corpus habuit, illudque cœleste fuisse planum facimus. A. A qua substantia ? num ab angelica ? an a potestate, an a dominatione ? unde assumpserit, doce. E. Cum substantiam non docueritis, ipsam carnem cœlestem assumpsisse dicitis. Necesse est igitur dicere, ipsum ex iis quæ non sunt, assumpsisse. M. Opinione ipsum assumpsisse dicimus. Ut etiam angeli Abrahæ apparuerunt et comederunt, biberuntque cum eo : sic etiam ipse.

A. Cur ergo ad nos docendæ veritatis gratia venit, ut per eam salutem consequi possemus ? an vestra ratione et sententia salutem nobis mentiens pollicitus est ? Si mendacio nos ad vitam vocat, non vera erat mendax promissio : sin autem veritatis doctor erat, perspicuum est, ipsum primum veracem fuisse. Patrem enim suum profitetur Christus, eum qui se misit. Nam Pater non recte pater intelligitur, nisi sit aliquis natus ex eo. Christum autem isti dicunt non esse genitum. Eligant ergo utrum sermonem falsum esse velint, suumne, an Christi. Cum autem nativitatem secundum carnem negent, dispensationemque Christi : quomodo audiunt eum, cum se filium hominis appellat ? si enim opinione in forma hominis apparuit, quid necesse erat ipsum se filium hominis dicere ? Debebat simpliciter dicere : *Oportet hominem multa pati.* Hi autem in falsa forma aiunt apparuisse Dominum, nec vere, sicuti erat, esse cognitum. Si enim veritatem hominibus volebat tradere, cur non hominem, sed filium hominis se esse dicebat, ementiens id quod non erat ? Sed vere et simpliciter, id quod erat de se prædicabat. Neque enim clarior evasisset ex eo quod pro Deo existimaretur homo : neque magis ei credidissent, cum eum hominem, quam cum Deum esse existimassent. Ac si quod veritatem quam ex se ipsis cognoscere poterant, cognosci vellet, in

A *ἦτε, φησὶν, ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ καὶ ξένοι τῆς ἐπαγγελίας τῶν Διαθηκῶν· νῦν δὲ ἀντικατήλλαξεν ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ·* δείξας σαφῶς καὶ σῶμα καὶ σάρκα αὐτὸν ἀνειληφέναι. Ε. Δειξάτω, εἰ ἔστιν οὐσία ἐν οὐρανῷ, ἔχουσα σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ ὀστέα ; Μ. Οὐράνιον ἔσχε· καὶ δείκνυμεν, ὅτι οὐράνιον ἦν. Α. Ἀπὸ ποίας οὐσίας ; ἀπὸ τῆς ἀγγελικῆς ; ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἐξουσίας ; ἀλλ' ἀπὸ κυριότητος ; πόθεν ἀνείληφεν ; Λέγε. Ε. Μὴ δείξαντες οὐσίαν, σάρκα οὐράνιον φάσκετε αὐτὸν ἀνειληφέναι. Ἀνάγκη οὖν ἐκ μὴ ὄντων λέγειν αὐτὸν ἀνειληφέναι. Μ. Δοκήσει φαμὲν αὐτὸν ἀνειληφέναι. Ὡς καὶ οἱ ἄγγελοι τῷ Ἀβραὰμ ὤφθησαν (18), καὶ ἔφαγον καὶ ἔπιον μετ' αὐτοῦ, οὕτω καὶ αὐτός.

B Α. Τί οὖν ἡμᾶς ἦλθε διδάξαι τὴν ἀλήθειαν, ἵνα δι' αὐτῆς σωθῆναι δυνηθῶμεν ; καθ' ὑμᾶς ψευδόμενος ἐπηγγείλετο ἡμῖν τὴν σωτηρίαν ; Εἰ μὲν διὰ τοῦ ψεύδους ἡμᾶς καλεῖ εἰς τὴν ζωὴν, οὐκ ἀληθὴς οὖν ἦν ἡ τοῦ ψεύδους ἐπαγγελία· εἰ δὲ ἀληθείας διδάσκαλος ἦν, δῆλον, ὅτι πρῶτος αὐτὸς ἦν ἀληθεύων (19)· Πατέρα γὰρ ἴδιον ὁμολογεῖ ὁ Χριστὸς τὸν ἀπεσταλκότα αὐτόν. Ὁ γὰρ Πατὴρ οὐ καλῶς νοεῖται πατὴρ εἰ μὴ εἴη τις ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος. Ἀγέννητον δὲ οὗτοί φασι τὸν Χριστόν. Ἑλέσθωσαν οὖν, τίνα θέλουσιν εἶναι τῶν δύο λόγων ψευδῆ, τὸν ἑαυτῶν ἢ τὸν τοῦ Χριστοῦ. Ἀρνούμενοι δὲ καὶ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, καὶ οἰκονομίαν Χριστοῦ, πῶς ἀκούουσιν αὐτοῦ, λέγοντος ἑαυτὸν υἱὸν ἀνθρώπου (20) ; εἰ γὰρ τῷ (21) δοκεῖν σχήματι ἀνθρώπου ἐφαίνετο, τίς χρεία τοῦ λέ-

C γειν ἑαυτὸν υἱὸν ἀνθρώπου ; Ἐχρῆν γὰρ ἁπλῶς λέγειν· *Δεῖ τὸν ἄνθρωπον πολλὰ παθεῖν.* Οἱ δὲ ἐν ψευδεῖ μορφῇ φασιν πεφηνέναι τὸν Κύριον (22), καὶ μὴ ἀληθῶς, καθὸ ἦν, ἐγνῶσθαι. Εἰ γὰρ τὴν ἀλήθειαν διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους ἐβούλετο, διὰ τί οὐχὶ ἄνθρωπον, ἀλλ' υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν ἔλεγε, ψευδόμενος, ὅπερ οὐκ ἦν ; Ἀλλὰ ἀληθῶς καὶ ἁπλῶς ἂν τοῦθ' ὅπερ ἦν, ἔλεγε περὶ αὐτοῦ. Οὔτε γὰρ ἐνδοξότερον ἑαυτὸν ἐποίει, ἀντὶ Θεοῦ ἄνθρωπον νομίζεσθαι· οὔτε ἂν μᾶλλον αὐτῷ ἐπίστευον, ἄνθρωπον δοκοῦντες ἢ Θεόν. Καὶ εἰ μὲν, γνωσθῆναι βουλόμενος τὴν καθ' αὐτοὺς ἀλήθειαν (23), ἀφῖκται εἰς τὸν κόσμον, οὔτε μεταμορ-

[71] Eph. II, 12, 16.

(18) *Ὡς καὶ οἱ ἄγγελοι τῷ Ἀβραὰμ ὤφθησαν.* Tertull. *Adv. Marc.* lib. III, c. 9 : « Scito, nec illud concedi tibi, ut putativa fuerit in angelis caro ; sed veræ et solidæ substantiæ humanæ. » Paulo post : « Humana (caro illa) vere, propter Dei veritatem, a mendacio et fallacia extranei ; et quia non possent humanitus tractari ab hominibus, nisi in substantia humana. » Plura vide apud eumdem, l. d. et Theodoretum, lib. V *Hær. fab.* cap. 12. Cæterum, quomodo sub forma corporea apparuerint angeli, vide Athanasium, quæst. 29, *ad Antiochum ;* Theodoret. in cap. I *Ezechiel* et in cap. I *Zachariæ ;* Damascenum, *Orthodox. fidei* lib. II, cap. 3. WETSTENIUS. — Infra, quatuor abhinc lineis, alii addunt, ἢ, ante καθ' ὑμᾶς. EDIT. PATR.

(19) *Ὅτι πρῶτος αὐτὸς ἦν ἀληθεύων.* Picus : « Perspicuum est primum ipsum fuisse veracem. » Apparet eum legisse, ὅτι πρῶτον, adverbialiter. Sed ἐμφατικὸν hic est nomen πρῶτος, quasi dicat : « Princeps veritatis. » Ὁ ἀμὴν, ὁ μάρτυς, ὁ πιστὸς

D καὶ ἀληθινός Apoc. III, 14, etc. ID.

(20) *Λέγοντος ἑαυτὸν υἱὸν ἀνθρώπου.* Hæc verba tanquam efficacissima opponunt Marcionitis Tertullian. lib. III *Adv. Marc.*, cap. 11, et lib. IV, cap. 10; Origenes homil. 1 *in Ezech.;* Epiphan. *Elench.* 2 et 3 *ex Evang. Marc.* p. 143; Theodoretus, lib. V *Hær. fab.*, cap. 14; Prudentius, in *Apotheosi contra phantasmaticos.* ID.

(21) Codex Vaticanus, recte, εἰ γὰρ τῷ. Wetstenianus, εἰ γὰρ τό.

(22) *Πεφηνέναι τὸν Κύριον.* Picus legit, πεφυκέναι τὸν Κ. « Dominum natum. » Sed bene habet nostri codicis lectio et proba videtur. Hæc enim, arbitror, ad præcedentia respiciunt, εἰ γὰρ σχήματι ἀνθρώπων ἐφαίνετο· κλ. Jam, Οἱ δὲ ἐν ψ. μ. φασιν πεφηνέναι τὸν Κύριον. ID.

(23) *Γνωσθῆναι βουλόμενος τὴν καθ' αὐτοὺς ἀλήθειαν.* Picus : « Si, quia vellet cognosci suam veritatem, venit in mundum. » Legit, τὴν καθ'

φοῦσθαι ἐχρῆν, εἰς τὸ μὴ φαίνεσθαι ὃ ἦν, ἀλλὰ ἀγνοεῖσθαι· οὔτε μὴν σιωπήσαντα τοῦθ', ὅπερ ἦν ἀληθῶς, ἄνθρωπον ἀντὶ Θεοῦ ἑαυτὸν καλεῖν. Καὶ τοῦτο ἐλέγομεν ἄν, εἰ ἁπλῶς ἑαυτὸν ἄνθρωπον ἔλεγεν· ὅτε δὲ καὶ υἱὸν ἀνθρώπου φάσκει εἶναι ἑαυτὸν, πῶς τεχνάζονται οὗτοι ψεύδους προϊστάμενοι, ὅτι, διὰ τὸ τοὐναντίον σχήματι βλέπεσθαι, νοεῖται πάντως ὅτι ἀνθρώπου ἐστὶν υἱός; Καὶ τί λέγω περὶ μόνου σχήματος; ὅτι οὐ μόνον τῷ σχήματι φαίνονται ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ τῇ οὐσίᾳ, φύσει ἄνθρωποι ὄντες. Ὅ τε γὰρ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα υἱοὶ ἀνθρώπων οὔτε ὑπῆρχον, οὔτε ἐκαλοῦντο· εἰ μὲν γὰρ τῆς οὐσίας τῶν ἀνθρώπων ὑπῆρχεν σημαντικὸν τὸ *υἱός*, ἐχρῆν καὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν, ἀνθρώπους ὄντας, υἱοὺς ἀνθρώπων καλεῖσθαι· τούς τε πλειστάκις ἐν εἴδει καὶ ὁμοιώσει ἀνθρώπων ἁγίους ἀγγέλους πεφηνότας οὕτω κεχρῆσθαι τῇ, *υἱὸς ἀνθρώπου*, προσηγορίᾳ ἔδει. Ε. Οὐ τὴν οὐσίαν τῶν ἀνθρώπων δηλοῖ *υἱός*, ἀλλὰ τὴν ἐξ ἀνθρώπου γέννησιν. Μ. Ἐγώ φημι, ὅτι, ὥσπερ οἱ ἄγγελοι τῷ Ἀβραὰμ ὤφθησαν, καὶ ἔφαγον, καὶ ἔπιον, καὶ ὡμίλησαν, οὕτω καὶ ὁ Χριστός. Α. Πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας τύποι ἐγίνοντο· ἐλθούσης δὲ τῆς ἀληθείας, οἱ τύποι ἐπαύθησαν, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Ὁ γὰρ νόμος *σκιὰ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν*. Εἰ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς σκιωδῶς, καὶ προφητικῶς, καὶ αὐτὸς ὡς οἱ ἄγγελοι ἦλθε δι' ἄλλον (24), νῦν οὖν κατὰ σὲ προσδοκᾷν ὀφείλομεν ἀληθῶς, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου ὄντα, καὶ ἀληθῶς ἀποθνήσκοντα, καὶ θαπτόμενον, καὶ ἐγειρόμενον ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀληθινὴν σωτηρίαν δώσοντα τοῖς ἀνθρώποις. Μ. Εἰ τύποι ἦσαν τοῦ Χριστοῦ οἱ ἄγγελοι, πῶς ἔφαγον μετὰ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ἔπιον; Ἔφαγον δὲ ἀληθῶς ἢ οὔ; Α. Οἱ ἄγγελοι, πρότυποι γενόμενοι τῆς ἀληθείας, τουτέστι τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, ἔφαγον μὲν ἀληθῶς, οὐδεμιᾶς αὐξήσεως τοῖς σώμασιν αὐτῶν ἐκ τῆς τροφῆς προσγινομένης. Ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ πάντα τὰ παραβαλλόμενα κατεσθίει, καὶ καταναλίσκει, οὕτως καὶ οἱ ἄγγελοι μετὰ τοῦ Ἀβραάμ· καθὼς καὶ ὁ Ἀπόστολος φάσκει· *Ταῦτα μὲν τύποις* (25) *συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε*. Ε. Ὁ Ἀπόστολος, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, σκιὰν καὶ τύπον ἐμφαίνει μελλούσης ἀληθείας· ἧς καὶ σχήματα γεγόνασιν οἱ ἄγγελοι. Εὖγε οὖν καὶ καλῶς στοιχήσει τῷ ἀποστολικῷ γράμματι ἡ τῶν ἀγγέλων εἰκών· καὶ οὗτος (26). Εἰ δ' ὥσπερ οἱ ἄγγελοι, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς

A mundum venit: profecto nec in figuram novam mutari, ut ne id quod erat appareret, sed ignorari debuit, neque reticendo id quod vere erat, hominem se pro Deo vocare. Atque hoc quidem diceremus, si simpliciter hominem se nominaret. Nunc vero cum filium hominis se appellet, quomodo isti mendacii defensores comminiscuntur, eum, quia diversus a forma videtur, intelligi plane hominis esse filium? Sed quid dico de sola forma, cum non solum forma appareant homines, sed substantia quoque id sint qui natura homines sunt? Nam et Adamus et Eva filii hominum neque erant, neque nuncupantur. Si enim nomen *filii* substantiam hominum declararet, et Adamum et Evam, qui homines sunt, filios hominum appellari oporteret: atque
B sancti angeli, qui sæpe specie ac similitudine hominum apparuerunt, isto modo filii hominum vocari deberent. E. Non substantiam hominum declarat nomen *filii*, sed ex hominibus ortum. M. Ego censeo, quemadmodum angeli Abrahæ visi sunt, et cum eo ederunt, biberunt atque locuti sunt, sic etiam Christum. A. Ante Christi adventum figuræ erant; cum autem venit veritas, figuræ desierunt, Apostoli sententia. Lex enim *umbra futurorum bonorum* [72]. Si ergo Christus etiam umbræ ritu, et prophetice, et ipse ut angeli, propter alium venit: nunc eum tua sententia vere exspectare debemus, et filium hominis futurum, et vere moriturum, et sepeliendum, et excitandum a mortuis, et hominibus daturum veram salutem. M. Si figuræ erant Christi
C angeli, quomodo cum Abraham ederunt ac biberunt? Sed ederunt necne revera? A. Angeli, qui figuræ veritatis erant, id est Christi Servatoris, ederunt quidem revera, sed ad eorum corpora nulla fiebat ex cibis accessio. Ut enim ignis omnia quæ adhibentur, conficit et consumit, sic etiam angeli cum Abraham, quemadmodum Apostolus scribit [73]. *Hæc quidem in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.* E. Apostolus, ut mihi quidem videtur, umbram et figuram declarat futuræ veritatis, cujus etiam figuræ fuerunt angeli. Recte igitur ac præclare congruet apostolicis litteris angelorum imago, et iste. Sin autem, ut angeli, sic
D Christus visus est præ se ferre imaginem atque figuram veritatis: alter Christus quæratur necesse

[72] Heb. x, 1. [73] I Cor. x, 11

αὐτοῦ ἀλήθειαν. Sed nondum σφάλμα codicis nostri agnosco. Nec enim significant ea verba, « suam veritatem, » sed potius « contra seipsum veritatem : » quod rei præsenti non quadrat. Sic itaque censeo : quia Christus ideo venit in mundum, ut homines veritatem doceret; consentaneum est, ipsum utique veritatem, quam « de seipsis » aut « ex seipsis » cognoscere poterant, simplicissime ac sincerissime docuisse. Talis autem erat veritas, quam illi norant. Quid sit « homo, » quid « hominis filius? » Cum igitur se dixerit, modo « hominem, » modo « filium hominis ; » καθ' ἑαυτοὺς intelligebant, quis et qualis revera esset; non quid κατὰ φαντασίαν ipsis appareret falsa specie. Non enim sub certam notitiam vel cognitionem venit, quod fallit sua specie. WETST.

(24) *Δι' ἄλλον*. Ita recte codex Vaticanus, nec aliter legerat Humphredus. Male autem codex Wetstenianus, δὲ ἄλλον. Et paulo post, ὀφείλομαι pro ὀφείλομεν.

(25) Codex Vaticanus, τύποι.

(26) *Καὶ οὗτος*. Humphredus et Picus legunt, καὶ οὕτως. At ille, prout codex noster præferebat, ab antecedentibus et consequentibus separavit, inter duo cola, ita : « Et sic : » tanquam sequentis argumentationis index præmitteretur. Parum apte. Non enim ex antecedentibus istarum vocularum connecti posset argumentum de sequentibus : sed plenum per se præstant syllogismum verba sequen-

est, cujus imaginem ac speciem et angeli et Christus præferant, ac supervacaneum est, Christum illud dicere : *Ego sum veritas* [74].

A. Planius explicare volo, quid imago sit, quid figura, quid veritas. Nam figura quidem angelorum teneri tractarique non poterat : veritas autem, id est Christus, et comprehensus, et perpessus est, habuitque et carnem, et sanguinem, et ossa, excitatusque est a mortuis. Atque angeli quidem homines se esse professi non sunt, quemadmodum Christus ait : *Quis me tetigit ? Sensi enim virtutem ex me exiisse* [75]. Thomam enim etiam vulnerum cicatrices tractasse ostensum est. Num ergo volebat decipere eos qui audiebant, maximeque germanos discipulos suos ? an tum cum eos ea quæ vera erant docebat, voluit ipsos, se tractabilem esse intelligere, atque ita ex carne, sanguine, ossibusque constare ? Si vero, ut isti aiunt, carne et sanguine carebat : cujus tandem carnis, aut cujus corporis, aut cujus sanguinis imagines panem et poculum dedit, et præcepit discipulis per hæc sui memoriam facere? In his etiam est Apostolus, qui horum testis ait [76], et panem et calicem benedictionis, sanguinis et carnis esse communionem. Quod si, ut istis videtur, opinione, non revera Dominus habuit omnia quæ homo perfectus habet, animam nempe rationabilem, sanguinem et carnem : certe neque a Paulo verum prædicabatur, et frustra horum ratione et sententia, studemus verum cognoscere, quod nec per se, nec per Apostolum plane enuntiare Dominus voluerit : et præterea dare operam contra volumus, ut id sciamus quod ille non vult intelligi. Si vero verax est Christus, qui et ipsa veritas est, et perpessus est, verus etiam erit Paulus, qui missus ab illo, hæc ait : *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus* [77]? credendumque est ut Christi verbis, sic etiam scriptis Apostoli, ex quibus intelligimus Christum et sanguinem, et corpus habuisse, ac pro nobis revera

A πέφηνεν, εἰκόνα καὶ σχῆμα τῆς ἀληθείας προφέρων· ἀνάγκη ἄλλον ζητεῖσθαι Χριστὸν, οὗ τὰς εἰκόνας καὶ σχήματα οἱ ἄγγελοι καὶ ὁ Χριστὸς προφέρουσι· καὶ περισσὸν τὸ λέγειν τὸν Χριστόν· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια.*

Α. Σαφέστερον ἐπιστῆσαι βούλομαι περί τε τῆς εἰκόνος, καὶ τοῦ σχήματος, καὶ τῆς ἀληθείας· τὸ μὲν γὰρ σχῆμα τῶν ἀγγέλων ἀκράτητον καὶ ἀψηλάφητον ἦν· ἡ δὲ ἀλήθεια, τουτέστιν ὁ Χριστὸς, κεκράτηται, καὶ πέπονθε· καὶ σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ ὀστέα ἔσχηκε· καὶ ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν. Καὶ οἱ μὲν ἄγγελοι ἀνθρώπους ἑαυτοὺς οὐχ ὡμολόγησαν, ὥσπερ ὁ Χριστός φησι· *Τίς μου ἥψατο* (27) ; *ᾐσθήθην γὰρ δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἐξ ἐμοῦ*· ἐδείχθη γὰρ καὶ Θωμᾶς ψηλαφῶν τὰς οὐλὰς τῶν τραυμάτων. Πότερον οὖν ἐξαπα-
B τᾷν ἐβούλετο τοὺς ἀκούοντας, καὶ μάλιστα τοὺς γνησίους αὐτοῦ μαθητὰς ὄντας ; ἢ, τὰ ἀληθῆ αὐτοὺς διδάσκων, ἐβούλετο αὐτοὺς εἰδέναι, ὅτι καὶ ψηλαφητὸς ἦν, καὶ οὕτω σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ ὀστέα, ἀνέλαβεν; εἰ δ', ὡς οὗτοί φασιν, ἄσαρκος καὶ ἄναιμος ἦν· ποίας σαρκὸς, ἢ τίνος σώματος, ἢ ποίου αἵματος εἰκόνας (28) διδοὺς, ἄρτον τε καὶ ποτήριον, ἐνετέλλετο τοῖς μαθηταῖς διὰ τούτων τὴν ἀνάμνησιν αὐτοῦ ποιεῖσθαι; ὧν καὶ ὁ Ἀπόστολός ἐστι· μαρτυρῶν γὰρ τούτοις φησὶ τόν τε ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας κοινωνίαν αἵματός τε εἶναι καὶ σαρκός. Εἰ δὲ, ὡς τούτοις δοκεῖ, δοκήσει, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ (29), περὶ τὸν Κύριον ὑπῆρξεν, ὅσα ἄνθρωπος τέλειος, ἔχον ψυχὴν (30) νοερὰν, καὶ αἷμα καὶ σάρκα· οὔτε διὰ Παύ-
C λου τ' ἀληθῆ ἐκηρύττετο· καὶ μάτην κατὰ τούτους σπεύδομεν γνῶναι τὴν ἀλήθειαν, ἣν μήτε δι' αὐτοῦ, μήτε διὰ τοῦ Ἀποστόλου σαφῶς ἐβουλήθη φανερῶσαι ὁ Κύριος· πρὸς τῷ καὶ ἀντιπράσσειν, τοῦτο βουλόμεθα γνῶναι, ὅπερ ἐκεῖνος γνωσθῆναι οὐ βούλεται. Εἰ δὲ ἀληθής ἐστιν, αὐτοαλήθεια (31) ὢν, ὁ πεπονθὼς ὁ Χριστός· ἀληθὴς ἔσται καὶ ὁ ὑπὸ τούτου ἀποσταλεὶς Παῦλος, λέγων· *Ἢ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ ;* καὶ πείθεσθαι δεῖ, ὥσπερ τοῖς τοῦ Χριστοῦ λόγοις, οὕτω καὶ τοῖς τοῦ Ἀποστόλου γράμμασι, δι' ὧν καὶ αἷμα, καὶ σῶμα Χριστὸν ἐσχηκέναι ἀκούομεν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ ἀλήθειαν ἀπο-

[74] Joan. XIV, 6. [75] Luc. VIII, 46. [76] I Cor. X, 16. [77] II Cor. XIII, 3.

tia, εἰ δ' ὥσπερ οἱ ἄγγελοι, κλ. Manifestum est e primis particulis, εἰ δέ, diversam a priori propositionem formari, « et sic » non posse deduci e priori. Melius Picus prioribus ascripsit, sic : « Itaque probe ac pulchre cum apostolica Scriptura consentiet angelorum imago etiam hoc pacto. » Vel etiam hactenus, καὶ οὕτως. Verum tamen puto, καὶ οὗτος, « et iste » : duplici respectu ac ratione locum habere : 1. « Angelorum imago, » et « iste, » scilicet, Christus : illa, tanquam « typus » : iste, ut « Veritas. » 2. « Et iste, » nempe Adamantius. Simili phrasi (non quidem ab Eutropio, sed a Marino) demonstrabatur idem supra. Utrinque sententia vera ; sed posterior litteræ propior videtur. WETSTENIUS.

(27) *Τίς μου ἥψατο*. Vide Tertullianum lib. IV *Adversus Marc.*, c. 20; Epiphanium *Elench.* 14, contra eosdem.

(28) *Εἰκόνας*. Vide lib. II *Origenianorum*, quæst. 14, num. 2.

(29) Codex Vaticanus, οὐκ ἀληθείᾳ· male Wetsten., οὐκ ἀλήθειαν.

D (30) *Ψυχὴν*. Codex Vaticanus, ἀρχήν.

(31) *Αὐτοαλήθεια*. Sic nominat Christum Origenes in *Protrept.* αὐτολόγος καὶ αὐτοαλήθεια. Observavit hoc etiam doctissimus Huetius, Origenem delectari ejusmodi nominibus cum pronomine αὐτὸς compositis, iisque Christum exornare. Verbi gratia homil. 17 *in Jerem.* : Αὐτοδικαιοσύνην, αὐτοαλήθειαν, αὐτοαγιασμὸν, καὶ αὐτοϋπομονὴν, « ipsam justitiam, ipsam veritatem, ipsam sanctitatem, ipsamque tolerantiam » eum vocat; et tom. I in *Joan.* : αὐτοδικαιοσύνην, αὐτοαγιασμὸν καὶ αὐτοαπολύτρωσιν, « ipsam justitiam, ipsam sanctimoniam, et ipsam redemptionem. » Ab Origene etiam vocatur αὐτολόγος, « ipse sermo » lib. III *Contra Cels.*; αὐτοσοφία, « ipsa sapientia, » ibid. Ab Athanasio *Orat. contr. gentes*, αὐτοσοφία, αὐτολόγος, αὐτοδύναμις, αὐτόφως, αὐτοαλήθεια, αὐτοδικαιοσύνη, αὐτοαρετή, « ipsa sapientia, ipse sermo, ipsa potentia, ipsa lux, ipsa veritas, ipsa justitia, ipsa virtus, etc. » WETSTENIUS.

θανόντα, καὶ τῷ ἰδίῳ ἡμᾶς ἐλευθερώσαντα θανάτῳ δὴ καὶ αἵματι· ἅπερ οὐχ οἷον πιστεῦσαι παθεῖν τὸν ἐξ οὐρανοῦ κατελθόντα Χριστὸν, εἰ μὴ σάρκα ἀνέλαβε. Καὶ ὅτι θάνατον καὶ αἷμα ὁ Ἀπόστολος οὐ παρακεκαλυμμένως, ἀλλὰ μετὰ πάσης παῤῥησίας κηρύσσει, ἀναγνώσομαι. Λέγει γὰρ οὕτω· *Γνωρίζω γὰρ ὑμῖν τὸ Εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, ὃ καὶ παρελάβετε, ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε· δι' οὗ καὶ σώζεσθε· τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, εἰ κατέχετε, ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε. Παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ.* Εἴ τις οὖν μὴ εἰκῇ πεπίστευκεν, ἀλλὰ κρατεῖ τὴν παράδοσιν τοῦ Ἀποστόλου καὶ γνωρίζει τὸ Εὐαγγέλιον, δι' οὗ σωζόμεθα, καὶ ἔχει τοῦτο. Ε. Ὀρθότατα ὁ Ἀπόστολος δείκνυσιν· Ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, λέγων, ἀπέθανε Χριστὸς, καὶ ἐτάφη, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγήγερται. Κατὰ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἔσται ψευδῆ τὰ λεγόμενα, εἰ μὴ καὶ σάρκα καὶ αἷμα (32) ἔσχεν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ μόνον ἦν πνεῦμα, φαντασίαν ἀνθρώπου ἔχον. Οὔτε γὰρ παραδοθῆναι ἠδύνατο τὸ πνεῦμα, ἀκράτητον ὂν, οὐδὲ ἀποθανεῖν, μὴ ὂν θνητῆς φύσεως· ταφῆναι δὲ, πνεύματι ἀμήχανόν ἐστι. Τί δεῖ καὶ λέγειν; ἀλλ' οὐδὲ ἔναιμόν ἐστι τῇ φύσει τὸ πνεῦμα. Ἄλλως δὲ, εἰ διὰ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ αἵματος Χριστοῦ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων καταγγέλλουσιν αἱ Γραφαί, οὗτοι (33) δὲ αἷμα καὶ σάρκα ἀρνοῦνται ἔχειν αὐτόν· οὔτε ἀπέθανεν ἐκεῖνος κατὰ ἀλήθειαν, οὔτε ἐτάφη· οὔτε γὰρ αἷμα ἐσχήκει· ἀλλὰ τῷ δοκεῖν ταῦτα ἐπ' αὐτοῦ, μὴ ἀληθῶς, γενόμενα λέγεται· οὐδ' ἡμεῖς οὖν κατὰ ἀλήθειαν ἐσώθημεν, ἀλλὰ δοκήσει· ὡς ἐπὶ τῆς τῶν ἄλλων κατὰ δόκησιν παρουσίας ὁ κόσμος σωθῆναι οὐκ ἠδυνήθη· ἀγγέλων λέγω ἐπί τε τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ εἴ τις ἕτερος γέγραπται. Διὸ ἐσφάλημεν περὶ τὴν πίστιν, τῷ δοκεῖν τῆς ἐλπίδος καὶ τῆς σωτηρίας τετυχηκότες.

Α. Βραχὺ προσκαρτερήσας, ἄκουε μειζόνων ἀποδείξεων τοῦ Ἀποστόλου· *Εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν*, φησὶ, *κενὸν καὶ τὸ κήρυγμα, κενὴ καὶ ἡ πίστις ἡμῶν*. Εἰ οὖν τῷ δοκεῖν, ὡς τούτοις δοκεῖ, πέπονθε, καὶ οὐ κατὰ ἀλήθειαν, οὐκ ἀπέθανεν ἀληθῶς· δῆλον οὖν, ὅτι οὐδὲ ἀληθῶς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, καὶ ἔσται κατὰ ἀλήθειαν κενὸν καὶ τὸ κήρυγμα, κενὴ καὶ ἡ πίστις ἡμῶν. Εἶτ' ἐπιφέρει· *Νῦν δὲ Χριστὸς κηρύσσεται ἐκ νεκρῶν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων· ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. Ἀπαρχὴ Χριστός.* Ε. Πιστεύεις τῷ ἀποστολικῷ, Μαρῖνε; Μ. Πιστεύω μὲν αὐτῷ, ἀλλὰ πρόσχες, πῶς ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος λέγει· *Ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς.* Καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγει· *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.*

A mortem pertulisse, suaque morte ac sanguine nos liberasse : quæ perpessus esse credi non potest Christus qui e cœlo descendit, nisi carnem assumpserit. Atque ut mortem quidem pertulisse eum, sanguinemque habuisse Paulum libere prædicare intelligatis, ejus verba recitabo. Scribit enim his verbis : *Notum enim vobis facio Evangelium, quod evangelizavi vobis, quod et accepistis, in quo et statis, per quod et salvamini, qua ratione evangelizavi vobis, si tenetis, nisi forte frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis, quod Christus mortuus est pro peccatis nostris, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die* [78]. Si quis ergo non frustra credidit, sed id quod Apostolus tradidit, tenet ; is et Evangelium quo salus nobis datur, cognoscit, et illud B habet. E. Recte Apostolus docet, cum ait, pro peccatis nostris mortuum esse Christum, sepultum esse, tertioque die excitatum. Hac quidem hypothesi falsa erunt quæ dicuntur, si Christus carnem non habuit, sed solum erat spiritus, solam habens hominis speciem. Neque enim tradi poterat spiritus, qui teneri comprehendique non potest, neque mori qui mortalis naturæ non erat. Sepeliri autem spiritus non potest. Quid plura etiam attinet dicere? ne sanguinem quidem habet natura spiritus. Præterea si Scripturæ per Christi et mortem et sanguinem hominum salutem annuntient, isti autem eum carnem et sanguinem habuisse negant, nec mortuus est ille revera, nec sepultus (neque enim sanguinem habuit), sed hæc omnia in illo opinione C atque specie, non vere accidisse dicuntur. Neque nos igitur vere servati sumus, sed specie et opinione : quemadmodum aliorum specie tantum apparentium adventu mundus servari non potuit, angelorum dico Abrahæ temporibus, et si quis adventus alius litteris mandatus est. Itaque in fide hallucinamur, cum opinione tantum spem et salutem simus consecuti.

A. Patere paulisper, et audi majores Apostoli rationes : *Si vero Christus non resurrexit a mortuis*, inquit, *inanis est et prædicatio nostra, inanis et fides nostra* [79]. Si ergo specie et opinione, ut istis videtur, passus est, non revera ; non vere mortuus est igitur. Perspicuum est eumdem ne revera qui- D dem a mortuis excitatum esse : eritque vere inanis prædicatio, inanis et fides nostra. Deinde subjicit : *Nunc vero Christus prædicatur ex mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio dormientium. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Primitiæ Christus* [80]. E. Credisne apostolico, Marine ? M. Ei quidem credo : sed attende, quid idem Apostolus dicat : *Qui descendit, ipse est qui et ascendit* [81]. Et in Evangelio ait : *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis* [82]. Vides eum plane se e cœlo venisse

[78] I Cor. xv, 1-4. [79] I Cor. xv, 14. [80] ibid. 20-23. [81] Eph. iv, 10. [82] Joan. iii, 13.

(32) *Καὶ αἷμα.* Desunt in codice Vaticano.
(33) Codex Vaticanus, οὗτοι. Wetstenius, perperam, οὗτος.

dicere. A. Rationes hæ dogma vestrum non confirmant. M. Quomodo? A. Evangelium quidem aperte perspicueque docet, nisi Verbum e cœlo descendisset, hominem in cœlum ascensurum non fuisse. *Nemo*, inquit, *ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo*. Verbum enim hoc, *ascendit*, præteritum tempus declarat. Neque enim dixit: Nemo ascendet, sed: *Nemo ascendit*. Plane ergo ostendit, ante Christum ascendisse neminem: quemadmodum etiam Apostolus: *Primogenitus*, inquit; et rursum: *Primitiæ dormientium*[83]: et rursus ait: *Primitiæ Christus, deinde ii qui sunt Christi*[84]. Nemo igitur ascenderat, antequam descendisset, hominemque ex utero assumpsisset Dei Verbum. Postea vero quam ascendit, tum etiam ii qui ejus sunt. Sic enim ait: *Primitiæ Christus, deinde qui sunt Christi*. Illud autem: *Qui descendit, ipse est qui et ascendit*, dixit Apostolus, quod Verbum impatibile et immutabile esse demonstrare vellet. Vere enim quod descendit, idem est etiam quod ascendit, cum non aliud factum sit quam quod erat Deus. E. Verba hæc cum Adamantii decreto congruunt, sed tamen utrosque volo de hoc statuere. A. Dei Verbum cum descendisset, hominem assumpsit a Maria inviolata virgine in utero, generaturque Christus sine viri congressu. Atque hic qui de Maria virgine ex Spiritu sancto sumptus est, humana omnia mala pertulit, ut homini salutem daret. M. Recte. Cum ergo patiebatur homo, utrum una Verbum aderat, necne? E. Expone primo decretum. A. Patere me primum ei respondere, deinde ita demum decretum exponere. Erat quidem Verbum Dei una cum homine, sed ei nulla fiebat injuria: quemadmodum adamas cum a ferro percutitur, salvus manet, contraque ferro quod nocendi causa adhibetur, nocet; quinetiam amianthus lapis igni traditus, integer atque inviolatus sine ullo damno permanet. Quin ne ignis quidem ab ense sectus, dividitur. Ignis enim densitas ad se revocata, manet individua. Quod si materiæ adversus alias res vim suam declarant, quod consumi non possunt; quid est quamobrem non magis Dei Verbum, cum impatibili immutabilique natura præditum sit, impatibile maneat ita, ut affectiones consumat? Si placet, recito Evangelium, ex quo Christum ex Maria natum esse intelligere debeamus. M. Nos quoque fatemur eum natum esse per Mariam, sed non ex Maria. Ut enim aqua per tubum transit,

[83] Colos. I, 18. [84] I Cor. xv, 20, 23.

A Ὁρᾷς, ὅτι τηλαυγῶς λέγει αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ ἐληλυθέναι. Α. Αὗται αἱ ἀποδείξεις τὸ ὑμέτερον δόγμα οὐ συνιστῶσιν. Μ. Πῶς; Α. Τὸ μὲν οὖν Εὐαγγέλιον σαφῶς ἔδειξεν, ὅτι, εἰ μὴ ὁ Λόγος ἀπ' οὐρανοῦ κατῆλθεν, οὐκ ἂν ἄνθρωπος εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθεν. *Οὐδεὶς* γάρ, φησίν, *ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς*. Τὸ γὰρ *ἀναβέβηκε*, παρῳχηκότος ἐστὶ χρόνου σημαντικόν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Οὐδεὶς ἀναβήσεται, ἀλλ' *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν*. Ἔδειξεν οὖν σαφῶς, ὅτι πρὸ τοῦ Χριστοῦ οὐδεὶς ἀναβέβηκε (34). Καὶ ὁ Ἀπόστολος, *Πρωτότοκος*, φησί· καὶ πάλιν (35)· *Ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων*· καὶ πάλιν λέγει· *Ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ*. Πρὶν οὖν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον κατελθεῖν, καὶ ἀναλαβεῖν τὸν ἄνθρωπον ἐκ μήτρας, οὐδεὶς ἀνῆλθε·
B μετὰ δὲ τὸ ἀνελθεῖν τὸν Χριστὸν, τότε καὶ οἱ αὐτοῦ. Οὕτω γὰρ ἔφη· *Ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ*. Τὸ δὲ, *Ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς*· οὗτος (36) ὁ Ἀπόστολος, τὸ ἀπαθὲς τοῦ Λόγου δεῖξαι θέλων καὶ τὸ ἄτρεπτον. Ἀληθῶς γὰρ ὁ καταβὰς αὐτός ἐστιν ὁ ἀναβὰς, οὐδὲ ἄλλος γενόμενος παρ' ὃ ἦν Θεός. Ε. Αὗται αἱ ῥήσεις τῷ ὅρῳ Ἀδαμαντίου συντρέχουσιν· ὅμως δὲ βούλομαι περὶ τούτου ἀμφοτέρους ὁρίσασθαι. Α. Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος κατελθὼν ἀνέλαβεν ἄνθρωπον ἀπὸ ἀχράντου παρθένου Μαρίας ἐν μήτρᾳ· καὶ γεννᾶται ὁ Χριστὸς χωρὶς συνουσίας ἀνδρός· καὶ οὗτος ὁ ληφθεὶς ἀπὸ Μαρίας ἐκ Πνεύματος ἁγίου, οὗτος ὑπέμεινε πάντα τὰ ἀνθρώπινα πάθη, ἵνα τὸν ἄνθρωπον σώσῃ. Μ. Καλῶς. Πάσχοντος οὖν
C τοῦ ἀνθρώπου, συμπαρῆν ὁ Λόγος, ἢ οὔ; Ε. Ἔκθου πρῶτον τὸν ὅρον. Α. Συγχώρησον, πρῶτον τὴν ἀπόκρισιν τὴν πρὸς αὐτὸν ποιήσασθαι· εἶθ' οὕτως ἐκθέσθαι τὸν ὅρον. Συμπαρῆν μὲν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' οὐκ ἠδικεῖτο· ὥσπερ ἀδάμας, ὑπὸ σιδήρου παιόμενος (37), σῶος μένει, τοὐναντίον ἀντιβλάπτων τὸν ἐθέλοντα βλάψαι (38)· ἀλλὰ καὶ ἡ ἀμίαντος, τῷ πυρὶ παραδιδομένη, ἄθραυστος καὶ ἄχραντος διαμένει, οὐδὲν ἀδικουμένη. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ πῦρ, ὑπὸ φασγάνου τεμνόμενον, διαιρεῖται· ἡ γὰρ πυκνότης τοῦ πυρὸς, εἰς αὐτὴν ἀνατρέχουσα, ἀδιαίρετος μένει. Εἰ οὖν αἱ ὗλαι πρὸς ἑτέρας ὕλας τὸ ἑαυτῶν σθένος ἐνδείκνυνται, ἀναλωθῆναι μὴ δυνάμεναι· πῶς οὐχὶ μᾶλλον ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀπαθοῦς καὶ ἀτρέπτου φύσεως ὤν, ἔμεινεν ἀπαθὴς, τὰ πάθη ἀνα-
D λίσκων; Εἰ δὲ βούλει, ἀναγινώσκω (39) τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι ἐκ Μαρίας γεγέννηται. Μ. Καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν, ὅτι διὰ Μαρίας (40), ἀλλ' οὐκ ἐκ Μαρίας. Ὥσπερ

(34) *Πρὸ τοῦ Χριστοῦ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν*. Patres Vet. Test. non in cœlum, sed in sinum Abrahæ, translatos fuisse, multi e Patribus statuerunt. Unde et Adamantius, « Ante Christum, » neminem ascendisse in cœlum, asserit. Imo forte nec « post Christum. » Orig. lib. II *De principiis*, cap. 12: « Puto, quod sancti quique discedentes de hac vita permaneant in loco aliquo in terra posito, quem » paradisum « dicit Scriptura divina; velut in quodam eruditionis loco, et auditorio, vel schola animarum. » WETST.

(35)) Cod. Vatic., καθὼς καὶ Ἀπόστολος λέγει· Πρωτότοκος· καὶ πάλιν.

(36) *Οὗτος*. Picus legebat, οὕτως.

(37) Recte codex Vaticanus, παιόμενος. Wetstenianus, male, παυόμενος.

(38) Codex Vaticanus, βλάψαι. Alias, βλάψει.

(39) Codex Vaticanus, ἀναγινώσκω. Wetstenianus, ἀναγίνωσκον.

(40) *Διὰ Μαρίας, ἀλλ' οὐκ ἐκ Μαρίας*. Theodoretus, *Hær. fab.* lib. v, c. 11, p. 270. Valentinus de Christo dixit: Πάροδον μόνην διὰ τῆς Παρθένου ποιήσασθαι, οὐδὲν ἐκ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως εἰληφότα· « Eum transitum tantum per Virginem fecisse, ut nil ex natura humana assumpserit. » WETSTENIUS.

γὰρ ὕδωρ διὰ σωλῆνος διέρχεται, μηδὲν προσλαμβάνον, οὕτω καὶ ὁ Λόγος διὰ Μαρίας, καὶ οὐκ ἐκ Μαρίας. Α. Πρόσταξον ἀναγνωσθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον. Ε. Ἀναγνωσθήτω. Α. Ἀναγινώσκω, πῶς ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν Μαρίαν λέγει· *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται.* Ε. Ἴσως καὶ τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν δοκήσει λέξεις γεγενῆσθαι. Τί γὰρ τούτου ἔσται ἀληθέστερον, τοῦ ἀγγέλου (41) φήσαντος· *Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον;* Οὐ γὰρ ἔφη *τὸ γεννώμενον* διὰ σοῦ, ἀλλ' *ἐκ σοῦ*. Πῶς δὲ κἀκεῖνο οὐκ ἔσται ἀνόητον, τὸ λέγειν, *ὡς διὰ σωλῆνος*, καὶ τὸ μὲν διελθεῖν διὰ Μαρίας τὸν Λόγον ὁμολογεῖν, τὸ δὲ λαβεῖν τι ἐξ αὐτῆς ἀρνεῖσθαι; Καὶ εἰ μὲν δι' αἰδῶ τινα ἀρνεῖσθε, εἴ γε αἰδεῖται (42) τὸ Θεῖον· καὶ τὸ μὲν αἰδοῦς ἄξιον ὁμολογεῖς, Μαρῖνε, τὸ δὲ σεμνότερον καὶ οἰκονομικώτερον ἀρνῇ. Εἰ γὰρ διελθεῖν διὰ Μαρίας ὁ Λόγος οὐκ αἰσχρὸν ἡγήσατο, οὐδὲ λαβεῖν τι ἐξ αὐτῆς ᾐδεῖτο. Τί γὰρ καὶ ἦν ἀναγκαῖον διελθεῖν, εἰ μή τι προσελάμβανεν; Α. Εἰ μὴ ἔλαβεν ἄνθρωπον ἐκ Μαρίας, πῶς ἂν συσταθεῖεν οἱ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου λεγόμενοι λόγοι; πῶς δὲ πρωτότοκος ἔσται τῶν νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων; Δειξάτωσαν. Εἰ μὲν γὰρ σχήματι μόνῳ φασὶν αὐτὸν, ὡς καὶ τοὺς ἀγγέλους, πεφηνέναι, οὐ δύναται εἶναι πρωτότοκος, οὐδὲ ἀπαρχή. Μ. Πῶς; Ε. Οἱ ἄγγελοι πρὸ τοῦ Χριστοῦ πεφήνασιν, ἢ ὁ Χριστὸς πρὸ τῶν ἀγγέλων; Μ. Πρὸ πολλοῦ χρόνου τῷ Ἀβραὰμ ἐφάνησαν οἱ ἄγγελοι. Ε. Εἰ καὶ οἱ ἄγγελοι καὶ ὁ Χριστὸς δοκήσει ἀμφότεροι πεφήνασιν, οὐ δύναται εἶναι ὁ Χριστὸς πρωτότοκος, τῶν ἀγγέλων τὸ πρῶτον φανέντων, ὡς ὑπὸ σοῦ ὡμολόγηται. Ἀνάγκη γὰρ τοὺς πρώτους ἐκείνους πρωτοτόκους λέγειν. Α. Πῶς δὲ ἀπαρχὴ ἔσται τῶν κεκοιμημένων ὁ Χριστὸς, ὁπότε πρὸ αὐτοῦ καὶ ὁ τῆς Σουναμίτιδος υἱὸς πρὸ πολλοῦ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη, καὶ ὁ τῆς Σαραφθινῆς, καὶ ὁ Λάζαρος; Εἰ μὴ οὖν κατὰ ἀλήθειαν ἀπέθανε, καὶ τὰ γενόμενα, οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἀληθείᾳ γέγονε, καθὼς λέγει Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὅτι, *Ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ γέγονε·* δειξάτω οὖν, πῶς ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐστὶν ὁ Χριστός. Μ. Σὺ δεῖξον.

Α. Δείκνυμι, ὅτι καὶ πρωτότοκος τῶν νεκρῶν καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων κατὰ ἀλήθειάν ἐστιν ὁ Χριστός. Οἱ γὰρ πρὸ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάντες αὖθις ἀπέθανον· *Ὁ δὲ Χριστὸς ἀναστὰς, οὐκέτι ἀποθνήσκει.* Ὡς γὰρ πρωτότοκος ἀπέθανεν Ἀδὰμ, οὕτως πρῶτος ἀνέστη Χριστός. Παραθήσομαι αὐτὰς τοῦ Ἀποστόλου τὰς ῥήσεις· *Ὥσπερ*, φησὶν, *ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν· οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. Ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ.* Τί ἂν εὕροιμεν ἕτερον, οὕτω φανερῶς ἡμᾶς διδάσκον ἀμφότερα· καὶ ὅτι ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι ἄνθρωπος ἦν τὸ ἀποθανόν; Εἰ γὰρ

A nec quidquam assumit: sic Verbum per Mariam natum est, non ex Maria. A. Jube recitari Evangelium. E. Recitetur. A. Recito id quod angelus Mariæ dixit. *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, Filius Altissimi vocabitur* [85]. E. Forsitan angeli etiam vocem specie et opinione factam esse dices. Quid enim hoc erit verius, cum angelus dixerit: *Ideoque quod ex te nascetur sanctum?* Non enim dixit: *Quod nascetur* per te, sed, *ex te.* Quid est autem cur non illud etiam amentia sit dicere, *ut per tubum*, et per Mariam transisse Verbum fateri, aliquid autem illud ex eadem assumpsisse, negare? Et si quidem verecundiæ causa negatis, si modo pudor in divinum Numen cadit. Et quod pu-
B dore quidem dignum est, fateris, Marine, quod autem magnificentius est, majorisque dispensationis, id negas. Si enim per Mariam transire Verbum turpe non duxit, nec utique aliquid ex ea sumere turpe existimavit. Quid enim necesse erat transire, nisi aliquid assumeret? A. Si hominem ex Maria non assumpsit, quomodo verba Apostoli constabunt? quomodo vero primogenitus erit ex mortuis, primitiæque dormientium? doceant. Si enim figura solum aiunt ipsum quemadmodum angelos apparuisse, nec primogenitus nec primitiæ esse ullo modo potest. M. Quonam modo? E. Utrum angeli ante Christum apparuerunt, an Christus ante angelos? M. Multo ante tempore Abrahæ angeli apparuerunt. E. Si et
C angeli, et Christus specie atque opinione apparuerunt: Christus angelorum primogenitus esse non potest, cum prius tua confessione apparuerint. Necesse est enim primos illos primogenitos dicere. A. Quomodo autem primitiæ erit dormientium Christus, cum ante illum multo tempore et Sunamitidis filius excitatus sit, et Saraphthinæ mulieris filius, et Lazarus? Si ergo non revera mortuus est, et quæ facta sunt, non specie et opinione, sed re et veritate evenerunt, sicuti ait Joannes evangelista, *Lex per Moysem data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est* [86]: doceat Christum esse primitias dormientium. M. Tu doce.

D A. Doceo et primogenitum mortuorum, et primitias dormientium esse Christum re ac veritate. Qui enim ante Christum excitati sunt a mortuis, iterum mortui sunt: *Christus autem resurgens ex mortuis, non jam moritur* [87]. Ut enim Adamus primogenitus mortuus est, sic primus excitatus est Christus. Ipsa Apostoli verba proferam: *Sicut enim*, inquit, *in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Primitiæ Christus: deinde ii qui sunt Christi* [88]. Quid aliud inveniemus, quod ita plane utrumque nos doceat, et Christum mortuum esse, et hominem esse, id quod est mortuum? Si enim

[85] Luc. I, 35. [86] Joan. I, 17. [87] Rom. VI, 9. [88] I Cor. XV, 22, 23.

(41) Codex Vaticanus, ἀγγέλου φήσαντος· Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον; Οὐ γὰρ ἔφη· Τὸ γεννώμενον διὰ σοῦ, ἀλλ' ἐκ σοῦ. Πῶς δὲ, etc. Male autem Wetstenianus: Εὐαγγελίου φήσαντος· Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον διὰ σοῦ, ἀλλ' ἐκ σοῦ. Πῶς δὲ, etc.

(42) Codex Vaticanus, εἴ γε αἰδεῖται. Wetstenianus, εἰ καὶ δεῖται.

primitiæ est dormientium Christus, qui excitatus est a mortuis, ut sit per hominem mortuorum resurrectio, quæ ita intelligitur, ut etiam mors quæ ab homine procurata est : duo hi sunt homines, unus quidem Adam, per quem mors : alter autem Christus, per quem resurrectio. Alterutrum ergo necesse est, aut Verbum, quod e cœlo descenderit, mortuum esse, aut hominem, quem assumpserit : aut certe id quod necessario intelligendum sequitur, fatebuntur, id quod e cœlo descendit, fuisse Deum : sed ut nos liberaret, assumpsisse carnem quæ pro nobis mori posset, per quam simus liberati, fueritque primitiæ resurrectionis, quod prima ipsa a mortuis sit excitata. Sic enim demum cum vere Deum per spiritum, vereque hominem per carnem Christum professi erimus : non specie et opinione, sed veram atque firmam fidem habebimus. Quod quidem Apostolus tradidit, secundum carnem Christum, et mortuum esse, et resurrexisse a mortuis, et esse primitias resurrectionis mortuorum. M. Multos ante Christum excitatos esse dixisti. Quomodo igitur est primitiæ? A. Ii qui ante Christum resurrexerunt, rursus mortui sunt : *Christus autem resurgens ex mortuis, jam non moritur : mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuum est peccato, mortuum est semel : quod autem vivit, vivit Deo.* Cui ergo mors dominata est? Quod enim dixit, *Non jam dominabitur* [89], ex eo docuit prius esse dominatum. E. Perspicuum est, nisi mors in carnem quam Verbum assumpsit, imperium habuerit, necessario dicendum esse mortem dominatam esse Verbo, si non re et veritate carnem Verbum assumpsit. Verbo autem Dei mortem dominatam esse, non recte dici posse arbitror.

A ἀπαρχή ἐστι τῶν κεκοιμημένων, ὁ ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένος, Χριστὸς, ἵνα ᾖ διὰ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, νοουμένη δὲ ὃν τρόπον καὶ δι' ἀνθρώπου θανατος· δύο οὗτοι ἄνθρωποί εἰσιν· εἷς μὲν ὁ Ἀδὰμ, δι' οὗ ὁ θάνατος· ἕτερος δὲ ὁ Χριστὸς, δι' οὗ ἡ ἀνάστασις. Τῶν δύο οὖν τὸ ἕτερον, ἢ ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς Λόγος ἀπέθανεν, ἢ ὃν ἀνέλαβεν ἄνθρωπον ἤ, ὅπερ ἐξ ἀνάγκης ἕπεται νοεῖν, ὁμολογήσουσιν, ὅτι ὁ μὲν καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ ἦν Θεὸς, ἵνα δὲ ἡμᾶς ἐλευθερώσῃ, προσελάβετο σάρκα τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανεῖν δυνηθεῖσαν, δι' ἧς ἠλευθερώθημεν· καὶ ἐγένετο ἀπαρχὴ τῆς ἀναστάσεως, πρώτης αὐτῆς ἐγερθείσης ἐκ νεκρῶν. Οὕτω γὰρ ὄντως Θεὸν κατὰ πνεῦμα, καὶ ὄντως ἄνθρωπον κατὰ σάρκα, ὁμολογήσαντες Χριστὸν, οὐχὶ τῷ δοκεῖν, ἀλλ' ἀληθῆ καὶ βεβαίαν ἕξομεν B τὴν πίστιν. Ὅπερ παρέδωκεν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι κατὰ σάρκα Χριστὸς καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, καὶ ἔστιν ἀπαρχὴ τῆς τῶν κεκοιμημένων ἀναστάσεως. M. Ἔφης, ὅτι πρὸ τοῦ Χριστοῦ πολλοὶ ἀνέστησαν· πῶς οὖν ἐστιν ἀπαρχή; A. Οἱ πρὸ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάντες πάλιν αὖθις ἀπέθανον· *Ὁ δὲ Χριστὸς ἀναστὰς οὐκέτι ἀποθνήσκει· θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύει* (43). *Ὃ γὰρ ἀπέθανε τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπέθανεν ἐφάπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ.* Τίνος οὖν ἐκυρίευσεν ὁ θάνατος; Τὸ γὰρ εἰπεῖν, *Οὐκέτι κυριεύει*, ἔδειξεν, ὅτι πρότερον ἐκυρίευσεν. E. Δῆλον, ὅτι, εἰ μὴ τῆς σαρκὸς, ἧς ἀνέλαβεν ὁ Λόγος, ἐκυρίευσεν ὁ θάνατος, ἀνάγκη λέγειν τοῦ Λόγου κεκυριευκέναι τὸν θάνατον, εἰ μὴ κατὰ ἀλήθειαν ὁ Λόγος σάρκα ἀνέλαβε· Λόγου δὲ Θεοῦ θάνατον κυριεῦσαι οὐκ εὔφημον εἶναι λέγειν μοι δοκεῖ (44).

A. Audi ergo Apostolum, tum de morte, quod non opinione, sed revera mortuum fuerit; tum de sanguine, quod sanguis illius vere nostræ salutis causa profusus fuerit. Ait autem hoc modo [90] : *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est : multo ergo magis justificati in sanguine ipsius salvi erimus ab ira.* Et rursum [91] : *Si enim crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.* Et iterum [92] : *An ignoratis quia quotquot baptizati estis in Christo Jesu, in morte ejus baptizati estis?* Qui si mortuus non est, quis dubitat non esse baptismum? Et rursum : *Donavit nobis in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius* [93]. Et rursus : *Quia hæc passi estis a contribulibus vestris, sicut et nos a Judæis, qui etiam interfecerunt Jesum, et prophetas* [94]. Non dixit, et angelos qui specie apparuerunt, quibus Christum similem facitis : sed, *et prophetas*, qui cum vera carne, non specie essent homines vestra sententia, alter sectus est in carne, alius lapidibus obrutus est : cæteri in occisione gladii mortui sunt [95]. Servatoris quoque ipsius verba proferam, quæ ejus passionem ante denuntiant, cum ita

C A. Ἄκουε οὖν τοῦ Ἀποστόλου περί τε τοῦ θανάτου, ὅτι ἀληθῶς, καὶ οὐ δοκήσει, ἀπέθανε· καὶ περὶ τοῦ αἵματος, ὅτι ἀληθῶς ἐξεχύθη τὸ αἷμα αὐτοῦ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας. Λέγει δὲ οὕτω· *Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην ὁ Θεὸς εἰς ἡμᾶς, ὅτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε· πολλῷ μᾶλλον, δικαιωθέντες ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα ἀπὸ τῆς ὀργῆς·* καὶ πάλιν· *Καὶ γὰρ εἰ καὶ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ·* καὶ πάλιν· *Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθητε* (45) *εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθητε;* Ὃς εἰ μὴ ἀπέθανε, τίς ἀμφιβάλλει μὴ εἶναι βάπτισμα; καὶ πάλιν· *Ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ Υἱῷ αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ.* D Καὶ πάλιν· *Ὅτι ταῦτα ἐπάθετε ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὰ καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν καὶ τοὺς προφήτας.* Οὐκ εἶπε, καὶ τοὺς δοκήσει πεφηνότας ἀγγέλους, οἷς ὡμοιώσατε αὐτὸν ὑμεῖς· ἀλλὰ, καὶ *τοὺς προφήτας*, οἵτινες ἀληθινὴν σάρκα, καὶ οὐ φαντασίαν, ἄνθρωποι ὄντες, καθ' ὑμᾶς, ὁ μὲν ἐπρίσθη σαρκὶ, ὁ δὲ ἐλιθάσθη, καὶ οἱ λοιποὶ ἐν φόνῳ μα-

[89] Rom. vi, 9, 10. [90] Rom. v, 8, 9. [91] II Cor. xiii, 4. [92] Rom. vi, 3. [93] Eph. i, 6, 7. [94] I Thess. ii, 14, 15. [95] Heb. xi, 37.

(43) Codex Wetstenianus, κυριεύειν.
(44) Idem, εὐδοκήσει.

(45) Alias, ἐβαπτίσθημεν.

